
L
A

# ALEXANDRI DE NEVO
## VICENTINI IVR. VTR. DOC. CELEBERRIMI
## In Secundum Decretalium librum Commentaria,

QVAE CVM DIV DESIDERATA, Temporis iniuria hucuſque latuerint, nunc primum in lucem edita ſunt;

*Adhibitis præter accuratam veterum exemplarium manuſcriptorum collationem, multis Apoſtillis, & Summarijs, cum Indice locupletiſſimo.*




VENETIIS, Apud Iuntas, MDLXXXIII.

# Rubricarum Thomi huius Syllabus.


| | |
|---|---|
| *De Iureiurando.* | *fol. 2* |
| *De Exceptionibus.* | *fol. 82* |
| *De Præſcriptionibus.* | *fol. 107* |
| *De Sententia, & re iudicata.* | *fol. 144* |
| *De Judicijs.* | *fol. 190* |
| *De Foro competenti.* | *fol. 204* |

# D. ALEXANDRI DE NEVO VICENTINI IVR. VTR. DOC. CELEBERRIMI, ET IVRIS PONTIFICII IN florentiſsima Patauina Academia publicè ordinariam legentis, ſuper Secundo Decretalium libro ſubtiliſsima Commentaria.

## *De Iureiurando, Rubrica.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum eſt maximum remedium expediendarum litium.*
*Iuramentum enim eſt finis omnis controuerſię.*
2 *Iuramentum deciſorium ſeu aſſertorium eſt de præſenti ſeu præterito.*
3 *Iuramentum promiſſorium etiam reperitur.*
*Vinculum nullum arctius eſt iuramento ad reſtringendam fidem.*
4 *Periurium eſt maximum peccatum, nam qui iurat, uocat Deum in teſtē, vnde periurium pertinet ad Dei irreuerentiam.*
5 *Periurium quid ſit ſecundum S. Thomam.*
6 *Periurium inter capitalia crimina enumeratur.*
*Iuramentum quid ſit, & quare inſtitutum, vide remiſſiue.*
7 *Iurare, eſt aliquid Deo teſte dicere, ſecundum Auguſt.*
*Iuramentum eſt vel uox ipſius iurantis, vel actus ipſe, vel ipſum quod iuratur, ſecundum glo.*
8 *Iuramenti definitio traditur. Cyni autem definitio reprobatur tanquam imperfecta.*
9 *Iuramentum aſſertorium exemplificatur.*
10 *Iuramentum promiſſorium explicatur.*
11 *Iuramentum non inducitur ſuper ea quæ per rationem inueſtigari poſſunt.*
*Iuramentum cuiuſdam medici ridiculum refertur.*
12 *Verba, quæ iuramentum ſapiunt, referuntur hic.*
*Ius eſt veritatis non falſitatis.*
13 *Iuramenti ſynonima ſunt, ſacramentum, & iuſiurandum.*
14 *Sacramenta eccleſiæ, ſunt ſeptem.*
15 *Iurandum an ſit ſuper euangelio vel reliquiis, vel ſuper corpore Chriſti.*
*Tactura non requiritur ad ſubſtantiam iuramenti.*
16 *Iuramentum corporale fortius ſtringit, & ideo iura communiter exigunt illud.*
*Tactura quando eſt pro ſolennitate actus, requiritur.*
17 *Fides quot modis ſumatur, & an magis aſtringat, quam ipſum iuramentum, uide remiſſiue.*

QVia in defectum
probationum recurritur ad iura-
mentum, infra eod. cap. fina. & ſu
pra de procurat. ex inſinuatione.
ideo poſt tractatum de probatio.
tam in genere, quàm in ſpecie,
1 merito ſubditur rubrica. †Eſt au-
tem iuramentum maximum re
medium expediendarum litium,
l. j ff. eodem. & alibi dicitur, quòd
iuramentum eſt finis omnis controuerſiæ, infra eodem, & ſi
2 Chriſtus, & iſtos effectus concernit† iuramentum deciſorium
ſeu aſſertorium, quod eſt de præſenti, ſeu de præterito. ſed dic,
3 quòd etiam † iuramentum promiſſorium reperitur. vnde Ci-
cero in fine tertij libri de Officiis, dum tractat, an fides ſit ſer-
uanda hoſti, ſic inquit, Nullum enim vinculum ad reſtrin-
gendam fidem, iureiurando maiores arctius eſſe voluerũt, id
indicant leges in xii. tabulis ſacratæ, indicant fœdera, quibus,
& cum hoſte indicitur fides, indicant notiones animaduer-
ſioneſque cenſorum, qui nulla de re diligentius, quàm de iu-
reiurando indicabant. & hæc verba nota tu Chriſtiane. Si
enim tantæ obſeruantiæ erat iuramentum apud paganos,
quantæ religionis, & obſeruantiæ dẽt eſſe apud vos & catholi-
4 cos? Ex quo ſequitur, quòd † periurium eſt maximum pecca-
tum. nam vt ſtatim dicam, ille qui iurat, vocat Deum in te-
ſtem, vnde periurium pertinet ad Dei irreuerentiam, quia per
hoc inuocat Deum in teſtem falſitatis, quia per hoc dat intel
ligere, vel quòd Deus veritatem nõ cognoſcat, vel quòd Deus
5 velit eum teſtificari falſitatem, † vnde periurium eſt pecca-
tum contra religionem, & reuerentiam, quæ debet exhibe-
ri Deo. ita dicit Sanctus Thomas ij. ij. quæſt. xcvij. articulo ij.
& per hoc alibi dicit text. quòd periurium eſt grande ſcelus,
& in lege, & in prophetis, & in euangelio prohibitum. ita dicit
text. in capitulo prædicandum. xxij. quæſtio. prima. & ibi text.
6 enumerat † periurium inter crimina capitalia. & circa prædi-
cta vide gloſſam xxij. queſtione prima. in ſumma, quæ ponit
quid ſit iuramentum, & quid ſit iurare, & quæ ſit cauſa inſti-
tutionis iuramenti, & qua forma iurandi, & quæ ſit pœna
periurij. Dominus autem Abbas hic exemplificat primum,
7 ſcilicet quid ſit iuramentum. & gl. præalleg. dicit, quod † iura-
re eſt aliquid Deo teſte dicere. ſed Auguſt. Matth. v. cap. vt re-
fert Sanctus Thomas ij. ij. quæſtione lxxxix. articulo primo.
dicit, quòd iurare eſt ius veritatis Deo reddere. Sed quæſ. xcviij.
articulo ij. dicit, quòd iurare eſt Deum teſtem inuocare; & in
hoc concordat glo. præalleg. iuramentum autem, vt dicit p ręͅ-
dicta gloſſ. eſt, vel vox ipſius iurantis, vel actus ipſe, vel ipſum
quod iuratur. Iſta diffinitio mihi non placet, quia potius de-
ſcribit ipſum actum iurationis, quàm iuramentum, vnde dic,
quòd iuramentum eſt Deo redditio veritatis, vel inuocatio
Dei in teſtem. Hoſtienſ. autem in ſumma eodem titulo, §. j.
8 dicit, quòd † iuramentum eſt aſſertio, vel negatio, vel promiſ-
ſio de aliquo honeſto, licito, & poſſibili ſacræ rei atteſtatione
firmata. Cynus autem in authentica ſacramenta puberum.
C. ſi aduer. venditio. dicit, quod iuramentum eſt affirmatio,
vel negatio verbis expreſſa cum vera religione, tamen poſtea
non perſiſtit in eo, quod dixit, de expreſſione verborum, con-
cludens, ꝙ expreſſio verbalis non eſt de ſubſtantia iuramenti,
quia non reperitur cõtractus aliquis, ad cuius obſeruantiã re-
quirantur verba, niſi contractus ſtipulationis, l. j. ff. de verbo-
rum obligation. & dicit Domi. Abb. quòd quęlibet diffini-
tio poteſt tolerari. Sed mihi non placet diffinitio Cyn. quia
eſt imperfecta, non enim comprehendit, niſi iuramentum
aſſertorium, quod aliquid de præſenti affirmat, vel negat
eſſe factum, non autem comprehendit iuramentum, pro-
miſſorium per quod quis ſe obligat ad dandum, vel facien-
9 dum aliquid in futurum. Aliquod enim eſt † iuramentum
aſſertorium, & hoc eſt, quando aliquis affirmat aliquid
de præſenti, vel de præterito, eſſe verum, vel falſum, puta
quòd Imperator venit in Italiã, iſtud enim eſt de peccato, vel
quod talis ſit prætor in tali ciuitate, vel ſit ſanus, vel infirmus,
vel bonus, vel malus, iſtud eſt aſſertorium de pręſenti. Pro-
10 miſſorium vero † iuramentum eſt, quando aliquis iurat in fu
turum aliquid dare, vel facere, vel non dare, vel non facere,
vnde Sanctus Thomas ij. ij. quæſtio. xcix. articulo primo. dicit,
quòd diuinum teſtimonium quandoque inducitur ad aſſe-
rendum præſentia, vel præterita, & hoc dicitur iuramentum
aſſertorium. Quandoque autem inducitur ad confirman-
dum aliquid in futurum, & hoc dicitur iuramentum promiſ-
11 ſorium, & ſubdit, † quòd ad ea, quæ ſunt neceſſaria, & per ra-
tionem inueſtiganda, non inducitur iuramentum, deriſibi-
le enim videretur, ſi in diſputatione alicuius ſcientiæ quis vel-
let probare ſuum propoſitum per iuramentum, ſicut facie-
bat, quidam medicus, qui dum volebat aliquid probare,
iſta eſt veritas per hanc crucem benedictam dicebat.
Nota hoc etiam contra illos, qui negando, vel diſputando
12 dicunt iſta eſt veritas, ſicut Deus eſt in cœlis, nam † iſta ver-

ba ſapiunt iuramentum, hinc Auguſtinus in ſermone de pe-
riurio, ſi dicas per Deum iuras, ſi dicas teſtis eſt Deus, ante
eum iuras. Quid enim eſt per Deum, niſi teſtis eſt Deus? aut
quid eſt Deus eſt teſtis, niſi per Deum? Quid eſt iurare, niſi
16 Deo ius reddere? quando per Deum iuras. † ius. ſ. veritatis, & nõ
falſitatis, & hæc verba ponit Magiſter Sententiarum, lib. iij.
diſtinctione xxxix. vbi tractat, quid eſt dicere, per Deum, in
capitulo, quod incipit, hic quæritur. concordat infra eodem.
& ſi Chriſtus. vbi dicam. Aliæ autem diffinitiones mihi non
17 placent. Item dicit Dominus Abbas, quòd † iuramentum, ſa-
cramentum, & iuſiurandum ſunt ſynonima, ideſt idem ſigni-
ficantia. De tertio, ſcilicet de iureiurando, patet in rubro,
nam ponitur rubrica de iureiurando, & tamen in nigro tra-
ctatur de iuramento. De ſecunda, ſcilicet de ſacramento, pa-
tet in authentica, ſacramenta puberum, C. ſi aduer. venditio.
Qñq; tamen aliter accipitur ſacramentum, ſcilicet pro ſa-
18 cramento eccleſiæ. † Sacramẽta autem eccleſiæ ſunt ſeptem,
de quibus vide gloſſam iij. in capitulo, veniens. ſupra de tran-
ſaction. & adde glo. notab. j. quæſtio. j. in §. & notan. An au-
tem ſuper euangeliis, vel ſuper reliquiis, vel ſuper corpore
19 Chriſti † ſit iurandum, vide gloſſam notabilem, quam perpe-
tuo tene menti in clemen. prima. in verſi. tacta. de hæreticis.
Et dic, quòd ad ſubſtantiam iuramenti, non requiritur tactu-
ra, vt patet ex diffinitione, & probatur infra eodem, & ſi Chri
20 ſtus. Sed quia fortius ſtringit † iuramentum corporale, ideo
iura communiter exigunt iuramentum corporale, vt in cap.
vt circa, de electio. in vj. & in clemen. prima, de hęreticis. cum
multis ſimilibus, & vide gloſſam in dicto cap. vt circa, in ver.
corporali. quæ dicit, quòd vbi requiritur iuramentum corpo-
rale, ſeu cum tactura pro ſolennitate actus, non eſt ſatisfactũ
21 iuri ex ſolo iuramento verbali. De † fide autem quot modis
ſumatur, vide bonam gloſſam in capit. mouet. xxij. quęſtio. j.
& an fides magis aſtringat, quàm iuramentum dixi in capitu.
ad aures. ſupra quod metus cauſa. & per Archidiaconum in c.
primo. de ſepul. in vj. Multa alia poſſent tangi, quæ videbun-
tur in proſecutione tituli, vnde hæc ſufficiant pro hac ru-
brica.

## *SVMMARIVM.*

1 *Creditores tenentur relaxare iuramentum de ſoluendis vſuris, vel cuius complementum turpe eſt.*
2 *Obligatio ſaltem ſecundaria acquiritur parti recipienti ex iuramento pręſtito ſuper uſuris, vt compellatur ad relaxationem iuramenti.*
3 *Obligatio nulla oritur ex pacto facto, de ſoluendis vſuris.*
4 *Iuramentum extraiudiciale, non facit oriri naturalem, vel ciuilem obligationem, ſed confirmat contractum, vel pactum ſecundum legiſtas.*
5 *Iuramentum, de iure canonico inducit ſemper obligationem, cum de iure ciuili tantum naturalem obligationem tollat.*
6 *Iuramentum continens turpitudinem, ex parte recipientis eſt obligatorium, non ex parte præſtantis.*
7 *Pro mittens ſoluere vſuras, quando non peccet.*
8 *Iudex eccleſiaſticus, habet iuriſdictionem in laicos, non ſolum quando agitur de oſſeruantia iuramenti, ſed etiam in eius relaxatione.*
9 *Iuramentum principaliter non obligat Deo, & ſi illud recipiens remittat, iurans alia abſolutione non eget.*
10 *Homo, poteſt promittere alteri Homini, & ab ipſo abſolui duobus modis a promiſſione ſua. 5. Rom.*
11 *Iuramentum turpitudinem continens, non reſpectu iurantis ſed recipientis infert peccatum, ideo relaxandum ab eo, eſt.*
12 *Debitor iurans ſoluere vſuras ſimpliciter, plura remedia habet & 5. numerantur & quo pacto eis vti poſſit, vſque. 18.*
13 *Iudex laicus, vbi poteſt cognoſcere de crimine vſurarum, poteſt etiam remiſſionem iuramenti facere.*
14 *Epiſcopus põt abſoluere a iuramento ex quo turpiter eſt receptum, ex parte recipientis.*
15 *Debitor quando poſſit petere, ſe liberari a iuramento occaſione vſurarum facto, & tali vti remedio.*
16 *Periurium incidit qui lapſo tempore ſolutionis antequam ſoluat vult a iuramento abſolui, nam debet prius ſoluere de inrepetere.*
17 *Debitor, non poteſt conſtitui in mora, quando, habet legitimam exceptionem contra aduerſarium.*
18 *Periurus non impeditur proſequi ius ſuum.*
19 *Debitor iurans reddere vſuras, & nullã querimoniam mouere habet quinque remedia vſque. 22.*
0 *Iurans ſoluere vſuras, non cenſetur iuraſſe non repetere.*
21 *Iuramentum nullum poteſt obligare, vt quis non teneatur, denunciare eccleſiæ.*
2
22 *Debitor, vtrum debeat facere citare creditorem, quando petit abſolutionem.*
23 *Debitor qui ſoluit vſuras an poſſit eas repetere, & quomodo, vbi plura remedia ponuntur.*
24 *Debitor denuncians debet principaliter ſe fundare ſuper ſalute proximi, non ſuper ſuo intereſſe.*
25 *Libellus denunciantis vſuras quomodo formari poſſit.*
26 *Lucrum ſecundario expectans, ſeu deſiderans non peccat, ex facta denunciatione.*
27 *Iudex poteſt ſemper ex officio prouidere, ne vſuræ ſoluantur vel vt ſolutæ repetantur, cum illud non poſſit excludi iuramento.*
28 *Abſolutio a iuramento vſurario, an poſſit peti, prætermiſſo remedio huius capituli.*
29 *Vicarius epiſcopi habet poteſtatem relaxandi iuramentum, de præſtandis vſuris.*
30 *Relaxatio iuramenti an peti poſſit per procuratorem domino abſente.*
31 *Iuramentum factum per ſe, & hæredes ſuos, quando ad hæredes tranſeat, & Baldi verba explicantur.*
32 *Ciuitas an incurrat periurium ſi ſyndicus iurauit, & elapſus ſit terminus ſolutionis.*
33 *Debitor, qui incurrit periurium non ſoluendo in termino an efficiatur, infamis.*

## CAP. PRIMVM.

EX adminiſtratio-
1 nis. ¶ Creditores † compelluntur
relaxare iuramentum, de ſoluen
dis vſuris. hoc dicit ſecundum Io.
Andreæ, vel dic ſecundum Do-
minum Abbatem. ¶ Agi poteſt
ad relaxationem iuramenti, cu-
ius implementum turpitudinem
continet ex parte ſuſcipientis, &
dicit, quòd eſt caſus notabilis.
¶ Nota primo ſecundum Dominum Abbatem, quòd ex iu-
2 ramento † præſtito ſuper vſuris ſoluendis ſaltem ſecundaria
obligatio acquiritur parti recipienti iuramentum, licet Butr.
dixerit cõtrarium in capitulo, debitores. infra eodem. Sed hic
eſt caſus contra ipſum, vt dicit hic Do. Abb. nam ſi nulla obli
gatio acquiritur parti, non compelleretur ad relaxationem
iuramenti, nam relaxatio præſupponit vinculum. l. decem, ff.
de verborum obligation. & in c. ad diſſoluendum. de deſponſ.
impuberum. & niſi obligatio acquireretur illi, qui recepit iu-
ramentum, non eſſet tutus iurans, per relaxationem ſolius
partis, quàm iuramẽtum recepit, cum nemo poſſit dare, quod
non habet, j. quæſtione vij. Daibertum, & de iure patro. quod
autem. Secundo not. quòd ex puro iure oritur obligatio na-
3 turalis parti recipienti, nam ex † pacto de ſoluendis vſuris, nul
la oritur obligatio, vt patet infra eodem, debitores. ſolum er-
go iuramentum eſt illud, quod inducit obligationem, quod
videtur eſſe contra legem, ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſoribus.
4 per quam legem Legiſtæ communiter tenent, † quòd ex iura
mento extraiudiciali non oritur aliqua obligatio, nec natura-
lis, nec ciuilis, vnde iuramentum extraiudicialiter præſtitum
nullum alium operatur effectum, niſi quòd confirmat cõtra-
ctum, vel pactum, ſeu obligationem præcedentem, vt in au-
then. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendi. vnde Legiſtæ di-
cunt, quòd iuramentum non inducit obligationem, ſed con-
firmat obligationem, vel contractum præcedentem. De iure
5 autem canonico † iuramentum etiam non præcedente ali-
quo contractu, vel aliqua obligatione inducit obligationem,
quia omne iuramentum promiſſorium, habet in ſe incluſum
pactum, de quo videbitur infra eodem, cum contingat.
Aduerte tamen, quòd licet de iure ciuili ſolum iuramen-
tum non inducat obligationem, tollit tamen obligationem
naturalem, ſicut ſolutio debiti, & pactum de non petendo,
vnde ſi quis iurat non petere, tale iuramentum, tollit obliga-
tionem naturalem, l. Stichum c. §. naturalis, ff. de ſolut. vbi eſt
6 bonus text. Tertio, † quòd iuramentum continens turpitu-
dinem ex parte recipientis, eſt obligatorium; ſatis enim eſt,
quòd ex parte præſtantis turpitudinem non contineat, vt in
capitulo, ſi vero, infra eodem, & xxij. quæſtione quarta. per to-
tum, de quo vide quod dicam in capitulo, ſi quam, in ſecun-
7 do notabili. Ex quo infert Dom. Abb. quòd † promittens ſol
uere vſuras, non peccat, concordat infra eodem, debitores
quod tamen limita, & reſtringe, vt notat Innocen. & Docto.
in capitulo, ſuper eo, infra de vſuris, & declaraui in quarto cõ.
ſilio, quod compoſui contra Iudæos fœnerantes. Quarto no
8 ta ſecundum Butri. & Dominum Abbatem, † quòd iudex ec-
cleſiaſticus habet iuriſdictionem in laicos non ſolum quan-
do agitur ad obſeruantiam iuramenti, vt in capitulo fina. de
foro competen. in vj. & in capitulo, nouit, de iudic. ſed ẽt qñ
debeãt ſoluere, & poſtea repetere, vt compellat laicos reſi-
ſtentes ad relaxationẽ iuramenti, quod turpiter receperunt.
9 Vltimo nota, quòd licet † iuramentum principaliter non
obliget Deo, vt probatur infra eodem, capitulo, debitores.
ſi ille

ſi ille in cuius fauorem iuratur, remittit iuramentum,non in-
diget iurans alia abſolutione, quia Deus etiam videtur remit
tere iuramentum, ex quo ille remittit, ad cuius conualidita-
tem iuramentum fuit, ad idem de ſponſal. capitu. ij. ſecus ſi
principaliter iuretur contemplatione Dei,nam tunc etiam pa
pa non poteſt remittere iuramentum ſine cauſa, vt dicetur in
fra eodem.quanto.& vide in Speculato.de lega. §.nunc oſten-
dendum,verſicu.vigeſimoſecundo.& ſcripſi in capitulo ſicut,
de ſponſalibus. & vide Sanctum Thomam ſecunda ſecundæ,
quæſtione lxxxix. articulo ix.in ſolutione ſecundi argumenti.
10 vbi dicit,quòd † homo poteſt promittere aliquid alteri ſub iu
ramento dupliciter,vno modo quando promittit aliquid per
tinens ad vtilitatem ipſius, puta, ſi ſub iuramento promittat
ſe ſeruaturum,vel pecuniam daturum, & a tali promiſſione
poteſt abſoluere ille,cui promiſſio facta eſt, intelligitur enim
iã ei ſoluiſſe promiſſum qñ facit de eo ſcḋm eius voluntatem.
Alio modo aliquis promittit alteri, quòd pertinet ad hono-
rem Dei ad vtilitatem aliorum,puta ſi aliquis iuramento pro
mittat alicui ſe intraturum promiſſionem,religionem, vel ali
quod opus pietatis tractaturum,tunc enim ille, cui promitti-
tur,non poteſt abſoluere niſi forte interpoſita ſit conditio,ſci
licet,ſi illi videbitur, cui promittitur,vel aliquid aliud, tamen
iſta ſunt verba formalia Sancti Thomæ in loco præallegato,
quam tene menti. & adde,quæ dicam in capit.quanto, infra
eodem.Sed contra iſtum textum opponit D. Abb. dicit enim
quòd videtur impoſſibile, quòd Deus recipiat iuramẽtum in
fauorem facinoroſi hominis,cum Pſalmiſta dicat, Odiſti om
nes,qui operantur iniquitatem. & lex ciuilis dicat, quòd ne-
mo ex improbitate debet conſequi actionem. l. itaque Fullo.
ff.de furtis.Soluit Dominus Abb. dicens,quòd Deus non con
ſiderat vtilitatem recipientis, ſed religionem, & promiſſio-
nem iurantis, ex quo enim aſſumpſit religionem iuramenti
ad implementum promiſſionis,quam poteſt ſine peccato exe
qui debet hoc ad Dei reuerentiam executioni mãdare.Sed ſi
recipiens remittit iuramentũ etiam Deus remittit, quia per
iuramentum non intendat placere Deo, ſed ſatisfacere proxi
mo. Sequitur glo.prima. In glo.prima diuide ipſam in duas
partes, in prima opponit & ſoluit. In ſecunda ampliat quæ-
ſtionem tex.& diſtinguit.Secunda ibi, ſed ſi iurauit non repe-
tere &c.

Pro expeditione primæ partis oppon.contra textum, & vi-
detur, quòd non debeat compelli creditor ad relaxationem
iuramenti, ſed debitor debet iuramentum adimplere, vt in-
fra eodem.cap. debitores. huius timore contrarij gloſſ.dicit,
11 quòd † licet iuramentum non contineat peccatum ex parte
iurantis,& iurans teneatur illud adimplere, vt in dicto capitu.
debitores. tamen reſpectu recipientis continet turpitudinem,
nec poteſt ſeruari ſine interitu animæ recipientis. vnde ratio-
ne huius iuramenti peccati vitandi, compelluntur creditores
huiuſmodi iuramentum remittere,ſupra de iudiciis,capit.no-
uit.& iſta videtur fuiſſe mens glo.quanquam Dom.Abb. alio
modo expediat mentem huius gloſſæ. In ſecunda parte glo.
glo.ponit duos caſus. Primus eſt, quando debitor ſoluit vſu-
ras,& hoc caſu dicit,ſi iurat non repetere vſuras poteſt denun
ciare debitorem eccleſiæ, & ſic compelletur debitor reddere
vſuras, quaſi indirecte officio iudicis. Secundum iuramen-
tum remedium ponit gloſſ. quia poterit compellere credito-
rem ad relaxationem iuramenti,& not.bene gloſſ.quia vult,
quòd etiam poſtquam debitor ſoluit vſuras, ſi iurat non repe
tere,quòd creditor compellatur ad relaxationem iuramenti.
Sed aduerte, quia textus iſte non loquitur quando debitor ſol
uit vſuras, ſed loquitur quando ante ſolutionem debitor pe-
tit creditorem compelli ad relaxationem iuramenti, ideo ſu-
perius dixi, quòd glo. ampliat quæſtio. text. Secundus caſus
quem ponit glo.eſt quando debitor nondum ſoluit vſuras, &
hoc caſu dicit glo.quòd poteſt debitor petere, quod creditor
compellatur deſiſtere ab exactione vſurarum. Sed dic, quòd
nihilominus habet remedium huius tex. ſcilicet, quòd credi-
tor compellatur ad relaxationem iuramenti. Duo ergo ſunt
videnda, primum eſt, quæ remedia habeat debitor, qui iura-
uit ſoluere vſuras ante ſolutionem, vt non cogatur eas ſolue
re. Secundus eſt, quando debitor iam ſoluit vſuras, & vult
eas repetere, & in hoc videbimus quæ remedia competant ip
ſi debitori ad vſuras ſolutas repetendas. Primum membrum
diuido in duo, aliquando enim debitor ſimpliciter iurat ſol-
uere vſuras.aut iurat ſoluere, & nullam quæſtionem, vel que
12 rimoniam mouere. In primo caſu dic, quòd † debitor habet
plura remedia, & primo habet remedium huius Decretalis,
quia poteſt petere, quòd creditor compellatur ad relaxatio-
nem iuramenti,& dicit Butr. quòd hæc Decretatis hoc modo
poteſt practicari. Primo, vt debitor agat contra creditorem
ad relaxationem iuramenti, & ſi non vult remittere iudex po
teſt facere hanc remiſſionem, ex quo videt creditorem para-
tum ad præcipitium, nam melius eſt ante tempus occurrere
quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere, vt dicit
tex. in l.finali.C.in quibus cauſis ma. re.non eſt neceſſ. & not.
hæc verba Butr. bene,quia iudex poteſt facere hanc remiſſio-
nem abſque abſolutione iuramenti,habebit tamen effectum
abſolutionis, quia iuramentum amplius non ligabit, præci-
piet enim creditori, quòd non moleſtet debitorem prætextu
13 illius iuramenti. Ex quo infero, quòd vbi † laicus poteſt co-
gnoſcere de crimine vſurarum, poteſt hanc remiſſionem fa-
cere nolente creditore remittere iuramentum, de quo dicam
in capitulo ſequenti. Et primo hoc facit, quia etiam lex ciui
lis qñq; remittit iuramentum,vt in l. finali. ff.qui ſatiſdare co-
gantur.& in l.adigere,in fine.ff.de iure patrona. Secundum re
medium eſt, quia poterit denunciare creditorem eccleſiæ, di
cit tamen But.ſe dubitare, an ante ſolutionem vſurarum poſ
ſit agi via denunciationis, tamen dicit ſe putare, quòd poſſit
fieri denunciatio, quia ſic tenendo debitorem ligatum iura-
mento iniuſte agit, & eſt paratus ad præcipitium, licet actu
nondum peccauerit,allegat capitu.diaconi.xciij.diſtinctio. &
xxiij.quæſtio.iiij.ipſa pietas.& not.per gloſſam in capitulo, ex
literis.infra,de ſponſalibus.Tertium remedium eſt,quia pote-
rit petere abſolutionem a iuramento. & dicit Butr. & Dom.
14 Abbas, quòd † epiſcopus poteſt abſoluere a iuramento talis
ex quo turpiter eſt receptum ex parte recipientis, hoc voluit
Innocentius in capitu. debitores. infra eodem, & ſupra quod
metus cauſa. in capitulo ad aures.nam epiſcopus diſpenſat in
voto, vt in capitulo primo, cum ibi nota. inf. a de voto.& ta-
men votum eſt de iure diuino,vt in capitulo,licet.& in capitu
lo magnæ,infra de eodem tit. Quartum remedium eſt,quia
debitor conuentus a creditore poteſt excipere contra credito-
rem ratione iuramenti, & petere,quòd compellatur deſiſtere
cum teneatur creditor propter ſuam turpitudinem illud iura-
mentum relaxare. & dicit Butr. quòd abſque dubio iudex ex
officio poteſt facere hanc exceptionem. Vtrum autem pars
15 † poſſit hoc facere. Butr. primo dicit, quod poteſt intimare
vel inſinuare iudici,vt ipſe iudex ex officio hoc faciat. Sed di-
cit, quòd pars nihilominus poteſt excipere,vt non cogatur a
a creditore virtute iuramenti,quòd relaxari, & a quo abſolui
debet. & dicit quòd debitor debet petere, quòd creditor ex
nunc iuramentum relaxet, & quòd ab eo abſoluatur. ſicut
etiam reſtitutio in integrum poteſt peti, per viam exceptio-
nis.l.nam & poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiurando. & l.necnon,
§.exceptio. ff.ex quibus cauſis maio. & hoc tenet Feder. de Se.
ſuo conſilio cclxiij.allegat glo. penult. in capitulo,paſtoralis,
ſupra de cauſa poſſeſſio. & proprieta. quæ dicit, quòd ſi reus
exciperet contra actorem, non debeat audiri, quia eſt pri-
uandus iure ſuo. & ſic per viam exceptionis poteſt peti,quòd
aduerſarius priuetur iure ſuo, allegat etiam l. Papinianus.§.ſi
filius.ff.de inofficioſo teſtamento.But.allegat glo.in capitulo,
auctoritatem.xv.quæſtione vj. quæ dicit, quòd iurans aliquid
ſoluere per metum poteſt excipere contra aduerſarium, de
metu illato, & hanc opinionem ſequitur etiam Butr.& Do.
Abb. & aduerte,quia iſtud remedium ſolum competit quan-
do creditor cœpit agere contra debitorem.& ita intelligit hæc
glo.dum dicitur,quòd debitor poteſt petere, vt creditor deſi-
ſtat ab exactione vſurarum, ſed forte poſſet dici,quòd quem-
admodum debitor habens legitimam exceptionem, poteſt
implorare officium iudicis, quòd declaret ſibi exceptionem
competere, & imponat ſilentium aduerſario, iuxta notata
per Bartolum in l.Aurelius.in §.centum. ff.de liber. lega.& in
l.ſi contendat,ff.de fideiuſſoribus.ita etiam debitor, qui iura-
uit ſoluere vſuras, debet poſſe implorare officium iudicis, vt
declaret tale iuramentum eſſe illicitum, & ꝙ imponat perpe-
tuum ſilentium aduerſario,ſed dic,quod licet poſſit hoc pete-
re quando timet in futurum ſe moleſtari ab aduerſario, non
tamen poterit excipere antequam creditor agat contra eum.
But.tamen & Do. Abb. dicunt hanc gloſſam procedere, vbi
debitor non ſtat in mediis finibus exceptionis, ſed petit abſo-
lutionem a iuramento,vt ſupra poſui exemplum. Si enim di
ceret debitor,quòd creditor non debet audiri,quia peccat pe-
tendo vſuras,vel quia ſi ſolueret,poſſet repetere,vnde dolo fa
cit petere quod reſtituturus eſt,tunc non eſſet audiendus,quia
per hoc apparet ipſum velle in periurium incurrere.

Quintum remedium eſt, vt iudex nemine requirente, nec
intimante, ſeu inſinuante, ex officio ſuo compellat credito-
rem deſiſtere ab exactione vſurarum,ſed D.Abb. dicit,ꝙ præ-
dicta debent intelligi,quia debitor nõ incurrit periurium, vt
quia lapſus eſſet terminus ſolutionis fiendæ, tunc non poſſet,
nec excipere, nec denunciare, nec petere relaxationem iurã,
nec iudex ex officio poſſet compellere creditorem ad deſiſten
dum ab exactione vſurarum, vel ad relaxandum iurm,alleg.
Vincen. & Ioan.Andr.in cap.debitores,infra eodem.& etiam
confirmat Ioannes Andr.in additio. Specul.eod.titu.ſuper ru-

brica in vltima quæſtione, & Feder. de Sen. conſilio cclxxxix.
nam Vincen. & Ioannes Andræ. dicunt, quòd ſi inſtat termi-
nus ſolutionis fiendę, debitor non poteſt petere abſolui ſe, ne
ſi laberetur terminus ſolutionis ante abſolutionem incideret
in periurium, vnde hoc caſu debet ſoluere, & poſtea petere.
Fe. autem de Se. dicit, ꝙ ſi debitor incidit in periurium, vt quia
lapſus eſt terminus ſolutionis non poteſt attentare remedia
ſupradicta, quia ſic ſtaret interim in peccato periurij, peccata
autem tanto ſunt grauiora, quãto diutius infęlicem animam
detinent alligatam, vt in c. ſi. de conſuetud. vnde dicit Abbas
ꝙ aut lapſus eſt terminus antequam conueniatur debitor, &
tunc non poteſt excipere, nec aliis remediis vti ad declinandã
ſolutionem, ſed debitum ſoluere, & poſtea poteſt repetere, vt
infra eodem. debitores. idem ſi inſtat terminus ſolutionis faciẽ
17 dæ, ſed forte de ſtricto iure poſſet dici contrarium. Nam † debi
tor non poteſt conſtitui in mora, quando habet legitimam
exceptionem contra aduerſarium, vt dicit tex. in l. lecta. verſic.
ſed cum ſcias. ff. ſi cer. peta. Ex quo ergo debitor, qui promiſit
ſoluere vſuras cum iuramento, habet exceptionem legitimã
contra creditorem etiam ante petitam abſolutionem, non de
bet in periurium incidere, niſi dicas ſingulariter limitandam
illam legẽ, ꝙ ille, qui habet legitimam exceptionem non po-
teſt in mora conſtitui, niſi iuraſſet ſoluere intra certum tem-
pus, quia tunc ratione iuramenti cõſtitueretur in mora, cum
enim per iuramentum ſe Deo principaliter obligauerit, vt
patet ỹ. eod. debitores. non debet fallere fidem, quam tenetur
Deo reddere. vnde iſta ratione incidit in periurium, licet ha-
beat exceptionem contra partem aduerſarii, & hoc modo ſin
gulariter limitatur illa l. But. tamen in c. debitores. ad fin. com.
ſic dicit, ꝙ iurans poteſt abſolutionem petere, licet in periu-
rium inciderit, quia ad duo erat obligatus, ſcilicet ad ſoluen-
dum intra terminum, & ad ſoluendum ſimpliciter, ff. de arbi.
l. Celſus. de dolo & contuma. cum dilecti. & ſi non ſoluit infra
terminum, in hoc peccauit, & eſt periurus. Sed inquantum
obligatus ſoluere poſt terminum, non peccat petendo abſo-
lutionem, vel ſaltem poterit ſoluere, & repetere, vt d. capitu.
debitores. iſta ſunt verba But. & vt patet, loquitur alternatiue,
18 & licet ſe non firmet, mihi placet eius opinio, nam † periu-
rus non impeditur proſequi ius ſuum, vt notatur de teſtibus.
teſtimonium. poterit ergo petere abſolutionem a periurio, &
a iuramento, & poſtea reperii. D. Ab. in hoc eo. c. in illa quæſ.
an pars ſit citanda ad abſolutionem iuramenti, de qua dicam
infra eodem. c. debitores. & in penult. colum. huius capit. verſi.
quinto. non placet reprobatio D. An. vbi dicit ſe putare, quòd
ſi petẽdo abſolutionem nõ perſeueraret in peccato, poſſet ab-
ſolutionem petere etiam poſt terminum, licet incidet it in pe-
riurium ſemel conueniendo. & hoc eſt verius, poterit enim
abſolutionem petere a periurio, in quod incidit. & adim-
plere iuramentum, in quo tenetur parti. Fateor tamen,
quod vbi adhuc in periurium non incidiſſet, ſed inſtaret finis
termini non audiretur petens abſolutionem propter pericu-
lum nẽ labatur terminus ante abſolutionem, quia debet iu-
dex obuiare, vt incurrat in periurium, & ita no. Doc. infra eo.
debitores, vbi dicunt, aut debitor non fuit conſtitutus in mo-
ra per lapſum termini, vt quia promiſit ſimpliciter ſoluere
vſuras non appoſito aliquo termino ſolutionis faciendæ, &
hoc caſu dicit D. Abb. quòd poſt interpellationem non pote-
rit excipere, nec aliis remediis vti ad declinãdam ſolutionem,
mouetur, quia per interpellationem reus cõſtituitur in mora.
l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum obligatio. & in l. mora. ff. de
vſur. ſed hoc non credo eſſe verum, quia ſi debitor poteſt exci
pere contra creditorem, qui iudicialiter eum interpellat, vt di
cit hæc glo. & Doct. communiter eã ſequuntur, fortius quan-
do eſt interpellatus extraiudicialiter, fortior enim eſt interpel
latio iudicialis, quam extraiudicialis, vt patet in l. cum poſtu-
laſſet, ff. de damno infecto. per quem textum dicunt Doctor.
quòd vbi quis eſt obligatus ſolo officio iudicis, & nõ iure act.
non conſtituitur in mora, niſi interpelletur iudicialiter, & ra-
tio differentiæ eſt inter hunc caſum, & præteritum, quia quan
do in iuramento eſt appoſitus terminus ſolutionis faciendæ,
iuramentum continet duo. Primũ, ꝙ ſoluat. ſecundum, quòd
ſoluat intra terminum. Incurrit periurium ex forma iuramen
ti, in qua continetur terminus ſolutionis, vbi autem ſimplici
ter iurauit ſoluere, non apponendo aliquem terminum, debi-
tor non eſt obligatus ex forma iuramẽti ſoluere in aliquo ter-
mino, nec creditor poteſt interpellare, quia nulla obligatio ei
eſt acquiſita, vt patet infra eodem, debitores. tunc iuramen-
tum ex parte ſua eſt turpiter receptum, vnde non debet poſſe
interpellare ipſum debitorem, ex quo obligatio apud ipſum
eſt inefficax, & meretur vt ei non ſeruetur iuramentum, vt di-
cam ſecundum Sanctum Thomam in c. ſequen. & iſta ratio
iudicio meo mouit glo. & Docto. dum dicunt, quòd reus in-
terpellatus iudicialiter poteſt excipere contra creditorem, vt
deſiſtat ab exactione vſurarum, & idem dixit glo. & Ioan. An.
infra eodem, debitores. & ibi dicam, & hoc notabis.
19 ¶ Venio ad ſecundum caſum, ſcilicet, quando † debitor
promiſit ſoluere, & nullam quæſtionem, vel quærimoniam
mouere, vel nulli iudici denunciare, & hoc caſu adhuc ha-
bet quinque remedia. Primum eſt, quia poteſt ſoluere, &
20 poſtea repetere, quia † non iurauit non repetere, & hoc iura-
mentum eſt ſtricte intelligendum, argumen. in c. ad audien-
tiam, quod metus cauſa. Secundum remedium, quia poterit
21 denunciare eccleſiæ, quia † nullum iuramentum poteſt obli-
gare, vt quis non teneatur denunciare eccleſiæ, vt infra eodẽ.
quemadmodum. in fi. & hoc tenet gl. infra eodem, in c. ad no-
ſtram, el ij. & in c. tuas, de vſur. & xv. q. vj. auctoritatem, & San.
Thom. vt dicam in c. ſequẽ. Tertium remedium, quia poterit
intimare iudici, vt iudex certificatus inſtet contra correctionẽ
peccati, & in hac intimatione facienda, non eſt facienda ali-
qua monitio, ſecundum But. & do. Abba. qui ad hoc allegat c.
propterea, el ij. de ſpon. vbi eſt bo. tex. de hac intimatione, quę
fit iudici ad peccatum euitandum ſine aliqua admonitione.
Quartum remedium eſt, vt debitor petat abſolutionem a iu-
22 ramento, vt ſupra dixi. † Vtrum autem debitor debeat facere
citare creditorem, quando petit abſolutionem a iuramento,
do. Abb. hic late examinat, ſed ego dicam infra eodem, debi-
tores, vbi etiam Butr. examinat, vbi reaſſumam quæ ibi dicit
dom. Abb. Quintum remedium eſt, quia iudex ex officio ſuo
abſque aliqua inſinuatione, vel petitione ſibi facta, poteſt cõ-
pellere creditores relaxare hoc iuramentum, vt hic, vel com-
pellere eos, vt deſiſtant ab executione vſurarum, vt in c. tuas,
infra de vſuris. In tertio autem membro principali, ſcilicet
23 quando † debitor ſoluit vſuras, & hoc caſu ſi non iurauit re-
petere, poteſt directa via abſque abſolutione iuramenti re-
petere vſuras ſoluens, nam iuramentum non eum ligat, ex
quo iam vſuras ſoluit, vt eſt tex. ỹ. eodem. debitores. Aliquan-
do autem ſimpliciter debitor iurat non repetere. Aliquando
non ſolum iurat non repetere, ſed etiam iurat non petere ſo-
lutionem a iuramento, nec mouere aliquam quęrimoniam,
nec querelam, nec iudici denunciare, nec vſuras illas recipere
ſi creditor ſibi ſoluere vellet.

In primo caſu habet quatuor remedia, primum eſt, quia
poteſt petere abſolutionem a iuramento, ſed ſolum non re-
petere vſuras, & talia iuramenta ſtricte ſunt intelligenda, vt
infra eodem, debitores, & in c. ad noſtram, ſupra, quod metus
cauſa. Remedium autem huius capituli non habet, quia iſta
decret. loquitur, quando debitor nondum ſoluit vſuras, licet
But. & Do. Abb. hic dicant contrarium, ſed mihi non placet,
ex quo enim debitor iam ſoluit vſuras, nec poteſt creditor
amplius agere cõtra eum, debet etiam ceſſare hoc remedium,
quia hæc Decre. ſolum voluit prouidere cõtra creditores mo-
leſtantes debitores ad ſoluendas vſuras, & maxime quia debi-
tor habet alia remedia contra creditorem ad vſuras repete-
das, tamen forte in practica ſeruaretur opinio Butri. & Do.
Abb. propter eorum auctoritatem, & maxime quia gloſſ. iſta
vult, quòd debitor, qui ſoluit vſuras, habeat hoc remedium,
ſi iurauit non repetere, vnde illud erit ſecundum remedium.
Tertium remedium eſt, quia poteſt creditorem denunciare,
cui ſoluit vſuras, & pondera gl. dum dicit, quòd creditor com-
pelletur reſtituere vſuras, quaſi indirecte officio iudicis, & di-
cit But. quòd glo. voluit dicere, quòd denuncians non debet
concludere principaliter creditorem compellen. ad vſuras re-
ſtituendas, ſed debet concludere ipſum eſſe peccatorem, &
cum aliter pœnitere non poſſit, niſi vſuras reſtituat, indirecte
compelletur ad reſtituendum, & hoc etiam dicunt Hoſtien.
& Doctores, infra eodem. cap. quemadmodum, vbi dicunt, ꝙ
24 † denuncians debet principaliter ſe fundare ſuper ſalute pro-
ximi, & nõ principaliter debet ſe fundare ſuper intereſſe ſuo,
quia tunc obſtaret ſibi iuramentum, & dicit But. ſe credere,
25 quòd non uitiaretur † libellus ſi denuncians ſic diceret, peto,
quia talis peccat in me. & aliter pęnitere non poteſt, vt ex offi
cio compellatur ad emendandum ſe de peccato, & conſequẽ
ter ad reſtituendum, quod illicite retinet. dicit tamen, quòd
cautius eſt ſe abſtinere ab hoc vltimo, ſcilicet a petitione re-
ſtitutionis, per nota. per Doctores in c. quemadmodum. infra
eodem. mihi autem placet opinio But. licet cautela quam po
nit ſit tutior, quia ex quo principaliter ſe fundat ſuper pecca-
to proximi, poteſt ſe fundare, petere reſtitutionem rei ſibi de-
bitæ, ſicut dicimus de illo, qui principaliter negociatur pro-
pter publicam communem vtilitatem ciuitatis, nam nõ pec-
26 cat ſi † lucrũ ſecundario expectat, ſeu deſiderat ex negociatio
ne, vt not. Doct. in c. j. ne cle. vel mo. & S. Tho. ij. ij. q. vii. ar. vlt.
& maxime, quia exprimit illud, quod tacite ineſt, quia nõ põt
petere niſi reſtituat, ad hoc l. iij. ff. de lega. primo. vnde dato, ꝙ
in intimatione facienda non requiratur monitio, tamẽ in de
nunciatione debet ſeruari forma denunciationis, de qua in c.
ſi pec-

ſi peccauerit.ij.q.j.& in c.nouit,de iudi.ſed D.Abb.dicit,ꝙ ſibi
non placet,ꝙ poſſit fieri denunciatio iudicialis, quia illa fun-
damenta principaliter magis ſuper intereſſe proprio, quàm
ſuper ſalute proximi. Quartum remedium eſt, quia iudex ex
officio poteſt ſupplere,& creditorem compellere ad remittē-
dum iuramentum,& ad reſtituendum illud,quod illicite rece
pit,quia licet iurauerit non repetere, nō propterea iurauit nō
recipere iudice ex officio ſuo compellente. Et ſubdit ſic, ꝙ
non creditur vitiari illud,quod agitur, ſi pars notificaſſet iudi
ci nihil petendo a iudice,vel a parte.& hæc remedia cōpetunt
vbi non iurauit abſolutionem non petere. Quid autem ſi eſſe
mus in ſecundo caſu,quia iuraſſet abſolutionem non petere,
nec denunciationem aliquam facere,nec vſuras recipere,nec
a iudice,nec a creditore,nec ab alio,But.hoc caſu dicit,ꝙ non
27 haberet aliud remedium, niſi ꝙ † iudex poteſt ex officio præ-
uidere,quia licet repellatur pars, non repellitur iudex inten-
dens correctionem peccati,alleg.c.ad noſtram,ſ̃.eod. habebit
etiam remedium denunciationis, qm̄ illud non poteſt exclu
di iuramento,vt ſuperius dixi. habebit etiam remedium inti-
mationis, ſcilicet, vt iudici peccatum intimet,vt iudex ipſum
videat,vt ex officio illud emendet,& in hoc ſuperius dixi, nō
28 eſt aliqua monitio neceſſaria.Sed iuxta p̄dicta quæro, † nūqd
prætermiſſo remedio huius c.poſſit peti abſolutio a iuramen
to,& Inn.ſ̃.eo.debitores.videtur velle, ꝙ prius creditores ſunt
compellendi iuxta formam huius c. & ſi non poſſunt induci
tunc epiſcopus abſoluet a iuramento.& idem ſenſit Io. And.
in addi.Spec.in rubr.eo.tit.& dicit But. ſe vidiſſe conſultum,ꝙ
hæc abſolutio iuramenti non ſit neceſſario fienda, niſi in ſub
ſidium,ſed But.hic,& in c.debitores,ſ̃.eo.dicit,ꝙ licet ſit vrba-
nius primo requirere debitorem,vt abſoluat a iuramento,ar.
l.quidam Iberus,ff.de ſerui. ruſt. præd. tamen non eſt neceſſa-
rium,quia iſta duo remedia ſunt æque principalia, & hāc opi
nionem ſequitur hic D.Abb.mouetur,quia epiſcopus abſol-
uit principaliter,quando iuramētum eſt metu præſtitum, nec
eſt neceſſe recurrere prius ad partem, vt remittat iuramentū,
vt in c.ſi vero,ſ̃.eo.not.Innoc.in c.ad aures, quod metus cau.
& tamen ibi obligatio metu contrahitur ipſo iure, etiam iu-
ramento omni interueniente requiritur parti, quæ metum
intulit,quia promiſſio facta metu mero iure valet, vt dicit gl.
in c.ſeq.& plene no.in c.abbas,quod me.cau. Sed quando de-
bitor promittit ſoluere vſuras, nulla obligatio oritur ex pro-
miſſis,ſed ſi interuenerit iuramētum, tenetur propter iuramē
tum, quod principaliter in deum derigitur ad obſeruantiam
iuramenti, vnde ſi epiſcopus poteſt abſoluere a iuramento,
quando obligatio ex contractu eſt acqſita aduerſario, multo
fortius debet hoc poſſe,quando nulla obligatio oritur ex con
tractu,vel promiſſione.Item vtrunque reperiuntur a iure duo
remedia inuenta videntur, hoc principaliter competere, nec
vnum eſt ſubſidiarium ad reliquum.l.quoties.ff.de act. & obl.
nec obſtat ſi dicatur,ꝙ c.ſi vero.ſ̃.eo. loquatur in Papa, quia
in hoc ille tex.factum recitat,quia ipſum eſt in epiſcopo,vt ibi
not.& in c.ad aures,quod metus cau.In glo.ij.aduerte, quia c.
quærenti,de verb.ſign.addit etiam de intrrdicto,ſed ille tex.lo
quitur de cenſura eccleſiaſtica,cuius appellatione comprehē
ditur ſuſpenſio,& excommunicatio,vel interdictum.Sed tex.
iſte loquitur de diſtractione,dicit tamē D.Ab.ꝙ ſepe iſta duo
capiuntur pro eo. De animaduerſione vero eccleſiaſtica vide
bonum tex.iunctis verbis Io.And.& d. Do. in c.j. de ho.lib.vj.
dixi in c.paſtoralis,de off.ord.In glo.vlt.D.Abb.approbat ſecū
dum intellectum glo.ſcilicet,ꝙ iſta dec.intell.quòd loquatur
de ordinariis,facit quod not.Inno.in c.debitores,ſ̃.eo.Ordina
rii enim faciunt hoc iure ſuo proprio, & auctoritate ordina-
ria,ſed prima expoſitio glo.facta fuit, quia olim dicebatur in
antiqua in ſupraſcriptione,omnibus Chriſtianis,& ſic videba
tur,ꝙ deberent hoc facere tanquam delegati. Sed hæc ſupra-
ſcriptio fuit remota ad ſignificandum, ꝙ debent hoc facere
iure proprio,ſcilicet auctoritate eccleſiaſtica, facit quod not.
in c.j.ſ̃.de voto.& in c.ordinarii, de off.ord.in vj. Et dicit Bald.
hic in prin.ꝙ vicarius epiſcopi poteſt remittere hoc iuramen-
29 tum,& dicit hoc fatetur in antiqua, & hoc bene no. ꝙ † vica-
rius epiſcopi habet poteſtatem relaxandi iuramentum,de prę
ſtandis vſuris facit,quia vicarius epiſcopi habet cognitionem
cauſarum,vt in c.ij.de off.vic in vj.ſed cauſa non poteſt decidi
vbi fuit abſolutio,vel remiſſio a iuramento, ergo vicarius po
teſt hoc facere tanquam acceſſorium ad cauſam, quæ agita-
tur coram eo,ar.c.cum propterea,& c.prudentiam. §.ſexta.in
30 fi.ſ̃.de off.del.Ex gl.quæro ſecundum Bal.nunquid †relaxatio
huiuſmodi iuramenti poſſit peti per procuratorem domino
abſente,& ignorante?& Bal.dicit,ꝙ ſic,alle.tex.no.in l.Labeo.
ff.de iureiur.plus dicit,ꝙ etiam ſi debitor pręſens non auderet
ſe defendere propter iuramētum, ꝙ poſſet pro ipſo præſente
defenſor interuenire, ſicut pro abſente ſatiſdando idonee de
defendendo,alle.tex.ſing.in l.fi.§.ſi actor,ff.de iureiu. Itē Bal.
iſtum tex.limitat, dicit enim ꝙ debet intelligi viuente princi-
pali debitore, qui iurat vſuras ſoluere,nā ſi mortuus eſſet,non
eſſet neceſſariū hæredē petere abſolut.vel relaxat. iurī,q̄a ſibi
31 debitor † iuraſſet per ſe,& hæredes ſuos,vt dicit Inn.& Doc.in
c.veritatis.de do.& contu. Vnde dicit Bal. ꝙ aut ex contractu
oritur naturalis obligatio, & tunc iurm̄ tranſit ad hæredem
quo ad vinculum obligationis,ſed non quo ad reatū periurii,
quia dato,ꝙ hęres teneatur quantū ad obligationē cōtractus,
& ad obſeruationem iuramenti propter liberādam animam
defuncti,non tamen efficitur periurus ſi non ſeruat iuramen
tum defuncti,alleg.l.ſi pęna,ff.de pę.Aut ex contractu non ori
tur obligatio naturalis,vt in contractu fęneratitio, & tūc nul
lo modo iuramentum tranſit in hæredem, quia oportet,ꝙ
aut iuramentum inducat naturalem obligationem,aut ei ac-
cedat ad hoc,vt iuramentum trēſeat in hæredem,& hæc ſunt
vera in ſucceſſore vniuerſali. In ſingularem autem ſucceſſo-
rem nunquam tranſit iuramentum quantumcunque ſit lici-
tum iñ virtute ſuæ perſo.vt in l.j. §.ſi hæres. ff. ad Trebell. ſed
in virtute ſuæ realitate puta ex contractu minoris ſequuta tra
ditione cum iuramento bene afficit quemlibet nouum poſ-
ſeſſorem.l.quoties.C.de rei ven. Aduerte ad iſta vltima verba
Bald.quia poſſunt dupliciter intelligi, vno modo, ꝙ quilibet
poſſeſſor poteſt excipere de iuramento contra minorem pe-
tentem.l.fi.ff.de excep.rei ven.& l.ſi ſuperatus,in fi. ff. de pign.
de quo vide Bar.in l.ſi tertius.§.j.ff.de aqua plu.ar. vbi tractat,
an ius agendi,vel excipiendi tranſeat ad ſingularē ſucceſſorē.
Secundo modo poteſt intelligi Bal. ꝙ petita reſtitutione in in
teg.per minorem contra illum,cui minor vēdidit,& tradidit,
quia reſciſſo contractu reſtituuntur ſibi vtilis rei vendicatio,
iuxta ea quam dixi in c.tū ex literis,in fi.de reſt.in integ.& per
Bar.in l.fi.C.ex qui.cau.ma.poterit minor agere vtili rei vendi
catione contra quemlibet poſſeſſorem,vnde reſciſſio iuramē
ti,& contractus hoc modo afficit quēlibet poſſeſſorem, quia
minor per reſtitutionem in integ.conſequitur actionem rea-
lem, per quam poteſt agere contra quemlibet poſſeſſorem.
Quærit etiam Bal.nūquid ſi ciuitas recipit ſyndicum,& ſyndi
cus iurauit communitatem ſoluturā intra certum terminū,
32 nunquid elapſo termino † ciuitas incurrat in periurium? Bald.
dicit,ꝙ proprie ciuitas non poteſt in periuriū incurrere, l. ſed
ex dolo,ff.de do.Ipſi autem conſtituentes ſindicum incurrunt
periurium ſi veniunt contra iuramentum,aliàs non,idem di
cit in iuramento tutoris,vel curatoris,quia tale iuramentum
non obligat ipſum minorem,bene facit c.fi. ſ̃.de procu. & vi-
de,quæ ibi dixi.Vltimo quæro,ſecundum eundem Bald. nun-
33 quid † debitor,qui non ſoluit intra terminum, & ſic incurrit
periurium efficiatur infamis,videtur,ꝙ ſic,quia vbi cōtractus
eſt firmatus iuramento veniens contra iuramentum efficitur
infamis,l.ſi quis maior.C.de tranſac. dixi in c.teſtimonium,ſ̃.
de teſti.Sed Bal.dicit contrarium,quia dolus creditoris,qui ex
torſit iuramentum de ſoluendis vſuris excuſat ab infamia ve
niens ergo contra contractum iuratum incurrit infamiā niſi
dolus interueniat in contractu ex parte aduerſarii, quia tunc
licet incurrat in periurium, non tamen incurrit infamiam,
& ſic debet intelligi lex ſi quis maior.præal. & hęc ſufficiant
in iſto cap.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum a prælato præſtitum, de non repetendis rebus eccleſiæ, non valet.*

2 *Abſolutio a iuramento meticuloſo, fit per iudicem eccleſiaſticum.*

3 *Iuramentum meticuloſum eſt obligatorium donec abſoluatur iuranti.*

4 *Iuramentum, ex quo continet turpitudinem ex parte exigentis, habet relaxationem directam a ſuperiore.*

5 *Iuramentum coactum, duplicem continet obligationem, & quare denunciandum eſt.*

6 *Iuramentum metu extortum,eſt obligatorium, quia non excludit conſenſum.*

7 *Iuramentum quando recipiat abſolutionem,& quando reſtitutionem.*

8 *Minor an poßit eodem libello petere abſolutionem a iuramento,& reſtitutionem in integrum,aduerſus contractum.*

9 *Obligatio per iuramentum,quæ cenſetur Deo quæſita, debet per eum qui vices Dei gerit remitti.*

10 *Iudex ſecularis quando poßit compellere ad relaxationem & obſeruantiam iuramenti.*

11 *Iudex competens, ſuper relaxatione iuramenti quis dicatur, rei an actoris.*

12 *Iuramentum de rebus eccleſiæ non repetendis, non requirit abſolutionem, cum non valeat.*

13 *Iuramentum non obligat quando iuramentum nō poteſt ſeruari ſine prȩiudicio ſalutis æternæ.*

14 *Vaſallus, non tenetur præſtare fidelitatem domino, quando eſt excommunicatus.*

15 *Pęna aliqua vtrum poni debeat illi,qui abſoluitur a iuramente.*

## C A P. I I.

PEruenit. Legitur duobus modis. Primo, ꝙ iuramẽtum fuit præſtitum ſu-
per rebus eccleſiæ, & ſecundum hunc intellectũ
1 hoc dicit. Non valet † iuramentum præſtitum a
prælato de non repetendis rebus eccleſiæ. Secun-
do modo intelligitur, ꝙ fuit præſtitum iuramentum de rebus
propriis non repetendis, & ſecundum hunc intellectum hoc
2 dicit. A iuramento meticuloſo fit † abſolutio per iudicem ec-
3 cleſiaſticum. ¶ No. primo ex tex. ꝙ † iuramentũ meticuloſum
eſt obligatorium donec abſoluatur iurans, abſolui tñ poteſt
& debet cum ſit turpiter præſtitum. ¶ Secundo no. ꝙ iuramẽ-
4 tum † poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternę, ex parte iuran
tis, ex quo tamen continet turpitudinem ex parte exigentis,
poteſt directa via peti abſolutio a ſuperiore, nec exigitur, ꝙ
prius cogatur recipiens iuramentum relaxare, quod facit ad
ea quæ dixi in c. pręced. & vide San. Thom. ij. ij. q. lxxxix. ar. vij.
5 in ſolutione tertij argumenti, vbi dicit, ꝙ † in iuro qđ quis
coactus præſtat, duplex eſt obligatio, vna, quia iurans obliga-
tur homini, cui aliquid promittit, & talis obligatio tollitur
per coactionem, quia ille, qui vim intulit, meretur vt ei pro-
miſſum non ſeruetur. Alia autem obligatio eſt, qua quis obli-
gatur Deo, vt impleat, quod per nomen eius promiſit, & talis
obligatio non tollitur in foro conſcientiæ, quia magis debet
temporale damnum ſuſtinere, q̃ iureiuran. ɔ̃uenire pōt tamẽ
petere quod in iudicio ſoluit, vel prælato denunciare, non ob
ſtante ſi contrarium iurauit, quia tale iuramentum vergeret
ad deteriorem exitum, eſſet enim contra iuſtitiam publicam.
Iſta ſunt verba S. Tho. intelligendo, ꝙ velit dicere eſſe contra
iuſtitiam publicam, ꝙ quis ſe obligat iuramento ad denun-
ciandum crimen fratris, quia eſt contra charitatem, quæ debe
tur proximo. hinc Aug. Matth. xviii. Si peccauerit in te frater
tuus, corripe eum inter te & ipſum, ſi neglexeris peior es, ille
iniuriam fecit, & iniuriam faciendo graui ſe ipſum vulnere
percuſſit, Tu vulnus fratris tui contemnis, tu cum vides perire
& negligis, peior es tacendo, quàm ille conuiciando. ¶ Quan-
do ergo in nos peccat aliquis habeamus magnam curam nõ
pro nobis, nam glorioſum eſt iniurias obliuiſci. Sed obliuiſce
re iniuriam tuã non vulnus fratris tui. Iſta eſt ergo ratio, quia
iuramentum non denunciando eſt contra publicum inſtru-
mentum, & per conſequens non valet, vt dixi in c. præced. &
no. bene verba S. Tho. primo enim dicit, ꝙ inquantum iura-
mentum reſpicit perſonã recipientis meretur, vt nõ ſeruetur
iuramentũ ipſi recipienti, & hoc facit ad id, quod dixi in c. pręce-
ced. ſ. quando iuramentum eſt turpe ex parte recipientis non
poſſit creditor interpellare, nec in mora conſtituere, quia me-
retur, vt ei non ſeruetur fides. ¶ Secundo dicit, ꝙ inquantum
iurans obligatur Deo, vt impleat, ꝙ per eius nomen promiſit
talis obligatio non tollitur in foro conſcientię, quia magis de
bet damnum temporale ſuſtinere, quàm iuramentũ violare.
¶ Tertio dicit, ꝙ iurans per metum poteſt repetere in iudicio
quod ſoluit, vel prælato denunciare, non obſtante ſi contra-
rium iurauit. Et poſtea vltimate dicit, ꝙ Romani Pontifices
ab huiuſmodi iuramentis homines abſoluerunt, non quaſi
decernentes huiuſmodi iuramenta non eſſe obligatoria, ſed
quaſi ex iuſta cauſa huiuſmodi obligationem relaxantes. &
iſta verba S. Tho. multum faciunt ad declarationem huius c.
& c. ſi vero. & c. verum. ſ. eo. & no. bene. quia S. Tho. non dicit,
ꝙ prius fieri debeat denũciatio, & deinde abſolutio, quia nol-
let creditor iuramentum relaxare. ¶ Sed San. Tho. ſentit, ꝑ ea,
quod principaliter poſſit vti quo remedio voluerit. ¶ In gl. j.
ij. & vlt. quia iſte tex. habet duos intellectus, primus eſt, ꝙ iſte
archiepiſcopus præſtitit iuramentum de propriis rebus non
repetendis, & ſecundum iſtum intellectum verbum abſolui-
vt non teneatur viſitare limina Apoſtolorum, ꝙ faciat ſuper
hoc fieri ſcripturam. & propter caſus fortuitos faciat fieri du
plicatum. ad primum allegat de ſimo. ex diligenti. ad ſecundũ
allegat Inſti. de teſta. §. penult. & ex hoc tex. Bald. in verſi. licē
tia colligit, quod licentia habet vim abſolutionis. ¶ Ex quo
36 infert argumētum, ꝙ ſi † captiuus eſt licentiatus ab hoſte, qui
eũ captum detinebat non tenetur reuerti ad ipſum, niſi aliud
probetur actum inter eos. ¶ Ex fine literæ no. vnum modum
iurandi, ex quo not. iuramentum pręſtari, licet non exprimatᷣ
verbum iuro. ſicut quidã voluerunt dicere. nam hoc non eſt
neceſſarium, vt hic, & ȷ̃. e. & ſi Chriſtus. & dixi ſ̃. eod. in rubri.
37 ¶ An autem † epiſcopus pręſtet iuramentum corporaliter. i. ta
ctis ſcripturis, Ioan. An. dicit, quod ſic. & probatur. j. q. vii. quo
tiēs cordis oculus, ſecus, quãdo epiſcopus iurat de calumnia,
vel iurat vt teſtis, quia tunc non debet tangere ſcripturam, vt
eſt tex. in c. fin. de iuramen. calum. nunquid autem epiſcopus
iuret alia capitula vltra hic expreſſa. Ioan. And. dicit, quod ſic
quia iurat de non alienando, vt in c. vt ſuper. de rebus ec. non
alienan. Item iurare debet de non infeudando de nouo, vt in
c. ſecundo. de feud.

In gloſſ. iij. no. ipſam inquantum vult iſtum tex. ſuppleri,
per §. de forma. xxii. q. v. & iſtam glo. communiter ſequuntur
Docto. Et aſſignant rationem, quia iſtud ca. & ille §. tractant
de forma iuramenti fidelitatis, & ex hoc arguebat Vincen. ꝙ
vaſallus non poteſt teſtificari pro domino, de quo Ioan. And.
remittit ad Spe. in ti. de teſte. §. j. ver. ſed nunquid vaſallus. ſed
ego declaraui in c. inſuper. ſ̃. de teſta. vbi etiam examinaui, an
ſubditus poſſit eſſe teſtis pro domino ſuo.

In glo. in ver. nulli pandam. quę eſt glo. iiii. Hoſtien. dicit, ꝙ
38 neſcit qd intendit dicere, glo. quia † conſilium papę ſemper de
bet pręſumi honeſtum. ſed D. Abb. dicit, ꝙ glo. bene dicit, nec
eſt habendum pro incõuenienti, cum papa nedum poſſit pec
care ex fragilitate humana, vt ij. q. vii. nos incompetenter. Sed
etiam poſſet eſſe hęreticus, vt in c. ſi papa. xl. diſtinctio. ad hoc
quod no. Innocen. in c. inquiſitioni. in ſua glo. fi. in ver. quid ſi
papa. vbi dicit, ꝙ non eſt obediendum papę, quando eius præ-
ceptum continet peccatum, vel ex eius præcepto iniuſto vehe
mēter pręſumitur ſtatum eccleſiæ perturbari, vel forte ēt alia
mala ventura, quia tunc peccat ille, qui obedit papę, cum de-
beat mala euentura pręcauere. ſed D. Ab. no. iſtam glo. ſingu
39 lariter, quia vult, quod quis non tenetur celare † malum conſi
lium, ſiue talis ſit prælatus, ſiue vaſallus, ita ꝙ iuramentũ ad
hunc caſum ſe non extendit. facit c. j. eo. ti. in vj. & dicit, ꝙ hęc
gl. facit, quod ſi iuraui non reuelare ſecretum mihi per te di-
cendũ, debet intelligi de honeſto, & de alteri nõ nociuo. & ꝙ
tunc poſſum reuelare non omnib. ſed illi q poteſt prodeſſe, &
non obeſſe, vt puta ſacerdoti, qui ipm admoneat, & oret pro
illo, ar. in d. ca. hoc vᷣ. xxii. q. v. & dicit D. Ab. hoc eſſe bene no.
& allegat tex. iuncta glo. no. in c. nerui teſticulorum, in verbo
contagione. xiii. diſtinctio. Idem ſenſit hic Bald. dicit enim,
quod per iuramentum credentię iurans obligatur, vt non
reuelet in pręiudicium domini, ſed ſi dominus haberet malã
intentionem, poteſt caute reuelare ei, qui poſſit prodeſſe, &
non obeſſe. nam illud quod dicitur hic intelligitᷣ de iuſto, &
honeſto, & ſuper tex. in ii. cap. vbi allegaui verba S. Thomę, q̄
hic repetas. ſed ſępe interrogatus fui a religioſis, nunquid ſi
40 prior, vel † abbas timet aliquod malum eſſe commiſſum poſ
ſit facere pręceptum ſub pœna excommunicationis, ꝙ qcũq;
habuit aliquam notitiam, ꝙ tale delictum ſit cõmiſſum, vel
talis res ſit facta vel dicta. nunquid illi quibus eſt dictum in ſe
creto teneantur illud reuelare? vltra ea, quę dixi in ca. ſi ſacer
dos. de offi. ordin. allego S. Thom. ii. ii. q. xxxiii. ar. vii. in fi. & q.
lxxvii. art. j. in fi. in quibus dicit, ꝙ quando pręlatus pręcepit, ꝙ
aliquid ſibi dicatur, ꝙ quis ſciuerit corrigendum, intelligendũ
eſt iſtud præceptum ſane, ſaluo ordine fraternę correctionis,
ſiue pręceptum fiat cõiter ad omnes, ſiue ad aliquem ſpecia
liter, & ſubdit, ꝙ ſi prelatus expreſſe pręciperet contra hunc
ordinem a domino inſtitutum, & ipſe pręcipiens peccaret, &
ei obediens, quaſi cõtra pręceptum domini agens. Vnde non
41 eſt ei obediendum, quia † pręlatus non eſt iudex iudiciorum
occultorum. ſed ſolus Deus. vnde nõ habet poteſtatem pręci
piēdi aliquid ſuper occultis, & ſi illud eſt ſibi dictum in ſecre-
to. eſt alia adhuc ratio, quia tenetur ad ſeruandum fidem. Ser
uare autem fidem eſt de iure naturali, nihil autem poteſt ho-
42 mini præcipi contra illud, quod eſt de iure naturali, † excipit
tamen Sanctus Tho. aliquos caſus. Primus eſt, quando deli-
ctum eſſet manifeſtum per aliqua indicia, puta per īfamiam,
vel per aliquas ſuſpiciones, in quibus caſibus p̄latus pręcipere
eodē mõ ſicut iudex ſecularis, vel eccleſiaſticꝰ põt & exigere
iuramentũ de veritate dicenda, vnde qñ eſſet infamia, vel ali-
quę ſuſpiciones de delicto poſſet pręlatus pręcipere ſub pęna
excommunicationis, ꝙ qcũq; habeat aliquam notitiam de
illo delicto veniat ad reuelandum, vel teſtificandum. ¶ Se-
cundus caſus eſt, quando delictum, vel factum pertinet ad cor
ruptionem multitudinis ſpũalē, vel corporalem, ſi. n. eſt peri-
culum, quod ex illo delicto, alii inficiantur ſtatim cum ve-
nit ad notitiam hominis tenetur homo illud manifeſtare.
¶ Tertius caſus eſt, quando illud tendit in graue damnum ali-
cuius perſonæ, puta ſi alicui imponatur falſa infamia, vel pa
tiatur ex illo iniuſte damnum, hoc caſu etiam ſi eius teſtimo
niũ non requiratur tenetur homo ad teſtificandum, tenetur
enim facere illud, quod in ſe eſt, vt veritatem denũciet alicui,
& iſtũ caſum bene no. quia ſi tu ſcis aliquem pati damnum,
vel iniuſte infamari, tu teneris ei reuelare vel ſibi, vel alteri, q
poſſit ei prodeſſe, etiam ſi tuum teſtimonium non requiratᷣ.
alias vt dicit S. Tho. tu peccas tãq̃ ꝯſentiēs malo alterius, facit
c. q cũ fure. ȷ̃. de fur. ¶ Quartus caſus eſt, qñ ꝓducitᷣ in teſtem,
dicit tamen S. Thom. quod quis non tenetur teſtificari de oc
cultis, de quibus infamia non præceſſit, & no. bene iſtud, quia
ſæpe iudices, quando habēt aliquem inimicum mittunt, pro
amicis, qui cõuerſantur cum inimico, & deferũt eis iuramē-
tum, an ille commiſſit tale crimen, debent enim eſſe cauti di-
cere domine iudex, ego nolo teſtificari, niſi mihi oſtendatis ip
ſum eſſe infamatũ de tali crimine, qꝛ de occultis, de quibus in
famia non præceſſit, non teneor teſtificari. Aduerte tamen,
quia non dicitur omnino ſecretum, ꝙ per ſufficientes teſtes
poteſt probari, vt dicit S. Thom. ij. ij. q. lxviii. ar. j. in fin. ¶ Quin
tus caſus eſt, quãdo tale crimen debet denunciari, vt quia cor
rectus noluit ſe emendare, in his caſibus tenetur quis propa-
lare dictum alterius, quamuis ſibi dictum ſit in ſecreto, etiam
ſi iurauerit illud tenere ſecretum, vt dicit Innocen. in c. quali-
ter & quando. ȷ̃. de accuſa. & dixi poſt D. Ab. in dicto c. ſi ſacer
dos. de offic. ordina. & idem dicendum eſt vbi ſubeſſet ali-
qua cauſa rationalis, quę ſuaderet illud delictum debere re

uelari, vt ſenſit S.Tho m.vbi ſ.ad hoc,quod no.Inno.in c.om
nis vtriuſque.ſ.de pœn. & remi.vbi dicit, ꝙ ſi alicui dicitur ali
quid in pœnitentia extra for mã confeſſionis ſacramentalis qđ
talis debet reuelare, quando ſubeſt cã. & vlterius ſi reuelaret
ſine cã.non deberet puniri, tanquam reuelans confeſſionem
ſacramentalem,& no.bene prędicta, quia ſunt multum not.
& ipſa adde ad ea, quæ dixi in ca. ſi ſacerdos. de offic. ordina.
43 Item no.verba quę dici t S. Thom.ſ. quod non valet † præce-
ptum factum per ſuperiorem contra illud ad quod homo te
netur de iure naturali,pro hoc facit,quia ius naturale eſt im-
mutabile vj.di.§.his itaq;.vnde S.Thom.vbique tenuit, ꝙ nõ
valet conſtitutio humana , quæ habet aliquam repugnan-
tiam ad naturalem iuſtitiam,vnde vide ipſum ii.ii.q.lvii.ar. ii.
vbi dicit, quod illud quod eſt naturale habet naturam im-
mutabilem,& per hoc oportet, ꝙ ſemper & vbique ſit tale.&
ibi in ſolutione.ii.Art. dicit, ꝙ voluntas humana ex commu-
ni condicto.i.ex communi conſtitutione,poteſt aliquid face-
re iuſtum,in his quæ ſecundum ſe non habent aliquam repu
gnantiam ad naturalem iuſtitiam, & in his habet locum
ius poſitiuum,& allegat Philoſo.in v.Ethicorum.qui dicit, ꝙ
legale eſt iuſtũ,ꝙ ex principio,quidem nihil differt. vocat.n.
principium naturalem iuſtitiam. Vnde dicit,quod ſi aliquid
44 de ſe †repugnantiam habet ad iuſtitiam naturalem non po-
teſt voluntate humana fieri iuſtum,puta ſi ſtatuatur, ꝙ fura-
ri liceat vel adulterium committere. & allegat Iſaiam xv.ca.
vbi dicit vęh.q condunt l eges iniquas, & in ſequen.arti.idem
ſentit de conſtitutione habente repugnantiam ad iusgentiũ,
quia naturalis ratio dictat ea,quæ ſunt iuris gentium tanquã
habentia æquitatem ex propinquo , vnde nõ indigent aliqua
ſpeciali inſtitutione.ſed ipſa naturalis ratio ea inſtituit,& alle
gat auctoritatem Car.iuris conſulti.ſ.l.omnes populi.in ij.rñ.
ff.de iuſti.& iure.vbi tex.dicit,quod illud quod naturalis ratio
inter omnes homines conſtituit id apud oẽs gentes perceque
cuſtodiatur, & ſic illa quæ ſunt de iure gentium,ſunt fundata
in ratione naturali, & habent omnimodam æqualitatem in-
45 qua conſiſtit iuſtitia.†Iuſtitia.n. non eſt aliud ꝗ qdã æqualitas
in alios,vel in alium ſeruata,de quo vide San. Thom. ſecũda
ii.quęſt.lviij.artic.j.& ij.plus dicit,idem Tho.quæſt.lx. ar.quin-
to.in ſolu.ij.argumenti. ꝙ ſicut leges ſunt iniquæ , quę ſecun-
dum ſe contrariantur iuri naturali , vel ſemper, vel vt in plu-
ribus,ita etiam leges,quę a principio ſunt recte poſitæ,ſi in ali
quibus caſibus deficiunt,in quibus ſi ſeruarentur,eſſent cõtra
ius naturale expoſtfacto redduntur iniquæ, & ideo in talibus
non eſt ſecundum literam legis iudicandum . ſed recurrendũ
eſt ad æquitatem,quam intendit legiſlator,& ſicut ipſe legiſla
tor nunc aliter iudicaret, & ſi cõſideraſſet lege determinaſſet,
ita per iuramentum eſt iudicandum ſecundum æquitatem,ſe
cundum quam legiſlator veriſimiliter iudicaret, & veriſimili-
ter ita per legem determinaſſet,ſi illum, vel illos caſus cogitaſ
ſet.vult ergo Sanctus Thomas , ꝙ ſiue ius poſitiuum a princi-
pio habeat aliquam repugnantiam ad iuſtitiam naturalem ,
ſiue expoſtfacto in aliquibus caſibus occurrentibus,ſi ſeruare
tur ius poſitiuum,haberet repugnantiam ad iuſtitiam natura
lem,tale ius poſitiuum non eſt ſeruandum, ſed eſt iudicãdum
ſecundum iuſtitiam naturalem. Aduerte tamen,quia Inno.
in c.quia plerique.de immu.eccle. & in c.quia in eccleſiarum,
46 de conſtit.dixit, ꝙ papa , † vel imperator ex cauſa rationabili
poteſt ſtatuere ꝯ ius naturale, vel gentium,& idem notant le-
giſtę in l.ſi.C.ſi contra ius,vel vtil.pub.ſed reſponde,ꝙ vbi con
ſtitutio humana facit aliquam determinationem contra ius
naturale,vel gentium, tamen illud non eſt malum,nec pecca
tum,nec habet repugnantiam ad naturalem iuſtitiam,& tũc
valet cõſtitutio humana,exemplum,ius diuinum dicit,In ore
duorum, vel trium ſtat omne verbum.Lex autem ciuilis pro-
pter vitandas falſitates, quæ committebantur, ſtatuit,ꝙ non
valeret teſtamentum,niſi fieret coram ſeptem teſtibus,modo
ſeruare hanc ſolennitatem non eſt malum, immo per eã pro
uidetur,ne malum committatur,nec aliquam repugnantiam
habet contra iuſtitiam naturalem,& hoc caſu valet conſtitu-
tio humana cõtra ius naturale,vel gentium. vbi autem illud
eſſet malum ſecundum ſe,vel haberet repugnantiam ad natu
ralem iuſtitiã,tunc non valeret conſtitutio humana,pro quo
optime facit tex.iiij.diſtin.erit autem lex. vnde dixit Bar. in l.ſi.
47 C.ſi contra ius,vel vti. pub. ꝙ † princeps non poſſet facere ali-
quam legem,quę contineret aliquid inhoneſtum,vel iniuſtũ,
quia hoc eſſet contra ſubſtantiam legis . Lex enim eſt ſanctio
ſancta,iubens honeſta,& prohibens contraria,l.ij. ff. de legi.
hinc etiam Bald.in l.ſi non ſpeciali,in fi.C.de teſtam.dixit,ꝙ li
cet principis ſit ſumma authoritas, tamen ratio naturalis eius
auctoritate mutari non poteſt.& hęc verba nota,quia multũ
declarant notata per Innocen. & Docto.in d.c.quia plerique.
& in d.c.quæ in eccleſiarum, & vide quæ dixi poſt Bald.in c.ij.
circa princ.ſupra,de probatio.& vtrum ſit iudicandum,& cõ-
ſulendum ſecundum rationem naturalem,plene dixi in c.cau
ſam,quæ inter vos vertitur,ſ.de teſti.& hæc notabis. In gl.in
48 ver.ſaluo ordine Io.An.dum glo. dicit,ꝙ † clerici non debent
pugnare cum armis, dicit , ꝙ non debent pugnare in propria
perſona,allegat xxiij.quæſt.viij.§.j. & c.ſeq. & c.ex multa. §.de
clericis.ĩ.de voto. vbi de hoc eſt bonus text. dicit tamen,ꝙ te-
nentur mittere bellatores,vel ducere militiam, vt in c.fin.ſ.de
dila.dicit etiam, ꝙ clerici poſſunt hortari milites ad pugnam,
allegat xxiij.q.viij.c.hortatu.& c.igitur.D.Abb.ad prædicta al-
legat bonam glo.in c.ſciſcitaris.vij.queſt.j. in glo.pen. quæ di-
cit,ꝙ clerici in nullo caſu poſſunt pugnare,ſi alias poſsũt eua
dere.50.diſt.de his clericis.dicit tamen,ꝙ poſſunt alios horta-
ri ad pugnam iuſtam,& etiam intereſſe,alleg.d.c.igitur.& c.vt
pridem.ead.quęſt.Do.Abb.dicit,ꝙ prædicta ſunt vera non in-
49 terueniente papæ licentia, quia † clericatus reddit clericos in-
habiles ad pugnandum etiam cum infidelibus, vt eſt tex.in d.
c.ex multa.in fi.nec pro defenſione propriæ perſonæ,vt in cle.
ſi furioſus.de homi.Sed ipſe mouet dubium,nũquid cum pa-
50 pæ licentia poſſint clerici vti armis etiam offenſilibus.& dicit
ꝙ ſic, ſi bellum eſt iuſtum , hoc enim clericis eſt prohibitum
ex ſola ordinatione eccleſiæ, dicit tamen , ꝙ Papa non debet
hoc facere ſine magna cauſa ꝓpter horrorem , & dicit,ꝙ iſtã
ſententiam firmat Io.Cal.in c.petitio. de homic. vbi late exa-
minat,& allegat no.per Hoſt.in c.ſicut dignum,de homic.vbi
51 tenet,ꝙ † epiſcopus poteſt diſpenſare cum homicida volunta
rio,quia omnis irregularitas eſt de iure poſitiuo, vt dicit Inn.
in c.ad audientiam.de homi.facit c.is,qui in eccleſia, de ſent.
excom. in vj. ſed quo ad hoc vltimum dictum allego dictum
Inno.in c.ij.de cler.non ord.mini.vbi dicit, ꝙ epiſcopis quaſi
ſemper licet diſpenſare in beneficiis, nam poſſunt diſpenſare
ſecundum eum cum irregulari,& cum homicida, pro quo eſt
bonus textus in c.ſtudeat,50.diſt.& in c.presbyterum.xxviij.di.
& in c.ij.in fi.de cle.pug.in duel.Ex quo habes notabilem limi
tationem ad c.at ſi clerici,§.de adulteriis.de iud.vbi dicitur, ꝙ
epiſcopus non poteſt diſpenſare in criminibus maiorib. adul
terio.nam illud debet intelligi quo ad ordines, non autẽ quo
ad beneficium retinendum , nam licet ipſe non poſſit perſo-
naliter deſeruire beneficio propter irregularitatẽ poterit hoc
facere per alium idoneum,vt dicto ca.presbyterum.quod no.
¶Sed quo ad principalem.q.Do. Abb. ſe remittit ad c.clerici
arma portantes, de vita & honeſta.clerico. vbi ẽt idẽ firmat,
52 ſed ſi † attendis rationes, quia clerici non poſſunt vti armis,
vel vulnerare, vel occidere per eas videbitur papam non poſ
ſe diſpenſare,& S.Tho.ii.ii.q.xl.ar.ii.& q.lxiiii.art.iiii. aſſignat
tres rationes,quare clerici non poſſunt vti armis offenſilibus.
Sed duas tantum referam , quæ pertinent ad propoſitum , &
prima eſt ratio,quia clerici ſunt electi ad alterius miniſteriũ,
in quo ſub ſacro repræſentatur paſſio Chriſti , ſecundum il
lud primo ad Corinthios , quotieſcunque manducabitis pa-
nem hũc,& calicem bibetis mortem domini annunciabitis,
& ideo non competit clericis ſanguinem effundere , ſed ma-
gis eſſe paratos ad propriam ſanguinis effuſionem pro Chri-
ſto vt imitẽtur opere,quod gerũt myſterio . Sed Chriſtus cũ
percuteretur non repercutiebat,vt in prima can.Petri ii.c. & iõ
non competit,vt clerici ſint percuſſores aut occiſores,debent
.n.miniſtri dñm imitari, ſecundum illud ecc.ix.c. ſecũdum iu
ſtitiam populi,ſic & miniſtri eius . Secunda ratio eſt , quia
clericis committitur myſterium nouæ legis in qua non deter
minatur pœna occiſionis, vel mutilationis corporis. & ideo
vt ſint idonei miniſtri noui teſtamenti,debent a talibus abſti-
nere,& propter hoc inſtitutum eſt,quod occidentes, vel muti
53 lantes,etiam ſine peccato,†ſunt irregulares, nulli autem,qui
eſt deputatus ad aliquem officium,licet id agere ꝑ quod red-
datur incongruus ſuo officio. Et ex his concludit S.Thom.
ꝙ clericis nullo modo licet bella gerere, quæ ordinantur ad
ſanguinis effuſionem,vnde ſi conſideras has rationes, nõ eſt
ratio poſitiua,quæ prohibeat clericos bella gerere. Sed eſt ra-
tio naturalis fundata in iure diuino. Vnde non credo,ꝙ papa
poſſit diſpenſare niſi ſit tanta neceſſitas,quod clericis non pu-
gnantibus non poſſint ſe defendere ab hoſtibus.Ita vt potius
videantur defendere,quæ bellum inferre. facit,quod not. In-
nocen.in c.ſi vero.ĩ.de ſen.excommu.& quod no.glo.penult.
in clemen.ſi furioſus.de homi.quę eſt nõ. In gl. vlt.iſtam gl.
declaraui in prin.Sed aduerte , quod hęc Decr.ponit capitula
fidelitatis,ꝗ epiſcopus debet iurare. ¶Qualis autem debet eſſe
epiſcopus , & quę debet credere ad hoc, vt ſit idoneus ad epi-
ſcopatum,vide pulchrũ tex.in c.qui epiſcopus, xxiii.di. & iſta
ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus non tenetur præſtare iuramentum obedientiæ epiſcopo ſuo,niſi ratione adminiſtrationis.*
2 *Clericus obedientiam manualem ſine iuramento epiſcopo præſtat.*
3 *Iuramentum obedientiæ, an ſit a clerico habente adminiſtrationem,vt hic præciſe præſtandum.*

4 Cives

4 *Ciues an teneantur iurare poteſtati.*
5 *Caſus enumerantur in quibus, tam clerici, quam laici, iurare in iudi ciis tenentur.*

## CAP. V.

1 NVllus. Non tenetur clericus epiſcopo † ſuo
præſtare iuramentum obedientiæ, ni
ſi ratione adminiſtrationis ſibi commiſſę. hoc
dicit. Primo no. quod clericus non tenetur p̃-
ſtare iuramentum obedientiæ epiſcopo, niſi habeat admi-
niſtrationem, ſed dic, ꝙ tenetur quilibet clericus etiam nõ
2 habens adminiſtrationem præſtare † obedientiam manua-
lem proprio epiſcopo non interueniente iuramento, vt eſt
tex. in c. legebatur. ſupra de ma. & obe. Item dic, ꝙ clericus
habens adminiſtrationem teneatur præſtare iuramentum
obedientiæ, vt hic non tamen tenetur præſtare iuramentũ
fidelitatis, quod præſtat vaſallus domino ſuo, vt eſt tex. in c.
indignum. j̃. de reg. iu. Item D. Ab. limitat iſtum tex. niſi iſte
clericus non habens adminiſtrationem eſſet ſuſpectus de
inobedientia, & hoc voluit glo. no. 23. di. quamquam. in gl.
pe. per c. cum in eccleſiis. ſ̃. de maio. & obe. In glo. vide gl.
quæ ponit alios caſus. 2. q. 5. c. j. & 1. q. 7. quotiens. & glo. præ
al. in d. c. quamquam. & caſus qui enumerantur per Hoſtiẽ.
3 & Ioan. And. j̃. eo. tua. ſed quærit hic Bald. nunquid hoc † iu
ramentum obedientiæ, quod debet præſtare clericus habẽs
adminiſtrationem: intelligitur indiſtincte, & præciſe. & re-
ſpondet, quod non, ſed debet intelligi iuramentum in lici-
tis, & honeſtis de iure, de natura, de facto, & ſecundum bo-
nos mores, allegat j̃. eo. venientes. & c. imperiale. §. fi. de pro
hi. feu. alie. per Feder. & l. nepos Proculo. ff. de verbo. ſig. & l.
non videtur. §. qui iuſſu. cum ibi no. ff. de regu. iuris. ſed vide
ſanct. Thom. 2. 2. q. 98. ar. 2. In ſolutione tertii argu. vbi di
cit, ꝙ quando quis iurat, vel promittit ſe facturum volunta
tem alterius intelligenda eſt debita condictio. l. ſi id quod
mandatur ſit licitum, & honeſtum, & portabile, ſiue mo-
deratum, quod non facit j̃. eo. veniens. & c. Quintauallis.
4 Secundo quærit Bal. † an ciues teneantur iurare poteſta-
ti, & reſpondet, quod nõ, niſi eis ſit commiſſum aliquod of
ficium, vt in l. quędam. §. numularios. ff. de eden. vel niſi ſint
ſuſpecti de rebellione, & remittit ſe ad notata in operę ſuo
ſuper pace Conſtantiæ. quod no. allegat etiam aliũ caſum
in quo laici tenentur iurare. ſ. quando aliquid eſt commit-
tendum iuratoriæ cautioni, quod eſt, quando quis tenetur
ſatisdare propter paupertatem, vel aliam cauſam non po-
teſt inuenire fideiuſſorem, vt in l. cum non facile. ff. ſi cui
plusquam per l. Falcidiam. & per glo. in cap. quamquam. in
verbo, idoneæ. de vſuris. in vi. cum ſimili. Sed tu dic, quod
5 ſunt multi † caſus, in quibus tam clerici, quam laici in iu-
diciis tenentur iurare, ſcilicet de calumnia, de malitia, de ve
ritate dicenda. Item laici interdum iurant vt teſtes, interdũ
petunt iuramentum in ſupplemẽtum probationis, de quo
in capitu. fina. infra eodem. & multi caſus poſſunt emerge-
re, in quibus laici in iudicio compelluntur iurare. hęc ſuf-
ficiant

### *SVMMARIVM.*

1 *Promiſſio vſurarum non eſt obligatoria ſine iuramento.*
2 *Obligatio naturalis non naſcitur ex pomiſſione de ſoluendis vſuris.*
3 *Vſurarum promiſſio non eſt turpis ex parte promittentis, ſed ſolum ex parte recipientis.*
4 *Pactum continens turpitudinem, ex parte recipientis, non obligat ſine iuramento.*
5 *Iuramentum dupliciter obligat, nam & homini, & Deo obligatur qui iurat.*
6 *Soluens vſuras, non videtur habere animum donandi, aliter eas repetere non poßet.*
7 *Vſurarii compelluntur indiſtincte reſtituere vſuras eis ſolutas.*
8 *Tranſgreſſor iuramenti plus peccat, quam tranſgrediens ſimplicem promiſſionem.*
9 *Tranſgreſſor voti ſolemnis, magis peccat, quam ſimplicis.*
10 *Creditores quando non ſint compellendi ad vſuras reſtituendas.*
11 *Vere quod agitur magis attendendum eſt, quam quod ſimulate concipitur.*
12 *Lex, vel canon reſiſtens actui prohibito, reſiſtit etiam iuramento accidenti.*
13 *Actus ſi non valet ratione perſonæ, quia prohibitus eius fauore, valet tamen iuramentum.*
14 *Obligatio firmatur inter patrem, & filium iuramento.*
15 *Poteſtas patria non conſideratur, nec ponderatur in ſpiritualibus.*
16 *Iuramentum non vitiatur, quando actus eſt prohibitus, quia ſit contra bonos mores ciuiles.*
17 *Iurans non peccat ſatisfaciendo ſuę conſcientiæ, quia ſe plus deligere debet, quam proximum ſuum.*
18 *Iurans an debeat cogi ad ſoluendum vſuras.*
19 *Actionem cui concedimus, eidem fortius exceptionem damus.*
20 *Petens quod eſt reſtituturus, doloſe agit.*
21 *Soluens in debitum ſcienter videtur donare.*
22 *Soluens vt ſtatim repetat, ſoluiſſe non videtur.*
23 *Exceptio ſuper contractu uſurario multipliciter fit.*
24 *Creditor vſurarum eſt infamis ſaltem infamia canonica.*
25 *Iudex prouidere debet ne periurium committatur.*
26 *Debitor ſoluens vſuras ſemper repetere poteſt, licet ſimpliciter ſine iuramento promiſerit.*
27 *Obligatio ad antidora eſt vt benefacienti, benefaciamus.*
28 *Creditor an poßit retinere pecuniam vſurariam, ſibi a debitore tanquã dono traditam, vel reſtituere teneatur.*
29 *Vſura eſt furtum, vel rapina.*
30 *Vſurę alio iure ſoluuntur alio repetuntur.*
31 *Iurans vſuras ſoluere, duplex habet remedium.*
32 *Debitor, quando vult petere abſolutionem a iuramento, an debeat facere vocare creditorem.*
33 *Contractus vſurarii diſcuſſio non videtur recte fieri, niſi partibus præſentibus.*
34 *Auxilium legis fruſtra inuocat, qui in legem committit.*
35 *Abſolutio a iuramento, quando requirat citationem partis.*
36 *Iuramentum præter cætera accumulat forum foro.*
37 *Actus, vel priuilegium tolitur ſublata cauſa, quæ requiritur ad eius permanentiam.*
38 *Contractus vitiatur, quando alternantur eius ſubſtantialia.*
39 *Iuramentum temerarium non eſt obligatorium ex parte iurantis.*
40 *Notorium, quando citationem partis non requirat.*
41 *Iurans ſe non denunciaturum, nec in ius vocaturum, poteſt ſine partis citatione, facere ſe abſoluere a tali vinculo.*
42 *Iurans ſimpliciter non contrauenire, an parte non vocata poſſit petere abſolutionem.*
43 *Excommunicatus abſolutus ſine partis citatione remanet abſolutus.*
44 *Epiſcopus, nec Papa poſſint abſoluere a iuramento ſine cauſa.*
45 *Iuramentum obligatorium ex parte iurantis, & continens aliquam vtilitatem sx parte recipientis, niſi parte vocata non eſt retractandum.*
46 *Abſolutio non debet fieri, niſi cauſa cognita.*
47 *Contractus deſcriptus in inſtrumento, ſi ex ſui forma ſit uſurarius non requirit partis citationem pro abſolutione facienda.*
48 *Probatio ſemiplena ſufficit ad obtinendam abſolutionem a iuramento, non autem ad pronunciandum contractum vſurarium.*

## CAP. VI.

DEbitores. Se ſummat ſecundem Ioan.
And. ſed ſecundum Butr. hoc
1 dicit, promiſſio † vſurarum non eſt obligatoria
ſine iuramento, ſed iuramentum de ſoluendis
vſuris non excludit facultatem ſolutas repetendi, & momẽ
tanea ſolutio a iuramento liberat. tria ſunt dicta. Secundũ
ibi. ſi vero. Tertium ibi, & cum vſurę. No. primo ſecundũ
2 D. Abb. quod † ex promiſſione de ſoluendis vſuris non na-
ſcitur obligatio naturalis, nam ſi naſceretur promitens co
geretur ſoluere, vt in c. j. de pactis. ſed iſta ratio non eſt ſuffi
ciens meo iudicio, quia ſępe eſt obligatio nãlis, & ciuilis,
& tamen obſtat exceptio, nec debitor peccat non ſoluen-
do, ex quo habet legitimam exceptionem: exemplum, quã
do quis aliquid promittit per metum contractus enim me
ro iure valet, & oritur obligatio naturalis, & ciuilis, licet
poſſit elidi per exceptionem quod metus cauſa, vt dictum
eſt in c. ij. ſ̃. eo. & plene habetur in c. Abbas, ſ̃. quod metus
cauſa. vnde melior eſt ratio, quia lex reſiſtit obligationi
ſaltem ex parte recipientis, vnde non oritur obligatio natu
ralis, nec eſt neceſſarium, quod reſiſtat obligationi ex par-
3 te promittentis: nam † promiſſio vſurarum non eſt turpis ex
parte promittentis, ſed ſolum ex parte recipientis, & tamen
ex tali promiſſione non oritur obligatio naturalis, ſed de
hoc dic, vt plene per Bar. in l. cum lex. ff. de fideiuſ. Secun
do no. ſecundum D. Abb. ar. optimum, ꝙ vbi turpitudo ver
ſatur ex parte recipientis obligationem, & non ex parte ſe
4 obligantis, promiſſio, ſeu † pactum non obligat ſine iura-
mento, ſed bene cum iuramento, & ſic habes caſum ĩ quo
eccleſia facit differentiam inter iuramẽtum, & ſimplicem
loquelam. Aduerte tamen ad verba D. Abb. quia debet in-
telligi vbi promiſſio continet in ſe aliquid turpe ſaltem ex
parte recipientis, vt eſt promiſſio de ſoluendis vſuris, ſecus
ſi contineret in ſe aliquid licitum, licet eſſet turpiter facta,
vt in promiſſione facta per metum, licet enim inferens me
tum faciat inferendum, metum tamen ipſo iure tenet pro
miſſio, quia nõ eſt turpis, nec ex parte promittentis, nec ex
parte

parte recipiētis,ſi eſt turpiter facta,& hoc modo procedūt,
no.in c.1.Abbas. quod metus cau. Tertio no.ibi,cogendi
ſunt domino reddere iuramentum,quod iuramentū prin
cipaliter dirigitur in Deum,& ei acquiritur principalis ob
ligatio,licet effectus concernat priuatam vtilitatem. ſed S.
5 Thom.2.2.q.89.ar.7.in ſolutione tertii arg.dicit, ꝙ†ex iura
mento oritur duplex obligatio, vna eſt qua iurans obliga-
tur huiuſmodi,cui aliquid promittit, & alia eſt obligatio,
qua obligatur Deo, vt impleat,quod per nomen eius pro-
miſit,ſed potes dicere,quod prima, & principalis obligatio
acquiritur Deo, ſecūdaria autem obligatio acquiritur par
6 ti quæ iuramentum recipit. Vltimo no.ꝙ †ſoluēs vſuras
non videtur habere animum donandi, alias non poſſet re
petere,& hoc procedit ſecundum Docto.ſi non iuraſſet ſol
uere vſuras,ſed ſimplicirer promiſiſſet,& hoc probatur in
c.cum tu.& in c.quia fruſtra.& in c.Michael.j̃.de vſu.i n qui
7 bus patet, † ꝙ vſurarii compelluntur indiſtincte reſtituere
vſuras eis ſolutas,nec diſtinguitur, an debitores iurarūt ſol
uere, vel non. Sed nec opponitur contra tex. ꝙ non ſit fa
cta differentia inter ſimplicem loquelam, & iuramētum,
vt in c.iuramenti.22.q.5.Goſ.& Hoſt.& Io.An.dicunt, ꝙ li
cet Deus non faciat differentiam,eccleſia tamen facit, vn-
8 de plus peccat †tranſgreſſor iuramenti, quam tranſgrediēs
ſimplicem promiſſionem,& hoc patet,quia imponitur ma
ior pœnitentia tranſgredienti iuramentum,quam tranſgre
dienti ſimplicem promiſſionem.24.qō j. non afferamus.&
adducunt ſimile in voto ſolēni,& ſimplici:nam magis pec
9 cat†tranſgrediens votum ſolenne,quam ſimplex, vt j̃. qui
cle.vouen.conſuluit.& c.rurſus.Io.An.dicit,ꝙ procedit cō-
paratio in genere,non autem indeterminata quātitate rea
tus vult dicere,ꝙ vterq; obligatur ad ſeruandum illud, qđ
promiſit,& vterq; peccat mortaliter, ſed in quantitate rea-
tus eſt differentia,quia plus peccat tranſgrediens iuramen-
tum,quam ſimplicem promiſſionem,vt probatur in c.j. &
in c.mouer.& in c.habemus.22.q. 1. & hoc voluit glo.in c.
pe.in gl.fi.j̃.eo.quam glo.omnino vide, & idem ſenſit gl.in
d.c.iuramenti.ſed S.Thom.2.2.q.88.ar.7.in ſolu. primi arg.
loquendo de voto,dicit,ꝙ ſolennitas voti pertinet non ſo-
lum ad homines,ſed etiam ad eum, inquantum habet ali-
quam ſpiritualem conſecrationem,ſeu benedictionem,cu
ius Deus eſt actor,quamuis homo ſit miniſter, ſecundum
illud Magiſt.vi cap.inuocabunt nomen meum ſuper filios
Iſrael, & ego benedicam eis.& ideo votum ſolenne habet
fortiorem obligationem apud Deum, quam votum ſim-
plex,& grauius peccat qui illud tranſgreditur.Quod autem
dr̃,ꝙ votum ſimplex,non minus obliget apud Deum,quā
ſolenne intelligendum eſt,quantum ad hoc,ꝙ vtriuſq; trā-
ſgreſſor peccat mortaliter,iſta ſunt verba formalia S.Tho.
ſic dicendum eſt in iuramento, ꝙ iuramentum habet for-
tiorem obligationem apud Deum,quam ſimplex promiſ-
ſio,& quod grauius peccet qui tranſgreditur iuramentum,
quam tranſgrediens ſimplicem promiſſionem, & illud qđ
dr̃, ꝙ non minus obligat apud Deum ſimplex promiſſio,
quam iuramentum intelligendum eſt,quantum ad hoc,ꝙ
vtriuſque tranſgreſſor peccat mortaliter, & licet iſta verba
ſint vera in ſe,& notabilia tamen non congruunt huic ca.
quia promiſſio de ſoluendis vſuris non valet, nec Deus ip-
ſam recipit,ſed ſi iuramentum interueniat, valet iuramen-
tum,vnde in caſu huius capi. eſt differentia inter iuramen-
tum, & ſimplicem promiſſionem,etiam quo ad effectum
obligandi, quia promiſſio non obligat,ſed bene iuramen-
tum.vnde D.Ab.dicit,ꝙ præallegata auctoritas, quæ dicit,
ꝙ Deus non facit differentiam inter ſimplicem loquelam,
& iuramentum procedit,quando datur validitas promiſſio
nis, ſed in caſu noſtro ſimplex promiſſio eſt nulla propter
turpitudinem recipientis. Iuramentum vero valet, quam
Deus turpiter non recipit,nec iurans peccauit.& Butri. aſſi
gnat rationem dicens, ꝙ iuramentum principaliter dirigi-
tur Deo.ſecundario homini, ideo cum Deus turpiter non
recipiat valet iuramentum, & tunc iuramentum conſiſtit
in perſonam iurantis. Promiſſio vero principaliter dirigi-
tur creditori,& ſecundario Deo, & inquantum obligatur
creditori,obligatio conſiſtit in perſonam creditoris actiue,
ſed paſſiue in perſonam rei merito, turpitudo ex parte re-
cipientis vitiat. Sed quæro,quia tex.dicit in fine.ꝙ crediro
res quibus ſunt vſuræ ſolutæ ſunt compellendi, ſi neceſſe
fuerit ad eas reſtituendas. Quæro ergo, quando non ſint
10 †compellendi. Hoſt. & Ioan.And.dicunt,quod aliquando
creditores non expectant coactionem, ſed ſponte ſua vſu
ras reſtituunt,vnde hoc caſu non ſunt compellēdi, ex quo
ſunt parati eas reſtituere:dicunt tamen,quod tales ſunt vſu
rari,niſi infirmitas hoc faciat. Item aduerte,quia Bald.in
c.primo,ſupra eodem. in tertia colum. videtur voluiſſe in-
telligerendum tex.quando non eſt expreſſum in iuramen-
to, quod ſolutio deberet fieri nomine vſurarum, puta,
quia debitor iurauit ſoluere decem ſimpliciter, ſecus dicit,
expreſſe ſoluere decem nomine vſurarum,quia tunc pp vi-
tium formæ promiſſionis nō eſt neceſſaria abſolutio, quia
iur̃m notoriū non indiget abſolutione. Sed iſte intellectus
non eſt verus, quia iſte tex.loquitur indiſtincte,nec proce-
deret differentia inter promiſſionem ſimplicem, ſine iura-
mento,& iuramentum,niſi tex.intelligeretur procedere,ēt
quando conſtat ꝯctum eſſe vſurarium, & ratio quæ aſſigna
tur per Doc.militat etiā ſi nominatim ſit expreſſum, ꝙ fiat
ſolo nomine vſurarum.Ratio enim,quia valet iuramentū
eſt, quia iurans principaliter ſe obligat Deo ad implendū
iuramentum.vnde iuramētum valet, licet ſit turpitudo ex
parte recipientis, quia ex parte cui principaliter iurās ſe ob
ligat nulla eſt turpitudo, ſed iuſta rō militat etiam ſi in iu-
ramento nominatim fiat promiſſio de ſoluendis vſuris. &
ideo iſte tex.eſt intelligendus gñalr̃,ſiue exprimatur in iur̃o
de ſolōne fienda nomine vſurarum, ſiue principaliter fiat
promiſſio de ſoluendo nulla facta expreſſione de vſuris ſol
uendis,ſed ſimulata alia cā,dummodo poſtea conſtet, ꝙ il
lud iur̃m in veritate fuit interpoſitum de ſoluendis vſuris,
11 †quia plus attendi debet illud quod vere agitur,quam ꝙ ſi
mulate concipitur,vt in c.ad noſtram.de emp.& ven.& in
c.illo vos.de pig.& in toto ti.C.plus valere quod agitur.q̃ ꝙ
ſimulate concipitur,& iſta eſt veritas,quicquid dicat Bal.In
gl.j.conclude ſecundum Bu.& D.Ab.tamen latius loquen-
do,q̃ ipſi,ꝙ ſi cā anullandi principalem oblōnem, conclu-
dit ad iuramentum acceſſorium vtrunque anullatur. & de
hoc poteſt poni exemplum quando actus eſt prohibitus re
12 ſpectu facientis,quia cum †lex vel canon reſiſtat actum fa
cienti,per conſequens etiā reſiſtit ipſi iuramento,& de hoc
poteſt poni exemplum in omnibus actibus prohibitis, tan
quam vitioſis,& a iure improbatis, vt patet in alienatione
rerum eccleſię quę non firmatur iuramento,vt in ca. ſicut
noſtris.infra eodem.& dixi in c.ſecundo.s̃.eo. Hoc autem
intelligas,quando actus eſt prohibitus, tanquam vitioſus,
& malus:ſecus ſi eſſet prohibitus propter commodum, &
fauorem illius cui eſt facta prohibitio:exemplum in mino
re,qui prohibetur alienare immobilia ſine decreto iudicis,
& in muliere quæ prohibetur alienare bona dotalia: nam
talis actus firmatur iuramento, vt patet in ca.cum contin-
gat.j̃.eodem.& in c.licet mulieres.eo.ti.libro vi. & in auth.
ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus venditionem, & in ca.
ſecundo.de pact in vi. licet enim renunciatio futurę ſucceſ
ſionis ſit improbata a iure ciuili tamen firmatur iuramen
to,quia iſta prohibitio fundatur in fauore,& commodo fi
liorum, ne per hanc viam priuentur ſucceſſione paterna,
& in hoc fundatur diſpoſitio iuris ciuilis, ſed quoniam nō
eſt eadem ratio vitiandi iuramentum cum poſſit ſeruari
abſque peccato,licet actus principalis non valeat ſine iura
mento: tamen ſi adiungitur iuramentum actus firmatur.
vnde in hoc primo caſu facias duas concluſiones. Prima
ſit concluſio,ſi lex,vel canon reſiſtit obligationi, ita quod
actus ſecundum ſe eſt prohibitus, & tunc ſicut non valet
principale,ita non valet iuramentum acceſſorium. Secū
13 da concluſio ſi†actus eſt prohibitus fauore perſonæ, licet
actus principalis non valeat, valet tamen iuramentum,
quia non eſt eadem ratio in vitiando iuramentum quę eſt
in principali actu,idem ſi actus eſt contra bonos mores ci
uiles, non tamen contra bonos naturales: hoc patet,quia
quod filius renunciet ſucceſſioni paternę eſt cōtra bonos
mores ciuiles,ſed tamen non eſt contra bonos mores natu
rales.per hoc dicit Bald.in l.iii.C.pro donato.quod licet de
iure ciuili inter patrem, & filium nulla oriatur obligatio.
14 Tamen talis obligatio†firmatur iuramento, quia iuramē
tum eſt de iure naturali, quo iure non conſideratur patria
poteſtas,& ita ſemel conſului:nam quidam donauerat cer
tam domum filiæ ſuæ in poteſtate, & iurauerat non con-
trauenire. Ego conſului, quod talis donatio firmabatur iu
ramento, quia talis donatio erat prohibita mero iure po-
ſitiuo,& quia iuramentum contra bonos mores ciuiles va
let.& allegaui no.per Innocen.in ca.ſecundo.de regula.qui
15 dicit,quod patria†poteſtas non conſideratur,nec pondera
tur in actibus ſpiritualibus,facit capitulo fina. de iudiciis.in
ſexto. ſed iuramentum eſt ſpirituale quid. & allegaui Bald.
qui hoc dicit in terminis in dicta lege tertia.C.pro donato.
licet Paulus de Caſtro conſilio centeſimotertio. contra-
rium conſuluerit, & male, & non fuit recordatus de eo,
quod dicit Bald. in dicta lege tertia. C. pro donato. nec de
regulis quas ponunt Doctores in capitulo cum contingat,
infra eodem.vbi dicunt,quod quando actus eſt prohibitus,
16 quia eſt ꝯ bonos mores ciuiles non † vitiat iuriſdictionē

quod

quod eſt de iure naturali. vnde ius canonicum non conſide-
rat aliud, niſi an iuramentum poſſit ſeruari ſine interitu ſa-
lutis æternæ, vel non. iſtud ponderat textus infra eodem, ca-
pitulo, cum contingat. & capitulo, licet mulieres. eodem titu-
lo, in ſexto. & capitulo ſecundo. de pactis. in vj. Aut & ſecun-
do actus eſt prohibitus, non quia lex, vel canon reſiſtat per-
ſonę actum facienti, ſed non aſſiſtit, vel propter turpitudinem
recipientis, vel propter aliam cauſam, & hoc caſu abſque du-
bio valet iuramentum, quia non eſt eadem ratio vitiandi iu-
ramentum, quæ eſt in annullando principalem promiſſio-
nem, quia iuramentum principaliter dirigitur in Deum, qui
illud non recipit turpiter. non obſtat ſi dicatur, quòd iuramen
tum auget cauſam peccandi, quia ſi debitor ſoluit creditori
vſuras, difficulter eas reſtituet, & ſic plus inuitatur ad peccan-
dum, nam dicit Butri. quòd ius hoc non conſiderat, cum il-
le iam ſit in peccato ex voluntate, ſed curat vt hic, non illa-
queetur etiam ad peccandum, quia melius eſt vnum quàm
17 duos peccare: nec iurans peccat ſatisfaciendo ſuæ conſcien-
tiæ, debet enim ſe plus diligere, quàm proximum, quia hæc eſt
ordinata charitas. Ex his adde tertiam concluſionem præmiſ
ſis, quòd ius non reſiſtit obligationi, vel contractui. ſed non
aſſiſtit, vel ſi reſiſtit ex parte recipientis, licet actus principa-
lis non valeat, tamen valet iuramentum, & iſta notabis.

In gloſſa ſecunda. hæc gloſſa diuiditur in duas partes. in pri
ma mouet quatuor contraria, quorum duo tendunt in fauo-
rem debitoris contra creditorem, reliqua vero duo in fauo-
rem creditoris contra debitorem. In ſecunda iterum oppo-
nit, & ſoluit. ſecunda in fine ibi, & quod dicit in prima parte
18 capio prima duo contraria. videtur enim † quod iurans nõ de-
beat cogi ad ſoluendum vſuras, quia cum habeat actionem ad
eas repetendas, fortius debet habere ne cogatur eas ſoluere,
19 quia cui damus † actionem, fortius damus exceptionem, vt
in l. inuitus. §. cui damus. ff. de regulis iuris. & in regula, qui ad
agendum, libro vj. Item & ſecundo, vbicunque quis petit,
quod tenetur poſtea reſtituere poteſt repelli per doli exceptio
20 nem, † quia doloſe agit, qui petit, quod eſt reſtituturus, vt in l.
dolo. ff. de doli exceptio. & in regula, dolo facit. de regulis iur.
in ſexto. ſed iſte vſurarius tenetur poſtmodum reſtituere, er-
go poteſt ante ſolutionem repelli per doli exceptionem, &
hæc duo contraria tendunt in fauorem debitoris, vnde con-
tra eundem debitorem, quòd non audiatur poſtmodum repe
tens gloſſ. arguit & primo ſic, aut iſte debitor ſoluit debitum
& non repetit. l. Iulianus. ff. de condictione indebiti & in capi
tulo finali, de ſolutionibus. Aut ſoluit indebitum, & eo mo
21 do non debet audiri, quia cum ſciat † ſe ſoluere indebitum, vi
detur donare, vt in l. cuius per errorem. ff. de regulis iuris. & in
dicto capitulo finali, de ſolutionibus. Item & ſecundo, qui
22 ſoluit † vt ſtatim repetat, non videtur ſoluiſſe, vt in l. qui ſic,
ff. de ſolutionibus. ergo iſte repetendo non videtur a iuramen
to abſolutus, & ſic iuramentum debet obſtare repetitioni.
gloſ. vero non reſpondet ad omnia iſta contraria. ſed dunta-
xat ad vltima duo contraria, ſcilicet de ſolutione indebiti
ſcienter facta, & ad illud contrarium, ſcilicet quòd non
videatur ſoluere, ex quo intendit ſtatim repetere, dicit enim,
quòd quia vſuræ ſunt indebitæ iure canonico, & in nullo ca-
ſu conceduntur, etiam vt captiui redimantur, vt in capitulo,
ſuper eo, de vſuris. ideo poſſunt repeti, & reſpondet ad illud,
ſcilicet quòd ſcienter ſoluerit, quia timore iuramenti ſoluit,
& ſic non videtur donare, ſicut ille, qui ſoluit per metum. Se-
cundo modo gloſſ. reſpondet ad aliud contrarium, videlicet,
quòd non videtur ſoluere, ex quo ſtatim intendit repetere.
& dicit quòd ſoluit vno iure, & alio iure repetit. Antequàm
veniam ad expediendas ſolutiones glo. prius examinabo con
traria ſupra formata, & primo ad primum contrarium, de re-
gula cui damus actionem &c. reſpondet Goffred. hoc contra.
procederet quando creditor ageret cõtra debitorem, ſed iſtud
capitulum habet locum quando creditor non agit contra de
bitorem, & ſic Goffred. vult, quòd contra agentem ille qui iu-
rauit ſoluere vſuras, poteſt excipere, & hoc etiam tenuit gloſſ.
23 prima. in capitulo primo, in fine. ſupra eodem. † Sed Butr. di-
cit eſſe diſtinguendum inter modum excipiendi, aut enim ex-
cipit de contractu vſurario petendo relaxationem, vel abſolu-
tionem iuramenti, & auditur per id, quod not. Feder. de Senis
conſilio ſuo cclxiiij. Aut ſimpliciter excipit contractum eſſe
vſurarium, vel quod habet actionem ad repetendas vſuras ſi
ſolueret, & tunc non debet audiri, nec obſtat regula, cui da-
mus, quia illa regula procedit, quando nihil ſubeſt, quòd ha-
beat magis repellere exceptionem, quàm actionem, ſed hic
ſubeſt iuramentum quod obſtat exceptioni, ſed non repeti-
tioni, & hæc eſt bona ſolutio, ſecundum D. Abbatem, ex qua
habetur vna limitatio ad regulam, cui damus. nam illa regu-
la procedit quando non eſt maior ratio repellendi exceptio-
nem, quàm actionem, aliàs ſecus, vt hic. ſed Dom. Abb. dicit,
quòd primum membrum diſtinctionis debet intelligi quan
do excipit petendo relaxationem, vel abſolutionem iuramen
ti antequàm conſtituatur in mora, & antequàm inſtet termi-
nus incidendi in periurium. ſed hoc declaraui in ca. primo, ſu-
pra eodem. vnde dic vt ibi dixi. Secundo modo ſoluunt alii, vt
refert Goffr. quòd contra illud, ſcilicet cui damus actionẽ, &c.
procedit, quando creditor directe ageret contra debitorem.
ſed iſtud capitu. procedit, quando creditor procedit per viam
denunciationis, denunciando periurium debitoris, ſed iſta ſo-
24 lutio non placet Goffre. † quia creditor debet repelli a denun-
ciãdo ratione ſui criminis, cum ſit infamis ſaltem infamia ca-
nonica, & quia bono zelo non denũciat, nec charitatiue mo-
uetur, vt infra de ſymonia, licet Hely. ſed Do. Abb. dicit, quòd
dictum Goffre. procedit, quando notorie conſtaret, vel ex for
ma contractus, vel alio modo contractum eſſe vſurariũ, tunc
enim repelleretur a denunciãdo ratione criminis, & maxime
quia infamis non ſolum infamia canonica, ſed etiam infamia
ciuili. vt dicit Bald. in l. improbum fœnus. C. ex quibus cauſis
infam. irrog. Item iudex ex ſuo officio compelleret tunc cre-
ditorem ad relaxandum iuramentum, vt in capitulo primo.
ſupra eodem. vel poſſet compellere creditorem, vt deſiſtat ab
exactione vſurarum, vt in capitulo tuas, de vſuris. Item poteſt
abſoluere a iuramento, vt dicit hic Innocen. & dixi in capitu.
primo, ſupra eodem. Sin autem contractus ex ſui forma non
apparet vſurarius, nec aliter conſtaret, quod eſſet vſurarius,
tunc poſſet creditor denunciare peccatum creditoris in non
obſeruando iuramento, & ſic dicit practicari iſtum textum,
ſed ſi debitor exciperet contractum eſſe vſurarium, & peteret
relaxationem, vel abſolutionem iuramenti offerendo ſe pro-
baturum contractum eſſe vſurarium, tũc creditor etiam hoc
caſu repelleretur a denunciatione, licet D. Abb. laboret in po
nendo plures caſus, in quibus dicit hanc decretalem poſſe pra
cticari. Ego non credo, quòd poſſit practicari, niſi in duobus
caſibus, primus quando creditor non agit, & debitor nõ vult
petere abſolutionem a iuramento, tunc enim procedit iſte
tex. & hoc ſenſit gloſſ. iſta in fine. & voluit Goffred. in ſua pri-
ma ſolutione. Secundus caſus eſt, quando contractus ex ſui
forma non apparet eſſe vſurarius, nec notorie conſtat ipſum
eſſe vſurarium, & periculum eſt, ne debitor incidat in periu-
rium, vel propter vicinitatem termini faciendæ ſolutionis, vel
propter abſentiam, vel propter contumaciam creditoris, vt di
cit hic Vin. cum quo tranſit hic Ioan. And. & in additio. Spec.
in rubrica eodem titulo. & Docto. hic, & iſte caſus poteſt mul
tos comprehendere, vbicunque enim eſt periculum ne debi-
tor incidat in periurium, debet compelli ad ſoluendum, quia
25 † iudex debet prouidere ne periurium committatur, vbi au-
tem conſtaret, vel notorie, vel ex forma contractus in inſtru-
mento deſcripti, contractum eſſe vſurarium, tunc iudex debe
ret vel abſoluere ipſum reum, vel mandare creditori, vt relaxa
ret iuramentum, vel vt deſiſtat ab exactione vſurarum, & hoc
poſſet facere etiam abſente creditore ipſo, dummodo conſtet
liquide nullam defenſionem competere ipſi creditori abſen-
ti, vt in capitulo, cũ olim. infra de re iudicata. & quod ibi no.
Do. Abb. & per eum plenius in capitulo, ad noſtram, el iij. in-
fra eodem. & per hoc etiam patet reſponſio ad ſecundum cõ
trarium, ſcilicet, quòd dolo facit, ſcilicet petere illud, quod re-
ſtituturus eſt. nam illa regula procedit, niſi excipiens conſtitua
tur in periculo committendi peccatum, vel niſi non conſtet
illum qui petit eſſe reſtituturum. But. autem dicit, quòd illa re-
gula procedit, quando ſtimulatur ab eo qui debet reſtituere,
ſed hic ſtimulatur a Deo, qui reſtituere non tenetur, vide etiã
Innocentium in c. inter dilectos. infra de exceſſi. prælatorum.
vbi ponit notabilem limitationem ad illam regulam, cui da-
mus &c. & ad illam regulam, dolo facis petere, &c. Venio
nunc ad alia duo contraria, quæ militant contra debitorem,
qui ſoluit, & ad illud contrarium, quòd ille, qui ſoluit ſcienter
indebitum, non poteſt repetere, vt vidiſtis. gl. reſpondet, quòd
ille qui ſoluit vſuras, non ſoluit ſponte, ſed timore iuramenti,
ſed Hoſtienſ. & Ioan. Andr. & communiter Docto. reprobant
26 iſtam ſolutionem, nam dicunt, quòd etiam ſi debitor † non iu
raſſet ſoluere vſuras, ſed ſimpliciter promiſiſſet, nihilominus
poſſet repetere, & hoc probatur in capitulo, quia fruſtra. & in
capitulo, Michael. de vſuris. de quo Hoſtienſis ſe remittit ad
ſummam de vſuris. §. finali. verſic. quomodo, & dicit eſſe ſpe-
ciale in vſura propter periculum animæ ipſius recipientis, &
ſic ſiue iuramentũ interuenerit, ſiue nõ ſoluens vſuras ſem-
per poterit repetere. Butri. autem hic dicit, quòd ſi conſta-
ret ſoluentem velle donare, tunc procedit contrarium, ſci-
licet, quòd non poſſit repetere, ex quo ſcienter ſoluit animo
donandi, in dubio autem dicit eſſe præſumendum, quòd vo-
luerit remunerare, & non donare, ex quo cum præceſſit
cauſa præſumitur voluiſſe implere ſaltem obligationem na-
turalem, quæ ſit licita ex parte promittentis, non tamen eſt

licita ex parte recipientis,ſed non placet Do. Abb. quòd oriatur obligatio naturalis ex promiſſione cum lex reſiſtat obligationi,vt dixi in primo notabili,vnde ipſe dixit,quòd ipſe videtur ſoluiſſe,vt parcat pudori ſuo, & ne notaretur apud vulgatum de fractione promiſſionis,argum.optimum in l.Quintus Mutius.ff.manda. & in ca.tua. cum ibi nota.infra eodem. ſed ſalua illud quod dicit But.quia But. non loquitur de obligatione naturali, quæ acquiritur aduerſario, ſed loquitur de
27 obligatione,qua recipiens aliquot beneficium †obligatur ad antidora, ſcilicet vt benefacien. benefaciamus, de qua in l.ſed ſi lege,§.conſuluit. ff. de petitione hæredita. & per Bartolum in l.ex hoc iure.ff.de iuſtitia,& iure, & quòd ita ſenſerit Butr. colligitur ex verbis ſuis,dum dicit,præſumo,quòd voluerit remunerare,vnde eius mens fuit,quod videtur ſoluiſſe,ne videretur ingratus de mutuo recepto,ſi vſuras non ſolueret,ſecundum quod promiſit, vnde in effectu idem ſenſit Domi. Abb.

Vtrum autem ſi debitor dicat ſe illam pecuniam donare,
28 & non tanquam vſuram ſoluere, an † creditor ipſam licite poſſit retinere? & poſito quòd non,an teneatur quaſi debitori eam reſtituere, vide Ioannem Andræam in regula, peccatum,& in capitulo,conſuluit.& ibi per Doctores infra de vſuris.nota tamen iſtam gloſſam,dum ſentit, quòd vſuræ poſſint repeti per condictionem indebiti,de quo vide gloſſam,& Doctores in c.Michael.infra de vſuris. & in capitulo,tua. eodem titulo.& per gloſſam xvj.quæſtione vj.ſi epiſcopum. Poſſunt etiam peti tanquam raptæ,& ſic ex delicto immediate, quia
29 ſecundum canones, vſura † eſt furtum,vel rapina, vt in capitulo,ſi quis vſuram.& in capitulo,quod dicam. xiiij.quæſt.iiij. & per hoc Specu. in titulo, de action. & petition. §.ſecundo. verſicu.quod autem dixi.conſuluit,quòd repetens vſuras non arctet ſe ad condictionem indebiti,de quo etiam dic,vt in capitulo, tua. infra de vſuris. & ex his ſunt declarata tria prima contraria formata in gloſſ. vnde reſtat ſoluere quartum contrarium,ſcilicet,de lege,qui ſic,ff. de ſolutionibus.vbi dicitur, quòd ſi quis ſoluat,vt ſtatim repetat, nō videtur ſoluere,gloſſ. hic in fine,in verſicu. vel dic,videtur intelligere illam l. quando quis vult repetere ex eadem cauſa, & ex eodem iure, quo ſoluit, hic autem repetit alio iure, ſoluit enim timore iuramenti,vel quia promiſſionem fecit de ſoluendo, ſed alio iure repetit, quia ille peccat retinendo ſine iuſta cauſa. ſoluit er-
30 go,†quia promiſit,vel iurauit, & repetit, quia recipiens peccat retinendo ex iniuſta cauſa, & ſic vno iure ſoluit, ſed alio iure repetit. Hoſtien. autem & Doctores dicunt, quòd contrarium loquitur in obligatione a iure non reprobata,hæc autem a iure reprobatur, nec poteſt creditor retinere ſine peccato,vnde ſatis eſt,quòd interuenit numeratio,quia ex ſola numeratione iuris interpretatione iurans ſatisfacit iuramento, ideo poteſt repetere, quia videtur potius voluiſſe numerare, quàm ſoluere. In ſecūda parte glo.nota bene gloſſam, quia intelligit illud capitulum procedere, quando pars non vult pe
31 tere abſolutionē a iuramento, & per hoc ſentit, † quòd iurans habet duplex remedium,vnum eſt, quia poteſt petere ab ſolutionem a iuramento aliud eſt, quando nō vult petere abſolutionem,hinc enim cogitur ſoluere, ſed habet remedium repetendi,& glo.bene dicit,licet Do.Abb.eam reprehendat dicens,quòd ſecundum hoc eſſet vana diſpoſitio huius capituli cum quilibet poſſit petere ſe abſolui. ſed ipſe Do. Abb.hanc gloſſam ſequutus fuit in capitulo primo,ſupra eodem. & Doctores communiter ſequuntur eam, & ad contrarium formatum per Dominum Abbatem,reſponde,quòd non erat vana diſpoſitio huius capituli,nam interdum ille, qui debet abſoluere eſt abſens,ita quòd non poteſt niſi cum magna difficultate,& cum magnis expenſis obtinere abſolutionem a iuramēto. Item ſunt aliqui qui faciunt ſibi conſcientiam repetendi abſolutionem a iuramento,& quodammodo videtur eis incidere in periurium, ſi contraueniunt promiſſioni, argumen.l. quæ ſub conditione.ff.de condi. inſtitu. Item ſi inſtaret terminus ſolutionis, & periculum eſſet ne in periurium incideret, tunc compelleretur ſoluere, nec poſſet petere abſolutionem a iuramento,ne interim incidat in periurium, vt ſuperius dixi,vnde dic,quòd iſte textus procedit quando iurans, vel non vult,vel non poteſt petere abſolutionem a iuramento, quando eſt periculum ne incidat interim in periurium,ex his habes declaratam materiam huius glo. Extra glo.quæro,nunquid
32 quando † debitor vult petere abſolutionem a iuramento neceſſarium ſit,quòd faciat creditorem vocare iſtam qōnē tangit Ioannes Andreas in rubrica,in Specul.eodem titulo,in vltima quæſtione, vbi concludit, quòd aut petitur abſolutio a iuramento temerario ex parte præſtantis, qui petitur ad cautelam,& tunc non eſt neceſſaria partis citatio, vt in capitulo, conſtitutis,ſupra de teſtibus.& infra eodem,cum quidam. aut iuramentum non eſt temerarium ex parte præſtantis, & tunc Ioan.And.dicit eſſe ponderandum, quia aut iuramentum eſt adeo latum, quòd non poteſt perueniri ad vocationem partis abſque periurio,puta quia iurauit non denunciare, vel in ius non vocare,vel nullam quæſtionem mouere,& tunc poterit abſolui aduerſario non vocato,quia alias non eſſet dare remedium contra iuramentum abſque periurio, aut iuramentum non repugnat vocationi,& tunc dicit,quòd eſt citandus, & hic erit ordo,vt prius citetur vt veniat ad relaxandum iuramentum,vt ſupra eodem,capitulo primo,& ſi contumaciter reſiſtit iudex illud relaxabit,vbi vero nō eſt contumax, ſed abſens,vel impeditus,quominus poſſit venire ad relaxandum iuramentum ſpecialiter vocandus eſt creditor, & hoc procedit ſecundum Ioan.Andr.ſiue agatur ad diſſolutionē contractus qui dicitur vſurarius, ſiue ad relaxandum iuramentum de ſoluendo vſuras intra certam diem,ſiue de obtinenda abſolutione a iuramento de non repetendo vſuras ſolutas, & dicit, quòd hoc expedietur ſummarie,& de plano, iuxta clemen.diſpendioſam,de iudic.Fed.autem de Sen. conſilio ſuo cclxxxij. ſimpliciter concludit creditorem vocandum antequam iurans abſoluatur, quia diſcutiendum eſt ante abſolutionem an inſtrumentum,vel promiſſio ſit vſuraria,dicit tamē, quòd ſatis eſt, quòd conſtat ſemiplene, & ſummarie,ꝙ contractus
33 ſit vſurarius, † hoc autem non poteſt conſtare, niſi partibus præſentibus,vel citatis,l.in cauſæ.§.cauſa cognita,ff.de minor. & ſubdit,ꝙ poſtea in diſcuſſione iudicii debet iterato illud ꝓbari plene ſeruato ordine,quia illæ probationes ſuper illo pręambulo,ſcilicet quantum ad obtinendam abſolutionem a iuramento,non faciunt fidem ſuper cauſa vſuraria,ſcilicet quādo inter partes plene diſputatur, an contractus ſit vſurarius, vel nec.allegat cap.veniens.el ij.§.de teſtibus.& cap.j. & capi. ex parte M. ſupra de reſtituti. ſpoliatorum. plus dicit, ꝙ debitor poteſt petere hanc abſolutionem ante diem ſolutionis, poſt diem vero ſolutionis poſtquam iam incurrit periurium,repel
34 litur, quia fruſtra † auxilium legis inuocat, qui committit in legem,vt in cap.quia fruſtra.infra de vſuris. & dicit,quòd etiā iudex eccleſiaſticus non debet facere inhibitoria iudici ſeculari, ne in cauſa procedat parte non citata, ſicut nec debeat fieri inhibitoria iudici a quo in cauſa appellationis per iudicem ad quem,allegat c.Romana.§.ſi vero.de appellatio.in vj. & ſic dicit debere intelligi c.tuam, de ord.cogni.ſed quantum ad inhibitionē, ſcilicet an in inhibitione facienda requiratur citatio partis.But.ſe remittit ad d.c.tuā. ſed quo ad illud, quod dicit Feder.ſcilicet,quòd ille,qui incidit in periurium non poteſt petere abſolutionem a iuramento ad impediendam ſolutionem vſurarum,dic vt dixi in c.j. ſupra eodem. Sed quantum ad principalem quæſtionem Butr.dicit Pau.& Ioan.Cal.
35 conſuluiſſe,ꝙ † ſi petitur abſolutio a iuramento firmante cōtractum,vt ex hoc contingat reſciſſio contractus firmati iuramento, vel ſi ſimul petatur abſolutio a iuramento, & a contractu, quia hoc caſu tangitur præiudicium partis requiritur ipſius partis citatio. Secus ſi iuramentum non firmat contractum,ſed eſt ſeparatum a contractu, & petitur abſolutio a iuramento,vt aperiatur via ad reſcindendum contractum, tūc enim ſecundum eos pars non eſt vocanda, quia parti per hoc non præiudicatur,quia eſt actus quaſi pœnitentialis, & extraiudicialis,qui poteſt exerceri parte non vocata,ex quo non infertur præiudicium.Sed Do.Abb.in c.j.ſupra eodem.reprobat opi.ipſorum inquantum ſentiunt contractum reſcindi,ſi tollitur iuramentum,ꝙ contractum firmauerat, nam contractus ex interpoſitione iuramenti habuit ſuam firmitatem, vnde nō debet corruere,licet nunc ceſſet cauſa cōfirmans, ex quo nō ſuperuenit cauſa annullans,vt in regula,factum legitime. libro vj.& allegat nota.per Bartolum in l.ex pacto. ff.de vulg. & pup.ſubſtitutio.vbi poſt Ray.de Forli. concludit,ꝙ ſi habēs ſolum filios naturales fecit eos legitimari, vt ſibi ſuccederent, poſtea vxorem duxerit,& ex ea habuerit filios legitimos, nihilominus legitimati ſuccedēt vna cum legitimis, & naturalib. quia ex quo actus legitimationis eſt completus, & cōſummatus,non debet irritari,licet peruenerit ad caſum,a quo nō potuit habere principium,vt in dicta regula,factum legitime. & ſic non ſufficit,quòd ceſſet cauſa conceſſionis priuilegij,quòd dicit eſſe notandum.& ſubdit quòd in propriis terminis idem voluit Ange.de Peruſio in quadam ſua diſputatione,quæ incipit,domina Catherina.vbi inter cætera magnam dicit eſſe differentiam,an contractus validetur iuramento, an vero tantū iurans ſit aſtrictus ad obſeruantiam iuramenti; vbi enim contractus firmatur iuramento, licet iurans abſoluatur a iuramento, non propterea poteſt venire contra contractum, quia contractus eſt de ſe validus propter interpoſitionem iuramenti, & abſolutio ſolum hoc operatur,vt contraueniens non incidat in periurium, non autem annullat contractum; vnde dicit, quòd nullus dicat, quòd minor qui iurauit ſuper contractu, vel maior, qui iurauit, & eſt deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, ſi abſoluitur a iuramento per ſuperiorem

poſſit

poſſit propterea venire contra contractum, quia contractus
eſt validus, & rationabilis. Si autem iuramentum non vali-
dat contractum, ſed ſolum obligat perſonaliter ad non con-
traueniendum, tunc immediate cum eſt abſolutus, poteſt cō
trauenire, non enim obſtat iuramentum, quia ab illo eſt abſo
lutus, contractus vero remanet nullus, vnde ille qui iurauit ſe
ſoluturum vſuras, aut non venire contra contractum pigno-
ratitium conceptum in forma venditionis immediate, cum
eſt abſolutus, poteſt proſequi ius ſuum, quia tale iuramētum
non firmat promiſſionem, ſed tantum obligauit ad non con-
traueniendum, & hoc dicit Dom. Abb. eſſe notandum. Item
Dom. Abbas impugnat opinionem Pau. & Ioan. Cald. etiam
in alio dum dicunt, quòd quando iuramentum non firmat cō
tractum, non requiritur citatio partis, nam ſecundum eum
ſemper intereſt illum, qui recepit iuramētum habere partem
ligatam iuramento, quia iuramentum multa operatur. & ſal
36 tem † accumulat forum foro, vt in cap. ſi. de foro competen.
in vj. ideo talis abſolutio non poteſt fieri ſine præiudicio par
tis recipientis iuramentum, & ideo debet citari cum de eius
præiudicio agatur, vt in cap. primo. de cauſ. poſſ. & propriet. &
in cap. inter quatuor, de maiori. & obedien. cum ſimilib. Sed
quo ad primum dictum Pau. & Ioan. Calde. Ego puto, quòd
probabiliter poteſt ſubſtentari, quando enim aliqua cauſa re-
37 quiritur, vt permaneat ad ſubſiſtentiam alicuius actus, † vel
ad permanētiam alicuius priuilegij ſublata illa cauſa tollitur
priuilegium, ad hoc c. j. de cle. coniug. in vj. nam ad hoc vt cle
ricus coniugatus habeat priuilegium clericale, neceſſe eſt, ꝙ
portet habitum, & tonſuram, & quandocunque dimittat ha-
bitum, & tonſuram, immediate perdit priuilegium, quia ceſ-
ſat cauſa, quæ requiritur ad ſubſiſtentiam priuilegij, ita in pro
poſito, vbi contractus ſine iuramento ipſo iure eſt nullus ſi iu-
ramentum interponitur, vinculum iuramenti eſt illud, quod
dat robur contractui, ꝙ contractus remanet validus, quia ha-
bet ſecum connexum, & coniunctum vinculum iuramenti,
vnde ſublato iuramento, ſublatum eſt vinculum, quod liga-
bat contractum, & per hoc contractus debet corruere quem-
admodum ignis extinguitur, ſi ligna quæ ſunt cauſa vt ardeat,
ſubtrahantur, pro hoc facit l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.
vbi dicitur, quòd nihil iam naturale eſt, quàm vnumquodque
ſolui eo vinculo, quo ligatum eſt, ſed contractus erat nullus,
& ſolo vinculo iurī ligatur, ergo ſublato vinculo iurī remane
bit ſolutus ſicut erat añ interpoſitum iurm, quemadmodū di-
ceremus, ſi hō ligatus ſolueretur, nec eſt bonū ſimile illud qđ
allegat Do. Abb. nam dato, ꝙ legitimatis filiis pater accipiat
aliam vxorem, & generet alios filios ex legitimo matrimo-
nio non fit ex hoc aliqua immutatio circa legitimam filio-
rum. ſed in caſu noſtro fit immutatio, quia tollitur vinculum
iuramenti a quo dependet robur, & validitas contractus, vnde
38 debet contractus annullari, ſicut † vitiatur contractus quan-
do alterantur eius ſubſtantialia. l. pacta conuenta. ff. de contra
hen. emptio. & l. j. & ij. C. quando lice. ab empt. diſcede. Vnde
aliud eſt quærere, an remanente actu in ſua forma vitietur
actus, ſi aliqua cauſa de nouo ſuperuenit, quæ habuiſſet actū
impedire a principio, de quo in l. pluribus. §. & ſi palam. ff. de
verborum obligatio. & in c. ſuggeſtum. de denun. & in regula,
factum legitime, & in regula decet, lib. vj. Aliud eſt quærere,
an ſublato vinculo actum validante, ſi tollitur illud vinculū,
vel caſſatur, quod dabat robur, & validitatem actui. & ſine ip-
ſo actus erat nullus, remaneat ipſo vinculo ſublato actus vali
dus. & ego puto quòd non, vnde mihi videtur verior opi. Pau.
& Ioan. Cald. cum qua tranſit Butr. immo videtur eam ſequi,
quia non tenet contrarium, niſi in principali dicto ipſorum,
vt infra dicam. Fateor tamen, quòd vbi contractus valeret ſi-
ne iuramento, quòd tunc facta abſolutione a iuramento con
tractus remaneat firmus, nec in hoc ſentiunt cōtrarium Pau.
& Ioan. Cald. Do. Card. hic ſimpliciter tenuit cum Ioan. And.
& Fede. de Se. ſcilicet, quòd in abſolutione a iuramento pars
ſit citanda, cum agatur de ipſius præiudicio, & ſic dicit ſæpius
conſuluiſſe in hoc etiam articulo. Butr. & Do. Abb. contra di-
cunt vnus alteri, vnde vt clarius intelligas diſcurro per qua-
39 tuor caſus. Primus eſt, quando iuramentum eſt † temerarium
ex parte ipſius iurantis, & hoc caſu dicit Ioan. And. & Butr. ꝙ
poteſt iurans denunciari non ligatus abſente parte, ex quo
iuramentum non eſt obligatorium ex parte iurantis, vt in c.
conſtitutus. ſupra de teſtib. & in ca. cum quidam. infra eodem.
ſicut enim quis denunciatur ligatus vt vitetur abſque citatio-
ne, vt infra, de appellatio. nouit, & ſupra de elec. venerabilem.
§. obiectioni, & remittit But. ad not. per ſe in c. ſolicitudinem,
de appellatio. vnde dicit, quòd eodem modo poteſt denuncia-
ri non ligatus abſque citatione partis, & dicit hoc eſſe caſum
in dictis iuribus. Sed D. Abb. dicit hoc eſſe verum quando ma
nifeſte conſtat iuramentum non ligare, quia in notoriis non
eſt opus citatione, vt in c. quoniam. de filiis presb. Sin autem
poſſet dubitari, tunc dicit aduerſarium, cui iuramentum fuit
præſtitum eſſe citandum, quia cum ſua interſit ne iuramen-
tum relaxetur, debet vocari iij. queſt. ix. omnia, & c. caueant. &
in c. j. de cauſa poſſeſ. & propriet. & in l. de vnoquoque. ff. de re
iudi. per hoc allego glo. in clemen. præſenti. in ver. conſtiterit,
de cenſi. & cle. ij. iuncta glo. pen. & fin. de pœnis. quæ volunt,
quòd quando quis ipſo iure incidit in pœnam excommunica
tionis non poſſit fieri publicatio, quòd in pœnam inciderit,
niſi ipſo citato, & dicit Gul. & Ioan. de Imo. in dicta clemen.
præſenti, ꝙ hoc procedit etiam ſi dicatur factum eſſe notoriū
cum nulla dicantur notoria, quæ non ſunt, & propter hoc di
cunt, ꝙ etiam in notorio exigitur citatio, & ſententiæ prola-
tio, allegat glo. in cap. ad noſtram. el ij. infra eodem. & dicunt
hoc procedere in quocunque caſu, in quo ordinarius habet
exequi ſententiam iuris, allegant c. licet epiſcopus, de præben.
40 lib. vj. Sed poteſt dicere, quòd aut eſt tale notorium, in † quo
non conſtat nullam defenſionem parti non cōpetere, & tunc
pars eſt citanda. Aut conſtat parti nullam defenſionem com
petere, tunc non eſt citanda, vt in cap. cum olim, de re iudica.
& ibi per Dom. Abbatem. & plenius in dicto cap. ad noſtram,
& idem dicit in d. cap. primo. ſupra eodem, ad fin. Secundus
caſus eſt, quando iuramentum non eſt illicitum, ſeu temera-
41 rium ex parte iurantis. † ſed iurauit non denunciare, vel non
vocare in ius, vel aliquam quæſtionem non mouere ipſi cre-
ditori, & tunc Ioan. And. vbi ſupra, voluit, ꝙ poſſit fieri abſo-
lutio creditore non vocato, alias non eſſet dare remedium cō
tra iuramentum abſque periurio, ſed Do. Abb. dicit, quòd ſibi
hoc non placet, quòd poſſit abſolui abſente parte. Item dicit,
quod Ioan. And. male dicit, dum dicit, quòd iurans non poteſt
denunciare abſque periurio, cum nullum iuramentum poſ-
ſit ligare ad non denunciandum cum ſit contra præceptum
euangelicum, ſcilicet, Si peccauerit in te frater tuus, &c. Item
negari non poteſt quin parti inferatur præiudicium ex hac ab
ſolutione, ergo debet vocari ante abſolutionem, vt ius ſuum
defendat. ſed But. hic dicit, ꝙ poterit abſolui inquantum iura-
mentum eum aſtringit ad non denunciandum, vel ad nō vo-
candum in ius, vel ad quæſtionem non mouendum, quātum
enim ad hoc non requiritur partis citatio, ſed bene quantum
ad proſequendum cauſam ſuper abſolutione iuramenti ad
finem, vt poſſit repetere, vel obtinere abſolutionem ipſius iu-
ramenti in totum, vnde aut quæritur an poſſit obtinere abſo-
lutionem a iuramento quantum ad hunc actum tantum, ſci-
licet vt poſſit denunciare, vel in ius vocare aduerſarium, &
hoc poteſt fieri abſque citatione partis, quia de nullo præiudi
cio eius agitur, & hoc modo procedit dictum Ioannis Andr.
Aut vult obtinere abſolutionem a iuramento ad hoc vt poſ-
ſit petere & cauſam proſequi, & tunc pars eſt citanda, quia
tunc hoc caſu agitur de eius præiudicio, & hoc modo proce-
dit illud quod dicit Do. Abb. & eſt etiam de mente Butr. hic.
Secundus caſus eſt, quando non iurauit non denunciare,
42 nec in ius vocare, &c. ſed † ſimpliciter iurauit non contraue-
nire, & hoc caſu dicit Butr. ꝙ ſiue iuramentum confirmet cō-
tractum, ſiue obliget ſimpliciter ad non contraueniendum re
manente contractu inualido, non poteſt iurans petere abſo-
lutionem a iuramento, niſi parte vocata, & in hoc Butr. dicit
contrarium illius, quod conſuluerāt Paulus, & Ioan. Calder.
Quartus caſus, quando iuramentum habet tantam turpitu
dinem, & iuris reſiſtētiam, ꝙ non prætendit vinculum in par-
tem, ſed ſolum in Deum, vt in iuramento de ſoluendis vſuris,
vel de eis non repetendis, & tunc dicit, ꝙ poteſt fieri abſolu-
tio parte non citata, licet tutius ſit, vt citetur, & ratio eſt ſecun
dum eum, quia iſta abſolutio eſt potius fori pœnitentialis, vel
quaſi, quàm iudicialis, & adducit ſimile, quia ad conceſſionē
diſpenſationis non eſt pars citanda, quod not. Innocen. & Ioā.
And. in c. veniens. de fil. presby. nec etiam ad conceſſionem pri
uilegij, vt dicit Innocen. in c. cum olim eſſemus, de priuileg.
ſed vide quæ dixi circa hoc in cap. inter quatuor, de maiori. &
obedien. & plus dicit, ꝙ dato, ꝙ requireretur partis citatio, ni-
43 hilominus tenet abſolutio parte non citata, ſicut † etiam ex-
communicatus non debet abſolui parte non citata, & tamen
ſi contrarium fiat, valet abſolutio, vt in c. qua fronte. cum ibi
not. de app. Sed D. Abb. reprehendit vtrāque dictum Butr. Et
primo inquantum dicit, ꝙ ex iuramento præſtito ſuper vſuris
ſoluendis, vel ſolutis non repetendis, non acquiritur obliga-
tio parti etiam ſecundaria, nam hoc videtur contra textum
in c. j. s̃. eod. vbi dixi in primo notabili. Item ex iuramento per
per metum extorto iurans obligatur parti, vt infra eodem. ſi
vero, & ſupra quod metus cauſa. in cap. abbas, & in cap. ad au-
dientiam. ergo fortius in caſu noſtro, vbi iuramentum fuit
ſponte præſtitum, Deus enim tenet iſtud vinculum propter
obligationem quæſitam parti, & hoc patet, quia Deus remit
tit ex hoc ꝙ pars remittit ſine alia abſolutione, vt eſt textus in
dicto c. ſecundo. ſupra eodem. Sed iſta ſecunda ratio D. Ab-

ba.non eſt bona, quia promiſſio facta per metum mero iure
tenet etiam ſine iuramento, ſed non tenet ſimplex promiſ-
ſio vſurarum, vt hic.ratio eſt, quia promiſſio facta per metum
non eſt turpis, nec ex parte promittentis, nec ex parte recipiē
tis, ſed eſt turpiter facta, promiſſio vero vſurarum eſt turpis ex
parte recipientis etiam ſi nullus metus interueniat, vnde ma
gis eſt turpe iuramentum, de ſoluendis vſuris ex parte recipiē
tis, quàm iuramentum licitum eſſet per metum extortum, vn
de me magis mouet cap.j.ſupra eodem, vbi videtur reprobari
opin. Butr. vt ibi dixi idem reprobat ſecundum dictum Butr.
dum dicit, quòd valet abſolutio facta a iuramento parte non
44 citata, dato quòd pars debeat vocari, nam †nec epiſcopus, nec
papa poteſt abſoluere a iuramento ſine cauſa, vt dicit gloſſ.in
cap.quanto, infra eodem.& Innocen. in capit. cum inter P.de
renuncia.ergo antequam ſibi conſtet cauſam ſubeſſe non ha
bet poteſtatem abſoluendi præſuppoſito, quòd ſubſit cauſa,
quia ignorat id quod eſt fundamentum ſuæ poteſtatis, alleg.
notata per Bartolum in l.ſecūda.ff.de iudiciis. & in l.multum.
ff.de condi.& demonſtratio.facit quod not.in capitu. ec parte
Aſtenſis, de conceſſio.preben.ſed nō poteſt, ſibi de cauſa con
ſtare parte non vocata, quia cauſarum merita partium aſſer-
tione panduntur. l fina.C.ſi per vim, vel alio modo. & in c.tū
ex literis, de reſtitutio. in integrum, & dicit, quòd aliud eſt in
abſolutione ab excommunicatione, quia illa ſemper pendet
a voluntate excommunicantis, vnde ſemper valet ſiue ſit iu-
ſta, ſiue iniuſta, ſicut dicimus de excommunica. vt in cap. ve-
nerabilibus, §.vbi autem, de ſentē. excommunicatio. libro vj.
& dicit hæc notan.quia ſæpe accidunt in facto. vnde D. Abb.
quo ad principalem quæſtionem, quòd vbicunque iuramen-
45 tum† eſt obligatorium ex parte iurātis, & aliquam vtilitatem
continet ex parte recipientis, nunquam debet retractari, niſi
parte vocata, ratio huius concluſionis eſt, quia ex quo per a-
ctum abſolutionis præiudicium irrogatur parti debet vocari,
quia nihil debet fieri in præiudicium abſentis, vt in c. primo.
de cauſa poſſeſſ.& proprieta.& in cap.inter quatuor.de maio.
46 & obedien.cum ſimilibus. Item abſolutio † non debet fieri,
niſi cauſa cognita, vt dicit Innocen.in cap.ad aures, quod me
tus cauſa.& Specu.in titu.de legato, §.nunc oſtendendum, ver
ſic.xxiiij.& ſequen.ſed cauſæ cognitio nō poteſt adhiberi par-
te non vocata, vt in l.in cauſæ, §.cauſa cognita, ff.de minorib.
cum ibi notatis.& in cap.tum ex literis.de reſtit.in integrum.
& in l.fin.C.ſi per vim, vel alio modo. Et hæc concluſio com
muniter tenetur per Doctores, vt potuiſti ex ſupradictis vide-
re, & ſubdit, quòd ſi aliter fiat abſolutio a iuramento, quòd
non valet, ſed dicit hæc eſſe vera, niſi notorie conſtaret iura-
mentum continere turpitudinem ex parte recipientis, ita ꝙ
cōſtet parti abſenti nullam defenſionem in hoc cōpetere, tūc
enim poſſet fieri abſolutio parte non vocata, cum poſſit fieri
ſententia ſuper principali, vbi agitur de maiori præiudicio, ad
hoc cap.bonæ.§.contra legati.& in cap.venerabilem.de elect.
& quod not.Innocen.in cap.quanto.de tranſlatio. prælato. &
eſt bon.text.in l.ij. §. quod ſi de frumentaria. cum ibi nota.per
Bartolum.ff.de admi.ad ciui.pertin. & eſt etiam bon.text.in c.
cum olim.de re iudic.& ibi per Do.Abbatem, & per eum ple-
nius in cap.ad noſtram, el iij. infra eodem. & idem concludit
Do.Abb.in cap.qua fronte, in fine.iiij.colum.infra de appella
tion.vbi mouet hanc quæſtionem, & concludit vt hic, & ex
47 his concluditur, quòd ſi contractus † deſcriptus in inſtrumen-
to ex ſui forma eſſet vſurarius, & notarius eſſet perſona le-
galis, quòd iudex tūc poſſet abſoluere abſque partis citatione,
ſatis enim conſtat parti nullam defenſionem competere, ex
quo contractus deſcriptus in inſtrumento ex ſui forma appa-
ret vſurarius, & hoc ſenſit Do.Abb. in dicto capit.qua fronte.

Aduerte tamen ad illud, quod ſupra dixi, quòd licet requi-
ratur partis citatio, tamen ſatis eſt probare ſemiplene contra-
48 ctum eſſe fœneraritium, & ſufficit hic † ſemiplena probatio
ad obtinendam abſolutionem a iuramēto, ſed oportebit poſt-
modum, ad hoc, vt contractus pronuncietur vſurarius, ꝙ
plene fiat probatio, nec illa ſemiplena faciat fidem in hoc iu-
dicio, cum ad aliud nunc agatur, vt in cap. veniens, el ij. ſupra
de teſti.& iſta concluſio eſt Fed.de Sen.vbi ſupra, cum qua trā-
ſeunt But.& Do.Abb.Et ex his ſumus expediti de iſto cap.

### *SVMMARIVM.*

1 *Debitor qui creditori iurauit, non repetere pignus niſi ſoluto debito, compellitur ſeruare iuramentum.*
2 *Creditor tenetur ſolum reſtituere fructus de re pignorata perceptos, deductis expenſis in ea factis.*
3 *Colonus qui conduxit fundum, ad dimidietatem fructuū, an poſſit deducere expenſas in fructibus factas.*
4 *Iuramenti obſeruatio an fieri debeat. Iudex eccleſiaſticus iudicabit.*
5 *Iuramentum debet ſeruari in forma ſpecifica.*
6 *Iudex eccleſiaſticus quando poßit compellere creditorem ad reſtituendos omnes fructus, ex re pignorata perceptos.*
7 *Abſolutus ab executione cum ſolemnitate de parendo mandatis iudicis, licet non pareat non incidit ipſo facto in excommunicationem.*
8 *Idem in genere, non eſt idem in ſpecie.*
9 *Expenſæ, non deducuntur de decimis de iure diuino debitis.*
10 *Cautio in abſolutione ratione dubietatis præſtanda eſt, non ratione certitudinis.*
11 *Excommunicationis ſententia, non eſt ferenda ſine manifeſta, & rationabili cauſa.*
12 *Error probabilis excuſat excommunicationem.*
13 *Cautio illa dicitur ſufficiens, per quam iuri ſatisfit.*
14 *Excommunicatus per contumaciam in non comparendo, non eſt abſoluendus, ſine ſufficienti cautione.*
15 *Cautio iuratoria tunc non ſufficit cum timetur ne abſoluendus veniat contra iuramentum.*
16 *Compenſatio non debet fieri de liquido, ad non liquidum. nec corporis ad pecuniam.*
17 *Fructus vt compenſentur debent eſſe conſumpti.*
18 *Fructus percepti ex re pignorata, ſi extent, cenſentur pignorati, cum re ipſa principali, abſque vlla alia expreßione.*
19 *Fructus regulariter in ſortem ſunt computandi ſecundum iura communia, ſed recipiunt quatuor limitationes.*
20 *Promittens ſoluere certam quantitatem cum iuramento poſtea vult compenſare, quæritur an ſit periurus.*
21 *Iurans nunquid poßit petere abſolutionem iuramenti.*
22 *Iudex eccleſiaſticus, in cauſa quæ tractatur inter laicos, an decidere debeat ſecundum canones, an ſecundum leges.*
23 *Auctoritas iudicis iniuſte impenſa non excuſat a pœna.*
24 *Cognitio quæ ſpectat ad Papam eſt an contractus ſit licitus vel non.*

## CAP. VII.

1 AD noſtram. Si debitor †creditori iurauit
rem pignoratam non repe-
tere, niſi prius debitum ſoluatur iuramentum ſer-
uare compellitur, hoc dicit ſecūdum Ioan. And.
vel ſic ſecundum D.Abbatem.Debitor, qui iura-
uit creditori nullum grauamen ſuper re pignorata inferre,
donec debitum ſoluat, non auditur repetens pignus volendo
compēſare fructus in ſortem, ſed debet prius debitum integra
liter ſoluere, & demum cum fructibus inde perceptis rem ex-
poſcere, hoc dicit, Et eſt caſus not.ſecundum eum.communis
2 diuiſio.Secunda ibi, ideoque. Nota primo, †quòd debitor nō
tenetur reſtituere omnes fructus, quos percepit de re pignora
ta, aut eos in ſortem compenſare, ſed ſolum fructus, qui ſuper
ſunt deductis expenſis, vt in l.fundus qui. ff.familiæ erciſcund.
& in l.fructus.ff.de impenſ.& in l.j.C.de fruct.& litium expen.
3 vbi Bart.mouet quæſtionem, †nunquid ſi aliquis locauit colo
no fundum, cum hoc, quòd teneatur reddere medietatem fru
ctuum, an colonus ante omnia poſſit deducere expenſas fa-
ctas in fructibus, & videtur, quòd ſic, quia non dicuntur fru-
ctus, niſi expenſis deductis.contrarium determinat Bart. quia
videtur actum, vt colonus habeat medietatem fructuum pro
opere, & pro labore ſuo, vt in l.ſi in rebus.§.ſi in coeunda.ff.
pro ſocio.& dicit, quòd hoc tenuit Ia. de ra.ibi; & in l.fructus.
4 ff.de rei vendic. Secundo nota, † quòd vbi eſt quæſtio de ob-
a ſeruatione iuramenti,[a] vel de fructibus in ſortem computan-
dis, poteſt adiri iudex eccleſiaſticus etiam inter laicos, hoc ſa-
tis probat iſte text. erat enim hic contentio, an fructus debe-
rent computari in ſortem, vel an debitores tenerentur ad ob
ſeruantiam iuramenti, & ſuper hoc aditus fuit iudex eccleſia-
ſticus, & ita etiam colligit Do.Abb.ex hoc textu. Tertio no-
5 ta, ſecundum communem intellectum, † quòd iuramentum
eſt ſeruandum in forma ſpecifica, nec ſufficit illud impleri in
effectu, hoc patet hic, quia iurans prius tenetur actualiter ſol-
uere, nec ſufficit compenſare, quanquam compenſatio ſit fi-
cta ſolutio, vt in l.ſi peculium, §.j.ff.de ſtatu lib.de quo dicam
6 infra latius. Quarto nota, quòd † iudex eccleſiaſticus poteſt
compellere creditorem, vt reſtituat quicquid percepit ex re pi
gnorata, vel ex fructibus eius, quamuis contractus fœnerati-
tius non præceſſerit, quaſi videatur re ipſa vſuram committe-
re retinendo indebite fructus, vel redditus occaſione mutui
præcedentis. Quinto nota ex fine literæ, ſecundum But.& D.
7 Abb.ꝙ† abſolutus ab excommunicatione cum ſolēnitate de
bita de parendo mandatis iudicis, non reincidit ipſo facto in
excōicationem, quamquam non pareat, prout promiſit, ſed
opus eſt, vt de nouo in illam reducatur, ad idem c.queſtioni.§.
de appellation.fallit in caſibus no.in c.eos. de ſenten.excom-
munica. in vj. Vltimo no. ꝙ aliquando aliquid dicitur eſſe
idem

ADDITIO.

a ¶Adde c.cum C.laicus, de foro compet.in vj.

8 idem † in genere, licet non ſit idem in ſpecie, nam prima ex-
communicatio quę fuit extincta per abſolutionem, non po-
teſt amplius reſuſcitare, ſeu reuiuiſcere, vt in l.qui res. §.areã.
ff.de ſolutionibus.& de conſecratio.diſtinctio.quarta. quęris.
Vnde videtur excommunicatus reduci in eandem excommu
nicationem, quia iſta excõmunicatio, in quam reducitur eſt
eiuſdem generis, & eiuſdem naturę, cuius erat prima, ita dicit
hic Ioan.And. Sed contra tex.opponitur dum dicit, ꝙ aſtrin-
xerunt ſe iſti debitores iuramento ad nõ inferẽdum aliquod
grauamen, donec ſoluerent pecuniam, nam ex hoc infertur,
ꝙ poſſit inferri grauamen creditori poſt ſolutam pecuniam,
quod eſt falſum, huius timore dicit Ioan.And. ꝙ verbum, gra
uamen, ponitur improprie, nam iſte fuit ſenſus, ſeu intentio
eorum, quòd non inquietarent, ſeũ moleſtarent eum ſuper
detentione pignoris, & perceptione fructuum, donec ſolue-
rent pecuniam mutuatam. Secundo quæro de intellectu lite
ræ ibi, tu tamen frater archiepiſcope, cum propter hoc excõ-
municationis vinculo aſtrinxiſti, Ioan.And. ſuper iſto verſic.
refert duplicem intellectum. primus eſt Petri, qui dixit, quòd
archiepiſcopus excommunicabat eum, quia non reſtituebat
po ſſeſſiones ad mandatum ſuum, & ſic ſecũdum iſtum intel-
lectum fuit excommunicatus propter contumaciam in non
reſtituendo poſſeſſiones debitorib. Secũdus intellectus eſt Ab
batis antiqui, qui intellexit iſtum textum, ꝙ fuit excommuni-
catus propter hoc, ſcilicet quia contractus erat vſurarius, & ſe
cundum iſtum intellectum non fuit excõmunicatus propter
contumaciam, ſed propter crimẽ vſurarum, quia iudex repu-
tauit iſtum contractum vſurarium, licet non eſſet. Ioan.And.
ita pertranſit, ſed vterque intellectus dependet ab his, quæ di-
cam ſuper glo.ij. In glo.j.de materia expenſarum, quæ fiunt
cauſa fructuum, an ſint deducendæ de fructibus, dic vt plene
per glo.& Doct.in c.grauis.de reſtitu.ſpoliatorum.& in l.ex di
uerſo.ff.de rei vendicatio.& in l.certum.& in l.domum. C.eo.
9 ti.& inquantum glo.dicit, ꝙ † expenſę non deducuntur de de-
cimis, intelligas de decimis, quæ debentur de iure diuino. ſecus
de decimis quæ imponuntur a papa, quia in his deducuntur
expenſæ, vt in clemen.ij.de decimis. vbi vide bonam gloſſam.
a In glo.ij.[a] hęc gloſ. ſentit ꝙ cautio debet eſſe pignoratitia,
vel fideiuſſoria, ex quo hic adiicitur qualitas ſufficientiæ, ſed
contra ipſam gl.opponitur, & videtur quòd nulla cautio erat
pręſtãda, quia hęc excommunicatio erat iniuſta, vnde debuit
relaxari ſine aliquo grauamine, de ſenten. excommunic. & in
cap.j.eod.tit. in vj. ſed hęc ſententia excommunicationis fuit
iniuſta cum creditor non teneretur reſtituere res pignoratas
ante ſolutionem ſortis. Hoſtien. ſoluit, & dicit, quòd contra-
rium procedit, quando ordo iuris, qui traditur in contrariis,
non fuit ſeruatum, vel quando nulla cauſa exprimitur in ſen-
tentia excommunicationis, vel ſi exprimitur eſt manifeſte fal-
ſa, vel manifeſte iniuſta, ſed in caſu noſtro fuit ſeruatus ordo,
10 & cauſa expreſſa non fuit falſa, vel manifeſte iniuſta, ſed du-
bia, quia debitores dicebant de fructibus ſatisfa[illegible]um credito-
res vero negabant, vnde quia non conſtabat adhuc de verita-
te ſit abſolutio, & ratione dubietatis debet præſtari ſufficiens
cautio, & dicit Ioannes Andræ. hoc eſſe notandm, quia licet
pro dubia cauſa quis non ſit excommunicandus lata tamen
ſententia tenet.ij.quæſtio.vj.biduum. ſed Dom.Abb. reprobat
hanc ſolutionem Hoſtien. dicens, quòd eſt apertiſſime contra
textum in dicto capitu. ſacro. §. caueant.de ſententia excom-
11 municatio. vbi dicitur, quòd non eſt ferenda † excommuni-
catio, abſque manifeſta, & rationabili cauſa, alioquin talis ſen
tentia ſine aliquo grauamine eſt reuocanda, ad idem ij. quæ-
ſtio.prima.nemo epiſcopus, & xi.quæſt.iij. graue. ſed hęc erat
dubia. ſed forte potes dicere ſubſtinendo abſolutionem Hoſt.
quam ſequitur Ioan. Andr. quòd ante editam hanc Decreta.
erat dubium, an creditor teneretur fructus computare in ſor-
tem, ſi erat præſtitum iuramentum de nõ moleſtando ipſum,
ſuper re pignorata, nec ſuper fructibus ante ſolutam pecuniã,
12 nam probabilis error † excuſat excommunicationem, vt di-
cit cap.ſacro.verſic.niſi talis, & in cap.ex parte, el primo, infra
de verborum ſignificatio. & hoc voluerunt dicere Hoſtienſ.
& Ioan. Andræ. quia præciſe in hoc ſe fundat, vnde dum dicit
Hoſtienſ. quòd debitores dicebant de fructibus ſortem ſolutã
quòd creditor negabat ſupplendo, quòd etiam aſſerebat fru-
ctus non eſſe computandos in ſortem, archiepiſcopus excom
municauit eum reputans contractum eſſe vſurarium. & iſte
eſt intellectus Abbatis, quem retuli ſuper textum in fin. &
etiam Butr. Secundo ſoluit Hoſtienſ. quòd hic ſufficiens cau-
tio appellatur iuratoria cautio, & non pignoratitia, vel fide-
iuſſoria, quia non tenebitur præſtare fideiuſſores, vł pignora.
& aſſignat rationem, quia propter iuramentum debitores nõ
poterant ei referre quæſtionem de fructibus ante ſolutionem
pecuniæ, & ad hoc inducit finem capituli, vbi non mãdat cre-
ditorem iſtum diſtringi, per cautionem pignoratitiam, vel fi-
deiuſſoriam, ſed ſolum eum reducendum in priſtinam ſenten
tiam excommunicationis, vnde Bald. hic dicit, quòd illa dici-
13 tur ſufficiens † cautio, per quam ſatisfit iuri, & ſic largo mo-
do apparet hic iuratoria cautio ſufficiens, quia per eam ſatiſ-
fit iuri. Innocen. vero tertio modo ſoluit, dicens, quòd iſte fuit
excommunicatus propter contumaciam, & hoc reſpectu ex-
communicatio fuit iuſta, nec ab iſta debet abſolui ſine præſti
ta cautione a iuramẽto, ſed ſententia reſtitutionis rerum, fuit
in iuſta, & ideo contra ipſam mandatur, quòd res reſtituatur
creditori, ſed Hoſtienſ. hanc ſolutionem impugnat dicens, ꝙ
ex quo ſententia reſtitutionis rerum fuit iniuſta, ergo credi-
tor in non parendo ſententiæ non fuit contumax, & ſic nec
excommunicandus, & per conſequens ſine cautione abſol-
uendus. Et ſubdit, quòd ſi Innocen. intelligit, quòd fuit con-
tumax in non veniendo adhuc iniuſte proceditur, quia tunc
ſufficit iuratoria cautio, vt in capitulo ex parte, & in capitulo,
cum olim, de verborum ſignificatio. vnde dicit, quòd hæc ſo-
lutio Innocentij non poteſt ſaluari, niſi intelligatur, quòd cre
ditor violenter reſtitit debitori in occupatione rerum, quæ fie
bat iudicis auctoritate; & quia exceſſit modum, & monitus
noluit ſatisfacere, fuit excommunicatus ratione cuius offen-
ſæ ſaltem dubiæ debuit caueri, dicit etiam quòd alio modo
poteſt ſaluari opinio Innocentij, ſcilicet vt intelligatur, quòd
fuit excommunicatus propter contumaciam, & propter ex-
penſas, de quibus ante omnia cauendum fuit, vt in capitulo
primo, de iudicijs. ſed Dominus Abbas dicit, quòd poteſt ſu-
14 ſtentari opin. Innocen. quia excommunicatus † pro contu-
macia in non comparendo non eſt abſoluendus ſine ſuffi-
cienti cautione, nec ſufficit iuratoria cautio, & allegat text.
cum gloſſ. in capitulo, qua fronte, de appellation. facit capit.j.
de dolo & contumacia. in vj. ſed But. quòd ideo iſte abſolui-
tur cum cautione, quia ſententia excommunicationis fuit iu
ſta, quia lata fuit ex cauſa probabiliter dubia in iure, ex quo
petebatur, quòd fructus in ſortem compenſarentur, & maxi-
me quia retractato grauamine ſententiæ reſtabat aliquid im
plendum ex parte creditoris, quia tenebatur reſtituere poſſeſ-
ſiones, & fructus ſoluta pecunia, vt patet in fine capitu. & iſta
ſolutio ſingulariter fuit Abbatis, vt dixi ſuper tex. & etiam Io.
Andr. ipſam ſentit dum recitat ſolutionem Hoſtienſ. ſed Do-
minus Abbas ipſam impuguat, quia licet probabilis error ha
beat excuſare iudicem, vt non condemnetur ad intereſſe ex-
communicato, non tamen debet aggrauare excommunica-
tum, qui innocens eſt, vt præſtet cautionem de parendo, cum
illa exigatur propter præſumptionem inobedientiæ, & ex cau
ſa contracta propter culpã, pro qua fuit fulminata excom-
municatio, vnde dicit, quòd ſibi placet ſolutio Innocentij, &
quòd eſt magis iuri conſona, ſcilicet, quòd iſte fuerit excom-
municatus propter contumaciam in non comparendo.

Sed tu aduerte, quia ſolutio Innocentij primo eſt contra
textum, quia tex. dicit, quòd fuit excommunicatus propter cõ
tumaciam in non reſtituendo poſſeſſiones, non autẽ propter
contumaciam in non veniendo comparendo. Item non eſt
verum, quòd contumax in non comparendo, non debet ab-
ſolui ſine ſufficienti cautione, nec obſtat glo. in capitulo, qua
fronte, infra de appellatio. in qua ſe fundat Do. Abb. quia ibi
lata fuit excommunicatio, quia contumax non parebat iuri,
& hoc declara vt in dicto capitulo, ex parte, & in capit. cum
olim, infra de verborum ſignific. ſolutio autem Butri. quæ ori
ginaliter fuit Abbatis antiqui, quam etiam ſenſit Hoſtienſ. &
Ioan. Andr. videtur veriſſima, ex quo enim ante iſtam Decret.
poterat probabiliter dubitari, an tale iuramentum eſſet ſer-
uandum, archiepiſcopus qui excommunicauit iſtum, quia vo
lebat retinere poſſeſſiones, nec volebat fructus cõpenſare in
ſortem, fuit excuſandus ante deciſionem huius Decretalis,
cum tam iura ciuilia, quàm canonica dicerent creditorem
debere computare fructus in ſortem, nec obtinet ratio Do-
mini Abbatis dum dicit, quòd licet probabilis error excuſat iu
ramentum, non per hoc debet aggrauare excommunicatum
nam ideo hic aſtringitur ad præſtandam ſufficientem cautio-
nem, quia contra eum erat præſumptio ex eo, ꝙ recuſauerat
fructus computare in ſortem, vnde propter iſtam ſuſpitionem
tenebatur præſtare ſufficientem cautionem vbicunque enim
15 timetur ne † abſoluendus veniat contra iuramentum, nõ ſuf-
ficit

ADDITIO.

a ¶ Adde glo.concor.in c.quanquam, in ver.idonee.de vſur.& aliam glo.in c.j. de do.& contuma.eod.lib.& aliam glo.in c.cum conſtat, de pigno. & cum glo.dicit, quod ꝓdicta requirunt cautionem, intellige de iuratoria, hoc limita niſi ille qui tenetur iurare, eſſet ſuſpectus, quia tunc non ſufficit iuratoria, imo idonea, hoc eſt cum pignoribus, vel fideiuſſore, vt dicit glo.ſing.in c.pen. ff. de pe.hære. quod eſt not. ¶ Item no. ꝙ ſi quis ita pauper ſit, ꝙ non inueniat cautionem, poteſt iuratoriam cautionem præſtare, & ſatisfacit iuri, vt dicit glo. no. in c.ex parte, de verb ſign. Et adde, ꝙ clericus pro debito ſeculari detineri non poteſt, vt dicit D.Do.in c.ſi iudex laicus, de ſen.excom. in vj. quod eſt not.

ficit iuratoria cautio,ſed requiritur cautio fideiuſſoria,vel pi-
gnoratitia,vt notant Doctores in c. fin. de reſtitutio. ſpoliato.
& in c.j.de dolo, & contuma.in vj.& idem dicit Do.Abb.in di
cto cap.qua fronte.j̃.de appellatio.& hoc eſt quod voluit dice
re But. dicit enim,quòd ideo debet præſtari ſufficiens cautio,
quia retractato grauamine ſententiæ reſtabat aliud implen-
dum pro parte creditoris, quia facta abſolutione creditor ha-
bebat reſtituere fructus, & pignus,vnde ne circa hoc ſurgeret
difficultas præſtatur ſufficiens cautio, & allegat not. per Ioan.
And.in cap.ab excommunicato.de reſcript. Dicamus ergo,
quòd ſententia excommunicationis, fuit iuſta, quia lata fuit
ex cauſa probabiliter dubia, & quòd præſtatur ſufficiens cau-
tio,quia creditor erat ſuſpectus ne ſoluto debito vellet retine
re fructus perceptos, & hoc modo intellige iſtum textum; &
quanquam Hoſtien.in ſecunda ſua ſolutione dicat, quòd cau
tio iuratoria hic apponitur ſufficiens propter finem literæ,
quæ iubet iſtum diſtringi per cautionem fideiuſſoriam. ſed
ſolum reducit in primam ſententiam,tu dic,quòd ad hoc po-
terit reſponderi, quòd vtrunque remedium competebat, ſed
papa mandauit illud remedium ſeruari,quod credebat magis
timeri per creditorem. ad hoc c.quoniam frequenter. in fine.
ſupra,vt lite non conteſta. Et ex iſta ſolutione poteſt inferri,
quia papa remiſit illum creditorem ad archiepiſcopum,cum
iniuſte ipſum excommunicauerit, nam ex quo iſta ſententia
excommunicationis fuit lata ex cauſa probabiliter dubia, nõ
fuit ei imputandum,ideo cauſa ad eum fuit remittenda, ſimi-
le not.in c.dilecto.ſupra de teſti. Et ex his habes declaratam
iſtam gloſſam.In glo.iij.hæc gloſſ. opponit de c.j.& ii.infra de
vſu.vbi patet,quòd fructus computantur in ſortem,cuius con
trarium innuit iſta litera,huius timore glo.ponit duplicem in
tellectum ad iſtum textum. Primus eſt, vt litera intelligatur
cum ſuppletione, ſcilicet vt ſors prius ſoluatur vere,vel com-
penſando fructus cum ea. ſed iſte intellectus deſtruit literam.
vnde gloſ. tranſit ad ſecundum intellectum, ſcilicet vt ſit ſpe-
ciale quando eſt præſtitum iuramentum de non moleſtando,
donec fuerit ſatisfactũ, vnde oportet quòd prius ſoluatur ve-
ra ſors,& quòd poſto duom repetatur quicquid creditor inde
percipere potuit, & glo. habuit bonum intellectum,ſed male
exemplificat,vt dicit hic Ioan. And. ſi enim præſtitum fuiſſet
iuramentum de non moleſtando, donec fuiſſet ſatisfactum,
non veniſſet contra iuramentum volendo compenſare fru-
ctus cum ſorte.ſed in c.iſto debitores non iurauerunt ſimplici
ter ſatisfacere,ſed iurauerunt de non moleſtando creditorem,
niſi pecunia ſoluta. & iſte intellectus communiter tenetur,vt
infra dicam.Sed Doctores extra gloſſ.dant alias ſolutiones,&
prima fuit Tanc.qui dixit, quòd quantitas fructuum non erat
liquida, ideo non debuit fieri compenſatio cum debito. Sed
debitores debuerunt prius ſoluere, & poſtea repetere fructus,
16 quia de liquido † ad non liquidum non debet fieri compenſa
tio,l.fin.C.de compenſa.Secunda ſolutio eſt, quòd fructus iſti
non erant conſumpti, vnde non debuit fieri compenſatio,
nam ad hoc vt fructus computentur in ſortem,neceſſe eſt, ꝙ
ſint conſumpti, quia corporis ad pecuniam non poteſt fieri
compenſatio.C.de compenſa.l.ſi conſtat.& in l.ſi conuenerit.
ff.de pignora.actio.& in l.quod dicitur.ff.de impen. Quando
17 enim fructus † ſunt conſumpti,debetur eorum æſtimatio, &
ſic quantitas eſt debita ex vtraque parte, & per hoc poteſt fie-
ri compenſatio, ſed quando fructus extant, corpus fructuum
non poteſt compenſari cum pecunia, & per hoc Barto.repro
bat glo.in cap.primo.infra de vſur. qui voluit quòd fructus rei
pignoratæ extenuent ſortem,etiam ſi non ſint conſumpti. &
idem dixit glo.in l.j.C.de pignorib. & per hoc dicit Butr.quòd
eſt facienda differentia quomodo compareat creditor, nam
aut dicit,quòd non vult reſtituere fructus,nec compenſare,&
compellitur compenſare, vt in iuribus præallegatis pro con-
trariis.Aut dicit, quòd vult reſtituere fructus, & habere pecu-
niam ſuam,& tunc procedit illud quod hic dicitur. Tertia ſo
lutio eſt, quòd hic fructus erant pignorati, & quia tranſeunt
in naturam pignoris,non debent compenſari,ſed poſſunt re-
tineri loco pignoris,donec pecunia ſoluatur.Sed tu dic,quòd
18 etiam ſi non fuiſſet expreſſum †fructus percepti ex re pignora
ta ſi non ſunt conſumpti,ita ſunt pignorati,ſicut res ipſa prin
cipalis.l.quamuis.in fine.& quæ ibi not.glo. C.in quibus cauſ.
pign.taci.contrahatur.vnde iſta ſolutio eſt eadem cum præte-
rita.quia ſi fructus extant, poſſunt retineri ex cauſa pignoris,
ſed ſi ſunt conſumpti,tunc computantur in ſortem. Quarta
ſolutio eſt,quòd ideo hic non debuit fieri compenſatio, quia
iſti debitores agebant contra creditorem ad reſtitutionem pi
gnoris, vnde non debuit fieri compenſatio, quia reus poteſt
compenſare non actor. Quinta & vltima ſolutio eſt illa
quam ponit glo.ſed quòd hoc operatur iuramentum, quia
debitores iurauerunt ſe non moturos controuerſiã,niſi prius
ſoluerẽt pecuniam, & hũc intellectum etiam ſenſit hic Inno
cen.dicit enim,quòd etiam ſi creditor ageret repetendo pecu-
niam,non poſſent debitores fructus compenſare cum iuraue
rint ipſum non moleſtare, niſi primo ſortem ſoluerint, non
computatis fructibus, hoc enim actum erat inter eos, intelli-
ge,quòd erat actum inter eos per illa verba, quòd non mole-
ſtarent creditorem,niſi prius ſoluerent pecuniam. & iſte intel
lectus communiter tenetur. Et ex his habes quatuor limita-
19 tiones ad iura, quæ † dicunt fructus in ſortem computandos.
Prima fuit, quando non conſtat, quot fructus fuerint perce-
pti,& ſic compenſatio non fit de re liquida. Secunda limita-
tio eſt,quando fructus extant, & hoc caſu creditor poteſt eos
retinere ex cauſa pignoris,donec ſoluatur pecunia. Tertia li-
mitatio eſt, quando debitor agit contra creditorem ad reſti-
tutionem pignoris,& ratio eſt,quia actor non habet compen
ſationem,ſed datur ſolum reo. Quarta limitatio eſt,quando
interuenit iuramentum de non moleſtando creditorem, niſi
ſoluta pecunia,& de hac limitatione eſt caſus hic, ſecundum
cõmunem intellectum. Ex quo infertur,ꝙ iuramẽtum debet
impleri in forma ſpecifica,nec ſufficit,ꝙ in effectu impleatur,
ſed Bar.ſenſit contrarium in l.amplius non peti,ad fin.ff.rem
ra.hab.vbi ponit talem quæſtionem,quidam promiſit tibi ſol
20 uere † certam quantitatem cum iuramento,poſtea vult com
penſare,nunquid per hoc ſit periurus? & Bar.ibi allegat iſtum
tex.ꝙ ſic,ſed contra determinat,mouetur,quia etiam condi-
tiones debent impleri in forma ſpecifica, ſicut iuramentum.
l.qui hæredi.in princi. & l. Meuius.ff.de condit.& demonſtrat.
ſed ille qui eſt iuſſus dare,vel ſoluere cauſa conditionis implẽ
dę,implet conditionem compenſando.l.ſi peculium.§.primo.
ff.de ſta.liberis. præterea. ſi ego impedior iuſta de cauſa facere
quod promiſi,non ſum periurus.l.ſi. ff.qui ſatiſdare cogantur.
ſed ſi ego non ſoluo tibi, quando tu debes mihi tantundem
ego impedior a te,qa iõ non ſoluo tibi,qa tu non ſolius mihi,
vñ quaſi facto tuo impeditus nõ debeo eſſe periurus, allegat
tex.q aſſignat iſtã rationẽ ĩ l.iij.circa principiũ,ff.de ſta.lib.Bal.
etiam hic allegat ad hoc l.Iulianus ait. la picciola.ff.de condi.
& demonſtrat. & iſtam opinionem firmat etiam hic Bald. &
plus ſentit, quòd etiam iurans promiſit ſoluere vere, & non
per fictionem,adhuc ſi opponeret compenſationem non eſ-
ſet periurus,quia iſta fictio realiter,idem eſt,quòd veritas,quia
eandem vtilitatem habet, Do.autem Abb. hic nullam faciẽs
mentionem de Bald.ſequitur opinio.Bart.& ad illum textum
reſpondet,quòd debet intelligi, quando tẽpore traditi pigno-
ris interuenit iuramentum de non moleſtando ante ſolutio-
nem ſortis,nam tunc tacite videtur actum,vt fructus nõ com
penſentur in ſortem, alias iuramentum nihil operaretur. ſed
aduerte, quia aut non conſtat de quantitate fructuum perce-
ptorum, tamen debitor offert ſe incontinenti probaturum
quantitatem,& valorem fructuum perceptorum, & tunc li-
cet alias eſſemus in caſu,in quo admittit̃ compenſatio, iuxta
notata in l.fin.C.de compenſa. & per Bartolum in l.aufertur.
§.qui compenſationem.ff.de iure fiſci. & per Doctores in c.ii.
de depo.tamen propter iuramentum non debet admitti ad li-
quidandum,& hoc operatur iuramentum, vt dicit hic Bald.
vbi autem cõſtaret de quantitate fructuum perceptorum,qui
eſſent conſumpti, & de eorum æſtimatione, & ſic ex vtraque
parte debitum eſſet liquidum, non video quam vtilitatem af-
ferat creditori,quòd ſibi ſoluatur pecunia, cum in continenti
teneatur eam reſtituere ipſi debitori ſoluenti, vnde ei debet
obſtare exceptio dolo facis petere, quod incontinenti es reſti
tuturus,niſi dicas,quòd hoc fieri debet,vt iuramentum ſerue-
tur in forma ſpecifica,quod not.ſ.eo.debitores.& ex his habes
declaratum intellectum huius capituli. Sed quæro,nunquid
21 poſſit †iurans petere abſolutionem iuramenti? Boati.& Ioan.
An.dicunt,quòd non, quia hic non fuit iuratum de vſuris ſol
uendis.idem ſenſit hic But.dicit enim,quòd hoc iuramentum
non eſt turpe,nec ex parte iurantis nec ex parte recipientis,qa
ꝙ aliquis intendat aliquo tempore tenere fructus ad ſui caute
lam,donec ſibi ſatisfiat,non eſt vſura,ex quo intendit reſtitue
re.ſed Do.Abb.tenet contrarium, dicit.n.ꝙ licet creditor non
ſit vſurarius,tamẽ turpiter tenet debitorem innodatum iura-
mento,cum ſine aliqua iuſta cauſa recuſat compenſare quan
titatem debitam ratione fructuum conſumptorum, & dicit
poſſe attentari hoc eſſe vſurarium,cum velit interim percipe-
re vtilitatem huius pecuniæ,cõtra illud euangelicum, Mutuũ
date nihil inde ſperantes,de vſur.conſuluit. Sed ego dicerem
concordando opiniones,ꝙ aut quantitas fructuũ perceptorũ,
vel eorũ ęſtimatio nõ eſt liquida, & creditor dicit, ſolue mihi
debitum,quia ego ſum paratus poſtea reddere tibi rationem
fructuum perceptorum,& æſtimationem eorum tibi ſoluere,
& hoc caſu debitor non admittitur ad liquidandum, ne
veniat contra iuramentum, & hoc caſu non poteſt dici
aliquam eſſe turpitudinem ex parte creditoris, ex quo of-
fert ſe paratum reddere rationem fructuum, & eorum æſti-
mationem

mationem ſoluere,& hoc caſu procedit opinio Boati. & Ioã. And. Aut quãtitas fructuum perceptorum,& eorum æſtimatio eſt liquida,quia conſtat quot fructus creditor percepit, & quantum valent, & hoc caſu ſi creditor non vult compenſare,eſt in manifeſto dolo, vnde iudex hoc caſu poteſt abſoluere ipſum a iuramento,vel compellere creditorem ad relaxandum iuramentum,turpiter enim facit nolendo compenſare, non tamen credo ipſum eſſe vſurarium, cum incontinenti facta ſibi ſolutione teneatur reſtituere, niſi haberet intentionem corruptam,ſcilicet inueniendi modum non ſoluendi,vt interim poſſit habere vtilitatem ex illis pecuniis. In glo. vltima. hæc gloſſa ponit quatuor ſolutiones ad contrarium per eam formatum.Prima eſt,quòd rigor legis, ſi quis in tantam. C. vnde vi. non ſeruatur in cauſis eccleſiaſticis. & Butr. dicit hanc ſolutionem notan.quia videtur glo.ſentire,quòd quan-
22 do cauſa tractatur inter laicos † coram iudice eccleſiaſtico eſt decidenda ſecundum canones, & nõ ſecundum leges,de quo remittit ad capitulum,quod clericis,de foro competen.ſed D. Abb.reprobat iſtam ſolutionem.quia etiam inter perſonas eccleſiaſticas, quando agitur de iure earum priuato habent locum pœnæ illorum iurium,vt patet in capit. eum qui.de præbend.libro vj. Secunda ſolutio glo. eſt, quòd hic non actum fuit ad illam pœnam, ſed ſimpliciter ad reſtitutionem pignoris,& hæc ſolutio eſt ſatis bona,ſecundum D.Abbatem, quia pœna illorum iurium non committitur ipſo facto, vt in eis not.Tertia ſolutio glo.eſt,quòd iſti debitores excuſantur,quia auctoritate iudicis expulerunt creditorem.ſed Do.Abb.repro-
23 bat iſtam ſolutionem,quia † auctoritas iudicis iniuſte impenſa non excuſat a pœna,vt dicit Bartolus in l.iuſte, ff.de acquiren.poſſeſſio.& in l.meminerint,C.vnde vi, & de hoc Domi. Abb.ſe remittit ad capitulum,conquerente,de reſtitutio. ſpoliatorum.Bald.tamen hic in fine.ſaluat ſolutionem glo. dicit enim , quòd auctoritas archiepiſcopi licet iniuſta hic excuſauit,quia pars fuerat citata.ſed ſi pars non fuiſſet citata non excuſaret,vult dicere , quòd auctoritas iudicis interpoſita ſeruato ordine iuris excuſat a pęna,licet iudex iniuſte pronunciet, imputandum eſt enim parti,quia non appellauit, vbi autem non ſeruat ordinem iuris tum, quia actus iudicis eſt nullus, ipſo iure non excuſat, nec eſt neceſſaria abſolutio , vnde hoc modo poteſt ſaluari iſta tertia ſolutio gloſ.non enim appellauit creditor,qui fuit citatꝰ,& cõtumax a ſẽtẽtia reſtitutionis rei pignoratæ,licet eſſet iniuſta, vnde hanc ſolutionem nota.
24 Quarta ſolutio eſt,quòd non ſpectat ad Papam † cognoſcere de hoc.ſed ſolum an contractus ſit licitus,vel non,& iſta ſolutio placet D.Abb.pro qua bene facit tex.in c.cauſam.qui fi. ſint legi.& hæc ſufficiant in iſto cap.

### SVMMARIVM.

1 *Eccleſia Romana conſueuit abſoluere a iuramento per metum extorto, ſi non poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ.*
2 *Iurans poteſt contrauenire propria auctoritate iuramento non obligatorio quando pro eius obſeruantia ſalutis interitum pateretur.*
3 *Renunciatio beneficii facta per metum valet.*
4 *Eccleſia poteſt abſoluere a iuramento turpiter recepto, nec habet neceſſe eum monere qui recepit.*
5 *Renuncians Beneficio per metum non eget noua collatione, quia per actionem quod metus cauſa reſtituitur in priſtinum ſtatum facta abſolutione a Iuramento.*
6 *Iuramentum, quod vergit in detrimentum ſalutis propriç non valet, quemadmodum non valet tendens in mortem alterius.*
7 *Iuramentum non ligat contra periculum mortis, nec Votum, quia paribus paſſibus ambulant.*
8 *Vita reſtaurari poteſt, ſine eſu carnium.*
9 *Neceſſitas excuſat a quolibet abſtinentiæ præcepto.*
10 *Cultus Diuini finis eſt dare gloriam Deo.*
11 *Superfluum eſt & Superſtitioſum, quod ad gloriam Dei non pertinet.*
12 *Concupiſcientia carnis inordinata, eſt quid ſuperſtitioſum & ſuperfluum.*
13 *Superſtitio eſt graue crimen, quia eſt vitium religioni oppoſitum.*
14 *Carnes non comedere in infirmitate eſt contra traditionem eccleſiæ.*
15 *Chartuſienſes non obſtante regula, poſſunt in infirmitate carnes comedere.*
16 *Iuramentum continens, peccatum veniale non eſt ſeruandum quia tendit in diſpendium ſalutis æternæ.*
17 *Iuramentum proprie dicitur tendere in diſpendium, quando non tendit in interitum, & quid ſit.*
*Diſpendium vide ibidem.*
18 *Iuramentum continens in ſe peccatum dicitur vergere in peiorem exitum, quod ſit ſecundum Doctores ſex modis, ſecundum autem S. Tomam tribus.*
19 *Iurans aliquem non alloqui, vel domum eius non ingredi, quo pacto illud ſeruare debeat, diſtinguitur.*
20 *Iuramentum factum quod nunquam erit clericus, epiſcopus vel prælatus, an valeat.*
21 *Iuramentum impeditiuum, maioris boni non valet.*
22 *Iurans ſe non facturum aliquod melius bonum, videtur velle obiicere obſtaculum ſpiritui ſancto.*
23 *Iuramentum, quod quis non erit fideiuſſor, an valeat.*
24 *Proximo quilibet tenetur ſubuenire.*
25 *Eleemoſyna an ſit in præcepto, quæ conſideratur reſpectu dantis, & recipientis.*
26 *Eleemoſina debet dari, de eo, quod ſuperfluum nobis eſt.*
27 *Iuramentum impeditiuum melioris boni, licet non valeat tamen poteſt obſeruari, ex quo non tenetur illud bonum facere.*
28 *Iuramentum, de non fideiubendo, licitum eſt apud clericos.*
29 *Laici debent omnibus bene prodeſſe & nemini nocere.*
30 *Iuramentum, quod quis fecit, ſi obſeruando illud non poteſt viuere, obſeruare non tenetur.*
31 *Iuramentum a principio poſſibile, ſi reddatur impoſſibile, non eſt obſeruandum.*
32 *Obligatio in genere nunquam perit, quamuis ſecus ſit in obligatione in ſpecie.*
33 *Differentia inter iuramentum promiſſorium, & aſſertorium.*
34 *Periurium eſt mendacium iuramento firmatum.*
35 *Malo nullo modo quis conſentire debet.*
36 *Iurans animo ſe obligandi, peccat mortaliter non obſeruando iuramentum.*
37 *Periurium incurrit etiam qui metu coactus iurauit.*
38 *Deus recipit iuramentum, prout ipſe iurans intellexit.*
39 *Iurans cum intentione non implendi iuramentum mortaliter peccat.*
40 *Obligatio iuramenti cauſatur ex reuerentia, quam debemus Deo.*
41 *Iuramentum coactum duplicem continet obligationem.*
42 *Iurans non debet præſumi, non habuiſſe intentionem ſe obligandi, quia induceretur præſumptio delicti.*
43 *Iuramentum promiſſorium in dubio præſumitur factum cum intentione implendi.*

## CAP. VIII.

1 SI vero. Si iuramentum † per metum extortum ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ ſeruandum eſt, eccleſia Romana conſueuit a tali iuramento abſoluere,hoc dicit.Communis diuiſio.Secunda ibi,duximus tibi. Nota primo regulam, ad quam quotidie allegatur iſte text. quòd iuramentum quod ſeruari non poteſt ſine interitu ſalutis æter-
2 næ non eſt obligatorium,ita quòd iurans † poteſt contrauenire propria auctoritate, & non ſolum poteſt, imo debet.xxij. queſtio.iiij.per totum.ex quo infertur a contrario ſenſu,quòd vbi iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ eſt ſeruandum.ſed iſtud nõ eſt ſemper verum, vt patebit ex infra dicendis, & vide bonam gloſſam in regula,non eſt obligatorium.libro vj. Secundo nota, quòd renunciatio beneficij fa-
3 cta † per metum valet,& hoc tenent D. de Ro. deciſ. ccclxxij. ſed Do.Abb.remittit ſe ad capitulum,ſuper hoc.de renuncia. & ad nota.per ſe in cap.ſolicite.de reſtitutio. ſpoliatorum . & pro hoc vide bonum textum per locum a ſpeciali in clem.ij. in fi.de pœ.vbi ponitur ſpeciale in detẽto violenter per captionem poteſtatum ſecularium , & tunc renunciationes bonorum factæ non valent ipſo iure , ſi ergo eſt ſpeciale in illo caſu extra illum caſum renunciatio beneficij facta metu, debet valere mero iure,& hoc ſentit ibi glo. Tertio nota,ſecundũ
4 Domi.Abbatem,quòd a iuramento turpiter recepto, † eccleſia poteſt abſoluere, nec eſt neceſſe , quòd is qui turpiter recepit , prius admoneatur ad iuramentum relaxandum , de quo plene dixi in capit.primo,ſupra eodem. & ſubdit Domi.Abb. quòd licet hic dicatur de eccleſia Romana,tamen intelligendum eſt de epiſcopo, allegat notata per Innocentium in cap. ad aures,ſupra eod.quod metus cauſa. & in c.debitores.ſ.eod. & dicit,quòd hic dicitur de eccleſia Romana cauſa exempli , vel quia de facto ita occurrit. Vltimo no.argumẽ.optimum
5 ſecundum eundem Do.Abbatem, quòd † renuncians beneficio per metum non indiget noua collatione, ſed per actionẽ quod metus cauſa reſtituitur in priſtinum ſtatum facta abſolutione a iuramento . & dicit,quòd metum paſſus poteſt dupliciter agere,primo intentãdo vtilem actionem in rem,quia per reſignationem metu factam ſolum perditur directa actio. l.ſi metum,§.volenti, & l.ſi mihi.in fine. ff.quod metus cauſa. per quam omnia debent reduci in priſtinum ſtatum, vt in iuribus præallegatis;ad hoc allegat D.Abb. iſtum textũ, & c.ad audientiam.& c.abbas, quod metus cauſa. vbi ſine noua collatione reſtitutus fuit renuncians ad beneficium metu renunciatum,nec obſtat iſte tex.in verbo,promiſi, quia debet intelligi , quòd fuerunt promiſſi miniſtrare , eo quòd ſuperior præſtitit auctoritatem abſoluendo eos a iuramento, & iſte eſt verus intellectus iſtius textus , licet Doctores dent etiam alios intellectus ad iſtum textum, ex eo enim , quòd me-

tum paſſus abſoluitur a iuramento,intelligitur eſſe permiſſus
miniſtrare in beneficio, quod per metum renũciauerat, vnde
facta abſolutione a iuramento poteſt iurans intentare vtilem
in rem actionem,vel actionem,quod metus cauſa, & benefi-
cium ſuum repetere ſine alia noua collatione, & hoc ſi bene
ficium detinebatur per alium. Si autem ipſe renuncians deti-
neret beneficium,vt in caſu iſtius capituli, in quo renuncians
cum iuramento remanſit in beneficio, & illud detinuit tan-
quam vicarius,vel conductor,vt dicunt hic Pet.& Abb. & Io.
And.in ver.retinuerit. vnde hoc caſu cum ipſe ſit detentor be
neficij,non eſt neceſſe, ꝙ agat actione quod metus cauſa,nec
vtili actione in rem, ſed poteſt propria auctoritate miniſtra-
re in beneficio, ex quo illud detinet, & in hoc caſu loquitur
iſte tex. Secundo opp. de.c.ad audientiam,§.quod me.cau.vbi
renuncians beneficium cum iuramento, poteſt illud propria
auctoritate ſine aliqua abſolutione repetere, quia licet iura-
uerit reſignare,non iurauit non repetere. D.Abb. ſoluit,ꝙ nõ
ſolum hic iurauit reſignare, ſed etiam iurauit non repetere,
alias procederet contrarium,quia tunc non veniret contra iu
ramentum de petendo,& dicit,ꝙ hoc voluit gl.j.quæ per hoc
remanet declarata. In glo.ij.diuide eam in duas partes,in pri
ma parte glo.quærit, & reſpondet, & cõtra reſpõſionem per
ſe factam opponit,& ſoluit.In ſecunda parte glo.iterum quæ
rit,& reſpondet. Secunda ibi,idem eſt. In prima parte gloſſ.
6 Glo.dicit, ꝙ idem eſt† ſi iuramentum vergat indetrimentum
ſalutis cõis,vt quia tendit in mortem propriam, nam quem-
admodum non valet iuramentum tendens in mortem alte-
rius,xxij.q.iiij. c.j. cum quatuor ſequen. eodem modo,& for-
tius non debet valere ſi tendit in mortem propriam, vt in ca.
ſi non licet.xxiij.q.v. Sed contra hoc glo.opponit, quia ſi vl-
tramontanus,vel gallicus iurat ſe moraturum Romæ, in au-
guſto ratione talis iuramenti poſſet vita temporalis amitti, ſi
tunc moraretur.ad hoc glo. reſpondet,ꝙ tunc iuramentũ nõ
tendit directe contra ſalutẽ corporis,ſed occaſionaliter,quaſi
vellet dicere,ꝙ licet aliquando ex tali mora propter intempe-
riem aeris contingat vltramontanum mori, tamen hoc ſem-
per non accidit,& ſic directe non tendit ad mortem,ſed occa
ſionaliter.ſed Ioan.And.dicit dictum gl.procedere,niſi ex im-
minente infirmitate,vel ex complexione iudicaretur a medi-
cis moriturus ex tali mora.idem dicit Butr.& D.Abb. qui hoc
probat tali ratione,ſcilicet, quia ex his circunſtantiis apparet
iuramentum temerarium,nec eſt veriſimile,ꝙ Deus velit reci
pere tale iuramentum, per quod creatura ſua incurrat mor-
tem, & per hoc dicit, ꝙ ſi diceretur apertis medicis fratrem
Cartuſien. ordinis non poſſe aliter mortem euadere, niſi per
eſum carnium,quod non obſtante regula ipſorũ deberet car-
7 nes comedere. ſicut enim iuramentum † non ligat cõtra peri
culum mortis,ita nec votum,cum paribus paſſibus ambulent
vt not.in c.j.& in c.debitores.§.cod. & in c.licet.& in c.magnæ.
de voto.dicit tamẽ,ꝙ magiſter Rainaldus de Villa noua ſum-
mus, & quaſi diuinus medicus fecit quendam tractatum, in
8 quo concluſit, † Vitam poſſe reſtaurari ſine eſu carnium, di-
cit enim,ꝙ vinum mediocre,maxime aromaticum, & vitelli
ouorum mediocriter molles, quæ acutiſſima digeſtione con-
uertuntur in laudabilem, & multum ſanguinem,ſunt adhuc
magis competentia,quàm carnes,& vide Ioan.And. in c.con
ſilium,de obſerua.ieiu.vbi recitat plenius dicta iſtius magiſtri
Rainaldi. Sed.Do.Abb.dicit,ꝙ ſi eius doctrina eſſet vera,ceſ
ſaret dictum ſuum, ſed vbi excircunſtantiis medici dicerent
contra,tunc procederet illud quod ſupra dixit poſſet enim cõ
tingere,quòd oua eſſent faſtidio ipſi infirmo, ita ꝙ nõ poſſet
9 illa capere,vt plures exiſtũt,nam † & neceſſitas excuſat a quo
libet præcepto abſtinentię corporalis,vt in c.ij.de obſer.ieiun.
vnde concludit,ꝙ iuramentum non eſt ſeruandum, quando
non poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis ſpiritualis, vel corpora-
lis,& pro illo quod dicit D.Abb.optime facit,quod dicit San-
10 ctus Thomas ij.ij.q.xciij.art.ij.vbi dicit,ꝙ † finis diuini cultus
eſt,vt homo det gloriã Deo.& ei ſe ſubiiciat mente,& corpo-
re, & vt quicquid facit,faciat ad Dei gloriam, ad hoc vt mens
hominis ipſi Deo ſubiiciatur, & etiam corpus per moderatã
refrenationem concupiſcentiarum,ſecundum Dei, & eccle-
ſiæ ordinationem, & conſuetudinem eorum, quibus homo
conuiuit, econtrario vero dicit Sanctus Thom. eſſe ſuper-
11 fluum, † & ſuperſtitioſum, & per conſequens malum eſſe
quando aliquid fit, quod de ſe non pertinet ad Dei gloriam,
neque ad hoc,ꝙ mens hominis feratur in Deum,aut ꝙ carnis
concupiſcentiæ inordinate refrenentur, aut etiam ſi fit pręter
Dei,& eccleſiæ inſtitutum, vel contra conſuetudinem cõmu-
nem,quæ ſecundum Auguſtinum pro lege habenda eſt,vnde
concludit,ꝙ hoc reputandum eſt eſſe ſuperfluum, & ſuperſti-
tioſum, quia in exterioribus ſolum conſiſtens ad interiorem
Dei cultum non pertinet,& no.bene iſta vltima verba Sancti
Thomæ. Primo enim dicit illud eſſe ſuperſtitioſum,& ſuper-
fluum,qđ nõ pertinet ad Dei gloriam,neque ad hoc,ꝙ mens
12 hominis feratur in Deum. Secundo † dicit eſſe ſuperfluum,
& ſuperſtitioſum,quando concupiſcentiæ carnis refrenantur
inordinate.vnde S.Tho.q.lxxxviij.ar.ij.in ſi.dicit,ꝙ maceratio
ꝓprij corporis,puta ꝑ vigilias, & ieiunia,nõ eſt Deo accepta
niſi inquantum eſt opus veritatis, hoc eſt inquantum fit cum
debita diſcretione,ſcilicet vt concupiſcentia refrenetur, & na
tura non nimis grauetur, & allegat Apoſtolum ad Romanos
xij.c.qui poſtquam dixit,exhibeatis corpora veſtra hoſtiam vi
uentem ſanctam Deo placentem, addidit rationabile obſe-
quium veſtrum. Tertio, quando fit refrenatio præter inſtitu-
tionem Dei,& eccleſiæ. Quarto,quando refrenantur concu-
piſcentiæ contra communem conſuetudinem, quæ pro lege
habenda eſt,his enim caſibus dicitur eſſe aliquid ſuperfluum,
13 & ſuperſtitioſum. Superſtitio autem eſt † graue crimen, quia
eſt vitium religioni oppoſitum, quia exhibet diuinum cultũ,
vel cui non debet,vel eo modo,quo non debet,vt dicit S.Tho
14 mas quæſt.xcij.artic.j.vnde profecto recte conſiderando † car-
nes nõ comedere in infirmitate eſt contra traditionem eccle-
ſiæ,vt patet in c.conſilium,de obſerua.ieiu.Item eſt contra cõ
ſuetudinem omnium religioſorum.Item per talem abſtinen-
tiam inordinate affligitur corpus infirmi. Item talis abſtinen-
tia non pertinet ad Dei gloriam, nec ad hoc, ꝙ mens homi-
nis infirmi feratur in Deum,ergo talis abſtinentia in infirmi-
te non eſt licita,ſed eſt cauenda tanquam mala, & ſuperſtitio
ſa,& tanquam non pertinens ad Dei cultum, & has rationes
notabis.Et per hoc conclude, ꝙ vbi medici timerent infirmũ
15 incurrere periculum mortis ſi carnes non comedit, ꝙ † non
obſtante regula Carthuſienſium debet carnes comedere,imo
plus credo,ꝙ vbicunque eſt grauis infirmitas,ꝙ grauiter pec-
cent,niſi dent ei carnes,quia male poteſt infirmus talis releua
ri ſine carnibus,& cauere debent a peccato homicidij,& a pę
na irregularitatis, quia ſi ex abſtinentia carnium, ſequeretur
mors infirmi,eſſent homicidę,& irregulares. In ſecunda par
te glo.hęc glo.vult,ꝙ etiam ſi iuramentum non tendat in in-
teritum ſalutis æternę.ſed in peiorem exitum,ꝙ non ſit ſeruã
dum,allegat c.ſi aliquid.xxij.q.iiij.vbi glo.dicit, ꝙ ſi iuramen-
16 tum † continet in ſe peccatum veniale, non eſt ſeruandum.
pro hoc facit c.ij.de pact.in vj.vbi dicitur,ꝙ ſi iuramentum tẽ
dit in diſpendium ſalutis æternæ,non eſt ſeruandum. proprie
17 autem dicitur † iuramentum tendere in diſpendium, quando
non tendit in interitum,nam peccatum veniale non tendit in
interitum ſalutis æternę, ſed in diſpendium, ideſt in diminu-
tionem,quia impedit,vt non ita cito perueniat ad vitam ęter
nam,oportet enim,ꝙ prius purgetur in purgatorio ſi decedit
in illo peccato veniali.xxv.di.qualis. Et ex his no.glo.ꝙ iura-
ramentum,quod continet in ſe peccatum veniale,dicitur ten
dere in peiorem exitum,ſed Doct.dicunt,ꝙ iuramentum dici-
tur tendere in peiorem exitum, ſiue cõtineat in ſe peccatum
veniale,ſiue mortale.Vnde Doct.dicunt, ꝙ ſex modis dicitur
18 iuramẽtum † vergere in peiorem exitum,ſed ego volo vti do
ctrina Sancti Thomæ, qui breuius loquendo in q.lxxxix.ar-
tic.vij.in ſolutione ſecundi ar.dicit,ꝙ tribus modis dicitur ver
gere in deteriorem exitum. Primo modo,quando quis ab ip
ſo principio iurat illud facere,quod ſecundum ſe eſt malum.
Secundo,quando iuramentum eſt impeditiuum maioris bo
ni. Tertio modo,quãdo aliquid de nouo emergit, quod fuit
impręmeditatum tempore iuramenti, ſic patet in iuramento
Herodis,qui iurauit puellæ ſaltanti dare quod peteret,quæ po
ſtea petiit caput Ioan.Baptiſtę,de quo vide tex.xxij.q.iiij.ca. eſt
etiam cõtra officium. Sub iſtis tribus modis includam omnes
caſus,quos ponunt Doct. & ſub primo modo, ſcilicet quãdo
iuramentum continet in ſe malum,dicendum eſt,ꝙ ſiue iura
mentum contineat in ſe peccatum veniale,ſiue mortale,dici
tur vergere in peiorem exitum,vt ſupra dixi. Ex hoc infertur
19 an ſi quis † iurauit non loqui Martino,vel non intrare domũ
eius,vel quid ſimile,an tale iuramentum valeat, & videtur ꝙ
non.§.eo.cum quidam.ſed But.ibi dicit, ꝙ aut quis iurauit ex
indignatione,vel quia non velit prębere officium charitatis,
& hoc iuramẽtum non eſt obligatorium, nec eget abſolutio
ne, quia cum ſit cõtra charitatem, continet in ſe peccatum,
vnde non eſt obligatorium,nam ſecundum præceptum euan
gelicum quis debet reconciliari fratri ſuo,vnde cum tale iura
mentum nutriat, & fulciat ſe ad tenendum odium,tale iura-
mentum non obligat,& hoc dicit But.procedere ſiue quis iu
rauerit hoc de fratre,vel conſanguineo ſuo,ſiue de extraneo.
probatur hoc de pen.di.ij.proximos. Aut tale iuramentum
fuit pręſtitũ ex cauſa iuſta,vt quia forte locutiones illius erant
corruptibiles,& tunc tale iuramentum eſt obligatorium, ta-
men quia in dubio non habet bonum aſpectum poterit fieri
abſolutio a tali iuramento,& hoc caſu intelligit c.cum quidã.
§. eo.ſed tu dic, ꝙ in primo caſu clarum eſt, quòd iuramentũ
non eſt obligatorium,& hoc caſu loquitur c.cum quidam.&
inquan-

inquantum ibi loquitur, ꝙ abſolutio debet fieri a tali iuramẽ
to, gl. pc. ibi illud intelligit de abſolutione facti, quæ fit ad cau-
telam, & illam glo. ibi ſequitur D. Abb. quamquam Innoc. ibi
dicit, ꝙ requiritur abſolutio ſuperioris, quia tale iuramentum
poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, & cum hoc tran-
ſit ibi Ioan. And. qui dicit, quòd hæc abſolutio poteſt fieri per
epiſcopum, ex quo papa ſibi non reſeruauit abſolutionem, al
legat c. nuper. de ſent. excom. & forte tutius eſſet ſeruare iſtam
opinionem. ego tamen ſic dicerem, ꝙ aut proximus ſcandali-
zatur cum eo, ex eo, ꝙ ſibi non loquitur, vel ꝙ non vadit ad
domum eius, & tunc poteſt contrauenire iuramento abſque
aliqua abſolutione; aut proximus non ſcandalizatur ex eo, ꝙ
ſibi non loquitur, vel eo ꝙ non vadat ad domum eius, & hoc
caſu debet ſeruari iuramentum, quia licet temere iurauerit,
& peccauerit ſic iurando, non tamen peccat in obſeruatione
talis iuramenti. In ſeptimo autem caſu, ſcilicet quando iura-
uit ex iuſta cauſa, ſcilicet quia ſermones ſui erant corruptibi-
les iuranti, tunc credo, ꝙ non poſſet abſolui etiam a papa, qa
per talem abſolutionem præpararetur ei via peccatum com-
mittendi, ſed papa non poteſt abſoluere ſine cauſa, vt dicit In
noc. in c. cum inter. P. ſ. de renun. & no. glo. ſ. eod. quanto. ſed ſi
ceſſaret cauſa corruptionis, tunc epiſcopus poſſet abſoluere.
Sub ſeptimo autem modo poteſt induci quæſtio, an valeat iu
20 ramentum, † ſi quis iurat, ꝙ nunquam erit clericus, vel epiſco
pus, vel prælatus. & in hoc fuerunt glo. contrariæ. nam glo. in
c. innocens. in ver. formata, quæ incipit, argumentum eſt, hic
dicit, ꝙ tale iuramentum eſt obligatorium, idem tenet Vgol.
xx. q. iij. in prin. vbi dicit, ꝙ ſi quis iurat, ꝙ nunquam erit cleri-
cus, vel regularis, tale iuramentum eſt ſeruandum, & genera-
liter omnia iuramẽta, quib. iuratur aliquid quod nec eſt mor-
tale, nec veniale peccatum, idem videtur ſentire Gratianus in
§. fi. xxvii. q. iiij. pro quo facit text. in c. Florentinum. lxxxv. diſt.
vbi videtur valere iuramentum, ꝙ quis non promoueatur ad
epiſcopatum. ſed glo. ibi tenet contrarium, ꝙ tale iuramentũ
non valet, quia eſt temerarium, & ꝙ non obſtante tali iura-
mento poteſt eligi in epiſcopum, dummodo pęnituerit de ta
li delicto, quia iuramentum temerarium non irrogat perpe-
tuam infamiam, & idem ibi Bar. Brix. ad glo. Io. idem ſequitur
Archid. in c. ſi aliquid. & in c. innocens. xxij. q. iiij. idem dicit S.
21 Thom. in loco præalleg. vbi dicit, ꝙ iuramentum † non valet
quãdo eſt impeditiuum maioris boni, puta cum aliquis iurat
ſe non intraturum religionem, vel ꝙ non fiet clericus, aut ꝙ
non accipiet prælationem, in quo caſu ſi expedit eum accipe-
re, vel aliquid huiuſmodi, iuramentum eum non impedit, im
mo dicit, ꝙ a principio huiuſmodi iuramentum eſt illicitum,
dicit tamen eſſe d̃riam, an quis iuret aliquid quod eſt im-
peditiuum maioris boni, quia in primo caſu peccauit, & iurã-
do, & iuramentum ſeruando, & hoc eſt regulare vbicunque
quis iurat ſe facturum aliquod peccatum, quia peccat iurãdo,
& iuramentum obſeruando. In ſecundo autem caſu, ſcilicet
22 quando iurat † ſe non facturum aliquod melius bonũ, quod
tamen facere non tenetur, peccat quidem iurando inquantũ
voluit obiicere obſtaculum iuramenti Spiritui ſancto, qui eſt
boni propoſiti inſpirator, non tamen peccat iuramẽtum ſer-
uando, ſed multo melius facit ſi non ſeruet, nam ſi quis iurat
quod non fiet clericus, vel quod non intrabit religionem non
peccat iuramentum ſeruando, quia nemo tenetur effici cleri-
cus, vel religioſus, licet melius faciat non ſeruando iuramen-
tum, hoc eſt ſi efficiatur clericus, vel religioſus, iurãdo autem
peccauit inquantum voluit opponere obſtaculum Spiritui
ſancto, qui eſt boni propoſiti inſpirator, vnde nota iſtud dictũ
ſancti Tho. quod quando aliquis iurat ſe non facturũ aliquod
bonum, licet ad illud non teneatur nihilominus iuramẽtum
eſt illicitum inquantum voluit obiicere obſtaculum Spiritui
ſancto, qui eſt boni propoſiti inſpirator, & Doc. idem dicunt
licet nõ vtantur verbis ita magiſtralibus. Sub iſto modo, ſeu
membro includitur alia quæſtio, quam format hic D. Abb. vi
23 delicet, an valeat iuramentum, † ꝙ quis non erit fideiuſſor ꝓ
aliquo, & Lau. quem recitat Archid. in c. non eſt. xxij. q. j. dixit,
ꝙ tale iuramentum obligat, quia cum ſit permiſſum iurare ꝓ
vtilitate proximi potius eſt licitum iurare ꝓ vtilitate propria,
& idem recitat Io. And. in c. cum C. laicus. de foro compet. in
vj. Sed text. xj. q. j. ſicut dicit laici peccant, niſi ſibi inuicem fi-
deliter dederint operam in his quæ pertinent ad vſum vitæ, &
per illum tex. dicit ibi Archi. quod non valet iuramentum lai
ci ſi iurat nõ fideiubere, nam cum laici peccent, niſi inuicem
dederint ſibi ſubſidium in his, quæ pertinent ad vſum vitæ, vt
dicit text. in d. c. ſicut, peccant iurando, ꝙ non fideiubebũt pro
aliquo, continet enim iuramentum in ſe peccatum, cum ve-
lit ſe liberare ab eo, quod tenetur facere. ſed Io. And. in addit.
Specu. in rubric. eo. titu. iſtam quæſtionem latius examinat, &
concludit, ꝙ ſalus proximi periclitaretur, niſi fideiubeatur, nõ
tenetur ad obſeruantiam iuramenti, quia iuramentum non
extenditur ad hunc caſum incogitatum, & ſi cogitauit hunc
caſum iuramentum fuit temerarium, & illicitum, & ſic non
obſeruan. ſimile habetur in c. j. eo. ti. in vj. & But. ſ. e. cum qui-
dam, in fi. dicit ſe de facto ita reſpondiſſe cuidam magiſtro in
Theologia de Parma, qui iurauerat de non fideiubendo, &
dum eſſent expulſi quamplures Parmenſes a quodam domi-
no Bo. Ottone Bonterzo, qui multos trucidauerat de parte il-
lorum de Roſſis, venerunt Ferrariam, & non poterant ſuper
vtenſilibus habere fideiuſſores, magiſter autem ille non aude
bat fideiubere propter iuramentum, But. dicit ſe ſibi dixiſſe, ꝙ
hoc caſu occurrente non ligabatur iuramento, & fecit illum
ad cautelam abſolui a iuramento, ſed Do. Abb. hic dicit ſe ha
bere pro indubitato, quòd in tanta neceſſitate iuramentum
24 non liget, quia quilibet tenetur ſubuenire proximo. lxxxvj. di.
paſce. xlvij. diſt. ſicuti. vnde non potuit per iuramentum ſuum
ſe ſubtrahere ab hoc onere, argum. in c. ſi diligenti, de fo. cõ-
pe. ſed plus dicit, ꝙ tale iuramentum non obligat vbicunque
proximus vere indiget tali fideiuſſione, licet non periclitetur
ſalus proximi, quia tenetur ex præcepto Dei diligere ꝓximos,
ideo in ipſorum neceſſitatibus eis ſubuenire, pro hoc eſt bon.
tex. in c. ſicut. xj. q. j. ergo per iuramentum noſtrum non poſſu-
mus nos ſubtrahere ab hac pietate ex neceſſitate fienda, vt in
d. c. ſi diligenti, & dicit, ꝙ hoc procedit tenẽdo, ꝙ teneatur ſub
uenire proximis in ſuis neceſſitatibus ex præcepto. Sed ſi volu
mus tenere opinionem S. Tho. ij. ij. q. xxxij. art. quinto. vbi exa-
25 minans illum articulum, an eleemoſina ſit in præcepto, dicit
duo conſideranda, vnum ex parte dantis, aliud ex parte reci-
pientis. Ex parte enim dantis dicit eſſe conſiderandum, ꝙ id
quod eſt erogandum, in eleemoſinas ſit ei ſuperfluum, ſecun-
dum illud Lucæ xj. c. quod ſupereſt date eleemoſinam, & om-
nia munda erunt vobis, & dicit eſſe ſuperfluum non ſolum re
ſpectu ipſius dantis, ſed etiam reſpectu aliorum, quorum cura
ſibi incumbit, quia prius oportet ꝙ vnusquiſq; ſibi prouideat
& his quorum cura ei incumbit, & poſtea de reſiduo aliorum
neceſſitatibus ſubueniat. Ex parte autem recipientis, dicit, ꝙ
requiritur, ꝙ habeat neceſſitatem; & ꝙ non omnis neceſſitas
obligat ad præceptum, ſed illa ſola neceſſitas, ſine qua is, qui
neceſſitatem patitur ſuſtentari nõ poteſt, & dicit, ꝙ in hoc ca-
ſu locum habet illud, quod dicit Ambroſius; Paſce pane mo
rientẽ, ſi non paueris occidiſti, & concludit, ꝙ duo ſunt ne-
ceſſaria ad hoc vt eleemoſina ſit in præcepto. Primum eſt, ꝙ
26 illud, de quo debet dari † eleemoſina ſit ſuperfluum danti, &
eis quorum cura incumbunt, ſecundum ꝙ recipiens eleemo-
ſinam ſit in extrema neceſſitate. alias datio eleemoſinæ non
eſt in præcepto, ſed de cõſilio, ſicut & de quolibet meliori bo-
no dantur conſilia, & vide primum in articulo ſequen. vbi di-
cit, ꝙ inordinatum eſſet, ſi aliquis de bonis propriis tantum ſi-
bi ſubtraheret, vt aliis largiretur cauſa eleemoſinæ, ꝙ de reſi-
duo non poſſet vitam traducere conuenienter ſecundum pro
prium ſtatum, & negocia occurrentia, quia nullus cõueniẽ-
ter viuere debet, & dicit hoc eſſe verum, niſi talis caſus occur-
reret, vbi ſubtrahendo ſibi daret alicui magnæ perſonæ, per
quã eccleſia, vel res publica ſubſtentaretur, quia ꝓ talis perſo
næ liberatione ſe ipſum, & ſuos laudabiliter mortis periculo
exponeret cum bonum cõmune ſit proprio præferen. & no.
bene hæc verba, & vide omnino S. Thom. in pręallegato arti-
culo, vbi declarat, an & quando quis poſſit ſibi ſubtrahere ea,
quæ pertinent ad decentiam, ſeu conuenientiã ſui ſtatus cau-
ſa eleemoſinæ faciendæ. ſed vt cõcludam quo ad propoſitum
noſtrum dare eleemoſinam eſt de conſilio, niſi illa duo con-
currant, de quibus ſupra dixi. Vnde quærit D. Abb. nunquid iu
ramentum obliget quando proximus non eſt in tali neceſſita-
te, & dicit ꝙ non, quia licet non ſit in pręcepto, tamen eſt de
conſilio, & eſt opus ex pietate faciendum, propter Deum, &
amorem proximi, vt ſ. dixi, vnde non poteſt quis obligari per
ſuum iuramentum, vt non faciat opera pietatis, & perfectio-
nis, quia non eſt veriſimile, ꝙ Deus recipiat talia iuramenta,
contra conſilium ſuum cum ipſe dixerit. Si vis eſſe perfectus,
vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. ſed tu dic,
ꝙ hoc nõ competit, niſi his qui volũt ingredi religionẽ, quia
remanens in ſeculo peccaret, ſi ſibi ſubtraheret neceſſaria ad
decentiam ſui ſtatus, & daret pauperibus, de quo vide S. Tho.
in prælle. q. xxxij. ar. vj. vbi autem non ſubtraheret ſibi neceſ-
ſaria ad decentiam ſui ſtatus, tũc dare eleemoſinam eſſet lau
dabile, & pium tanquam de meliori bono, & idem dicendũ
eſt de fideiuſſione quãdo proximus ea indiget, licet ſalus eius
non periclitetur, tamen indiget vt quis fideiubeat pro eo, tũc
enim fideiubere eſſet pium, & laudabile, vt dicit hic Do. Abb.
vnde iuramentum eum non obligat, quia vbi iuramentum
27 † eſt impeditiuum melioris boni, licet iurans ad illud non te-
neatur tale iuramentum non valet, quia per illud iurans vo-
luit obiicere obſtaculum Spirituiſancto, qui eſt inſpirator me
lioris propoſiti, vt ſ. dixi, ſecundum S. Tho. poteſt tamen tale
iura-

iuramentum obſeruare, ex quo non tenetur illud bonum fa-
cere,vnde peccauit iurando, ſed non peccat in obſeruando iu
ramentum,vt dicit S.Thom.in loco ſupraallegato,ſcilicet vbi
tractaui de triplici modo quo iuramentum tendit in peiorem
exitum,& idem dicit hic d.Abbas, & allegat Gratianum xxij.
q.iiii.§.fin,ſed tu aduerte,quia ego plus puto,quàm Do. Abb.
ꝙ quando aliquis indiget fideiuſſione, ꝙ peccaret iurans ob-
ſeruando iuramentum, quia etiam ſi ſalus eius non periclite-
tur,tamen ex quo indiget fideiuſſione,peccat non fideiubens
pro eo,de quo eſt caſus in c.ſicut,xj.q.j.vnde eſt faciēda diſtin-
28 ctio inter clericum,& laicum.nam † ſi clericus iurat non fide
iubere, tale iuramentum eſt licitum, quia ad hoc de iure tene
tur,vt in c.j. de fideiuſſ. tamen ſi neceſſitati proximi nō poteſt
aliter ſubueniri poteſt fideiubere, quia iuramentum ad hunc
caſum non extenditur.In laico vero dicendum eſt, ꝙ indiſtin
cte iuramentum non valeat,quia vbi proximus indiget,debet
pro eo fideiubere,vnde tunc eſſet peccatum in obſeruantia iu
ramenti,hoc tenet Archi.& Lap.& D.Do. in præalleg. c.cum
C.laicus,de foro compet.in vj. & quod dicitur de laico, idem
dicit D.Do.de clerico ſi habet bona patrimonialia, quia cleri-
ci poſſunt obligare bona patrimonialia fideiubendo, vt dicit
Hoſt.in c.j.de fideiuſſo. & clerici ſunt multo magis aſtricti ad
29 opera charitatis,quàm laici,quia † debent omnibus prodeſſe,
& nemini nocere.xiiij.q.v.denique.& in c.fi. de poſtu. & quod
dictum eſt de eo qui iurauit non fideiubere,dicit Do.Abb.per
omnia eſſe idem dicendum, quando quis iurat non mutuare
pecuniam alicui,& allegat Ioan.And.in c.ij.de ſolu.vbi dicit,
ꝙ ſi eccleſia habet pecuniam ſuperfluam recte illam mutuat,
cum enim teneatur facere eleemoſinam de ſuperfluo.xij.q.ij.
aurum,& xvj.q.j.c.fi.fortius tenetur mutuare indigentibus, &
idem poteſt dici in ſimilibus quęſtionibus,quia multę quęſtio
nes circa hoc poſſunt occurrere, quæ per prædicta poſſunt de
cidi, & ex his habemus expeditum primum & ſecundum mo
dum,in quibus iuramentum vergit in peiorem exitum. Sub
tertio autem membro,ſcilicet quando aliquid de nouo emer
git,ꝙ non fuit præmeditatum tempore iuramenti, poteſt po-
ni exemplum in eo,qui iurauit nunquam negotiari, vel nun-
quam eſſe miles, vel ꝙ non recipiat feudum a tali domino,
vel ꝙ nunquam recipiat mutuum,vel quid ſimile. nam ſi res
30 venit ad caſum,ꝙ non poteſt † aliter viuere, niſi veniat con-
tra iuramentum, non tenetur illud iuramentum obſeruare,
quia ſi a principio iſte caſus fuiſſet præmeditatus, iuramētum
fuiſſet temerarium,& ideo poteſt propria auctoritate contra-
uenire,vt dicit Archi.xxij.q.ij.animaduertendum. & ſequun-
tur hic But.& D.Abb.qui dicit hoc eſſe notan.& ex hoc infert
But.ad q.nam Bonon.iurauerunt non recipere aliquem forē-
ſem ad lecturam,nam ſi res deuenit ad caſum,ꝙ careant ciui-
bus aptis ad lecturam,non tenentur ſeruare iuramentum, qa
peccatum eſſet,quia tam famoſum ſtudium eſſet ſine Docto-
ribus aptis ad legēdum, cum illud ſtudium ſit tam famoſum,
ſed S.Tho.in loco præalleg.ſcilicet 89.q.art.vij.ponit aliud exē
plum,ſcilicet quando a principio iuramentum erat poſſibile,
31 & ex poſtfacto redditur impoſſibile per aliquem euentum,pu
ta cum aliquis iurat ſe pecuniam ſoluturum, quæ poſtmodū
ei vel vi,vel furto ſubtrahitur, tunc enim eſt excuſatus a faciē
do,quod iurauit,licet teneatur facere, quod in ſe,credo,ꝙ ve-
lit dicere,ꝙ licet excuſetur a periurio,ſi non ſoluit intra termi
num,non tamen liberatur ab obligatione,quia eſt obligatus
32 ſoluere, ex quo in genere † ſe obligauit, & genus perire non
poteſt.l.incendium, C.ſi cer.pet.ſecus ſi obligaſſet ſe in ſpecie,
ſcilicet iuro ꝙ dabo tibi decem aureos, quos habeo in capſa,
nam ſi eſſent vel vi,vel furto ſubtracti iurans liberaretur,quia
hoc caſu obligatio eſt in ſpecie,& non in genere,vt probatur
in l.ſi ſeruus.§.qui quandoque.ff.de leg.primo. & ibi vide Bar.
& in l.j.§.adeo. ff.de dote præleg. & hoc modo intellige verba
S.Thom.& dicam in cap.breui. ſuper prima glo.infra eodem,
Et ex his habes exemplificatos tres modos,in quibus iuramē
tum dicitur vergere in peiorem exitum. Tangit etiam hic D.
Abb.an iuramentum,ꝙ calore iracundiæ emanauit,ſit obſer-
uandum,de quo primo per Ioan.And.& Docto.ī.eo. ſicut. &
hæc ſufficiant pro declaratione huius glo.quæ tene menti.
In glo.iij.tene tertiam opinionem glo. quia communiter te-
33 netur,& dum facit differentiam inter iuramentum promiſſo
rium,& aſſertorium,dic ꝙ eius intentio eſt dicere,ꝙ iuramen
tum aſſertorium eſt quando aliquid affirmatur, ꝙ eſt de præ-
ſenti,vel de præterito,non autem obligat iurantem ad facien
dum aliquid in futurum,vnde nullus metus excuſat iurantem
vt iuret falſitatem,quicunque enim iurat,incurrit immediate
34 periurium;nam † periurium nihil aliud eſt, quàm mendaciū
iuramento firmatum.vt dicit S.Tho.ij.ij.q.xcviij. artic.j. vnde
cum nullus metus excuſet a peccato,quando quis dicit mēda-
cium,vt in c.primum.& in c.ne quis.& in c.faciat homo.xxij.
q.ij.non debet quis iurare falſum timore cuiuſcunque metus,
35 quia prius quis debet omnia mala pati,quàm malo † conſen-
tire,vt in c.ſacris.quod met.cau.& 27.q.v.ita ne. & 15.q.j.meri-
to.Iuramentum vero promiſſorium per quod iurans ſe obli-
gat ad aliquid dandum,vel faciendum, in futurum non conti
net peccatum ex parte iurantis,ſed excuſatur ne impleat iura-
mentum petendo ab ipſo abſolutionem,dummodo interue-
nerit talis metus,qui habeat cadere in conſtantem, & hoc eſt
quod vult dicere glo. quod tamen intelligas dummodo illud
quod continetur in iuramento ſit in ſe licitum,quia ſi promit
teret aliquid illicitum,non excuſaretur a peccato,etiam ſi in-
terueniſſet talis metus,qui caderet in cōſtantem,quia vt prius
dixi,potius quis debet omnia mala pati &c. & de hoc aliquid
tetigi poſt Bald.in c.ij.in fi.ſ.eod.Tamen ut habeas pleniorem
doctrinam facias tres caſus loquendo de iuramento promiſ-
ſorio,de quo loquitur iſtud cap. Primus caſus eſt,quando ta-
36 lis habuit animum ſe obligandi, † & hoc caſu ſi non ſeruat
iuramentum,peccat mortaliter,hoc tenent communiter Do-
cto.& idem S.Tho.ij.ij.q.98.art.iij.vbi dicit,ꝙ coactio non au
fert vim obligandi a iuramento promiſſorio,reſpectu eius qđ
licite fieri poteſt,& ideo ſi iurans non implet,ꝙ coactus iura-
37 uit,nihilominus † periurium incurrit, & mortaliter peccat,di
cit tamen, ꝙ poteſt abſolui ab obligatione iuramenti per au-
ctoritatem ſummi Pontificis, præſertim ſi coactus fuerit tali
metu, qui cadere poſſit in conſtantem, ſed dicas ꝙ poteſt ab-
ſolui etiam ab epiſcopo, vt ſupra dixi, & abſolutio facit, vt
non teneatur implere iuramentum,& ne incurrat periurium
iuramentum non implendo. Nec obſtat tex.in c.verum.ī.eo.
vbi dicitur, ꝙ tales non ſunt puniendi tanquam pro mortali
crimine,nam S.Tho.& Doct.reſpondent,ꝙ ille tex.non dicit,
ꝙ non peccent mortaliter,ſed dicit,ꝙ non debeant puniri, tan
quam pro mortali crimine,quia minor pœna ei infligitur. gl.
tamen 25.diſt.in §.alias eademmet.in ver.iuramus.dicit,ꝙ nō
implens iuramētum per metum extortum peccat venialiter,
& ita intellexit c.verum.ſed Doct.communiter ſequuntur opi
nio.S.Tho. Secundus caſus eſt,quando conſtat, ꝙ nō habuit
animum ſe obligandi,vel quia fuit hoc proteſtatus, vt in ca.j.
quod metus cauſa.& in c.tua nos.de ſponſa.vel quia ſumus in
foro pœnitentiali,in quo creditur dicto illius,qui dicit ſe non
habuiſſe animum obligādi,vt in c.ſignificaſti.de homi.& hoc
38 caſu non indiget abſolutione quo ad Deum, quia Deus † re-
cipit iuramentum prout iurans intellexit,vt in c.humanæ au-
res.xxij.q.v.& hoc caſu licet non peccet in non ſeruando iura-
mentum,tamen peccauit in iurando, quia aſſumpſit nomen
Dei ſine effectu.& dicit D.Abb.ꝙ erit peccatum veniale,ſit ta
lis eſt homo perfectus,ſed in aīo non erit peccatum ſecūdum
eum,quia excuſatur ratione metus, & allegat not. in ſimili in
c.ne quis.22.q.ij.ſed de hoc, an homo perfectus magis peccet
quàm alius in eodem genere peccati,dicam ī.eo.cum quidā.
39 Sed quo ad principalem ego credo,ꝙ indiſtincte, ꝙ † iurans
cum intentione non implendi,mortaliter peccat,qualitercū-
que metum præſtiterit cauſam iuramento, nam ſi metus non
aufert obligationem a iuramento promiſſorio,ergo ſequitur
ꝙ peccat mortaliter,qui non habuit animum adimplendi,qđ
40 iurando promiſit. Item obligatio iuramenti † cauſatur ex re-
uerentia quam debemus Deo,ex qua tenemur,quod verifice
mus id,quod per nomen eius promittimus, vt dicit S.Thom.
q.89.art.viij.ad idem quod dicit ea.q.arti. vii. in ſolutione pri-
mi arg.vbi loquendo de iuramento promiſſorio dicit, ꝙ vbi
iuramentum adhibetur,obligatur homo propter reuerētiam
diuini teſtimonii,quod inuocatur, vt faciat eſſe verū id quod
iurauit,ſecundum ſuam poſſibilitatem,niſi iuramentum ver
gat in deteriorem exitum,ſi ergo iurans non habuit intentio
nem tempore iuramēti implere illud quod iurat,peccat mor
taliter,quia in iurando aſſumpſit in vanum diuinam reueren
tiam, & īuocauit Deū,in teſtem falſitatis, vnde peccauit mor
taliter,nec metus aliquis habet excuſare,& hoc voluit S.Tho.
41 in præall.art.dum dicit, ꝙ in iuramento, † ꝙ quis coactus fe-
cit oritur duplex obligatio, vna qua iurans obligatur homi-
ni cui aliquid promittit,& talis obligatio tollitur per coactio-
nem, quia ille qui vim intulit, meretur, vt ei promiſſum
non ſeruetur alia eſt obligatio, qua iurans obligatur Deo,
vt impleat, quod per nomen eius promiſit, & talis obli-
gatio non tollitur in foro conſcientiæ, quia magis debet
damnum temporale ſubſtinere, quàm iuramentum violare.
& hæc verba S.Tho.refert etiam But.hic.ſed plene examinaui
in c.ii.ſ.eo.modo ſi obligatio qua iurans obligatur Deo, non
tollitur per coactionem in foro conſcientiæ, ergo iurans,qui
non habuit intentionem ſe obligādi, ſed falſitatem iurare,nō
intendens ſeruare, quod per nomen Dei promiſit, peccauit
mortaliter non intendendo contra diuinam reuerentiam im
plere, quod promiſit & ad hoc etiam facit, quod ſtatim dicā
in ſequen.caſu. Tertius ergo caſus eſt, quando ſumus in du-
bio,an habuerit animum ſe obligandi, vel non, & hoc caſu
dicit

dicit Do.Abb.ꝙ præſumendum eſt,ꝙ non habuerit animum ſe obligandi,& dicit ꝙ proprie in hoc caſu loquitur c.verum, ꝟ.eo.& dicit,ꝙ hoc voluit Ioan.An.ibi,& in c.ad audientiam. ꞩ.quod metus cauſa.ſed non eſt verum,ꝙ Ioan.An. hoc dicat nam Ioan.And.non dicit,ꝙ iurans per metum nō habeat intentionem ſe obligandi.ſed dicit,ꝙ iuramentum non obligat ad obſeruantiam,ſi ille qui iurat non habuit animum ſe obligandi,ſed ſolum tempus redimere,& euadere, & licet aliquã do hoc poſſit contingere,eccleſia tamen ſtatuit in reuerentiã iuramenti,ꝙ ſeruetur,ac ſi obligaret, quaſi velit in hoc oſtendere fortitudinem iuramenti,vnde non dicit Ioan.And. quòd in dubio ſit præſumendum iurantem non habuiſſe animum ſe obligandi,quando metus interuenit,ſed dicit, ꝙ forſan poteſt contingere, ꝙ aliquando iurans per metum non habuit intentionem ſe obligandi,& ſic ſenſit Ioan.And. ſi inſpiciuntur eius verba. & hoc dico, ꝙ non debet præſumi iurantem,
42 † non habuiſſe intentionem ſe obligandi,quia ex hoc induceretur præſumptio delicti,quæ in dubio eſt fugienda, vt in c.ij. ꝟ.de reg.iu.& in c.abſit.xj.q.iij.& in l.merito.ff.pro ſocio. nam ſicut iuramentum aſſertoriũ quod eſt de præterito,vel de præſenti,debet habere veritatem,alioquin iurans peccat mortaliter,vt ſupra dixi.Ita etiam iuramentũ de his,quæ a nobis ſunt fienda,in futurum,debet habere veritatem, vt dicit S.Thom. in præalleg.q.89.ar.vij.poſt prin. Si ergo iuramentum promiſſorium reſpectu eorum,quæ ſunt fienda in futurum,debet habere veritatem,ſicut iuramẽtum aſſertorium, quod præſtatur circa ea,quæ ſunt de præſenti,vel de præterito, ergo iurans aliquod in futurum cum intentione non implendi peccat mortaliter,ſicut iurans aliquid falſum. Ex hoc infertur,quod quẽ admodum in iuramento aſſertorio metus non excuſat a peccato mortali, ſi iurans non intendit implere, quod per iuramentum promiſit,in dubio autem non eſt præſumendum, ꝙ aliquis habuerit intentionem delinquendi,& per hoc conclu
43 do,ꝙ iuramentum † promiſſorium in dubio debet interpretari, ꝙ iurans habuerit intentionem implendi, quod per iuramentum promiſit, licet metus vel violentia interuenerit, & iſta eſt veritas quicquid dicat D.Abb. & per hoc breuiter concludo, ꝙ ſi iurans non habuit intentionem implendi, quod promiſit,peccat mortaliter iurando,ſed non peccat in nō implendo iuramentum, ex quo tempore iuramenti non habuit intentionem implendi, quod iurando promiſit. ſed ſi habuit intentionem implendi quod promiſit, quod in dubio eſt præſumendum,non peccauit mortaliter in iurando,ſed bene peccaret mortaliter in non obſeruando iuramentum, niſi peteret abſolutionem a iuramento, ſecundum ea, quæ dixi in c.j. ꞩ.eo.& iſta eſt veritas quicquid dicat D.Abb. Et hæc ſufficiant in iſto cap.

*S V M M A R I V M.*

1 *Monachi pro debito monaſterii iurantes,& fideiuſſores pro creditore,ſeruare iuramentum tenentur.*
2 *Abbas poteſt tradere aliquos ex monachis in obſides, pro debito pecuniario.*
3 *Monachus poteſt ſe pro vtilitate monaſterii obligare, cum iuramento.*
4 *Obſides qui dicantur.*
5 *Actio datur ex naturali obligatione reſpectu Monachi.*
6 *Monachus non obligatur,etiam naturaliter ſine conſenſu Abbatis.*
7 *Seruitus ſpiritualis ſtrictior eſt ſeruitute humana.*
8 *Fideiuſſor non accedit vbi non eſt obligatio.naturalis, niſi obliget ſe tanquam principalis.*
9 *Monachus ob ſtudium poteſt obligare monaſterium.*
10 *Clericus & monachus poſſunt præſtare iuramentum,ſuper cõtractu licito obſeruando.*
11 *Laicus fideiuſſor clerici iurans ſuper contractu, poteſt conueniri coram iudice eccleſiaſtico.*
12 *Fideiuſſores aliquando tenentur abſque principalis debitoris requiſita excuſſione.*
13 *Contractus ex conuentione formam accipit.*
14 *Fideiuſſor etiam in obligationibus facti accedere poteſt.*
15 *Cenſure eccleſiæ diuerſificatur,ſecundum qualitatem perſonarum.*
16 *Irregularis quis efficitur & celebrando in loco interdicto, vel illum ingrediendo.*
17 *Ciuitas tota interdici poteſt pro Domini debito.*
18 *Creditor non poteſt compellere monachos ad obſtagium, antequam eligantur per Abbatem.*
19 *Obſides debiti gratia recepti an a recipiente ſint alendi.*
20 *Monachi non habent nec velle nec nolle niſi de Abbatis imperio.*
21 *Conuentus totus non poteſt ſubtrahi a Monaſterio,ex aliqua cauſa.*
22 *Ceſſatio a Diuinis ex iuxta cauſa induci poteſt aliquando.*
23 *Abbas non poteſt concedere Monacho vt in perpetuum extra monaſterium ſtet.*
24 *Monachus poteſt ſtare in ſeruitium prælati vel alicuius magnatis ſine temporis præfinitione.*
25 *Obſides quomodo dari poſſint,vbi diſtinguitur.*
26 *Obſides laici non poſſunt teſtari ſine licentia principis.*
27 *Iura vetant quem compelli præciſe ad factum,cum ſit quędam ſpecies ſeruitutis.*
28 *Carcer priuatus iure deteſtatur.*
29 *Debitor poteſt ſe obligare abſque iuramẽto,ad ſtãdum in certa ciuitate,ne recedere ſine licentta creditoris.*
30 *Obſides ueri qui dicantur.*
31 *Conuentio facta inter contrahentes ne debitor de ciuitate. certa recedat, valet.*
32 *Debitor poteſt compelli ad obſeruationem iuramenti.*
33 *Monachi an poßint dari obſides & inuiti detineri.*
34 *Clericus qui ſemel conſenſit,põt etiam inuitus obſes deputari ab Epiſcopo.*
35 *Extenſio a maiorttate rationis non ſit in exorbitantibus.*
36 *Filius vtrum propter neceßitatem parentum poſſit religionem exire.*
37 *Mulier an obligetur ex fideiuſſione iurando,& quomodo procedat.*
38 *Renunciationis mulierum & minorum practica refertur.*
39 *Promittens factum alienum cum iuramento, intelligitur promiſiſſe ſe facturum,& iuraturum.*
40 *Creditor an poßit facere cum debitore pactum de eo capiendo auctoritate propria.*
41 *Pactum quod debitor non poſſit perſonaliter diſtringi valet.*
42 *Pactum quod debitor non poſſit cedere bonis, non valet.*
43 *Obſes non poteſt ſe obligare ad pœnam mortis.*
44 *Fideiuſſor reum non exibendo,vt promiſit, non punitur niſi pęna pecuniaria.*
45 *Obſes pro reo criminis dato,licet reus non compareat,non poteſt pęna mortis puniri.*
46 *Statutum quod qui poteſt capere malefactorem & non capiat pęna capitis puniatur an valeat.*
47 *Statutum non poteſt facere vt quis puniatur pęna corporali pro delicto alterius.*
48 *Deus aliquando vnum pro alio punit ex iuſta cauſa.*
49 *Filius etiam punitur pro parte,in crimine læſæ Maieſtatis nam a ſucceſſione prohibetur & infamis efficitur.*
50 *Iudicium humanum debet imitari Diuinum in manifeſtis, quia occulta non poteſt comprehendere.*

## C A P. I X.

1 EX reſcripto. Monachi † pro debito monaſterij iurãtes ſtare ĩ obſtagio. Et fideiuſſores qui iurauerunt creditorẽ indemnem ſeruare, iuramentum ſeruare cogũtur. communis diuiſio.Secunda ibi, ideoque. Dominus Abbas ponit caſum iſto modo. Quidam abbas pro vtilitate monaſterij recepit mutuo certam quantitatem pecuniæ a quodam P.& conuentum fuit inter eos,vt pecunia ſolueretur certo loco infra certum terminum,& pro hac conuentione obſeruanda Abbas dedit quoſdam ex ſuis monachis obſides,qui iurauerunt de obſeruanda conuentione. Item promiſit dictus abbas, ꝙ ſi illi monachi dati pro obſidibus aliquo caſu deficerent alios ſubrogaret in eorum loco.inſuper ſi dicti monachi fidem non ſeruarent, abbas dedit fideiuſſores quendam nobilem virum,& eius vxorem,qui ſe iureiurando obligauerunt,denique omnibus deficientibus in dicta conuentione obſeruanda. Iſte P.creditor conqueſtus eſt papæ qui mandauit, vt habeẽ in litera.In tex.ibi,& ꝟ. Supple quod abbas promiſit ſoluere pecuniã certo loco, & certo termino, quod hic decidit.Ioan.Andr. Item ibi, vt ſi deficerent caſu, puta morte,vel ne diu eſſent extra clauſtrum.Hoſt.& Ioan.An. de quo dicam ſuper prima glo.Sed aduerte inquantum tex. dicit, ꝙ ſi deficerent alii monachi ponerentur loco eorum in obſtagio, non intelligas,ꝙ iſti monachi, qui fuerunt primo dati debeãt alios ſubrogare loco ſui,ſed intelligas, ꝙ abbas ꝓmiſit ſe ſubrogaturũ,alios monachos loco eorum in caſu, in quo primi monachi deficerẽt.Item ibi,fidem præſtitiſſe dicuntur. ſupple quod omnes defecerunt in fide.Ioan.An.Item ibi,mandamus quatenus.Io.And.dicit,ꝙ ſupplendũ eſt ad text.ſi ita eſt,& dicit,ꝙ hoc reſpicit omnia ſuperiora,allegat de reſcriptis. olim. hoc eſt dicere,ꝙ ad hoc vt procederet diſpoſitio iſtius capitu. neceſſe eſt,ꝙ omnia ſuperiora concurrant.Item ibi,alioquin, ideſt ſi nec abbas ſoluit,nec monachi tenent obſtagium, nec V. & eius vxor faciunt conuentionem adimpleri, & iſta ſunt illa, quæ debent concurrere ad hoc vt habeat locum deciſio huius text.de quibus dixi in præcedenti apoſtilla. No. primo
2 ex textu, ꝙ † abbas poteſt aliquos ex monachis tenere extra monaſterium dando eos in obſides, quando hoc exigit vtilitas monaſterii, & bene nota iſtum textum ſecundum Baldũ, ꝙ poſſunt dari monachi obſides pro debito pecuniario.
3 Secundo nota, ꝙ † monachus poteſt ſe obligare perſonaliter, etiam cum iuramento pro vtilitate monaſterij, nam hic
iſti

iſti monachi obligauerunt ſe cum iuramento tanquam obſi
4 des.†Obſides autem dicuntur illi, qui tenentur ex conuentione iurata non exire certum locum quouſque creditori de pecunia fuerit ſatisfactum,& dicit Hoſtien.& Ioan.And.ꝙ eſt commune vulgare linguæ Latinæ maxime in Francia, Burgundia, & in Prouincia. Tertio nota ſecundum Hoſtienſ.ꝙ
5 ex naturali obligatione † datur actio, nam monachi ſecundum eum non poterant obligari ciuiliter,ſed naturaliter tantum,& ita pertranſit Ioan.An.& But.ſed Bal. hic dicit,ꝙ obligantur monachi,hic naturaliter, & ciuiliter, ex quo interuenit conſenſus abbatis,& idem dicit hic Do.Abb.aſſignat rationem,quia conſenſus,& voluntas monachi dependet a voluntate abbatis,vt in c.ſi religioſus, de elect.lib.vj. dicit tamen, ꝙ
6 ſine conſenſu abbatis † monachus non obligatur etiam naturaliter,quia ius reſiſtit huic obligationi,vt in c.non dicatis. xij. q.j.& in c.ij.de teſtam.in vj.ergo nulla oritur obligatio,vt in l. cum lex.ff.de fideiuſ.& ibi per Bar.ſecus dicit D.Abb.in ſeruo, quia ſeruus obligatur naturaliter,vt in l.ſi id quod.ff.de cond. indc.& Inſti.de fideiuſ.§.j.cum ſimili.& ratio eſt,quia ius ciuile non reſiſtit huic obligationi, licet non aſſiſtat, vnde dixit
7 tex.no.ꝙ ſtrictior eſt†ſeruitus ſpiritualis,quæ eſt in monacho, quàm ſit ſeruitus humana.ita dicit tex.in c.multos. liiij.diſt.& ratio eſt,quia ſeruus non renunciat proprię voluntati,ſed monachus ſic,vt d.c.non dicatis.xij.q.j.Et ex hoc infert,ꝙ obligationi monachi factæ ſine conſenſu abbatis, non poteſt acce-
8 dere † fideiuſſor, ex quo enim monachus non obligatur naturaliter non poteſt fideiuſſor interuenire,vt in l.fideiuſſor obligari.ff.de fideiuſſ.quia non poteſt fideiuſſor in plus obligari, quàm principalis cum ſit acceſſio ad obligationem principalis,vt Inſti.de fideiuſſo.§.fideiuſſores. ſed bene poteſt accedere fideiuſſor obligationi naturali, nam ſeruus obligatur naturaliter,& huic obligationi poteſt accedere fideiuſſor, vt Inſti.eo. tit.§.j.monachus autem ſine conſenſu abbatis non obligatur naturaliter,nec ciuiliter,ideo fideiuſſor non poteſt interuenire,& ſingulariter no.hæc verba D.Abb.quia ſæpe monachi extra clauſtra ꝓmitũt,& dant fideiuſſores, nã nõ tenebit obl’o fideiuſſoris,ſed hoc intelligo,niſi obligaſſet ſe fideiuſſor tanquã principalis renunciando beneficio.Auth.de fideiuſ. & beneficio.Auth.de duob.reis.non enim tunc obligatur tanquam fideiuſſor,ſed tanquam reus principalis, non tamen ſufficeret ſi ſimpliciter obligaret ſe tanquam principalem, niſi interueniret talis obligatio & renũciatio, de qua ſupra dixi, haberet enim beneficiũ auth.præſente, C.de fideiuſ.hoc eſt, quia prius deberet conueniri principalis,quàm ipſe;& ſic talia verba nõ faciunt ipſum deſinere fideiuſſorem, niſi interueniat renũciatio prædicta.hoc tenuit glo.not.in Authen. de fideiuſ.in prin. & idem dicit Spec.in tit.de renunc.& conclu.in v.col.verſi.ſed quid ſi fideiuſſor ſe principalem,& idẽ dixit Albertus Galeotti,vt refert ibi Ioan.An.in addi. qui dicit hoc eſſe verum,ideo tene menti.Item limita verba D.Abba.vbi monachus eſſet in
9 ſtudio,quia in his, quæ concernunt ſtudium † monachus poteſt obligare monaſterium,vt dixit gloſ. in d.c.non dicatis,xij. q.j.& glo.& Doct.in c.ex parte,ſ.de accu.vnde cum ex obligatione monachi, hoc caſu teneatur monaſterium,poterit etiã fideiuſſor accedere.Et ex his habes duas limitationes ad verba D. Abb. & generaliter qualiter monachus ex contractu obliget monaſterium,vel acquirat monaſterio,vide Innoc.in c.cũ olim,el ij. de priuile.& in c.quod quibuſdam, de fideiuſ.& per Bar.in l.ſi communis ſeruus.ff.de ſtipu.ſeruo. Quarto nota,ꝙ quis poteſt ſe obligare ad cautelam debiti alterius ad morandum in certo loco,ita colligit hic Butri.& probatur in textu.
10 Quinto nota,ꝙ licitum eſt † clericus,imo etiam monachis præſtare iuramentum ſuper contractu obſeruando, & tale iuramentum non dicetur temerarium, ex quo interponitur ſu-
11 per contractu licito. Sexto nota, ꝙ laicus † fideiuſſor clerici iurans ſuper contractu poteſt conueniri coram iudice eccleſiaſtico, & hoc eſt regulare vbicunque iuramentum interponitur ſuper contractu,de quo vide tex.& Io.And.in c.cum C. laicus.de fo.compe.in vj. Quid autem ſi laicus eſſet fideiuſſor clerici,nec in cõtractu eſſet interpoſitum iuramẽtũ, corã quo iudice debet conueniri iſte laicus fideiuſſor clerici? Ioan. dicit,ꝙ debet conueniri in foro ſeculari, licet clericus principalis debitor debeat conueniri in foro eccleſiaſtico,& ita concludit Spec.in titu.de compet.iud.adi.§.j.ver.ſed pone clericus.

Septimo no.ſecundum Bald.caſum, in quo non requiritur excuſſio principalis debitoris, nam hic Papa non mandauit, ꝙ fieret excuſſio in bonis monaſterij pro debito ſoluẽdo. ſed
12 dicit Bal.ꝙ hoc ideo eſt, quia iſti fideiuſſores promiſerunt facere curare.Item quia iurauerunt,& ſic non requiritur excuſſio. Sed aduerte, quia iſte tex.duobus modis poteſt intelligi. Vno modo, ꝙ iſti laici fuerunt fideiuſſores principalis debiti, & iſtum intellectum tetigit etiam But.hic,& Do. Abb. vterq; in fine commenti. Et ex hoc nota ſingularem limitationem ad authenticam præſente. C. de fideiuſ.qui dicit,ꝙ non poteſt conueniri fideiuſſor,niſi prius excutiatur principalis,an ſit ſoluendo,vel nõ,nam illa authentica procedit, quãdo fideiuſſor non interponit iuramentum de ſoluendo pecuniam creditori,tunc enim vt iuramentum aliquid operetur,non poterit fideiuſſor opponere,ꝙ prius debeat fieri excuſſio in bonis principalis,& no.ſingulariter iſtum tex.iunctis dictis Bald. D.autẽ Abb.hic in fi.commen.ſentit contrarium,dicit enim,ꝙ ſi quis vult intelligere iſtum tex.ꝙ iſti obligauerunt ſe vt fideiuſſores debiti principalis, ceſſet motiuum glo. & tunc poterunt conueniri iuxta ea quæ habentur in Authen. de fideiuſſ.in princi. & vt no.in c.ij.de fideiuſ. Sed in præalle.auth.dicitur,ꝙ non poteſt conueniri fideiuſſor, niſi prius fiat excuſſio contra principalem debitorem,& pro hac opinione facit, quia iuramentum interpoſitum ſuper contractu debet intelligi ſecundum naturam contractus,vt dixi in c.peruenit,el ij.ſ.eo.ſed concorda opiniones,& dic,ꝙ aut fideiuſſor ſimpliciter iurauit ſoluere,& tunc iuramentum recipit conditionem, ſcilicet, ꝙ prius fiat excuſſio in bonis principalis, & hoc modo procedit opinio D.Abb. Aut fideiuſſor iurat ſoluere debitore non ſatisfaciente intra terminum præfixum per creditorem,& hoc caſu procedit opinio Baldi. nam tunc iuramentum non poteſt intelligi ſecundum naturam fideiuſſionis, ex quo promiſit ſoluere debitore non ſoluente intra terminum, tunc enim non eſt neceſſaria excuſſio,ſed ſufficit, ꝙ debitor non ſoluat intra terminum,& hoc modo procedit opinio Baldi.& idem forte eſſet dicendum vbi fieret talis promiſſio nõ interueniente iu-
13 ramento,quia†contractus ex conuentione formam accipiũt, l.j.§.ſępe.ff.de pœn.& pro hoc facit quod not.Io.An. in Spec. de renun.& conclu.ver.ceſſat autem.vbi dicit,ꝙ ſi amicus debitoris rogauit creditorem, ꝙ nõ venderet pignora debitoris promittens pro certo die ſoluere,ꝙ intelligitur renũciaſſe beneficio excuſſionis,ita in propoſito, ex quo fideiuſſor promiſit ſoluere debitore non ſatisfaciente intra terminum,videtur renunciaſſe beneficio excuſſionis.Secundus intellectus eſt, ꝙ iſti laici promiſerunt ſe facturos,& curaturos, ꝙ abbas adimpleret cõditionem,ſcilicet,ꝙ poneret monachos in obſtagio, donec pecunia ſolueretur creditori, vnde abbate non ſeruante promiſſionẽ fideiuſſores obligantur, nec eſt neceſſaria hoc caſu excuſſio. Et ex hoc intellectu no. ꝙ etiam in obligatio-
14 nibus facti poteſt fideiuſſor † accedere, & hoc probatur in l.ſi ſtipulatus eſt opus.ff.de fideiuſ. & iſte intellectus magis conue
15 nit literæ. Octauo no.ꝙ cenſura † eccleſiæ diuerſificatur ſecũdum qualitatem perſonarum,nam abbati,& monachis interdicitur ingreſſus eccleſiæ,ſed in terra laicorum ponitur interdictum,ne ibi celebrentur diuina,& in vtroque caſu imponitur pœna irregularitatis celebranti diuina, nam celebrans in
16 loco interdicto efficitur † irregularis,a qua niſi Papa poteſt diſpenſare,ita ꝙ non poteſt eligi,nec eligere,vt in c.is qui. §.j.de ſent.excom.in vj. Similem pœnam incurrit ille,cui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ,vt eſt tex.in c.is cui.eodem titu.& libro.
17 Vltimo nota mirabile,ꝙ tota ciuitas poteſt †ſubiici interdicto ex eo,ꝙ dominus non ſeruat conuentionem iuratam, et ſi conuentio concernat commodum pecuniariũ,& intereſſe priuatũ, ſed dicit Do. Abb. ꝙ hodie interdictum eſt ipſo iure nullum, ſi fertur contra aliquem locum pro debito pecuniario,& allegat extraua.Bonifacij,quę incipit,prouide. Sed quęro de aliquibus antequam veniam ad glo. primo, quid ſi non fuiſſet expreſſum, ꝙ alij monachi deberent ſubrogari primis deficientibus,nunquid haberet locum diſpoſitio huius ca. vt ipſis deficientibus alii deberent ſubrogari?Bal.hic dicit ꝙ nõ, & allegat Spec.in tit.de oblig.& ſolu. Secundo quæro,an cre
18 ditor poſſit compellere monachos ad obſtagium antequam eligantur per abbatem? Ioan.And.dicit, ꝙ ipſe abbas cogendus eſt ipſos eligere.arg.de elect.publicato,& illi qui erunt electi,poſſunt cogi per abbatem obedire,dicit etiam Ioan.And. ꝙ poteſt creditor agere contra conuentum, ex quo mutuum fuit verſum in vtilitatem ipſius,vt ſ.de fideiuſ.quod quibuſdã. de ſolu.c.j. Tertio quæro, quis debeat facere expenſas obſidi
19 bus, † an ille cui dãtur obſides, an vero ille qui dat eos? Ioan. And.hic allegat Placentinum,qui dixit,ꝙ ille cui dantur, debet eis facere expenſas per l.venditor.ff.de act.emp.& ff.de ſol. l.ſi quis.& ff.commo.l.in rebus.§.poſſunt. ſed Io.An. & Azo. dixerunt,ꝙ ille qui recipit obſides, non tenetur eis facere expenſas,& cum hac vltima opinione reſidet Ioan.And. & But.

Ioan.And. etiam hic tangit, an vxor cum marito, vel cum alio poſſit ſe efficaciter obligare,& remittit ſe de hac,& ſimilibus quæſtionibus ad Spec.in tit.de oblig.& ſolu.§.j.verſic.ſed quæritur an vxor,& ſequen. In gl.j.diuide ipſam in duas partes,prout dupliciter opponit contra tex. Secũda ibi,ſed quare liberi. In prima parte gl.voluit opponere, ꝙ iſti monachi nõ poterant detineri, vt obſides, & ꝙ detinentes excommunicationem incurrent.ar.in c.nuper.& c.contingit.de ſent.excom.

huius

huius timore contrarij glo. dicit, ꝙ iſti fuerunt dati de volun-
tate eorum, alias non potuiſſent detineri, ſed hoc dicit, ꝙ hoc
20 non procedit in † monachis; quia non habent velle, nec nol-
le, vnde de Abbatis imperio, pro neceſſitate, vel vtilitate mo-
naſterij manebunt in obſtagio, allegat de poſtu. c. ij. nec obſtat
ꝙ ſtabilitas loci ſit de regula, vt ſ. eo. ſicut ex literis. Item quod
monachus ſine clauſtro non viuit. xvj. q. j. placuit. Item ꝙ ab-
bas tenetur reuocare monachum vagantem, de offi. ordi. quã-
to, de regul. c. fi. Item ꝙ beneficiati, vel in ſacris conſtituti non
ſunt auocandi a diuinis. 88. diſt. c. fi. & in l. non diſtinguemus.
§. Sacerdotio. ff. de arb. ad omnia iſta reſpondet Hoſtien. ꝙ hęc
ſunt vera de toto conuentu, ſcilicet quando totus conuentus
exiret monaſterium ad tempus, vel vnus monachus in perpe-
tuum, ſed pro neceſſitate, vel vtilitate monaſterii hoc tolerat̃
ad tempus de abbatis imperio facere, & aliquando manent in
ſeruitio prælati, vel alicuius magnatis, quod non fit ſine vtili-
tate monaſterij, ſicut in ſimili dicitur in c. cum debilius, de cle.
21 non reſi. No. tria ex verbis Hoſtien. primo, ꝙ totus † conuen
tus non poteſt ſubtrahi a monaſterio, pro neceſſitate, vel vtili-
tate ipſius monaſterij etiam ad tempus, ſed Do. Abbas dicit
eſſe diſtinguẽdam cauſam neceſſitatis, vel vtilitatis, & ad hoc
allegat c. ſi canonici, de offi. or. in vj. vbi dicitur, ꝙ ex iuſta cau
22 ſa poſſent induci ceſſatio † à diuinis, & in c. ex parte. ſ. de verb.
ſig. vbi propter delictum, aliquando vna ciuitas ſubiicitur in-
terdicto. ſed iſta iura modicum faciunt, aliud eſt enim ꝙ indu
catur ceſſatio a diuinis, vel ꝙ ſubiiciatur tota ciuitas interdi-
cto. & aliud eſt ꝙ totus conuentus recedat a monaſterio. alle-
gat etiam Do. Abb. c. ij. de iurepatr. vbi dicit eſſe bo. tex. ſed ni-
hil facit meo iudicio, ibi enim dicitur, ꝙ vacante eccleſia ſi pa
troni diſcordant in præſentando, nec poſſunt ad concordiam
reduci, ꝙ epiſcopus poteſt eccleſiam claudere, & reliquias in-
de auferre. nam ille tex. loquitur in eccleſia non collegiata, &
ſic conuentus non recedit de eccleſia, ſed epiſcopus poteſt hoc
facere, vt prouideat eccleſiæ, quæ non habet rectorem, ſecus
ſi eccleſia eſſet collegiata, quia tunc ad patronos non ſpectat
præſentatio, ſed ad collegium, & patroni poſtea habent con-
ſentire electioni factæ eccleſiæ collegiatæ, de hoc eſt caſus in
c. nobis. de iure patron. vnde diſpoſitio præall. c. ij. de iurepatr.
non poteſt habere locum in eccleſia collegiata, & ſubdit Do.
Abb. ꝙ pro leui cauſa totus conuentus non debet recedere a
monaſterio, & ſic dicit procedere dictum Hoſt. Sed ego ſim
pliciter ſequor dictum Hoſti. cum quo tranſit Ioã. An. & But.
nec credo, ꝙ liceat toti conuentui recedere a monaſterio, niſi
quando ſecure non poteſt morari in monaſterio, de quo per
Inn. & Doct. in c. ij. de no. ope. nun. Secundo no. ex dictis Ho-
23 ſti. ꝙ abbas † non concedit vni monacho, vt in perpetuum
ſtet extra monaſterii clauſtrum, & pro alle. D. Abb. allegat
c. monachum. xx. q. iiij. vbi dicitur, ꝙ propter neceſſitatem in-
firmitatis, non licet monacho congregatione ſua relicta elige
re ſibi cellulas ſolitarias extra ſepta monaſterij. In quãtum al-
legat Inno. in c. inſinuante, qui cle. vel vo. vbi dicit, ꝙ abbas po
teſt dimittere monachum continuę extra monaſterium, licet
non poſſit ſe obligare ad non reuocãdum eum ad clauſtrum,
arg. c. cum admonendi. verſi. nec aliam. de ſta. mona. nam vbi-
cunque fuerit monachus, dummodo ſtet ſub obedientia ab-
batis fingitur eſſe in clauſtro. Sed D. Abb. concordando opin.
dicit, ꝙ abbas non poteſt ex leui cauſa dimittere in perpetuũ
monachum extra monaſterium, & hoc modo procedit dictũ
Hoſtien. ſed bene ex cauſa vrgente, & probabili, & hoc modo
procedit dictum Inno. in d. c. inſinuante, facit quod not. Inno.
in c. porrectum, de regu. Tertio no. ex verbis Hoſti. ꝙ abbas
24 poteſt concedere monacho, † vt ſtet in ſeruitio alicuius præ-
lati, vel alicuius magnatis, quia hoc non cenſetur fieri ſine vti
litate monaſterij, cum per illum negotia monaſterij promo-
ueantur, pro hoc D. Abb. alleg. c. cum paſtoris. ij. q. vij. vbi pro
batur, ꝙ monachus poteſt eſſe cubicularius epiſcopi, & gl. ibi
examinat, an epiſcopus poſſit inuito abbate accipere mona-
chum in ſuum cubicularium, & dicit D. Abb. ꝑ illum tex. eſſe
notan. quia ibi monachus deputatur ad ſeruitium epiſcopi ſi-
ne ipſius præfinitione, quaſi vellet inferre, ꝙ etiam poſſet de-
putari in ſeruitio alterius prælati, vel alterius magnatis ſine p̄-
finitione ipſius, & remittit D. Abb. ad dicta Innoc. in c. cum I.
& A. de re iud. ad quem etiam remittit hic Io. And. vbi Inno.
dicit, ꝙ monachus poteſt conſtitui procurator pro laico patro
no, vel principe, vel magnato defenſore, ſeu vtili amico mo-
naſterij. In ſecunda parte gl. hæc glo. opponit, ꝙ ſic ut liber ho-
mo non poteſt dari in pignus, ita non debet poſſe dari obſes,
quia obſes quodammõ retinentur in pignus. Sed poſtea in ꝯ-
rium glo. arguit, quia iura videntur permittere obſides, vt in c.
vt pridem. xxiij. q. viij. cum aliis allegatis in glo. & gl. ſoluit tri-
pliciter, primo, ꝙ liber homo poteſt detineri nuda detentatio
ne vt fiat ꝙ conueniat inter partes, & pro hac ſolutione facit,
quia quandoque tenetur res pro ea pecunia, pro qua non eſt
obligata, vt in l. j. C. ob cyrographariam pecuniam. & iſtam ſo
lutionem poſuit glo. x. q. ij. hoc ius porrectum, in ver. conflata.
Secunda ſolutio iſtius glo. eſt, ꝙ hic narratur factum, quaſi
dicat, ꝙ ius hic non ponitur. Tertia ſolutio eſt, ꝙ hic obſides
non fuerunt obligati pro pecunia, ſed pro pacto ineundæ pa-
cis, quia pro tali cauſa, vel conſimili bene poſſunt dari obſi-
des, vt in c. expoſita, ſ. de arbi. ſed hæc ſolutio eſt contra textũ,
quia vt patet, fuerunt dati obſides pro pecuniario debito. ſed
glo. in c. vt pridem. in ver. obſides, quæ incipit, liber homo di-
cit, ꝙ hic dati fuerunt obſides pro neceſſitate eccleſiæ interue
niente auctoritate Papæ, quia alias clericus non poteſt renun
ciare beneficio canonis, ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. vt patet in
c. contingit. de ſent. excom. & idem dixerunt hic Inno. & Hoſt.
dicentes, ꝙ ſi monachi detineatur inuiti detinentes ſunt ex-
communicati, vt in c. nuper. de ſen. excom. imo dicunt, ꝙ nec
voluntarii poſſunt ſe ſubiicere vinculis laicorum, quominus
vinculantes ſint excõmunicati, vt in d. c. contingit, de ſen. exc.
Guil. Naſo. diſtinguebat, ꝙ aut ſemper fuerunt coacti, & tunc
detinentes ſunt excommunicati, aut a principio fuerunt volẽ
tes, quia conſenſerunt eſſe obſides, & tunc detinentes nõ ſunt
excommunicati, vt hic in c. de iudęis. xlv. di. Sed Io. An. diſtin-
guit modum tenendi, nam dicit ꝙ ſi clericus promiſit obſta-
gium in caſtro, vel palatio, & ne dicatur fractor fidei ibi ſpon
te manet parcẽs pudori ſuo, & tunc ceſſat excommunicatio,
ſed ſi tenetur in compedibus, vel in carcere inuitus, vt fugere
non poſſit, tunc eſt locus pœnæ, & But. ita etiam tranſit recitã
do, ſed D. Abb. circa hunc articulum, videlicet, an liber homo
25 poſſit dari † obſes, facit tria membra. Primũ eſt, an laicus poſ-
ſit dari obſes. Secundum, an poſſit dari monachus. Tertium,
an poſſit dari clericus ſecularis. in primo caſu dicit D. Abb. ꝙ
ab Imperatore poſſunt dari ſuis hoſti. & ecõtra, & iſti obſides
26 † ſunt quaſi ſerui, vnde non poſſunt teſtari ſine licentia prin-
cipis, vt in l. obſides. ff. de teſta. & idẽ dicit D. Abb. de aliis prin-
cipibus non recognoſcentibus ſuperiorem, qui habent iura
principis, vt dicit Bar. in l. infamem. ff. de pub. iud. & in l. hoſtes.
ff. de capti. & iſti proprie dicuntur veri obſides, ſed ſi quæritur
an inferiores, qui ſuperiorem recognoſcunt, poſſint dare obſi
des. & in hoc gl. in l. ij. C. de patri. qui fil. diſtra. dicit, ꝙ nõ, licet
dicat de facto vſurpari contrarium, & Bar. in d. l. obſides. dicit,
ꝙ tales non mutãt ſtatum, nec perdunt libertatem, & poſſunt
facere teſtamentum, quia ſolius principis eſt iſta iura auferre,
arg. in l. j. §. de qua. ff. de poſtu. & dicit D. Abb. ꝙ hoc forte vo-
luit Hoſt. dum dixit, ꝙ illi dicuntur obſides, qui iurant non re
cedere de certo loco quouſque de pecunia fuerit ſatisfactum
quaſi dicat iſtos non eſſe proprie obſides. ſed dubitat D. Abb.
an ſi fiat conuentio inter priuatos, puta conuenit inter partes
contrahentes, puta qui aliter debet aliquid ſoluere, vel adim-
plere, non recedat de certo loco donec ſoluerit, vel impleue-
rit illud quod debet facere, & dicit, ꝙ ſi promiſſio fit ſine iura
mento, ꝙ non valet, quia videtur quędam ſpecies ſeruitutis, &
27 pro hoc allegat, quia iura noluerunt, † ꝙ quis poſſit pręciſe
compelli ad factum, ſed ꝙ ſuccedat obligatio ad intereſſe, q̃a
videtur eſſe quædam ſpecies ſeruitutis, ſi quis obligaretur præ
ciſe ad factum. allegat l. ſtipulationes non diuiduntur, §. Cel-
ſus. de verb. oblig. & l. ſi quis ab alio, ff. de re iud. & l. cum tale.
ff. de cond. & demon. & hoc no. quia ipſe D. Abb. in c. veniens.
ſ. eo. contrarium tenet, ſcilicet ꝙ de iure canonico ex ſimplici
promiſſione quis compelli debeat ad factum præciſe, de quo
ibi dicam. Item ſecundum eum hic videretur quidam priua-
28 tus carcer, † quem iura multum deteſtantur. l. j. C. de priu. car.
dicit tamen, ꝙ ſi interuenit iuramentum, ꝙ poteſt compelli
ad obſeruantiã ipſius, ſcilicet vt ſtet in loco donec fiat id quod
conuenit, ſed aliter non poteſt detineri inuitus, & ſic intelligit
iſtum tex. dicens ſe non poſſe credere, ꝙ valeat iuramentum,
vt poſſit detineri inuitus, quia eſſet contra bonos mores. vult
ergo D. Abb. duo. Primum eſt, ꝙ non valeat pactum, vel pro-
miſſio ſine iuramento, ꝙ quis non recedat de certo loco, do-
nec fiat quod conuenit. Secundo dicit, ꝙ valet iuramentum,
& ꝙ poteſt compelli ad eius obſeruantiam, nõ tamen poteſt
detineri inuitus, quia eſſet cõtra bonos mores. Sed quo ad pri-
mum Bal. tenet contrarium hic prope finem commenti. vbi
29 dicit, ꝙ debitor † poteſt ſe obligare abſque iuramento ad ſtan-
dum in certa ciuitate, vt inde non diſcedat ſine licentia credi-
toris, & dicit hoc velle hic Inno. quod tamẽ dicit eſſe verum,
vbi ille locus eſſet de diſtrictu creditoris, quia tunc eſſet quaſi
priuatus carcer, de quo ſ. dicam, & iſtam opi. credo veriſſimã,
ſi enim pactum non valeret tanquam eſſet turpe, non valeret
etiam iuramentum, vel ſaltem deberet relaxari tanquam con
tinens turpitudinem ex parte recipientis, vt in c. j. ſ. eo. Sed pa-
pa mandauit conuentionem impleri, alioquin ſi contrafieret
mandauit abbati, & monachis interdici ingreſſum eccleſiæ,
& terram illius V. & vxoris ſuæ ſubiici interdicto vſque ad ſa-
tisfactionem, ſed ſi iſta conuentio fuiſſet turpis, Papa nõ mã-
daſſet

daſſet ipſam adimpleri, ſub tamen grauibus pęnis, ſed ex officio iuramētum relaxaſſet, ſi ſibi conſtitiſſet de turpitudine ex parte recipientis, vt probatur in c.ij.§.eo. & plene dixi in c.j.§. eo. ſi ergo iuramentum nullam turpitudinem continet ex parte recipientis, ergo valuiſſet etiam pactum abſque iuramento, nec obſtat illud quod dicit Do.Abb.ꝙ quis non poteſt cōpelli præciſe ad factum, ſed tenebitur ad intereſſe ſi recedit ſine licentia creditoris, & vbi eſſet ſuſpectus, & fugitiuus, poſſet compelli, vt de loco non diſcederet, & ſi opus eſſet, poſſet capi etiam propria auctoritate, & præſentari iudici, vt poneretur in carcerem, vt in l.ait prætor.§.ſi debitorem. ff.quæ in fra. cred.non obſtat illud quod dicit Do.Abb.ſcilicet, ꝙ iura deteſtantur priuatum carcerem, quia iſte non eſt priuatus carcer, aliud eſt enim, ꝙ quis non recedat de certa ciuitate, & aliud eſt, ꝙ ſtet carceratus in domo creditoris, vnde Bal. dicit vnum notabile verbum, ꝙ licet nulla ſit facta conuentio inter creditorem, & debitorem, nihilominus poteſt iudex mandare debitori, vt non recedat de certa ciuitate, licet non poſſit committere creditori, ꝙ cum detineat captiuatum, vt in l.miſſi opinatores, C.de exac.tribu.lib.x. Aliud eſt ergo priuatus carcer, hoc eſt, ꝙ debitor teneatur in carcere in domo propria creditoris, & aliud eſt, ꝙ quis non recedat a certo loco. quo ad ſecūdum dictum D.Abb.ſcilicet, quando iuramentum interuenit, credo, ꝙ ipſe velit dicere, ꝙ quis iurat non recedere a certo loco, poteſt compelli inuitus ad obſeruantiam iuramenti, ſcilicet, vt ſtet in loco, donec fiat quod conuenit, non tamen poteſt aliter detineri inuitus, hoc eſt tanquam captiuatus, & tanquā in priuato carcere ipſius creditoris, hoc enim eſt reprobatum a iure, ꝙ debitor teneatur tanquam captiuus in priuato carcere creditoris, nec valeret iuramentum, quia hoc caſu eſſet cōtra bonos mores, valet ergo iuramētum quantum ad hoc vt poſſit compelli inuitus non recedere a loco, donec fiat quod conuenit, ſed non poteſt detineri inuitus tanquam captiuus ipſius creditoris, & iſtam puto fuiſſe mentem Do.Abba. Et ex præmiſſis potes facere quatuor concluſiones, prima eſt con-
30 cluſio, ꝙ vbi Imperator, vel alius non recognoſcens † ſuperiorem, dat obſides hoſtibus ſuis, vel econuerſo tales dicuntur veri obſides, quia mutant ſtatum, nec poſſunt facere teſtamentum ſine licentia principis. Secunda concluſio, ſi recognoſcētes ſuperiorem dant inuicem obſides, iſti non dicuntur veri obſides, nec mutant ſtatum, & poſſunt teſtamentum facere.
31 Tertia concluſio, valet conuentio † inter contrahentes, ꝙ debitor non recedat de certa ciuitate, donec fiat quod conuenit, vel donec ſoluat creditori, & hoc præceptum poteſt etiam iure facere ipſi debitori, licet non poſſit committere creditori, ꝙ teneat debitorem captiuatum. Quarta concluſio, vbi in-
32 teruenit iuramentum, poteſt compelli † debitor ad obſeruantiā iuramenti, ſcilicet vt non recedat de loco donec fiat, quod conuenit, quia propter iuramentum poteſt compelli præciſe ad factum, vt dicam infra eodem. veniens. non tamen poteſt detineri captiuatus per creditorem etiam ſi hoc expreſſe fuiſſet iuratum, quia tale iuramentum eſſet contra bonos mores cum priuatus carcer ſit a iure reprobatus, & ſic tale iuramentum non eſſet obligatorium, vt in regula non eſt obligatorium, libro vj. Et ex his ſum expeditus de primo membro.
33 Venio ad ſecundum, ſcilicet, an † monachi poſſint dari obſides, & ī hoc dicit D.Abb.ꝙ ſi interuenit auctoritas papæ ſortiuntur proprie naturam obſidum, de qua ſupra dixi in precedenti membro, in prima concluſione, ar.ix.q.iij. cuncta per mundum.& c.per principalem, & ſic procedit glo.in d.c.cum pridem.ſed ſi dantur vt non ſint proprie obſides, ſed vt ſtent in certo loco pro obſeruanda conuentione, & tūc dicit D.Abb. ꝙ poteſt abbas deputare monachū ſuum pro neceſſitate monaſterii, etiam inuitum, quia voluntas ſua dependet a voluntate abbatis, vt in iuribus præallegatis, & dicit, ꝙ detinentes monachos etiam inuitos non ſunt excommunicati, dummodo detineant de voluntate abbatis, ar.in c.vt famæ, de ſent.excommu.inuito autem abbate dicit, ꝙ non poſſunt detineri ſine periculo excommunicationis, quia eſt quædam ſeruitus detinere hominem inuitum, ſed ſi iuramentum interuenit, dicit idem ſeruandum, quod in laicis.ſed tu dic, ꝙ ſiue iuramentum interuenit, ſiue non, ex quo abbas ſemel deputauit monachos, non poteſt reuocare conuentionem, & per hoc monachi poterunt detineri inuiti, etiam inuito abbate, dummodo non detineantur captiuati, nec in carcere publico, vel priuato, poterunt ergo compelli ne recedant de loco, donec fiat quod conuenit. Quo ad tertium membrum, ſcilicet quoad clericos ſeculares, dicit Do. Abb. ꝙ per omnia dicendum eſt, ſicut dictum eſt ſupra in monachis, niſi quia non poterūt per epiſcopum deputari, ſicut poſſunt monachi per abbatem, cū non ſint ita aſtricti, ſicut monachi, & ſubdit, ꝙ non poterunt detineri inuiti, licet a principio conſenſerit, ſine pena excommunicationis, arg.in præalleg.capi.contingit, & ſubdit ꝙ nec epiſcopus poteſt in hoc diſpenſare, ar. in c.ſi diligenti.de foro compe.Ego autem credo, ꝙ epiſcopus non poſſit clericum in-
34 uitum deputare, niſi ipſe † conſenſit.ſed credo, ꝙ ſi ſemel conſenſit, ꝙ poſſit inuitus deputari, & moueor per iſtum textum, & hoc ſenſit glo.in prima parte ſui, in prin.dum dicit, ꝙ fuerūt de voluntate ſua dati obſides, & Hoſt.& Io.And.vt ſupra dixi, dicunt glo.procedere in aliis, quàm in monachis, qui non habent velle, vel nolle, quia ſi iſta conuentio a iure eſſet reprobata, Papa non mandaſſet eos puniri ſi conuentionem non implerent, ſed abſoluiſſent eos a iuramēto, ex quo promiſſio non erat licita.& quod dicit de monachis, idem puto dicendū de clericis ſecularibus, quia in hoc non eſt differētia, dummodo conſenſus clericorum accedat, nec detinens clericum inuitum incurrit excommunicationem, dummodo non detineatur in compedibus, vel in carcere, vel aliter captiuus, vt fugere nō poſſit, vnde puto, ꝙ ſi aduerſarius peteret clericum datum pro obſide compelli, vt non recederet de loco, donec fiat qđ conuenit, quod non eſſet excommunicatus, dummodo clericus non detineatur captiuatus, & iſta eſt mens Io.Andr. cum qua tranſit Bu.ꝙ ſenſit etiam Bal. vt dixi in primo membro, & meo iudicio hoc probatur in iſto tex.ſi enim a iure eſſet improbatum dare obſides. iſte text. hoc expreſſiſſet, nec mandaſſet conuentionem adimplere inferendo pęnam contrafacientibus, & licet iſte text. loquatur de monachis, idem dicendum eſt in clericis, dummodo a principio eorum conſenſus interuenerit, & ex his habes declaratum iſtū difficilem articulum.Sed aduerte ad iſtam glo. inquantum dicit, ꝙ ſicut filius poteſt vendi propter neceſſitatem famis, ita poteſt dari in pignus, ſed contrarium ſenſit gloſſ.in d.l.ij. C.de
35 patri.qui fil.diſtraxe. quia in exorbitantibus non fit † extenſio a maioritate rationis, & de hoc But.ſe remittit ad no.per ſe in c.fi.de conſuetu.in materia extenſionis, ſed vide omnino Do. Abb.in cap.fi.de reſcript.& in c.quia plerique, ad fi.de iniu. & hunc etiam articulum examinat D.Dom. in c.j.in glo.in ver. Italiæ, de tempo.ord.in vj.& Io.de Imo.in cle.j.in gl. in ver.eligatur, de elect.& per eundem in l.ſi vero, §.de viro. ff.ſolu.ma.
36 Vtrum autem filius † propter neceſſitatem parentum, qui ſe nō poſſunt alere, poſſit religionem exire, vide S.Tho.ij.ij.q. c.i.artic.vlt. vbi concludit, ꝙ aut religionem nondum eſt ingreſſus, & tunc, ſi parentes non poſſunt ſine eo ſuſtentari, non debet parentibus relictis religionem intrare, quia tranſgrederetur præceptum de honoratione parentum, & reſpondet qbuſdā dicentibus, ꝙ licite poſſunt eos deſerere committētes curam Deo, quia hoc eſſet tentare Deum, cum habens ex humano conſilio quid ageret, periculo parentes exponeret ſub ſpe diuini auxilij. nec obſtat illud quod dicit Hyeron.ī epiſto. ad Eliodorum, percalcato perge patre, percalcata perge matre ad vexilla crucis euola. Summū genus pietatis eſt, in hac re fuiſſe crudelem.nam illud procedit vbi non paterentur tantam neceſſitatem, ꝙ ſine filio non poſſent ſuſtentari, vñ ſi nō paterentur tantam neceſſitatem, ꝙ ſine filio viuere non poſſent, imo ſine eo vitam tranſire poſſunt, licitum eſt ei religionem intrare, quia filij non tenentur ad ſuſtentationem parentum, niſi in caſu neceſſitatis.aut iam religionem intrauit, & profeſſus eſt, & tunc, quia iam quaſi mortuus modo reputatur, non debet occaſione ſuſtentationis parentum exire clauſtrum, in quo Chriſto conſepelietur, & ſe iterum negociis ſecularis implicare. dicit tamen ꝙ tenetur ſalua prelati ſui obedientia, & religionis ſuæ ſtatu, pium ſtudium adhibere, qualiter eius parentibus ſubueniatur, puta quærendo eis eleemoſinam, non tamen egrediendo clauſtrum contra religionis ſtatum, vel prælati obedientiam, vel ſcribendo vt ex mercede eis ſubueniat, & ſimilia, nec credo ꝙ propter hanc cauſam Papa poſſit diſpenſare, vt exeat religionem, per no.in c.non eſt, de voto, & in c. quod Dei timorem. & in c.cum ad monaſteriū, de ſta.mona, & hoc no. In glo.ij.no.iſtam glo. quæ declarat iſtum text. quia intelligit eum qđ pecunia erat uerſa in vtilitatem monaſterii, & ita communiter intelligitur.Bal.autem hic dicit, ꝙ nō negabatur pecuniam eſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ, vel ideo quia abbas, & totum capitulum contraxerat, præſumebatur pecuniam eſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ. Vtrum autem hoc ſit verum vide Io.de Imo.& Doct. in c.de quibuſdam, de fideiuſſ. In glo.iij.hæc glo.voluit opponere, ꝙ hęc naturaliter debuit habere exceptionem Velleiani cum ſe obligauerit pro debitis alienis, ſcilicet pro monaſterio, & de hac exceptione plene habetur per glo. & Doct.in c.ſi diligenti.de foro compe.& hoc contrarium glo.ſoluit tribus modis, primo, ꝙ non fuiſſet punita ſi expreſſiſſet, ꝙ non potuiſſet fideiubere.ſed iſta ſolutio non eſt bona, quia eſt contra textum.
Secunda ſolutio glo.eſt, ꝙ hæc mulier renunciauit huic beneficio, & hæc eſt vera in ſe, ſed an & quando valeat renunciatio, dic vt plene habetur in d.c.ſi diligenti. hæc tamen ſolutio non cōgruit literæ, quia diuinat. Tertia ſolutio eſt, ꝙ hæc obli

gatur vigore iuramenti,& hæc ſolutio placet Do.Abb.quam
dicit eſſe valde not. vnde dicit iſtum text. ſemper notandum,
37 iuncta gloſſ. ꝙ mulier obligatur † ex fideiuſſione ſi iurauit,
ſed Bal.colligit ex hoc text.iuncta gloſſ.ꝙ vbi apponitur iura-
mentum, non eſt neceſſe, ꝙ mulier certioretur de beneficio
Velleiani Senatuſconſulti, quod loquitur de interceſſionibus
mulierum,quia vbi iuratur,non eſt de iuris apicibus diſputan
dum,ſed de ſola qualitate iuramenti, & idem dicit in minore
iurante, ꝙ nō ſit neceſſe vt certioretur de beneficio reſtitutio
nis in integrum,& hāc opinionem ſequutus fuit Bar. in l.ſciē-
dum.ff.de verbo.obliga.& But.in d.c.ſi diligenti, quia quis nō
præſumitur venire ad ſacramentum, niſi ex magna delibera-
ne,vt dicit Archid.in c.ij.de pact.lib.vj. Item quia iuramētum
habet in ſe clauſulam,vt actus valeat omni modo, quo vale-
re poteſt,vt in l.cum pater.§.filiis matrem.ff.de leg. ſecundo.
Sed contrariam partem,ſcilicet,ꝙ requiratur certioratio,te
nuit glo.ordinaria in d.l.ſciendum,ff.de ver.obl. & idem con-
ſuluit Dy.& tenuit etiam Cy.in l.ij.C.de reſcin.vend.& Io.An.
in c.cum cauſam,j.de emp.& vend.& iſta eſt communis opin.
38 vnde Bal.hic dicit,ꝙ † cautius eſt, ꝙ in inſtrumento appona-
tur,ꝙ renūciauit beneficio minoris ætatis certioratus de qua-
litate beneficij,ſed Io.de Imo.in præall. c.cum cauſam, dicit
communiter obſeruari practicam, ꝙ in renūciationibus mu
lierum etiam ſi fiant cū iuramento,apponatur clauſula in in
ſtrumento,ꝙ mulier renuncians fuit certiorata quale eſſet be
neficium Velleiani,ſed dicit,ꝙ practica non obſeruat,ꝙ in in
ſtrumentis renunciationum quas faciunt minores cum iura-
mento,inſeratur clauſula,ꝙ fuerūt certiorati de beneficio re-
ſtitutionis in integrum.& hæc verba proprie notabis, de hoc
tamen dicam latius in c.cum contingat.j.eo. In glo. vlt.ad-
uerte, quia iſta gol. videtur ſentire iſtos monachos fuiſſe fi-
deiuſſores obligationis facti ſcilicet quia conuentio de obſi-
dibus,& aliis obſeruaretur,quo caſu cum promittant factum
alienum tenentur ſolum præſtare operam, quam pn̄t, & non
aliud. Et ex hoc intellectu nota duo,primo,ꝙ fideiuſſor pōt
accedere obligationi facti.de quo vide bon.tex.in l.ſtipulatus
es opus.ff.de fideiuſ. Secundo no.ex hoc intellectu vnum ſin-
gulare,ꝙ licet,quādo quis promittit factum alienum ad nihi-
lum obligetur,niſi ſpecifice promiſerit ſe facturum,& curatu
rum,vt Inſti.de inuti.ſtipu.§.ſi quis alium.tamen quando quis
ſimpliciter promittit factum alienum cum iuramento obliga
tur ad operam præſtandam, vt ſic valeat iuramentum eo mo-
do,quo valere poteſt,arg.in c.ad noſtram.j.eo. tit. & in l.cum
pater.§.filius matrem.ff.de leg.ij.facit tex.cum glo.in c.ex lite-
ris.el ij.de ſponſ.ita dicit hic D.Abb.ſuper hac glo.idem ſequi
tur Bal.dicit enim,ꝙ vbi quis promittit factum alienum cum
39 iuramento, † intelligitur promiſiſſe ſe facturum,& curaturū,
& dicit ita intelligendam iſtam glo.dicit etiam, ꝙ eſt ſpeciale
in ſtipulationibus iudicialibus, & prætoriis, ꝙ promittens fa-
ctum alienum ſimpliciter intelligatur ſe promiſiſſe factu-
rum & curaturum,vt not.in l.quotiens quis alium.ff.de verb.
oblig.& in l.eum pro quo.ff.de in ius vocan.ſed iſte tex.poteſt
intelligi alio modo ſecundum But.& D.Abb.ſcilicet ꝙ iſti fue
runt fideiuſſores debiti principalis,& tunc contrarium gl. non
obſtaret,ſed prior intellectus melius conuenit literæ,vnde te-
ne intellectum glo. Extra gloſ.quæro de aliquibus ſecundū
40 Bal. & primo vtrum † creditor poſſit facere pactum, ꝙ poſſit
eripere debitorem auctoritate propria,& Bald.dicit, ꝙ ſic, ſi
debitor eſt fugitiuus, quia hoc fit lege permittente, vt in l.ait
prætor.§.ſi debitorem,ff.quæ in frau.cred.alias dicit,ꝙ non va
let pactū,& in l.non eſt ſingularis,ff.de re.iur.& per hoc dicit,
ꝙ non valet pactum,ꝙ debitor ſtet in diſtrictu creditoris,puta
ſi creditor eſſet dominus alicuius ciuitatis,vel caſtri. ſed bene
valet pactū,ꝙ ſtet in diſtrictu iudicis, quia priuatus carcer eſt
prohibitus,& ita dicit debere intelligi not.per glo. & Bar. in l.
interdum.§.quid furem.ff.de fur.& hoc no.pro his, quæ ſupra
dicta ſunt,quia inquātum ſupra dixi, ꝙ quis ſtet in certo loco
donec fiat quod conuenit,nam hoc debet intelligi,niſi ille lo
cus eſſet diſtrictus creditoris,quia tūc eſſet ibi tanquam capti-
uatus in priuato carcere,vnde nec propter pactum,neque pro
pter iuramentum poſſet ibi inuitus detineri, econtra vero di-
41 cit Bal.ꝙ valet pactum, † ꝙ debitor non poſſit perſonaliter di
ſtringi,nec capi,nec incarcerari,vt in l.ſi conuenerit.ff.de re iu
dic.& in c.Odoardus,de ſolut. nam tale pactum eſt fauorabi-
le, & commodum ipſi debitori, ſed quo ad primum dictum
Bal.ſcilicet,ꝙ creditor poſſit apponere pactum,vt liceat ei eri
pere debitorem fugitiuum. Bart.tenet contrarium in l.alia.§.
eleganter.ff.ſoluto matri. nec obſtat, ꝙ debitor fugitiuus poſ-
ſit capi lege permittente,quia aliqua per legem permittuntur
de quibus non eſt licitum paciſci,quod declara,vt ibi per Bar.
42 Bar.etiam ibi tractat quæſtionem,an valeat pactum,† ꝙ debi
tor non poſſit cedere bonis,& concludit, ꝙ non, de quo dic
vt ibi per eum,& in c.Odoardus.j.de ſolu. vbi etiam iſta quæ-
ſtio examinatur per Doctores. Secundo quæro, ſecundum
43 Bald. an obſes poſſit ſe obligare ad pœnam mortis, & dicit ꝙ
non,& allegat glo.quam dicit ſingularem in cap. cum homo.
xxiij.q.v.& eſt gl.ſi.ibi,quæ eſt in ver.ſupplicium.& incipit,cer
te iſtud,quæ gl.dicit,ꝙ ſi aliqs fideiubet,ꝙ aliquis,qui eſt reus
44 criminis capitalis pro quo debet imponi pęna mortis, † fide-
iuſſor non debet puniri pœna corporali,licet reum non exhi
beat,prout promiſit,ſed debet puniri pęna pecuniaria, de hoc
eſt caſus in l.ſi quis reum.ff.de cuſto.reorum. & no.verba Bal.
quia illam legem,& illam glo. quæ loquuntur de fideiuſſore,
de præſentando reum principalem,extendit ad obſidem datū
pro reo criminis capitalis. Ex quo infertur,ꝙ ſi reus criminis
capitalis petit licentiam a iudice,& promittit de redeundo, &
45 dat obſidem iudici, ad hoc vt ſit ſecurus,ꝙ redeat, ꝙ obſes
datus obligat ſe ad illam pęnam quam debebat pati reus ſi nō
reuertetur,nihilominus non debet puniri, niſi pœna pecunia
ria,vt d.l.ſi quis reum.& quod ibi not. Bar. & ratio eſt,quia nō
potuit ſe obligare ad pęnam mortis, cum nullus ſit dominus
membrorum ſuorum,vt in l.liber homo,ff.ad legem Aquil.
46 Vltimo quæro,an valeat ſtatutum, † ꝙ ſi quis poteſt cape-
re malefactorem,& eum non cępit,ꝙ debeat puniri pœna ca
pitis,& Bal.dicit,ꝙ non, tamen quia talis tenetur ex quaſi ma
leficio.l.perceptione.ff.qui deie.vel effu.quia ipſe nō deliquit,
ſed alius cuius quaſi maleficij pęna nunquam eſt corporalis,
ſed ad pœnam pecuniariam debet agi,vt in l.ne quid.ff.de in-
cen. rui.nau.& in l.j.cum ibi not.C.de decre.decu. lib.x. & ſub-
dit Bal. ꝙ hoc caſu iſte qui nō cępit malefactorem tenetur ex
quaſi maleficio lege municipali,alias non deberet puniri,niſi
ad hoc teneretur ex publico officio,allega.no. in l.culpa.ff.de
reg.iur. No. hæc verba Bald. & tene ipſa menti,ꝙ ſtatutum
47 non poteſt † facere, ꝙ quis puniatur pœna corporali pro deli-
cto alterius,etiam ſi culpam commiſerit in non capiendo ma
lefactorem,pro hoc allego ſingulare dictum Inno.in c.graue.
de ſent.excom.prope verſ.item videtur.Item videtur, ꝙ etiam
in corpore,vbi dicit, ꝙ conſtitutio humana non poteſt facere
ꝙ quis puniatur pœna corporali ꝑ delicto alterius,licet Deus
48 † quandoque hoc faciat,qui nouit abſcondita præſentia,& fu
ra,& ideo ex iuſta cauſa punit vnum pro alio,ne eum in vitio
inuitetur.j.q.iiij.ſed obiicitur,& hoc modo reſtringe glo.ea.q.
in ſumma,quæ dicit,ꝙ pęna corporali ſæpe punitur vnus pro
alio,& idem dixit glo.xxiiij.q.iij.in ſumma. nam illæ gl. debēt
intelligi,ꝙ ſæpe punitur vnus ꝑ alio pœna corporali de Deo,
nam per conſtitutionem humanam hoc fieri non poteſt, ſed
bene a Deo vt dicunt illæ gl.vt probant iura in eis allega. hinc
eſt, ꝙ lex ciuilis propter crimen læſæ maieſtatis commiſſum
49 per patrem priuauit † filios ſolum iure ſuccedendi,& facit eos
infames,vt non poſſint aſſumi ad honores, vel ad dignitates,
non tn̄ punit eos aliqua pœna corporali, nec potuiſſent ſane
puniri iuxta theoricam Inno.idem dicit S.Tho. ij.ij. q.cviij.ar.
fi.vbi numerat cauſas,propter quas Deus punit alios pro deli-
50 ctis alienis, deinde dicit,ꝙ humanum iudiciū † debet imitari
diuinum iudicium,in manifeſtis Dei iudiciis, quibus Deus ho
mines ſpiritualiter damnat pro peccato, occulta vero Dei iu-
dicia,quibus temporaliter aliquos punit abſque culpa,nō po
teſt humanum iudicium imitari, quia homo non comprehē
dit horum iudiciorum rationes, vt ſciat quid expediat vnicui-
que,& ideo nunquam ſecundum humanū iudicium, aliquid
debet puniri ſine culpa pœna flagelli,vt occidatur,vel mutile
tur,vel verberetur,pœna autem damni puniuntur aliqui etiā
ſine culpa,ſecundum humanum iudicium, ſed non ſine cau-
ſa,& aſſignat rationes,de quibus vide ibi per eum, & inter cæ
tera dicit, ꝙ ideo lex ciuilis in crimine læſæ maieſtatis potuit
filium priuare hæreditate patris, quia bonum filij dependet a
bono parentum, & ſentit, ꝙ non potuiſſet eos punire pœna
corporali.lex tamen quiſquis.C.ad legem Iuliam maieſt. mul
tum facit in contrarium, dum dicit ꝙ benignitas Imperialis
eis vitam concedit,paterno enim deberent puniri ſupplicio,
in quibus paterni, hoc eſt hæreditarij criminis exempla me-
tiuntur,vnde illa lex infert,ꝙ Imperator potuiſſet iuſte impo
nere pœnam mortis filiis propter crimen læſæ maieſta. com-
miſſum per patrem, ſed per illam legem poſſet limitari dictū
Inno.ꝙ quis non debeat puniri pro delicto alterius, niſi quan
do eſt obnoxius & vehemens p̄ſumptio, ꝙ idem delictum cō
mittat,maxime contra principem,vbi autem non eſt pręſum
ptio,ꝙ alius committat hoc idem delictum, tunc conſtitutio
humana non poteſt inferre pœnam corporalem pro delicto
alterius, & ſic poſſet etiam dictum Sancti Thomæ modera-
ri,ſcilicet,quòd pro crimine læſæ maieſtatis non poſſet lex ci-
uilis imponere pœnam corporalem filiis, niſi ſit vehemens
præſumptio, quòd filii committant idem delictum, maxi-
me contra principem, & hoc tene menti, quia ſunt not.quæ
ſufficiant.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Periurus, qui voluntarie venit contra licitum inramentum, eſt ab eccleſia remouendus.*
2 *Biſantius eſt ſpecies monetæ.*
3 *Periurus non efficitur ex neceſſitate nonimplens iuramentum.*
4 *Iuramentum promiſſorium non debet adbiberi, niſi de re de qua quis certus firmiter eſt.*
5 *Periurus eſt priuandus beneficio, & ab ordine deponendus.*
6 *Doctor propter periurium a doctoratu deponi poteſt, & infamis effici.*
7 *Periurus an cenſeatur non ſoluens in termino.*
8 *Dies interpellat pro homine.*
9 *Probationes in criminalibus luce meridiana clariores requiruntur.*
10 *Eccleſia non poteſt conſtitui cenſualis ſine auctoritate epiſcopi.*
11 *Vicarius vel rector perpetui, per ſolam ceſſationem ſolutionis non priuantur eccleſia ipſo facto.*
12 *Conductor ſimplex, per ſolam ceſſationem ſolutionis penſionis, priuatur iure locationis.*
13 *Veniens contra iuramentum promiſſorium fit infamis ipſo iure, cur autem veniens contra aſſertorium per ſententiam latam ſolummodo, ratio redditur.*
14 *Infamis nunquid ipſo iure priuetur beneficio.*
15 *Infamia quæſitum honorem adimit.*
16 *Homicidium eſt deteſtabilior irregularitas cæteris.*
17 *Infamia ipſo iure priuat officio publico.*
18 *Collatio beneficii in infamem ipſo iure non valet.*
19 *Denunciatione non agitur, niſi præcedat trina monitio.*
20 *Indignus remouetur ab adminiſtratione eccleſiæ.*
21 *Qui habet eccleſiam ſubiectam, vel ei intereſt, poteſt agere contra rectorem ciuiliter de crimine.*

## CAP. X.

1 QVerelam. Periurus eſt ab eccleſia † remouendus qui non neceſſitate, ſed
voluntate venit contra licitum iuramentum. hoc
dicit. prima pars ponit querelam impetrantis. in
ſecunda dat iuramentum. ſecunda ibi quoniam igitur. in tex.
2 ibi duos biſantios † eſt genus monetæ. ſimile de confeſ. ca. ii. de
priuil. cum olim. el ii. Item ibi ſtateram Tanc. & Ioan. Andre.
dicunt, ꝙ eſt nomē loci, quia eccleſia de qua fit mentio in eo
3 loco ſita erat. ¶ No. primo, ꝙ non † adimplens iuramentum
ex neceſſitate non incidit in periurium, Deus enim reſpicit
animum, xiiii. q. j. ſi quid inueniſti. Vnde dicit hic Bald. ꝙ paupertas
excuſat a periurio, & infamia, allegat l. ſi procurato. §.
ingnorantes. ff. manda. & dicit, ꝙ glo. iii. hic hoc ſentit. ſed hoc
intelligo, niſi tpe iuramenti iurans fuiſſet conſtitutus in pau
pertate. tunc enim ſola paupertas non excuſaret eum a periu
rio, niſi alia neceſſitas ipſum impediſſet, debuit enim quando
iurauit habere intentionem implēdi, & niſi crediſſet ſe poſ
ſe implere iuramentum nō obſtante paupertate in periuriū
incidiſſet ex ipſo iuramento, ad hoc quod no. S. Thom. q. 89.
artic. vii. in ſolutione primi ar. vbi loquens de iuramento pro
4 miſſorio, † dicit, ꝙ iuramentum non debet adhiberi, niſi de re
de qua aliquis firmiter certus eſt, & ideo ſi iuramentum adhi
beatur propter reuerentiā diuini teſtimonij, ꝙ inuocatur ob
ligat homo, ſecundum eum, ꝙ faciat eſſe verum, id quod iu
rauit ſecundum ſuā poſſibilitatem, niſi vergat indeteriorē exi
tum. loquitur ergo S. Thom. de iuramento promiſſorio. & di
cit, ꝙ homo non debet iurare, niſi de re de qua certus eſt, quia
illud tenetur facere eſſe verum, ſecundum ſuam poſſibilitatē,
ex quo infero, ꝙ vbi aliquis eſt ita pauper, ꝙ non poſſet im
plere iuramentum, ꝙ ex ipſo iuramento ſit periurus, quia nō
eſt certus ſe poſſe implere, quod promittit ſed potius eſt cer
tus ſe non poſſe īplere, niſi ſubeſſet aliqua cauſa rationabilis
per quam crederet ſe poſſe ſoluere id, quod promittit, tunc
enim illa, cā defficiente excuſaretur a periurio, tamen ſi in
ciuitate iuraret habens intentionem implendi, ꝙ non poteſt
non eſſet peccatum mortale, ſed veniale, de hoc videtur tex.
xxv. diſtin. §. alias ea demum. in fi. & hoc modo declara. Bal. ta
men quando neceſſitas excuſet a periurio, plenius dicam ĩ. c.
5 breui. ¶ Secundo no. ꝙ periurium † eſt dignum remotione be
neficii, & allegat hoc ſecundum D. Ab. ſi iſte tex. intelligitur,
ꝙ iſte clericus habebat hanc eccleſiam in titulum ſed ſi in
telligit, ꝙ habebat ipſam ad pēſionem reſpectu fructuum, &
ꝙ erat vicarius temporalis, tunc dicit D. Abb. ꝙ non colligit
hic, ſed tu dic, ꝙ omnimodo colligit, quia ratio iſtius text. de
bet conſiderari, papa enim mandat iſtum remoueri ab eccle
ſia, quia ligati crimine periurii non merentur eccleſiam re
gere. Vnde ex iſta ratione infertur, ꝙ periurus eſt priuandus
beneficio. ¶ Ex quo periurium reddit eum non idoneum ad
beneficium regendum, vnde iſte tex. communiter allega. per
Docto. ꝙ periurus eſt priuandus beneficio, & ꝙ plus eſt nedū
a beneficio, ſed etiam ab ordine quis poteſt deponi propter
periurium, de hoc eſt tex. no. in c. cum nō ab homine. de iudi.
facit c. ſi quis epiſcopus. l. diſt. & vide no. dictum Bal. in c. cum
6 quidam. ĩ. eodem. vbi dicit, ꝙ Doctor † poteſt deponi a docto
ratu propter periurium, dicit tamen, ꝙ pacta pœnitentia pōt
epiſcopus ſecum diſpenſare. ar. in c. ex literis. de conſti. plus pu
to, ꝙ ſi ex periurio incurriſſet infamiam ipſo iure, vt quia ve
niſſet contra iuramentum promiſſorium, ꝙ ipſo facto eſſet
priuatus doctoratu, per no. per glo. in l. ii. §. miles. ff. de his, qui
no. infam. qui dicit, ꝙ infamia priuat dignitate ſeculari, & offi
cio publico, de quo ĩ. dicam. & de grauitate huius criminis, vi
de bo. tex. in c. fi. xxii. q. j. quem tex. allegaui in rubri. huius tit.
& ibi gloſ. tractat an ſit maior pœna imponenda, an homici
dę, vel adultero, vel periuro, & adde ꝙ etiam epiſcopus periu
rus poteſt priuari epiſcopatu ſuo, vide ĩ. eo. in c. cum quidam.
j. col. in fi. ¶ Vltimo no. ſecundum Bal. ꝙ ille qui non ſoluit in
7 termino † nō pręſumitur periurus, niſi primo inquiratur vtrū
volūtariæ an ex neceſſitate coactus ceſſauerit ſoluere, & dicit
hoc eſſe no. dignum, & quod facit ad no. per Innocen. in c. ſu
per his. de accuſa. Sed tu aduerte, quia aut quæritur an per la
pſum termini præſumatur eſſe in mora ſoluēdi, quo ad hoc
vt teneatur parti ad intereſſe, vel ad pœnam, & dicendum eſt,
8 ꝙ ſic, quia † dies interpellat pro homine, vt in c. potuit. de loc.
& in l. magnam. C. de contrahen. & committen. ſtipula. & in
l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obli. & in l. ſi inſulam. cum
ibi no. ff. de verborum obliga. ¶ Aut agitur de pœna periurii
quo ad priuationem beneficii, vel quo ad aliam pœnam ap
plicandam fiſco. & tunc non præſumitur eſſe in mora, ſeu eſ
ſe in delicto. Sed debet inquiri cum quare ceſſauit in ſolu
tione, ita loquitur iſte tex. & ratio eſt, quia in criminalibus re
9 quirunt̄ probationes † luce meridiana clariores. ii. q. viii. ſciāt.
& C. de proba. l. ſciant cuncti. Antequam veniam ad gl. oppo
no contra tex. videtur enim, quod iſte clericus non fuit obli
gatus ex illo iuramento, quia ſine auctoritate epiſcopi nō po
10 tuit conſtituere † eccleſiam cenſualem, vt in cap. prohibemus.
& in c. præterea. & in ca. ſignificauit. ĩ. de cenſi. nec ligat iura
mentum pręſtitum contra ius publicum, vt in cap. ſi diligen
ti. de foro comp. Sol. iſtud cap. intelligitur duobus modis, per
Doctor. primus eſt, quod iſta eccleſia erat annexa præbendę
iſtius R. quia erat canonicus, & ſuæ præbendę erat, hæc eccle
ſia annexa ſecundum formam. ca. extirpandę. §. quia vero. de
præben. Secundo modo poteſt intelligi, quod iſte clericus erat
vicarius temporalis, & conductor fructuum, & iſtum ſecun
dum intellectum, Io. And. dicit eſſe meliorē, ſed D. Abb. dicit,
quod quilibet intellectus eſt bonus, ſed primus melior cum li
tera dicat, ꝙ debebat ſoluere nomine eccleſiæ. nam ſi fuiſſet
conductor fructuum non debuiſſet ſoluere nomine eccleſię,
ſed nomine proprio ratione fructuum perceptorum, & iſte
intellectus etiam mihi magis placet. ¶ In glo. j. Do. Abb. dicit
ꝙ hic gloſ. procedit ſecundum ſcd̃m intellectum. ſ. ꝙ iſte erat
vicarius temporalis, & conductor fructuum, ſed intelligēdo,
11 ꝙ erat rector, † vel vicarius perpetuus non ſufficeret ſola ceſſa
tio penſionis, ad priuationem, de quo vide glo. no in c. conſti
tutus. de relig. dom. Vnde dicit D. Abb. ꝙ forte hic ponderatur
periurium, & ſubdit, quod hūc intellectum putat veriorem,
quia ſecundum alium intellectum non oportebat ire ad pa
pam, ex quo ipſo iure ceciderat a locatione per non ſolutio
nem penſionis. Item dicit, ꝙ iſte canonicus potuiſſet iſtum re
mouere a vicario temporalis ad libitum, vt in c. ad hoc. de of
fi. vica. & ideo fruſtra ſecundum alium intellectum hic pon
deraretur periurium. Sed iſta vltima ratio, D. Abb. non eſt bo
na, ex quo enim conſtituerat eum vicarium temporalem, &
locauerat fructus eccleſiæ non potuiſſet eum ante terminum
finitum reuocare, niſi ceſſaſſet in ſolutione penſionis, de hoc
eſt caſus in c. fi. ĩ. ne præla. vices ſuas. Vnde prima ratio eſt me
lior, quia hic ponderatur ſolum periurium, & mandat eum
priuari dicta eccleſia, ideo debemus intelligere, ꝙ erat vicari⁹
perpetuus, quia ſi fuiſſet vicarius temporalis per ceſſationem
pēſionis, eſſet ipſo facto priuatus, nec requireret̄, quod priua
ret per ſententiam. ¶ Quantum autem tempus requiratur, ad
12 hoc, vt ſimplex † conductor priuetur iure locationis per non
ſolutionem penſionis, vide glo. & Docto. in j. glo. in ca. literæ.
de dila. & Barto. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. & auth.
qui rem. C. de ſacroſan. eccl. & ĩ. de loca. propter ſterilitatem.
In glo. ii. no. bene glo. ꝙ veniens contra iuramentum promiſ
ſorium eſt infamis ipſo iure. & de hoc eſt caſus in l. ſi quis ma
ior. C. de tranſact. ſecus ſi teſtis eſt periurus, quia non eſt infa
mis, niſi condemnetur per ſententiam, vt dixi in cap. teſtimo
nium. ſ. de teſtib. ¶ Quæ autem ſit ratio dr̃iæ, quod veniens
13 † contra iuramentum promiſſorium ipſo iure ſit infamis, &
non ille, qui iurat falſum in iuramento aſſertorio. S. Tho. aſſi
gnat rationem in pręal. q. xcviii. arti. iii. in ſolutione j. ar. vbi di
cit, quod ideo magis reputatur infamis ipſo iure, qui frangit
iuramentum promiſſorium ſolenniter factū, quia in eius po
teſtate

teſtate remanet poſtquàm iurauit, vt det ſuo iuramento veritatem, quod non contingit in iuramento aſſertorio, quia iurans falſum in iuramento aſſertorio non eſt infamis ipſo iure. ſed ſolum per ſententiam diffinitiuam contra eum latam per viam accuſationis, & nota perpetuo iſta verba Sãcti Thomæ. Ex quibus habes, quòd frangens iuramentum promiſſorium grauius peccat, quàm iurans falſum in iuramento aſſertorio, quia poſtquam iurauit, remanet in eius poteſtate, vt det veritatem ſuo iuramento, quod tamen contingit in iuramento aſſertorio, quia poſtquam iurauit falſum, non poteſt facere quin ſit periurus. & iſta ratio eſt ſecundum Sanctũ Thomam, quia veniens contra iuramentum promiſſorium eſt infamis ipſo iure. Sed iurans falſum in iuramento aſſertorio non eſt infamis, niſi contra eum feratur ſententia diffinitiua. Sed Doctores aſſignant aliam rationem in dicta l. ſi quis maior, quia ille, qui venit contra iuramentum promiſſorium, fallit fidem duobus, ſcilicet Deo, & parti. ſed iurans falſum iuramento aſſertorio, ſolum fallit fidem Deo. ſed iſta ratio non eſt generalis, quia non procederet in teſte, quia iurat iuramento aſſertorio. nam teſtis falſus eſt obnoxius tribus perſonis, ſcilicet Deo, iudici, & parti, contra quam deponit falſum, vt dicit tex. in cap. primo. infra de crimine fal. & tamen teſtis deponens falſum non eſt infamis, niſi ſit condemnatus per ſententiam iudicis, vnde melior eſt ratio Sãcti Thomæ. Sic ergo ratio, quia veniens contra iuramentum promiſſorium grauius peccat, quia poſtquàm iurauit, manet in eius poteſtate, vt det veritatem ſuo iuramento, quod non eſt in iuramento aſſertorio, & ideo grauius peccat, quàm iurans falſum iuramento aſſertorio, ideo grauiori pœna meretur puniri. xxiiij. quæſtione prima. non afferamus, vnde nota perpetuo iſtam rationem Sancti Thomæ, quam non memini tactam per aliquos Doctores iuris canonici, vel ciuilis. Et ex his infert hic Domi.
14 Abb. nunquid infamis † ipſo iure priuetur beneficio, & videtur ꝗ ſic, quia infamia priuat quem ipſo facto militia ſeculari, & dignitatibus, & honoribus ſæcularibus, de hoc videtur textus cum gloſ. in l. ſecunda. §. miles. ff. de his qui notan. infa. vbi glo. dicit, quòd etiam clericus eadem ratione priuatur militia cęleſti. idem videtur velle glo. in l. fruſtra. C. de re milita. libro xij. ad idem l. ſecunda, C. de dignitatibus. eodem libr. vbi
15 dicitur, quòd infamia, † quęſitum, honorem adimit, & ſic loquitur per verba præſentis temporis, ex quo infertur, quòd ipſo iure priuat honoribus quęſitis iuxta theoricam glo. in regula. in pœnis. libro vj. & eorum, quæ notant Doctores in capit. ſi diligenti. de foro competen. & hoc dicit Dom. Abbas procedere in dignitatibus, & honoribus ſecularibus. Bal. tamen hic allegat Bartolum in l. prima. C. de muneribus & honorib. non continuatis. vbi dicit, quòd infamis poteſt eſſe antianus ciuitatis, quaſi iſtud non ſit dignitas, licet non poſſit referre teſtimonium de his, quę aguntur in officio antianatus. In beneficialibus autem, an infamia ipſo iure priuet beneficio, vel dignitate, hic videtur eſſe textus iuncta iſta gloſſ. quòd non. nam iſte propter periurium erat infamis, vt ſupra dixi, & tamen non incurrit ipſo iure priuationem beneficii, ſed venit priuandus per ſententiam, vt hic dicitur, & hoc videtur velle Innocen. in capitulo, inter dilectos, de exceſſib. prętatorum. vbi dicit, ꝗ contra petentem beneficium ſuum non poteſt opponi exceptio periurij, vel adulterij, vel alterius criminis, quod non inducat priuationem ipſo iure, facit optime quod notat Innocen. in capitulo, cum numerus. de conceſſio. prębend. vbi dicit, quòd homicida & irregularis ſunt capaces dignitatis, & licite eam tenent donec priuentur, vel diſpenſetur cum eis, pro hoc facit optime capitu. clericis. infra ne cleri. vel mona. & capitu. ex literis, de exceſſi. prælatorum. in quibus patet, quòd homicida, vel irregularis ipſo iure non eſt priuatus officio, vel beneficio,
16 ſed eſt priuandus per ſententiam, & † tamen homicidium eſt deteſtabilior irregularitas cęteris, vt patet in capitulo vltimo. de tempori. ordi. & in capitu. inquiſitionis. de accuſatio. & iſtã partem tenet hic Domi. Cardin. qui allegat Fede. de Sen. conſilio xliiij. vbi tenet, ꝗ periurium non priuat ipſo facto quem beneficio ſuo, licet collatio facta periuro non valeat, & hoc etiam hic ſequitur Do. Abbas, qui dicit, ꝗ delictum quantumcunque graue, etiam ſi ſit homicidium, non priuat quem a beneficio, & hoc tenet Innocen. in pręallegato capitulo, cum numerus. & probatur in iuribus pręallegatis. Vnde concludit, ꝗ infamia non priuat ipſo iure beneficio, licet ſit iuſta cauſa, vt quis priuetur beneficio, dicit tamen ſe fateri, ꝗ collatio facta infami ipſo iure eſt nulla, vt in regula, infamibus, lib. vj. & in l. ij. C. de dignitatibus. lib. xij. Et ex prædictis fac tres con-
17 cluſiones. prima ſit cõcluſio, infamia † priuat ipſo iure officio publico, & dignitate ſeculari. Secunda cõcluſio, infamia iuris vel facti, vel crimen quantumcunque graue, regulariter non priuat beneficio quęſito ipſo iure, licet ſit iuſta cauſa priuan-
18 di per ſententiam iudicis. Tertia concluſio, † collatio beneficij facta infami ipſo iure non valet, & circa hoc vide, quæ dixi poſt Dom. Abbatem in dicto cap. inter dilectos. de exceſſib. prælatorũ. In glo. vltima, aduerte ad iſtam glo. quia intellexit iſtum textum, quòd hic agebatur per viam denunciationis in quantum fuit priuatus eccleſia, & ſic glo. intelligit, quod reſpectu penſionis agebatur ciuiliter, ſed reſpectu vt priuaretur eccleſia, agebatur in modum denunciationis, ſed Domi. Abbas dicit, ꝗ licet Doctores communiter tranſeant cum iſto intellectu, tamen non eſt verus, quia non poteſt agi per viam
19 denunciationis, niſi pręcedat trina monitio, vt in capitu. cum dilectus. infra de accuſatio. Item denunciatio principaliter tendit in finem boni publici, ſcilicet vt anima fratris corrigatur, vt probatur in capitulo, ſuper his, de accuſation. & notatur in capitulo, nouit. de iudiciis. iſte autem canonicus fundauit ſe ſuper iure priuato, vt patet ex principio in ver. querelam. quod conuenit cauſæ ciuili, & non criminali, vt no. glo. in capitulo, querelam. ſupra de procuratoribus. & in l. iij. C. quomodo, & quando iud. & patet etiam ex fine capituli, vbi mandat huic canonico eccleſiam reſtitui, vnde ipſe dicit, quod iſte canonicus agebat contra iſtum clericum deferendo ipſum de crimine periurij ciuiliter non vt deponeretur ab ordine, ſed vt tan-
20 quam indignus remoueretur ab adminiſtratione eccleſiæ, quod fieri poteſt, vt dicit bonus textus in capitulo, per tuas. el grande. in fine. infra de ſimonia. & hoc pro ſuo intereſſe, tum quia non ſoluebat ſibi penſionem, vt iuramento firmauerat, tum quia cum eccleſia eſſet ſua, vel ſibi ſubiecta, intererat ſua, nec ipſe periurus, & infamis eum detineret, & ſuper hoc impetrauit iudices delegatos appellare, & propter hoc in fine Papa mandat huic canonico eccleſiam reſtitui ſi conſtiterit ita eſſe, vt narrabat. Ex his dicit tenendum eſſe menti ſecundum hunc intellectum, quod is cui eccleſia eſt ſubiecta, vel aliàs intereſt, poteſt agere contra rectorem ciuiliter de crimine, de quo ſe remittit ad dicta per ſe in rubrica de iudiciis. & vide quæ dixi in capitulo, ex parte Adæ. ſupra de teſtibus, ſuper prima gloſſ. vbi examinaui quis poſſit agere ciuiliter contra rectorem eccleſiæ, vt ab ea remoueatur, tamen Innocen. & Ioan. And. hic in ver. conſtiterit. intelligũt, quod proceſſum fuit per viam inquiſitionis, & idem dicit hic Butri. vnde intelligunt, quod papa mandauerit ex officio, vt delegati inquirerent, & ſi ita eſſe inuenirent, quod priuarent eum dicta eccleſia, & eam reſtitui facerent dicto canonico. Tractant etiam hic Butr. & Dominus Abbas, an tranſgreſſor fidei ſit priuandus beneficio, ſicut tranſgreſſor iuramenti, ſed quia primam quæſtionem plene examinaui in capitulo, ad aures. quod metus cauſa, ideo te remitto ad ea, quæ ibi dixi.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſentatus iurando præſentanti, de augendo cenſu, deinde inſtituenti in contrarium iuret, ad ſecundum iuramentum tenetur.*
2 *Rector eccleſiæ non poteſt ſe obligare ad conſuetum cenſum augendum.*
3 *Iurans contraria iuramenta perpetuo remouendus eſt a beneficio.*
4 *Depoſitio non debet fieri propter temerarium iuramentum.*
5 *Iuramentum temerarium interueniens in ipſa adeptione beneficii, vitiat inſtitutionem, vel collationem.*
6 *Periurium quid ſit, exponitur.*
7 *Iurans licite, ſi tranſgrediatur iuramentum, peccat mortaliter.*
8 *Iurans falſum credens uerum, quando non peccat.*
9 *Iuramentum non eſt facile faciendum pp magnum periculum peccandi.*
10 *Iuramentum incautum inter peccata uenialia connumeratur.*
11 *Iurans leuiter, vel iocoſe uenialiter peccat.*
12 *Nomen Dei quomodo aſſumatur in vanum.*
13 *Iurans falſum quomodocunque, peccat mortaliter.*
14 *Iurandum eſt ex cauſa, & diſcrete.*
15 *Peccatum mortale quid ſit, exponitur.*
16 *Mendaciorum genera ad tria reducuntur, ſcilicet impertinens, officioſum, & iocoſum.*
17 *Mendacium quantumcunque officioſum, & iocoſum etiam pro liberando homine a morte non eſt dicendum.*
18 *Mentiri in iudicio nullo pacto debemus.*
19 *Capitula quæ rector eccleſiæ ſiue curatus iurare debet, enumerantur, quæ decem ſunt.*
20 *Plus timetur, quod generaliter, quam quod ſpecialiter pollicetur.*

## CAP. XI.

1 QVanos Si præſentatus † iurat pręſentanti de antiquo cenſu augendo, & poſtea contrarium iurat inſtituenti valet ſecundum iuramentum, & non primum. tamen ab eccleſia remoueri debet, hoc dicit. & dicit Ioan. And. quòd hoc c. idem.

continet in ſubſtantia, quod præcedens. communis diuiſio. Secunda ibi, tuæ. In textu ibi, ad maiorem ſolito penſionem, dic quòd hoc fuit primum iuramentum. Item ibi iurant quòd antiquam penſionem &c. dic, quòd hoc fuit ſecundum iura-
2 mentum. Nota primo ex textu, quòd rector † eccleſiæ non poteſt ſe obligare ad ſoluendum cenſum non ſolitum, vel cēſum conſuetum augere de redditibus eccleſiæ, etiam inuita ſua tantum, & hoc clarius probatur in cap. præterea, in fin. infra de cenſi. nam hoc poſſet eſſe damnoſum eccleſię in futurum, argum. in cap. peruenit. §. de arbit. Secundo nota, quòd
3 conſtituens ſe inter duo iuramenta contraria † tanquam periurus eſt perpetuo remouendus a beneficio. ex quo infert Do. Abb. ꝙ ratione periurij commiſſi reſpectu certi beneficii, priuatur quis non ſolum ipſo beneficio. ſed etiam redditur inhabilis ad alia beneficia obtinenda, & dicit quòd hoc procedit etiam ſi ſit tale periurium, quod infamiam irrogat, nam non eſt proprie periurium, vt ſtatim dicam, & mouetur Do. Abb. per textum in fine. ſed meo iudicio tex. hoc non dicit, loquitur enim de eccleſiis ad quas fuerunt pręſentati, a quibus ratione periurij debent remoueri, hoc modo loquitur tex. in fine. Vltimo nota, quòd cōtrariantibus duobus iuramentis, ab eodem diuerſo tempore pręſtitis, ſi primum iuramētum eſt illicitum ſeruandum eſt ſecundum, & non primum. Ex quo infertur a contrario ſenſu, ꝙ ſi primum iuramentum eſſet licitum, valeret primum, & non ſecundum, & hoc tenet glo. in capit. licet mulieres. eodem titulo. in vj. de quo dicam infra eodem. intellecto. In glo. prima a. glo. iſta bene dicit. In glo. ſecunda, diuide ipſam in duas partes, in prima opponit, & ſoluit. In ſecunda tractat qualiter peccet temere iurans, vel tranſgrediēs licitum iuramentum. Secunda ibi, generaliter. In prima parte glo. oppono, quòd iſte non fuerit deponendus, quia pro teme-
4 rario † iuramento quis non debet deponi, vt in capitulo, ſicut. infra eodem. iuncta glo. & in capitulo, Florentinum. lxxxv. diſtinctio. in quibus dicitur, quòd quis non eſt deponendus pro temerario iuramento, propter hoc aliqui intellexerunt iſtum textum, quòd hic remouetur non propter periurium, ſed propter ſimoniam commiſſam, & iſtum intellectum ponit Ioan. Andr. hic in verbo, aſtringunt. ſed Domi. Abb. reprobat iſtum intellectum, quia tex. fundat ſe ſuper periurio, & non ſuper ſimonia, vnde Do. Abb. dicit, quòd aut quis promittit nouum cenſum, vel augere antiquum cenſum, & hoc caſu talis committit ſimoniam, & ratione ſimonię eſt priuandus beneficio, vt in capitulo, cum clerici. ſupra de pactis. Quandoque non promittit, ſeu non iurat ſoluere ex pacto, ſed ſimpliciter iurat ita quòd ceſſat ſimonia, & hoc caſu dicit Domi. Abbas, quòd ſi interuenit vnicum iuramentum, non debet priuari beneficio, licet contraueniat, ſed prius peccauit temere iurando.

Aut poſtea iurauit contrarium, & ſic ſcienter ſe conſtituit inter duo iuramenta contraria, & habet locum pœna huius capituli, vt priuetur tanquam periurus, licet in veritate non ſit periurus, & dicit, quòd ratio eſt, quia quo ad vulgi opinio. non poterat periurium euadere. & dicit quòd idem ſenſit Innocen. dum dicit, quòd iſte erat perplexus inter duo iuramenta, ita quòd ſi vnum ſeruabat, aliud ſeruare non poterat, & dicit, ꝙ hoc etiam ſenſit Ioan. And. dum exponit, quòd iſte non poterat vitare periurium, ſcilicet ſecundum fatuam opinionem quorundam, vel propter ſuam erroneam conſcientiam. ſed quicquid dicat Domi. Abb. negari non poteſt, quin iſtud temerarium iuramentum haberet in ſe ſimoniam annexam, nam omne iuramentum promiſſorium habet in ſe pactum incluſum, vt dixi in capitulo primo. ſupra eodem. vnde licet iſte textus videatur ſe fundare in ſolo periurio, tamen tale periurium non poteſt eſſe ſine ſimonia, vnde forte propter hoc text. mandat tales priuari eccleſiis. Item quando in adeptione beneficij quis pręſtat temerarium iuramentum ab illo beneficio eſt remouendus, quia ante peractam pœnitentiam non poteſt eligi, nec eſt idoneus ad beneficium, vt dixit gloſſ. in dicto capitulo, Florentinum. lxxxv. diſtinctio. vnde iſte textus ſolum mandauit iſtos priuari eccleſiis, quas erant adepti inter-
5 ueniente tali temerario iuramento, quia temerarium † iuramentum interueniens in ipſa adeptione beneficij vitiat inſtitutionem, vel collationem beneficij, & iſtam puto rationem iſtius textus. vnde credo, quòd etiam ſi vnicum iuramentum interueniſſet, nihilominus debuiſſent remoueri ab eccleſiis, quas taliter fuerunt adepti, tamen in caſu illius capituli iuramentum temerarium nō fuit ſimplex, ſed qualificatum, quia habebat annexam ſimoniam. In ſecunda parte glo. in hac parte glo. tractat, an temere iurans, vel tranſgrediens licitum iuramentum peccet mortaliter, & antequam gloſ. expediam nota ex gloſſa, quid eſt periurium. nam ſecundum gloſſam,
6 periurium † eſt tranſgreſſio iuramenti, ſed Sanctus Thomas quæſtio. xcviij. articulo primo, dicit, quòd periurium eſt mendacium iuramento firmatū, & idem dicit Pet. & Archidiaco in capitulo, habemus. xxij. queſtio. prima, vbi dicit, quòd ſi periurium accipitur ſtricte, & proprie ſecundum completam rationem mendacij, & periurij. Periurium eſt mendacium iuramento firmatum, ſed poteſt dicere, quod diffinitio glo. magis concernit iuramentum promiſſorium, ſed diffinitio Sancti Thomæ, quam ſequuntur Pet. & Archid. magis concernit iuramentū aſſertoriū, & vt habeas mentem huius glo. facias
7 tres caſus. Primus eſt, quando quis iurat † illud quod eſt licitum, & ſcienter tranſgreditur, & talis peccat mortaliter, vt in capitulo, querelam. ſupra eodem. & vide bonum textum in capitulo, qui peierat, cum duobus ſequen. xxij. queſt. v. & in cap. habemus. xxij. queſt. j. vnde Archid. ibi dicit, quod periurium ex ſuo genere eſt peccatum mortale, quia importat contemptum Dei. & de hoc dixi in rubrica huius tituli poſt beatum
8 Thomam. Secundus caſus eſt, quando quis iurat † falſum, credens illud eſſe verum, & hoc caſu dicit gloſſ. quod nullum eſt peccatum, allegat bonum textum in capitulo, homines. xxij. quæſt. ij. vbi tex. dicit, quòd non facit linguam ream, niſi mens rea, ſed Tancr. & Ioan. Andr. dicunt eſſe verum ſi adhibuit omnem diligētiam, alias eſt veniale peccatum, vel ſi fuit in culpa, eſt mortale peccatum, & cum eo tranſeunt Doctores, vnde declarando dicerem, quòd ſi adhibuit omnem diligentiam, & tunc nullum eſt peccatum. aut fuit in aliquali culpa, non tamen magna, & tunc eſt peccatum veniale, aut culpa fuit notabilis, & tunc peccat mortaliter, quia non debet quis iurare, niſi de re, de qua quis ſit firmiter certus, vt dicit Sanctus Thomas quæſtione lxxxix. articulo ſeptimo. vnde in iuramento eſt magnum periculum propter magnitudinem
9 Dei, cuius teſtimonium inuocatur, & † ideo quis non dicitur eſſe facilis ad iurandum, vt dicit Sanctus Thomas eadem quæſtione, articulo iij. in fine. nam per periurium quis redditur infidelis Deo, quod eſt grauiſſimum, vt dicit Sanctus Thomas eadem quæſtione, articulo viij. & ideo quis debet bene conſiderare, & animaduertere, antequàm deuenerit ad actum iurādi. Optime facit ad prædicta, quod notat idem Sanctus Thomas quæſtione lxx. articulo vltimo, vbi dicit, quòd in teſtimonio ferendo non debet homo aſſerere quaſi ſciens, id de quo certus non eſt, ſed debet dubium ſuper dubio proferre, & id de quo certus eſt pro certo aſſerere, tamen quia contingit ex labilitate humanæ memoriæ, quod homo reputat ſe quandoque certum eſſe de eo quod falſum eſt, ſi cum debita ſolicitudine recogitās exhimet ſe certum eſſe, de eo quod falſum eſt, non peccat mortaliter hoc aſſerens, quia non dicit falſum teſtimonium per ſe, nec ex legitimatione, ſed per accidens contra illud, quod intendit, & tene perpetuo menti iſta verba Sancti Thomæ. primo enim vult, quod teſtis non debet dicere ſe eſſe certum de illo quod dubitat, ſed debet dicere dubiū pro dubio, & aſſerere certum pro certo, aliàs periurium incurreret. Secundo, ꝙ ſi facta debita inquiſitione deponit falſum credens illud eſſe verū nō incurrit pctm̄ mortale, & ſic ſentit qđ ſi non facit debitam excuſſionem, quòd peccet mortaliter, & idem puto dicendum, vbi iuramentum poteſt alteri damnum inferre, quia tunc peccaret mortaliter iurans falſum, etiā ſi credit illud eſſe verum ſi non adhibuit debitam excuſſionē, vbi autem eſſet præiudicium leue, vel nullum non peccaret mortaliter, niſi eſſet in notabili culpa. & hoc modo intellige illud, quod ſupra dixi, pro hoc facit xxv. diſtinctione. §. aliàs ea
10 demum. vbi numerat iuramentum † incautum inter peccata venialia, vtcunque tamen ſit, ille non eſt ita periurus, qui iurat falſum, quod putat eſſe verum, ſicut ille, qui iurat verum, quod putat eſſe falſum, vt dixit textus in dicto capitulo homines, & Sanctus Thomas quæſtione xcviij. articulo j. in fine.

Tertius caſus eſt, quando quis iurat illicitum, & in hoc glo ponit duos caſus. primus eſt, quando quis ſcienter iurat illicitum, & peccat mortaliter. Secundus eſt, quando iurauit indi
11 ſtincte, vt quia iocoſa † leuitate, vel incaute iurauit, & tunc ſecundum gloſſam peccat venialiter, vt in §. alias ea demum. in fine. vigeſimaquinta diſtinctione. vbi gloſſ. idem dicit, ſed Archidiaconus in capitulo, habemus. vigeſimaſecunda quæſtione prima, & Dominus Abbas hic diſtinguunt quo ad hoc vltimum, & dicunt primo, quòd ſi quis tranſgreditur iuramentum licitum, & tunc peccat mortaliter etiam ſi iocoſe, vel indeliberate iurauit, & allegat Sanct. Thom. quæſtione xcviij. articulo iij. in fine. vbi dicit, quòd ille, qui iocoſe periurat, nō euitat diuinam irreuerentiam, ſed magis auget, & ideo non excuſatur a peccato mortali, non enim debuit aſſumere nomen Dei iocoſe, cum ſit vnum de decem præceptis, quod non
12 aſſumatur nomen Dei † in vanum, ille autem dicitur aſſumere nomen Dei in vanum, qui iurat ſuperfluo, id eſt abſque neceſſitate, vel falſo, vel doloſe, vt dicit Archidiaconus in capitulo, habemus. vigeſimaſecunda quæſt. j. Secundo dicunt, diuinum

13 quòd † ſi quis indeliberate iurat falſum, quod tamen ſcit eſſe falſum, licet iocoſe iuret, nihilominus peccat mortaliter pp diuinum contemptum, & hoc eſt de mente Sancti Thomæ in loco præallegato, dum dicit, quòd iuramentum iocoſe factum non euitat diuinam irreuerentiam, ſed magis auget, & per hoc talis non excuſatur a peccato mortali ſecũdum eum.

Tertio dicit Dominus Abbas, quòd ſi quis iurat iocoſe ex leuitate, quòd tamen ex aliqua neceſſitate adimplere non poteſt, & tunc ſecundum eum peccat mortaliter, venialiter, & ita intelligit text. cum gloſſa in dicto §. alias ea demum. xxv. diſt. & hoc etiam modo ſecundum eum poteſt intelligi gloſſ. hic in fine. Sed ego de hoc vltimo dubito, quia ille qui iocoſe iurat, facit contra diuinam reuerentiam, quia non leuiter, ſed ex
14 † neceſſaria cauſa, & diſcrete eſt iurandum, vnde talis qui iocoſe iurat, peccat mortaliter, quia non bene vtitur iuramento, hoc videtur ſentire Sanctus Thomas quæſtione 89. articulo iij. facit quòd dicam infra eodem, & ſi Chriſtus. vbi videbimus, quot comites debet habere iuramentum. & per hoc concludo, quòd omni caſu iuramentum iocoſum eſt peccatum mortale, quia talis aſſumit nomen Dei in vanum, quod eſt contra diuinam reuerentiam, & contra præceptum diuinum,
15 vnde eſt peccatum † mortale, quia omne quod eſt contra aliquod præceptum diuinum, vel contra legem Dei, eſt peccatum mortale, vt dicit Sanctus Thomas, quæſtione lix. articulo vltimo. & quæſtio. xcviij. articu. iij. & probatur Matthei xix. vbi dicitur, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. ergo ſi quis facit contra aliquod mandatum Dei, non ſeruat mandata Dei, & hoc nota tu ſacerdos, quia omne peccatum quod contrariatur legi diuinæ, vel alicui præcepto diuino eſt mortale peccatum, & Dominus Abbas allegat ad materiam iſtius gloſſæ textum notabilem xxij. queſtio. ij. primùm. vbi ponunt octo
16 genera mendaciorum, † ſed tu dic, quòd illa octo genera ad tria reducuntur, nam aliquod eſt mendacium periurioſum, quod eſt quãdo aliquis dicit mendacium in pertinentibus ad ſacram ſcripturam, ſeu ad fidem, vel quod vergit in præiudicium, vel damnum alicuius, etiam ſi alicui proſit, quia nemini conſulendum eſt cum alterius iniuria, & iſtud eſt peccatum mortale. Secundum mendacium eſt officioſum, quod alicui prodeſt, & nemini nocet, vt ſi aliquis quærens occidere hominem latentem in domo quærat a me ſi eſt in domo mea, & reſpondeam, quòd non, nam tale mendacium eſt peccatum veniale. Tertium eſt mendatium iocoſum, quando aliquis dicit mendaciũ cauſa iocandi, & iſtud etiam eſt peccatum veniale, nec eſt quaſi mendacium, quia ille, cui dicitur intelligit eſſe mendacium, vt dicit textus in cap. ne quis. xxij. quæſtio. ij.
17 † & quamuis mendacium officioſum, & iocoſum ſit peccatũ veniale, tamen nullo modo eſt dicendum etiam pro liberando hominem a morte, licet poſſet tacere veritatem, vt probatur in dicto cap. primum, & in d. c. ne quis. & in c. ſuper eo. ſupra de vſur. & inquantum dixi, quòd mendatium eſt officioſum, & iocoſum eſt peccatum veniale. intelligas dummodo non interueniat iuramentum, quia tunc eſſet mortale peccatum, quia vt ſupra dixi, periurium eſt mendacium iuramento firmatum, vnde eſt peccatum mortale, quia importat Dei cõtemptum, & pertinet ad eius reuerentiam. vnde ex ſui ratione eſt peccatum mortale, vt dicit Sanctus Thomas quæſt. xcviij. articu. j. & Archidiaco. xxij. quæſtione j. habemus. & patet ex ſupradictis, quia ſi periurium iocoſe factum nõ excuſat a peccato mortali, vt ſupra dixi, ergo dicens mendacium cum iuramento, indiſtincte peccat mortaliter, maxime, quia periurium nihil aliud eſt ꝗ̃ mendacium iuramento firmatum, quod eſt peccatum mortale, vt ſupra dixi, & vide quod dicam infra eodem. quanto. Extra glo. in primo modo fraudationis monete. Item adde not. dictum Sancti Thomæ quæſtio. lxix. articulo j.
18 vbi dicit, quòd ſi aliquis mentiretur in iudicio, † etiam ſine iuramẽto, vt liberaret hominem a morte, peccaret mortaliter, idem ſi reus negaret crimẽ, vt ſe liberaret a morte, quia iſtud mendacium non eſt ſimpliciter officioſum, ſed habet aliquid admixtum de pernicioſo, inquantum negat veritatem iudici, cui ex debito iuſtitiæ tenetur obedire, ſi iuſte contra eum procedit, & inquantum tendit in præiudicium accuſatoris, quia eſt puniendus ſi deficit in probatione, & hæc verba not. Ex quibus habes duo notabilia, primum eſt, quòd dicens mendacium, vt ſe, vel alium à morte liberet, peccat mortaliter, ſi ex tali mendacio ſubtrahit aliquid alteri debitum, vel alius poteſt ex hoc pœnam pati. nam reus negando crimen, peccat mortaliter, quia ſubtrahit debitam reuerentiam, & obedientiam iudici, & quia ex tali mendacio aduerſarius poteſt pati pœnam, & quodlibet per ſe ſufficit vt mendacium dicatur peccatum mortale, vt dicit Sanctus Thomas in loco præalle.

Secundò nota ex verbis ſuis, quòd quicunque facit contra debitum iuſtitiæ peccat mortaliter, & de hoc plene dixi in capitulo primo, de teſtibus cogendis. vbi examinaui, an reus peccet negando crimen iudici, vel fugiendo. Ex gloſſ. quæro, quia iſte clericus iurauit epiſcopo, quòd antiquam, & ſolitam penſionem, non augeret quæ teneantur iurare rectores eccleſiarum epiſcopis? Hoſtien. hic, & Ioannes Andr. dicunt, quòd licet diuerſa forma iurandi ſeruetur per rectores, ſeu curatos ſecundum diuerſitatem locorum, tamen hæc videtur
19 congrua, & per iura probari, & ponunt † decem capitula, quæ curati debent iurare. Primum eſt, quia iurabit, quòd erit fidelis, & obediens epiſcopo, ſupra eodem, nullus. ſub quo intelligitur, quòd debet ſeruare illius ſententias, & quòd pro poſſe ſeruari faciet, vt in capitulo, cum ab eccleſiarum, & in capitu. ad reprimendam. de officio ordin. & dicunt, quòd licet hoc capitulum, ſcilicet quòd epiſcopi ſententias ſeruabit, &c. ſubintelligatur in illo capitulo iuramenti, ſcilicet, quòd erit fidelis, & obediens epiſcopo, tamen aliqui faciunt, quòd hoc capitulum exprimatur in iuramento. Secundum capitulum eſt, ꝙ mandata ipſius epiſcopi ſancta, & honeſta adimplebit, vt ſupra, de officio archidiacono. cap. fin. ſecus ſi mandata non eſſent honeſta, vel licita, vt dixi ſupra eodem. ego N. ſuper glo. in ver. nulli. priuilegia. & in cap. nullus. ſupra eodem. Tertium capitulum eſt, quòd nihil alienabit ſine epiſcopi licentia. xij. quæſtione ij. abbatibus. & xvij. quæſtione iiij. in venditionib. ex quo nota, quòd ſi rector eccleſiæ facit alienationem, poſtquàm præſtitit tale iuramentum, ex duplici capite poteſt puniri. Primo, quia peccat illicite, alienando rem non ſeruara ſolennitate, quę requiritur in alienatione, vnde incurrit pęnam de qua in capitulo, nulli. & in capitulo, ſi quis presbyterorum. de rebus eccleſię non alienan. & iſta eſt pęna depoſitionis, vt dicit gloſſ. ſed in dicto capitulo, nulli. & in dicto capitu. ſi quis presbyterorum. in ver. pœnam. Secundo etiam incurrit periurium, ratione cuius etiam poteſt priuari eccleſia, vt hic, & in capitulo præcedenti. Quartum capitulum, quia debet iurare, quòd non contrahet mutuum nomine eccleſiæ vltra certam ſummam, quam epiſcopus arbitrarie determinare poterit, vt in capitulo, quod qdibuſdam, de fideiuſſ. iſtud tamen capitulum iure non probatur, licet Doctores communiter trãſeant.

Quintum capitulum, quòd eccleſiam non relinquet, nec ad aliam ſe transferet ſine epiſcopi licentia, vt in capitulo, admonet, de renunciatio. Sextum, quòd iura eccleſiæ pro poſſe petet, & defendet, & quòd vtilia eius procurabit, & noxia vitabit, quod dicunt eſſe intelligendum, & poſtpoſitis negociis proprii patrimonij, quia beneficiatus tenetur proponere negatia eccleſiæ negotiis proprij patrimonij, argumen. vij. quæſtio. j. pręſentium. & cap. placuit, vt nemini. & xvj. quæſtione j. vere. & capitulo nos autem. & hoc etiam nota, quia contrafaciens incurrit periurium, cuius ratione eccleſia poterit priuari. Septimum, quòd nihil dedit, vel dabit, vel aliquod peccatum fecit, nec aliquod commiſit illicitum per ſe, vel per alium ipſo ſciente, pro adipiſcenda eccleſia, de pac. capitu. fi. de ſimo. nobis. de purgatione canoni. quotiens. & quòd quanto cito hoc vitium ad eius notitiam perueniet, inſinuabit epiſcopo, & ad ipſius voluntatem renunciabit, de electio. c. pen.

Octauum, quòd ordines ſuis temporibus recipiet. & hoc ſi ordinatus non eſt, de ætate, & qualita. quæris. Nonum, quòd perſonaliter reſidebit in eccleſia, & deſeruiet in ordine quem ipſius cura requirit, de clericis non reſiden. quia nonnulli, & cap. relatum. Decimum, quòd nomine cenſus eccleſiæ nil alicui ſoluet vltra antiquam, & ſolitam penſionem, vt hic, & Doctores communiter ſic tranſeunt, ſed Dominus Abbas dicit, quòd non probatur iure, quòd promotus obligetur ad omnia ſuperius contenta, vnde ipſe allegat tex. cum glo. in capit. quanquam. xxiij. diſtinctio. vbi ponitur forma huius iuramenti, & dicit, ꝙ non tenetur alia iurare, quãquam ibi ſunt expreſſa, ſed tu dic, quòd ille textus non ponit omnia capitula iuramenti, nam ibi non fit mentio, quòd teneatur iurare, quòd nihil ſoluet vltra antiquam, & ſolitam penſionẽ, & tamen hoc exprimitur hic. Item in dicto capitulo, quanquam, dicitur, ꝙ debet iurare de ſeruando canonicas regulas, ſed omnia capitula ſupradicta excepto quarto capitulo, de quo ſupra dixi, debent ſeruari per rectores eccleſiarum, etiam ſi nullum iuramentum pręſtitiſſent. cum ergo prędictum cap. quanquam. diſponat, quòd rectores eccleſiarum debent iurare de ſeruando regulas canonicas, & ſecundum regulas canonicas teneantur ad prędicta capitula obſeruanda, ergo epiſcopus poteſt illa ca-
20 pitula facere exprimi in iuramento, quia ſolet plus † timeri, quòd ſingulariter pollicetur, quàm quòd generali ſponſione concluditur, vt dicit text. in d. c. quanquam. & hæc ſufficiãt in iſto capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi grauius puniuntur de periurio quàm cæteri.*
2 *Delicta ſuperiorum ſunt grauiora, quàm inferiorum.*

3 *Delinquens dum eſt in dignitate, grauius eſt puniendus.*
4 *Epiſcopus periurus non tantum priuandus, ſed ab ordine deponendus eſt.*
5 *Epiſcopus non deponitur, niſi a Papa.*
6 *Iuramentum contra officium pietatis non valet.*
7 *Coniuncti inuicem ſibi præſtare ſubſidia vitæ debent.*
8 *Iuramentum temerarium pęnam meretur.*
9 *Delictum an efficiatur maior ſi delinquens ſit conſtitutus in dignitate.*
10 *Contemptio Dei maior cenſetur reſpectu maioris dignitatis.*
11 *Religioſus an grauius peccat ſeculari, & quando.*
12 *Religioſus peccans per contemptum magis videtur ingratus.*
13 *Religioſus facilius a peccato releuatur, & reſurgit.*
14 *Epiſcopus dicitur eſſe religioſiſſimus, & in ſtatu perfectionis conſiſtere.*
15 *Laici poſſunt peccare grauius quàm ipſi religioſi, occaſionaliter.*
16 *Perſeuerantia inducit grauitatem delicto.*
17 *Adam, ſeu*
*Homo primus peccauit ex contemptu & ſuperbia.*
18 *Homo quomodo grauiter peccet, vbi diſtinguitur.*
19 *Dignitas requirit hominem perfectæ & integrę vitæ.*
20 *Vir perfectus quis dicatur.*
21 *Delictum illud eſt grauius ex quo Deus magis iraſcitur.*
22 *Amicitia eſt cum religioſis ineunda, vt pro nobis orent.*
23 *Saluantur multi propter amicitias, & merita ſanctorum virorum.*
24 *Dignitas auget delictum, non data perfectione vitæ.*
25 *Reges propter licentiam peccandi, ſunt ſceleſtiſſimi pene omnes.*
26 *Deus permittit virum perfectum cadere in aliquo peccato vt fiat cautior.*
27 *Mendacium in viro perfecto, ſiue officioſum, ſiue iocoſum ſit, non eſt mortale peccatum.*
28 *Fornicari cum pulchra fęmina an ſit maius peccatum, quàm cum deformi.*
29 *Fornicans minus cenſetur peccare cum vehementibus paſſionibus inducitur.*
30 *Peccatum, an maius ſit eius, qui publice & palam, quàm qui occulte peccat.*
31 *Rapina cenſetur maior furto.*
32 *Veneficium eſt maius delictum homicidio.*
33 *Dolus præſumitur ex delicto clam, & occulte facto.*
34 *Profeſſus ſi exeat religionem, & matrimonium contrahat, an cauſa ſpectet ad inquiſitorem hæreticæ prauitatis.*
35 *Hæreticus ut quis ſit, non ſufficit quod erret in fide, niſi ſuum errorem contumaciter defendat.*
36 *Error delinquentis nunquam tendit ad incluſionem delicti, ſed ad excluſionem.*
37 *Pęnam maiorem pro delicto quis mereatur, nobilis, an ignobilis, diſtinguitur.*
38 *Fidei ruptæ punitur magis nobilis, quàm vilis perſona.*
39 *Pęna ſi fuerit publice taxata, omnes æqualiter puniuntur.*
40 *Statuta terrarum diſponentia vt pęnæ contra magnates duplicentur, intelliguntur de pecuniariis.*
41 *Meritum maius quis magis acquirat laicus, an religioſus, in eodem genere boni.*

## CAP. XII.

1 CVm quidam. Epiſcopi de periurio puniuntur grauius, † quàm
alij. hoc primo. Et illicitum eſt iuramentum de
non loquendo, vel præbendo ſubſidia perſonis
coniunctis. hoc ſecundo, & vltimo. duo ſunt di-
2 cta, quæ per ſe patent. Nota primò, quòd delicta † ſuperio-
rum ſunt grauiora, quàm delicta inferiorum, quia de facili
trahuntur ab aliis in exemplum, vnde alibi dixit textus. Sci-
re debent prælati, quòd ſi aliquando iniqua perpetrant tot
mortibus digni ſunt quot ad ſubditos ſuos perditionis exem-
pla tranſmittunt. ita dicit textus in capitulo, præcipue. vndeci
ma quęſtione tertia. vnde etiã Papa, ſi delinquit magis a deo
punietur, quàm cæteri prælati, vt dixit textus. ix. quæſtio. iij.
3 aliorum. Secundo nota, quòd delictum commiſſum † per
exiſtentem in dignitate grauius eſt puniendum, quàm ſi eſſet
commiſſum per priuatum non exiſtentem in dignitate, ex
quo infertur, quòd inferiores propter periurium ſint depo-
nendi ab officio, & beneficio, vt eſt textus in capitulo, cum
non ab homine, de iudiciis. & dixi ſupra eodem. querelam,
fortius epiſcopus propter periurium eſt priuandus, ne dum
4 epiſcopatu, ſed etiam deponendus eſt † ab ordine epiſcopa-
li, & hoc bene nota, quia, vt dixi in dicto capitulo, ego N. ſu-
pra eodem. epiſcopus ſciẽter faciens contra canones incurrit
periurium, vnde iſta eſt ſufficiens cauſa, ob quam poſſit de-
poni ab ordine, & a dignitate epiſcopali, & idem dicendum
eſt vbicunque epiſcopus incurrit periuriurium, & hoc pro-
bat aperte iſte textus, qui dicit, quòd ſunt grauius puniendi,
quàm cæteri inferiores, & Baldus etiam hic colligit hoc no-
tabile ex textu, dicit enim, quòd epiſcopus ratione periurij de-
bet deponi, quia ſic eſt in aliis beneficiatis, vt ſupra eodem.
querelam. Sed tu dic, quòd etiam vltra depoſitionem debet
addi alia pœna, puta incarcerationis ad certum tempus, vel
5 alia pœna ad arbitrium ſuperioris, hoc eſt papæ, quia † epi-
ſcopus non poteſt deponi, niſi a papa. vndecima diſtinctio. de
his. & capitulo, perceptis. & tertia quæſtione ſexta. quamuis.
& ſexta quæſtione iij. ſi quis epiſcopus. Tertio nota ex ſecun
da parte, quòd non valet iuramentum contra bonos mores
6 officium † pietatis, & propinquitatis, quia eſt contra chari-
tatem, & ſic nutriit peccatum mortale, vt dicit Sanctus Tho
mas quæſtione ſexageſimatertia. articulo ſexto, & quæſtione
110. articulo finali. & in pluribus aliis locis, & hoc patet per
rationem, quia quilibet ſecundum præceptum diuinum tene-
tur diligere proximum. quicquid autem eſt contra aliquod
præceptum diuinum, continet peccatum mortale, vt dixi in
capitulo præcedenti. vnde ille, qui iurat non loqui, patri vel
matri, vel fratri, vel ſorori facit contra charitatem, vnde hoc
iuramentum continet in ſe peccatum mortale, & per conſe-
quens non eſt ſeruandum. Quarto nota ibi, humanitatis
7 ſubſidium, quòd coniuncti inter ſe debent præſtare † ſubſidia
vitæ, & ex hoc textu arguit Baldus, quòd ſi pater iurat non præ
ſtare alimenta filio, vel ſi maritus iurat non alere vxorem, ta-
le iuramentum non valet. allegat notata in capitulo, literas,
de reſtitutione ſpoliatorum. Vltimo nota, quòd pro teme-
8 rario iuramento † debet iniungi pœnitentia iuranti. concor-
dat capitu. ſequens. & hoc procedit etiam ſi grauiſſimo metu
fuiſſet impulſus ad hoc iurandum, vt dixi in capitulo ſecũdo.
ſupra eodem. in fine. In gloſſ. gl. inſtat, an magis debet puni-
9 ri † delinquens exiſtens in dignitate, quàm alius, & facit duo
membra, primum eſt, an in foro pœnitentiæ maior pœni-
tentia ſit imponenda ipſi delinquenti, ſi eſt conſtitutus in ma-
iori dignitate. Secundum membrum eſt, an ſi agitur de pœ-
na imponenda in foro contentioſo, ſit maior pœna impo-
nenda conſtituto in dignitate, vnde iſtud membrum ſepara-
tim examinabo. Secunda ergo pars glo. eſt ibi in pecuniaria
pœna, &c. In primo ergo membro gl. concludit, quòd non
debet conſiderari immediate dignitas delinquentis. ſed quan-
titas contemptus, vnde qui magis contemnit, magis peccat,
& per hoc ſecundum gloſſam eſſet poſſibile, quòd ruſticus in
eadem ſpecie peccati magis delinqueret, quàm prelatus, qui
minus contempſit, in dubio autem vbi non conſtat de con-
10 temptu ratione † dignitatis preſumitur magis contemnere,
vnde ratione preſumptionis tanto maior pęna ei imponitur,
& per hoc dicit gloſſa, quòd dum dicitur, quòd dignitas delin-
quentis aggrauat peccatum, melius diceret, aggrauat pęniten
tem, quia preſumitur, quòd plus contemnat, & idem dixit glo.
in capitulo, homo Chriſtianus, quadrageſima diſtĩctione. vbi
textus dicit, quòd peccatum aggrauatur, vel propter magnitu-
dinem ipſius peccati, vel propter altitudinem dignitatis ipſius
peccantis. ſed Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ quæſtione
11 clxxxvj. articulo vltimo. vbi mouet quęſtionem, † an religio-
ſus in eadem ſpecie peccati grauius peccet, quàm ſecularis.
& dicit, quòd in tribus caſibus magis peccat, quàm ſęcularis.
Primus eſt, quando peccatum eſt contra votum religionis, pu
ta ſi religioſus fornicetur, vel furetur, quia fornicando facit cõ
tra votum continentiæ, & furando facit contra votum pau-
pertatis, & ſic non ſolum facit contra pręceptum diuinæ legis,
ſed etiam contra votum, vnde dupliciter peccat. Secundus
12 caſus eſt, quando peccat ex contemptu, † quia ex hoc videtur
eſſe magis ingratus de duobus beneficiis, quibus eſt ſublima-
tus ad ſtatum perfectionis, & dicit quòd ſi iuſti perueniunt ad
hoc, quòd ex contemptu peccent, efficiuntur peſſimi, & maxi
me incorrigibiles, & allegat textum qui habetur xlvij. diſtinc.
quantumlibet. Sed ego allego Paulum ad Hebreos, vj. cap.
vbi dicit, Impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel ſunt illuminati,
guſtauerunt etiam donum cęleſte, & participes facti ſunt Spi-
ritus ſancti, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum,
virtuteſque ſeculi venturi, & prolapſi ſunt, renouari rurſus ad
pœnitentiam rurſum crucifigentes ſibimet ipſis filium Dei, &
oſtẽt ſui habentes. & ſic Apoſtolus dicit, quòd ſi viri perfecti
prolapſi ſunt, impoſſibile eſt eos rurſus renouari ad pœniten-
tiam. Tertius caſus eſt, quando peccatum religioſi eſt mani-
feſtum ita, quòd ex eo ſequitur ſcandalum, quia ad vitam eius
plures reſpiciunt, & allegat Hieremiam xxiij. capitulo. vbi di-
cit in Prophetis Hieruſalem, vidi ſimilitudinem adulterii, &
iter mendacij confortauerunt manus peſſimorum, & non
conuertentur vnuſquiſque a militia ſua. Exceptis autem iſtis
tribus caſibus, puta quia religioſus non peccat contra votum,
nec ex eius peccato generatur ſcandalum, nec peccat ex con-
temptu, ſed ex infirmitate, vel ignorantia, & eius peccatum
eſt occultum, & tunc leuius peccat eodẽ genere peccati, quàm
ſecularis

ſecularis, quia ſi peccatum eius ſit leue, quaſi abſorbetur
ex multis operibus bonis, quæ facit, & ſi ſit peccatum mor-
13 tale † facilius ab eo reſurgit. primo quidem propter inten-
tionem, quam habet erectam ad Deum, quæ & ſi ad horam
intercipiatur de facili ad priſtina reparatur. & allegat Origi-
nem ſuper illud Pſalmiſtæ, cum ceciderit iniuſtus non collide-
tur: vbi dicit, Iniuſtus ſi peccauerit, non pœnitet, & peccatum
ſuum emendare neſcit, iuſtus autem ſcit emendare, & ſcit cor
rigere. allegat etiam ij. Paralipomenon xxx. c. vbi dicit, Domi-
nus Bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt
dominum Deum patrum ſuorum, & non imputabitur eis,
ꝙ minus ſanctificati ſunt. & iſta verba Sancti Thomæ recitat
etiam Ioannes Andr. in cap. accuſatus. de hæret. in vj. & ipſum
ſequitur. & ex his infert Do. Abb. ad quæſtionem gl. quòd po-
ſitus in dignitate, vt epiſcopus leuius delinquit, quàm inferior
14 eodem genere peccati, cum epiſcopus † dicatur religioſiſſi-
mus, vt ex multa de vo. vnde dicitur eſſe in ſtatu perfectionis,
vt in cap. licet. de regula. & in cap. niſi cum pridem, de renunc.
& hoc dicit eſſe verum, niſi peccet contra votum emiſſum in
receptione ordinis. ſed de hoc, an ordinatus teneatur ad con-
tinentiam, & ad cætera, quæ ordo requirit ex voto. an vero ex
conſtitutione eccleſiæ, dic vt in cap. cum olim, de cler. coniug.
ſic ergo quo ad ea q̃ promittit epiſcopus, vel alius ordinatus
in receptione ordinis ſi contra facit magis peccat, quàm alius
non ordinatus, quia dupliciter delinquit, eodem modo ſi de-
linquit ex contemptu, vel publico in ſcandalum aliorum, vt
ſupra dictum eſt de religioſo, vnde in iſtis tribus caſibus, in
quibus magis peccat religioſus etiam magis peccat epiſcopus,
vel alius conſtitutus in dignitate, extra autem iſtos tres caſus
minus peccat, & ſic dicit debere intelligi iſtum textum, & ca.
homo Chriſtianus. xl. di. dicit tamē, quòd in dubio magis præ
ſumitur contemnere qui eſt conſtitutus in dignitate, vt hic, &
in dicto cap. homo Chriſtianus. & de multis circunſtantiis ag-
grauantibus delictum, vide bonum textum in cap. conſideret.
de pen. diſtinct. v. ſed D. Dom. in dicto cap. accuſatus, de hæret.
in vj. c. ſacerdotes, qui eſt §. fin. dicit, quòd rationes Sancti Tho
mæ concludunt, quia religioſus facilius redeat ad penitētiam
quàm alius. ſed non concludunt, quòd delictum religioſi in ſe
ſit minus delicto aliorum, vnde indiſtincte ſequitur opinionē
iſtius glo. & in dicto cap. homo Chriſtianus. ſubdit tamen, ꝙ
15 occaſionaliter poteſt delictum † laici effici grauius quàm deli
ctum religioſi, quia religioſi habent fratrem ſubleuantē faci-
lius, quàm laici, & hoc dixit Sanctus Thom. in loco præalleg.
vbi dicit, quòd ſi religioſus cadit, iuuatur a ſociis ad reſurgen-
dum, ſecundum illud Eccleſiaſtes iiij. cap. Si vnus ceciderit ab
alio fulcietur, veh, ſoli qui ſi ceciderit, non habet ſubleuātem.
ſed dicit D. Dom. quòd grauitas tunc non ſurgit ex ſubſtantia
16 delicti, ſed potius ex perſeuerantia, † quæ inducit grauitatem
delicti, quæ interdum facit peccatum veniale tranſire in mor-
tale. xxv. diſtin. §. criminis. Ego aliàs fui in opinione, quòd data
paritate delicti indiſtincte ille qui eſt in ſtatu perfectionis ma
gis delinquat. & pro hac opinione multum ſtringit tex. de pœ.
diſtin. v. conſideret, poſt principium. vbi text. ſic dicit. Ingratus
enim extitit qui plenus virtutibus Deū omnino non timuit,
in hoc enim quiſque peccator fit culpabilior, quo Deo eſt ac
ceptior, ideo enim Adam plus peccauit, quia in omni bono
abundauit, ſed iſte text. debet intelligi, quando peccat ex con-
temptu. nam peccatum primi hominis proceſſit ex ſuperbia,
licet enim Adam non crediderit verbis diaboli, nec ex verbis
eius ſeductus fuit, tamen conſenſit peccato, ne contriſtaret
Euam quam credebat ſine ſuo ſolatio contabeſcere, & a ſe
alienatam omnino interire, non quidem carnali ductus con-
cupiſcentia, quam nōdum ſenſerat, ſed amicabili quadam bē
neuolentia, qua plerunque fit, vt offendatur Deus ne offenda
tur amicus. Item quia credebat illud peccatum veniale eſſe;
nec credidit verbis Dei dicentis, In quacunque hora comede-
ritis, morte moriemini. & iſtud dicit Magiſter Sententiarum,
libro ij. diſtin. xxij. in ca. quod incipit, ex quo manifeſte. & hoc
plene examinat Auguſt. lib. xiiij. de Ciuitate Dei. in ca. x. xj. xij.
xiij. xiiij. & xv. de Ciuita. Dei. non poteſt autem dici peccatum
primi hominis commiſſum fuiſſe ex infirmitate, quia nullam
inclinationem habebat ad peccandum, vnde Auguſt. dicit, ꝙ
erat ei deuitatio peccati tranquilla, & quòd ante peccatum
omnia poterat, quæ volebat, & quicquid non poterat, nō vo-
lebat, vnde ex hoc concluditur, quòd peccauit ex contemptu,
17 † maxime quia Deus dederat ei tantum vnum mādatum bre
uiſſimum, & leuiſſimum, ideo eius inobediētia fuit tanto gra-
uior. Auxit quoque peccatum, quia nō petiit veniam a Deo.
ſed dixit, mulier quam dediſti mihi, hæc mihi dedit de ligno,
& edi, vnde non petiit veniam a Deo, ſed tm̄ ſe excuſauit, &
ſic ex ſuperbia fecit peccatum ſuum damnabilius, vt dicit Au
guſt. in loco prealleg. c. xiiij. & Magiſter Sententiarum in loco
prealleg. c. ſed huic videtur, & ideo tex. in prealle. c. conſideret.
qui eſt tex. Auguſt. dicit, ꝙ ideo Adam plus peccauit, quia om
nibus bonis abundauit, fuit enim ingratiſſimus Deo peccan-
do ex tam magno contemptu, vnde tex. in loco preallega. eſt
intelligendus, quando ille qui eſt perfectus, peccat ex contem
ptu, & hoc innuunt eius verba, dum dicit, Ingratus enim exti-
tit, qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. & ſic lo-
quitur quando peccator non timet offendere diuinam reue-
rentiam, & per conſequens quando peccat ex contemptu; &
hoc modo intellige illum textum, quem per neminē ad hoc
vidi allegatum, tamen vt habeas veram concluſionem in hac
materia, ego ſic diſtinguo, quia aut nos loquimur de conſtitu
to in dignitate, nō ſuppoſita perfectione vitæ, quales ſunt præ-
lati noſtri temporis, & hoc caſu credo, quòd etiam ceſſantibus
illis tribus, de quibus ſupra dixi poſt Sanctum Thomam, con-
ſtituti in dignitate magis peccent, & hoc probat meo iudicio
capitu. homo Chriſtianus. xl. diſtinctio. nam ille textus ſeparat
18 dignitatem a grauitate criminis. dicit † enim, quòd homo gra
uiter peccat, aut propter magnitudinem peccati, aut propter
altitudinem dignitatis, ſi autem per illas duas cauſas grauius
peccat, quàm alij, ergo vbi datur æqualitas criminis, ceſſanti-
bus aliis circunſtantiis, ſola dignitas aggrauat crimen. ad idem
de pœni. diſtinctio. v. couſideret. in principio. vbi tex. ponit cir-
cunſtantias, quæ aggrauant crimen. & ibi dicit dignitatem pec
catoris aggrauare crimen, & ſic eſt vna de circunſtantiis, quæ
facit crimen eſſe grauius, & maius. & pro hoc allego ratio-
nem, nam ſi exiſtens in dignitate delinquit, non ſolum pec-
cat, quia Deum offendit, ſed etiam quia iniuriam facit ipſi di-
gnitati, quam non bene adminiſtrat, quia dignitas requirit,
19 † vt ſit perfectę, & integræ vitæ. xxiij. diſtinctio. qui epiſcopus.
vnde alibi dixit textus, viliſſimus computandus eſt, qui eſt ho
nore præſtantior, niſi præcellat ſcientia, & ſanctitate, j. quæſt.
prima. viliſſimus. vnde alibi dicit textus, qui bene ſederit ſu-
per cathedram, honorem accipit cathedræ, qui male ſede-
rit, iniuriam facit cathedrę. ideoque malus ſacerdos de ſacer-
dotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem, quia ergo delin-
quendo non ſolum Deum offendit, ſed etiam iniuriam fa-
cit propriæ dignitati, quia non eſt talis qualem ipſum requi-
rit eſſe dignitas, ideo data paritate delicti, magis delinquit,
quàm alius, vnde non immerito præalleg. cap. conſideret. po-
ſuit dignitatem delinquentis ſeparatam ab aliis circunſtantiis
quæ habent crimen aggrauare, & per hoc conclude, quòd
etiam ceſſantib. illis trib. dignitas non tribuit crimen, ſed gra-
uat, niſi aliàs eſſet perfectæ vitæ, ita quòd bona opera habe-
rent tale crimen releuare, vt ſtatim dicam; aut nos loquimur
20 de viro perfecto, puta religioſo, & quis dicatur vir † perfe-
ctus, vide Archidiaconum in capitulo, ne quis. xxij. quæſtio. ij.
& in hoc caſu, aut tu conſideras delictum in natura ſua, &
hoc caſu delictum viri perfecti attenta natura ipſius delicti
non eſt minus, quàm delictum alterius, & hoc eſt, quod vo-
luit dicere Do. Dom. in preallegato capitulo, accuſatus, §. fin.
licet proprie non fuerit locutus. Aut conſideramus delictum
in ſpecie, ſeu in ipſo actu commiſſionis delicti, vt quia vir per-
fectus commiſit idem delictum quod commiſit alius ſecula-
laris, & tunc delictum religioſi eſt minus, ſeu magis leue. nam
21 illud delictum eſt † grauius, ex quo magis iraſcitur Deus, & de
lictum illud eſt minus, ex quo Deus minus iraſcitur, ſed Deus
minus iraſcitur contra peccata eius, qui facit alia bona ope-
ra, vt dicit Sanctus Thomas in loco preallega. ergo illud pec-
catum in ſpecie commiſſum eſt minus in homine perfecto.
Item peccatum redditur grauius ex perſeuerantia, vt dicit tex
tus in præallegato capit. conſideret. ſed iuſtus non perſeuerat,
quia facilius redit ad penitentiam propter intētionem quam
habet erectam ad Deum, tum etiam, quia adiuuatur a ſociis
ad reſurgendum, qui orant pro eo, & per hoc tibi conſulo, vt
22 queras amicitiam † religioſorum, qui pro te orent Deum, ad
hoc vt citius de tuis criminibus redeas ad pœnitentiam, cum
enim teneantur religioſi orare pro aliis, vt dicit Sanctus Tho
mas quæſtio. lxxxiij. articu. vij. vbi dicit, quòd quilibet tenetur
orare pro aliis, non ſolum pro peccatoribus, vt conuertantur,
ſed etiam pro iuſtis, vt perſeuerent, & proficiant, & ibi aſſi-
gnat tres rationes, quare pro iuſtis eſt orandū, vnde ſi tenere
tur pro omnibus orare, fortius pro amicis, qui ſecundum ordi
nem charitatis ſunt proponendi, & per hoc dicit Scriptura, Fa
cite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cum defeceritis
recipiant vos in æterna tabernacula, & dicit Auguſtinus de
Ciuitae Dei. xxj. libro. cap. vltimo. quòd multi ſaluantur per
23 amicitias, † & merita Sanctorum virorum, qui per merita
propria non potuiſſent eſſe ſalui, & dicit ſe diu quæſiuiſſe, in
telligere quis ſit iſte modus ſaluandi, & quæ peccata impediāt
peruenire ad regnum Dei, vt tamen impetret indulgentiam
meritis amicorum, & nunquam potuiſſe ad indaginem per-
uenire, & dicit, quòd Deus voluit hoc eſſe occultum, ad hoc,
vt homines laborent, ſaluari meritis propriis; & ne efficiantur

tur neglige ntes in vere operando, ſperando ſalutem ex me-
ritis amicorum Sanctorum. Concludit tamen, quòd aliqua
bona opera, quæ deficiunt ad ſalutem ſupplentur per merita
Sanctorum amicorum, licet non poſſit intelligi, nec modus,
vel quæ peccata dimittantur propter merita amicorum, ideo
tibi conſulo, quòd donec es in hac vita, quæras Sanctos viros,
tibi amicos facere. Et ex præmiſſis facias tres concluſiones.
24 Prima ſit concluſio, † dignitas auget delictum non data perfe
ctione vitæ, & in foro pœnitentiali debet imponi maior pœ-
nitentia delinquenti, propter eius dignitatem, etiam ſi dice-
ret ſacerdoti ſe ex fragilitate delictum commiſiſſe, & quam-
uis eſſet occultum, quia dignitas aggrauat crimen, vt eſt textus
in præallegato cap. conſideret. Secunda concluſio, ſi nos lo-
quamur de vero religioſo, vel perfecto in tribus caſibus præ-
miſſis grauius peccat ſed extra illos tres caſus licet peccatum
ſit æquale conſiderando in ſe ſubſtantiam delicti. ſed tamen
conſiderato acta delicti in ſpecie commiſſi, & conſiderata per
ſona vtriuſque delinquentis, grauius peccat ille qui eſt ſecula-
ris, ſeu non perfectæ vitæ, tum quia non ita cito rediit ad pœ-
nitentiam, quia non habet intentionem erectam ad Deum,
ſicut ille, qui alias eſt perfectæ vitæ, & quia non iuuatur a ſo-
ciis ad reſurgendum ſicut religioſus, tum etiam quia non fa-
cit alia bona opera, propter quæ Deus minus iraſcitur. ſicut fa
cit religioſus, vel ille, qui eſt perfectæ vitæ. Tertia concluſio,
conſtitutus in dignitate, vel habens ſententiam, præſumitur
magis contemnere. & ſic eius peccatum eſt grauius, ratio eſt,
quia propter dignitatem, in qua confiſus eſt, videtur delictum
commiſiſſe, hinc Euſebius libro xij. cap. iij. refert Platonem di
25 xiſſe, † quòd Reges propter licentiam peccandi omnes pene
ſceleſtiſſimi ſunt, quia feliciores priuatos aſſeruit principibus.
vide ibi, vbi de hoc latius dicit. idem forte dicendum de viro
prædito ſcientia, quia propter ſcientiam, quæ ſolet inflare, præ
ſumitur non timuiſſe delinquere. In viro autem perfecto præ
ſumerem, quòd potius ex fragilitate, ſeu ex infirmitate huma-
na, quia Deus acrius tentat illos, qui volunt viuere ſecundum
26 Deum, & ſæpe Deus dimittit † hominem cadere in aliquo
peccato, ad hoc vt fiat cautior, & humilior, vnde Magiſter
Sententiarum libro primo, diſtinctio. xlvj. cap. quod incipit,
hic patet, allegat Auguſtinum in libro de correctione, & gra-
tia, qui ſic inquit, vſque adeo Deus omnia cooperatur in bo-
num, vt ſi qui bonorum deuiant, & exorbitant, etiam hoc ip-
ſum eis faciat perficere in bonum, quia humiliores, atque do-
ctiores redeunt, vt Petrus. Et ex his patet, quòd glo. xxij. quæ
ſtio. ſecunda. ne quis, quæ dixit, quòd mendacium officioſum
eſt peccatum veniale, de natura ſua efficitur mortale pecca-
tum, ſi dicitur ab homine perfecto, nam hoc eſt falſum, quia
perfectio delinquentis non aggrauat peccatum, ſed potius al-
leuiat, niſi in his tribus caſibus, de quibus ſupra dixi. & San-
ctus Thom. ij. ij. quæſtio. cx. articu. vltimo. in fi. expreſſe repro-
bat opinio. illorum, qui dicunt, quòd omne mendacium in vi
ris perfectis eſt peccatum mortale, & concludit, quòd menda
27 cium † officioſum, vel iocoſum, non eſt peccatum mortale
in viris perfectis, niſi forte per accidens ratione ſcandali, &
hoc tene, licet Do. Abb. in capitulo, ſi vero, ſupra eodem. ſecu
tus fuerit glo. in dicto cap. ne quis, ſed male. & iſta faciunt ad
quæſtionem. An magis peccat ille, qui fornicatur cum pul-
28 chra, † vel cum deformi? quam quæſtionem poſuit glo. in ca.
fin. xiiij. quæſtio. vlti. & Dom. Abb. dicit, quòd primo debet at-
tendi maior contemptus, & in dubio magis excuſatur qui ha-
buit rem cum pulchra, quàm qui habuit rem cum deformi,
quia præſumitur magis tentatus, facit de pœniten. diſtinctio. ij.
ſciendum. Sed iſtam quæſtionem determinaui in capit. cum
iuuentute de præſumption. vbi concluſi poſt Beatum Thom.
quòd ille, qui vehementibus paſſionibus inducitur ad formam
29 minus † peccat, quàm ille qui leui tentatione inducitur. & ꝙ
poſſent paſſiones eſſe ita vehementes, quòd nulla pœna debe-
ret imponi. ſed delictum eſſet conditionabile, dummodo nō
perſeueret, vnde vide quæ ibi dixi. Inducit etiam Dom. Abb.
30 iſta ad quæſtionem, an † magis peccet ille, qui publice, an ve-
ro ille qui occulte, quam quæſtionem tetigit glo. in cap. de ho
mine, de celebra. miſſa. quæ dicit, quòd ille, qui peccat occulte
periculoſius in hoc peccat, quia cum delictum ſit occultum,
non habet, qui eum corrigat, ille autem qui peccat manifeſte
alio reſpectu grauius peccat, quia alii inducūtur ſuo exemplo
ad delinquendum, tum etiam quia delictum ſuum tuetur ra-
tionibus, & idem dixit glo. in c. nulli. xxxij. quæſt. iiij. & in c. cle-
ricus ſolus. lxxxj. diſtinct. ſed Iaco. Butr. in l. iij. C. de Summa Tri
nita. & fide catholi. ſubtilius diſtinguit, cuius diſtinctionem ſe-
quitur hic Dom. Abb. vnde dixit, quod aut tractamus de cau-
ſa delicti, aut de effectu delicti. In primo membro facias tres
caſus, Primus eſt, quando conſtat de dolo, & tunc non eſt dif-
ferentia, an delictum fiat palam, an occulte quia vterq; æqua-
liter delinquit. ſed Bald. in præallegata l. iij. dicit, quòd hoc fal-
lit in caſibus in iure expreſſis, vt patet in furibus, quia commit
tens furtum non manifeſtum tenetur in duplum, committēs
furtum manifeſtum tenetur in quadruplum, vt in §. pœna, In-
ſtit. de obligatio. quæ ex delicto naſcun. Secundus caſus eſt,
quando de dolo dubitatur, & ſimus in his, quæ ſunt de genere
prohibitorum, & eodem modo non eſt differentia, quia do-
lus ſemper præſumitur, vt in l. prima. C. de ſicar. & in l. ii. non
conuicij. C. de iniuriis. & hoc ſequitur hic Do. Abb. ſed Bald.
in præallegata l. iij. dicit, quòd hoc eſt verum, niſi ratione exte
31 rioris cauſæ hoc ſit inſpiciendum. Et ponit exemplum † in ra
pina, quæ magis punitur quàm furtum non manifeſtum, non
ideo, quia ſit facta palam, ſed quia eſt maius delictum cū ha-
beat in ſe violētiam, & idem dicit in veneficio, & homicidio:
32 nam † veneficium nō eſt ideo maius delictum, quia fiat clam,
& homicidium palam. ſed dicitur eſſe grauius, quia habet in
ſe quandam proditionem, vt in l. prima. C. de male. & math.
& pro hoc dicitur, ꝙ qui alium venenat, dicitur ipſum occide
re proditorie. & hæc verba nota ad ſtatuta imponentia maio-
rem pœnam occidentibus proditorie Tertius caſus eſt, quan
do non cōſtat, an dolus interuenerit, & ſumus in his, quæ ſunt
de genere permiſſorum, vt in matrimonio, quod eſt licitum in
ſuo genere, ſed in certis caſibus eſt prohibitum, & hoc caſu di
ſtinguit, quòd aut caſus ſit occulte, & clam, & tūc præſumitur
33 † dolus, aut palam, & tunc præſumitur error. allegat l. fin. ff. de
ritu nuptia. & l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. de adulteriis.
In ſecundo autem membro, ſcilicet quando conſideratur de-
lictum ex parte effectus, hoc eſt ex parte pœnæ imponendæ,
& tunc dicit eſſe peius facere palam, quàm occulte, propter
malum exemplum, vt in d. l. iij. & xj. quæſt. iij. præcipue. & præ-
dicta inducit Iacob. Butr. ad quæſtionem talem, quidam frater
34 profeſſus † exiuit ordinem, & contraxit, quærebatur, an inqui
ſitor hæreticæ prauitatis poſſet eum punire de hæreſi, vel co-
gnoſcere, an eſſet hæreticus, vel non, & diſtinxit, quòd aut con
traxit clā matrimoniū, & præſumitur in dolo, & ſic nō eſt hæ-
reticus, quia hæreſis non poteſt eſſe abſque errore. Aut con-
traxit palam, & tunc non præſumitur in dolo. ſed in errore, &
ſic præſumetur hæreticus, quia errat circa ſacramentum ma-
trimonij, & ſic cognitio pertinebit ad ipſum inquiſitorem, &
per conſequens de hæreſi punire eum poterit, & hoc dictum
ſequitur hic Do. Abb. & in præalleg. c. de homine. & de celeb.
miſſ. ſed ego ſemper hoc dictum reprobaui, quoniam inquiſi-
tor non poteſt cognoſcere, niſi de his quæ non ſapiunt mani-
feſte hæreſim, vt in c. accuſatus, §. ſane, de hæret. in vj. Iſtud autē
nō ſapit manifeſte hæreſim, quia poteſt eſſe ꝙ matrimonium
contraxit publice, ſperans impunitatē delicti ex aliqua cauſa,
& ideo cum non conſtat manifeſte ipſum errare in fide, non
pertinet cognitio ad inquiſitorem. Item ad hoc, quòd quis ſit
35 hæreticus, † non ſufficit, quòd quis erret in fide, niſi ſuum er-
rorem contumaciter defendat, de hoc eſt bonus tex. in c. dixit
Apoſtulus, cum capitu. ſequen. & in cap. qui in eccleſia. xxiiij.
quæſtio. iij. quæ iura aperte probant non ſufficere, quòd quis
erret in fide, vel in ſacra ſcriptura, ſeu in his, quæ determinan
tur per ſacram ſcripturam, vel per canones, niſi errorem ſuū
a contumaciter defendat, nolens monitus ſe [a] corrigere, & hoc
probant aperte illi tex. tenet Innoc. & Docto. in cap. j. ſupra de
ſumma Trinita. & fide catholi. & in cap. primo, de hæret. hoc
etiam tenet Archid. in cap. hæreſis. xxiiij. quæſt. iij. & eſt bonus
text. Aug. in xviij. lib. de Ciui. Dei. cap. lj. in princip. cuius eſt ſi-
milis tex. in dicto cap. qui in eccleſia. hoc etiam tenet Sanctus
Thomas ij. ij. quæſtio. xi. artic. ij. in ſolutione tertii argumenti.
& idem tenet gl. in cap. nunc autem. in ver. Marcellinus, circa
me. xxj. diſtinct. & D. Dom. in cap. ij. in j. col. verſi. quæro quot
modis. de hæreticis. in vj. & Do. in ca. ſi decreta. xx. diſtinctio.
& ita ſemel allegaui in cauſa cuiuſdam de Foroiulij, contra
quem, quidam inquiſitor procedebat in ciuitate Venetiarum,
& dum ibi eſſem, feci eum vocare, vt vellet intereſſe coram
Patriarcha Venetiarum, ſed non fuit auſus venire, vnde o-
ſtendi ipſi Patriarchæ, quòd ille iuuenis non erat hæreticus,
poſtea ego reperi Bald. in dicta l. iij. in fine. qui reprobat opi-
nionem Butr. per iſtam rationem, quia non dicitur eſſe hære-
ticus, niſi vellet ſuum errorem pertinaciter defendere. mo-
36 uetur etiam alia ratione, quia error † delinquentis nunquam
tendit ad incluſionem delicti, ſed ad excluſionem, vult dice-
re, quòd vbi ex eo, quòd delictum eſt palam commiſſum
præſumitur error, talis error præſumptus non facit ipſum ma
gis puniri, ſed potius pœna debet mitigari, & alias leuius pu-
niri.

---

A D D I T I O.

a ¶ Adde bonum textum in cap. primo, de ſumma Trinitate, & fide catholica, in vi. vbi dicit, ſi quis temerario auſu, quem textum ibi not. Dom. & Doct. & in glo. prima. §. ſane, ibi pertinaciter affirmare præſumat, de vſur.

niri,hoc probatur in l.ſi adulterium cum inceſtu.ff.de adulter.
vnde nõ eſt dicendum, quòd contrahens matrimoniũ palam
do præſumitur errare debeat magis puniri,quàm ſi contraxiſ-
ſet clam,quo caſu præſumitur dolus, quia error tendit ad ex-
cluſionem delicti,non ad incluſionem, & hoc tene menti.
In ſecunda parte glo.glo.in effectu vult, quòd vbi agitur de
pœna imponenda in foro contentioſo, quòd ſi pœna eſt pe-
37 cuniaria † plus puniuntur nobiles,quàm ignobiles,ſed pœna
corporali plus puniuntur viles,quàm ignobiles, & idem dixit
glo.in d.c.homo Chriſtianus, xl. diſtinctio. & in c.qui contra
pacem.xxiiij.quæſtio.prima.& declarat quis dicatur ignobilis,
de quo vide plene per Bartolum in l.prima. C. de dignitatib.
libro xij. ſed Bald. in dicta l.iij. C. de ſumma Trinita.latius di-
ſtinguit, dicit enim, quòd aut dignitas auget crimen,& tunc
plus debet puniri exiſtens in dignitate, vt in l.presbyteri, C. de
epiſcopis,& clericis.& v.quæſtio.vj.c.presbyteri ſi falſum teſta-
mentũ.nam nobilis,vel in dignitate conſtitutus,productus in
teſtem, ſi deponit idem magis debet puniri etiam pœna cor-
porali,quàm perſona ignobilis,ſeu vilis,quia magis delinquit
nobilis,ſeu conſtitutus in dignitate,ſi dimittit ſe corrumpi, vt
deponat idem, quàm ſi perſona vilis corrumperetur, & per
38 hoc dicit Bald.in fine.quòd in crimine ruptæ †fidei magis de-
bet puniri magnus,quàm paruus, & per hoc dicit, quòd licet
magnates de conſuetudine non ſuſpendantur in furca, vt no-
tatur in l.iij. §. primo. ff.de re milita. hoc tamen fallit ſi com-
mittunt proditionem., nam tunc debent ſuſpendi in altiorib.
furcis. & dicit, quòd ita ſeruatur in regno Franciæ. ſed tu vi-
de Bartolum in l.deſertorem,§.pœnam militum. ff.de re mili.
vbi dicit, quòd ex delicto, ex quo deberet ſuſpendi plebeus,
non ſuſpenditur miles, ſed decapitatur.dicit tamen, quòd in
Francia ſeruatur contrarium, quia quilibet etiam nobilis ſu-
ſpenditur, nec reputatur ibi illa mors ignominioſa, ſicut in
Italia.ſed nota verba Baldi dum dicit,quòd vbi nobilis, vel cõ
ſtitutus in dignitate, committit proditionem,vel crimen, in
quo rumpit fidem,quòd debet plus puniri,quàm ignobilis, vt
probatur in dicta l.presbyteri. C. de epiſcopis, & clericis. Aut
& ſecũdo dignitas minorat delictum, & tunc minuit pęnam,
& de hoc eſt textus in dicta l.iij.iuncta glo. C.de Summa Tri-
nita.& fide catholica. nam ſi conſtitutus in dignitate publice
diſputet de fide mitius punitur,quàm ſi priuatus, quia non eſt
ita magnum delictum,quod conſtitutus in dignitate, vel no-
bilis diſputet de fide,ſicut ſi priuatus, vel ignobilis diſputaret,
quia eſt maior arrogantia diſputare de fide in homine igno-
bili,ſeu vili,quàm ſi eſſet nobilis, ſeu in dignitate conſtitutus.
Aut & tertio dignitas nec auget,nec minorat delictum, &
tunc procedit diſtinctio gloſſæ, quòd aut tractatur de pœna
corporali,& tũc magis debet puniri vilis,ſeu ignobilis, quàm
nobilis,ſeu in dignitate conſtitutus,vel magis pauper, quàm
diues,vt in l.in ſeruorum,ff.de pœnis.& in l.illicitas.ff.de offic.
præſidis.& per hoc dixit Baldus in præcedenti.l.deſertorem.§.
pœna multum.ff.de re milita.quòd ex delicto,pro quo plebe-
ius deberet ſuſpendi nobilis debet decapitari, & hæc proce-
dunt in pęnis non determinatis per legem,vel ſtatutum, nam
vbi pro delicto certa pœna eſt determinata per legem, vel ſta-
tutum,illa pœna eſt imponenda ſiue talis ſit nobilis,ſiue igno
bilis,ſiue diues,ſiue pauper.ſiue ſit conſtitutus in dignitate, ſi-
39 ue non, quia vbi pœna eſt taxata, omnes æqualiter ſunt pu-
niendi,nec habenda eſt diſtinctio perſonarum, vt in l.prima.
§.expilatores.ff.de effractoribus,& expilatoribus.& in capitu-
lo,de cauſis.ſupra de officio delegati.facit l.odia. ff. de pœnis.
& hoc tenet Iacobus Butri.Guili.de Cuneo.& Cynus,& Bal-
dus in dicta l.iij.C.de Summa Trinitate, & fide catholica. &
hoc modo limita iſtam gloſſam, nam gloſſa in fine debet in-
telligi vbi pœna a iure non eſt determinata, quia ſi a iure eſ-
ſet determinata, illa eſſet imponẽda, nec haberetur diſtin-
ctio perſonarum delinquentium, & Bald. in dicta l.iij. indu-
40 cit iſta ad ſtatuta † terrarum diſponentia, quòd duplicentur
pœnæ contra magnates, nam talia ſtatuta ſunt probabilia,
& intelliguntur de pœna pecuniaria,& non corporali, nam
quia magnates magis audent,eis magis eſt obuiandum, vt in
dicta l.presbyteri.C.de epiſcopis, & clericis.in ratione ſui. Et
circa prædicta in prima parte gloſſ. ſcilicet quis magis delin-
quat eodem genere delicti, an religioſus, vel laicus.
Dominus Abbas quærit per contrarium quis magis merea-
41 tur in eodem genere boni,an religioſus, † vel laicus, de quo
allegat gloſſam notabilem in clemẽtina, ſi dominum,in ver.
ſi ipſum, quæ incipit, not.pro forma.de reliquiis, & venera-
tione Sanctorum. quæ concludit, quòd religioſus magis me-
reatur,& idem concludit Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ,
quæſtione lxxxviij.articulo vj. quem omnino vide,quia latius
examinat quàm facit illa gloſſa. In gloſſa in ver. abſoluen-
di.Innocentius,& Ioannes Andræas videntur tenere,quòd ta-
liter iurans non debet loqui patri, donec per ſuperio-
rem fuerit abſolutus, quia tale iuramentum poteſt ſeruari
abſque detrimento ſalutis æternæ. ſuperior tamen poteſt, &
debet relaxare tale iuramentum, quo facto poteſt libere lo-
qui. ſed Dominus Abbas hic ſequitur intellectum gloſ.quòd
intelligatur de abſolutione ad cautelam, vel de abſolutione
facti, ne de facto taliter iurans notetur de tranſgreſſione iu-
ramenti,& allegat capitulum,qui ſacramento,vigeſima ſecũ
da quæſtione quarta. & de pœni. diſtinctione ſecunda. proxi-
mos. in quibus ũidetur probari, quòd tale iuramentum non
valeat. ego dicerem concordando, quòd ſi pater, vel ma-
ter &c. non ſcandalizantur ex tali iuramento, nec indigent
ſubſidiis ipſius iurantis.& tunc ex quo iuramentum poteſt ſer
uari abſque peccato, debet illud ſeruare,nec debet contraue-
nire abſque licentia ſuperioris, tamen ſuperior debet abſol-
uere a tali iuramento, ex quo iuratum fuit temerarie, & hoc
modo poteſt procedere opinio Innocentij, cum qua tranſit
Hoſtienſis,& Ioannes Andræas. Aut ſcandalizantur cum iu-
rante propter tale iuramentum, vel indigent eius ſubſidiis,
& tunc quia non poteſt ſeruare tale iuramentum abſque pec-
cato poteſt contrauenire propria auctoritate. & in hoc caſu
loquitur iſte text. vnde quo ad iſtum textum verius dicit gloſ.
& Dominus Abbas. Item aduerte, quia illud, quod dicitur
de eo, qui iurauit non loqui patri, vel matri,&c. idem dicen
dum eſſet ſi iuraſti non loqui extraneo, vt iuratur, in capitu-
lo, proximos, de pœniten.diſtinctione ſecunda.& vndecima
quæſtione prima, ſicut. & hoc plene examinaui in capitulo,
ſi vero.ſupra eodem.vbi declaraui ea, quæ concernunt ſecun-
dam partem huius capituli. ideo non examinabo ea,quæ tan
gunt hic Butr. & Dominus Abbas, quia ibi dixi, & iſta ſuffi-
ciant.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum monachi clauſtrum abiurantis non valet.*
2 *Monachus licet efficiatur prior,non ob hoc deſinit eſſe monachus.*
3 *Iuramentum monachi contra ſuam profeſſionem non valet.*
4 *Monachus ratione profeſſionis, non tantum ad obſeruantiam regulæ, ſed etiam ad perpetuam ſtabilitatem in monaſterio, in quo profeſſus eſt, obligatur.*
5 *Iurans temerarie propter iracundiam peccat mortaliter.*
6 *Confeſſio facta calore iracundiæ non præiudicat.*
7 *Iracundia an ſit peccatum mortale.*
8 *Verba iniurioſa ira concitatus contra aliquem proferens, peccat mortaliter.*
9 *Conuicium per iram obiectum non eſt habendum pro accuſatione.*
10 *Factum calore iracundiæ non imputatur.*
11 *Blaſphemans abſque deliberatione peccat mortaliter.*
12 *Iracundiæ calor attenuat delictum periurii.*
13 *Iuramentum vt obliget,debet habere cauſam iuſtam.*
14 *Votum factum calore iracundiæ obligat.*
15 *Votum requirit tria, ſcilicet deliberationem, propoſitum, & promiſſionem.*
16 *Iuramentum, &*
*Votum per iracundiam facta an valeant,vbi diſtinguitur.*
17 *Iuramentum indeliberate factum obligat.*
18 *Votum non valet ſi faciens per iram patitur alienationem mentis.*
19 *Renunciatio beneficii ſine licentia epiſcopi facta, quo ad ipſum renunciantem valet.*
20 *Monachi non poſſunt,nec debent viuere ſine clauſtro.*
21 *Literæ abſolutionis monacho, ab abbate non debent concedi, ſi non habet aliud monaſterium paratum.*
22 *Monachus propter delictum poteſt expelli a monaſterio.*
23 *Monachus an ex aliqua cauſa poſſit in totum renunciare clauſtro.*
24 *Abiurare eſt iuramento renunciare.*
25 *Monachus non poteſt vouere ſine licentia ſuperioris.*

## CAP. XIII.

1 SIcut. Non valet iuramentum † monachi clau
ſtrum abiurantis, & ſibi de hoc grauius
pœnitentia imponitur, hoc dicit. communis diui
ſio.Secunda ibi, reſpondemus. Nota primo ex
textu ibi, prior monaſterij, & ibi non licuit mo-
2 nacho ſupradicto, quòd licet monachus † efficiatur prior,
nihilominus non deſinit eſſe monachus. concordat capitul.
final. de ſimonia. vbi Abbas appellatur monachus.& ex hoc
infertur,quòd ſi prior,vel abbas deponatur a prioratu,vel ab-
batia,nihilominus remanet monachus illius monaſterij. ſed
Ioannes Andræ. contrarium determinauit in capitulo, cum
ad monaſterium, de ſtatu monachorum. & idem conſuluit
Federicus de Senis conſilio decimonono. vbi latius proſequi-
tur,de quo etiam per Ioannem de Lign.in clemen.ne in agro,
de ſtatu monachorum.& But.tenuit primum dictum in dicto

cap.cum ad monaſterium, & hoc etiam ſequitur hic D.Abb. & hoc etiam per D.Abb.in c.ad apoſtolicam,de regu.vbi etiã examinaui in ſcriptis meis.Secundo no.ꝙ non valet iuramẽ-
3 tum † monachi contra ſuam profeſſionem. & ex hoc arguit D.Abb.ꝙ non valet iuramentum contra votum, idem ſentit But.in ij.no.colligit enim ex hoc tex.ꝙ non valet iuramẽtum contra votum præcedens, quia nõ poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ. nam poſtquàm vouit, eſt obligatus ad votum implendum, & peccat ſi eſt negligens in ipſo implendo, vt in c.licet.ſ.de voto. vnde tale iuramentum de non implendo votum continet in ſe peccatum, & per conſequens non valet.

Tertio no.ibi,in clauſtro eiuſdem monaſterij,&c.iuncto ſi. capituli,ꝙ monachus ratione profeſſionis non ſolum obliga-
4 tur ad obſeruantiam regulæ, † ſed etiam ad perpetuam ſtabilitatem in monaſterio,in quo profeſſus eſt,vnde non poteſt recipi per abbatem alterius monaſterij, etiã eiuſdem monaſterij,niſi proprius abbas conſentiat. & idem dicendum in aliis religioſis, & etiam in monaſterijs monialium eadem ratione, & vidi obſeruari in practica, ꝙ quando epiſcopi transferunt moniales ad alia monaſteria eiuſdem regulæ, ex aliqua cauſa probabili vrgente,ꝙ moniales,quæ ſic transferuntur ꝓmittunt perpetuam ſtabilitatem in monaſterio, ad quod ſunt translatæ, & obedientiam abbatiſſæ illius monaſterij, & hoc nota,vt ſcias practicare iſtud capitulũ, facit c.qui vere.xvj.q.j.

Quarto nota,ꝙ temerarie iurans peccat mortaliter, etiam ſi in præſtatione iuramenti interuenit iracũdia,vt quia ex iracundia inductus fuit ad iurandum,& tali iniungitur pœnitentia,ſicut pro peccato mortali,vt patet ex text.ex quo infertur,
5 ꝙ iurans † temerarie propter iracundiam incurrit peccatum mortale,quod dicit D.Abb.eſſe notandum.dicit tamen,ꝙ iracundia minuit culpam, licet eam totaliter non excludat.allegat ij.q.iij.§.notandum,ad finem.& l.j.C.ſi quis impe.male.& in c.inebriauerunt.xv.q.j.allegat etiam glo.not.in c.ex literis,
6 de diuor.quæ dicit,ꝙ † confeſſio facta calore iracundiæ, non præiudicat niſi detur perſeuerantia, ſed pro declaratione dic, ꝙ aut quæris,an ſola ira, vel iracundia ſit peccatum mortale.

Aut quæris,nunquid ſi cum ira, vel iracũdia eſt admixtum iuramentum temerarium continens illicitum, ſit peccatum mortale. Quo ad primum tex. in §. alias ea demum.xxv. di-
7 cit,ꝙ iracundia † non eſt peccatum mortale, niſi longo tempore teneatur,& intellign ꝙ tenetur longo tempore,quando durat vltra occaſum ſolis,vt dicit Apoſtolus, Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.vnde Hyeron.in prima epiſtola ad Demetriadem virginem,in xvii.col.Apoſtolus ediſſerens, Sol inquit, non occidat ſuper iracundiam veſtram, quia & iraſci hominis eſt,& finem iracundiæ ponere Chriſtiani. San.Tho. ij.ij.q.clviii.arti.iij.ſimpliciter dicit,ꝙ ira eſt peccatum veniale ſiue quis ex ira ſit ita agitatus,ꝙ neſciat quid faciat,ſiue etiam ſciat quid faciat etiam ſi nimis ardenter iraſcitur interius, vel ſi exterius oſtendat nimis manifeſte ſigna iræ, & dicit hoc procedere,ſi appetat in aliquo modico ſe vindicare, puta ſi parũ trahat aliquem puerum per capillos,vel aliquod huiuſmodi, & dicit hoc procedere, niſi ex vehementia iræ aliquis excidat a dilectione Dei,& proximj,& ſic vult San.Tho.ꝙ ira non ſit peccatum mortale,etiam ſi tempore iræ velit ſe parum vindicare,dummodo non excidat a dilectione Dei,& proximi,vnde ſi tempore iræ percuteret,vel vulneraret illum, contra quẽ eſt concitatus,non excuſaretur a peccato mortali,eodem mo
8 do ſi diceret verba iniurioſa † ei contra quem eſt concitatus, quia hoc modo excideret a dilectione proximi. Item hoc nõ eſſet parum ſe vindicare, ſed enormiter,vnde non eſſet peccatum veniale,ſed mortale,puto etiam ꝙ verba Sancti Thomę debent intelligi quãdo talis ira finitur ante occaſum ſolis,nec obſtat prædictis c.ſi quis iratus,ij.q.iij.vbi dicitur, ꝙ ſi quis ira-
9 tus conuicium alicui obiecerit, † non eſt habendum pro accuſatione.ſed debet ei dari tempus deliberandi, & ſi reſipiſcens noluerit reiterare. aut ſcribere non eſt reus criminis, & hoc clarius videtur probari ea.q.§.notandum.in fine.vbi tex.dicit, ꝙ inconſultus calor caret vitio calumniæ, & ob hoc nullam pœnam irrogari oportet,& idem dixit text.in l.j.§.quæri poſſet.ff.ad Turpilianum nam illud procedit quantum ad hoc vt talis non puniatur tanquam calumnioſe accuſauerit,non autem,ꝙ non peccet mortaliter.Specu.tamen in titu.de accuſat. §.j.in fi.ij.col.verſi.quid ſi te vocaui latronem,dicit, ꝙ ille,qui calore iracundiæ alicui dicit verba iniurioſa,non punitur, primo enim dicit,ꝙ ſi tu vocas me latronem, & ego te, vterque poſſumus agere actione iniuriarum,nec vnum delictum compenſatur cum alio,& poſtea dicit,ꝙ quidam dicunt, ꝙ ſi prouocaui dicto vel facto ad iram, propter quod mihi iniuriaris dicto,vel facto,non debes ex hoc mihi condemnari. & alleg. l.j.§.cum arietes.ff.ſi quadru.paupe.feciſ.dicatur. & quia quod
10 calore iracundiæ †fit,non imputatur.ij.quæſt.iij.ſi quis iratus. & §.notandum.in fine.& in l.prima.§.quæri poſſet. ff.ad Turpilianum. ſed intellige Specu. quo ad pœnam fori contentioſi,ſecus quo ad pœnam fori pœnitentialis,& iſtud dictum Specu.recitaui io.cap.fin.de adulter. vbi illud dictum examinaui. & vide quæ dicam infra eodem,veniens. Quo ad ſecundum dic,ꝙ ſi aliquis calore iracundiæ temerarie iurat, non excuſatur a peccato mortali, & hoc probatur hic, nam iurando illud quod eſt illicitum, excidit a dilectione Dei, & ſic peccat mortaliter,hoc tamen intelligo procedere, quando intelligit ſenſum verborum, quæ dicit, alias non peccaret mortaliter, pro hoc allego notabilia verba Sancti Thomæ, quæſtio.xiij.
11 articu.ij. in fine.vbi quæri.an † ſi quis blaſphemat abſque deliberatione,peccat mortaliter,& dicit,quòd dupliciter hoc poteſt procedere, vno modo, quòd aliquis non aduertat illud quod dicit eſſe blaſphemiam, quòd poteſt contingere, quando aliquis ſubito ex aliqua paſſione prorumpit in verba imaginata, quorum ſignificationem non conſiderat, & tunc eſt peccatum veniale,& non habet proprie rationem blaſphemiæ.alio modo,quando aduertit illud quod dicit eſſe blaſphemiam, conſiderans ſignificationem verborũ, & tunc non excuſatur a peccato mortali,ſicut nec ille, qui ex ſubito motu iræ occidit, vel vulnerauit aliquem iuxta ſe ſedentem, vnde puto idem eſſe dicendum in caſu huius capituli. Nam ſi quis calore iracundiæ ductus iurat aliquid facere illicitum nõ conſiderans ſignificationem verborum propter vehemẽtiam caloris iracundiæ, & tunc non peccat mortaliter, ſed venialiter,aut intelligit ſignificationem verborum, quæ profert ſciẽs illa verba continere iuramentum,& illud,quod iurat eſſe illicitum,& tunc calor iracundiæ non excuſat a peccato morta-
12 li,dic tamen,quòd calor iracundiæ attenuat delictum † periurij,licet non excuſet ex toto,quia quanto quis cum maiori deliberatione iurat, tanto grauius eſt periurium, vt dicit Sanct. Thom.quæſt.xcviij.artic.iij.in fine. & per conſequens vbi minor eſt deliberatio,ibi leuius eſt periurium, ſed minor eſt deliberatio in iurando,quando quis mouetur calore iracundiæ, quàm ipſa iracundia ceſſante, ergo vbi datur iracũdia eſt peccatum leuius tam in iurando, quàm iuramentum tranſgrediendo,& hoc not. & hoc modo declara iſtum textum, & facit ad ea,quæ ſtatim dicam. Secundo quæro,quid ſi iſte non fuiſſet profeſſus,an tale iuramentum valuiſſet?& Ioannes Andræ. hic in ver. profeſſionis. dicit, quòd ſi temerarie, & calore iracundiæ iuraſſet,quòd eodem modo iuramentum fuiſſet illicitum,& hoc probat iſte text.ſi verbum, maxime ſtat proprie,quia ſecũdum propriam ſignificationem importat,idem in caſu contrario,vt dicit glo.in capitulo,auditis.in ver. maxime,de electio.& in capitulo,ſponſa,de ſponſal. vbi dixi, vnde iſte textus ſe fundat in temeritate iuramenti,dicens, quòd nõ licuit iſti monacho facere temerarium iuramentum, maxime cum frangeret fidem profeſſionis &c. ergo idem eſſet dicendum ſi non frangeret fidem profeſſionis, dummodo iuramentum eſſet temerarium,ſed ſi ex cauſa,& cum deliberatione iuraſſet,puta quòd nunquam intraret domum talis mulieris,quam turpiter adamauit,nam tale iuramentum ſecũdum cum eſt ſeruandum, licet a talibus iuramentis ſit cauendum, quia abiurans de facili incidit in periurium,vt in capitulo,clericos.& in capitulo,ſicut,de cohabitatione clericorum,& mulierum. Sed aduerte, quia in caſu huius capituli iuramentum omnimodo fuiſſet illicitum,etiam ſi fuiſſet intra annum probationis, quia iurans non facere profeſſionem illicite iurat,cum tale iuramentum ſit impeditiuũ boni faciendi,iuxta ea,quæ dixi in capitulo,ſi vero,ſupra eodem. niſi dicas, quòd potuiſſet eſſe licitum,quia forte conuerſatio cum illo G. monacho,de quo in textu,erat ſibi damnoſa, quia forte præbebat ſibi cauſam peccandi, vnde ſi cum deliberatione iuraſſet animo intrandi aliud monaſterium, & profeſſionem ibi faciendi, vel vt potius extra monaſterium in ſeculo ſecundum Deum viueret,quàm in clauſtro Deum offenderet,tunc iuramentum fuiſſet licitum, ex quo ex cauſa,& cũ deliberatione iurauit. ſed not.verba Ioan.An.quia vult ad hoc vt iuramen-
13 tum † obliget, requiri quòd cauſa iurandi ſit iuſta, & ꝙ cum deliberatione iuretur, ex quo infertur, quòd ſi aliquis calore iracundiæ, iurat aliquid quod in ſe eſt licitum tale iuramentum non obligat,ſed Butr.dicit,quòd tutius eſt,quòd ſeruetur tale iuramentum, ex quo poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, de iure autem dicit ſe credere, quòd ſi calor iracundiæ fuit tantus,quòd illud deliberate non feciſſet, cum hæc voluntas non ſit diſcreta,tale iuramentum non eſt obligatoriũ, vel ſi eſt,de facili per epiſcopum eſt commutandum, & allegat Rayner. in ſumma de iuramento,in principio. Do.autem Abb.in capitulo,ſi vero,ſupra eodem.ſequutus fuit iſtam opinionem But.& dicit etiam hoc eſſe de mente Io.And. ſed hic arguit de voto ad iuramentum, & aſſumit q̃d. An ſi fiat vo-
14 tum † calore iracundiæ obliget. & allegat glo.no. in c. dudum. in ver.calore,de conuer.coniug.quæ dicit, quòd votum emiſſum

ſum calore iracundiæ non obſtat.Sed Ioan.And.ibi dicit, ꝙ il
la glo. procedit quando eſt talis,& tanta turbatio,quod ſapit
quandam mētis alienationem, ex multo furore,alias votum
non impeditur,quia ea,quę ſunt in ſe bona non indigent de-
liberatione.& de hoc eſt tex.cum glo.in c. ſunt qui opes.xvii.
q.iiii.vbi patet,quod valet votum factum tumultuario men-
tis affectu, & ſic idem erit dicendum in iuramento cum pro-
cedant a pari,vt no.ſ. eodem.c. j.& c.debitores.ſed D. Abb.al-
legat in contrarium S.Thom.ii.ii.q.lxxxviii.arti.j. vbi dicit,ꝙ
15 tria† requiruntur ad votū ex neceſſitate,primo deliberatio, ſe
cundo propoſitum voluntatis,tertio promiſſio.& dicit, ꝙ ali
quando duo adduntur ad confirmationem ipſius voti.ſ. pro-
nunciatio oris,ſecundum illud Pſalmi.reddam tibi vota mea
quæ diſtinxerunt labia mea. & iterum ſolet addi teſtimoniū
aliorum ; quod eſt quædam teſtificatio promiſſionis ſponta-
neæ,quod Deo fieri debet,& hoc modo intellige Do.Abb.in
c.peruenit.ii.ſ.eodē.vbi dixit,quod propoſitum obligat, ſicut
votum,nam debet intelligi,quando illa tria concurrunt, & ſi
votū nō ſit verbis expſſum,quia ſolū illa tria ſunt de neceſſita
te.& iſta verba S.Thom.refert Ioan.And.in c.literatura.ſ. de
voto.Vnde D.Ab.dicit idem eſſe in iuramento, & allegat ad
hoc glo.in d.c.ex literis.de diuor.q dicit, quod confeſſio facta
calore iracundiæ non præiudicat, vnde ſi non præiudicat con
feſſio ergo nec iuramentum.vnde concludit, quod iuramen-
tum factum ex abrupto non obligat, quia non habet in ſe
conſenſum,dicit tamen,quod ad cautelam poteſt peti abſolu
tio,quę de facili eſt indulgēda. Sed ego in hoc paſſu iſtos duos
16 artic.diuido,primo an valeat iuramentum† factum calore ira
cundiæ. Secundo,an valeat votum. Et ad primum ego cre
do eſſe diſtinguendum, vt dixi in vltimo no. in illo articu.an
calor iracundiæ excuſet iurantem temerariæ a pecato morta.
vnde puto eodem modo dicendum quantum ad hoc, an iu-
ramentum obliget.nam ſicut calor iracundiæ non excuſat a
peccato mortali,quando aliquis blaſphemādo intelligit ſen-
ſum verborum quę profert,eodem modo dicendum eſt quan
tum ad obligādum iurantem, vt ſeruet vinculum iuramenti,
& pro hoc ergo allego S.Thom.xcviii.q.art.iii. in fine.vbi di-
cit, quod ille qui iurat falſum ex lapſu linguæ non excuſatur
a peccato mortali,ſi aduertat ſe iurare & falſum eſſe,quod iu
rat,& dicit etiam,quod nō excuſatur a cōtemptu Dei.Sinau-
tem nō aduertat ſe iurare non videtur habere intētionem iu
randi,& ideo excuſatur a crimine periurii,vnde ſicut ille, qui
indeliberate ex lapſu linguæ iurat falſum non excuſatur a cri-
mine periurii.nec a Dei contemptu,ſi aduertat ſe iurare,& fal
ſum eſſe, quod iurat eodem modo , qui iurat in caute iura-
mēto promiſſorio tenetur ſeruare illud quod iurat,alias icur-
rit crimen periurii, & pro hoc facit , quia ſicut iuramentum
aſſertorium debet hr̄e in ſe veritatem,ita etiam iuramentum
promiſſorium debet habere veritatem , vt iurans impleat il-
lud,quod promiſit per iuramentum,vt dixi ſ.eodem. ſi vero.
immo plus peccat veniens contra iuramentum promiſſoriū,
quam iurans falſum.In iuramento aſſertorio,vt dixi in c. que
relam.ſ.eodem.ſuper glo.ii.& pro hoc facit, quia quando ali
quis iurat per metum tale iuramentum eſt indeliberatum. &
ipſum tranſgrediens peccat mortaliter,vt dixi in d.cap.ſi vero.
nec fieret abſolutio a tali iuramento, niſi contineret turpitu-
dinem ex parte recipientis , vnde eodem modo debemus di-
17 cere,quod iuramentum† indeliberate,ſeu ex calore iracundię
factum obliget,& pro hoc allego bo.text.xxv.diſtinct.§.alias
ea demum.in fine.vbi dicitur, quod incautum iuramentum,
tunc continet peccatum veniale,& excuſat a mortali, quādo
iurans non poteſt propter aliquam veritatem implere iura-
mentum,ergo ſi poſſet illud implere teneretur illud implere,
aliter nō excuſaretur a periurio,& hoc aperte dicit ibi ille tex.
licet glo.ibi illum deſtruat,& hoc quo ad primum. Fateor ta-
men,ꝙ vbi ex iuramento incauto quis graue damnum incur
reret,quod epiſcopus talem poſſet abſoluere. per no.in c.quā
to.ſ.eo.& ſ.c.veniens.Quo ad ſecundum ego idem dico & ſe
quor opi.Ioan.An.in præale.c dudum.de conuer.coniug. ſ. ꝙ
aut vouens calore iracundiæ tantum turbationem patitur,ꝙ
18 mente eſt alienatus,& tunc† votum non obligat, aut non pa
ritur mētis alienationem, & tunc obligat,de hoc eſt tex.cum
glo.in d.c.ſunt qui opes.& pro hoc allego bo.tex.in c. ſicut te
nor.& in capit.ſicut nobis.de regularib.in quibus tenet, quod
votū emiſſum timore mortis dummodo vouens non patia
tur mentis alienationem obligat , & talis eſt compellēdus ad
votum implendum,nec obſtat illud, quod dicit S.Tho. in lo-
co præal.nam S.Thom.debet intelligi, quando votum nō eſt
verbis expreſſum,ſed in mente conceptum . Sed ſi votum eſt
expreſſum verbis tunc in foro eccleſiæ compellitur illud per-
ficere, quia creditur ex deliberatione procedere , licet calore
iracundię,vel aliter indeliberate quis voueat, quia ex quo vo-
tum eſt verbis expreſſum præſumitur, quod vouens delibera-
te fecerit, etiam ſi illo tempore fuit iratus,vel cōſtitutus in pe
riculo mortis.ad hoc ſentit Ioan.And.in d.ca.literaturam.de
vot. Vnde conclude, ꝙ aut votum non eſt verbis expreſſum,
& tunc non obligatur,niſi illa tria concurrant, vbi autem eſt
verbis expreſſum,tunc indiſtincte obligatur, niſi talis eo tem-
pore habuerit mentis alienationem.& hoc probāt iura alleg.
ꝙ hoc modo intellige S.Thom . Secundo quæro nunquid
valeat ſaltem iuramētum, quo ad ipſum monachum q abiu-
19 rauit clauſtrum,ſicut valet† renunciatio beneficii facta ſine li
centia epiſcopi,quo ad ipſum renunciantem, vt in ca.admo-
net.& in c.quod in dubio.de renun.Inn.& Hoſt.dicunt , ꝙ nō
quia illa iura loquuntur in clericis ſecularibus,qui poſſunt eſ
20 ſe ſine eccleſiis,monachi vero nec poſſunt† nec debet viuere
ſine clauſtro,vt in c.ſi cupis.& in c.placuit. xvi.q.j. & ſubdūt,
ꝙ Abbas nūquam debet dare literas abſolutionis monacho
ſuo,niſi prius habeat aliud monaſterium paratum. Sed ſi ha-
bet aliud monaſterium paratum , tunc bene licet ei dare lite-
21 ras† abſolutionis quo facto nihil habet commune cum prio
ri monaſterio,& ſic dn̄t debere intelligi.xix. qō.iii. ſtatuimus.
lviii.diſtin.c.ii.& iii.xvi.q.iii.ca. ſi quos.& c.ſeq.Sed dn̄t,ꝙ hoc
male ſeruatꝰ de facto,& remittit ſe Ioan.An.ad no. in ca.ſi.de
regula.& ſ.de renun.c. vlti. & verum dn̄t,quod male ſeruatur
de facto. nam vidi literas mihi oſtenſas per monachos licen-
tiatos a monaſteriis,quibus dabatur licētia ingrediendi aliud
monaſterium,& eis mandabatur, quod infra certum tempus
inuenirēt monaſterium,& quod ingrederētur,& ſic tales fue-
runt licentiati,licet non haberent monaſterium paratum ad
eos recipiendos,dic tamen,quod licet male faciat abbas abſol
uēs monachum vt vadat ad aliud monaſterium, niſi illud ha
beat paratum,& conſtet,quod illum velit recipere,nihilomi-
nus valet conceſſio licentiæ,hoc tenuit Inno.& Io. And.in d.
c.vlti.ſ.de renun.de quo vide glo.in cle. penul.in glo. fi.de ele.
22 dn̄t etiam Inno.& Hoſt.& Ioan.And. quod† monachus pro-
pter delictum poteſt expelli a monaſterio,vt no. in c.quanto.
de offic.ord.& debet puniri pœna recluſionis in ergaſtulo,&
de ſimo.dilectus.& c.quoniam.& c.veniens.ii.de regu.c.fi.
23 Vltimo quæro an ex aliqua cauſa poſſit † monachus renū-
ciare in totum clauſtro ſuo,dic,quod non,niſi obtentu maio
ris religionis petita tamen licentia a ſuperiore , licet non ob-
tenta,vt in c.licet.de regularib.ad tempus vero poteſt exire,&
extra morari abbate hoc ex cauſa præcipiente,vt ſ.eodem. ex
reſcripto.& idem in caſu.ca.ii.ne cle.vel mona.in vi.ſ. quando
eſt in ſtudio , nam poteſt eſſe in ſtudio de licentia ſuperioris,
24 vt ibi dicitur. In glo.ii.ibi abiurare eccleſiam dic, ꝙ† abiura
re eſt cum iuramēto renunciare,ſeu repudiare,vt in c.audita.
25 & in c.accepta.de reſti.ſpolia.& dicit Ioan.And.quod† mona
chus non poteſt vouere ſine licentia ſuperioris, allegat bonū
tex.in c.monachum.xx.q.iiii.de quo vide S.Thom.q.lxxxviii.
arti.viii.vbi concludit, quod monachus nullum poteſt facere
votum ſine conſenſu abbatis,dicit tamen,quod nō peccat vo
uēdo,quia in eius voto intelligitur debita conditio, ſcilicet ſi
placuerit ſuperiori, & idem dicit in filio , & in quocunque
alio ſubiecto poteſtati alterius, de quo dic,vt ibi per eum, &
iſta ſufficiant.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vaſallus qui iurauit prelato,ſucceſſorib.iurare non cogitur.*
2 *Verum qui dicit non laborat.*
3 *Veritatis magna eſt ius , quæ omnia ingenia caliditates , & aſtutias ſuperat.*
4 *Simplicitas commendatur,ea maxime quę cum diſcretione eſt.*
5 *Simplicitas quæ eſt dolo contraria commendatur.*
6 *Regnum Siciliæ eſt de Imperiali iuriſdictione eccleſię.*
7 *Iuramentum factum alicui ſub nomine dignitatis ad ſucceſſores tranſit.*
8 *Verbum pro tempore ſignificat tempus infinitum.*
9 *Iuramentum quando tranſit ad ſucceſſores non eſt iterandum.*
10 *Iuramentum an ſit reale vel perſonale ex parte recipientis, vt extendatur ad ſucceſſorē,vel ſit perſonale,vel reale ex parte iurantis,vt obliget ſucceſſorem iurantis ad periurium examinatur.*
11 *Inueſtitura eſt renouanda,licet iuramentum non ſit iterandum.*
12 *Preceſſor non poteſt auferre aliquam vtilitatem, nec damnificare ſucceſſorem.*
13 *Iuramentum præſtitum nomine proprio, quale ſit.*
14 *Iuramentum ſimpliciter factum ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſores, quamuis de ſucceſſoribus nulla fuerit facta mentio.*
15 *Epiſcopus in conſecratione ſua iurat fidelitatem papæ.*
16 *Iuramentum præſtitum ſimpliciter eſt in perſona ſucceſſoris iterandum de vaſallo intelligendo .*
17 *Scholaris iurans obedire rectori , an debeat iuramentum iterare ſucceſſori*
18 *Heres non obſeruando iuramentum defuncti , pro ſe, & ſucceſſoribus factum,non efficitur periurus.*
19 *Anima ſine proprio conſenſu ligari non poteſt.*
20 *Iuramentum ſemper eſt perſonale ex parte iurantis.*

21 *Minor*

21 *Minor iurans, non poteſt petere reſtitutionem in integrum.*
22 *Iuramentum ſicut iuranti prodeſt, ita quoq; eius ſucceſſoribus.*
23 *Iuramentum ſemper eſt intelligendum ex parte illius cui iuratur.*
24 *Promiſſio obedientæ an ad ſucceſſores extenditur.*
25 *Mala nullo modo ſunt facienda.*
26 *Peccatum non eſt faciendum, etiam quod fieret ad aliquod periculum euitandum.*
27 *Iurans eccleſiæ puta Paduanę perinde eſt, ac expreſſum fuiſſet, vel ſucceſſoribus.*
28 *Homagium quid ſit.*

## CAP. XIIII.

1 VEritatis. Vaſallus † qui iurauit prælato ſuc-
ceſſoribus iurare nõ cogitur, hoc
dicit communis diuiſio. ſecũda ibi reſpondemus.
No. primo principium huius decret. quod quo-
2 tidie allegatur, ſ. quod qui verum † dicit non laborat. & Ioan.
Andr. hic allegat Hyeron. ad Ruſticum, vbi dicit, quòd veritas
angelos non amat, nec quęrit ſuſurrones, & Iſidorus de ſum
mo bono ita exclamat dicens. O quam magna eſt vis veri-
3 tatis, † quę omnia ingenia caliditates, & aſtutias ſuperat quæ
contra ficta ſimulataque figmenta, ſe ipſam deffendit, quæ
denique poſt Deum colenda eſt, quia proxima Deo eſt, imo
Deius eſt via, veritas, & vita, magna eſt ergo virtus veritatem
colere, ſi poſt Deum eſt colenda, immo omnis qui colit veri-
tatem Dei amicus eſt, vnde Ioannis. xviii. ca. Omnis qui eſt ex
veritate audit vocem m eam, qui ergo veritatem amat Dei
4 præcepta ſeruat. Secundo no. quòd ſimplicitas † commen-
datur, vnde ſimplicitas eſt amica fidei, vt in ca. firmiter. ſup. de
ſumma Trini. Item eſt amica legis, vt inſtitu. de legit. agno.
ſucce. §. ſed quia ſane. ibi ſed ſimplicitatem legibus amicam.
Aliquando tamen ſimplicitas reprobatur, quia repellit a pro
motione, 39. diſtinct. Petrus. ſed illud c. loquitur de ſimplicita-
5 te quæ caret diſcerione. † Simplicitas enim contraria dolo
bene commendatur, vt in c. ſi cupis. xvi. q. j. & ibi vide bonam
glo. de hoc reprobatur ergo ſimplicitas contraria diſcretioni,
& repellit a promotione, vt in dicto c. Petrus. ſed illa q̃ eſt cõ
traria dolo commendatur, vt in dicto c. ſi cupis. Tertio no.
6 iuncta glo. quòd regnum Siciliæ † eſt de temporali iuriſdictio
ne eccleſiæ, vt dicit Hoſtien. & Ioan. And. ꝙ non ſolum debet
fidelitatem, ſed etiam homagium Romanæ eccleſiæ, de quo
vide bon. tex. in clemen. paſtoralis. in §. rurſus. de re iudic. & ibi
glo. in ver. homoque ligius. vide etiam bo. tex. iuncta gloſſ. j. in
c. tibi domino. lxiii. diſtin. & in c. ad apoſtolicæ. de re iud. in vi.
7 Quarto no. quòd iuramentum † præſtitum alicui ſub nomi
ne dignitatis tranſit ad ſucceſſorem, & perinde obligatur iu-
rans ſucceſſori, ac ſi ſibi iuraſſet. Quinto no. in ver. pro tem
8 pore, iuncto dicto Bal. ꝙ verbũ † pro tpe ſignificat tp̃s ĩfinitũ,
hęc. n. eſt mẽs lr̃ę, ꝙ ĩ infinitũ teneat̃ facere fidelitatẽ ſucceſſo
rib. quod nota. quia hoc verbum ſæpe in inſtrumentis, & in
ſententiis, & reſcriptis inſeritur. Vltimo not. quòd quando
9 iuramentum † tranſit ad ſucceſſorem non eſt iterãdum, ĩ pſo
na ſucceſſoris, ratio, quia iuramentum non eſt præſtandum,
niſi ſubſiſtente neceſſitate, vt ĩ. eodem. & ſi Chriſtus. ſed non
ſubeſt neceſſitas, ex quo iuramentum non obligat iurantem
ſucceſſori illius, qui recipit iuramentum. In gl. iii. glo. opponit
contra tex. de c. ſæpe longinquitate. xii. q. ii. vbi videtur proba-
ri, ꝙ liberti eccleſiæ teneãtur facere chartulas ſingulis ſucceſ-
ſoribus prælati, qui eos manumiſit. & gloſſ. iſta ſoluit duobus
modis, primo, quòd iſtud c. continet ſpecialem indulgentiam.
& iſtum intellectum etiam ſenſit gloſſ. j. Ex quo no. ꝙ iura
mentum fidelitatis poteſt de gratia remitti tamen iſta ſolu-
tio non colligitur ex litera, & eſt contra tex. Secunda ſolu-
tio glo. eſt, quòd iſte text. debet intelligi, ꝙ vbi quis iurauit do-
mino & ſucceſſoribus ſuis. nam tunc non compellitur, iterũ
iurare, ita loquitur hic ratio eſt, quia iuramentum eſt perpe-
tuum ex parte recipientis. Contraria vero loquuntur, quan
do iuratum fuit ſimpliciter, vnde in hac materia diſtingue, &
facias duo membra principalia. Primum eſt, an iuramentum
10 ſit † reale ex parte recipientis, ita quod extendatur ad quemli-
bet ſucceſſorem ipſius recipientis. Secundum an ſit perſona-
le, vel reale ex parte iurantis, & vtrum tale iuramentum obli
get ſucceſſorem iurantis ad periurium. Circa primum But.
& D. Abb. faciunt tres caſus. Primus eſt, quando fit mentio de
ſucceſſoribus, & hoc caſu iuramentum eſt reale, & tranſit ad
ſucceſſores, nec tale iuramentum eſt amplius iterandum, cũ
ſit iuramentum, niſi ex neceſſitate, vt ĩ. eo. & ſi Chriſtus. & di
cit But. quod hoc procedit in fidelitate, & in liberto eccleſiæ,
& in quacunque alia materia. Dicunt tamen Doctor. ꝙ licet
11 iuramentum non ſit repetẽdum, tamen † inueſtitura eſt reno
uanda, ne contingat, ꝙ pereat memoria contractus, & hoc
probatur in d. c. longinquitate. xii. q. ii. facit ca. j. de procur. hoc
etiam tenet hic Bald. nam dicit, quod licet non teneatur iura
re ſucceſſoribus, tamen tenetur petere inueſtituram a ſucceſ-
ſorib. & ei ſoluere laudemium pro renouatione feudi, & ſub
dit, quod præceſſor non potuit damnificare ſucceſſorem in
hac vtilitate conſequenda, allegat c. ii. ĩ. de præca. & ca. fi. infra
ne præla. vices ſuas. & l. ſi ſeruus communis Meuij. §. fina. ff. de
ſtip. ſeruo. & l. diuortio. ff. ſol. matrimo. & l. defuncta. ff. de vſu-
fruct. & l. ſi quis domum. §. j. ff. loca. No. bene verba Bald. &
12 iura quę allegat, quia vult, quod præceſſor † non poteſt au-
ferre aliquam vtilitatem, nec in aliquo damnificare ſucceſſo-
rem, nam Bal. contrarium dixit in l. iubemus. C. de ſacroſanc.
eccle. vbi dicit, quòd ſi prælatus ſuadente vtilitate eccleſię lo-
cat fundum eccleſiæ pro x. annis, & recipit integram penſio-
nem omnium annorum, deinde moritur vel cedit ante fructũ
temporis locationis, nunquid ſucceſſor teneatur ſoluere pẽ
ſionem ſucceſſori pro tempore, quo ipſe prælatus ſucceſſit in
beneficio. & Bal. in præal. l. iubemus, dixit, quod nõ, ſed quod
debet conuenire hæredem ipſius præceſſoris. Sed illud, quod
dicit hic eſt verius, & probatur in iuribus ſupra allega. & iſtud
examinaui in ca. ex literis. ſ. de proba. & ibi adde hoc dictum
Bal. vt ipſum intelligas fuiſſe contrarium. Si enim non poteſt
damnificare ſucceſſorem, nec vtilitatem aliquam ei auferre,
ergo non poteſt recipere penſionem, niſi pro tempore in quo
eſt translatus, alioquin damnificaret ſucceſſorem. Si hæres p̃-
lati, vt communiter contingit, diceret ipſum prælatum mor-
tuum nihil in bonis reliquiſſe, & communiter ipſi prelati
non habent heredes, quia omnia quæ acquirunt ſunt eccle-
ſiæ. nam vt plurimum carent patrimonio & rari ſunt, qui
lucrẽtur ex induſtria. Item facilius prælatus poteſt inducere
conductorem ad ſoluendum, quam hæredem præceſſoris, &
conueniẽdus eſt eis hr̃e conductores obligatos, quam hære-
des ipſius prçceſſoris, vnde non eſt dicendum, quod præceſſor
potuerit præiudicare ſucceſſori, quod non poſſit compelle-
re cõductorem ad ſoluendum penſionem pro tempore quo
durauit locatio poſtquam ipſe prælatus ſucceſſit in dignitate,
vnde tene illud quod dicit hic Bald. tanquam verius, de quo
plene dixi in d. c. ex literis. Secundus caſus eſt, quando iura-
mentum fuit præſtitum ſub nomine proprio, & tunc tenetur
iterato iurare ſucceſſori, quia iuramentum ad ipſum non ex
13 tenditur, & dicit D. Abb. quod iuramentum † dicitur perſona-
liter prçſtitum, quãdo fuit præſtitum ſub nomine proprio, pu
ta, iuro præſtare fidelitatem vobis domino Petro &c. vel ſi
fuerit appoſitum aliquod verbum perſonale, puta, promitto
tibi vobis vel c. dicit tamẽ, quod ſi is cui fuit iuratum remoue
retur a dignitate non teneretur iurans amplius ad obſeruan-
tiam iuramenti, de hoc eſt tex. in c. venerabilem. de elect. in fi.
Tertius caſus eſt, quando iuramentum fuit ſimpliciter prę
14 ſtitum † ſub nomine dignitatis, & hoc caſu dicit D. Ab. quod
iuramẽtum trãſit ad ſucceſſores, quamuis de ſucceſſorib. nul-
la fuerit facta mentio, vt ſi dixero promitto obedire epiſcopo
Senen. vel Romano Pontfi. &c. quia dignitas nunquam mori
tur, nec variat̃ ex diuerſitate prçſidentium, vt in ca. liberti. xii.
q. ii. & in c. ſi gratioſe. de reſcrip. in vi. facit ca. quoniam abbas.
de offic. delega. & quod no. Bar. in l. centeſimis. ff. de verb. obli.
Sed miror ꝙ Do. Abb. non aduerterit, quod Hoſtien. & Ioan.
And. & communiter Docto. tenent contrarium in hoc tertio
caſu, nam dicunt, ꝙ ſi iurans nullam mentionem fecit de ſuc
ceſſoribus cogitur cuilibet ſucceſſori, vt in ca. imperialem. §.
prçterea. de prohib. feu. ali. per Fed. & dicunt, quod ita ſeruat̃
de conſue. hoc etiam firmat hic Bald. dicit enim, quod licet iu
retur dignitati nõ per hoc videtur iuratum ſucceſſori, vt in l.
qui liberti. §. hęc verba. ff. de vul. & pup. & ratio eſt ſecundum
eum, quia non tenetur iurare ſucceſſori futuro. Vnde factum
non extenditur vltra neceſſitatem fieri, facit c. j. qui ſuc. tene.
in vſi. feu. & per hoc Hoſtien. concludit, quod quando præla-
tus recipit iuramentum fidelitatis nullam faciat mentionem
de ſucceſſore, ne per hanc decre. detur aliqua calumnia. Butri.
autem in hoc tertio caſu diſtinguit, quod aut ſumus ĩ his quo
rum nã eſt, quod iurans teneatur ſucceſſoribus ſicut aliis, vt
eſt in fidelitate, quę debetur papę, & in fidelitate, quam cle-
rici debent prçſtare epiſcopo, & hoc caſu iuramentum non
eſt iterãdum, quia tranſit ad ſucceſſorem, pone exẽplũ ep̃s in
15 † conſecratione ſua iurat fidelitatem papę, ſecundum formã.
cap ſupra eod. ego N. moritur demum papa. non eſt amplius
iterandum iuramentum, quia ſufficit, quod iurauit ſucceſſo
ri, vel pone rector eccleſiæ iurauit epiſcopo, ſecundum for-
mam, de qua dixi in c. tua. ſ. e. vbi examinaui x. exempla, quæ
rectores eccleſiarum tenentur iurare. nam ſi moritur epiſco-
pus iuramentũ non eſt amplius iterandum ſucceſſori & hoc
procedat in omnibus, in quibus eccleſia fundat intentionem
de iure commmuni, & iſtud etiam eſt de mente Io. And. hic.
Aut ſumus in his, in quibus eccleſia non fundat intentionem
ſuam de iure communi, vt in libertis, qui naturaliter naſcun-

tur

tur liberi,inſtit. de liberti.§.j.& de natu. ex lib.ven.c.j.& in va-
ſallis,quia in dubio non pręſumitur vaſallus,nec bona præſu-
muntur feudalia,niſi probentur.Item eccleſia non fundat in
tentionem ſuam de iure cõmuni,quo ad feudalia, quia ſunt
aliquæ eccleſiæ, quæ nulla, vel modica conferunt feuda, vt
dicunt Docto.in cap.verum.de foro compe. & hoc caſu iura
16 mentum ſimpliciter præſtitum † eſt iterandũ in perſona ſuc-
ceſſoris,niſi aliud habeat priuilegium.vt hic & hoc probatur
ſecundum eum in dicto c.longinquitate.xii.q.ii.& in ca.impe
rialem.§.pręterea.de prohibi. feud. aliena.per Federi.Et ex hoc
infertur, quod ſi vaſallus ſimpliciter iurauit epiſcopo etiam
ſub nomine dignitatis, non ſolum tenetur a ſucceſſore pete-
re inueſtituram,ſed etiam iterare iuramentum, ſed ſi iurauit
præſtare fidelitatem,ſibi & ſucceſſoribus ſuis tenetur ĩueſtitu
ram petere a ſucceſſore.ſed non debet iuramentum iterare,&
hoc modo intellige dictũ c.imperialem.& ca.j. quo tempore
miles. Ex hoc etiam infertur nunquid ſi ſcholaris iurat obe
17 dire rectori † debeat iuramentum iterare ſucceſſori. & dic, ꝙ
aut iurat obedire rectori etiam expreſſo nomine dignitatis,
nulla facta mentione ſucceſſoris,& tunc iuramentum eſt ite
randum ſucceſſori. Aut iurat obedire rectori, & ſucceſſori-
bus ſuis & tunc iuramentum non eſt iterandum,& hoc tene
menti. Quid autem, ſi poſtquam eſt iuratum, vertatur in
dubio ſub qua forma fuerit iuratum?Hoſtien.& Io. Andr.di-
cunt,quod ille qui dicit ſub certa forma eſſet iuratum, debet
hoc probare,vt in l.ei qui.ff.de prob.Sed tu dic,quod commu
niter de ĩueſtitura,ſeu de renouatione fit publicum inſtrumẽ-
tum.vnde ex verbis inſtri poteſt deprehendi forma iuramen-
ti, ad hoc de priuile.porro.Et ex his habes expeditum articu
lum.An iuramentum ex parte recipientis ſit reale, vel perſo-
nale. Nunc venio ad ſecundum membrum.ſ.an ex parte iu
rantis ſit perſonale,vel reale,& Innocen.Hoſtien. & Io.And.
& communiter Docto.dicunt,quod eſt perſonale, ẽt ſi iuraſ
ſet pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis,nihilominus ſi
18 † hæres non ſeruat iuramentum defuncti non eſt periurus. ẽt
ſi hæres eſſet filius iurantis, nam licet ſit honeſtum, quod fi-
lius in ſpiritualibus obligationibus ſequatur voluntatem pa-
tris,non tamen eſt neceſſariũ, vt in ca. ex literis.ii.de ſpon.&
in c.primo,de deſponſa.imp.& in ca.j.in fi.eodem ti.in vi. & ſi
diceres quare quis poteſt ſe obligare alicui & ſucceſſoribus
ſuis, non autem ſe & ſucceſſores ſuos? reſpondetur, ꝙ in pri
mo caſu.ſ.quando quis iurat alicui, & ſucceſſoribus ſuis, agi-
tur de obligatione propria,quam quilibet poteſt facere prout
vult. Secundo vero caſu.ſ. quando quis iurat pro ſe,& hęre
dibus ſuis,inquantum traditur, & hæredibus tractatur de ob-
ligatione aliena,quam quis non poteſt facere in iſtis ſpiritua
libus,niſi habeat ſpeciale mandatum, vt in c.fin.de iuramen.
calum.in vi.& ex his ſequitur not. concluſio, quod licet obli-
gatio in temporalibus tranſmittatur ad hæredes,ſecus in ſpiri
tualibus, ratio diuerſitatis poteſt eſſe, quia in iſtis ſpirituali-
19 bus ligatur anima, † quę ſine proprio conſenſu ligari non po
teſt,vt in iuribus ſuperius alle.facit xxx.q.ii.c.vno.& quod no.
glo.j.q.iiii.in ſumma.& xxiiii.q.iii. in ſumma.& hanc conclu-
ſionem ẽt firmat Io.An.in c.fi.ĩ.de ſepu. vbi plus vult, qđ non
ſolum hr̃s obligatur ex iur̃o defuncti,ſed ẽt ꝙ rõne iur̃i defun
cti non poſſit in foro eccleſiaſtico conueniri,& ſic vult,quod
c.fi. de foro com.in vi.non habeat locum in hærede iurantis,
quod dicit D.Abb.eſſe notan.& remittit ſe ad ca. fin. de ſepul.
Ex prædictis etiam hẽs, quod licet iuramentum ex parte reci-
pientis,quandoque ſit perſonale,quandoque reale, tamen ex
20 parte † iurantis ſemper eſt perſonale, hanc concluſionem te-
net etiam Bald.hic.& in c.j.ſ̃.eodẽ.& in l.generaliter. in prin.
C.de rebus credi.vbi etiam tractat,nunquid ſi ciuitas dat mã-
datum ſyndico ad ꝯhẽdũ cum iur̃o,ꝙ ſyndicus ꝯhit,& iurat,
nũquid ſi ciuitas non ſeruat ꝯctum incurrat periuriũ?& dicit
ꝙ non obligãtur ad periurium,niſi iurantes,& mandantes,di
cit tamen,quod contractus firmatur iuramento? & quod re-
pręſentat rempub. loco maioris. Ita quod non poteſt petere
21 reſtitutionem in integrum,ſicut nec † minor iurans, vt.in au
then.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus vendi.quæ verba te
ne menti. Vide & Angel.in Authen.de iureiuran.a moriente
præſtito, vbi dicit, quod iuramentum ex parte iurantis eſt in
rem,quo ad effectum obligationis,& ſicut iurans non poteſt
venire contra proprium iuramentum. Ita etiam nec hæres
22 ipſius iurantis,vt ibi dicitur. Item ſicut iuramentum † prodeſt
iuranti ita eius hæredibus, puta ſi quis iurauit rem ſuam, vel
reum eſſe ſibi debitorem in centum, nam hæres iurantis po-
teſt ex tali iuramento agere.vt l.ait prætor.la ſecunda.ff.de iu-
reiuran. Quantum vero ad inducendum periurium, iura-
mentum eſt perſonale, quia licet hæres contraueniat nõ pro
pterea eſt periurius.allegat Ioan.And.in ca.veritatis.de dolo,
& contuma.per hoc dicit,quod ſi defunctus iurauit non con-
trauenire contractui vſurario. hr̃s poterit cõtrauenire ſine re
laxatione iuramenti,licet defunctus non potuiſſet,quia hęres
non incurrit periurium,licet defunctus incurriſſet, ſi veniſſet
contra,non petita relaxatione iuramenti, & idem dixit Bald.
in c.primo,ſ̃.eodem.vbi in effectu dicit illud,quod dicit Ang.
in dicta authen.& ibi dixi.dicit pręterea Ang.quod iuramen-
23 to † ex parte illius, cui iuratur, ſemper eſt inhærẽdum,& al-
legat hoc c.ſed non eſt verum,niſi ſit expreſſum,vt ſupra dixi.
dicit tamen,quod ſi ceſſaret,cauſa propter quam eſt iuratum
ceſſaret iuramentum etiam in perſona iurantis,exẽpl.aliquis
iurauit ſeruare ſtatuta eccleſię,tanquam canonicus qui poſt-
ea renũciauit canonicatui, vel fuit priuat⁹ nõ aſtringitur am-
plius illo iuramento,vt in c.venerabilem.de ele.& in c.ex in-
ſinuatione.de ſimonia.& in c.ii.de opc.noui nuncia. & in ca.
cum inter P.de renunc.& hoc tenet Federi. de Sen. conſi. ſuo
a conſi.ccclvi.& Burri.hic in fi.Comen.[a] & D.Abb.parum.ante
fi.Comen. Sed iuxta prædicta quæro an diſpoſitio huius c.
24 habeat locum in † promiſſione obedientiæ tenẽdũ, videtur &
quod not.in cap.olim.el.j.ſ̃.de reſtitu.ſpo.vbi innuitur, quod
quis poſſit promittere obedientiam pro ſe, & ſuis ſucceſſori-
bus,& aliis fratribus.Sed D.Abb.dicit,quod Docto. ibi com-
muniter dicunt illum tex.eſſe reſtringendum per ea, quæ ſu-
pra dicta ſunt. ſ. quod promiſſio obedientiæ facta etiam per
prælatũ,nõ obſtringat alios,niſi de ipſorum mandato.ſicut di
ctum eſt ſupra de iuramento.Sed dicitur ibi præſtare obediẽ-
tiam pro aliis in ſignum,quod alii debent obedire. Vnde di-
cunt ibi Doct.quod quilibet ſucceſſor illam obedientiam fa-
cere tenetur, ſed non debent eam facere cuilibet ſucceſſori,
quia non debent eam facere intruſo, vel depoſito a dignita-
te,& ſic volunt dicere Doctor. quod promiſſio obedientię fa-
cta per vnum non obligat alium, etiam ſi fiat per prælatum,
tamen ſi prælatus facit obedientiam in caſu,in quo facere de
bet,licet alii nõ obligent̃ ĩmediate ex tali obediẽtia, ita ꝙ vi
deantur ipſi promiſiſſe obedientiam, tamen etiam ipſi obę-
dire tenent̃, ex quo pręlatus ex iuſta cauſa obedientiam pręs
ſtitit. Secũdo dicunt,quod quilibet ſucceſſor illius, qui obe
dientiam pręſtitit tenetur ad obedientiam ſeruandam, licet
non debeat eam pręſtare cuilibet ſucceſſori recipientis obe-
dientiam,puta pręlato intruſo, vel depoſito a dignitate, vel
iniuſta pręcipienti, & vide S.Thom.ii.ii.q.ca.iiii. ar.vltimo.in
fi.vbi dicit,quod ſubditus non tenetur obedire principibus ſę
cularibus,ſi non habeant prĩcipatum iuſtum.Sed vſurpatum
vel ſi iniuſta pręcipiant,niſi forte per accidens propter vitan-
dum ſcandalum,vel periculum,& no.quia ſentit,quod liceat
obedire pręlato iniuſta pręcipientii propter vitandum ſcan-
dalum.Sed hoc intelligas, quando tale pręceptum iniuſtum
non cõtinet in ſe peccatum, quia tunc nullo modo eſſet obe
25 diendum,quia † mala nullo modo ſunt facienda, vt ĩ.eodem,
& ſi Chriſtus.ver.quędam.debet enim tunc obedire Deo tan
quam maiori potius q̃ domino temporali,vt in c.ſi dominus.
& in c.Iulianus.xi.q.iii.& vide S. Thom.qõ.xliii.ar. vii. vbi di-
cit, quod propter vitandum ſcandalum non eſt licitum face-
re aliquod peccatum,etiam ſi ſit peccatum veniale, intellige
ergo S.Thom.in loco pręal.quando propter pręceptum iniu
ſtum omittitur bonum. Ad quod homo non tenetur ex ne-
ceſſitate ſalutis,vt in c.quid ergo.xi.qõ.iii. Secus ſi pręceptum
contineret in ſe illud,quod eſt peccatum, vel pręciperetur vt
omitteretur tale bonum,quod homo ex neceſſitate teneretur
facere,tunc enim non debet illud omittere, etiam vt obediat
vero pręlato, quia non debet homo aliquod bonum facere
culpam incurrendo,vt dicit S.Thom.in pręal.q.c.iiii.ar. iii.in
fi.nec propter periculum aliquod vitandum licitum eſt com-
26 mittere aliquod † peccatum,vt in ca.ſacris.quod metus cauſa.
& in c.merito.xv.q.j. dicunt etiam Docto.quod ſi alii pro qui
bus iuratur & pręſtatur obedientia ſciant hanc pręſtari a ſuo
prælato,vel a procuratore ad hoc conſtituto, & patiuntur ob
ligantur efficaciter ex iuramento, vel obedientia ſic præſtita,
vt in l.j.& ii.C.de iuramen.calum.& dicit D.Abb.hoc eſſe no.
& allegat no.per Innocen.in ſimili in c.ex parte decani. de re
ſcrip. His expeditis,nunc opponitur contra tex.de c.qualiter.
de electio.vbi patet, quod iuramentum eſt iterandum in per-
ſonã ſucceſſoris. Vincentius Goffredus, & Ioannes Andre.
dicunt,quod ibi factum narratur, vel loquitur in nouis vaſal
lis,vel quando non fuerat iuratum ſucceſſoribus,vel eccleſię.
Et ex hoc vltimo no.quod ſi quis iuraret eccleſię, puta ec
cleſię Paduanę, perinde eſſet, ac ſi iuramento fuiſſet expreſ-
27 ſum, † vel ſucceſſoribus,pro hoc optime facit tex.in c.ſi gratio
ſe.de reſcriptis.in vi.Et hoc not.ad ea quę ſupra dixi in primo
membro.Secundo opponitur de c.fi.ĩ.de reg. iu.vbi patet, ꝙ
clerici

ADDITIO.

a ¶Contrarium tenet Pau.de Caſt in conſil.lxiii.ii.col.ver. dicit aliquis. & Bal.
conſ.cccxciiii.ver ſed hic omittit.

clerici non debent p̄ſtare iuramentum fidelitatis. Sol. quidam dicunt, quod text. iſte eſt intelligendus de laicis, qui ſunt vaſalli. Sed Hoſtiē. dicit, quod poteſt intelligi in prælatis, quia quandoq; ratione temporalium tenentur ad præſtādum homagium, vt in c.minus.j̄.eodem. & in c.grauem.de exceſſ. præ
28 la. Quid autem ſit†homagium.dic vt per glo. in clemen.paſtoralis.in verſic.ruſticus.in ver.homoq; ligius. de re iudica.& iſta ſufficiant.

*S V M M A R I V M.*

1 *Eccleſia ſolet abſoluere a iuramento per metum extorto.*
2 *Iuramentum metu præſtitum eſt obligatorium.*
3 *Iuramentum metu extortum poteſt remitti per ſuperiorem, nec eſt neceſſe quod pars compellatur remitere prius.*
4 *Exemplis quādo ſit iudicandum, vbi ponuntur limitationes ad l. nemo. C.de ſen.*
5 *Iuramentum meticuloſum inducit peccatum mortale.*
6 *Coactio iuramento quomodo procedat vbi diſtinguitur de abſoluta & conditionali.*
7 *Iuramentum valet ſine verbis ſolo tactu ſcripturę factum.*
8 *Paſſus metum habet etiam remedium ex iudicis officio.*
9 *Metus quando dicatur probabilis.*

## CAP. XV.

1 VErum. A iuramēto per metum †extorto eccleſia ſolet abſoluere, & eius trāſgreſſores, vt peccantes mortaliter non punire, hoc dicit, & dicit Ioan. An. quod pars huius decre. ponitur in titu. de iudic. & de ſenten. excommu. cum non ab homine. & dicit hoc patere in antiqua. Diuiditur in duas partes, quia in prima ponit quæſtionem, & ipſius reſponſionem. in ſecunda ponit moderationem reſponſionis, ſecunda ibi, cæterum.
2 No. primo, quod iuramentum†præſtitum metu mortis vel
amiſſionis rerum eſt obligatorium, quo ad eccleſiam militātem, quæ non iudicat de occultis. ſ. an iurans habeat animū ſe obligandi, de quo plene dixi ſupra eodē. c.ſi vero. Secun
3 do not. quod iuramentum turpiter†extortum poteſt remitti
per ſuperiorem, nec eſt neceſſe, quod pars prius compellatur remittere. Sed pōt recta via adducere, ꝙ pars prius ꝯpellat̄ remittere, ſed pōt recta via adiri ſup̄ior, vt abſoluat, de quo plene dixi in c.j.ſ̄.eod. & licet tex. iſte dicat, ꝙ Papa conſueuit abſoluere a talibus iuramentis, idem tamen dicendum eſt de epiſcopo, iuxta not. per Innocen.ſ̄.eodem. debitores. non obſtat iſtę text. quia hic ponitur facti accidentia, pro hoc facit, quia ex quo papa non reſeruat ſibi abſolutionem præſumitur ipſam concedere epiſcopis, arg. c. nuper. de ſenten. excommuni.
4 Tertiò no. quod† exemplis principum iudicare poſſumus,
ad hoc de re iudi. in cauſis. & xx. diſtinct. ca. ſi. vbi dicit glo. no. quod licet non ſit iudicandum exemplis priuatorum, tamen exemplis publicę p̄ſonę, vt exemplis principis, aut papæ eſt iudicandum. & ex hoc no. limitationē. ad l. nemo. C. de ſen. q̄ dicit, quod non eſt iudicandum exemplis, ſed legibus, nam hoc debet intelligi, niſi ſint exempla publicę p̄ſonę, vt eſt imperator, aut papa. addit ēt duas al's limitationes, vnde ſecunda eſt limitatio, quando apparent exempla plurium, nā exemplis plurium eſt iudicādum, non autem exemplis paucorum. Tertia limitatio, quando ius non reperitur expreſſum, nam iure defficiente iudicandum eſt ſecundum exempla aliorum, & tene menti iſtas tres not. limitationes ad d. l. nemo. quæ dicit, ꝙ non eſt iudicandum exemplis, ſed legibus. Vltimo no. quod
5 tranſgrediens iuramentum†meticuloſe pręſtitum non puni-
tur tanquā p̄ peccato mortali, dic tamē quod mortaliter peccat, licet non puniatur tāquam pro peccato mortali, vt plene dixi in c.ſi vero.ſ̄.eodem. & dicit hic Io. And. quod finis iſtius capituli eſt intelligendus, quando tranſgreditur non interueniente abſolutione a iuramento, ſed facta abſolutione a iuramēto nullo modo peccat ſi non ſeruat illud, quod iurauit, quia per abſolutionem eſt ſublatum vinculum iuramenti, & hoc modo intellige ſi. huius decr. ne erres. Sed quæro, quia
6 iſte tex. loquitur de coactione†an procedat in coactione abſo
luta. Gof. dicit, quod non, quia tunc iuramentum non obligaret, nec iurantes indigent abſolutione, vt in c.presbyteros.l. diſtinctio. vnde dicit, quod tex. iſte debet intelligi de coactione conditionali, ſiue cauſatiua. Ioan. And. dicit ſe non videre quomodo q̄s poſſit cogi abſolute verbaliter iurare licet poſſit cogi porrigere manum delato iuramento a cogente. & dicit, quod quidā philoſophus qui vocabatur Secūdus, dū propter caſum matris plus nollet loqui, & cogeretur a tyranno ad loquendum ſcripſit in tabula, vocis meę proferendæ nulla tibi p̄tās eſt. Not. duo ex verbis Ioan. Andr. primo, quod
7 valet†iuramentum ſi quis manu tangat ſcripturam, licet nō
loquatur. Secundo no. quod in iuramento verbali nō poteſt īteruenire coactio abſoluta, licet quis poſſit cogi abſolute ad porrigēdum manum, & vide optimum tex. qui declarat, quæ dicatur coactio condictionis, & quæ abſoluta, vt in ca. maiores.§.item quæritur. de bapti. In glo.ii. Hoſtien. & Ioan. And. dicunt, quod etiam ſi non interuenerit talis metus, qui poſſit cadere in conſtantem, dumtamen talis metus ſit probabilis debet ſubueniri paſſo metum in odium cogentium, ne de dolo ſuo reporetnt commodum, & coacti dānum. hoc etiā ſequitur hic D. Abb. dicens, quod etiam de iure ciuili ſubueni
8 tur metum paſſo†ex iudicis officio, licet metus non fuerit a-
trox. vt in l.ſi.§.ſi fœnerator. ff. quod metus cau. & per Bart. in l. interpoſitus. C. de tranſact. non ſubuenitur tamen tali metū paſſo per actionem, quod metus cauſa. vt in l. metum. ff. quod metus cau. Sed bene officio iudicis, de quo vide bona gloſ. in c. pen. in glo. penul. ſ̄. quod metus cauſa. & ibi dixi ex quo concludē, quod ad hoc vt detur actio, quod metus cauſa neceſſariū eſt, quod ſit talis metus, qui cadere debet in conſtantem.
Sed quantum ad hoc vt ſubueniatur officio iudicis ſufficit minor metus, & ſatis eſt, quod metus ſit probabilis. Quan
9 do autem dicatur†metus probabilis, Pe. & Ioan. And. dicunt,
quod ſi eſt timor amiſſionis omnium rerum, vel maioris partis dicitur eſſe probabilis metus, allegat c. frequens. de reſtitu. ſpo. in vj. Sed Bal. hic dicit, quod ſufficit, quod ſit metus patiēdi damnum enorme. etiam ſi non ſit timor amiſſionis omnium rerum, vel maioris partis. Et hoc probatur in l.ſi.§.ſi fœnerator. ff. quod metus cauſa. no. Bar. in l. interpoſitas. C. de trāſact. & dixi in d. ca. penul. ſ̄. quod metus cauſa. Cætera quæ tangit hic Ioan. And. & Doc. examinaui. in c.ſi vero. ſ̄. eodem. & iſta ſufficiant.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iurans ſtare mandato alicuius, non tenetur obſeruare, ſi quid præcipiatur contra iuramentum licite factum ab eo.*
2 *Conuicium quid ſit.*
3 *Iuramentum de parendo mandatis, non extenditur ad viſibiliter incogitata.*
4 *Verba iurantis ad arbitrium tertii, videntur reducenda ad arbitrium boni viri.*
5 *Agens de crimine ciuiliter poteſt facere compromiſſum ſecus criminaliter.*
6 *Verba generalia etiam iuramento expreſſo non obligant, niſi ad ea quæ in ſpecie quis ſe obligatus fuiſſet.*
7 *Iniuria etiam nudum pactum remittitur.*
8 *Iudex ratione iniuriam paſſi, debet contentari de ſatisfactione de qua ipſe contentus ſit.*
9 *Remittens iniuriam in teſtamento cum iuramento, an cum ſanatus velit agere actione in iuriarum, poſſit.*
10 *Compromiſſarii in cauſis propriis ne quis palatium intret præcipiētes, obediendi non ſunt.*
11 *Furioſus magis quis eſt in facto proprio quam in alieno.*
12 *Verbum idoneum comprehendit rationale poſſibile, & honeſtum.*
13 *Poſſe dicimur, quod commode poſſumus.*
14 *Promittendo ſtare mandato alicuius videor eligere eum in virum bonum & amicabilem.*
15 *Laudum arbitri dicitur ſententia.*
16 *Iudex ſuper iniquitate laudi aditus ſi reperit eſſe iniquum poteſt pronunciare illud non tenere.*
17 *Verba iniurioſa ſibi inuicem dicentes, inuicem compenſare tenentur.*
18 *Iuramenti verba qualiter intelligenda, vbi diſtinguitur, & quomodo interpretari debeat docetur.*
19 *Vſus interpretatur iuramenta de parendo mandatis.*
20 *Læſio enormis habet in ſe præſumptum dolum.*
21 *Iuramentum non extenditur vltra conſenſum iurantis.*
22 *Promittens aliquod licitum obligatur apud Deum ad illud obſeruandum.*
23 *Mandatum non poteſt fieri per quod fiat præiudicium tertio.*
24 *Aliud pro alio creditori inuito ſolui non poteſt.*
25 *Promittens contrahere, cum vna muliere matrimonium deinde iurans cō trahere cum alia, prima tenetur ducere.*
26 *Promittens rem vni tradere, & alteri eandem rem tradere iurans, primò ſoluens intereſſe, ſecundo tradet eam.*
27 *Iuramentum continet in ſe clauſulam, vt omni meliori modo quo poteſt obligetur.*
28 *Conſenſus ſimplex abſque iuramento ſufficit ad emologationem laudi.*
29 *Iuramentum obligat præciſe ad factum.*
30 *Iuramentum impedit moræ purgationem, quando obligationi eſt appoſitum.*
31 *Promiſſio ſimplex an obliget ſicut iuramentum.*
32 *Filiusfa. qui iurauit non recedere de loco ſine licentia creditoris, an ſi vocatus a patre petita licentia a creditore, & non impetrata, diſcedendo ſit periurus.*

33 *Filius tenetur obedire patri ex præcepto naturali.*
34 *Votum filii non valet non intercedente conſenſu patris.*
35 *Obediendum potius iudici quam patri.*
36 *Iurans circa tangentia ius ſuperiorum, intelligitur ſemper excepta aucto-ritate ſuperiorum.*

## CAP. XVI.

1 VEniens. Si is cuius† mandato ſtare iuraui ali
quid mihi præcepit contra iuramē-
tum per me prius licite factum, illud ſeruare non
teneor, hoc dicit. In prima parte ponitur querela
impetrantis. In ſecunda prouiſio, ſecunda ibi, verum. In tex.
2 ibi, conuicia. Quid ſit conuicium. † habetur ff. de iureiu. l.
apud Labeonem. §. ait pretor. & dicitur a cōuētu vocū. quaſi
conuocium Ioan. An. Item ibi vr̄o tribus Venetis loquitur,
de quibus fit mentio in ſupraſcriptione. Pe. Item ibi præcepi-
ſtis ſupple & male. Item ibi ex promiſſo. i. ex iuramento, vt pa
tet ex antiqua. & hic in fi. in priori iuramento. c. Item ibi patri
archæ Granden. mandaſſe. Papa ergo dedit huic binas literas
ſiue duo reſcripta, quorū vnū dirigebatur trib. iudicib. Vene-
tis. de quibus fit mentio in ſupraſcriptione. Alterum vero di-
rigebatur patriarchæ Grandenſi, vt denunciaret mandatum
illorum iudicum non ſeruandum, ſi repugnaret priori man-
dato, ſimile ĩ. eodem. venientes. & de reſcriptis, ab excom. &
de foro compe. dilecti. Ioan. An. No. primo, quod iuramen
tum de parendo mandatis alicuius non extenditur ad ea, quę
veriſimiliter ſunt incogitata, † vnde quotdie iſte tex. allegat̄,
quod iuramentum non debet extēdi ad ea quæ veriſimiliter
ſunt incogitata per iurantem. Secundo no. ſecundum But.
3 quod quando verba iurantis referunt̄ ad arbitrium † tertii
quantumcunque ſint lata. videntur proferri ſub quadam cō-
fidentia legalitatis eius in quem fit compromiſſum, vnde ſi
per reperiatur oppoſitum poteſt fieri recōuentio ad arbitriū
boni viri ex quo confidentia patitur. Et ex hoc infert Butr.
quod ſi fit compromiſſum in aliquem, vt poſſit etiam enor-
miter lędere, cum hæc verba dicantur ſub quadam confiden-
tia, quod ſi omnino irrationabiliter enormiter lędat̄ poteſt
peti reductio ad arbitrium boni viri, de quo dicam ĩ. eodem.
5 Quintauallis. Tertio no. quod quando agitur de † crimine
ciuiliter poteſt fieri compromiſſum, concor. ſ̃. de præſum. lite
ras. & ĩ. eodem. Quintauallis. & l. quid ergo. §. ex compromiſ-
ſo ff. de his, qui no. infamia. Secus ſi ageretur criminaliter, qa
tunc non poſſet fieri compromiſſum, vt in l. non diſtingue-
mus. §. Iulianus. ff. de arbi. & in c. penul. ſ̃. de reſti. in integrum.
& ibi dixi. Quarto no. practicā ꝑcipiēdi ei qui tenetur obe
dire virtute iuramenti, nam poteſt ei præcipi ſub debito iura-
6 menti, concor. c. ĩ. proxi. Vltimo no. quod verba† generalia
non obligant, ad ea quæ veriſimiltier aliquis in ſpecie ſe non
fuiſſet obligaturus ſi illa ſpecies fuiſſet cogitata, vel nomi-
nata, concord. l. obligatione generali. ff. de pignori. Sed iſte
tex. amplius probat, quod etiam ſi iuramentum interueniat
verba generalia non extenditur ad ea, quæ iurans veriſimili-
ter in ſpecie ſe non obligaſſet, vnde iſtum tex. tene menti. con
cor.. ĩ. eodem ad noſtram. iii. vbi etiam glo. tangit. Antequa
veniam ad gloſ. quæro pro declaratione text. & primo quam
ſatisfactionē debebat facere iſte, a pro iniuriam quam intu-
lerat aduerſario. Vin. Inno. & Ioan. An. dicunt, quod conſue-
tudo interpretatur, quod præſtatio huiuſmodi iuramenti ha
betur pro ſatisfactione, ad hoc infra eodem. Quintauallis. &
hoc dicunt procedere, niſi tanta ſit iniuria, quod maiori pœ-
na ſit punienda, quod arbitrio diſcreto iudicis eſt relinquen-
dum. Sed Hoſtien. dicit, quod quantumcunque ſit iniuria iu-
dex debet contentari de ſatisfacere, de quo contentatur in-
7 iuriam paſſus, quia iniuria† etiam per nudum pactum remitti
tur. ff. de pactis. l. ſi tibi decem. §. j. & ff. de pigno. acti. l. ſi rem. §.
pen. & licet But. & D. Abb. tranſeant cum primo dicto Vinc.
& Innocen. de ĩiur. ego non puto hoc eſſe verum, nam cōtra
rium probatur hic, & in cap. Quintauallis. ĩ. eodem. in quibus
patet, quod ſi fuiſſet factum mandatum licitum iurans obli-
gatus fuiſſet obedire. Butri. autem videtur hoc dictum intel-
ligere, quando aliquis iurat ſtare mandato illius, qui eſt paſſus
iniuriam, nam tunc hoc habetur pro ſatisfactione, niſi tanta
ſit iniuria, quam maiori pœna ſit punienda, & hoc poteſt pro
cedere de conſuetudine. De iure autem ſecus. Sed quando
quis iurat ſtare iuramento tertii pro ſatisfactione iniuriæ cre
derem, quod ſolum iuramentum non ſufficeret ad ſatisfa-
ctionem, niſi pars iniuriam paſſa, de hoc cōtentaretur, & ita
8 intelligo Doc. hic. Sed quo ad ſm̄ dictum. ſ. quod iudex† de
bet contentari de ſatisfactione, de qua cōtentat̄ iniuriam paſ
ſus, quantumcunque ſit iniuria. D. Abb. dicit hoc eſſe verum,
inquantum iniuria reſpicit iniuriam paſſum. Sed inquantum
reſpicit rempu. dicit, quod non poteſt illam remittere, vt in l.
licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. vbi patet, quod de eo, quod
fit contra priuatum oritur reipublicę ius agendi ad vindictā,
vnde licet poſſit pars remittere quādo tangitur præiudiciū ꝓ
priū, non tamen tenetur remittere, inquantum tangitur præ-
iudicium in iure quæſitū reipub. facit l. fi. ff. de fur. vbi eſt tex. ꝙ
ex delicto priuato poteſt agi ciuiliter, & criminaliter; & vide
ad hoc quandam quæſtionem, quam ponit Bar. in l. inter om
nes. §. recte. ff. de furt. facit c. j. & c. crimina. de colluſio. & quod
ibi no. & Ioan. An hic tangit quæſtionem de illo, qui in teſta-
9 mento remiſit† iniuriam, & iurauit, & ſanatus, vult agere a-
ctione iniuriarum an poſſit? & remittit ſe ad Spec. in tit. de in-
ſtru. edi. §. nunc vero aliqua. verſi. item pone cum quidam. vbi
Ioan. And. examinat iſtam quæſtionem, de qua dixi in c. vlti.
ĩ. de iniuriis. Tangit etiam Ioan. And. in præall. add. quæſtionē
de fęneratore, qui remiſit vſuras, dum eſſet infirmus, quas po
ſtea factus ſanus vult repetere, quam quæſtionem. etiam tan-
git Ioan. And. in c. quamquam. ſuper gl. non eſt de vſur. lib. vj.
Secundo quæro nunquid ſi iſti in quos eſt factum compro
10 miſſum† præcepiſſent, quod iſte in propriis cauſis nō intraret
palatium an mandatum valuiſſet. Goſ. Hoſti. & Ioan. And. di-
cunt, quod non, vnde eodem modo tale mandatum fuiſſet
corrigendum. nam ſi obligatus fuiſſet comparere per procu-
ratorem oportuiſſet ipſum ſubire expenſas in ſatisfactione ꝓ
curatorum, quas comparendo perſonaliter euitaret, item fuiſ
ſet obligatus in cau ſis arduis cōſtituere procuratorem, quod
eſt contra ius, vt patet in ca. querelam. de procur. Præterea,
11 quis magis eſt furioſus † in facto proprio, quam in alieno, ad
hoc de vſu pallii. niſi, & C. de ſeruitu. l. præſes. vnde conclude,
quod non valuiſſet mandatum ſi mandaſſent, quod non po-
tuiſſet comparere in cauſis propriis, maxime, quia hoc nō fuit
veriſimiliter cogitatum, & ſi cogitaſſet ad illud veriſimiliter
ſe non obligaſſet. In gloſ. j. diuide ipſam in duas partes. In
prima glo. declarat tex. In ſecunda opponit, & ſoluit. Secū
da ibi, iniq; tamen ex prima parte. no. quod vbi quis ſimplici-
ter iurat obedire mandato, alterius ſubintelligitur condictio
dummodo mandatum ſit idoneum, & dicit Hoſtien. & Ioan.
12 And. quod hoc verbum† idoneum comprehendit rationabi
le poſſibile, & honeſtum hoc eſt dicere, quod vbi quis iurat
obedire mandato alterius ſubintelligitur conditio, dummo-
do illud, quod recipitur ſit rationabile poſſibile, & honeſtū.
Sed ego in c. nullus. ſ̃. eodem. allegaui S. Thom. ii. ii. q. xcviii.
ar. ii. vbi dicit, quod ſi aliquis iurat, vel promittit ſe facturum
voluntatem alterius ſubintelligenda eſt debita conditio. ſ. ſi
id quod ei mandatur ſit licitum, & honeſtum, & portabile,
ſiue moderatum. Vnde S. Thom. concor. cum dicto Hoſtiē.
& Ioan. And. licet dicat diuerſa verba. nam vbi dicit Hoſtien.
rationabile San. Thom. dicit licitum. vbi verum Hoſtien. di
cit poſſibile, ipſe dicit portabile, ſiue moderatū, nam illud di-
citur poſſibile, quod cōmode fieri poteſt, nam dicimur illud
13 † poſſe quod commode poſſumus. l. nepos Proculo. ff. de ver.
ſig. & ideo ſi aliquis iurat ſtare mandatis alicuius, & ille pręci
pit aliquid, quod commode fieri non poteſt, vel eſt immode-
ratum, ſi iurans non paret non dicitur facere contra iuramē-
tum, vnde tene hic perpetuo menti pro iſtis iuramentis, quæ
generaliter præſtantur de parendo mandato alicuius. In ij.
parte glo. Hoſt. ſequitur opi gloſ. & dicit hoc probari in textu,
quia iſte iurauit ſtare mandato, & non ſententię, & Do. Ab.
dicit hoc eſſe bene notā. quia ex hoc ſequitur, quod ſi promit
14 to† ſtare mandato alicuius videor illum elegiſſe, vt bonum vi
rum, & vt amicabilem compoſito rem nō autem vt arbitrū,
& hoc dictum perpetuo tene menti, quia Doct. communiter
ſequuntur, & hoc dictum multotiens poteſt praticari, & ꝙ
15 † laudum arbitri dicatur eſſe ſententia. probatur in l. j. C. de ar.
& in l. diē proferre. §. ſtare. ff. de ar. vbi tex. dicit ꝙ dēt ſtari ſen
tentiæ arbitri, ſiue ęqua, ſiue linqua ſit, ergo laudum arbtri ꝓ
prie loquendo dicitur ſententia. Sed non eſt ita laudum arbi-
trationis, ideo tene menti hoc dictum. Sed contra hoc D.
Abb. opponit, quia ſi iſti fuerunt arbitratores, ergo papa de-
buit reducere eorum mandatum ad arbitrium boni viri, &
ſic ad aliquam moderationem. Sed papa hoc non fecit, ſed
ſimpliciter pronunciauit mandatum non tenere. Vnde dicit
poſſe dici, quod totum mandatum erat iniquum, & ſic non
16 erat aliquod rationabile. Ex quo infert, quod vbi iudex† adi-
tus ſuper iniquitate laudi reperit ipſum eſſe totum iniquum
poteſt ſimpliciter pronunciare illud non tenere, vel illud in
totum reuocare, ſeu caſſare vbi eſſet aliquod, nec ĩ aliquo par
tē condemnare prout fecit hic papa, nam potuiſſet condem
nare legitime, prout arbitratores facere debebant cum ſucce-
dat ĩ locum illorum, & ſic poterat facere, quod illi facere de
buiſſent, ſicut dicitur de iudice appellationis, vt in capitu. Ray
nutius. & in capitu. Raynaldus. de teſtamen. Tamen in hoc
intellectu non perſiſtit, ſed dicit, quod forte papa non fuit
moderatus iſtud arbitrium, quia non fuit aliquis, qui hoc
peteret,

peteret, nec ipſi conſtitit, quod iſte debuiſſet pati aliquid
pro ipſa offenſa maxime cum alternatim conuicia ſibi intu
lerint. Nota. iſtud vltimum verbum Do. Abb. quia ſentit
17 quod ſi duo ſibi inuicem dicunt† verba iniurioſa, quòd fien-
da ſit hinc inde compenſatio, & quòd neuter ſit puniendus.
Sed Spe in ti.de accu.§.j.in fi.ii.colum.ver.quid ſi te latronem
vocaui.dicit, quòd vterque eſt puniendus. ſed concorda opi-
niones.quia Spe.debet intelligi, quando criminaliter agitur.
Sed illud quod dicit D.Ab.procedit, quando agitur ciuiliter,
vt quia vterque agit, vt fiat cõdemnatio ad pœnam parti ap-
plicandam, vnde debet fieri mutua compenſatio. & hoc mo
do declara illud, quod dixi in c.ſicut.ſ̃.eo.& vide, quod dixi in
c.vlt.ȷ̃.de adulte. Intellige ergo illum tex. vel quòd conſtitit
papæ, quòd iſte A ĩ nullo fuit condemnandus, vel quod ei nõ
conſtitit, quòd in aliquo eſſet condemnandus, quia nullus pe
tit mandatum iſtorum iudicum moderari, & ideo, quia ei nõ
conſtitit moderationem aliquam debere fieri mandauit de-
nunciari mandatum illud non ſeruandum. In gloſſ.ii. diui
de ipſam in duas partes. In prima opponit & ſoluit. In ſecun-
da quærit de vna quæſtione, ſecunda ibi, ſed nũquid. In pri
ma parte dic, quòd aut iurans vtitur fraude in iuramento,
18 † & tunc iuramentum debet intelligi ſecundũ intentionem
recipientis, vt in c.quacunq; arte.xxii.q.v. quod eſt allegatum
pro contrario per gl. Aut iurans non vtitur aliquo dolo in
iuramento, & tunc licet quo ad eccleſiam verba iuramenti
ſint intelligenda ſecundum communem intelligentiam, quo
ad Deum intelligitur ſecundum intẽtionem iurantis, & hoc
modo loquitur c.humanę aures.xxii.q.v.& S.Thom.q.89.art.
vii.in fi.intelligit quòd c.quacunque arte habeat locum, quã-
do iurans vtitur fraude in iuramento, & quòd c.humanæ au-
res procedat, quando iurans non committit fraudem, & ita
etiam dicit tex.in §. ex his omnibus.xxii. qõ.v. & de hoc vide
bo.glo.in §.quæritur.ead.q.quæ latius diſtinguit. In ſecunda
parte gl.dic, quòd bene dicit, & Io.And. adducit ad ſolutionẽ
q.dominicalem xxvi.quam Guido hic recitabat de clerico qui
iurauit ſtare mandato epiſcopi, qui præcepit ei, vt beneficio
renunciaret, & quòd non appellaret, & ſoluitur, quòd nõ ob
ſtante præcepto poteſt apparere, quia non eſt veriſimile, ꝙ
cogitauerit, quòd epiſcopus eum deberet priuare beneficio.
Sed Inn.hic latius diſtinguit circa interpretationem iuramen
ti faciendam, vnde dic, quòd aut quis iurat certe, & determi-
nate. Aut præſtat generaliter iuramentum de parendo man
datis alicuius, in primo caſu, quando iurauit ſpecifice, & de-
terminate ſi ex poſt facto oritur dubitatio, ſuper intellectu ip
ſius iuramenti, & hoc caſu dicit Innocẽ.quòd in conſilio ani-
mę, iuramentum recipit interpretationẽ ſecundum bonam,
& ſanam, & non fraudulentam intentionem iurantis, ȷ̃. co-
dem.quanto.& c.ad noſtram.ij. In iudicio vero fit interpre
tatio ſecundum ius, vt ȷ̃.codem, venientes.& no.iſtud dictum
Innocẽ.quod conſueuit allegari pro ſingulari.ſ. quod iuramẽ
tũ in foro conſcientiæ interpretari debet ſecundum intentio-
nem iurantis, dummodo ſit recta, & ſana, & non fraudulen-
ta. In iudicio vero, ſeu in foro contentioſo debet interpretari
ſecundum ius, & vide bon.tex.cum ibi no. in cap. tua nos. de
ſpon.facit cap.ſignificaſti. de homi. In ſecundo autem caſu
quando iuramentum eſt præſtitum generaliter de parendo
mandatis alicuius, & hoc caſu dicerem, ꝙ in conſilio animæ
fienda eſt interpretatio ſecundum intentionem iurantis rectã
& non fraudulentam, quia ſi fit talis interpretatio quando iu
ramentum eſt præſtitum ſpecifice, & determinate, multo for-
tius quando iuramentum eſt generale de parendo mandatis
alterius. In iudicio autem, ſeu in foro contentioſo Inno.dicit
ꝙ non eſt credendum dicto aſſerentis ſe non cogitaſſe, ꝙ hoc
præciperet, dummodo pęnam culpa non excederet, ſed debet
eſſe communis opinio, & præſumptio, ꝙ ſi credidiſſet hoc ſi-
bi mandari, nullo modo iuraſſet, arg.ȷ̃.eo.petitio. & in l.obli-
gatione generali, ff.de pigno. vnde dicit Vin. ꝙ iſti iudices po-
tuiſſent præcipere quantum eſt vera æſtimatio iniuriæ, xvij.q.
19 iiij.vxor.vſus enim† interpretatur huiuſmodi iuramenta.xxij.
q.ij.ne quis.nota bene vltima verba Inno.dum dicit, ꝙ nõ ſta-
tur dicto aſſerentis ſe hoc non cogitaſſe, ſed debet eſſe cõmu-
nis opinio, ꝙ ſi hoc credidiſſet mandari, nullo modo iuraſſet.
Secundo nota ex verbis Vinc. ꝙ iuramentum generale de pa-
rendo mandatis alterius, vel ſimile debet interpretari ſecũdũ
vſum, & conſuetudinem, & hæc nota vt ſcias practicare. De
bes enim ſic capitulare, ſcilicet ꝙ communiter omnes inter-
pretantur huiuſmodi iuramentum, ꝙ ille cui eſt iuratum nõ
deberet tale grauamen inferre. Item ꝙ non eſt veriſimile, ꝙ
quis velit ſe obligare ad ſuſcipiendum tale iuramentum. Item
ꝙ conſuetudo loci huiuſmodi iuramenta interpretatur, vt ali
quid graue non mandetur, ſed aliquid leue modici præiudicij,
& hoc tene menti. In glo.vltima But. dicit hanc glo.eſſe no.
contra iuramenta, quæ apponuntur in laudis, & in contracti-
bus, quia ſi iurans reperiatur enormiter deceptus, licet ceſſet
dolus, vel alia turpitudo, ꝙ poteſt peti abſolutio a iuramẽto,
20 & ratio eſt, quia † enormis lęſio habet in ſe præſumptum do-
lum, & dicit hoc eſſe bene notandum, de quo ſe remittit ad c.
Quintauallis, ȷ̃.eod.ſed Do.Abb.dicit, ꝙ in caſu iſtius capituli
non eſt requirenda abſolutio, vel relaxatio iuramenti, ſi enor
mem læſionem pateretur in rebus temporalibus, nam ſi veri-
ſimiliter hoc nõ cogitauit, non eſt opus petere relaxationem
21 iuramenti, † cum iuramentum non extendatur vltra conſen-
ſum iurantis, & alleg.not.per Ioan.And.in c.j.ȷ̃.commod. vbi
dicit, ꝙ generalis renunciatio caſuum fortuitorum non vali-
datur iuramento ex defectu conſenſus, tamen tutius eſt pete-
re abſolutionem, vel relaxationem iuramenti. ſed aduerte, q̃a
But.nimium extendit fimbrias iſtius glo.nam gl. loquitur quã
do eſt præſtitum iuramentum de parendo mandatis alicuius.
& ſic quando eſt pręſtitum iuramentum generale, vnde dictũ
glo.procederet, quando aliquis iuraſſet parere ſententiæ, ſeu
laudo arbitratoris, quia ſi eum enormiter læderet, hoc non ob
ſtante poſſet petere reductionem ad arbitrium boni viri, & ſe
cundum Do.Abbatem non requireretur abſolutio a iuramẽ
to, cum iurans iſtum caſum non cogitauerit, ſed tutius eſt pe-
tere abſolutionem, vel relaxationem iuramenti, de quo dicã
in d.c.Quintauallis.ȷ̃.eo.Sed iſta glo.non loquitur quando iu-
ramentum præſtatur ſuper contractu, verbi gratia, minor alie
nat, & iurat non contrauenire alienationi factæ, deinde petit
relaxationem iuramenti, dicens ſe enormiter læſum, in hoc
caſu non loquitur iſta glo.quia iſtud iuramentum non eſt ge-
nerale, ſed ſpeciale, ſcilicet de non contraueniẽdo certo, & de-
terminato contractu per ipſum minorem celebrato ſuper cer
ta, & determinata re, ſed de hoc dicam in c.cum contingat.ȷ̃.
eo.& quidam cõſueuerint iſtam glo.allegare, ꝙ poſſit peti ab
ſolutio a iuramento, ſed male allegant, quia gloſ. loquitur in
iuramento generali præſtito de parendo mandatis alicuius,
non autem de iuramento ſpeciali de non contraueniẽdo alie
nationi factæ de certa, & determinata re, & hoc tene menti.
Extra glo.quæro, quid ſi mandatum iſtorum iudicum nõ fuiſ-
ſet contrarium priori iuramento, ſed promiſſioni ſolenniter
factæ? Innoc.dicit, ꝙ debet ſeruari iuramentum, ſeu mandatũ
factum in virtute iuramenti, & de promiſſione aliter ſatisface
re.& hoc probat hæc litera ſecundum eum quæ dicit de iura-
mento, & in eo ſe fundat, & tamen ſupra facta fuit mentio de
promiſſo, facit de pręſump.nonne. ſed Hoſt. reprobat hoc di-
23 ctum, quia ſi aliquis promittit† aliquod licitũ obligatur apud
Deum ad illud obſeruandum, ac ſi iuraſſet.xxij.q.v.iuramenti.
Mandatum ergo de illo non ſeruando eſt contra Deum,
23 & ſic contra ius. Item quis non poteſt †mandatum facere, per
quod fiat pręiudicium in iure quęſito tertię perſonę, quia nec
mandatum papę ad talia ſe extendit.ſ̃.de offic.deleg.ſuper eo.
& in l.ij.§.ſi quis a principe.ff.ne quid in loco publ.& dicit, ꝙ
non poteſt procedere illud, quod dicit Inno.ſcilicet, ꝙ de pro-
miſſo debeat aliter ſatisfacere, quia non poteſt inuito credito
24 ri aliud ſolui. † nam ſi promiſi tibi ſoluere capram, non poſ-
ſum te non conſentiente ſoluere tibi bouem, vt in l.ij.& in l.
cum quid.ff.ſi cer, pet.& Inſti.de act.§.ſi quis generaliter. Item
poteſt contingere tale promiſſum, quod aliter non poteſt ſa-
25 tisfieri, niſi ſeruando promiſſum, vt ſi † promiſi contrahere
matrimonium cum Berta, & nunc mandatur ne contraham,
certe non valet iuramentum, quia ſi iuraſſem expreſſe aliam
ducere, primàm fidem irritam facere nõ poſſem, & ſic teneor
ducere primam, cui non iuraui, vt in c.ſicut, de ſpon.nam ſpõ
ſalia iurata non tollunt prima ſponſalia non iurata, vt ibi di-
citur, quia ſponſalia non diſſoluũtur, niſi per matrimonium.
Sed matrimonium diſſoluit ſponſalia præcedentia, etiam ſi eſ
ſent iurata. & hic eſt caſus in c. ſi inter.de ſpõ. & iſtæ rationes
multum vrgent contra Innoc.non obſtat iſte text.in ver.pro-
miſſio, quia loquitur de promiſſo iurato. & hoc colligitur ex
reſponſione papæ, quæ ſimpliciter ſe fundat in priori iuramẽ-
to, nec mandat conditionaliter inquiri ſi iurauit, & ita etiam
apoſtillaui tex.in ver.ex promiſſione.Sed But.dicit, ꝙ ſi prima
promiſſio obligat præciſe, vt quia ſit obligatio dandi, puta ſi
promiſi tibi dare ſeruum meum, vel dare tibi decem, & hoc
caſu non arctatur ad pręceptum ſecundi iuramenti, niſi pars
cui eſt facta promiſſio de alio contentetur. ſed ſi eſſet obliga-
tio, non præciſa vt in obligationibus facti, in quibus ſuccedit
obligatio ad intereſſe, nec pars poteſt compelli pręciſe ad fa-
ctum, & tunc dicit, ꝙ poteſt procedere opin.Inno.quia poteſt
implere vtrunque, poteſt enim implere promiſſionem ſoluen
do intereſſe, ſed iuramentum implebat in forma ſpecifica, ar.
ſupra eodem.ad noſtram. Et ex hoc dicit, quòd ſi aliquis pro-
26 miſit † vni tradere rem, deĩde iurat alii tradere, ꝙ debet illi cui
promiſit ſoluere intereſſe, illi vero cui iurauit, debet actuali-
ter tradere, & dicit iſtam fuiſſe mentem Innocẽ. ex quo infert
vnum notabile, ꝙ vbi quis cum iuramento ſe obligat ad fa
ctum

ctum,ꝙ debet compelli ad factum,& ratio eſt ſecundum eũ,
27 quia † iuramentum habet clauſulam in ſe, vt omni meliori
modo quo poteſt obligetur,vt in l.cum pater.§.filiis matrem.
ff.de leg.ij.& per hoc limitat legem ſtipulationes non diuidun
tur.ff.de verb.oblig.& ſimilia iura,quæ dicunt,ꝙ quis non de-
bet compelli pręciſe ad factum. Sed contra hoc facit illud,qđ
not.Innoc.in c.per tuas.ſ.de arbi.vbi dixit,ꝙ iurans ſtare ſentẽ
tię arbitri,ſi ſoluit pœnam non incidit in periurium, quia iu-
ramentum intelligitur ſecundum ius, ſcilicet, ꝙ vel ſtabit ſen-
tentiæ arbitri,vel ſoluet pęnam,ſed D.Abb.dicit, ꝙ Innoc.lo-
quitur quando in genere ſe obligauit, vt ſtaret ſententiæ arbi-
tri,non autem præciſe, & determinate ad certum quid. vnde
ne arbiter ad libitum poſſit lędere,iura ſtatuerũt,vt ex officio
ſolueret pęnam,vel intereſſe,vnde Innoc. non loquitur quan
do interuenit cõſenſus ſuper laudo,vnde dicit ſecus eſſe ſi poſt
latam ſententiam promitteret ſtare ſententię arbitri,quia tũc
non liberaretur a periurio ſoluendo pęnam, quia etiam ſim-
28 plex conſenſus ſine iuramento ſufficit ad emologationẽ lau-
di,nec liberaretur ſoluendo pœnam.l.pe.C.de arbit.& d.c.per
tuas.& plus dicit,ꝙ ſi compromittens aliquo modo cogitaſſet
illud,quod arbiter poſtmodum pronunciauit, & ad illud ob-
ſeruandum habuit animum ſe obligandi,ꝙ ſine peccato non
poſſet retrocedere, nec liberaretur a periurio ſoluendo pęnã,
& Do.Abb.poſt multa ſequitur opin.Butr.ſcilicet,ꝙ inramen
29 tum † obliget pręciſe ad factum.& hoc etiam ſenſit gloſ.iuris
ciuilis in l.ſi pecuniam.ff.de condi.ob cauſam. in ver. neceſſe.
quæ relata ad textum vult, ꝙ iuramentum obliget pręciſe ad
factum,& ꝙ etiam faciat rem deſinere eſſe integrã, ita vt non
habeat locum pœnitentia in contractibus innominatis, quæ
quotidie ſingulariter allegatur,& ratio eſt, quia iuramentum
debet impleri in forma ſpecifica,vt ſ.eod.ad noſtram.ſed non
impleretur in forma ſpecifica,ſi iurans non impleret illud, qđ
promiſit,ſed loco implementi ſolueret intereſſe,habet etiam
30 alium effectum iuramentum, † quia impedit purgationem
morę,vt dixit Bart.in l.ſi quis maior.C.de tranſac.& ideo iura
quæ dicunt, ꝙ poteſt purgari mora infra modicum tempus,
vt in c.potuit, ĩ.de loca. & ſimilia procedunt quando in obli-
gatione non eſt appoſitum iuramentum, quia tunc impedire
tur moræ purgatio,quod nota, de quo dicam in cap. ſequen.

Amplius dicit D. Abb. ꝙ etiam ſi promiſſio non ſit iurata
de iure canonico,debet quis compelli pręciſe ad factum ſi po
teſt illud adimplere,dummodo non ſit contra bonos mores,
mouetur, quia quantum ad Deum reſpectu peccati ſimplex
31 promiſſio † obligat,ſicut iuramentum,vt in c.iuramenti.xxij.
q.v.& dicit,ꝙ hoc videtur probari in c.j.ĩ.de pact.vbi manda-
tur pacta ſeruari,& cuſtodiri, & expreſſius probatur ſecũdum
eum in c.qualiter.eo.tit. vbi dicitur, ꝙ ſtudioſe agendum eſt,
vt ea, quæ promittuntur opere compleantur, vnde dicit illa
notanda,ea quę promittuntur opere compleantur,quia ſigni
ficant pactum in forma ſpecifica eſſe implendum,& ſic ꝙ nõ
ſufficiat ſoluere intereſſe,& reſpondet ad leges quę faciunt in
contrarium,ſcilicet ꝙ l.ſtipulationes non diuiduntur,ver.Cel
ſus.ff.de verb.ob.& l.ſi quis ab alio.ff.de re iudi.in quibus pro-
batur,ꝙ quis non debet compelli præciſe ad factum, ratio eſt
ſecundum Bar.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur,quia ſtipu-
latio fuit inuenta a iure ciuili, vt quis ſtipuletur, quod ſua in-
tereſt,vnde ſatis eſt,ꝙ habeat ſuum intereſſe, cum promiſſio
fundetur ſuper natura ſtipulationis, ſed de iure canonico alia
eſt ratio, propter quam quis tenetur adimplere promiſſum,
ne ſcilicet incurrat peccatum veniendo contra ſuam promiſ-
ſionem.& ſic proximũ decipiat,vt in d.c.j.& c.qualiter.de pac.
Item ipſe Bar.vult,ꝙ vbi obligatio deſcendit a lege,compella
tur quis pręciſe ad factum,arg.in l.qui liberos, ff. de ritu nupt.
cum ſimilib.Item ſi obligatio deſcendat a teſtatore, ſeu ex te-
ſtamento,niſi inducat ſpeciem ſeruitutis,vt in l.Titio.§.Titio.
ff.de cond.& demon. idem ergo dicere debemus in obligatio-
ne cauſata ex conuentione partium,cum iura diuina,& cano
nica mandent illam ſimpliciter obſeruari.ſed tu dic, ꝙ quan-
quam iſta,quæ dicit D.Abb.ſint ſubtilia, tamen cõmunis opi.
tam legiſtarum,quàm canoniſtarum eſt in contrarium, non
obſtant argumenta D.Abb. & primo,dum dicit,ꝙ apud Deũ
non eſt differentia inter promiſſionem,& iuramentum,reſpõ
detur,ꝙ fortior,& ſtrictior eſt obligatio iuramenti,quàm ſim
plicis promiſſionis,vt dixi in c.debitores.ſ.eod.Item iuramen-
tum ſeruandum eſt in forma ſpecifica,vt ſ.eo.ad noſtram.non
ſic in ſimplici promiſſione,non obſtat c.j.& c.qualiter.de pac.
nam ex illis iuribus non eſt inferendum,ꝙ quis obligetur prę-
ciſe ad factum,ſed mens illorum iurium eſt, ꝙ pactum debet
habere effectum,nec ſufficit pactum implere verbis,quia non
ſufficit voluntas niſi ſequatur effectus,vt in c.j.de eo,qui mit.
in poſſ.debet ergo pactum opere impleri,ſeruata ſcilicet iuris
diſpoſitione,vt vbi in pacto verſatur obligatio dandi,compel
latur præciſe ad illud,& ſi verſatur factum,liberetur præſtãdo
intereſſe,nam ille qui ſoluit intereſſe, nõ implet pactum ſolis
verbis,ſed etiam opere complet, & pro hoc etiam facit, quia
etiam lex vtitur eiſdem verbis,ait enim prætor pacta ſeruabo,
& tamen vbi in pacto verſatur, factum ſufficit, vt promittẽs
ſoluat intereſſe,nam non ſolum in ſtipulatione, ſed in omni
contractu, in quo verſatur nudum factum liberatur promit-
tens ſoluendo intereſſe, vt dicit Bart.in d.l.ſtipulationes non
diuiduntur,& poſſet probari in multis iuribus,quę ad pręſens
omitto.vnde non eſt dicendum,ꝙ in hoc ſit correctum ius ci
uile per ius canonicum,nam ſi ius canonicũ voluiſſet in hoc
corrigere ius ciuile clarioribus verbis hoc expreſſiſſet, & ipſe
D.Abb.in c.ex reſcripto.ſ.eo.manifeſte tenuit cõtrarium, vbi
dixit,ꝙ quis non poteſt ſe obligare ſine iuramento ad moran
dum in certo loco,donec ſoluat pecuniã creditori, quia obli-
gatio ad factum habet inſtar ſeruitutis,& ideo iura voluerunt
ꝙ quis non teneatur præciſe ad factum, ſed liberetur ſoluẽdo
intereſſe,& ibi dicit,quòd non valet obligatio, ſi quis præciſe
ſe obligat ad factum ceſſante iuramento, vnde ibi melius di-
xit,quàm hic,& hanc opinionem tene tãquam communem,
licet forte opi.D.Abb.diſputatiue,poſſet ſuſtentari. Secundo
32 quæro,quidam † filiusfamilias,vel clericus iurauit nõ exire di
ſtrictum Padue ſine licentia creditoris,demum reuocatur per
patrem,vel epiſcopum ſuum,quæritur nunquid ſi recedit peti
ta licentia a creditore,& non obtenta,ſit periurus?de qua quę
ſtione vide per Ioan.An. in regula,in malis,in mercu.lib.vj.&
per Fed.de Sen.conſi.clxxxvj.& concluſio eſt,ꝙ non ſit periu-
rus,quia in iuramento de non recedendo ſine licentia credito
ris hoc non videtur cogitatum,ſed iuramentum non extendi-
tur ad non cogitata,vt hic dicitur,& ĩ.eo.ad noſtram.el iij. Itẽ
33 filius † tenetur obedire,patri ex præcepto naturali,& diuino,
ad hoc C.de patria po.parto.& de hoc eſt bo.tex.in l. veluti.ff.
de iuſti.& iur.vbi dicitur, ꝙ de iure naturali habenda eſt reli-
gio erga Deum,& poſt Deum parere debemus parentibus, de
mum patriæ,de quo vide Sanct. Tho. q.cj.art.j.& ij. vbi ponit
quæ obedientia,vel pietas habenda ſit,primo erga Deum, ſe-
cundo erga parentes,& iunctos ſanguine,tertio erga patriam
& conciues ſuos,vnde ad propoſitum cum filius de iure natu
rali,& diuino,& canonico,& ciuili tenetur obedire,patri iura
mentum debet intelligi de non recedendo ſine licentia credi-
toris,ſaluo iure patris.ĩ.eo.quanto,& in c.venientes. & c.cum
contingat.immo ſi filius iuraſſet expreſſe creditori de non re-
cedendo ſine licentia eius,etiam ſi pater eum vocaret tale iu-
ramentum non valeret,quia continet in ſe peccatum,nec po-
teſt ſeruari abſque interitu ſalutis æternæ, ad hoc ſ.eo.ſicut ex
34 literis.Item ſicut non valet † votum filij,non intercedente cõ
ſenſu patris, vt in l.ij. ff.de pollici. Ita etiam non debet valere
iuramentum, cum regulariter votum & iuramentum proce-
dant ad paria,vt no.ſ.eo.c.j.& in c.debitores.& idem dicendũ
eſt ſi epiſcopus reuocet clericum talem, quia iurauit, quia ſi
iuſſus paternus hoc operatur,fortius iuſſus epiſcopi, quia plus
35 quis arctatur obedire † iudici,quàm patri,vt in l.ille a quo. in
fi.& l.nam quod.ff.ad Trebell. Item a quolibet iuramento in
telligitur excepta auctoritas ſuperioris, etiam alterius, quàm
36 papæ,inquantum quis iurat † circa tangentia ius ſuperioris,vt
ĩ.eo.venientes.& per Doct.in c.pe.& vlt.ĩ.de cle. non reſiden.
& per Innocen.in c.veritatis.de dolo,& contuma.& per Doc.
in c.fi.de heret.non obſtat c.ſignificauit.ĩ.de appellat.vbi not.
Hoſtien.ꝙ iurans ſoluere creditori non excuſatur a periurio,
licet ſit accuſatus,& iudex ei pręcipiat,vt non ſoluat creditori
accuſato,quia ibi iuſſus iudicis fuit iniuſtus cum accuſato poſ
ſit ſolui,ff.de ſolu.l.reo, & ſic iniuſtitia proceſſit ex parte iudi-
cis imputandum eſt ergo debitori,qui iurauit, ſi non appella-
uit. ſed hic nulla iniuſtitia eſt ex parte epiſcopi præcipientis,
ſeu reuocantis,ex quo eſt ſuus ſubditus. Prędicta autem intel-
lige,niſi fraudulenter procurauerit ſe reuocari per patrem,vel
epiſcopum,ad hoc de off.deleg.paſtor.in fi. de verb.ſign. c.fin.
lib.vj.& ff.qui ſatiſd.cog.l.fin.& ĩ.de appell. ad hæc ij. & poſſet
etiam ex pręcictis inferri ad multas alias quęſtiones ſimiles.
ſed aliquid dicam infra eodem. venientes. vbi vide.& iſta ſuf-
ficiant.

## SVMMARIVM.

1 *Iurans eccleſiam defendere, ſi requiſitus eam non defendat periurium incurrit.*

2 *Iurans poteſt requiri ſub debito iuramenti vt illud impleat.*

3 *Periurus ipſo iure efficitur qui non implet iuramentum proprium.*

4 *Appellatio aduerſus promiſſionem propriam vel iuramentum non excuſat.*

5 *Appellatio non poteſt impedire quod perpetuo edicto præcipitur.*

6 *Appellatio ſine expreſſione cauſæ eximit à iuriſdictione iudicis a quo appellatum fuit.*

7 *Appellans cauſa non ſeruandi iuramentum ſtatim incidit in periurium.*

8 *Facta*

8 *Facta pro infectis haberi non poſſunt, etiam apud Deum.*
9 *Pena periurii eſt legalis, in quibus admittitur purgatio.*
10 *Religioſi appellantes ſine iuſta cauſa a præcepto ſuperiorum tranſgreßionem iuramenti incurrunt.*
11 *Difficultas excuſat a periurio, non a pena.*
12 *Promittens non dato Calendis Martii Stico dare centum, licet Stichus moriatur, centum debentur.*
13 *Difficultas quando impedit moram committi, impedit etiam committi penam, & nota concluſiones, & limitationes.*
14 *Caſus non liberat a præſtatione quantitatis, & per conſequens nec a pena.*
15 *Hæreticum debet vitare quis etiam quod non ſit monitus.*
16 *Vaſallus requiri debet ad auxilium domini, non autem ſe ipſum offerre regulariter.*
17 *Verbum, requiſitus in inueſtitura feudorum ſolet apponi, non ſine quare.*
18 *Obligatus ad aliquid agendum, debet requiri, non autem tenetur ſe offerre.*
19 *Verba geminata in promißione defenſionis faciendæ operantur vt abſque requiſitione ſe offerat.*
20 *Verba appoſita debent ſemper aliquid operari.*
21 *Iurans defendere eccleſiam, quando non efficiatur periurus eam non defendendo.*
22 *Eccleſia non tenetur vltra ea quæ promiſit.*
23 *Dominus feudi ex ſola vrbanitate tenetur vaſallo auxilium ferre.*
24 *Dominus feudi non tenetur iurare fidelitatem vaſallo.*
25 *Iuramentum fidelitatis eſt præſtandum ſuperiori, non autem inferiori.*
26 *Dominus feudi tenetur abſque iuramento vaſallo in omnibus quæ tenetur vicem reddere.*
27 *Dominus deficiens vaſallo malefidus appellatur.*
28 *Vaſallus non ſeruans iuramentum periurus, & perfidus appellatur.*
29 *Vaſallus poteſt dominum feudi diffidare propter feloniam.*
30 *Proprietas feudi reuertitur ad vaſallum quando fit conſolidatio propter feloniam domini.*
31 *Vaſallus debet infra annum, & diem inueſtiri a domino feudi.*
32 *Delictum prælati non nocet eccleſiæ.*
33 *Contractus propter modum non impletus, mora diſſoluitur.*
34 *Officium aduocationis poteſt per alium expediri.*
35 *Cauſa mala & iniqua non debet vllo modo defendi.*
36 *Periurus non habendus, quando quæſtio eſt dubia, ſed in iure eſt relinquendus ſuæ conſcientiæ.*

## CAP. XVII.

1 BReui Si iuratus † eccleſiam defendere requi-
ſitus ſine iuſta cauſa hoc recuſat, periu-
rus eſt, nec appellatio eum defendit, hoc dicit. cō-
munis diuiſio. Secunda ibi, reſpondemus. In textu
ibi, vtrum ille, ſcilicet incurrat reatum periurij, quod eſt infra,
Io. And. Item ibi, iuramento tenetur, puta aduocatus, admini
ſtrator, vaſallus, canonicus, vel beneficiatus. Io. And. Item ibi,
ſuper hoc, ſcilicet, quòd defendat iura eccleſiæ. Item ibi, non
poſſit, ſcilicet de iure, vel de facto, ad hoc de reſcriptis. ſciſcita-
tus. Io. And. Tu autem hæc verba declara, nam ſi eccleſia fo-
uet cauſam iniuſtam de iure impeditur eam defendere. ſed ſi
eſſet infirmus, vel alio impedimento detentus, tunc eſſet impe
dimentum facti, ſiue ergo impediatur impedimento iuris, ſi-
ue impedimento facti, non incurrit periurium. Nota primo,
2 ꝙ iurans † poteſt requiri ſub debito iuramenti, vt impleat il-
lud, quod iurauit, concor. c. præcedens. Secundo not. ꝙ non
implens iuramentum proprium ipſo iure incidit in periuriū,
3 nec requiritur aliqua ſententia. Tertio no. ꝙ appellatio ad-
4 uerſus † promiſſionem, & iuramentum proprium non excu-
ſat, etiam ſecundum iſta tempora, ſecundum quæ appellatio
quælibet quæ non erat manifeſte fruſtratoria, deuoluebat eā
ad ſuperiorem. ij. q. vi. ad Romanam. & no. glo. ibi, & in c. vt de
bitus. ĩ. de appel. & iſta fuit ratio dubitandi. Sed ratio deciden-
di eſt duplex, ſecundum Goffre. Prima eſt, quia per appellatio-
5 nem non poteſt impediri illud, quod pręcipitur fieri perpetuo
edicto. l. vlt. ff. de appel. non reci. & ij. q. vj. diffinitiua. ſed perpe-
tuo edicto præcipitur ne nomen Dei in vanum aſſumatur.
Item ne iuramentum violetur. ĩ. eo. & ſi Chriſtus, & xxij. q. v.
quacunque arte. Secunda ratio decidendi eſt, quia licet ſecun-
6 dum iſta tempora † appellatio ſine expreſſione cauſæ exime-
ret a iuriſdictione iudicis, a quo appellatum fuit, non tamen
eximebat ab obligatione, quia appellans tenebatur parti. Sub
dit tamen Goffre. ꝙ ſi pendente appellatione ab ipſa appella-
tione deſiſteret, & patrocinium præſtaret, ꝙ poſſet dici beni-
gna interpretatione periurium non incurri. ff. de bo. libe. l. qui
cum maior. §. accuſaſſe. quanquam Io. And. & Docto. Ita per-
tranſeant, mihi non placet ita indiſtincte, ex quo enim appel-
7 lauit † cauſa non ſeruandi iuramentum, ſtatim incidit in pe-
riurium, quod non poteſt tolli per pœnitentiam. l. qui ea mē-
te. ff. de furt. Solo enim conſenſu peccatum perficitur quo ad
Deum, & multo magis opere ſubſecuto, vt in c. teſtimonium.
vj. diſtinct. nec poſſet Deus facere, ꝙ ille, qui in periurium inci
8 dit, periurium non incurrerit, quia † facta pro infectis haberi
non poſſunt. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. hinc dicitur, ꝙ licet
Deus virginem poſt ruinam poſſit liberare a pœna, nō poteſt
tamen ipſam corruptam coronare aureola virginitatis, vt eſt
tex. in c. ſi Paulus. xxxij. q. v. ratio eſt, quia non poteſt facere il-
lam, quæ eſt corrupta, nō fuiſſe corruptam, vnde hoc ſolo pri-
uatur Deus, quia non poteſt facere poſtquam peccatum ſit
commiſſum, quod illud peccatum non ſit commiſſum, licet
poteſt liberare a pœna peccati. Deus ergo cum poſſit omnia
hoc ſolum non poteſt, quia nō poteſt facere, quod illud quod
ſit factum, non ſit factum, vnde ad propoſitum poſtquam iſte
appellauit cauſa non implendi iuramentum ſtatim incidit in
periurium, ſed vt ſalues opinio. Doctorum dicas, ꝙ licet quo
ad Deum incurrerit peccatum periurij, tamen quo ad eccle-
ſiam non habetur pro periurio, ſi recedit ab appellatione, &
implet iuramentum, & ex hoc no. ꝙ iuramentum non impe-
dit purgationem moræ. Sed contrarium dixit Barto. in l. ſi quis
maior. C. de tranſac. vnde no. hoc dictum Goffre. cū quo Do-
ctores tranſeunt, quod per neminem inueni ponderatum, ſed
forte poſſes ſic concordare, ꝙ Bart. loquitur quando quis qui
recepit iuramentum non conſentit, ꝙ iurans purget moram.
Goff. autem, & Ioan. And. cum quibus tranſit But. loquuntur
quando ille qui recepit iuramentū, contentatur, ꝙ iurans pur
get moram. ſed licet ſit verū, ex quo poteſt ſumi limitatio ad
dictum Bar. tamen videtur mens eorum fuiſſe, ꝙ liceat iuran-
9 ti moram purgare, quia pœna periurij † eſt pœna legalis, ſed in
pœnis legalibus admittitur purgatio moræ vſque ad ſenten-
tiam, vt in l. qui cum maior. §. accuſaſſe. ff. de bo. liber. in qua ſe
fundant Goffr. & Io. An. no. Bar. in l. in criminali. C. de iuriſdi.
om. iud. & D. Abb. in c. ſi diligenti. de foro compet. ſed multū
obſtat l. ſi quis maior. C. de tranſact. quæ vult, ꝙ vbi interuenit
iuramentum, non admittatur purgatio moræ, ſed ille text. lo-
quitur quando pœna eſt appoſita ab homine, quo caſu non
poteſt dici, ꝙ pœna legalis ſit, ſecus quando pœna non eſt ap
poſita, quia tunc ſola pœna iuris adeſt, & ſic admittitur purga
tio vſque ad ſententiam. & ſic reſtringe Bart. in d. l. ſi quis ma-
ior. & ex his habes duas limitationes ad d. l. ſi quis maior. & ad
ea, quæ ibi ſcribit Bar. quas no. Item no. ſolutionem Goffre. &
Io. And. dum dicunt, ꝙ licet appellatio liberet a iuriſdictione
iudicis a quo, non tamen liberat ab obligatione. & hoc indu-
10 cit Do. Abb. contra † religioſos appellantes ſine iuſta cauſa a
præcepto ſuperiorum, nam non euadunt tranſgreſſionem vo
ti obedientiæ, vel tranſgreſſionem iuramenti, ſi prius iuraue-
runt obedire ſuperiori, ad hoc de maio. & obed. cum in eccle-
ſiis. Dicit etiam, ꝙ iſte tex. optime facit contra illos qui petunt
laudum reduci ad arbitrium boni viri ſine cauſa legitima nō
obſtante iuramento præſtito de ſtando laudo. ſi enim poſtea
declaratur laudum non eſſe reducendum, patet eos eſſe periu
ros, niſi probabilis error eos excuſaret. argumen. in c. ſacro. de
ſenten. excommu. de quo remittit. infra eodem. Quintaualtis.
11 Altimo nota, ꝙ † difficultas excuſat a periurio, & dicit hic
Io. And. in ver. pro poſſe. poſt Hoſti. ꝙ relinquendum eſt arbi-
trio boni viri, vtrum neceſſitas, vel impedimentum excuſet iu
rantem. In glo. j. vult ergo hæc gloſſ. ꝙ difficultas impediat
periurium, ſed ꝙ non liberet a pœna conuentionali, ſed Da-
ma. vt dicit hic Io. And. diſtinxit, ꝙ aut impeditur caſu, & non
incidit in pœnam, quia poteſt agere ad intereſſe contra impe-
dientem, allegat l. proinde. & l. ſi ſeruum. ff. ad leg. Aqui. ſed Io.
An. de hoc remittit ad no. in c. ſignificante. ĩ. de pig. & ad regu
lam, peccatum. li. vj. & Bar. latius hoc examinat in l. cōtinuus.
§. illud. ff. de verb. oblig. & in l. quod te. ff. ſi cer. pet. aliquid etiā
tangit in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cogan. ſed quantum ad pro
poſitum diſtingue ſecundum But. & D. Abb. & facias duos ca-
ſus. Primus eſt, quando obligatio incipit a præcedenti condi
ctione, puta, ſi non dedero tibi Stichum in Calendis Martij,
12 promitto † tibi dare centum. Pone, ꝙ moritur Stichus per ca-
ſum fortuitum, nam nihilominus tenebor dare centum, quia
pœna non venit cōmittenda ex mora, ſed ex conditionis euē
tu, ſcilicet ſi non dedero Stichum, vnde me non dante Stichū
euenit conditio, quæ me obligauit ad dandum centum, vnde
hoc caſu difficultas, vel impoſſibilitas dandi Stichum, non li-
berat a pœna dandi centum. & de hoc eſt caſus in l. in illa ſti-
pulatione ſi calendis. ff. de verb. oblig. nam iſta non eſt proprie
pœna, ſed eſt purificatio conditionis. Secundus caſus eſt, quā
do obligatio incipit a pręcedenti conuentione, ſeu a præcedē-
ti diſpoſitione, puta promitto tibi dare Stichum, & ſi non de-
dero, promitto dare centum; & in hoc caſu ſubdiſtingue, &
fac tres concluſiones. Prima eſt, qn̄ factū eſt in obl'one, & tūc
13 difficultas † impedit moram committi, & per conſequens nō
committitur pœna, vt in l. ſi vehenda. §. pen. ff. ad leg. Rhod. de
iact. puta promiſi ſub certa pœna certo tempore res tuas con-
ducere ad certum locum, nam ſi caſu fui impeditus, non com

mittitur

mittitur pœna, vt in d.§.pen. Secunda concluſio eſt, quando
datio eſt in obligatione,& ſpecies eſt danda, puta promiſi ti-
bi dare Stichum infra calēdas, & ſi non dedero promiſi dare
C. nam mortuo Sticho ante moram commiſſam non incido
in pœnam, ſed liberor ab obligatione, vt in l.quod te.ff. ſi cer.
pet.& in l.homo mortuus.ff de verbo.obli. Tertia concluſio
eſt, quando datio quantitatis eſt in obligatione, puta promiſi
dare C. infra menſem,& ſi non dedero promiſi certam pęnā,
& hoc caſu mora committitur. & per conſequens pœna, vt
14 in d.l.continuus.§.illud.ff.de verb.ob. ſicut enim † caſus non li
berat a prçſtatione quanti.no.in l.incendium.ff. ſi cer.pet. vbi
patet, ꝙ ſi incendio fuit conbuſta pecunia quantam in domo
habebam, non liberor ab obligatione, quia genus perire nō
poteſt, vt ibi dicitur,& in l.in ratione.§.diligenter.ff.ad l.Falci.
ita non liberat a pœna. ſed Do.Abba. dicit hoc eſſe intelligen
dum, niſi quantitas debeatur, vt ſpecies, vt puta promiſi tibi
C. quæ habui in archa. tunc enim idem dicendum eſt, ꝙ in ob
ligatione certę ſpeciei, vt no.in d.§.diligenter. allegat etiam l.
talis ſcriptura.ff.de leg.j. Sed tu vide meliorem tex. vt in l.ſi ſer
uus.§.qui quinque.eodem ti.& ibi per Bar.& vide Bar.in l.j. §.
adeo.ff.de dote prçle. & hoc modo limita iſtam tertiam con-
cluſionem. Secundo limitat eam D.Abba. quando ex poſt
facto promiſſor fuit impeditus per eum contra quem nō po-
teſt habere regreſſum, ſeu caſu fortuito, quia tunc, vel pœna
non committitur, vel ſaltem debet conçedi reſtitutio in inte.
ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa & c.l. j. ff.ex quib.
cau.ma. facit optime c.ſignificante.de pig.& c.ij.de conſti.& c.
ex literis.de reſtitu.in integ. dicit tamen D.Abb. ꝙ difficultas,
ſeu caſus non liberat ab obligatione. & ſic loquitur l. incen-
dium.& d.l.continuus.§. illud. Secunda limitatio eſt, quan-
do agitur de pœna periurii, nam licet quantitas ſit in obliga-
tione difficultas ſemper excuſat a periurio, quia iuramentum
ita demum obligat, quando iuranti datur facultas impedien-
di iuramentum aliter non. 22.q.ii.beatus. j̃. eo.& ſi Chriſtus.
& s̃. eodem, querelam. vnde iurans non incurrit periurium,
quando ei nihil poteſt imputari, quia iuramentum non im-
pleuit, facit optime quod dixi in c.præcedenti.in prin.j.gloſ.&
iſtud tenent communiter Doctor. & probatur apertiſſime in
tex. An autem impediatur vinculum excommunicationis,
ſi ille cui eſt factum mandatum ſub pœna excommunicatio
nis impeditus fuit mandatum exequi, plene dixi in c.ij.s̃.de te
ſti.cog.ſuper glo.fi. In gloſ.ij. diuide ipſam in duas partes. In
prima quęrit & reſpondet. In ſecunda excipit tres caſus, in qui
bus ille, qui iurauit non tenetur eccleſiam defendere. Secun-
da ibi, ſi vero eccleſia. In prima parte gl. hic ꝙ capitulum.
15 ſi inimicus.xciii.di. loquitur in hæretico † quem quis debet vi
tare, etiā ſi non ſit monitus. ſed l.ij.§.j.ff. quorum leg. allegata
in glo. dicit, ꝙ bonorum poſſeſſor non tenetur offerre ſatiſda
tionem legatario de præſtando ſibi legatum, ſed ſatis eſt,
ꝙ non ſit in mora, ſi legatarius petat ſatiſdationem, & illa l.
quotidie allegatur, ꝙ vbi quis eſt obligatus ad aliquid facien-
dum non tenetur ſe offerre, ſed ſatis eſt, ꝙ requiſitus, vel inter
16 pellatus † moram non faciat. ſed Bar. dicit ibi hoc eſſe verum,
niſi dies ſit appoſita, quia tunc dies interpellat pro homine, vt
in l.magna.C.de contrahen.& commi.ſtip. & in c.potuit.j̃.de
loca. Ita etiam dixit gl.in c.cupientes.§.ſi vero.in ver.contem-
pſerit.de elec in vi. quam glo. omnino vide.& per l.prælle. &
per iſtum tex.in verbo, requiſitus. gloſſ. determinat, ꝙ ille qui
iurauit defendere eccleſiam non ſit periurus, niſi requiratur,
vt eccleſiam defendat,& requiſitus recuſet eam defendere. ſed
Ioan.And. remittit ad Spec.in ti. de aduo.§.j.ver. ſed nunquid.
is qui iurauit, ibi Speculato. dicit, quod ſi commode venire,
poteſt ſit eccleſia indigens. & conſilium ſuum futurum vti-
le debet venire etiam non requiſitus, ſi ſibi eſt ſatisfactum,
quia ſatis eum ſtimulat, & ſatis ipſum requirit iuramentum.
ſed Ioan.And. hic dicit, ꝙ quicquid hic, & ibi ſcribatur verba
iuramenti ſunt inſpicienda, vult dicere, ꝙ aut iſte iurauit de-
fendere eccleſiam ſi fuerit requiſitus, & tunc non tenetur eā
defendere, niſi requiratur, argument in capitulo porro. infra
de priuilegiis. ſed Bald. ad hoc allegat optimum textum cum
gloſſa in capitulo primo. in verbo, requiſitus. de noua forma
17 fidelitatis. quæ dicit, quod verbum † requiſitus non ponitur
ſine quare in inueſtituris feudorum, quia vaſallus non tene
tur offerre ſeruitium domino, nec amittit feudum quanto-
cunque tempore ſteterit, quod domino non ſeruierit dum
tamen domino petente ſit paratus ſeruire. Subdit tamen,
quod ſi ſciuerit domino magnum periculum immine-
re, puta mortem, vel captionem, tunc vltro ſe debet offer-
re, vt in capitulo primo. §. ad hæc finitur lex. incipiunt
conſuetudines regni. & in capitulo vaſallus. ſi de feudo fue-
rit controuer.& in capitulo primo. An ille, qui interfecit fra-
trem domini ſui. vnde ſicut vaſallus iurans defendere do-
minum ſuum, ſi fuerit requiſitus non tenetur regulariter
eum defendere, niſi fuerit requiſitus. Ita etiam dicendum eſt
in eo, qui iurauit patrocinium præſtare eccleſię cum fue-
rit requiſitus, aut iurauit præſtare patrocinium eccleſiæ ſim-
pliciter. & tunc tenetur ſine requiſitione defendere eccle-
ſiam, ſi ſcit eam indigere patrocinio ſuo, argument. leg. in
illa ſtipulatione.ff.de verborum obligationibus. & dicit domi
nus Abba. quod hoc caſu poteſt ſaluari dictum Speculato. in
loco præallega. ex quo not. ſingularem limitationem ad illud
18 quod dicitur, quod vbi quis eſt obligatus † ad aliquid facien
dum non tenetur ſe offerre: quia illud eſt verum, niſi iura-
mentum interuenerit, quia tunc etiam ſi dies non eſt expreſ-
ſa tenetur ſe offerre, etiam ſi non fuerit requiſitus, & ſic limi-
ta gloſſ. in prçallegato capitulo. cupientes.§. ſi vero.in verbo,
contempſerit. de electionibus. in ſexto. & præallegata leg. ſe-
cunda.§. primo. ff. quorum legatorum. Addo aliam limi-
19 tationem, ſcilicet quando ponuntur verba geminata, † tunc
enim debet ſe offerre, licet non ſit requiſitus, de hoc eſt textus
in clementi. prima. iuncta glo. in verbo, exigere. de teſtamen.
Nam ille tex. dicit, ꝙ ſi religioſus eſt datus executor teſtamen
ti, ꝙ debet reddere rationem excommunicationis ordinario
loci. & ꝙ ordinarius tenetur rationem exigere. vnde glo. præ-
dicta dixit, ꝙ debet rationem reddere etiam ordinario nō pe-
tenti. ſi tamen offert & ordinarius non recipit ei nō eſt impu
tandum. ita dicit glo. prædicta. & hoc multum no. & ratio eſt
20 quia † verba debent aliquid operari. l.ſi quando.ff.de lega.j. &
in c.ſi Papa.de priuil. in vj. vt ergo euitetur ſuperfluitas, quan-
do verba gemināntur debet ſe offerre, licet non requiratur. Ter
tia limitatio poteſt addi, quando requiritur aliquid fieri tem-
pore actus, de hoc eſt glo.no.in c.vt circa.in verbo, prçſtito.de
elec. in vj. ex quo infertur, ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ nullus debeat
admitti ad magiſtratum, vel eligi, niſi ſatiſdet, vel prçſtet iura-
mentum de recte adminiſtrando, ꝙ talis debet offerre ſatiſ-
dationem, vel iuramētum antequam eligatur, vel aſſumatur
ad magiſtratum, alias electio, vel aſſumptio ad magiſtratum
non valebit, de quo vide Bar.& glo.in l.vniuerſa.C.de precib.
impe.offe.& per Bar.in l.j.de teſta.& has tres limitationes no.
21 In hac ſecūda parte tres caſus, in quib. ille qui iurauit † eccleſiā
defendere non incidit in periurium ex non defenſione. Pri-
mus eſt ſi eccleſia non ſeruauit ei fidem in ſuis neceſſitatibus.
Secundus eſt, ſi eccleſia ſubtraxit ei ſalarium conſuetum.
Tertius eſt, ſi remordet eum conſcientia de iniuſtitia cauſæ.
Aduerte primo, circa primum caſum, quia non videtur dif
ferre a ſecundo. Si enim eccleſia promiſit ſibi aliquid in ſuis
neceſſitatibus,& poſtea non ſeruauit, videtur in effectu eadē
quęſtio, quę ponitur in ſecundo caſu. Sed ſi gloſſ. intellexit de
fide tacite prçſtita, tunc differret iſte caſus a ſequenti. Vnde
quidam dicunt, quod ſicut vaſallus tenetur adiuuare domi-
num in ſuis neceſſitatibus, ita dominus vaſallum. quaſi gloſ.
velit, quod eccleſia teneatur etiam vltra expreſſe promiſſa
ſubuenire iſti in ſuis neceſſitatibus, qui iurauit defendere ec-
cleſiam. ſed Do.Abb. dicit, quod hoc dictum non eſt verum,
22 quia eccleſia † non tenetur vltra quæ promiſit. argumen. in l.
ſi erit.de actio.& oblig. pro hoc melius facit. l.quicquid aſtrin-
gendę.ff.de verborum obligat. & l.ſi vnus. §.ante omnia.ff.de
pactis. in quibus patet, quod nullus obligatur, niſi ad illud,
quod promiſit. Sed tu ſalua glo. & ipſam intellige, quod eccle
ſia non ſolum promiſit ſalarium illi qui iurauit. ſed etiam pro
miſit ei ſub neceſſitate in ſuis neceſſitatibus: modo ſi eccleſia
fidem ei non ſeruauit, vt quia non ſubuenit iuranti in
ſuis neceſſitatibus, etiam ipſe non obligatur ex iuramento ad
defendendam eccleſiam. hoc modo intelligendo, glo. bene di
cit, & iſte caſus differt a ſequenti. Intellige tamen, quando
tota eccleſia delinquit in non ſeruando fidem, vt dicam in ca
ſu ſequenti. Sed quantum ad illud, quod dixi de vaſallo, di-
cit Guil Naſo. quod vaſallus tenetur domino per iuramen-
tum. ſed dominus non tenetur præſtare iuramentum vaſallo,
ſed ex ſola vrbanitate ei tenetur. & per hoc dicit, quod licet
dominus non iuuerit vaſallum nulla pœna eſt puniendus,
23 cum † ex ſola vrbanitate ei teneatur. leg. tertia.C. de pigno-
ribus.& leg. ciuile.C.de furtis. & ita etiam tranſeunt Ioannes
Andreæ, & Butrigarius, & dominus Abbas. Sed tu ad-
uerte, quia aut tu quęris nunquid dominus feudi teneatur
præſtare aliquod iuramentum vaſallo. Secundo, an domi-
nus ſit puniendus, ſi non iurauit, vel ſi committit feloniam
contra vaſallum. Quo ad primum Guil. Naſo. & Docto-
24 res bene dicunt, quia dominus non tenetur iurare † fidelita-
tem vaſallo,& hoc tenet And. de Iſernia, & Iacobus de Belui
ſo in capitulo primo, de forma fidelitatis. & ibi dominus
Iacob. de Alua. qui ſcripſit ſuper vſibus feudorum, dicit hanc
opin. communiter teneri per Doctores, idem dicit dominus
Cardi. in c.j.de feu.& in hoc Doc. bene dicunt, & probatur ra
tione, q̄a non reperitur iure cautū, ꝙ dñs iurare dēat fidelitatē

25 vaſallo.Item iuramentum†fidelitatis eſt præſtandum ſuperio
ri non autē inferiori,vt š.eodem.ego N.& in c.nullus.& c.veri
tatis,vnde non eſt conueniens, ꝙ dominus iuret fidelitatem
vaſallo,qui eſt ſibi ſubditus in his, quæ concernunt feudum,
vt in c.verum.& in c.ex tranſmiſſa.de foro compe.& in c.Ro.
mana.§.debet, iuncta gl.de app.in vi.& j̃.eo.nimis. Quo ad
ſecundum quicquid dicant Doct.dicit, ꝙ licet dominus non
26 teneatur iurare†nihilominus tenetur in omnibus, in quibus
obligatur vaſallus vicem ei reddere, & ſi non fecerit cenſebitᷣ
27 †maleſidus. ſicut vaſallus ſi præuaricatur cenſetur perfidus &
28 periurus †de hoc eſt tex.in §.de forma.in ſi.xxii.q.v.& ibi glo.
in verbo,vicem.quæ eſt glo.vlt.dicit,ꝙ eadem fide tenetur do
minus ſubdito, qua ſubditus tenetur domino, & ſi dominus
fidem non ſeruauerit priuatur dominio,quod habet in vaſal
lo,& feudum tranſit ad ſuperiorem.Sed de hoc vltimo an trã
ſeat ad ſuperiorem ſtatim dicam, & iſtam opin. ꝙ dominus
priuetur proprietate feudi,firmat gl.in c.j.de forma fidelitatis,
quæ dicit, ꝙ dominus tenetur vaſallo ad mutuam præſtatio-
nem, & ꝙ dominus contrafaciens patitur eandem pœnam,
quia ſicut vaſallus contrafaciens priuatur feudo.Ita dominus
priuatur proprietatè feudi,& ibi Bald.dicit, ꝙ vaſallus poteſt
29 dominum†diffidare, quia debet perdere proprietatem feudi,
& dicit,ꝙ iſta verba ſignificant, ꝙ proprietas debeat conſoli-
dari cum feudo. ſicut aliquando proprietas conſolidatur cũ
vſufructu.& pro iſta opinione eſt caſus in c.domino commit
tente.ſi de feudo fuerit contro.& in c.j.quando dominus pro
prietate priuetur,in quibus probatur, ꝙ pro felonia pro qua
vaſallus perderet feudum,pro eandem,vel ſimili felonia,do-
minus perdit proprietatem feudi, & cõſolidatur directum do
minium cum feudo.Vnde glo.in dicto §.de forma.male dixit
30 inquantum dixit,ꝙ proprietas†feudi reuertitur ad ſuperiorẽ,
quia immo reuertitur ad vaſallum.& de hoc eſt caſus in p̄all.
ca.domino committente.ſi de feudo fuerit contro. de quo ta
men diſtingue,vt ibi per D.Ia.de Alua.& in c.j.quando domi
nus propric.priue.& adde ad prædicta gl. no.in c.j. in §.ſi.quæ
ĩcipit: no.hic ar.per quos fiat inueſtitura,quę dicit,ꝙ ſicut va
ſallus cadit a feudo ſi intra annum & diem non petierit inue-
ſtituram, eodem modo dominus cadit a proprietate feudi.ſi
31 requiſitus vt inueſtiat vaſallum† neglexerit infra annum, &
diem. ipſum inueſtire,quam glo.communiter ſequuntur Do
cto.iõ tene ipſam menti.Et ſi feudũ eſſet eccleſiaſticum dice-
rem,ꝙ ſicut eccleſia perdit feudum pro tempore prælati, qui
commiſit çulpam,& reuertitur ad dominum, vt probatur in
c.ſi.de capit.Conradi.alias eſt c.j.§.ſi. Ita ſi eccleſia eſt domina
feudi, & prælatus commiſit culpam priuatur proprietate. &
cõſolidari debet cum vtili dominio feudatarii, nec tenebitur
aliquam recognitionem facere eccleſiæ,nec aliquid ei ſolue-
re ratione feudi. ſed mortuo prælato debet petere inueſtiturã
a ſucceſſore,& ipſum recognoſcere, tanquam dominum feu
di,vt d.§.ſi.ſeu ca.ſi. Sunt tamen aliqui caſus in quibus non da
tur ęqualitas, ſeu parilitas inter dominum & vaſallũ, de qui-
bus vide per D. Ia.de Alua.in dicto c.j.de forma fide.& in d.c.
j.ver.& cum datur.de conſue.recti feu. & hæc no.quia per Do
cto.non ſunt declarata. Et hæc ſufficiant quo ad primum ca-
ſum glo. Venio ad ſecundum caſum.ſ.quando eccleſia ſub-
traxit ſalarium conſuetum.ſed Ioan.And.poſt Hoſtien.hic di
cit,ꝙ glo.dicit verum,ſi tota eccleſia deliquit.alias debet age-
32 re contra prælatum ad ſalarium & iuuare eccleſiam,quia†de
lictum prælati non nocet eccleſię, vt in regula delictum,lib.
vj.niſi ſub conditione iuraſſet.ſ.ſi ſibi ſalarium ſolueretur,š.ę.
peruenit.ij.Butriga.& Dom.Abbas no.ex hoc dicto,quod fa-
ctum ſolius prælati ſufficit,vt deficiat conditio, non autem
poteſt committere moram,vt cõtractus modalis diſſoluatur.
de quo vide quę ſcripſi in capitu. verum.infra de conditione
appoſi.Ratio differentię eſt ſecundum Do.Abba.quia vt con
tractus conditionalis diſſoluatur, ſatis eſt conditionem non
fuiſſe impletam.etiam ſi hoc cõtigerit ſine culpa, vt ĩ l.in illa
ſtipulatione ſi calẽdis.ff. de verborum oblig.& quod no.Bart.
in l.ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſda.cogan. Sed vt diſſoluatur,con-
33 tractus†propter modum non impletum,exigitur mora,vt in
dicto capitu.verum.ſed factum ſolius prælati non facit eccle-
ſiam eſſe in mora,argumen.xvi.queſtio.ſexta.ſi epiſcopum.

Venio nunc ad tertium caſum in quo glo.vult,quod ꝯ cõ-
ſcientiam non teneatur adiuuare eccleſiam,ſed eccleſia habe
bit eum pro periurio. ſed hoc vltimum non placet Hoſtien.
quia per hanc viam daretur materia aufferendi bñficiũ, ſeu
ſalarium deputatum pro adiuuanda eccleſia contra capitu-
lum Satis peruerſum,lvi.diſtincti.& ſupra eodem,Querelam.
& ſic iſte pateretur damnum, vnde deberet præmium conſe-
qui, ſupra de renunciationibus.ſane.nec obſtãt iura allegata
in ſi.gl.quia loquunẽ in matrimonio vbi timetur colluſio. j̃.
de eo,qui cogno.conſangu.vxo.ſuæ.ſuper eo.& infra eodem.
tua.& maxime, quia in matrimonio vertitur periculum in
continentiæ, nec in officio matrimonij poteſt licite deſeruiri
34 per alium:ſecus in officio†aduocationis,quod per alium põt
expediri.C.de iud.l.rem non nouam.dabit ergo ęque bonum
ſubſtitutum,ꝙ ſalua conſcientia facere poterit,argu.ff. de ne-
go.geſt.l.at qui natura.§.cum me abſente.& ff.de iur.om. iud.
l.prætor.facit,quod no.in c.bonæ.ij.§.j.de poſtu.præla. & ſub-
dit,ꝙ ſi non poſſet inuenire ſubſtitutum adhuc hoc conſide-
rabitur arbitrio boni viri,ponderata qualitate perſonæ aduo-
cati,& cauſæ.& ſi apparet fraus debet procedi contra ipſum.
ſed ſi apparet bona fides debet abſolui, ar.de reſcrip.cum con
tingat.ad ſi.in dubio autem debet relinqui ſuæ conſcientiæ. j̃.
eo.mulieri.& j.q.vii.ſancimus.& de procur.in materia.§.ſi.Sed
diſtingue poſt But.& D.Abba.& fac duas concluſiones.Prima
eſt concluſio,ꝙ ſi apparet de bona fide non eſt habendus pro
periurio, nec eſt auferẽdum ei ſalarium,vel beneficium, nec
debet dare ſubſtitutum,quia non debet dare operam, vt def-
35 fendatur mala,&†iniqua cauſa,vt in l.rem non nouam.C.de
iud.& in l.ſi procurator.ff.de condi.indeb. Secunda conclu-
ſio.ſi eccleſia obtinet ſententiam in fauorem ſuum præſumi-
tur periurus, quia exitus cauſæ probat merita, & demerita
conſcientiæ,vt in l.non nouam,præall. vnde niſi oſtendat ec-
cleſiam fouere iniuſtam cãm habendus eſt pro periuro, cũ
per ſententiam quę tranſiuit in rem iudicatam ſit fundata in
tentio eccleſiæ alllegantis periurium, vnde hoc caſu in foro
contentioſo non eſt curandũ de ſola conſcientia ipſius, & ſic
in dubio eſt habẽdus pro periuro, & hoc quo ad eccleſiam,
& hoc modo intellige gl. Sed quo ad Deum non eſt haben
dus pro periuro ſi in ueritate deſtitit a defenſione propter re-
morſum conſcientiæ, vt in c.inquiſitionis.j̃.de ſent.excom.&
in c.literas.de reſt.ſpo. Ego tamen crederem,ꝙ ſi caſus eſſet
ita dubitabilis,ꝙ neſciretur quæ eſſet communis opi. licet eſ-
ſet iudicatum in fauorem eccleſiæ,ꝙ non eſſet habendus pro
36 † periuro, ex quo enim qõ eſt dubia in iure relinquendus eſt
ſuæ conſcientiæ.facit quod no.Bar.in l.ij.C. de pœna iudi.qui
male iudi.& hoc caſu intelligo Hoſt.& Ioan.An.dum dicunt
ꝙ in dubio relinquendus eſt ſuæ conſcientiæ, & ex his habes
tres concluſiones.Prima eſt,ꝙ ſi certum eſt,quod eccleſia fo-
uet cauſam iniuſtam iurans eſt excuſatus, nec debet dare ſub
ſtitutum. Secunda concluſio. ſi eſt dubium, licet eccleſia
poſſit quo ad ſe eum habere pro periuro, non tamen ante li-
tem diffinitam poteſt eum priuare ſalario, vel beneficio,ſed
lite diffinita in fauorem eccleſiæ poteſt ei aufferre ſalarium,
vel eum priuare beneficio,niſi oſtendet eccleſiam fouere in-
iuſtã cãm Tertia cõcluſio.ſi cauſa eſt valde dubia,licet eccle-
ſia obtinuerit relinquendus eſt conſcĩæ ſuæ.& ſic eccleſia nõ
põt eũ priuare ſalario,vel beneficio.& hæc procedũt in foro
contentioſo, ſed quo ad forum pnĩę indiſtincte creditur ſuæ
conſcĩę,vt in c.ſignificaſti.de hom. & ſi deſtitit a defenſione,
quia eum remordebat conſcĩa apud Deũ non habebitur pro
periuro, vt d.c.inquiſitioni.de ſen.excõ.& in c.literas.de reſti.
ſpo.& iſta ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Princeps qui iurauit legitimam ſeruare monetam, ſi ignorauit defraudatam pondere debet reſtaurare.*
2 *Conſiliarii principis non rectum conſulentes puniendi, & qualis eſſe debeant.*
3 *Tibuta atq; alię exactiones debent eſſe ita moderata vt ſubditi poſsint cõmode ſoluere.*
4 *Delicti particeps quot modis quis efficiatur.*
5 *Conſiliarii non debent tacere aduerſus malum conſilium etiam ſi dent balotam in contrarium.*
6 *Iuramento ſuo illicito quis propria auctoritate poteſt contrauenire.*
7 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*
8 *Deo omne vitium eſt contrarium cum ſumme bonus ſit.*
9 *Princeps non debet facere aliquid in præiudicium populi ſine eius conſenſu.*
10 *Regna remota iuſtitia non ſunt niſi magna latrocinia.*
11 *Interpretatio quid ſit.*
12 *Iuramentum ſi non poteſt ſeruari in forma ſpecifica debet ſeruari eo modo quo ſeruari poteſt.*
13 *Cor magis conſideratur a Deo quam lingua.*
14 *Forus iudicialis nocet conſentienti, & prodeſt neganti.*
15 *Aduocatns peccat ſcienter defendendo cauſam iniuſtam.*
16 *Ignorantia quomodo efficitur peccatum mortale.*
17 *Pœna imponenda falſanti monetam apponitur cum diſtinctione.*
18 *Radere nummos quid ſit.*
19 *Tingere nummoi quid ſit.*
20 *Aurifices facientes minorem ligam puniendi ſunt.*
21 *Argentum ligæ Venetiarum plus valet, quam Padua vel Vincentiæ.*
22 *Falſans monetam qualiter puniatur.*
23 *Pęna capitalis eſt triplex.*
24 *Monetam cudere an inferior principe poſſit.*

25 *Perſona*

25 *Perſona priuata etiam cum priuilegio an cudat monetam.*
26 *Ciuitas non recognoſcens ſuperiorem iura imperii exercere poteſt.*
27 *Domus in qua falſificatur moneta eſt confiſcanda.*
28 *Falſarius monetæ poteſt a quocunque capi.*
29 *Expendens falſam monetam an pęna falſi teneatur.*
30 *Statuto imponente pęnam delinquenti circa certam materiam & rē, mutata materia pęna debet mutari.*
31 *Papa an poſſit diſpenſare circa iuramentum & quomodo.*
32 *Diſpenſatio voti & iuramenti pariter procedit.*
33 *Papa debet diſpenſare cum claue diſcretionis.*
34 *Papa omnia poteſt.*
35 *Diſpenſatio contra ius naturale quando valeat.*
36 *Votum & iuramentum ſunt de iure naturali.*
37 *Clauis quando dicatur non errare.*
38 *Conciſtorium Dei & Papæ ſunt idem.*
39 *Iuramentum diſtinguitur per ſeptem caſus, qui hic ponuntur.*
40 *Papa ſola voluntate abſoluit, in caſu in quo ipſius auctoritas intelligitur excepta.*
41 *Papa poteſt abſoluere ſeipſum.*
42 *Iuramentum poteſt remittere is de cuius præiudicio agitur.*
43 *Iuramentum ſit licitum nec ne, an ſolus papa inrerpretetur.*
44 *Epiſcopus etiam ſecundum canoniſtas, poteſt diſpenſare ſuper iuramento.*
45 *Periurium non debet committi propter bonum ſpirituale.*
46 *Inſcriptioni monetæ & ſepulchrornm anſtandum.*
47 *Poetæ tanquam vitioſi ſunt fugiendi.*
48 *Libros poetarum vtrum legere liceat.*
49 *Moncta vt ſit iuſta tria requiruntur.ſ.quantitas ponderis, & materia curſus.*
50 *Falſitas circa ſcripturam quę non probat non inducit pœnam falſi, nec moneta vitiatur ob falſam inſcriptionem.*
51 *Moneta poteſt cudi ab auctoritatem habente ſub alterius nomine.*
52 *Inſcriptioni libri an ſit ſtandum, & ſic lapidis, & fidem faciat.*
53 *Moneta fraudari ſex modis poteſt, qui enumeratur.*
54 *Negocium Regis reputatur vniuerſitatis regni negocium.*
55 *Imperator eſt dominus totius orbis quo ad vniuerſalem iuriſdictionem, bona tamen priuatorum non ſunt ſua.*
56 *Ciues fraudantes gabellam peccant.*
57 *Forenſes poſſunt indiſtincte fraudare gabellam.*
58 *Mendacium omne eſt peccatum.*
59 *Peccatum veniale ſit mortale dum placet.*
60 *Præbendarum diuiſio requirit conſenſum omnium, quia ad omnes pertinet.*
61 *Conſilium poteſt diſponere de his que ſpectant ad ciuitatem.*
62 *Gabella vel collecta impoſita extra neceſſitatem, & ſine conſenſu ciuium continet illorum præiudicium.*
63 *Princeps in cudenda moneta nec lucrum nec damnum ſentire debet, ſed potius lucrum paruum.*
64 *Moneta debet valere tamen in forma, quantum in materia.*
65 *Monetę fraudatur per campſores qui ponderãt ſingulos denarios, & leuiores expendunt, grauiores comflando.*
66 *Monetam grauiorem an liceat conflare.*
67 *Conflantes monetam faciũt contra ordinationẽ regis vel ciuitatis, qui voluerunt eam expendi.*
68 *Domini ciuitatum mandantes recipi monetam diminutam, fraudem committunt.*
69 *Princeps cudere faciens monetam reprobatam & minus valentem pro bona, fraudare dicitur.*
70 *Moneta reprobatur triplici de cauſa.*
71 *Moneta diminuta an periculum ſpectet ad debitorem vel creditorem, vbi diſtinguitur, & caſus formantur.*
72 *Debitor tenetur reſtituere valorem temporis contracti mutui.*
73 *Verbum groſa exponitur.*
74 *Nomina in oſus deſinentia plenitudinem ſignificant.*
75 *Res in mutuo non debet reſtitui deterior.*
76 *Conuentio tribuit legem contractui.*
77 *Moneta reprobata in totum ante moram debitoris damnum infert creditori in ſolutione.*
78 *Solutio eſt facienda ſecundum monetam antiquam quando curſus eius eſt reprobatus.*
79 *Monetæ bonitas magis conſideratur reſpectu curſus, quam materiæ.*
80 *Debitor patitur damnum in ſolutione, ſi moneta poſt debitum contractum fuerit deuaſtata.*
81 *Pecunia in ſolo valore diminuta remanente eadem bonitate, an noceat debitori, qui non eſt in mora.*
82 *Monetę mutatio conſideratur reſpectu temporis contractus.*
83 *Aeſtimatio antiquæ monetæ inſpicienda eſt.*
84 *Contrariorum eadem debet eſſe ratio.*
85 *Solutio eſt facienda ſecundum communem curſum monetæ.*
86 *Interpretatio debet fieri lata in priuilegiis principum.*
87 *Augumentatiǫ monetæ momentanea, puta vnius vel duo dierum non eſt attendenda.*
88 *Mora infert damnum debitori circa diminutionem vel auctionem monetæ.*
89 *Debitor tenetur poſt moram ſoluere intereſſe quod conſiſtit in damno.*
90 *Denarius vnus licet non poſſit æſtimari, tamen plures ſimul proſſunt.*
91 *Debitor ſemper damnum patitur poſt moram.*
92 *Salaria officialium, & condemnationes delictorum ex qua moneta perſolui debeant.*
93 *Libra auri ſecundum leges valet ſeptuaginta duos aureos.*
94 *Solutio debet fieri ſecundum conſuetudinem loci.*
95 *Teſtatore mandante decem ſolui, quo pacto ſoluendi ſint.*
96 *Solutio reſpicit ſemper tempus vel teſtamenti, vel contractus, vel ſententiæ.*
97 *Princeps non poteſt facere ſtatutum in præiudicium eccleſiarum.*
98 *Cenſus debent ſolui ex antiquo contractu, & ſecundum antiquum monetæ valorem.*
99 *Ducatus qui valebat libras v. & ſolidos xiiii. fuit auctus vt valeat vi. libras & iiii. ſolidos.*
100 *Promittens ſoluere Florentię libras centum, de qua moneta intelligatur.*
101 *Veriſimile eſt attendendum in ſolutionibus.*
102 *Solutio an poſſit fieri creditori, de vna moneta pro alia.*
103 *Dotis reſtitutio qualiter ſit facienda reſpectu valoris monetæ.*
104 *Dos quę fuit in florenis, in florenis reſtitui debet.*
105 *Satisfactio officialium, qui ſuper controuerſia voloris monetæ a contrahẽtibus aditi cognouerunt, an a debitore vel creditore ſit facienda.*

## C A P. XVIII.

1 QVanto. Princeps† qui iurauit legitimam ſer
uare monetam. ſi ſciebat illam legi-
timo pondere defraudatam pęnitere, debet de iu-
ramento, ꝙ fuit illicitum, & ideo non ſeruandũ. 1
Si vreo ignorabat tunc iuramentum ſeruat ſi illam faciat re
ſtaurare, hoc dicit. Communis diuiſio, ſecũda ibi, ſuper quo.
2 No. primo, ꝙ cõſiliarij † principis, vel ciuitatis non rectũ con-
ſulentes perdunt nomen conſiliariorum & appellantur dece
ptores, & Io. An. allegat ad hoc, ſecundo Paralipo. xx. cap. vbi
ſunt hæc verba, ipſi fuerunt conſiliarij in interitum eius. & di
cit Hoſtien. ꝙ multi tales reperiuntur hodie, qui ſolum nitũ-
tur ad danda conſilia pro extorſione pecuniæ, cum lex di-
cat, ꝙ conſiliarius optimus & purus vndique, & contentus is,
quæ dantur fiſco eligatur, ꝙ ſi trãſgreſſus fuerit expellatur, &
alius idoneus introducatur, vt in Authẽ. de mandatis princi.
§. pręcipue vero officiales. col. iij. de quo remittit ſe ad c. cum
olim. ſ. de arb. & vide gl. in clem. ad noſtrum. in ver. conſumit.
de cẽſ. quæ allegat Suetonium. lib. ij. vbi refert, ꝙ Tiberius pſi-
dibus ſuadentibus prouincias onerari tributo reſcripſit, Bo-
ni paſtoris eſt tondere peccus non deglutire. ex qua glo. no. ꝙ
princeps peccat ſi imponit aliqua onera ſubditis, ex quib. gra
3 uentur, nam tributa † & aliæ exactiones debent eſſe ita mode-
ratę, vt ſubditi poſſint commode ſoluere, vnde conſiliarii dã
tes conſilia principibus, vt extorqueant pecunias tenentur ad
reſtitutionem, ſi conſilium eorum fuit cauſa extorſionis, vt in
c. ſicut dignum. §. qui vero. infra de homicid. & in regula nul-
lus ex cõſilio, libro vi. Et quot modis quis efficiatur particeps
4 † delicti ita quod teneatur ad reſtitutionem, dic vt in iuribus
pręal. & vide bonã glo. in clem. prima. in verbo, defenſauerit.
de pœnis. & omnino vide ſan. Thom. ij. ij. qõ. lxii. ar. vii. & qõ.
lxxi. arti. iii. in quibus declarat quot modis quis cenſeatur co-
operatur ſiue participator delicti, ita vt teneatur ad reſtitutio
nem, ſicut ille qui principaliter delictum commiſit: & hæc be
ne notabis contra conſiliarios principum, vel ciuitatum. Nã
ex ſuis malis conſiliis tenentur ad reſtitutionem omnium dã
norum. Immo plus dico, quod non ſolum tenentur, quando
5 præbent malum conſilium, ſed etiam quando tacent, † etiam
ſi dant balottam ſecrete ad talia damna impedienda. quia cũ
ſint de conſilio tenentur ad conſulendum recte, & ad loquen
dum, ex quo permiſerunt ſe aſſumi ad conſilium, vnde non
excuſantnr, niſi expreſſe loquantur contra illam partem ini-
quam, hoc tenuit Innocen. in capitulo primo. de his, quæ fiũt
a maiori parte capituli. & ibi per D. Abb. adde tex. op. qui hoc
aperte dicit in c. nolite. xi. q. iii. & Lu. Ro. in oratione Baſilien.
vii. colu. impreſſa in volumine conſiliorum ſuorum, & adde
D. Ab. in c. in cauſis. j. col. de elect. qui pulchre loquitur, & ſin-
gulariter limitat hoc dictum. & idem D. Alexan. in c. conſul-
uit. iii. in fi. de app. & hoc maxime puto verum ſi credebant, ꝙ
ex ſuo conſilio potuiſſet illa pars iniqua impediri, vt in c. ſicut
dignum. de homi. & in c. error. & in ca. conſentire. lxxxiii. diſt.
& in ca. facientes. lxxxvi. diſ. Secundo no. ꝙ quis debet venire
6 contra proprium iuramentum, † quando illud eſt illicitum,
debet tamen diſcrete contrauenire, ne generet ſcandalũ aliis,
vt in capitu. qualiter & quando. el primo, infra de accuſatio.
& ex hoc no. ꝙ ſapienter facit ille qui non implet iuramentũ
illicitũ, ad hoc xxij. q. iiii. magnæ. vbi tex. dicit magnæ ſapiẽtiæ

eſt reuocare hominem quod male locutus eſt.ad idē iurauit
Dauid temere, ſed non impleuit iurationem maiori pietate
ductus,eadem q.iurauit iterum,in malis promiſſis.in turpi vo
to muta decretum. quod incaute vouiſti non facias. impia
eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur, eadem qō.in malis. &
iſte tex. aſſignat rationem, quare iuramētum illicitum nō ſit
7 ſeruandum,quia iuramentum† non debet eſſe vinculum ini-
quitatis.i.non debet ligare ad iniquitatem faciendam,nam cū
iuretur principaliter Deo,vt in cap.debitores. s̄. eodem. Deus
non vult vinculare ad iniquitatem.Deus enim eſt ſummę bo
8 num†cui omne vitium eſt contrarium tanquam malum bo-
no,vt dicit Aug.in xii.lib.de ciuit.Dei.cap.iii.vnde cum oē vi-
tium ſit ſibi contrarium,& ei ſummę diſpliceat non poteſt re
cipere iuramentum illicitum,quia non poteſt conſentire ma
lo. Tertio not. ibi irrequiſito aſſenſu populi, quod princeps
9 †non debet facere aliquid,ex quo poſſit fieri pręiudicium po
pulo ſine eius con ſenſu,arg.de oſſi.archid.in c. ad hæc.§.fina.
Et ex hoc infert Hoſtien.quod Rex, vel dominus ciuitatis,
non poteſt componere ſuper damnis datis populo ratione
guerrę,de quo remittit ad ſummam de pœ.§.fi.ver.ſed ponę,
quod guerra,& hæc bene not. contra principes extorquentes
exactiones indebitas a ſubditis,nam tenentur ad reſtitutionē.
& vide ſan.Thom.ij.ij.q.lxvi.articu.viii.in fi.vbi dicit, quod ſi
principes extorqueāt indebita a ſubditis tenētur ad reſtitutio-
nem ſicut latrones, & allegat Aug.in iiii.libro.de ciui.Dei. ca.
10 iiij.vbi ſic dicit remota itaq; iuſtitia,quid ſunt regna, †niſi ma
gna latrocinia? & latrocinia, qd ſunt,niſi parua regna? allegat
etiam Ezechielem.xxij.vbi dicitur,principes eius in medio ei⁹
quaſi lupi rapientes pręda m.& per hoc concludit,quod tenē
tur ad reſtitutionem, ſicut & latrones,& quod tanto grauius
peccant,quam latrones,quanto periculoſius & communius
agunt contra publicam iuſtitiam, cuius cuſtodes ſunt poſiti,
& hęc verba no.de quo etiam per Hoſtien.in ſumma de pœ.
§.quibus.ver.quicquid de quæſtis. & vide eundem ſan.Thom.
ij.ij.q.lxii.ar.vii.vbi dicit,quod principes,qui tenentur cuſtodi
re iuſtitiam in terra tenentur ad reſtitutionem, ſi propter eo-
rum deffectum latrones increſcunt, quia redditus quos ha-
bent ſunt quaſi ſtipendia ad hoc inſtituta, vt iuſtitiam conſer
uent in terra,& hoc etiam notabis. licet enim hæc iure proba
ri,poſſint tamen principes ſeculares propter auctoritatem,S.
Thom.magis terrebuntur, & forte certificati a talibus abſti-
nebunt,vnde tene menti. Quarto not.quod quando eſt du-
biū,an iuramentū valeat,vel nō potius cadit interpretatio,q̃
11 abſolutio,& dicit hic Bald.quod interpretatio† nihil aliud eſt
quam iudicium intellectus mixta ratione,& ſcriptura proue-
niens. Quinto not. quod ſi iuramentum non poteſt ſeruari
12 in forma ſpecifica,debet ſeruari † eo modo quo poteſt. nam
vt hic vides iſte iurauit ſeruare monetam patris ſui,& intelle
xit de pręſenti, tamen ſi illa reperitur fraudata,tenetur facere
aliam monetam cudi ſub nomine patris ſui,vt ſic ſeruet iura-
mentum eo modo quo poteſt,& ex hoc patet,quod iuramē-
tum habet in ſe clauſulam,ſi non valet quod ago,vt ago va-
leat,vt valere poteſt, ad hæc lex cum pater, §. filiis matrem.
ff.de lega.ij. Sed Butrig.remittit ad Specu. in titu.de actio.&
pe.§.ſequitur.verſi.quid ſi pęnalis, & dicit iſtum tex.eſſe bene
no.quia facit ad multa,& dicit Do.Abb.quod ex hoc patet,ꝙ
illa verba,& vſque quaque ſeruandū debent exponi.i. eo mo
do quo poteſt.ex hoc tu facias regulam,quod ſi iuramentum
poteſt ſeruari abſque peccato in forma ſpecifica debet obſer
uari ſub ea forma ſub qua iuratum eſt,& hoc modo procedit
c.ad noſtram.s̄.eodem. Sed ſi non poteſt ſeruari ſub ea for-
ma ſub qua iuratum eſt, tunc debet obſeruari ſub ea forma
ſub qua poteſt obſeruari,& ſic valet eo modo quo valere po
teſt,vt hic. Vltimo no.in ver.verumtamen ſi monetam. intel
ligēdo,quod ponat tertium caſum,vt videtur placere Io.An.
& Io.Cal.& communiter Doc.ſ.vt intelligatur,quando crede
bat monetam fraudatam,ſed nō erat, ꝙ iurans licitum quod
13 credebat eſſe illicitum peccat,quia Deus magis cōſiderat†cor
quam linguam,vt dicit tex.in c.homines.xxii.q.ij.vbi tex.dicit
ꝙ magis peccat iurans verū, credens illud eſſe falſum, quā iu
rans falſum credens illud eſſe verum, quia non facit linguam
ream,niſi mens rea.de quo dixi s̄.eod.querelam. Et ex hoc
dicit Io.Cald.ꝙ ſi quis credit ſe venire contra iuramentum,&
non venit,puta quia iurauit debitor non exire diſtrictum Bo
noniæ non ſoluto debito, & exiuit credens debitum non eſſe
ſolutum,quod tamen erat ſolutum eſt periurus,quo ad Deū,
& in foro cōſcientiæ, & dicit ſe diſputando ita determinaſſe,
& hoc etiā ſequitur hic d.Ab. & Bu.in fi.com.qui dicit hoc eſ
ſe tenendū,quicquid dicat Gul.de Cu.in l.Labeo.ff. de iureiu.
vbi dicit,ꝙ ſi iuraui tibi x.in paſchate,& me ignorante,tu pro
rogaſti terminum aliquo recipiente nomine meo, & conclu-
dit,ꝙ ſi in termino non ſoluerim hoc ignorans, ꝙ non ſum
periurus.Sed But.dicit, ꝙ poteſt dicere verum, quo ad forum
contentioſum,quia non ſum in mora, ſed bene quo ad forū
pœnitentiæ,vt dictum eſt, & dicit hic Bald. quod regula fori
pœnitentialis non prodeſt, niſi pœnitenti & confitenti deli-
ctum ſuum, econtra regula fori iudicialis nocet confitenti,
& prodeſt neganti,& ratio dr̄iæ eſt ſecundum eum, quia pœ-
nitentialis forus abhorret iudicialem indaginem, & dicit, ꝙ
idem ita no.Inno.in c.nouit.de iud.ſed inquantum Bal.dicit,
14 ꝙ forus iudicialis nocet † confitenti, & prodeſt neganti,
intelligas quo ad victoriam cauſæ, ſed quantum ad animam
confeſſio prodeſt & negatio nocet.& per hoc glo.in c.j.de cō
feſ.in vj.poſt primum.verſi.ſcire autem debes.dicit,ꝙ aduoca-
tus qui docet clientulum falſum reſpondere tenetur ad-
uerſario reſarcire damnum, ꝙ ex hoc pertulit, puta ex onere
probandi,vel ex amiſſione cauſæ,& ſubdit ꝙ ſolent aduocati
dicere clientulis,ſi hoc cōfiteberis cauſam perdes, nec dicunt
ſi negabis perdes animam,quod no.& vide S.Tho.q. lxxi.art.
15 iii.vbi dicit,ꝙ eſt manifeſtum, quod aduocatus† qui p̄ſtat au-
xilium, & conſilium cauſæ abſque dubio grauiter peccat, ſi
ſcienter deffendit cauſam iniuſtam,& quod tenetur ad reſtitu
tionem eius damni,quod contra iuſtitiam altera pars iurauę
rit per eius auxilium. Si autem ignoranter iniuſtam cau-
ſam defendit putans eam eſſe iuſtam excuſatur ſecundū mo-
dum,quo ignorantia excuſari poteſt,& vide ſanc. Thom.ij.ij.
16 q.liii.ar.ij.in ſolutione ſecundi arti.vbi dicit,ꝙ†ignorantia nō
eſt peccatum mortale de ſe, ſed ſolum ratione negligentiæ p̄-
cedētis,vel effectus ſequentis. Sed tu dic clarius,ꝙ ſi aduoca-
tus credit defendere cauſam iuſtam dummodo non ſit in do
lo,vel lata culpa non tenetur ad reſtitutionem, pro hoc alle-
go dictum Inno.in c.ſicut dignum.de hom.quod a Doc. com
muniter approbatur,vbi dicit, ꝙ dans damnum alteri non te
netur ad reſtitutionē.niſi ſit in dolo,vel lata culpa,licet enim
teneatur agere pœnitentiam in foro conſcientiæ,non tamen
tenetur ad reſtitutionem.non obſtat dictum S.Thom.quia de
bet intelligi,quando ignorantia cauſatur a negligentia pręce
dente,vel ſequente,in his quę ſunt de mēte ſalutis,talis enim
negligentia,ſeu ignorantia cauſata ex ipſa negligentia eſt pec
catum mortale,vt dicit idem ſan.Thom.q.liiii.ar.vlt.pro hoc
facit c.in ipſarum.xxii.q.ii.& xvi.qō.j.ſi cupis.ſecus in his, quę
non ſunt de neceſſitate ſalutis,quia tunc ignorantia,ſeu negli
gentia non eſt peccatum mortale.Et hoc no.contra illos, qui
nolunt intelligere pręcepta diuina,vt magis peccent ex igno-
rantia,quam ex ſcientia,nam non excuſantur,vt probant iu-
ra præal.& tales reprehenduntur a pſalmiſta dicente, noluit
intelligere,vt bene ageret,& vide Ioan. And.in regula ignorā
tia.lib.vj.vbi allegat beatum Bernardum,qui dicit,ſcire debes,
& non vis,non pro ignorantia, ſed per contemptu iudicabe-
17 ris. In glo.prima hæc glo.Primo ponit pœnam,†quæ impo
nitur falſanti monetam. Secunda ponit tria ſpecialia in hoc
crimine.ſecunda ibi,& ſunt tria ſpecialia,in prima parte glo.
dicit tria.Primum eſt,quod falſans monetam principis debet
comburi. Secundo,ꝙ falſans monetam ciuitatis, debet ca-
pite puniri.Tertio dicit,ꝙ ſi quis radit nummos, vel tingit,ſi
eſt liber debet damnari ad beſtias, & ſi eſt ſeruus debet puni-
18 ri vltimo ſupplicio. Dr̄r aūt radere† nummos illi q tondunt,
& faciūt eos minores in forma,& ēt minoris ponderis,illi aūt
19 dr̄r †tingere,qui nummos ęreos coopereriūt auro,vel agēto,
vt apparēt de auro vel argento, quod crimen nunc multū eſt
in vſu.& tene menti.l.leg.Cornelia.cum ibi no.per Bar.ff.ad l.
20 Cor.de fal.vbi dicit Bart. qđ ſi †aurifices facerent aurum, vel
argentum de minori liga, quam ciuitas requirat, dēnt puni-
21 ri pęna falſi.pone exemplum argētum† ligę ciuitatis Venetia
rū plus valet, q̃ liga argentū ciuitatis Paduę,& plus valet liga
argēti ciuitatis Padę, q̃ valet liga ciuitatis Vicentię, & hoc eſt
non propter maioritatem, vel minoritatem ponderis.Sed eſt
quia argentum ſecundum ligam ciuitatis Venetiarum eſt ma
gis purificatum, quam argentum ſecundum ligam ciuitatis
Paduæ, & adhuc eſt magis purificatum ſecundum ligam ciui
tatis Paduę,quam ſecundum ligam ciuitatis Vincentiæ, mo-
do ſi aurifex ciuitatis Venetiarum conflaret argentum ſecun
dum ligam ciuitatis Paduæ,ſi illud venderet tanquam de liga
ciuitatis Venetiarum teneretur pęna falſi.& hoc no.quia mul
totiens aurifices in hoc delinqunt, & per hoc eſt expeditum
vltimum dictū glo. Sed quo ad primum dictum.ſ.qua pęna
debeat puniri ille qui falſat monetam principis.Ioā. hic cum
quo tranſit Io.An.& communiter Doct. dicit, ꝙ illud,quod
22 dicit glo.ſ.ꝙ falſans monetam principis debet conburi†proce
dit, qn̄ falſatur moneta aurea,ſed ſi falſat monetam non au-
ream,debet condemnari ad beſtias.Circa ſecundum dictū gl.
dum dicit falſans monetā ciuitatis capite punit̄ dicit Goff. &
Ho.ꝙ Io.Cre.defendit quēdā qui falſauerat monetā ciuitatis
Bononiæ,vt non puniret̄ pęna mortis nālis, ſed pęna mortis
23 ciuilis,cū pęna †capitalis ſit triplex,vt in l.ij.ff.de publ.iudi.&
no.Inn. & Io.An.in c.qualiter,& qn̄.ij.in verbo diminutionē

capitis

capitis.verſicu.& ſunt.ỹ.de accuſatio. debet ergo intellligi de
minori pœna.leg. penultima.ff. de pœnis. & .de pœni. diſtin-
ctione prima , pœnę. & in regula in pœnis. libro ſexto.
& hoc ſequuntur communiter Docto. vt ſupra dixi,hodie ta
men ſtatuta terrarum communiter circa hoc prouident , &
quoniam glo.fecit mentionem de moneta ciuitatis. Quæ-
24 ro nunquid liceat inferiori a principe†cudere monetam?glo.
in l.ij. C. de fal. mo. videtur dicere , quod non , niſi habeat
conceſſionem a principe.plus dicit ibi Bart.quod princeps nō
25 poſſet concedere priuilegium cudendi monetam, † priuatis
perſonis,& ſi concedit non valet priuilegium,quia ſolis com
munitatibus poteſt cōcedi.& per hoc dicit , ꝙ priuiulegium
conceſſum per imperatorē nobilibus de Fliſco, vt poſſint mo
nētam cudere, non valet,nec ex tali priuilegio poſſunt mone
tam cudere,dicit tamen D.Ab.hic,quod ciuitas poſſet pręſcri
bere hanc facultatem per tantum tempus cuius initij non eſt
memoria,vt in c.ſuper quibuſdam.de ver.ſign.facit, quod no.
Bar.in l.vectigalia.ff.de public.Idem dicit ſi ciuitas præſcripſiſ-
ſet iura imperij,vt in ſimili no.Innocen.& Doct. in c. cum P.
tabellio.de fide inſtrumen.& Bar.in l.infamem.ff.de pub.iudi.
26 & in l.hoſtes.ff.de cap.in quibus dicit,quod non† recognoſcē
tes ſuperiorem poſſunt exercere iura imperii,& vide glo.no.
lxiii.diſtin.Adrianus.ij.quę dicit,ꝙ Reges Hiſpaniæ non ſubia
cent imperio , quia eruerunt regnum a faucibus hoſtium,&
de hoc dixi in c.per venerabilem,qui filij ſint legiti.vbi exami
naui,an non recognoſcentes ſuperiorem poſſint exercere iu-
ra imperij,& ex his declaratum eſt primum,& ſecundum di-
ctum glo. tertium autem dictum non indiget alia ſuppletio-
ne. In ſecunda parte glo.in fi.dicit,quod ille in cuius domo
falſa moneta fuit fabricata, punitur licet ignoret, qa domus
27 †eſt confiſcanda,vt ibi dicitur,& inquātum dicit, quod eſt ſpe
ciale in crimine falſę monetę,quod quilibet teneatur accuſa
re idem in quocunque crimine tendente in detrimentum rei
publicę,puta quando peccatum tendit in corruptionem mul
titudinis corporalem , ſeu ſpiritualem, quia tunc quilibet te
netur accuſare , dummodo poſſit crimen comprobare ſuffi-
cienter,vt dicit ſan.Thom.q.lxviii. arti.j. Sed Goffred. addit
quartum ſpeciale vltra glo. nam accuſatori præſtatur immu-
nitas,quia non punitur pœna calumniæ, licet crimen non ꝓ
28 bet,item quilibet†poteſt capere talem falſarium, hoc proba-
tur in pręal.l.j.C.de fal.mone. Extra gloſſ.quæro,an illę qui
29 expendit † monetam falſam teneatur pœna falſi?dic,quod
aut expendit ignoranter,& non tenetur pœna falſi,tamen ſo
lutio non liberat ſoluentem,ſed tenetur iterum ſoluere tamē
creditor debet ei reddere monetam reprobam, & ſolutam,
de hoc eſt caſus in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pigno.act.
& iſtum caſum anno præterito habui de facto , nam quidam
presbyter ſoluerat vnum ducatum ratione penſionis certę ec
cleſię cuidam canonico cuius erat penſionarius, canonicus
dicebat ducatum eſſe falſum , & petebat presbyterum de-
nunciari pro excommunicato , ego reſpondi,quod non po-
terat denunciari, quia non tenebat ei ſoluere, niſi reſtitueret
ducatum ſibi ſolutum,quem dicebat eſſe falſum,& de hoc eſt
caſus in dicto §.qui reprobos. Aut expendit ſcienter mone-
tam falſam,& tunc incurrit pœnam falſi, vt in l. lege Corne-
lia.ff.de fal. Sed Bart.dicit hoc procedere, quando expendit
nummos plumbeos , vel ſtanneos , quia de illis tantum fa-
cit mentionem illa l.alias debet puniri pœna arbitraria, arg.
l.ſacculari.ff.de extraor.cri.& dicit Barto. ſe multos defendiſ
ſe a pœna,legis Cornelię de falſis.& Do.Ab.dicit hoc dictum
multum no. in materia extenſionis, quia vbi lex,vel ſtatutū
30 imponit pœnam delinquenti circa certam †rem , vel mate-
riam, licet delictum non mutetur , ſi tamen res vel materia.
Circa quam delinquitur mutatur,etiam pęna legis debet mu
tari,exemplum dicit ſtatutū,ſi quis falſauerit groſſos, vel groſ
ſonos amputetur ei manus , aliquis falſat ſolidos , vel baga-
tinos certe non debet puniri pœna ſtatuti ; quia licet ſit idem
delictum,tamen res vel materia eſt diuerſa, & hęc nota. In
31 gloſſ.ſecunda.hæc gloſſ. in effectu tractat,an Papa † poſſit di-
ſpenſare circa iuramentum , & in effectu refert duas opinio-
nes.Prima eſt Vgun.qui dicebat,quod Papa non poteſt abſol
uere,vel diſpenſare in iuramento,niſi ſit illicitum, quia in his
quæ ſunt de iure naturali,vt eſt votum vel iuramentum Papa
non diſpenſat,ad hoc facit infra eodem. & ſi Chriſtus. vbi di-
citur redde domino iuramenta tua, & infra de voto,magnæ.
vbi dicitur vouete & reddite.& capitu.primo, in fine.de ſtatu
monachorum.Sed Lauren.& Tancre. quos ſequitur gloſſ.di-
cunt,quod Papa poteſt abſoluere,vel diſpenſare in iuramen-
to ex iuſta cauſa,puta propter ſcandalum intolerabile,vel ſi
malum exemplum in multos progrediatur , & hoc probant,
quia Papa poteſt diſpenſare in voto , & illud commutare in
aliquid quod ſit Deo magis acceptum, vt in capitulo primo,
& in capitulo magnę.infra de voto.vnde eodem modo pote-
rit ex eiſdem cauſis in iuramento diſpenſare , & dicit gloſſa,
quod Papa debet abſoluere claue diſcretionis ꝓcedente. An
tequam procedam vlterius nota duo ex iſta gloſ.prima,quod
32 diſpenſatio †voti , & diſpenſatio iuramenti procedunt a pa-
ri , idem notauit Innocent.ſupra eodem debitores. ſed tene
menti iſtam gloſſ.ſecundo nota , quod non valet diſpenſatio
33 †Papæ, niſi ſit facta pręcedente claue diſcretionis, idem dicit
hic Innocen.in verſi.abſolui,& iſtam glo. nota ad illud quod
34 quotidie dicitur,quod Papa poteſt †omnia , nam hoc eſt ve-
rum pręcedente claue diſcretionis,vnde Bald.hic dicit , iſtam
gloſſam perpetuo tenendam menti , quia quidam dicunt,ꝙ
Papa omnia poteſt, ſed debet intelligi claue diſcretionis non
exorbitāte a diuinis regulis,& a naturalibus præceptis. ex quo
nota,quod vbi diſpenſatio Papæ repugnat alicui præcepto di
35 uino,vel iuri naturali, quod talis diſpenſatio†non valet, pro
hoc facit,quia ius nāle eſt immutabile , vt in §.is ita.vj. diſtin-
ctione.gloſ.tamen xv.queſtione ſexta.auctoritatem.in fine.di
cit,quod Papa poteſt diſpenſare contra ius naturale,dummo
do diſpenſatio non ſit contra euangelium, vel contra articu-
culos fidei,quia etiam contra apoſtolum diſpenſat, vt in capi
tulo lector xxxiiii.diſtinctione.Et circa hoc vide bonam gloſ.
in capitulo ſunt quidam. xxv. quæſtione prima. ſed tu dic ſal-
uando illud, quod dicit Bald. quod ſi diſpenſatio habet repu-
gnantiam a iure naturali,quod non valet,quia Papa non po
teſt facere diſpenſationem circa ea,quæ continent peccatum,
ſecundum ius naturale , vel ſecundum ius diuinum , vt dicit
Innocen.in capitulo fina.de tranſactio.vbi autem Papa diſpē
ſat in iure naturali , ita quod per diſpenſationem non conce-
ditur aliquid,quod ſit peccatum,nec habet aliquam repugnā
tiam a iure naturali tunc valet diſpenſatio. exemplum in vo-
36 to,†& in iuramento,quæ ſunt de iure naturali , & tamen Pa-
pa poteſt in illis diſpenſare ex cauſa , licet enim per diſpenſa-
tionem relaxet obligationem iuris naturalis, non per hoc ha
bet repugnantiam pręceptis iuris naturalis cum hoc ratione
naturali non contradicat.& hoc modo procedit glo. in dicto
capitulo auctoritatem.& vide,quæ dixi poſt ſanctum Thom.
in capitulo ego N.ſupra eodem.poteſt ergo Papa diſpenſatio-
37 nem facere claue non errante , & dicitur clauis † non errare,
quando non exorbitat,ſeu repugnat regulis diuinis,ſeu præce
ptis naturalibus,& vbi Papa per diſpenſationem concederet
illud quod ſecundum ſe eſt peccatum,vel iuri naturali contra-
rium,talis diſpenſatio non valeret & clauis Papę erraret , &
hoc examinaui in ſecundo,& tertio,& quarto conſiliis , quæ
edidi contra iudęos fœnerantes , vide Hoſtien.& Ioan. Andr.
in capitulo quanto.de tranſla.prelato. vbi dicit, quod Dei &
38 papę eſt idem † conſiſtorium cum Papa eſt vicarius Dei , &
Papa poteſt quaſi omnia quæ poteſt Deus claue tamen non
errante.& glo.intelligit prædicta.ſ.quod Papa poſſit diſpenſa-
re in iuramento,quando ſubeſt iuſta cauſa , alias ſi iuramen-
tum eſſet licitum,& honeſte ſeruari poſſet,nec cauſa diſpen-
ſandi ſubeſſet Papa non poſſet diſpenſare, vel illud commu-
tare,& ſic intelligunt iura allegata per Vgo.ſ. vouete & reddi
te,& redde domino iuramenta tua:dicit tamen glo.quod hic
non fuit neceſſaria ſolutio. Sed interpretatio,vt probat iſta le
ctura,& ſecundum interpretationem huius tex.iſte tex.debuit
ſeruare iuramentum:iſtā gloſ.no. & tene perpetuo menti. Ex
qua habes,quod Papa poteſt diſpenſare vel abſoluere a iura-
mento ex cauſa,ſed non ſine cauſa,ſed adde gloſſ. in capitulo
non eſt. infra de voto. quæ licet loquatur in voto , tamen
ipſius ratio concludit,quod etiam in iuramento, dicit enim,
quod licet Papa non poſſit diſpenſare in voto ſine cauſa & il
le cum quo diſpenſat non ſit tutus in foro conſcientię,tamen
alij debent pręſumere,quod Papa ex iuſta cauſa diſpēſauerit,
& illam glo.ſequitur hic Butriga.& domi. Abba. & commu-
niter Doctor. ibi,& opin.iſtius glo.tenuit Innocen. in capitu-
lo cum inter P.de renunciationibus. vbi etiam ipſe concludit
quod Papa non poſſit diſpenſare in iuramento ſine cauſa,
ſed bene cum cauſa.idem dicit Archidiaco.in capitulo aucto
ritatem xv.quęſtione ſexta.& Specu.in titulo de legatis.§.nūc
oſtendendum.verſiculo xxiiii.vbi plene examinant iſtam ma
teriam iuramenti , & per Innocen. in capitulo venerabilem.
39 de electionibus.in vltima columna.Sed tu diſtingue † ſecun-
dum Butriga. & dominum Abbatem diſcurendo per caſus.

Primus eſt,quando iuramentum eſt illicitum , & hoc conſtat hoc caſu quis poteſt , & debet contrauenire propria auctoritate,ſed debet pœnitere de temerario iuramento , vt hic & ſupra eodem. ſicut. & xxii. quæſtione quarta. per totum.

Secundus caſus eſt, quando iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternę,ſed alias eſt temerarium,& pernicioſum,exemplo vel pericuſoſum,& tunc non debet contrauenire ſine auctoritate ſuperioris , vt dicit Innocentius in pręallegato capitulo venerabilem.de electionibus.Sed dominus Abba.dicit hoc procedere,quando eſt dubium an ſit pernicioſū

vel periculoſum,ſed ſi conſtaret non obligaret ſecundum eū
ex quo eſt contra bonos mores,& dicit qđ hoc eſt contra tex.
iuncta gl. in regula non eſt obligatorium lib. vj. de quo vide
quod dixi ſ̃.co.ſi vero. Tertius caſus eſt quando iuramētum
eſt licitum ex parte iurantis,ſed ex parte recipientis eſt aliqua
turpitudo,vel acceptio , & hoc caſu iurās non debet ↄ̃uenire
niſi abſoluatur , ſed nedum Papa poterit abſoluere.Immo ēt
epiſcopus vt dictum eſt ſ̃. eod. ver. & capitu. ſi ve.& idem di-
cit But.ſi contingat recipientē locupletari cū dāno alterius,li
cet non adſit alia turpitudo.alleg.gl.fi.in c.veniens.ſ̃.eo. & ibi
dixi qualiter illa gl.dēt intelligi, dicit tū But.ꝙ oportet,ꝙ dā-
num ſit enorme. Quartus caſus eſt,quando iuramentum eſt
licitum ex parte vtriuſque tam iurantis q̃ recipientis, & ſu-
mus in caſu in quo iuramentum pręſtatur in materia ſpectā-
te ad Papam,vel pendente ab eius poteſtate, vel concernen-
te publicam vtilitatem, quæ eodem modo dependebat a po-
teſtate Papę, & hoc caſu Papa poreſt abſoluere etiam ſine
cauſa,quia in tali iuramento intelligit̃ excepta authoritas Pa
pę,vt j̃.in c.ſeq.& hoc voluit hic Hoſt. q dicit ꝙ Papa ſola vo
40 luntate abſoluit†in caſu in quo ipſius authoritas intelligitur
excepta.& alleg.c.j̃. proximū. pone exemplū, canonici iura-
uerunt nō recipere aliquemvltra numerum,Papa poteſt eos
abſoluere etiam ſine cauſa . Quintus caſus eſt, quando iura-
mentum licitum ex parte iurantis & recipientis fuit pręſtitū
ob reuerentiam & honorem Dei,& hoc caſu ſine cauſa nul
lus pręter Deum poteſt remittere iuramentum , & dicit Do.
Abb.ꝙ ſic eſt intelligendus.Vin.& Ioan.Andr. in c.ij. de ſpō.
& Spe.in ti.de legato.§.nunc oſtendendum. ver.hoc quoque.
vbi proſequitur iſtam materiam, Papa enim non poteſt ſine
cauſa remittere obligationem Deo quęſitam.xxiiij. q.1. ma-
41 net.& xxiij.q.iiij.c.ſi is qui. Ex quo infert D. Ab. quod†papa
multo minus poterit abſoluere ſe ipſum.arg.in c.fi. de Inſti. ſi
tamen Papa aliū abſoluit pręſumitur in dubio, cauſam adeſ-
ſe quo ad eccleſiam militantem,vt dicit gl.in d.c.non eſt. j̃.de
voto. Sextus caſus eſt,quando iuramentum principaliter re
ſpicit commodum priuatum recipientis, & hoc etiam caſu
Papa non poteſt remittere ſine cauſa,ſed cum cauſa ſic . hoc
tenet Spec.in d.§.ver.hoc quoque.& Arch.in d.c.auctoritatē.
& But.& D.Ab.hic,ſed credo ꝙ magna cā requiratur ex quo
agitur de auferendo iure alterius , vnde Papa non debet hoc
facere ſine cauſa iuxta no.in c.quę in eccleſiarum.de conſtit.
& in l.fi.C. ſi contra ius vel vtil.publ. Is tamen de cuius præiu
42 dicio agitur poteſt†remittere iuramentum,vt in c.j.ſ̃.eod.vbi
dixi,& in c.ſignificauit.de cenſi.& in c.ij.de ſpon.& ibi per Io
an.And.& hoc procedit etiam ſi iuramentum concernat vti
litatem vtriuſque contrahentis,vt quia duo iurant ſibi inuicē
aliqd facere,nam poſſunt mutuo conſenſu ſe abſoluere a iu-
ramento, vt d.c ij,de ſpon.dicit tamen Do.Ab. quod vbi quis
ſimpliciter iuraret ad commodum ſuum nō poſſet ſibi remit
tere iuramentum , ne authorizet in facto ꝓprio. verbi gratia
aliquis iurauit nunquam nauigare per mare,nam nō poterit
ſibi iuramentum hoc remittere,nec Papa ipſum poterit ab-
ſoluere ſine cauſa,& dicit quod hoc ſentit Spe.in d.verſi.hoc
quoque. Tertius caſus eſt, quando dubium eſt an iuramen
43 tum ſit licitum,an non,& hoc caſu ſolus†Papa interpretatur
iuramentum,vt hic & in c. veriſimilem.de elect.dicit tamen
Bar.quod Spe. in ti.delegato in præd.§.nūc oſtendendum.ver
ſic.item Papa,dicit, quod inferior a Papa poteſt interpretari
iuramentum alleg. c.ſignificante.de appel. ad c.venerabilem.
de elec.reſpondet,quod illud procedit in magiſtro arduo,vel
inter magnas perſonas,vel quando vult dare licentiam con-
traueniendi ſine permutatione aliqua,& ex hoc videtur etiā
inferri,quod poſſit epiſcopus diſpenſare in iuramento ſubſi-
ſtente cauſa,& hoc tenuit Innoc.in c.debitores.ſ̃.eod. & plus
dicit Do.Ab. ꝙ quando ſubeſt cā epiſcopus poteſt diſpenſare
ſine aliqua commutatione.arg.c.ſi vero.ſ̃.eod.& ſubdit quod
alius prælatus inferior epiſcopo non habens iuriſdictionem
epiſcopalem non poteſt abſoluere a iuramento, ſicut etiam
non poteſt in voto diſpenſare,alleg.no.in c.1.j̃.de voto. Sed
in hoc aduerte,quia Sanc.Tho.2.2.q. 89.argum.ix.prope fin.
dicit ꝙ ſi illud quod permittitur ſub iuramento eſt dubium ,
vtrum ſit licitum,vel illicitum proficuum vel nociuum , aut
ſimpliciter, vel in aliquo caſu poteſt quilibet epiſcopus diſpē
ſare ſecus dicit , ſi illud quod ſub iuramento promittitur ſit
manifeſte licitū.& vtile,quia tunc ſecundum eum in tali iura
mento non habet locum diſpenſatio, vel commutatio etiā
ſi aliquid melius occurrat ad communem vtilitatem facien-
dam, quia hoc maxime videtur pertinere ad poteſtatem Pa-
pæ, qui habet curam vniuerſalis eccleſiæ.vnde ad ipſum perti
net commutatio , vel etiam abſoluta relaxatio, quia hoc ad
ipſum Papam pertinet , & dicit hoc procedere generaliter in
omnibus quæ pertinent ad diſpenſationem rerū eccleſiaſtica
rum ſuper quas Papa habet plenitudinem poteſtatis. tamen
44 canoniſtæ communiter tenet, ꝙ epiſcopus poſſit † diſpenſa-
re in iuramento ſaltem commutando in melius ſicuti in uo-
to,hoc tenuit Innocen.& Ioan. Andr. communiter Doctor.
in c. debitores. ſ̃. eod. tamen mihi placet illud quod dicit D.
Ab.quod epiſcopus poſſit diſpenſare in iuramento licito , &
vtili non facta aliqua compenſatione, qa etiam in voto epi-
ſcopus non diſpenſat niſi commutando,vt no.in c.j.de voto.
& iſta eſt differentia inter diſpenſationem Papæ,& epiſcopo-
rum,quia Papa poteſt in totum abſoluere a voto etiam non
facta aliqua compenſatione,epiſcopus vero non. vnde idem
puto dicendum eſſe in iuramento.Sed aduerte,quia ad prædi
cta.Innoc.vt refert hic Do.Ab. ponit vnum notabile dictum
in d.ca.venerabilem.de electionib. vbi dicit, ꝙ non ſolum in
temerariis, ſed etiam in licitis iuramentis licet contrauenire
ſine authoritate ſuperioris vrgente neceſſitate,ex quo nō po
teſt haberi ſuperior a quo petatur abſolutio,argum.xi.quæſt.
iij.anteceſſor. & idem dicit ſi forte magna vtilitas ſpiritualis
hoc exigat,ſed hoc vltimum non placet ibi Hoſtiē. quia non
45 debet committi † periurium propter bonum ſpirituale con-
tingens,vt in c.ſuper eo.de vſur.& in c.ſicut non ſunt xxxij. q.
iiij. ſed Dom.Ab.ſaluat dictum Innocen.& dicit quod periu-
rium non committitur ſi commutatur in maius bonum arg.
in cap.peruenit.ij.ſ̃.eod.debet tamen haberi ſuperioris autho
ritas ſi haberi poteſt,ſed ſi haberi non poteſt.poteſt contraue
nire propria authoritate , & hoc modo procedit dictum In-
nocen.in d.cap.venerabilem.& hoc eſt not.& ipſum adde ad
ea quę dixi in d.capi.peruenit. In gloſſ.in ver.in nomine pa-
tris . diuide ipſam in duas partes , prout dupliciter opponitur
46 ſecunda ibi,arg.contra.in prima parte gl.vult ꝙ †inſcriptioni
monetę nō adhibeatur fides,ſicut nec inſcriptioni ſepulchri ,
quia pictura habet largam licentiam,ſicut & poetæ, & alleg.
Carmen. Semper enim fas fuit pictoribus atque poetis , no-
uitates inuenire.Comparat enim gloſ. ſculptores pictoribus ,
ſed de laude poetarum vide Aug.lib.ij.de ciui.cap.xiiij.vbi di-
cit , quod Plato cum ratione firmaret qualis ciuitas eſſe de-
beat tanquam aduerſarios ciuitatis poetas cenſuit vrbe pel-
lendos,& in fin.eiuſdem cap.refert Ciceronem de poetis , ita
exclamantem.Clamor & approbatio populi quaſi magni cu
iuſdam,& ſapientis magiſtri,quas illi obducūt tenebras,quos
47 inuehunt mœtus,quas inflāmāt cupiditates.ex quo no.†poe-
tas tanquam vitioſos eſſe fugiendos,vnde dicit tex.in capitu.
ideo.xxxvij.diſtinct. quod chriſtianus ideo prohibetur legere
figmenta poetarum , quia per oblectamenta fabularum ni-
mium mentem excitant ad incentiua libidinum,& ſubdit il-
le tex.ꝙ non ſolum imolamus dæmonibus thura ipſis offe-
rendo,ſed etiam dicta eorum libentius capiendo.Nam dicta
poetarum inquantum incitant ad vitia dicuntur dicta diabo
48 lica.Tamen vtrum† liceat legere libros poetarum , dic vt per
glo.in ſumma ead.diſtinc. quæ dicit quod cauſa delectationis
eſt prohibitum legere libros poetarum,ſed ad eruditionem ,
vt ſciant diſcernere verum a falſo puta , vt ea quæ ſunt vtilia
conuertant ad vſum ſacrę ſcripturæ,& ea quę ſunt inutilia de
teſtentur,errores poetarum condemnando hoc eſt licitum .
ita etiam dicit Gratianus in §.cui ergo.ead.diſtinc. & hoc pro
batur in c.ſi quis grammaticam.& in c. qui de menſa.& in c.
ſi qui veri.xxxvij.diſt. Item no.ex glo.quod ad hoc vt mone
49 ta†ſit iuſta tria requirunt.ſ.quantitas ponderis,materia, & pu
blica forma.& dicit hic Bald. quod quantitas ponderis requi
ritur ad iuſtitiam,quia moneta non eſt iuſta niſi habeat pon-
dus conueniens . Materia requiritur ad ſubſtantiam , quia ad
monetam auream,aurum eſt de ſubſtantia , & ad monetam
argenteam, argentum eſt de ſubſtantia . aliter moneta eſſet
falſa.Publica forma requiritur ad authoritatem, & efficiētiā,
quia aliter moneta non eſſet licita niſi haberet publicam au
thoritatem , & hoc probatur in l. j. ff.de contrahen.emp.vbi
tex.ponit iſta tria in moneta,ſcilicet materiam, quantitatem,
& publicam formam.Sed Hoſtien.& Ioan. And. addunt hic
quartum,ſcilicet curſum, ſcilicet quod moneta ſit in vſu . fa-
50 cit c.eiiciens lxxxviij.diſtinct. Tertio no.ex gloſſ.quod†falſi-
tas commiſſa circa ſcripturam quæ non probat non inducit
pœnam falſi, & dicit Domi. Abb. quod hoc dictum eſt not.
quia facit ad multa, & de hoc vide Bart. in l.ſi quis legatum .
ff.de fal. Quarto no.ex gloſſ. quod ſcripturę ſepulchrorum
non faciunt fidem,ſed de hoc dixi plura in cap. cum cauſam.
ſupra, de probationib. vnde vide quæ ibi ſcripſi. Sed qui ad
principale dictum gloſſ. ſcilicet , quod falſitas inſcriptionis
non vitiat monetam , hoc videtur eſſe falſum , quia authori-
tas monetę conſiſtit in inſcriptione , vnde ea deficiente mo-
neta non poteſt eſſe licita . propter hoc Goffred. dicit obie-
ctionem procedere ſi feciſſet monetam cudi ſub nomine
patris . Sed hoc non faciebat , ſed ſola vtebatur veteri mo-
neta , ſed iſta ſolutio eſt contra text. ibi alia ſub nomi-
ne patris tui moneta cudatur , & ſic patet quod Papa man-
dauit

dauit cudi monetam ſub nomine patris iſtius regis, vñ Hoſt.
dicit, quòd iura contraria habent locum in inſtrumentis non
autem in moneta, nam dummodo non falſetur moneta, nec
alteri præiudicetur non refert an credatur ſub nomine patris
vel filij, vel quę figura ponatᷣ, vt hic patet. Vnde dicit D. Ab.
quòd iſtud; fiebat ab habente poteſtatem ſine alicuius præiu-
dicio ad bonum finem. ſ. vt ſeruaret iuramentum eo modo
quo poterat, & iſtud eſt ſatis de mente Hoſtien. Ex quo cõ
cludo quod habens auctoritatem poteſt facere cudi mone-
51 tam† ſub nomine alterius ſi vult, nec ex hoc dicitur moneta
eſſe falſa ex quo conſtat habentem auctoritatem ita ordinaſ-
ſe. In ſecunda parte glo. ibi, argumen. cõtra, dic, ꝙ ibi innui-
52 tur, quòd inſcriptioni† libri ſit ſtandum, per quem tex. colligit
ibi gl. quòd ſi in aliquo lapide vel columna reperiatur ſcriptu
ra fides eſt ei adhibenda, & hoc facit contra gloſſ. inquantum
dixit, quòd inſcriptio monetæ, vt ſcriptura ſepulchri non pro-
bat. Sed Ioan. Andre. dicit, quòd per deſcriptionem libri de ip
ſius auctoritate conſtat, facit xvi. diſtin. c. primo. & ca. clemen-
tis. Sed de hoc plene dixi in dicto c. cum cauſam. ſ. de probati.
In glo. vlt. vide quæ dixi in c. teſtimonium. ſ. de teſti. & ſ. eodẽ.
querelam. ſuper glo. ſecunda. Extra gl. duo ſunt principalr exa
minanda. Primo eſt quot modis fraudetur moneta. Secundo
ad quem pertineat periculum, quando moneta deteriorare-
tur. ſ. an pertineat ad debitorem vel ad creditorem. Quo ad
53 primum, dic ſecundum Doct.† quòd vi. modis poteſt fraudari,
Primo, quando a principe moneta diminuitur, vt quia prin-
ceps facit monetam diminui in pondere, & mandat illam
diminutam recipi & expendi, ac ſi non eſſet minuta. Sed Inno
cen. hoc intelligit, quando hoc faceret ſine conſenſu populi.
Cum cõſenſu autem populi dicit, quòd poteſt diminuere mo
netam, quia quilibet poteſt iuri ſuo intimare, vii. q. j. quãquã
54 periculoſum, tum etiam, quia† negociũ regis reputatur nego-
ciũ vniuerſitatis regni. & dicit, quòd ſufficit conſenſus maio-
ris partis uel maiorum regni, argum. in l. ſecunda. §. ſin autem.
C. de iuramen. calum. & in l. ciuibus. ff. de condi. & demonſt. &
in l. quod maior. ff. ad munic. & hoc procedit ſecundum eum
inquantum pecunia debet expendi intra regnum. Inquantũ
vero pro maiori parte foret expendẽda extra regnũ non ſuffi
ceret conſenſus vnius populi, quia conſenſus vnius populi nõ
præiudicat alteri populo, allegat Hoſtien. l. fi. ff. de iuriſdi. om.
iud. & iſtud dictum ſequitur etiam Hoſtien. Ioan. & Bu. Bald.
etiam videtur idem dicere, licet vtatur aliis verbis. dicit enim,
ꝙ qa populus regis eſt valde magnus & innumerabilis, debet
vocare quoſdam principaliores decuriones ciuitatum, cum
quibus deliberet, arg. in Authen. de defenſoribus ciuitatum. §.
interim, vel debet eligere viros prudentiores, quia nomine
ciuitatis, vel ciuitatum interſint, argument. in l. nulli. ff. quod
cuiuſque vniue. no. & in l. cum nauarcorum. C. de nau. & nau
de. lib. vj. Et ſubdit ꝙ ſolum tenetur Rex requirere conſenſum
populi, vt exploret eius voluntatẽ, ſed non tenetur eum ſeq.
Si tibi non vĩ, ar. ad l. Rho. de ia. l. deprecatio. & in l. legitima. ff.
de pac. Sed hoc vltimum dici Bald. non eſt verum. nam loqui
tur contra iſtum tex. in quo apparet ꝙ Rex nihil poteſt facere
quod ſit prçiudiciale populo abſq; eius conſenſu, nec obſtãt
55 ll. allegatę per Bal. quia licet† imperator ſit dominus totius or
bis quo ad vniuerſalem iuriſdictionem, bona tamen priuato
rum non ſunt ſua, vt no. in pro ę. Digeſto. & pp hoc nõ poteſt
afferre ꝑiudicium in bonis priuatorum, niſi cõſentiant. ſed
qñ expedit moneta diminuta, illi, q recipiũt monetã patiunt
damnum ſeu præiudicium particulare in ſuis patrimoniis, tũ
quia non poſſunt eam expendere extra regnum abſque dam
no. Tum etiam quia illa moneta de facili mutabitur per ſuc-
ceſſorem, vnde recipientes talem monetam ſic diminutam
patiuntur damnum, ſed plus dubitat. domi. Abba. an ſufficiat
cõſenſus maiorum regni contra cum tractetur de præiudicio
ſingulorum, arg. eorum, quæ notantur in cap. cum omnes. de
conſti. & in rubrica. C. quæ ſit long. conſue. facit optime c. ad
hæc. in fi. de officio archid. vbi dicitur ꝙ ab omnibus debet ap
probari illud quod omnes tangit, tamen glo. in rubrica. C. quę
ſit lon. conſuetu. & in l. nulli. ff. quod cuiuſque vnuer. videtur
velle quod conſilium ciuitatis ſufficiat in his quæ concernũt
gubernationem & regimen ciuitatis, facit quod no. Bar. in l.
56 vectigalia. in prin. ff. de publica. vbi dicit, †quod ciues peccant
fraudãdo gabellam impoſitam a ciuitate, quia ciues poſſunt
ſibi ipſis grauamẽ ĩponeret & burſam cõem facere. vnde pec
cant ciues fraudando gabellam. Secus in forenſibus, quia illi
abſque peccato poſſunt gabellam fraudare. Item dicit domi.
Pet. de Ancha. in c. innouamus. de cenſib. vbi dicit, quod frau
dantes gabellam tenenť ad reſtõnem in foro conſcientię. ſi ta
les ſunt de ciuibus, quando ciues hoc ſtatuunt pro ſuis neceſſi
57 tatibus. Forenſes autem poſſunt indiſtincte† fraudare abſq;
peccato, hoc tamen intelligas dũmodo non interueniat mẽ
daciũ, quia mendacium nunquam eſt licitum, quia ſecũdum
ſe ſemper eſt malum, licet nõ ſemper ſit peccatum mortale,
vt dixi in capitulo querelam. ſ. eodem. & de hoc vide bo. text.
in capitulo primum & in cap. ne quis. & in cap. faciat homo.
cum tribus ſequenti. xvii. quæſt. ii. & in capi. ſuper eo. de vſur.
& hoc etiam firmat ſan. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. cx.
58 ar. iii. vbi concludit, quod† omne mẽdacium eſt peccatum, &
allegat Aug. in lib. contra mẽdacium, qui hoc firmat, allegat
etiam Dio. in iiii. cap. de diuinis nominib. vbi dicit, quod illud
quod eſt ſecundum ſe malum, ex genere nullo modo poteſt
eſſe bonum & licitum, quia ad hoc quod aliquod ſit bonum
requiritur, quod omnia recte concurrant. Bonum enim eſt ex
integra cã, Malum vero ex ſingularibus deffectib. ex quo not.
quod vbi aliquid habet in ſe aliquem defectum, vel vitium
ex nulla cauſa debet fieri. ſ. pro aliquo quantumcunque ma-
lo vitando, vel pro aliquo quantumcunque bono conſequẽ-
do. hoc etiam apertiſſime probant iura quæ ſupra allegaui, &
plene dixi in capitulo licet ex quadam. in primo not. ſupra de
teſtib. & in vltimo conſilio quod contra hebræos fœnerãtes
compoſui, vnde in mendacium nullo modo eſt dicendum etiã
pro euitanda ſolutione gabellæ iniuſtæ, licet non ſit peccatũ
mortale, ſed veniale iuxta ea quæ dixi in cap. querelam. ſupra
eodem. niſi ex deliberatione ꝓcedẽre diceretur, quia nullum
59 peccatum † eſt adeo veniale quin fiat mortale dum pla-
cet. xxv. diſtinctione criminis. & ibi hoc ſentit Archidia. poſt
ſanctũ Tho. tamen licet peccet mentiendo cauſa fraudandi
gabellam, non tamen tenetur ad reſtitutionem, & hoc not.
tu clericus, quia ex hoc potes inſtrui, an tibi liceat fraudare ga
bellam vel collectas, vel alia onera quæ imponuntur cleri-
cis contra canones, iuxta capitu. non minus. & capitu. aduer-
ſus. de immu. eccleſi. & capitu. quamquam. de cenſi. in vi. & in
clemen. pręſenti. eodem tit. tamen quantum ad principalem
quæſtionem, ego credo opin. domi. Abba. eſſe veriorem, per
no. per Innocen. & Docto. in capitu. cum omnes. de conſti. vbi
60 dicit, quod ſi tractatur de † diuiſione præbendarum facienda
non valet conſenſus maioris partis, ſed requiritur quod om-
nes conſentiant ex quo ſinguli vtilitatem percipiunt. dicit ta-
men quod ſi conſtitutio vel diuiſio fieret pro vtilitate eccleſię
tunc ſufficeret conſenſus maioris partis, quia tunc conſenti-
rent tanquam collegium, non tanquam ſinguli, & per iſtud
vltimum poſſent cõcordari opi. quod aut eſt neceſſarium &
vtile ciuitati, vel populo, ſeu regno, quod talis moneta ſic di-
minuta expendatur & tunc ſufficiat conſenſus maiorum re-
gni, ſeu maioris partis eorum. facit capitu fina. & quod ibi di-
xi poſt Innocen. ſupra de maio. & obedien. & hoc modo pro-
cedit glo. in rubrica. C. quæ ſit long. conſue. & glo. & Bart. in l.
61 nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſi. ſ. quod conſilium poſſit† di-
ſponere de his quæ pertinent ad ciuitatem. hoc etiam modo
procedit, illud quod no. Barto. in l. quod maior. ff. ad municip.
hoc etiam modo intellige Barto. in l. vectigalia. in princ. ff. de
publ. vbi dixit, quod non eſt licitum ciuibus fraudare gabellã.
nam Barto. debet intelligi quando ciuitas pro ſuis neceſſitati
bus gabellas impoſuiſſet & ſic eum recitat dom. Pet. de Anc.
in præalleg. capi. innouamus. ad fi. de cenſi. ratio eſt quia vtili-
tas publica præfertur priuatæ, vt in authen. res quæ. C. comm.
de leg. & in capi. bonæ. i. de poſtu. prælato. non poſſet tamen ſo
lus dñs abſque conſilio ciuitatis, de cuius præiudicio agitur,
imponere gabellas, vel monetam diminuere, vt hic proba-
tur, & ſentit Barto. in dicta l. vectigalia. aut neceſſitas, vel vtili-
tas ciuitatis ſeu regni, hoc non requirit, & tunc requiritur cõ-
ſenſus oĩum de quorum præiudicio agitur. & hoc mõ proce
dit opi. dom. Abba. quam ſentit Innocen. in ſimili in præall.
cap. cum omnes. de conſti. & hoc etiam ſentit gl. prima in præ
alle. c. cum omnes. in fine. quæ dicit, quod in his quæ non fiũt
ex neceſſitate requiritur, quod omnes conſentiant nec ſtatur
maiori parti. Ex quo ſequitur, quod ſi dominus ciuitatis im
62 poſuit gabellã † vel collectam ſine cõſenſu ciuitatis, de cuius
præiudicio agitur, vel ciuitas non ſuadente neceſſitate, vel vti
litate ciuitatis ipſam imponit, ꝙ tunc nedum forenſes, ſed etiã
ſubditi vel ciues eã fraudantes non tenẽtur ad reſtitutionem,
niſi ſint de his qui conſentiunt vel eorum hæredes. & per hoc
habes declaratum iſtum primum caſum. quæ declaratio non
ſolum pertinet quãdo moneta diminuitur, ſed etiam ad quę
cunque onera, vel grauamina, quæ ſubditis vel ciuibus im-
ponuntur, vnde tene menti. Secundus modus fraudãdi mo
netam eſt quando ab initio moneta cuditur multo minoris
ponderis, vel valoris, quã eſſe deberet cõſiderato metallo vel
mã. de qua fit. & expenſis fabrorum, & aliis expenſis neceſſi-
tatis & vtilibus exinde deductis quas præſtans auctoritatem
63 de ſuo facere non tenetur, quia ex officio† nec lucrũ, nec dã-
num habere debet. ff. ex quib. cau. maio. l. j. j. reſpon. & l. videli
cet cum cõſenſus concor. dicit etiam Inn. ꝙ ſi Rex pp iuriſdi-
ctionem & auctoritatem, quam habet a qua, & a cuius cha-
ractere moneta recipit auctoritatem & cõionem ipſam fieri
faciat aliquantulũ, ſed non multum minoris valoris quam
ſit metallum, etiam deductis prædictis expenſis, vt modicum.

ſed non multum lucrum inde ſentiat, ꝙ hoc licite fieri poſ-
ſi ſit indiget.hoc tamen dicit eſſe verum niſi moneta extra re
gnum ſpargeretur, quaſi velit dicere, ꝙ cum damno illorum
qui non ſunt ſubditi hoc rex facere non poſſit. Bar. tamen in
l.ij.§.mutui.ff ſi cer.pet.& in l.Paulus.ff.de ſolu.dicit ꝙ mone-
46 ta†t antum debet valere in forma, quãtum valet in materia.
& ꝙ expenſæ debent fieri de publico, ſeu a republica.dicit ta
men ꝙ de conſuetudine ſeruatur contrarium, & ſic de facto
ſeruatur opi.Inn.licet legiſtæ, communiter teneant ꝙ de iure
tantum debet valere moneta quantum materia,& ꝙ expen-
ſæ debent fieri de publico,& ex quo de conſuetudine ſeruatur
opi.Inn.facias duas concluſiones in hoc ſecundo modo. Pri-
ma eſt,ꝙ rex qui facit monetam cudi,poteſt aliquod modicũ
lucrum exinde recipere etiam vltra expenſas fabrorum, &
alias expenſas quæ fiunt in moneta cudenda. Secunda con-
cluſio,ꝙ illi qui non ſunt ſubditi regis, vel principis qui fecit
monetam cudi non tenentur eam recipere niſi valeat tantũ
quantum valeret in materia. Tertius modus eſt fraudãdi mo
65 netam per†campſores qui ſingulos denarios ponderãt,& gra
uiores conflant,& alios tranſire permittunt .ſed cãpſores no-
ſtri ipſius groſſos vel groſſonos magnos reſeruant, tonſos ve-
ro,qui propter tonſionem ſunt diminuti in pondere expen-
dunt, & permutant cum ducatis, & dant de illis paruis xxxi.
groſſum pro vno ducato. Illos autem magnos vendunt ali-
quando xxvi.aliquãdo xxviij.pro vno ducato,& quaſi omnes
campſores huius ciuitatis hoc faciunt, quia monetam groſ-
ſam reſeruant, moneta vero diminuta vtuntur ad cambian-
66 dos ducatos.& alias quæſitum fuit a me,† vtrum hoc liceret,
& vides quomodo Ho.& Io.An. & But.dicunt ꝙ campſores
reſeruantes monetam groſſam,& permittentes aliam tranſi
re dicũtur fraudatores monetæ, vnde non licet campſoribus
reſeruare monetam groſſam, vt eam plures vendant,vel con
flent, in hoc tamen quaſi omnes delinquunt, quia moneta
minuta vtuntur ad cambium: Groſſam vero quæ eſt maioris
ponderis vt conflent, vel vendant illis qui volunt conflare,
vel de ea aliter diſponere ſed male faciunt,quia cum mone-
ta ſit publica non eſt licitum eis conflare, vel vendere pluris
quam vendatur alia moneta.faciunt enim contra ordinatio
67 nem†regis vel ciuitatis,quæ ordinauit pro quãto debet expẽ-
di,& quam eam cudi fecit, vt expendatur nõ autem vt cauſa
lucri reſeruetur ad conflandum, vel vt maiori pretio vendatῦ.
hoc enim eſt contra ordinationes ſuperioris,& contra vtilita
tem pub. vnde tales grauiter peccant.& no.hoc tu. ſacerdos,
vt ſcias interrogare campſores quando veniunt ad confeſſio
nem,& non eſt annus quod fui interrogatus a quodam cam
pſore iſtius ciuitatis qui me interrogauit, an ſibi in foro con-
ſcientiæ liceret reſeruare groſſos,vel groſſonos qui erant ma
iores ponderis, vt eos venderet ad rationem xxvi. vel xxviij.
groſſorum pro ducato.cum ſecũdum cõmunem curſum du
cat.valet xxxi. groſſos. Quartus modus fraudandi moneta
eſt,quando moneta raditur,vel tingitur, & iſte modus tangiῦ
in gl.1.hic,& ſuper ea fuit declaratus. Quintus modus eſt,qñ
68 domini ciuitatum cogunt recipi monetam† minoris ponde-
ris cum moneta maioris ponderis,verbi gratia ſi mandant ꝙ
moneta quæ eſt legitimi ponderis expendatur cum mone-
ta quæ eſt fraudata propter tonſationem, vel aliam diminu
tionem prout in hac ciuitate in qua valet tantum groſſus tõ
ſus quam groſſus integer,pro hoc optime facit iſte tex.Sextus
modus eſt,quando rex vel ciuitas reprobat bonam monetã,
69 & cudi facit equiualentem,vel minus†valentem, vt de repro
bata bonum forum habeant & illam conflari faciant,& cu-
di in pondere monetæ approbatæ,ad hoc.ff.de pign. act.l.eli-
guntur.§.qui reprobos.& dicit Inn.& Io.An.quod in his,& ſi
milibus modis intelligitur fraudari moneta quo ad vtilitatẽ
populi, Nam quicquid declarant reges plectuntur achi-
ui. hoc eſt facta principum illicita tendunt in damnum, &
grauamen ſubditorum. & ſubdit Inn.& Io.An.ꝙ talia lucra
damnant animas, ex quo ſequitur ꝙ quilibet modus fraudã-
di monetam eſt illicitus,& continet in ſe peccatum mortale,
70 & obligat ad reſtitutionem, dicit autem Hoſt.† ꝙ tribus mo-
dis ſolet moneta reprobari ex materia, quia non eſt tota au-
rea vel argentea,vt ſolebat expondere quo fraudata eſt. & ex
curſu,quia non currit vt conſueuit. & dicit ꝙ ſuper his credi-
tores ſolent ſibi prouidere,quia faciunt inſeri in inſtrumento
de reddenda pecunia eiuſdem materiæ valoris ponderis, &
curſus. expeditus de primo venio nunc ad ſecundum, ſcili-
cet, an ſi moneta eſt minuta, vel deteriorata cuius ſit pericu-
71 lum,†an debitoris,vel creditoris? & in hoc Ho.ſt& Io. And.di
ſtinguunt, ꝙ aut expreſſum eſt in inſtrumẽto de reddenda pe
cunia eiuſdem materiæ,valoris, ponderis,& curſus.& tunc in
diſtincte periculum pertinet ad debitorem,vt dixi in fine præ
cedẽtis mẽbri. aut creditor ſibi non prouidit, & hoc caſu di-
ſtinguunt Hoſti.& Ioan. And. ꝙ aut pecunia eſt reprobata,
quia nimis diminuta eſt. Aut cauſa auaritię,vt dominus lu
cretur in reprobatione, licet in nullo valor ſit diminutus. in
mo caſu.ſ.quãdo pecunia eſt diminuta in valore propter qđ
curſus impeditur,& hoc caſu periculum eſt debitoris,& non
72 creditoris.Ita ꝙ debitor†tenetur reddere pecuniam in illo va
lore in quo valebat tempore contracti mutui cum noſcatur
legitimo pondere fraudata.& dicunt hoc expreſſe probari in
c.cum olim.§.cum igitur.ĩ.de cenſ.& in l.creditor,ff.de ſolut.
vbi dicitur, ꝙ ſi pecunia quaſi eroſa ſublata eſt iuſſu pręſidis.
licet debitor non fuerit in mora tamen ad ipſum periculum
73 pertinet,& dicunt Hoſt.& Io.And. quod illud verbum†ero-
74 ſa,debet exponi.i.ære plena. Omnia enim†nomina deſinen-
tia in oſus plenitudinem ſignificant,vt no. in d.l.creditor, &
iſte eſt ſenſus,ꝙ pecunia erat ærosa.i nimis tenebat de ęre, &
parum de argento, quia conſiderato tempore quo pecunia
fuit ſtatuta propter vſum ipſius pecuniæ argentum fuit nimis
diminutũ,& ęs remanſit. & ideo ibi pecunia fuit reprobata,
& ideo reddenda eſt in eodem valore in quo fuit mutuata.
75 nam & in mutuo non habet ex eodem genere† reddere rem
deteriorem. l. cum qui.ff.ſi cer. pet. & iſte eſt verus ſenſus.d.l.
creditor ſecundum veram literam, & ſecundum verã expoſi
tionem,licet ibi habeatur alia litera, & detur alia expoſitio
quæ eſt falſa. vnde expoſitio ſupradicta eſt verior. No. be-
ne verba Ho.& Io.An.ꝙ omnia verba deſinẽtia in oſus ſigni
ficãt plenitudinem puta vinoſus,ſcabioſus, & ſimilia.nam tã
tum eſt,ac ſi diceretur plenus vino, & plenus ſcabie, & ſic de
ſimilibus. In ſecundo autem caſu .ſ. quando pecunia eſt re-
probata cã auaritiæ,vt recolligatur,& cõfletur, & poſtea cre
datur ſub eodem pondere ſicut frequẽter fit,& hoc caſu ſi de
bitor fuit conſcius fraudis, vel in culpa, vel in mora ſecun-
dum But.adhuc ſuum eſt periculum,vt patet,ff. ſi cert. peta.l.
quod te.& l.periculum,& arg.ff.ſi quis cau l.ij.§.fina.ſed ſi de-
bitor in nulla culpa reperitur ſufficit, ꝙ reddat pecuniam in
eodem genere,& in eodem pondere,& in eodem valore quo
ad pondus, licet diminuta ſit quo ad curſum niſi aliud dictũ
76 ſit,quia contractus ex conuentione† legem accipiunt. l.con-
tractus.ff.de reg.iur.& ſic volunt Hoſt.& Ioan.And.ꝙ aut cur
ſus impeditur propter defectum ipſius pecuniæ,vt quia eſt di
minuta in pondere,vel vitiata in materia,& tunc periculum
pertinet ad debitorem etiam ſi non ſit in mora, aut non mu
tato pondere,nec intrinſeca bonitate pecuniæ, & tunc peri-
culum pertinet ad creditorem niſi debitor ſit conſcius frau-
dis,vel niſi ſit in culpa, vel in mora, vel niſi aliter conuentũ
ſit,iſta eſt concluſio Hoſti.& Ioan. Andr. Sed iſtam materiã
ponit Pet,& Cyn.in l.in minorum.C. in quibus cau.reſt.non
eſt neceſ.& Bar.in l.Paulus, ff.de ſolu.aliquid tangit in l.cum
quid,ff.ſi cer.pet.tangunt Doct.hic, & in c.olim,ĩ.de cenſi. &
in cle.ij.de deci.& But.hic exanimat iſtam materiam latius ꝗ
faciat.D.Ab.vnde vt habeas iſtum articulum clarum diſcur-
rere per caſus. Primus eſt,quando moneta reprobatur in to-
77 tum ante moram debitoris, & hoc caſu ſi†reprobatur in to-
tum defectu ipſius monetę vbi eſt deteriorata, & tunc abſq;
dubio damnum pertinet ad debitorem ut in d.l.creditor.ff.de
ſol.& hoc tenet Hoſt.& Ioan.And.vt ſ̃.dixi.Sed ſi reprobatur
abſque defectu pecunię,vt quia manente eadem bonitate pe
cunię princeps interdixit in totum illius vſum mandando il-
lam non debere expendi,& hoc caſu Hoſti.& Ioan. Andr.vt
ſ̃.dixi dicunt, ꝙ ſi debitor non fuit in culpa,vel in mora dam
num pertinet ad creditorem. vnde debitor poterit ſoluere de
antiqua moneta,quia ſatis eſt mutuum reſtitui in eadem ſpe
cie,& in eadem bonitate intrinſeca.l.cum quid, ff.ſi cert.pet.
Idem tenent Pe.& Cy.in d.l.in minorum.ſed Ia.de Are.Odoſ
fre.& Bar.in d.l.Paulus.ff.de ſolu.dicunt, ꝙ debet ſolui æſtima
78 tio†antiquæ ex quo curſus eius eſt reprobatus,vt in l.elegerit,
§.qui reprobos,ff.de pigno.act.& dicit Bart.hoc probari in c.
olim.ĩ.de cenſi. & ſic debet ſolui de noua moneta ęſtimatio
antiquę,hoc eſt tantum debet ſolui de noua moneta quantũ
valebat antiqua.Iſtam opi.ſequuntur hic,& D.Abb.qui dicit
hoc communiter teneri. Nec obſt. ſecundum eum motiuum
tenentium contrarium, quia nõ eſt verum,ꝙ iſta moneta re-
79 probata habeat eandem bonitatem intrinſecam, quia†mo-
neta magis conſideratur reſpectu curſus quã reſpectu mate-
riæ.pro hoc eſt bon.tex.in ca.eiiciens.88.diſt.ergo debet ſolui
ſecundum æſtimationem antiquæ.& de hoc videtur tex.ſecũ
dum eum.in d.c.olim.de cenſi.Idem tenet Io,de Imo.in cle.ꝗ
de cleri.ſuper gl,in ver.currentem.in fi.Secundus caſus eſt, qñ
contingit alteratio monetæ in ſola parte,& non in toto. Sed
hoc contingit defectu pecuniæ,vt quia nimium facta fuit æro
80 ſa poſt debitum contractum,vel quia fuit tonſa,†vel aliter de
uaſtata,& hoc caſu Hoſt.& Ioan.And.hic dicunt, ꝙ periculũ
pertinet ad debitorem,& hoc probatur in præd. l.creditor.ff.
de ſolu.& dicit But. hic ꝙ hoc communiter tenent Doct. vn-
de talis debebit ſoluere de moneta noua ad æſtimationem
antiquæ,& dicit ꝙ etiam hoc tenet Bar.in l.Paulus, ff. de ſolu.
Sed ſi bene notentur eius verba videtur tenere contrarium.
nam

nam Bar.loquens quando contingit mutatio in bonitate ma
tariȩ dicit, ꝙ ſi antiqua moneta reperiatur, & eius curſus non
eſt reprobatus poterit de illa antiqua moneta ſolui, ſed ſi eius
curſus eſt reprobatus, tunc dicit ꝙ debet ſolui ȩſtimatio anti-
quæ. & idem videtur dicere in l.cum quid.ff.ſi cer.pet.licet nõ
ita clare loquitur. Sed intellige Bart. ſane, vt non contradicat
his quȩ dicit hic Hoſt.& Io.An.nam dicitur curſus reprobat⁹
non ſolum quando eſt reprobatus in totum, ſed etiam ſi eſt
reprobatus in parte, vt quia moneta nunc minus valet, quam
valebat tempore contractus. & ꝙ Bar. ita intellexit patet, qa
allegat c.olim.de cenſi.vbi moneta non fuit in totum repro-
bata ſed eius valor diminutus, vnde aduerte vt intelligas. aliqñ
pecunia alteratur, vt quia in pondere diminuĩt, tamen currit
eodẽ mõ ſicut currebat ante pone exẽplũ ĩ groſſis, & groſſo
nis. quorum pondus eſt valde diminutum propter tonſatio-
nem, tamen tantum valent hodie ſic tonſi quantum valebãt
integri iam ſunt x.anni. vnde hoc caſu poterit ſolui credito-
ri de tali moneta, licet ſit alterata ex quo eius valor non eſt
diminutus, ſed ſi curſus in aliquo diminuitur propter altera-
tionem dicitur eius curſus reprobari vnde debet ſolui ſecun-
dum ȩſtimationem antiquæ, & hoc modo intellige Bart. vbi
ſ.& Bu.hic. Tertius caſus eſt, quando pecunia remanet in ea-
81 dem bonitate intrinſeca, ſed in ſolo † valore eſt diminuta, &
debitor nõ eſt in mora, exẽplũ ducatus plus valebat tempore
contractus, & tempore ſolutionis minus valet, & hoc caſu
Ia.de Are.& Bar.in d.l.Paulus.& in l.cum quid.ad fi. ff. ſi cert.
pet.dicit ꝙ ſiue plus, ſiue minus valeat quæ valebat tempore
contractus hoc non eſt inſpiciendum niſi a tempore moræ.
vnde ſi debitor non eſt in mora mutatio valoris, non ꝑtinet
ad damnum eius, ſed ad damnum creditoris. Sed Odof. in d.l.
minorum.& But.hic, & D.Abb.tenent contrarium .ſ.ꝙ dẽat
ſolui ad ȩſtimationem antiquæ ratione ſupradicta: quia boni
tas pecuniȩ principaliter conſideratur reſpectu vſus, ideo dẽt
fieri reſtitutio in illa bonitate.d.l.cum quid.ff.ſi cer.pet.igitur
ſi in totũ vſus pecuniæ eſt reprobatus debetur ȩſtimatio anti
quæ monetæ vt dixi in primo caſu. Ergo eodẽ modo qñ eſt in
parte diminuta.arg.l.quæ de tota.ff.de rei vend.& c.paſtoralis.
§.igitur cum totum.de offic.dele.& D.Abb.dicit hoc probari
in præd.c.olim.de cenſi.& dicit ꝙ hȩc opi.ſibi placet ne credi
tor ex ſuo bñficio patiatur damnum, & iſtam opi.videtur te-
nere D.Pet.de Anch.in præd.c.olim.de cenſi. in fi. vbi dicit ꝙ
debet inſpici æſtimatio quæ erat tempore contractus, quãdo
mutatur libra vt quia plus valet, vel minus, verbi gratia 20.
ſolidi faciũt vnam libram, modo ſi fieret mutatio, vt quia ſo-
82 lum 16.ſolidi faciant libram, deberet inſpici † tempus contra-
ctus non autem tempus ſolutionis, vt dicit Pet.de Anch.poſt
Old.in d.c.olim.& dicit ꝙ idem tenet Azo.in Brocardis in ru
brica de contractib.Sed Io.de Imo.in præd.cle.ij.de deci.ſequi
tur opi.Bar.& hæc opi.videtur eſſe prima frõte verior licet ar
ticulus ſit dubitabilis ex quo enim extrinſeca bonitas pecu-
niæ non eſt mutata, ſed ſolus valor pecuniæ non dicitur mu-
tata eius bonitas intrinſeca. vnde poteſt dici de ea. ſicut quan-
do frumentum, vel vinum valet minus vno tempore q̃ alio,
vnde periculum non pertinet ad debitorem niſi ſit in mora,
vt in d.l.cum quid.& in l.vinum.ff.ſi cer.pet.vnde eodem mo
do dicendum eſt quando valor pecuniæ diminuitur non in-
terueniente eius defectu, remanet enim intrinſeca bonitas,
& vſus eiuſdem pecuniȩ licet minus valeat, & idem dicit Iac.
de Are.cuius opi.ſequitur Io.de Lig.ſiue cum ea reſidet, vt di-
cit Io.de Imo.in prȩall.cle.ij.& pro iſta opin.conſuluit Bal.cũ
quo tranſit Pet in d.cle.& ſic fuit.d.Pet.ſibi contrarius, & ĩ.re-
feram tibi conſilium Bal.habes quatuor Doct.authenticos.ſ.
Hoſtien.Ioan.And Bar.& Ioan.de Imo.pro hac opi.licet ſint
ex parte altera, Odof.But.& D.Abb.& Pet.de Ancha.in præd.
c.olim.ſed non video rationem differentiæ inter mutationẽ
valoris monetȩ, & aliarum rerum quando valor ſolus eſt mu
tatus remanente intrinſeca bonitate, & ipſo vſu nõ mutato.
vnde mihi videĩ eſſe eadem ratio in pecunia quæ eſt in aliis
rebus ex quo eſt in vſu licet ſit vilioris æſtimationis, non ob.
cap.olim.de cenſi.quia ſi ibi erant Papien.in obligatione, nec
fuit mutata eorum æſtimatio, ſed ſolum Lucenſium qui ſol-
uebantur loco Papienſium, & vbi primo tres Lucenſes vale
bant vnum Papienſem propter decrementum, ſiue declina-
tionem ipſorum lucenſium ſex lucenſes valebant vnum Pa-
pienſem, vnde ibi dicitur ꝙ debeat ſolui Papienſes, vel eorũ
æſtimatio, vnde cum ibi Papienſes eſſent in obligatione mu-
tatio alterius monetæ quo ad valorem, non habet mutare
obligationem Papienſium, quia Papienſes debent ſolui, & ꝑ
hoc credo, ꝙ illud quod dicit Bar.in l.cum quid.ad fi. ff.ſi cer.
pet.dum dixit, ꝙ ſi vniatur valor floreni, vt quia valet plus vel
minus quã ſolebat non inſpiciatur niſi a tempore moræ, non
ſit verum indiſtincte; nam ſi minuitur valor hoc non nocet
debitori, vt ſupra dixi ſecundum Bar.in d.l.Paulus.vnde eodẽ
modo ſi augmentatur debet cedere ad commodum credito-
toris.& hoc ſenſit Iac.de Are.vt refert Pet.de Anch. in d. cle.
ij.de deci.vbi dicit, ꝙ ſi ſola æſtimatio pecuniæ ſit diminuta
ante moram, tunc debitor reddet talem pecuniam qualis eſt,
quia etiam ſi eſſet augmentata deberet ſoluere ipſam augmẽ
tatam.ar.C.de ſolu.le.placet, & hoc probatur in d. c. olim.de
cenſi.vbi augmentatio Papienſium prodeſt creditori, quia de
bitor ſoluit ſecundum æſtimationem augmentatam.non au
tem ſecundum æſtimationem antiquam. Et ex hoc ſequiĩ, ꝙ
ſi valor floreni eſt augmentatus, debitor qui obligatur ad ſol-
uendos florenos debet eos ſoluere ſecundum æſtimatio-
nem augmentatã. vnde eodem modo eſt dicendum ſi valor
floreni minuitur non interueniẽte mora debitoris. vnde hoc
caſu procedit opi.Bar.in d.l.Paulus, quam etiam videtur ſeq
Pet.de Anch.in d.cle.ij.de deci.quam reſtringe vt dixi.ſed Spe.
in ti.de ſolut.§. nunc aliqua. in fi. videtur velle, ꝙ inſpiciatur
æſtimatio quæ erat ſm tempus contractus.& hanc opi.firmat
Pau.in præall.cle.ij.de deci. vbi vult, ꝙ vbi pecunia eſt debita
ex contractu, ſolutio debet fieri ſecundum æſtimationẽ quã
habebat pecunia tempore contractus, ſiue valor pecuniæ au
geatur, ſiue minuaĩ. & circa hoc allegat plures rationes quas
omitto breuitatis cã. Hanc eandem opin.firmauit glo.fina.in
d.c. olim. de cenſi.quæ dicit ꝙ ſolutio eſt facienda ſecundum
æſtimationem antiquæ monetæ licet noua ſit melior, & eodẽ
modo ſi moneta eſt minoris æſtimationis debet ſolui ſecun-
dum æſtimationem antiquæ, ſed de hoc vltimo dubitauit gl.
in c.quis ignorat. 2.q.4. quæ primo colligit arg. ꝙ ſi currebat
moneta fortior, & nunc currit vilior, liberatur debitor ſoluen
do viliorem, deinde ducit in contrarium hoc c.& c.olim. in fi.
de cenſi.& l.cum quid.ſi cert.pet. & non ſoluit, & ſic non fuit
auſus firmare pedes. ſentiens articulum eſſe dubitabilem val-
de, & crederem, ꝙ in iudicando non debeamus recedere ab
opi.quam tenuit glo.in præal.c.olim.de cenſi. quæ vult, ꝙ in-
83 ſpiciatur æſtimatio antiquæ † monetæ, ſiue valor augeatur, ſi-
ue minuatur, & pro hoc facit d. c.olim. nam ſicut diminutio
valoris Lucenſium non nocet creditori. Ita etiam ſi fuiſſet va
lor lucenſium augmentatus debuiſſet attendi æſtimatio anti
qua Papien.nec augmentatio lucenſium prodeſſet creditori,
quia ſicut diminutio monetæ non nocet creditori, ita etiam
augmentatio non debet prodeſſe, ſed debet antiqua ȩſtima-
84 tio attendi eadem ratione, quia eadem debet eſſe ratio † con-
trariorum.l.i.ff.de adult.& Inſt.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur.
in prin.& tenendo iſtam opin.quæ videtur communis ſequiĩ
iſta concluſio, ꝙ ſi debeo tibi ſoluere florenos quorum ȩſti-
matio augetur ante ſolutionem non tenor tibi ſoluere flore-
nos in æſtimatione augmentata, ſed ſecũdum ȩſtimationem
quam habebant tempore contractus. Ego tamen credo hoc
eſſe verum niſi propter deteriorationem monetæ augmenta
ta fuiſſet illius ȩſtimatio, quia talis deterioratio monetȩ perti
net ad damnum debitoris, vt in d.l.creditor.ff.de ſolut.& hoc
tenet hic Hoſt.& Ioan.An.& communiter Doct. ſi vero æſti
matio minuitur, tunc debeat ſolui ſecundum antiquam ȩſti
mationem, vt voluit glo.in d.c.olim.cuius opin.videtur com-
munior, vnde ſi tenor tibi ſoluere florenos, qui nunc valent
ſex libras, & quatuor ſolidos ſi minueretur eorum ȩſtimatio
pub.quia reduceretur ad quinque libr. deberem tibi ſoluere
ſecundum æſtimationem quæ fuit tempore contractus, nec
liberarer ſoluendo florenum in ȩſtimatione prȩſenti. Et hȩc
intelligas vbi debitor non fuit in mora, alias periculum dimi-
nutionis & augmenti ad ipſum pertineret, quia teneretur ſol
uere quanti plurimi valuit, vt in l.vinum, ff. ſi cert.pet. & hoc
ſequuntur communiter Doctor. Quartus caſus eſt, quando
pecunia eſt diminuta poſt debitum contractum in valore
non proprio, ſed temporaliter, ſicut contingit ſȩpe in flore-
nis qui magis valent vno die, quam alio. Ita ꝙ valor creſcit,
& decreſcit ſecundum tempora.& hoc caſu dicit But.ꝙ ſuffi-
cit debitorem ſoluere in illa ȩſtimatione, quȩ eſt ſecundum
tempus ſolutionis, quia partes potuerunt cogitare hanc va-
riationem.& ſicut creditor voluiſſet de antiqua moneta, ſibi
ſolui. ſi plus valuiſſet, ita debet recipere eandem monetam ſi
minus valet ar.l.ſecundum naturam, ff.de reg.iur.& in regula
qui ſentit lib. 6. Item quia hȩc ȩſtimatio ex quo eſt variabilis
ſecundum accidentia temporis non eſt intrinſeca bonitas pe
cuniæ, ſed extrinſeca, vnde ſi ſoluitur in ea ȩſtimatione quȩ
currit ſecundum tempus ſolutionis fiat ſolutio ſecundum in
trinſecam bonitatem ad hoc.C. de ſol. l.placet. Et hoc etiam
tenuit Iac.de Are.vt recitat Cy.in d.l.in minorum.& ſequitur
hic But.& D.Ab. q dicit hoc communiter teneri, ſed But. di-
cit ꝙ hoc eſt verum quando obligatio ſurgit a partibus ſciẽ-
tibus variationem monetȩ. ſecus ab ignorantibus; hoc eſt di-
cere, ꝙ ſicut contrahentes ſciunt ꝙ illa moneta aliquando
plus, aliquando minus valet vidẽtur hanc variationẽ, conſi-
deraſſe & tacitȩ conſenſiſſe, ꝙ ſoluatur in ea ȩſtimatione in
qua erit moneta tempore ſolutionis, ſed ſi talem variationẽ
ignorarent non videntur ipſam conſideraſſe, ſed ſolum cogi-

taſſe

taſſe de æſtimatione & valore, qui erat tempore contractus,
& ſic æſtimatio tempore contractus debet attendi. Secundo
limitat D.Ab. quando non eſſet ſpes quod de proximo debe
ret habere augumentum, nam tunc deberet haberi ratio ad
æſtimationem quam habebat moneta puta. florenus tempo
re contractus, quia verum eſt dicere, quod hodie non habet
illam bonitatem reſpectu curſus, quam tunc habebat, & ſic
militat ratio de qua dixi in pręcedenti caſu maximę quia po-
teſt eſſe, ꝙ nunquam creſcet, arg.l.iuriſperitos ff.de excuſ. tut.
& hoc no.gl.in c.ij.de reſcri. Tertio limitat But.quando obli
gatio ſurgit a principe ignorantte variationem monetæ, v.g.
princeps conceſſit alicui centū florenos annuatim ſuper cer-
tis redditibus. deinde alteratur valor floreni, nam ſi princeps
ignorabat valorem monetæ debet fieri ſolutio ſecundum cō
85 munem curſum.†allegat glo.in cle.ij.in ver.currentem.de de-
ci.& dicit ꝙ hoc tenet Gul. de monte Lau. & Paul. dicit ibi
qui plene examinat.& dicit idem tenere Spec.in tit.de ſolu.§.
1 ſed Do.Abb.dicit, quod ſibi placet opin.But.dum ponderat
ignorantiam principis, alias ſi ſciuiſſet valorem floreni, ſeu
monetæ deberet attendi ęſtimatio quæ erat tempore conceſ-
ſionis priuilegij. vt in d.c.olim.iuncta gl. fin. de cenſi.& in l.fi.
ff de au.& arg.le.Idem ſenſit Pet.de Anch.in d.c.olim.de cēſi.
& hoc firmat Ioann.de Imol. in d.clement.ij. vbi dicit, ꝙ eſt
inſpiciendum tempus conceſſionis priuilegij maxime cum
agatur de viribus reſcriptorum, vt in ca.dilectus.cl ij.de præb.
& in cle.fi.de reſcrip. & ſic eſt inſpicienda æſtimatio quæ erat
tempore conceſſionis priuilegij. & dicit ꝙ hoc ſuadet mens
verborum, & ratio, a qua non debemus recedere. de verb.ſig.
in his. & c.intelligentia.& c.præterea.ſed aduerte in hoc, quia
aut alteratio eſt, perpetua, & tunc debet attendi tempus con-
ceſſionis priuilegij, ita loquitur Ioan.de Imo.vbi ſ̃.& Ab.hic,
qui expreſſe ſpecificat quando valor floreni perpetuo altera-
tur, & vult ꝙ debet attendi ęſtimatio quæ erat tempore con-
ceſſionis priuilegij, niſi princeps ignoraſſet, quia tunc deberet
attendi communis curſus, ſecundum tempus ſolutionis faciē
dæ. aut alteratio non eſt perpetua, ſed ad tempus, vt quia in
loco florenus aliquando plus, aliquando minus valet, & hoc
caſu dicit But.ꝙ licet in contrahentib.fiat differentia, an ſciāt
vel ignorent variationem monetæ ſecundum ea quæ ſupra-
dixi in principe, tum etiam ſi ignorat variationem monetæ,
debet intelligi ꝙ debeat fieri ſolutio ſecundum communem
curſum qui erit tempore ſolutionis.& hoc videtur mihi ſatis
86 probabile, quia in priuilegiis†principum debet fieri lata inter
pretatio, vt in l.beneficium.ff.de conſtit.princ. & in c.cum di-
lectus.de donat.vnde veriſimile eſt, ꝙ princeps voluerit fie-
ri ſolutionem ſecundum communem curſum ex quo flo-
renus recepit variationem: quia hoc poteſt, ita prodeſſe prin-
cipi ſicut illi cui conceſſit priuilegium, quia valor florenis, ita
pōt minui ſicut creſcere. vndę ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit
variationem videtur ſe retuliſſe ad communem curſum, qui
erit tempore ſolutionis.ſ.vt ſoluantur floreni ſecundum cur-
ſum quem habebunt tempore ſolutionis, ſiue plus, ſiue mi-
nus valeant, ex quo etiam ita in contractibus priuatorum ob
ſeruatur, arg.in c.cum adeo.& in c.cauſam.de reſcrip. Aduer
87 te tamen, quia†augumētatio momentanea vnius, vel duorū
dierum non eſt attendenda, vt in l.pretia rerum.ff.ad l.Falci.
vnde nō reputabiť florenus, vel moneta diminuta, vel aucta
ex quo eſt momentanea.& hoc dicit Bar.in præalle. l.Paulus
parum ante fi.ff.de ſolut.& Butr.hic in 6. col.verſ.eſt tamen ad
uertendum. Quintus caſus eſt, quando alteratio contingit
poſt moram debitoris, & hoc caſu Bar.in d.l.Paulus.voluit di
ſtinguere, quod aut alteratur valor floreni, vel valor pe-
cunię minutæ. In primo caſu dicit, ꝙ periculum pertinet ad
debitorē poſt morā, verbi gratia, debebas mihi ſoluere flore-
num in Kalendis Ianuarij, qui tunc valebat quatuor libr.nūc
cum ſoluis valet minus: nam a tempore morę pertinet peri-
88 culum, ſeu†damnum ad debitorem, vt in l.vinum.ff.ſi cer.pe.
ratio eſt, quia cum florenus ęſtimetur per pecuniam minuta
apparet, ꝙ florenus eſt deterioratus in æſtimatione, & idem
dicit eſſe dicendum in qualibet moneta groſſa, quę per minu
tam æſtimatur, nam diminutio æſtimationis poſt moram p-
tinet ad damnum debitoris. In ſecundo autem caſu, quando
diminuitur valor monetę paruæ. verbi gratia tempore con-
tractus dabātur 12. bagatini pro ſolido poſt moram augumē
tatus eſt valor ſolidi, & tunc vbi dabantur xij. bagatini nunc
dantur 16. hoc caſu dicit Bar, ꝙ periculum non pertinet ad de
bitorem, quia non poſſunt dici bagatini fuiſſe diminuti in
ęſtimatione, quia moneta diminuta non poteſt æſtimari por
groſſam, nam nummi ſingulariter conſiderati non poſſunt
ęſtimari per groſſam minutam, nam unus denarius non po-
teſt ęſtimari per florenum, licet una ſumma nummorum, ſeu
denariorum poſſit ęſtimari per monetam groſſiorē puta. xij.
denarij æſtimantur uno ſolido 24. duobus ſolidis, & ſic de ſin
gulis, unde dicit Bar, ꝙ quando minuitur ualor monetę non
89 agitur, de damno creditoris, ſed de lucro. Debitor † autem
poſt moram tenetur ſoluere intereſſe, quod conſiſtit in dam
no. non autem illud quod conſiſtit in ceſſatione lucri, ut in l.
ſi ſterilis.§.cum uenditorem.ff.de act.emp.hanc opin.Bart.ſe-
quitur Pet.de Anch.in d.cle.ij.de deci.ſed D.Abb.dicit, ꝙ But.
hoc reprehendit, quia ſicut groſſa æſtimat minutam. Ita mi-
nuta ęſtimat groſſam, nā ſicut pro paruis denariis emitur flo-
renus, ita per florenū poſſunt emi parui, ſeu bagatini. ſi ali-
qua neceſſitas hoc impellat, & hoc praticabatur in hac ciui-
tate quando currebant bagatini, quia emebantur 7. librę ba-
gatinoram pro uno ducato, qui in moneta argentea nō uale
bat niſi 6. libras, & quatuor ſolidos. Et dicit D.Ab.ꝙ hoc plus
ſibi placet ꝗ dictum Bar. quia conſiſtit ſolum in ſubtilitate. li
90 cet enim unus denarius † non poſſit ęſtimari, tamen plures
ſimul poſſunt æſtimari. unde dicit, ꝙ aut pecunia reprobatur
in totum, & non poteſt de ea ſolui, vt in d.l. eleganter. §. qui
reprobos.ff.de pign.act.aut aliud damnū contingit poſt mo-
ram debitoris, puta fit decretum, ꝙ duo denarij de antiquis
valerent ſolum vnum de nouis, nam hoc dānum poſt morā
debitoris ptinet ad debitorē But. aūt actionis verba nō bene
aduertit Do.Ab.ſaluat opi.Bar.dicit enim ꝙ ſi conſtringit va-
riatio æſtimationis in moneta minuta & groſſa propter hoc
augmentatur, verbi gratia vbi ſolidis valebat 12. denarios ſu
perior determinat, ꝙ valeat 18. denarios, & ꝙ vbi ducatus
primo valebat 6. lib.& quatuor ſolidos nunc valeat 4. lib. hoc
caſu ſi debitor deberet ſoluere 18. bagatinos ad rationem ſo-
lidi quando obligatio fuit contractata in bagatinis, pateretur
damnum ipſe debitor, & creditor conſequeretur lucrum, qa
vbi primo 6. libræ valebant vnum ducat.nunc quatuor vale-
bunt vnum ducat.& ſic conſequeretur lucrum ex augmenta
tione monetæ groſſæ, & hoc eſt quod voluit dicere Bar. ſi ve-
ro non eſſet augmentata moneta groſſa ex diminutione mi-
nutæ hoc eſſet damnum emergens, vt in exemplo non poſito
vbi xij. bagatini faciebant vnum ſolidum, nunc xviij. requirū
tur tamen propter hoc non augmentatur moneta, quia ita
xx. ſolidi requiruntur ad faciendam vnam libr. ſicut primo, &
6. librę, ita faciunt vnum ducat. ſicut primo modo ſi debitor
ſolueret. nūc xij. bagatinos creditor pateretur damnum, quia
illi xij. bagatini non faciunt vnum ſolidum cum non valeāt
nunc plus xviij. bagatini quam valebant xij. ante moram, vn
de hoc caſu poſt moram periculum pertinet ad debitorem ſi
diminuitur valor monetæ minutæ ſicut ſi diminueretur va-
91 lor monetæ groſſæ. vnde tene, ꝙ quando debitor eſt in†mo-
ra qualiſcunque ſit moneta, ſiue augeatur, ſiue diminuatur
periculum pertinet ad debitorem, & hoc tenuit Bar.in l.cum
quid. ad fi.ff.ſi cert.pet.hoc tamen intellige vt ſupra dixi, niſi
augmentatio eſſet momentanea, quia etiam ſi debitor fuit in
mora talis augmentatio momentanea, vel etiam diminutio
non eſt attendenda, & hoc voluit Bar.in d.l.Paulus.& Bu.hic
in vltimo caſu, & ex his ſumus expediti de iſto articulo. Sed
pro declaratione aliquę quæſtiones ſunt tangendę, & primo
92 quid ſi ex ſtatuto, vel lege ſuperioris debentur ſalaria†officia-
libus de condemnationibus, puta talis officialis debet habere
x. lib. de quacunque condemnatione, vel ex tali delicto qui-
libet debet condemnari in x. florenis, modo pone moneta eſt
minuta, nunquid debeat fieri ſolutio de antiqua moneta, vel
de noua? Specu. vbi ſupra dicit, ꝙ debet ſolui de moneta cur
renti, quia de tali videtur ſtatutum ſenſiſſe. vnde mutata mo-
neta videtur mutatum ſtatutum. ar. in c tranſlato. ſ̃. de conſti.
& hoc ſequitur But.hic. Sed D.Abb.dicit ſe de hoc dubitare,
quid enim ſi tempore ſtatuti florenus valebat longe plusquā
hodie, dicemus ne quod debeat ſolui ita modicum, cum ſta-
tutum voluerit menſurare pœnam delicto ſecundum ꝙ de
iure fieri debet? vt in c.non auferamus xxiij. q.1. & in l. reſpi-
cien.ff.de pœnis.& idem dicit in ſalario conſtituto officiali,
& dicit eſſe caſum de hoc in d.c.olim.de cenſi. non ob.cle.ij.
de deci. vbi dicitur ꝙ ſolutio debet fieri de moneta currenti,
quia ibi non alteratur diſpoſitio. nam ſolum ibi dicitur, ꝙ ſi
alicui conceditur decima beneficiorum poteſt ſolui de pecu
nia currenti, quia non eſt vis de qua pecunia ſoluatur, dum-
modo ſoluātur x. integraliter, tamen opi.Spe. quam. ſequitur
hic But. ſequitur etiam Guli. & Zenzerinus, et Ioan. de Imo.
in d.cle.ij. vbi dicunt, ꝙ ſalaria officialium, & condemnatio
nes delictorum debent ſolui de noua moneta, ſiue ſit effecta
maior, ſiue minor. ſed Pet.de Anch.in pręal.cle.ij. dicit ꝙ hoc
eſt bene dictum ſi delictum cōmittitur, vel officium inchoa-
tur poſt mutationē monetę, quia hic nulla obligatio de præ-
terito reperitur, ſed omnia poſt mutationem ortum habent,
ſcilicet officium & delictum, ſed ſi ponatur ſalarium debitū
ex officio, vel pœnam ex delicto eſſe debitam ex officio ante
geſto, vel delicto commiſſo ante mutationem monetæ, tunc
forte de veteri moneta eſt ſolutio facienda, quia non dēt obli
gatio iam contracta mutari ex mutatione monetæ, quia ea-
dem eſt ratio in eis quæ in contractibus, vt in l.omnem.ff.de
judi.

iudi.& ſic dicit debere intelligi Spe in d.§.nunc aliqua ad fin. in tit. de ſolut.& iſta diſtinctio mihi placet ex qua opin.reducuntur ad concordiam, pro hoc.c.fi.š.de conſtit.vbi patet, ꝙ conſtitutio non trahitur ad pæterita, ſed ligat futura. Sed D. Pet. mouet vnum dubium circa pœnas legales pecuniarias.
93 lex tractat,ꝙ lxxij.duo aurei † faciunt vnam libram, & dicit ꝙ ſemper cum in iure ſit mentio de ſolidis ſiue aureis, debet fieri relatio ad prædictam æſtimationem. de hoc eſt tex. in l. quotiens.C.de ſuſcep.& arch.lib.x.& de hoc etiam vide gl.Inſti.de pe.teme.lig. §.fi. hodie vero plures floreni quã 72. ſunt neceſſarij ad faciendum libram auri, vnde ſecundum dictum Spe.debet haberi conſideratio ad florenos currentes, & non ad æſtimationem legalem ſecũdum quam lxxij. duo aurei debent facere vnam libr. vnde dicit ꝙ illa l. multum facit contra dictum Spe.dum vult, ꝙ debet haberi reſpectus ad modũ currentẽ,ſed dicit quod pro dicto ſuo facit tex. iuncta glo.fin. in c.ii.de male.vbi pro delicto fit condemnatio in ſolidis au-
94 reis,& tamen gl.dicit, ꝙ debet fieri†ſolutio iſtorum ſolidorũ ſecundum loci conſuetudinem, & ita pertranſit D. Pet.tu autem tene hoc vltimum, ſcilicet ꝙ debeat fieri ſolutio ſecundum conſuetudinem loci, vnde hodie ſi quis condemnetur in xx.vel xxx.aureis, vel in alia ſumma non eſt neceſſarium, quod ducati ſint tanti ponderis, vt lxxxii. faciant vnam libr. Ex quo no.ꝙ d.l.quotiens.de conſuetudine hodie non ſerua-
95 tur. Secundo quæro, quid ſi teſtator†mandat in teſtamento ſuo ſolui x.ducat.vel legat x. ducat.& poſt mortem teſtatoris reperitur valor ducati augmentatus vel minutus,quæ æſtimatio debet attendi? an illa quæ erat tempore teſtamenti, an vero debeat ſolui in illa æſtimatione in qua reperitur de præſenti?dic ꝙ debet ſolui in ea æſtimatione in qua erat tempore teſtamenti. vnde ſi ducatus tempore teſtamenti valebat vj. libr.& tempore ſolutionis fiendæ valet quinque,vel econuerſo valet vij. debet ſolui in ea æſtimatione in qua erat tempore teſtamenti, nec debet attendi augmentum vel diminutio, quæ poſtea eſt ſubſecuta,vt in d.l.vxorem. §.teſtamento, ff.de leg.iij.& in l.imperatores.ff.de contrahen.emp.& in l.ſi ita.& in l.fi.ff.de aur.& arg.leg.& iſtud tenet Ioan.Ãnd.in addi.Spe. in tit.de ſolu.§.nunc aliqua.ver.nunc pone,& conſuluit Oldr. qui idem dixit præcepto arbitrorum, vel in iudice condemnante ad certam quantitatem,nam ſi mutatur ęſtimatio monetę debet attendi ęſtimatio quæ erat tempore ſententiæ arbitri,vel iudicis,quia condemnando videtur ſe retuliſſe ad ęſtimationem quę tunc currebat, & iſtud etiam ſequitur Pet.de Anch.in c.olim.in fi.de cenſi.& in cle.ij.de deci.& ſequitur ẽt
96 hic D.Ab.†Et ſic in teſtamentis,& in contractibus, & in ſententiis inſpici debet valor qui erat tempore contractus,vel tẽpore teſtamenti,vel tempore ſententię iudicis, vel arbitri. ex his deciditur quæſtio, quid ſi moneta non eſt mutata,ſed conſeruata alia tamen melior eſt facta,an debeat ſolui de noua, an vero de antiqua?& Ioan.And.in addi. Spe.in loco prealle. dicit ꝙ debet ſolui de antiqua ex quo non fuit in aliquo alterata.plus dicit,ꝙ etiam ſi princeps ſtatueret,ꝙ cenſus deberẽt a modo ſolui de bona moneta, ꝙ eccleſia cenſualis non arctatur ad ſoluendum de noua moneta, ſed limitatur ſoluendo de antiqua, & ſtatutum principis debet intelligi de cenſu ſoluendo ex nouo contractu non autem ex antiquo, vel dẽt intelligi ꝙ debeat ſolui de bona moneta ad ęſtimationem antiquæ,quia non egit obligationem augmentare, ſed demonſtrare de qua moneta debeat ſolui.ad hoc.l.quidam teſtamẽ-
97 to.ff.de leg.j.Item ſubdit, ꝙ princeps†non potuiſſet tale ſtatutum facere in preiudicium eccleſiarum,vt in c.quę in eccleſiarum.& in c.eccleſia ſanctæ Marię.de conſti.& in c.fi.de reb.eccle.non alie.& hoc etiam ſequitur But.hic. Ex quo no.ꝙ rationes Ioan.And.non ſolum procedunt in eccleſia,ſed etiam in quocunque priuato, excepta vltima ratione dum dicit, ꝙ princeps nõ poteſt ſtatuere in præiudicium eccleſiarum. Et ex hoc infertur,ꝙ ſi augmentatur moneta quo ad valorem ꝙ
98 illi qui debent ſoluere † cenſus ex antiquo contractu debent ſoluere ſecundum æſtimationem antiquę,pro quo bene facit d.c.olim.de cenſi. Et ex hoc infertur, ꝙ ſi ducati augmentarẽtur in valore, ꝙ emphyteutę & conductores deberent ſoluere ſecundum ęſtimationem quę erat tempore contractus.
99 & iſtud fuit de facto in iſta ciuitate, quia†ducat.conſueuerat valere.v.libr.& xiiij.ſolidos,ſed poſtea fuit augmentatus in x. ſolidis,quia valet vj.lib.& quatuor ſolidos, vnde dubitabatũ, an illi qui debebant ſoluere penſiones domorum deberent ſoluere ſecundum ęſtimationem antiquam quæ erat tempore locationis,& pro hoc facit q̃ ſupra dixi in præcedenti quęſtione. Tertio quęro,quid ſi in ciuitate ſunt duæ monetę quarum reſpectu dicitur ſolidus,& libra vt eſt in ciuitate Florentiæ vbi q̃ſque dicitur ſolidus & libra reſpectu florenorũ minutorum antiquorum de quibus valet florenus auri xxix.ſolidos.Item eſt alia moneta ſolidorum noua de quibus floren⁹ valet tres libras, modo pone promiſi tibi Florentiæ centum
100 lib.de qua moneta†intelligatur,& Bar.in d.l.Paulus. dicit ꝙ hoc eſt iudicandum ſecundum conſuetudinem ciuitatis, & veriſimiliudinẽ contrahentium,& Bar. declarat vtrũq; dictũ. primo enim dicit conſiderando conſuetudinem ciuitatis, q̃ ibi eſt conſuetudo ꝙ in pannis & in ſirico appellatio ſolidi & librę referatur ad florenos minutos:in aliis rebus intellige de
101 florenis nouis. Secundo dicit veriſimilitudinem†eſſe attendendam,quia ſi intelligendo appellatione ſolidi & librę referri ad monetam nouam contigeret, ꝙ res magni pręcii daretur pro modico,vel econtra, ſi intelligeretur de moneta antiqua contingeret,ꝙ res vilis pretij daretur pro magno,deberet intelligi de moneta ſecundum quam pretium eſt iuſtum, & dicit Bar. ꝙ ſemper debemus inſpicere veriſimilitudinem ex qualitate rei.allegat.l.ſemper.in ſtipulationibus. ff.de reg. iur. facit.l.Imperatores.ff.de contrahen. emp. & hoc ſequitur hic
102 But. Quarto quęro,an poſſit†inuito creditore ſolui vna moneta pro alia,& But.in d.l.Paulus. diſtinguit, quod aut creditor eſt paſſurus, ex hoc aliquod incommodum, & tunc non tenetur recipere aliam monetam pro alia, vnde ſi tibi mutuaui ducatum Venetũ,tu vis mihi reddere ducatum Papalẽ, vel Mantuanum qui minus valet. Ego non teneor recipere, & hoc probatur in d.l.Paulus.aut creditor ex hoc nullum dãnum ſentit,& debitor ei ſoluit aliam monetam eiuſdẽ ligæ, & eiuſdem bonitatis, exemplũ mutuaſti mihi ducatũ Venetum, volo tibi reddere ducatum Hungarũ eiuſdem bonitatis tu teneris recipere ex quo ducat.Hungar.tantum valet quantum Venetus.vel pone mutuaui tibi groſſonos, vel groſſos, tu vis mihi reddere groſſos, vel econtra,ego teneor recipere. eſt enim vtraque moneta eiuſdem ligę, licet ſit diuerſa.vnde non intereſt creditoris de qua moneta ſibi ſoluatur ex quo integrum debitum ſibi ſoluitur.aut & tertio vult ſoluere monetam alterius formę, & alterius materię, quæ non eſt eiuſdem ligæ,& tunc creditor licite poteſt recuſare, quia aliud ꝓ alio inuito creditore ſolui non poteſt. & per hoc dicit,quod ſi tu debes in pecuniam minutam,& velles dare florenos,vel econtra licite poſſum recuſare, dicit tamen quod de conſuetudine in multis ciuitatibus ſeruatur contrariũ cui conſuetudini debet ſtari,vt in l. Imperatores.ff.de cõtrahen. emp.nam videtur cõtrahi ſecundum conſuetudinẽ loci.l.quod ſi nolit. §.qui aſſidua.ff.de ędil.edic.& in l.Labeo.ff.de ſup.lega.& hãc diſtinctionem Bar.ſequitur But.& Do.Ab.hic, qui dicit quod etiam Oldr.ita conſuluit, idem dicit Pet.de Anch.in cle.ij. in fi.de deci. Quinto iuxta prędicta quęro,pone,quod ego mu
103 tuaui tibi,vel†in dotem dedi centum lib.in florenis,nunc uis mihi reddere,an cogar recipere vel tu ſoluere in ea ęſtimatione quę erat tunc. An in ea quę eſt nunc tempore ſolutionis? Bar.in pręd.l.Paulus.diſtinguit, quod aut promiſſę fuerunt cẽtum librę in florenis, & tũc ſolum librę ſunt in æſtimatione. hoc probatur in l.ſi ſtipulatus fuero x.in melle.ff. de ſolu. ubi probatur quod ſi ego do tibi cẽtum libras in florenis, iſta verba hoc important,quod dem tibi inſolutum iſtos florenos ꝓ centum libris,& ideo nõ poſſunt peti niſi centum librę, ſicut ſi aliqua res eſſet data in dotem pro ęſtimata, vt in l.cum dotem.C.de iure dot.& in l.ſi conſtante.ff.ſolu.matrimon. vnde damnum & lucrum contingens in florenis pertinet ad eum, qui recipit, & dicit idem eſſe in depoſito. puta ſi deponerem apud te centum lib.in florenis.nam videor illos florenos vẽdere pro illis cẽtum libris,& pretium apud te deponere l.certi condictio.§.fi.cum l.ſeq.ff.ſi certum petatur.& ſubdit Bar.ꝙ ſi dictum ſit depono apud te centum libr.in florenis hoc pacto,ꝙ reddas mihi in florenis,ꝙ tunc aut dictum fuit, ꝙ reddas in flor.ſub eadem æſtimatione, & tunc debent reddi ſub eadem ęſtimatione,vt in l.placet.§.mancipia.ff.ſolu.matrim. Aut non fuit dictum in eadem æſtimatione, ſed ſimpliciter, ꝙ deberent reddi in florenis, & tunc debet fieri in æſtimatione communi,quæ erit in tempore quo debet fieri ſolutio. l.ſi ſtipulatus fuero x.in melle.ff.de ſolu.& hoc ſequitur Do. Ab. hic in fin.com.Sed D.Pet.in prælle.cle.2. de deci.refert quaſi totam diſtinctionem Bart.& cum ea tranſit, ſed ante mouet quæſtionem in qua dicit Bald. conſuluiſſe in ciuitate Aſculi in qua quidem iam xxx. annis receperat ducentos florenos boni auri in dotem. & tunc tpis valebat florenus Aſculi tres libr. cum dimidia. ſed tempore ſoluti matrimonij valebat quatuor libr.& xv.ſolidos, modo quæritur nunquid hęredes viri cogantur reſtituere in florenis ſecundum æſtimationem quam habebant tempore datæ dotis. An vero ſecundũ ęſtimationem augumentatam quam habent tempore ſoluti
104 matr.& dicit ꝙ Bald.conſuluit,ꝙ dos†debet reſtitui in florenis, quia ipſi floreni erant in obligatione, & ipſa moneta in bonitate intrinſeca nõ eſt mutata,ſed ſola ęſtimatio,& valor ipſius floreni.ff.ſi cer.pet.l.cum quid.& l.vinum. eo.ti.& dicit idem eſſe in frumento, vino, & aliis ſpeciebus quarum æſti-

matio

matio creuit dicit tamen, ꝙ ſi ipſa ſpecies monetę eſſet mutata, tunc debent inſpici tempus contractus pone exemplum, p uta, quia ducatus factus fuit maioris ponderis, vel melioris auri, tunc enim licet ducati eſſent in obligatione deberet inſpici tempus contractus, & ſolet hęc eſſe vera niſi tempore contractus florenus fuiſſet datus ad rationem librę non florenorum, quia tunc illa æſtimatio deberet reddi, & non maior. ſicut dicitur in qualibet re data in dotem ęſtimata vera ęſtimatione, vt in l. ſi ęſtimatis. ff. ſol. mat. & dicit D. Pet. ꝙ Bal. videtur hoc habuiſſe a Bar. in d. l. Paulus. ſed tu aduerte, quia conſilium Bal. inquantum dicit, ꝙ quãdo floreni ſunt in obligatione, debet ſolutio fieri ſecundum ęſtimationem quam habebant tempore ſolutionis fiendæ, procedit ſi teneamus illam opi. ꝙ quando ſolus valor monetæ augetur, vel minuit non interueniente aliqua deterioratione monetæ inſpiciatur tempus ſolutionis, & non tempus contractus. ſed ſi teneam⁹ aliam opini. ſ. ꝙ debeat inſpici tempus contractus de quo eſt tex. iuncta glo. fi. in c. olim. j. de cenſi. tunc conſilium Bal. non eſt verum, & licet D. Pet. ipſum ſequatur in d. cle. ij. tamen contrarium ſentit in d. c. olim. in vlt. q. & ita conſuluit Old. vt ipſe refert nõ eſſet etiam verum illud quod dic. Bar. in d. l. Paulus. dum dicit, ꝙ ſi apud te depoſui centum libras in florenis cum hoc ꝙ debeant reddi in florenis, ꝙ debet fieri ſolutio in æſtimatione quam floreni habent tempore ſolutionis fiendæ, nã ſi eſt verum quod debet inſpici tempus contractus, licet æſtimatio floreni creuerit, vel minuta fuerit nihilominus ipſi floreni ſunt ſoluendi ſecundum æſtimationem quam intelligit tempore contractus. nec eſt mirandum quod Bart. ita dixit, quia ipſe tenet, ꝙ non ſit attendenda ipſa diminutio, vel augumentatio valoris monetæ. Ex quo intrinſeca bonitas non eſt mutata niſi debitor ſit in mora, de quo dixi ſ. in tertio caſu, vnde in hoc art. ſic concludas. Et prima ſit concluſio, ꝙ ſi datæ ſunt centum libr. in florenis ſimpliciter, tũc ſolum centum libræ ſunt in obligatione, nec augumentum vel diminutio valoris floreni eſt attendenda. Secunda concluſio, ſi ſunt datæ in dotem, vel in alio contractu hoc acto quod reddantur in florenis, niſi dictum ſit ſub eadem ęſtimatione ſecundũ Bar. debet attendi valor vel æſtimatio quæ reperitur tempore ſolutionis fiendæ, & idem eadem ratione quia floreni ſimpliciter ſunt dati in dotem, vel in alio contractu, quia non licet ſoluere monetam alterius ligæ, vt dixi in præcedenti q. & hoc conſuluit Bal. & refert Pet. de Anch vbi ſ. & dicunt ipſi plus, ꝙ hoc procedit etiam ſi ex conſuetudine poſſit fieri ſolutio de alia moneta ex quo floreni ſunt in obligatione. Sed iſta concluſio dependet ab eo, quod dixi in tertio caſu. Tangit
105 etiam hic But. an ſi inter contrahentes † fiat, quod an moneta ſit bona, vel non. & officiales communis qui ſunt appoſiti ad hoc officium monetam approbant, quis debeat ſoluere iſtis officialibus, an debitor vel creditor? & dicit ꝙ communibus expenſis hic debet fieri, vt in l. iij. §. j. ff. fin. regund. Idem dicit Bar. in d. l. Paulus. vnde dic, ꝙ ſi ambo elegerũt iſtos officiales ad videndum monetam vtrum eſſet bona, vterque debet ſoluere, aut alter ſolus elegit officiales, & tunc ille debet ipſi ſoluere, & aduerſarius erit ſibi condemnandus, vt reficiat partẽ ſuam, hoc probatur in d. l. iij. §. j. ver. ſed ſi menſor. & hæc ſufficiant in iſta materia difficillima & vtili ſequitur c. venientes.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iurantes ſententiam exequi ad certum tempus non obſtante appellatione ab eis interpoſita deferre tenentur.*
2 *Conſuetudo non plus ligat quam ius ſcriptum.*
3 *Repræhenſio non debet eſſe nimis aſpera.*
4 *Aſperitas nimia vitanda.*
5 *Vultus hilaris non eſt peccanti oſtendendus.*
6 *Adulatio, an & quando ceſſare debeat.*
7 *Homo tenetur ex debito naturali cum aliis viuere delectabiliter, ceſſante inhoneſtate & adulatione.*
8 *Superior ab inferiori, an corrigi debeat.*
9 *Ciuitas non poteſt tollere appellationem, quando ſuperiorem recognoſcit.*
10 *Subditi imperii, & eccleſia inter ſe differunt.*
11 *Iudex debet iurare quod iudicabit ſecundum leges.*
12 *Iudex debet iudicare non ſecundum conſcientiam, ſed ſecundum allegata de iure, & probata.*
13 *Reus de crimine etiam viſus a iudice, niſi probetur iure damnari non debet, ſic.*
*Innocens ſi aggrauetur malis teſtibus non poteſt liberari.*
14 *Iudex cognoſcens innocentem poteſt eum non condemnando ad ſuperiorem remittere.*
15 *Miniſtri iudicis non tenentur ei obedire ſi ſententia contineat intolerabilem errorem.*
16 *Iuramentum per quod præiudicatur ſuperiori non obligat ſubditum, & quando.*
17 *Appellatio continet ius ſuperioritatis.*
18 *Epiſcopus, an poßit ſtatuere quod ab interlocutoria non appelletur.*
19 *Nemo poteſt in ſpiritualibus ſtatuere vel præſcribere contra ſupremam poteſtatem Papæ.*
20 *Appellationi poſſumus renunciare per pactum.*
21 *Paria ſunt facere contra legem, & contra mentem legis.*
22 *Iuramentum in materia iuris interpretationem recipit iuris.*
23 *Vinculum conſuetudinis non debet eſſe maioris roboris quam legis.*
24 *Iudices habentes iuriſdictionem per ſtatuta ciuitatum poſſunt executioni mandare ſententias.*
25 *Iudex poteſt reuocare executionem quam indebite miſit per ſuam ſententiam.*
26 *Tempus executionis non poteſt reſtringi ſine partis conſenſu.*
27 *Statutum an valeat diſponendo ne poßit appellari niſi eadem die in qua lata eſt ſententia.*
28 *Lex quæ ad ſubſtantiam ſui requirat.*
29 *Iurans iniuſte vltra alias pęnas incurrit periurium.*
30 *Epiſcopi reddunt ius in ciuitatibus in quibus iudices deficiunt.*
31 *Appellatio interponitur ad conſilium ciuitatis quando caremus iudice appellationis.*
32 *Ius ſuperioris ſemper intelligitur exceptum.*
33 *Appellatio iudicatum ſuſpendit non tollit.*
34 *Damnatus ad mortem interpoſita appellatione poteſt facere teſtamentũ.*
35 *Paria ſunt eſſe appellatum, vel infra tempus appellaturum.*
36 *Tempus ſolutionis eſt pars ſententiæ.*
37 *Sententia a quo & quando exequenda.*
38 *Princeps non intelligitur confirmare aliquid contra ſe.*
39 *Appellantes metu pęnæ timidiores efficiuntur, vnde tale ſtatutum videtur contra libertatem eccleſiaſticam.*
40 *Populus habens ex priuilegio primam appellationem vtrum poſſit eam tollere per ſuum ſtatutum.*
41 *Prouocare tertio non licet.*

## C A P. XIX.

1 VEnientes. Qui iurant † ſententias exequi. ſ. j. certum tempus hic non obſtantib. appellationibus ab eis interpoſitis deferre tenentur. hoc dicit. Diuiditur in quatuor partes, in prima ponitur reprehenſio conſulum. In ſecunda ipſorum excuſatio. Tertia excuſationis reprobatio, & generale mandatum. In quarta mandatur ſpeciale, & comminatur contra non parẽtes. Secunda ibi verum. Tertia ibi, quia vero. Quarta ibi, cum ego. In tex. ibi conuenire, ideſt redarguere. Petr. & Ioan. Andr. Item ibi, poſt ſentẽtiam. ſ. diffinitiuam qualis fuit iſta Ioan. An. Item ibi, executioni mandetis ſupple, & male Ho. qui remittit ad c. paſtoralis. §. præterea. de offic. deleg. Itẽ ibi, exponere curauerunt. ſ. excuſationem ſuam, & veſtram Ioan. And. Item ibi, ſecundum leges ſecundum quas ſentẽtia executioni mandatur. j. quatuor menſes. C. de vſur. rei iudic. l. ij. & iij. & tamen ceſſant iudices ab executione propter appellationem, alias puniuntur. C. de appel. l. quoniam iuris. quaſi
2 dicat ſic etiam vos. cum † nõ plus liget conſuetudo, quam ius ſcriptum. Ioan. And. item ibi appellationibus ad nos interpoſitis etiam ante ſententiam, ſed maxime poſt ſententiam. j. de appel. ſi duobus. Ioan. And. eſt ergo ſenſus huius literæ. ſecundum eum ꝙ debẽt deferre omnib. appellationibus interpoſitis ad Papam, ſed maxime ſi interponuntur a ſententiis diffinitiuis. Item ibi cum ergo hic ſummes caſum ſecundum Io. And. item ibi, a ſententia. G. iudicis, ſcilicet diffinitiua, quare contra iſtum, vt dixi. ſ. in ver. poſt ſententiam lata fuit ſententia diffinitiua. item ibi appellantes aduerſarium inducentes, ſupple & male, de quo Imo. ſe remittit ad ca. paſtoralis. §. præterea de offic. deleg. Ioan. And. No. primo ibi aliquantulum
3 aſpere cõuenire ſecundum Hoſ. & Io. An. ꝙ † reprehenſio nõ debet eſſe nimis aſpera; hoc probat iſte tex. ſecundum eos, q a licet Papa aliquantulum eos reprehenderit non tamen multum. allegant ad hoc bon. tex. in c. cum in beatus. xlv. diſtinct. vbi tex. dicit, ꝙ leuiter caſtigatus reuerentiam exhibet caſtigãti.
4 † aſperitatis vero nimia increpatio, nec correctionem recipit, nec ſalutem, & vide San. Tho. 2. 2. queſt. 114. ar. ij. vbi allegat philoſophum in viij. ethicorum, qui dicit quod nullus p diem poteſt morari cum triſti, nec cum non delectabili, & p hoc concludit ꝙ homo tenetur ex quodam naturali debito honeſtatis, vt cum aliis delectabiliter conuiuat, niſi propter aliquam cauſam neceſſe ſit aliquando alios vtiliter contriſtare, & idem dicit in præcedenti articulo, & in fi. allegat philoſophum apoſt. in ſecunda epiſtola ad Chorinthios. vij. ca. vbi dicit ſi contriſtaui vos in epiſtola non me pœnitet, & poſtea dicit, Gaudeo non quia contriſtati eſtis, ſed quia ↄtriſtati eſtis ad pœnitentiã, vnde dicit ꝙ his qui ſunt proni ad peccandũ
5 nõ debemus oſtendere vultum † hilarem ad delectandũ eos,

ne vi-

ne videamur eorum peccato conſentire, & quodammodo peccati audaciam miniſtrare. vnde concludit duo San. Tho. primo ꝙ homo debet cum alio delectabiliter conuiuere inquantum ad honeſtatem pertinet, & vitando laſciuiam quã virtus timet, & allegat philoſophum ſecundo ethicorũ qui dicit, ꝙ ad virtuoſum pertinet a delectũm ſibi cauere, quod etiam poetam laſciuum Ouidium .ſ. non fugit dum dixit eſt virtus placidis abſtinuiſſe bonis. vnde San. Tho. 2.2. q. clj. ar. j. dicit, ꝙ iſtas delectationes appetere conuenit pueros non au
6 tẽ virtuoſis debet.n. intelligi dũmõ ceſſet †adulatio in laudãdo aliquẽ in quibus non eſt laudandus, vel laudando malum quod fecit, vel ipſum laudando vbi ex laude poteſt ad inanẽ gloriã prouocari talis enim, & quãdoque alia adulatio quæ non fit propter charitatẽ nutriendam ſemper eſt peccatum, & quoniam eſt peccatũ mortale, ſcilicet quando quis laudat peccatũ alicuius, vel quãdo laus adulatoria præbet alteri occaſionem peccandi, vel quoniam adulatio fit cauſa nocendi alicui corporaliter, vel ſpiritualiter, in his caſibus adulatio eſt peccatum mortale, alias eſt veniale, de quo vide San. Tho. q.
7 cxv. ar. j. & ij. ſic ergo tenetur † homo ex debito naturali cũ aliis delectabiliter conuiuere ceſſante inhoneſtate & adulatione ſiue ſimulatione. ſecundo dicit San. Tho. ꝙ non debemus oſtendere hilarem vultũ illis qui ſunt proni ad peccandum ne videamur illorum peccato conſentire, & quodammodo peccati audaciam miniſtrare, ſed debemus cũ vtilitate ipſorum reorum ipſos contriſtare. Vtrum autẽ tenea-
8 mur corrigere prælatos, vel † ſuperiores noſtros ſi male viuunt? vide Sanct. Thom. quæſt. xxxiij. artic. iiij. qui dicit, ꝙ ſic, dummodo modus congruus adhibeatur .ſ. vt non cũ proteruia & duritia, ſed cum manſuetudine, & reuerentia corrigantur, & allegat Apoſtolum in prima epiſtola ad Timotheum iiij. c. vbi dicit ſeniorem te non increpaueris, ſed obſecra, vt patrem, & dicit ꝙ S. Dyoniſius redarguit Demophylum monacum, quia ſacerdotem irreuerentur correxerat eum percutiens, & de eccleſia deiiciens, & ſubdit ꝙ ſubditus, ſeu ille qui non eſt par non debet publice admonere, ſed in occulto, & reuerenter niſi immineret periculum fidei, quia tunc etiã publice eſſent prælati a ſubditis arguendi, nam & Paulus qui erat ſubditus Petro, ipſum Petrum publice arguit propter imminẽtẽ periculũ & ſcãdalum circa fidem, vt habẽs ad Galathas. ij. c. & ibi glo. dicit, ꝙ Petrus præbuit exemplum maiorib. vt ſicubi forte rectum tramittem reliquerint non dedignentur etiam a poſterioribus corrigi, & hæc no. Qualis tamen debeat eſſe correctio remittit ſe Hoſt. hic ad ſummam de temp. ordin. §. & cui. ſub §. octaua regula, & §. ſequ. Secundo no. ꝙ
9 ciuitas recognoſcens ſuperiorem non poteſt tollere † appellationem, nec ſuper ea aliquid ſtatuere in præiudicium ſuperioris. ergo l. omnes populi. ff. de iu. & iur. in qua datur licentia cuilibet populo condendi leges ſeu ſtatuta, debet intelligi dummodo non ſtatuant contra ius, & præeminentiam ſuperioris, de quo latius ibi per Bart. & vide circa hoc But. & D. Ab. in c. de clericis. de foro comp. vbi faciunt differentiã inter
10 † ſubditos Imperij, & ſubditos eccleſiæ, quia quilibet populus poteſt ſtatuta facere ex conceſſione huius l. omnes populi. licet Bar. ibi illam l. intellexerit in populo non recognoſcente ſuperiorem, ſed hoc eſt falſum, & illud dictum reprobat But. & D. Ab. in d. c. quod clericis. idem dicunt hic Hoſtien. & Io. An. in ver. exceptum. dicunt enim quod licet ciues poſſint cõdere legem municipalem contra ius, non tamen in præiudicium principis, vel alterius. ſubditi autẽ eccleſiæ non poſſunt condere ſtatuta contra canones, vt in c. ꝙ ſuper his de maio. & obed. licet conſuetudo contra ius valeat ſi eſt rationabilis, & præſcripta, vt in c. fi. de conſuet. Tertio no. ibi non minus
11 iudices ſecundum leges, ꝙ iudex † debet iurare ꝙ iudicabit ſecundum leges. concordat tex. in auth. ius iurandum quod præſtatur ab his, qui admini. ſuſci. ſed dicit hic Goff. ꝙ aliqua iura dicunt eſſe iudicandum ſecundum leges vt hic, & iij. q. vij. iudicet. cum ſimilib. aliqua vero iura dicunt, ꝙ iudex debet iudicare ſecundum conſcientiam, vt iij. q. vij. poſtulatus. & in l. qualem. ff. de arbi. ſed dicit Ioan. And. & But. ꝙ hæc ſunt con-
12 cordanda & intelligenda ꝙ iudex debet iudicare † ſecundum allegata de iure. Item ſecundum conſcientiam informatam ex allegationibus, & quam habet vt iudex. & non tanquam Deus, vel tanquam homo. de offi. ord. ſi ſacerdos. ſed dicit But. ꝙ debet iudicare ſecundum quod ſibi iuſtum videtur. habita collatione ſapientum, vt dicit gl. in c. vt debitoris. in ver. cauſa quæ incipit colligitur euidenter. ſ. de appell. & remittit ſe ad c. j. de conſti. Et ex his no. ꝙ iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata, nõ autem ſecundum conſcientiam quam habet vt Deus vel vt homo. Ex quo infertur, ꝙ ſi aliquis eſt
13 confeſſus † crimen in pœnitentia, vel iudex vidit reum cõmittere crimen, tamẽ ſi crimen non eſt probatum per legitimas probationes debet reũ abſoluere, & eodẽ modo ſi iudex ſcit aliquem innocentem qui conuictus ex falſis teſtibus debet eum condemnare ſi teſtes non fuerunt reprobati. quem articulum plene examinaui in d. c. i. de off. ord. Sed quia ibi non allegaui S. Tho. hic eius dicta referam. vnde San. Tho. q. lxvij. ar. ij. dicit quod iudex informari debet in iudicando non ſecũdum ꝙ ipſe nouit tanquã priuata pſona, ſed ſm quod innoteſcit ſibi tãquam perſonæ publicæ, & dicit ꝙ hoc innoteſcit iudici, tanquam pſonę publicę in communi & particulari, in communi per leges publicas .ſ. humanas vel diuinas cõtra quas probationes nullas admittere debet. In particulari autem negocio aliquo ſibi innoteſcit per inſtrumenta, & teſtes, & alia huiuſmodi legitima documenta quæ debet ſequi in iudicando magna quæ quod ipſe nouit tanquam priuata perſona, dicit tamen, ꝙ diſtrictius debet diſcutere probationes inductas, vt poſſit earum defectum inueſtigare, qui tamen ſi eas non poteſt de iure repellere debet eas ſequi iudicando. & adde ipſum. q. lxiiij. ar. vj. in fi. vbi dicit, ꝙ ſi iudex ſcit aliquem innocentem eſſe qui falſis teſtib. conuincitur debet diligentius teſtes examinare vt inueniat occaſionem liberãdi innoxiũ, ſicut fecit Daniel qui liberauit Suſannam ſi aũt hoc † non po
24 teſt, debet eum remittere ad ſuperiorem iudicandum, & credo ꝙ poterit in remiſſione ſuperiorẽ certiorare qualiter ſcit reum eſſe innocentem, & ſubdit San. Tho. ꝙ ſi iudex non poteſt remittere reum ad ſuperiorem non peccat ſi fert ſententiam ſecundum allegata & probata, quia ipſe non occidit innocentem, ſed teſtes qui aſſerunt eum nocentem. deinde di-
15 cit, ꝙ miniſtri † iudicis condemnantis .ſ. innocentẽ non debent ei obedire ſi ſententia continet intolerabilem errorem, alias excuſarentur carnifices qui occiderunt martyres, ſed ſi ſententia non contineat manifeſtam iniuſtitiam non peccant miniſtri exequendo præceptum, quia ipſi non habent diſcutere ſuperioris ſententiam, nec ipſi occidunt innocentem. ſed iudex cui miniſterium adhibent, & pro hoc vltimo ego allego tex. xxiij. q. j. quid culpatur, in fi. vbi patet, ꝙ præceptũ ſuperioris excuſat a peccato, etiã quando eſt dubiũ vtrũ ſit cõtra pręceptũ Dei, niſi certũ ſit, ꝙ pręceptũ ſit illicitũ vnde tene mẽti illum text. Quarto not. illud ad quod quotidie allegatur
16 iſte tex. ſcilicet, quod iuramentum non ob. † ſubditum iurantem in pręiudicium iuriſdictionis, ſeu authoritatis ſuperioris, & ſic videtur ſuperiorem poſſe impertiri ſubdito facultatem ueniendi contra iuramentum, ſed hoc intellige in iuramento præſtito in materia pertinente ad ſuperiorem, vt dixi in ca. præcedenti. in ij. gl. Et ex hoc dicit D. Ab. qđ clericus, qui iurauit non exire diſtrictum Senenſem ante ſolutionem factam creditori, poteſt exire ſi vocatur ab epiſcopo, vel a patre. & idẽ dicit San. Tho. q. lxxxix. ar. ix. in fi. vbi dicit, ꝙ ad vnumquemque pertinet irritare quod a ſubditis ſibi factum eſt circa ea quæ eius poteſtati ſubdũtur, ſicut poteſt pater irritare iuramẽtum puellæ, & vir vxoris, vt dicitur numeri xxx. & de hoc dixi ſ. eod. veniens. in vlt. q. Et idem dicit D. Ab. in quolibet ſubdito iurãte non exire diſtrictum, vel nõ ire ad certa loca. alleg. l. fi. cum ibi no. ff. de decre. ab ord. faci. & l. mercatorem. C. de merca. & merce. non potuit ergo ſubditus ſe obligare ad manendum extra diſtrictum in pręiudicium iuris ſuperioris, niſi ſuperior expreſſe vel tacite prius dediſſet licentiam, & dicit hoc eſſe bene no. pro Doctoribus forenſib. qui ſine licentia ſui proprij ſuperioris extra propriũ natę, id eſt extra propriã ciuitatem. Ego autem credo hoc verum ſi retinet domiciliũ in patria in qua natus eſt, nam tunc in his in quibus tenetur obedire patrię iuramentum ipſum non ligat. l. veluti. ff. de iuſti. & iu. ubi patet, ꝙ quis tenetur parere patrię, vbi autem domicilium contraxiſſet in loco vbi legit non procederet dictũ D. Ab. quia licite poteſt morari in loco domicilij, nec patria in qua natus eſt poteſt eum reuocare. Intellige ergo ꝙ in iuramento intelligitur exceptum ius patriæ in his in quib. obediret ipſi patriæ. Quinto no. ſecundum Bal. ꝙ in appellatio-
17 bus † conſiſtit ius ſuperioritatis, vnde quotidie iſte tex. allegat, ꝙ quis non poteſt ſtatuere, ꝙ non recipiatur appellatio, quia hoc eſt præiudicium ſuperiori, & dicit D. Ab. ꝙ per iſtum tex.
18 determinatur quæſtio. an epiſcopus poſſit ſtatuere, ꝙ ab † interlocutoria non poſſit appellari niſi in caſibus in quibus iura ciuilia admittunt appellationem ab interlocutoria, & dicendum eſt ꝙ non. tamen, quia non. licet epiſcopo ſtatuere contra ius ſuperioris, tum quia non poteſt ſtatuere contra canones, vt in c. ſicut his. ſ. de maior. & obed. & maxime quia tale ſtatutum tolleret defenſionem naturalem. & ita diſputando concludit Ioan. Andr. & d. Doct. in c. fina. de appel. in vj. & D. de Ro. ſua deciſione lxxvii. vbi plene examinant. Sed But. dicit hoc eſſe verum in quantum inferior eccleſiaſticus hoc ſtatuit, in laicis vero dicit, ꝙ ſi non habent iudicium appellationis ſub ſe, vel primę, vel ſecundę, idem dicendum eſt, ꝙ in eccleſias. ſin autem habent iudicium appellationis ſub ſe, vel non recognoſcunt ſuperiorem, tunc poſſunt ſtatuere, vt dicit

Bart.

Bar.in l.j.ff.quibus ap.non licet.& in l.omnes populi. ff.de iuſti.& iur.& idem dicit in non cognoſcentes ſuperiorem,quia non recognoſcens ſuperiorem poteſt ſtatuere contra ius, & vide reſpectu laicorum quod no.Ioan.Andr.in tit.de appel.§. nunc tractemus iuxta prin.in add.ma.ad quem remittunt hic Bur.& d.Ab.ſed inquantum dicit Butr.ꝙ non regnoſcens ſuperiorẽ poteſt tolere appellationem.D.Abb.dicit hoc eſſe in-
19 telligendum in temporalibus,quia in ſpiritualibus nemo†po teſt ſtatuere vel præſcribere cõtra ſupremam poteſtatem Papæ,vt dicit Innocen.in c.bonæ.el.ij.de poſtul.præla. facit.c.nul la.cliij.diſtin.ſed Bal.hic dat vnam cautelam faciendi, ꝙ ſtatu tum ſeruetur præciſe,videlicet ꝙ omnes ciues promittant,& iurent ſtatutum ſeruare pro vt facere.& ꝙ renunciẽt appella tionibus interpoſitis, & interponendi in quacunque alia forma præter quam in forma expreſſa per ſtatutum. nam per
20 pactum poſſum renunciare † appellationi & cauſæ.l.fi.§.fi.C. de temp.app.& ſic poteſt fieri plus per ſtatutum vallatum pa cto.quã per ſtatutum ſimpliciter,pro hoc alleg.gl.no.in clem. ij.ad fi.in ver.pacta de ſepul.quæ dicit ꝙ ſi per conſtitutionem ſunt ſublata pacta non intelligitur ſublatum pactum confirmatum per Papã, vel per ſententiam,quia plus eſt hoc tale q̃ ſimpliciter, nec obſt.ſecundum Bal.ſi dicatur ꝙ iſtud pactum ſit factum in fraudem ſuperioris, quia ſuperior non debet aſpernari.ſi partes inuicem componunt.l.j.§.& poſt operis.ff. de ope.no.nunc.nam partes poſſunt compromittere in arbitrum,& per hoc remouent appellationem, vt in l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbi.nec propterea dicitur derogari ſuperiori,ergo a ſimili idem dicendum eſt in propoſito ad hoc alleg. l.poſtquam liti.C.de pact.& l.iij.C.de fi. inſtru.& l. tale pactũ. §.qui prouocauit.ff.de pac.ſed ego non credo iſtam cautelam Bal.eſſe veram, quia non debet concedi poſſe fieri indirecte illud quod non conceditur directe,vt in ca. tuæ. de procu. & in c.cum quid vna via.de re.iur.in vj. & contrarium videntur ſentire Hoſtien.& Ioan.Andr.in ver.iuſſu.dum dicit, quod ſicut pactum inter certas perſonas factum non nocet, ita nec iuramentum.l.ſi vnus.§.ante omnia. ff.de pact. & idem dicit But.hic vnde dato,ꝙ tale ſtatutum firmatum pacto & renun ciatione appellationum, tamen quia tendit ad tollendũ ius
21 ſuperioris non valet.paria†enim ſunt facere contra legem,ſicut contra mentem legis,vt in l.fraus.ff.de legi.& xiiij.q.iij.pleriq;.Sed non eſt dubium quin tales ſic ſtatuentes faciant contra mentem iſtius c. ergo non debet ſtatutum valere, & hoc tene quicquid dicat Bal. Sexto no.ſecundum But.ꝙ iuramẽ
22 tum in†materia iuris.recipit interpretationem & limitationẽ iuris,nam iuramentum de exequendo ſententiam intelligit̃ niſi ſit appellatum.& ſic tale iuramentum eſt referendum ad ſententias exequibiles,& non ad ſententias quæ nõ ſunt de iure exequibiles,ideſt quæ executionem non merentur. Septimo no.ꝙ ceteris paribus vinculum conſuetudinis non debet eſſe in ſuis caſibus maioris roboris & firmitatis quã vincu
23 lum†legis hoc probat iſte tex.dum dicit, ꝙ iudices non minꝰ iurant iudicare ſecundum leges quam conſules iſti ſecundum conſuetudinem ciuitatis. Octauo no.ſecundum Bald.ꝙ
24 iudices†qui habent iuriſdictionẽ per ſtatuta ciuitatis poſſunt mittere executioni ſententias, vt ſunt conſules ciuitatum vel mercatorum,licet iſta executio ſit mixti Imperii, vt in l.iubere cauere.ff.de iur.omn.iud & in hoc dicit iſtum tex. eſſe mẽti tenendum,ſed vide no.in c.ſi quis contra clericum. de foro comp. Vlt.no.ſecundum Bal. ꝙ ille qui indebite miſit ſuam
25 ſententiam executioni poteſt eum†reuocare, & dicit ꝙ alius hoc non poteſt facere niſi de mandato ſuperioris.alleg.l.j. §.j. ibi debet enim pretor.ff.ſi mulier ven.no.ſed tu dic,ꝙ iſte tex. non probat ꝙ iudex qui miſit ſententiam executioni poſſit eum reuocare, quia hic interuenit mandatum ſuperioris, & tex.in c.non ſolum in primo reſpon.de app.in vj. dicit ꝙ executio ſententiæ facta per iudicem a quo debet reuocari per iudicem appellationis, & ibi D. Do.colligit ex illo text.ꝙ iudex ad quem eſt ille qui habet reuocare attentata non autem iudex a quo, nam facta executione ſententiæ diffinitiuę functus eſt officio ſuo, vnde non poteſt executionem reuocare niſi interueniat mandatum ſuperioris. Sed opponitur contra tex.ꝙ hęc conſuetudo non valeat, quia reſtringebat tem-
26 pus executionis,quod non poteſt † reſtringi ſine cauſa parte non conſentiente.de re iud.quod ad conſultationem. Immo quando iudex ſine cauſa reſtringit tempus executionis, lex ſupplet tempus quod deeſt.ff.de re iud.l.iiij. §.ſi quis.Cum ergo per hanc conſuetudinem eſt reſtrictum tempus in omni tali cauſa etiam ſi nulla cauſa ſubeſſet videtur conſuetudo re probanda,& hoc fatetur Goff. Sed Hoſt.dicit, ꝙ hic non reprobatur cõſuetudo,nec Papa hic figit pedem,ſed in alio, immo ipſe Hoſt.in ver.exequantur. videtur velle ꝙ conſuetudo de facienda executione ſententiæ.ĩ.xxviij.dies valeret.dicit.n. ꝙ ad verbum exequantur,debet ſuppleri,niſi fuerit appellatũ: alias conſuetudo eſſet vitioſa,& ita etiam pertranſit Io. An. & iſtam partem ſequitur etiam hic D.Ab. dicit enim quod licet iudex non potuiſſet ſine cauſa reſtringere etiam per viam ſtatuti ratione prędicta. & per ea quæ no.Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.tamen populus bene potuiſſet hoc inducere in ipſorum præiudicium per viam ſtatuti uel conſuetudinis.ar.d.l.omnes populi. cum per hoc nullum fiat præiudiciũ ſuperiori,ſed dumtaxat ipſis litigantibus.Idem dicit hic Bald. in ver. ĩ. xxviij. dies vbi colligit, quod per ſtatutum ciuitatis poteſt derogari dilationi iiij.menſium quæ datur a iure communi condemnatis,de quo vide bon.gloſſ.in ca. quærenti. de offi.deleg hoc etiam ſenſit glo.iiij.in ver.ſecundum conſuetudinem & dicam ſuper ea, & iſtam partem credo veriſſimam. pro hoc allego gl.& Bar.in l.ſi debitor.ff.de iudi.vbi dicunt ꝙ dilatio quatuor menſium quæ datur iudicatis,per conſuetudinem poteſt limitari ad x.dies.ſ.vt ĩ.x.dies fiat executio,& hoc no. Sed iuxta hoc quæro quid ſi ſtatutum dicit,quod nõ poſ
27 ſit appellari niſi ĩ.eandem † diem in qua lata fuit ſententia? Bal.hic dicit,quod aut appellatur ad principem,& poterit ap pellari ĩ.x.dies, quia ſtatutum non intelligitur diſponere de appellationibus interpoſitis ad principem. quia ius commune quod pertinet ad ſupremam poteſtatem ſemper intelligit̃ exceptum. & ideo poterit appellari ad principem.ĩ. x. dies. Aut appellatur ad iudicem appellationis illius terræ, & tunc non poterit appellari niſi prout dictat ſtatutum,ſed ego dubi
28 to de hoc vltimo,quia ad ſubſtantiam†legis eſt, quod ſit honeſta iuſta & poſſibilis,& quod non ꝯtineat aliquam captionem,& quod concernat communem vtilitatem ciuium, ita dicit tex.iiij.diſ. erit autem lex.& tale ſtatutum nõ eſt iuſtum, quia appellantes nimis arctantur per tale ſtatutum, quia eſt difficile appellationem interponere ĩ.eandem diem.Item nõ concernit vtilitatem litigantium, ſed potius damnum, quia ita arctantur appellationes quod propter penuriam tẽporis multi non poterunt appellationem interponere.ĩ. debitum tempus.vnde tale ſtatutum habet repugnãtiam ęquitati, ſeu iuri naturali, quia appellantes arctãtur plusquam ęquum ſit. vnde non valet per ea quę dixi poſt Sanc.Thom. ego N ſ̃.eo. vbi concluſi non valere conſtitutionem poſitiuam ſi habet repugnantiam iuri,ſeu ęquitati naturali,putarem tamẽ quod ſi ſtatutum diſponent appellationem debere interponi.ĩ. biduum,vel triduum quod forte valeret, quia olim de iure cõmuni.ĩ.tale tempus debebat appellatio interponi,vt patet ij. q.vi.biduum. In gl.ij.aduerte,quia quęſtio de qua in tex.non videtur eſſe facta ſuper mutuis, vel plagiariis.& ſic conſuetudo non iuuabat hoc caſu.ſol.quidam dicunt,quod conſuetudo ciuitatis non reſtringebatur ſolum ad quęſtiones quę erãt ſuper mutuis,& fideiuſſoribus,ſed loquebatur generaliter ẽt in aliis caſibus q̃ in mutuis,& plagiariis.Sed iſta ſolutio videt̃ eſſe contra tex.nam tex. loquitur de conſuetudine quæ erat ſuper mutuis & plagiariis,vnde tex.debet intelligi, quod ſup talibus erat quęſtio.vnde Pet.dicit,quod iſtæ res quibus appel lans fuit ſpoliatus pro executione ſententię erant pignoratæ pro debito,& iſte intellectus eſt melior, & ꝑ hoc patet quod illud verbum plagiariis comprehendebat fideiuſſores, & pignora. In gl. iij.vide etiam bo.tex. in auth. iuſiurandũ quod pręſtatur ab his qui admin.ſuſci.§.& ęquus ero,collatione.ii. & de defen. ciui. §.ius iurãdum.col.iij. & hoc no.quia iurans
29 †iniuſte ſcienter vltra alias pęnas incurrit pęnam periurij. Ex quo infertur, quod ſi clericus iuraſſet iuſte iudicare.ſi poſtea faceret ſcienter iniuſtitiã non ſolum incurret pęnam.c.j.de iudi.in vj.ſed etiam incurreret pęnam periurij, ſeu periuriũ propter quod poſſet priuari beneficiis,vt ſ̃.eod.querelam.idem ſi eſſet laicus incurreret pœnam de qua ibi dixi. In gl.in ver.cõſuetudinem.no.iſtam gl.quia ſentit quod conſuetudo de qua in text.valebat in quantum diſponebat, quod executio ſententię deberet fieri.ĩ.xxviij.dies, ſed debebat intelligi conſuetudo niſi appellatio interponeretur,vt ſ̃.dixi. In gl. in ver.interpoſitis.intellige glo.niſi imperium vacaret,vel niſi conſuetudo diſponeret,quod in imperialibus ad Papam poſſit appel lari,vt in c.licet.de foro compe.& in c.ſi duobus.in fi. de app.
30 ſed dicit Hoſt.quod eſt generale,† quod epiſcopi reddant ius in ciuitatibus quę iudicibus carent, & cognoſcant de grauaminibus,& Ioan.And. alleg.ad hoc no.per ſe in c.nouit.verſ. nec illud ſuper ver.dirigatur.ſ̃.de iud. & ita etiam tranſit But. Bar.tamen in l.vbi abſunt.ff.de tut.& cur.da.ab his.per illum tex.dicit,quod vbi non eſt iudex appellationis poteſt appella ri a ſententiis poteſtatis ad ordinem decurionum, & ſic vbi
31 non eſſet † iudex appellationis in ciuitate deberet interponi appellatio ad conſilium ciuitatis, & conſilium debet dare iudicem qui cognoſcat de appellatione, nec obſtat quod ſupra dixi.ſ.quod epiſcopi reddunt ius in ciuitatibus quę carent iudicibus,& quod cognoſcunt de grauaminibus.ſ.nam illud procedit quando iudices de facto deficiunt,ſed in caſu quẽ ponit

Bar.

Bar.non deficit iudex de facto, quia cõſilium ciuitatis ad qđ
appellatio eſt interponenda dabit iudicem appellationis,
& hæc no. In gl.in ver.ius ſuperioris no.iſtam glo.iuncto tex.
32 quia quotidie allegatur, ꝙ ius† ſuperioris ſemper intelligitur
exceptum, ſed dic quod nedum ius ſuperioris, ſed etiam ius
cuiuſcunque priuati, quia non valet iuramentum ſi tendit in
præiudicium alterius, vt in c.cum contingat.in fi.ĩ.eo. & in c.
ij.in fi.de pact.in vj. Ex quo no.regulam, ꝙ nedum intelligitẽ
exceptum ius ſuperioris, ſed etiam ius tertij. In gl.plene.Ioan.
33 And.dicit, ꝙ per appellationem† iudicatum non extinguitẽ.
ſed ſuſpenditur, vt dicit iſte tex.vt patet ibi ſententias appella-
tionis ſuſpenſas, & idem dicit Arch.in cap.non ſolum.in ver.
medio tempore.de app.in vj. allegatis cum inter de re iud.ad
fi.cuius ſententia cum nulla fuerit appellatione ſuſpenſa. &
c.ſi a iudice.de app.in vj.ibi cum per appellationem ſuſpenſa
ſit ipſius iudicio, &c.But.autem dicit, ꝙ inſpecto ſtatu de præ-
ſenti ſententia extinguitur per appellationem, & hoc modo
loquitur gloſſ. & l.quam allegat, ſed inſpecto ſtatu de futuro
appellatio ſuſpendit, & non extinguit, & hoc modo loquitur
iſte tex. & iura præalleg. idem dicit hic.D.Abb.ſed aduerte, qa
hoc non videtur verum, nam ſi ſententia prima a qua eſt ap-
pellatum confirmatur non oritur actio ex prima ſñia, ſed ex
ſecunda.l.ſi quis priore.ff.ad Treb.hinc eſt, ꝙ ſi aliquis eſt con
demnatus ex delicto quod infamat ſi appellat, & in appella-
tione prima ſententia confirmatur, non cẽſetur eſſe infamis
a tempore primæ ſententiæ, quia fuit extincta per appellatio
nem, ſed a tempore vltimæ ſententiæ.l.furti.in princ. ff.de his
qui no.infa.ergo appellatio reſcindit ſententiam non ſolum
reſpectu ſtatus de præſenti, ſed etiam reſpectu ſtatus futuri, qa
illa ſententia quæ eſt extincta per appellationem remanet re
ſciſſa etiam ſi confirmetur per iudicem appellationis, niſi di-
cas ꝙ ſtat in ſuſpenſo, quia poteſt appellatio deferri, & tunc
prima ſententia tranſit in rem iudi.per deſertionem appella-
tionis, vnde ſi condemnatus de delicto ex quo ſecuta ſenten-
tia ſequitur infamia appellationem deſerit, cenſetur retro in-
famis, vt eſt tex.in d.l.furti.Ratio eſt, quia ex quo appellatio
deſeritur, appellans habet pro non appellante, & ſenten-
tia tranſit in rem iud.ac ſi ab ea non eſſet appellatum, vnde a
tempore ſententiæ cenſetur infamis. hoc reſpectu poteſt dici
ſententiam a qua eſt appellatum ſtare in ſuſpẽſo. Bal.aũt hic
magiſtratib.loquitur, dicit.n.ꝙ ſententia habet duplicem exe
cutionẽ vnã iuris alteram facti. Quo ad primam executionẽ
ſententia extinguitur, & hoc modo loquitur.d.l.furti & l. j. §.
vlt.ff.ad Turpil.quæ eſt allegata in glo.& plus dicit Bal.ꝙ etiã
ſi iudex non detulerit appellationi nihilominus appellatio
extinguit pronunciatum ex quo lex defert appellationi.
Quo ad ſecundam executionem quę eſt facti ſentẽtia ſtat in
ſuſpenſo, dependet enim a futuro euentu.ſ.an illud quod con
tinetur in ſententia ſit mittendum executioni. dato enim ꝙ
accuſatio iudicati.oriatur ex ſecunda ſentẽtia quæ confirmat
primam, nihilo minus illa quæ continẽtur in prima ſentẽtia
mittuntur executioni ſi appellans ſuccumbit. iſto ergo reſpe
ctu.ſ.an prima ſententia ſit retractanda vel non, vel an execu
tio eorum quæ continentur in ſententia ſit facienda, vel non
dicitur pendere ex futuro euentu. Vinculum ergo ſententiæ
quod eſt iuris per appellationem extinguitur, ſed executio fa-
cti ſuſpenditur, quia illa dependet ex futuro euentu, vt ſ.dixi.
& hoc etiam forte voluerunt dicere But. & D.Ab. dum dixe-
runt ꝙ reſpectu præſentis ſtatus ſententia extinguitur, quia ꝑ
appellationem vinculum ſententiæ tollitur, ſed reſpectu ſta-
tus de futuro.ſ.an executio facta in futurum ſit facienda, ſen-
tentia per appellationem ſuſpenditur. Et ex his infert Bal.
ꝙ ſi condemnatus ad mortem appellat.poteſt facere teſtamẽ
34 tum, †quia executio iure eſt extincta per appellationem alle-
gat.l.ſi quis filio.§.hi autem omnes.ff.de iniu. teſta.& plus di-
cit, ꝙ etiam ſi non ſit interpoſita appellatio valet teſtamen-
tum, ſi eſt factum. ĩ.decem dies qui dantur ad appellandum,
allegat gloſſ.quam dic eſſe ſing. in l.ex iudiciorum. ff.de accu
quę dicit quod paria ſunt eſſe interpoſitam appellationẽ, vel
eſſe ĩ.tp̃s appellan.ſed illam glo.Bar.ibi reprobat, & commu-
niter reprobatur per Doct. nam executio iuris quæ oritur ex
ſententia non tollitur vbi interponatur appellatio, vt probatẽ
in d.l.furti.in prin & in præalle.l.j.§ vlt.ff.ad Turp.tamen quã
35 tum ad reuocanda attentata per iudicem † paria ſunt, vel eẽ
appellatum, vel eſſe infra tempus appellandi, dummodo po-
ſtea interponatur appellatio, vt eſt tex. in c.non ſolum.in j. re
ſpon.de appel.in vj.& ſubdit Bal.vnum no.verbum, ꝙ ſi ſtatu
tum diſponat, ꝙ abſentes condemnati pro criminibus, non
poſſint appellare ad ſuperiorem non valet tale ſtatutum,
quia ſuperior poteſt deferre appellationi cui inferior nõ vult
deferre.& dicit caſum eſſe ſing.hic. Sed quæro pro declaratio
ne prædictorum quid ſi delegatus confirmaſſet ſententiã iſto
rum conſulum, an debet mitti executioni ĩ. 28. dies ſecũdum
formam ſtatuti, an vero.ĩ.quatuor menſes ſecundum formã
iuris cõmunis, Bald.primo dicit, ꝙ quæſtio ſtat in hoc ex qua
ſententia oriatur actio.deinde dicit, ꝙ debet mitti executioni
36 ĩ.tempus præfixum per ſtatutum, quia tempus† ſolutionis eſt
pars ſentẽtiæ.l.j.§.editiones. ff.de eden.ſed ſñia fuit in omnib.
confirmata.ergo & in tempore ar.ff.de leg.j.l.talis ſcriptura.
Sed ego credo, ꝙ hoc dependet a notatis in c.paſtoralis.de of
37 fic.deleg.nam ſi executio† ſñię pertinet ad iudicem ad quem,
debebit eam exequi. ĩ. tempus iuris communis. Sed ſi execu-
tio pertinet ad iudicem a quo, tunc debet fieri executio ĩ. tp̃s
ſtatuti.nam cum ipſa ſñia ſit mittenda executioni conſiderã
dus eſt locus in quo fit ĩ.tempus executio, & ſeruandæ ſunt il
lę ſolẽnitates quæ ſunt in loco fiendæ executionis, cum exe-
cutio concernat ipſam ſñiam, facit.l. j.& ij. C.quemad. teſta.
aper.& l.j.C.de eman.liber.& quod no.in c.quod clericis.ſ.de
foro compe.dictum autem Bal. poſſet procedere quando cã
fuiſſet delegata in ciuitate Tuderti, quia delegatus debet ſeq
conſuetudinem loci in qua cauſa eſt delegata, vt dicit Innoc.
& Doc.in rub.de conſue.& hoc modo poſſet procedere deci
ſio Bal.alias deberet inſpici locus in quo fit executio qđ mul
tum pendet ex no.in d.c.de clericis. In glo.vlt.vide glo.quæ
melius hoc declarat in c.non ſolum.in ver.ante omnia.de ap
pellat.in vj. Extra gloſ.quæro de tribus quęſtionibus ſecun
dum Bal. & primo quid ſi Papa confirmaſſet generaliter oĩa
ſtatuta Tudertinorum, an ſtatutum de quo in tex.intelligatur
38 confirmatum? & Bal.dicit ꝙ non, quia non intelligitur† prin
ceps aliquid confirmare contra ſe.pro quo vide bon.tex. iun
cta gl.vlt.in c.petitio.ĩ.eod. Secunda quęſtio eſt, pone quod
Tudertini faciunt ſtatutum ꝙ quicunq; appellauerit ad aliã
curiam, quam ad curiam Tudertinam, & ſuccubuerit ſoluat
mille in communi Tuderti.& Bal.dicit, ꝙ tale ſtatutum non
39 valet, quia cum appellantes metu pœnę† efficiantur timidio
res vẽ tale ſtatutum factum in derogationem eccleſiaſticæ li-
bertatis.alleg.l.Seius & Augerius.ff.ad l.Falc.& ff.quar.re.act.
non datur.l.j.& quod ibi no.per Bar. Tertia quęſtio eſt pone
quod Papa ex priuilegio conceſſit Tudertinis, ꝙ apud eos ſit
40 prima appellatio† vtrum eam poſſint tollere per ſuum ſtatu-
tum, & Bal.dicit ꝙ ſic, allegat.l.fi.ff.de app.reci.& dicit, ꝙ tũc
prima appellatio occultatur, & ſi appellatur ad Papã, erit tan
quam ſecunda appellatio, quam ſi Papa committat non po-
terit appellari a ſententia iudicis delegati, quia iſta eſſet tertia
41 appellatio quę eſt prohibita cum non liceat tertio† prouoca-
re, vt in l.j.C.ne lice.iii.prouo.& ĩ. de appel. ſua nobis.ſed ego
dubito de iſta deciſione, quia debent ſeruare formam priui-
legii eis conceſſi, vt in c.cum dilecta.de reſcriptis.& in c.vene
rabili.de offi.deleg.& ideo credo, quod non poſſint tollere be
neficium appellationis primę licet debeat interponi apud iu
dicem ipſius ciuitatis Tudertinæ, vnde non placet mihi iſta
deciſio Bal.& iſta ſufficiant.ſequitur c.ad noſtram.

*SVMMARIVM.*

1 *Officium iudicis ſubuenit illi qui propter iuramentum repetere non poteſt vſuras.*
2 *Ignorans non dicitur negligere.*
3 *Iudex ſecularis poteſt facere repetere vſuras, & cauſam cognoſcere.*
ci ad arbitrium boni viri,vt in l.vt in l.ſi ſocietas.§. arbitrorũ.
ff.pro ſocio.So.ſecundum D.Abb.nam iſte tex.debet intelligi
16 quando†arbitramentum eſt contra ius, quo caſu eſt prorſus
nullum,nec requiritur,ꝙ fiat reductio ad arbitrium boni vi-
ri,vt in c.examinata.de confirm. vtili vel inutili. Iſtud enim
mandatum non ſolum fuit contra ius ciuile, ſed etiam con-
tra ius diuinum,& contra ius gentium.ſcilicet vt filii ſine ſuffi
cienti cã exhæredentur,& ꝙ vxor ſine cauſa fornicationis ex
pellatur,vt in §.aliud quoque.in Authen. vt cum de appella.
ne cogno.& in c.ij.de coniu.lepro.ſecus vbi mandatum eſſet
iniquum non tamen contra ius, & ita procedit contrarium,
16 & ſic in effectu vbi†laudum arbitratoris eſt nullum,non redu
citur ad arbitrium boni viri.concor.capi.veniens. quando ali
quam ex.partibus enormiter lædit. Nunquid autem iudex
18 aditus ſuper reductione poſſit in totum † retractare laudum
i.pronunciationem arbitratoris.Butriga.hic & Ioan. de Imo.
poſt eum in vltima colum.ſui Comẽ.dicunt, ꝙ ſi iudex videt
cauſam ſubeſſe, vt pro bono pacis modice lædat debet refor-
mare pronunciam arbitratoris tollendo enormem læſionẽ,
& reducendo eã ad modicam læſionem. ſed ſi non videt ali-
quam cauſam ſubeſſe, tunc totaliter debet tollere læſionem,
& dicit,ꝙ in dubio debet præſumi cauſa,quando iudex modi
ce lædit cum ſuccedat loco arbitratoris,in hoc,& habeat fa-
cere illud, ꝙ arbitrator habebat facere. dicunt tamen, ꝙ ſi
iudex in totum retractaret læſionem non eſt reuocanda ſentẽ
tia iudicis,licet æquitas naturalis dictet aliquem litigantium
fuiſſe lædendum modice.allegat no.in clemẽ.ſi.de verborum
ſigni.& in c.Raynutius.& in ca.Raynaldus. de teſtamen.& in
19 l.ſi expreſſim.ff.de appel.in quibus patet,ꝙ†iudex appellatio-
nis poteſt reformare ſententiam iudicis a quo in totum, vel
in parte. Et ex his facias tres concluſiones. In prima eſt vbi
laudum,ſeu pronunciatio arbitratoris eſt nullum non eſt pe
tenda reductio ad arbitrium boni viri,ſed poteſt implorari of
ficium ſuperioris, vt illud denunciet nullum, vel reuocet de
facto quatenus de facto proceſſit. Secunda concluſio, ſi lau
dum arbitratoris eſt validum tamen iniuſtum, ſi iudex videt
cauſam ſubeſſe modice aufferendi de iure alterius partis pro
bono pacis,debet reformare laudum arbitratoris reducendo
læſionem enormem ad modicam,& in dubio debet præſumi
cauſa,quando reducit de enormi læſione ad modicam,cum
ſuccedat in locum arbitratoris. Tertia concluſio,licet æqui
tas naturalis dictet aliquam ex partibus eſſe modice læden-
dam,tamen ſi iudex pronunciat ſecundum ius reuocãdo ſen-
tentiam arbitratoris non debet eius ſententia reuocari, quia
20 iudex†coram quo eſt petita reductio ad arbitrium boni viri,
non arctatur ad ſequendum æquitatem naturalem, ſed ſuffi-
cit,ꝙ pronunciet ſecundum ius.& has concluſiones no.& ad
de ea,quæ dixi in ca.veniens.ſ̃.eodem.vbi etiam de hoc tetigi.

In gloſ.ſecunda diuide ipſam in duas partes principales. In
prima aſſignat rationem text. In ſecunda enumerat cau-
ſas,propter quas filius poteſt iuſte exhæredari a patre. Secun-
da ibi,cauſæ vero.In prima parte gloſ.aduerte, quia iura quæ
allegat glo.ad hoc tendunt,ꝙ iuramentum de parendo man
datis alicuius non extenditur ab aliquod inhoneſtum. & vide
glo.in c.vnuſquiſque.22.q.iiii.quæ dicit,quod dato,ꝙ iuramẽ
tum a principio ſit honeſtum ſi tamen ex poſt facto recidit
ad inhoneſtatem non eſt ſeruandum, licet poſſit ſeruari ſine
intertitu ſalutis æternæ.& allegat bonum tex.in cap. quemad
modum.iuncta glo.in verbo,oculos.ſ̃.eodem.vbi dicit,& ad-
de omnino,quæ dixi in c.veniens.ſ̃.eodem. ſuper prima gloſ.
vbi declaraui quæ conditiones intelligantur in iuramento,
ſeu in promiſſione de parendo mandatis alicuius. In ſecun
da parte glo.quotidiæ allegatur,quia enumerat cauſas ꝓpter
quas filius poteſt exhæredari a patre,vel a matre.& vltra caſus
enumeratos per glo.Ioan.And.addit caſum,quando filius eſt
hereticus,nam propter hæreſim poteſt exhæredari a patre, vt
infra de hæreti.excommunicamus.§. credentes. & dicit Ioan.
21 Andr. † ꝙ in omnibus caſibus,in quibus filius poteſt exhære-
dari a patre,fortius poteſt denegare alimenta,de quo remittit
ad Specula.in titu.qui fil.ſint legiti.ver.quid ſi filia. & verſicu.
ſequen.& idem dicit Barto.in l.ſi quis a liberis.ff. de lib. agno.
Dicit tamen Specu.in loco præalleg. quod ſi filia vult pęnite
22 re de peccato,vt quia†luxurioſa erat, & nunc vlt ſeruare con
tinentiam,pater debet eam alere.argumen.in cap.ferrum.5 o,
diſtin.& hoc ſequitur hic Butri.& Ioan.de Imo.& D. Ab. qui
23 plus dicit,ꝙ pater tenetur eam dotare, †ꝙ cauſa dotis non eſt
minus fauorabilis, quã cauſa alimentorum, vt no. Cyn. in l.
non omni.C.de aminiſt.tutorum.facit l.j.ff. ſoluto matrimo.
& no.per Bar.in authẽ.ex complexu.C.de inceſtu nup.vbi di-
cit,ꝙ pater poteſt relinquere filio ſpurio vſque ad quantitatẽ
ſufficientem pro alimentis,& eodem modo filiæ ſpuriæ,quia
ſine dote non poteſt ali, nec nubere. & circa hoc vide
quæ dixi in ca.cum haberet. de eo qui duxit in ma.quam po.l.
per adul. Extra glo.quia in tex.dicitur,quod iſte arbitratrices
debent reuocare mandatum.Quærit Butri. poſt eum Ioan.de
24 Imo.in ii,colu.an arbiter,vel †arbitrator poſſit mutare ſentẽ-
tiam,vel reformare,& diſtingunt, ꝙ aut eſt ſententia interlo-
cutoria,aut diffinitiua.in primo caſu. ſ. quando eſt interlocu-
toria poteſt eam mutare,vt in l.adiicere.§.j.ff.de arbit. ꝙ intel
lige,niſi ſit talis interlocutoria,quæ habeat finire officium iu
dicis, vt dicit Bart,in d.l.adiicere.& ponit exemplum,quando
iudex pronunciat ſe incompetentem,vel quando pronunciat
non eſſe pronunciandum,quia obſtat exceptio rei iudic.hoc
enim caſu, quia per talem interlocutoriã deſinit eſſe iudex,
ſeu finitur eius officium non poteſt eam reuocare, optime fa
cit cap.ſignificantibus.de offi.deleg. & pone exemplum in ter
minis noſtris,licet Butriga.& Ioan.de Imo.non exemplificat.
pone enim, ꝙ arbiter,vel arbitrator pronunciauit non eſſe
procedendum, quia compromiſſum non valuit, hanc enim
interlocutoriam non poteſt reuocare,quia per eum deſinit eſ
ſe arbiter,vel arbitrator.argumen.dicto ca. ſignificantibus.de
25 officio deleg. In ſecundo autem caſu.ſ.an poſſit † reuocare
diffinitiuam ſententiam,& in hoc facias tres caſus.Primus eſt,
quando vult mutare circa acceſſoria, puta circa fructus, vel
circa expenſas litis, & hoc poteſt facere eadem die,quemad-
modum iudex,vt in l.Paulus.ff.de re iudi.& hoc tenuit glo.in
l.quia arbiter.ff.de arbi. Sed Ioan.de Imo. dicit hoc procede-
re,quando omiſit pronunciare ſuper acceſſoriis,nam poterit
ſupplere eadem die,vt dicta l.Paulus. Sed ſi pronunciaſſet ſu
per eis non poſſet mutare ſentẽtiam,nec eam reformare quo
ad ipſa acceſſoria,ex quo de eis fecit condemnationem,quia
hoc non reperit iure cautum,nec hoc dicit dicta l.Paulus.fa-
cit,quod not.ibi Pau. Secundus caſus eſt,quando vult refor-
mare ſententiam quo ad dictã ẽt non mutato effectu.& hoc
26 poteſt facere.vnde†poterit†mutare, & emendare malam lati
nitatem.l.acta.ff.de re iud. Tertius caſus eſt,quando vult mu
tare ipſam ſententiam diffinitiuam, quo ad illa quę principa
liter continẽtur in ſententia, & tunc non poteſt mutare,quia
27 functus†eſt officio ſuo, vt in c.in noſtris.de officio del.& hoc
procedit etiam ſi ſententia eſſet nulla,quia ſiue bene,ſiue ma
le pronũciauerit functus eſt officio ſuo l.quia arbiter. ff.de ar
bitr.& l.iudex.ff.de re iud.ſed fallit, quando ſententia eſt nul-
la propter non ſeruatam formam datam in compromiſſo.

Pone exemplum, compromiſſum fuit ſuper pluribus quę
ſtionibus,& conuentum,ꝙ ſimul ſuper omnibus pronunciet
tunc enim ſi pronunciat tantum ſuper vna quęſtione.ſenten-
tia eſt nulla tanquam lata contra formam compromiſſi.l. di-
ligenter.ff.mandati.& ſupra de reſcrip.cum dilecta.l. Labeo.j.
reſpon.ff.de arb.vnde tunc non dicitur functus officio ſuo,&
ſic poterit de nouo ferre ſententiam ſuper omnibus.facit,l.qd
tamen.& l.non diſtinguemus.§.de officio.ff.de arb.& hoc vlti
mum voluit etiam hic D. Abb. in vlti.no.facit quod no.poſt
Innocen.in ca.qualiter.el primo.ſ̃.de accu.vbi dixit,ꝙ delega-
tus poteſt reuocare ſententiam nullam, & iterum pronuncia
re,quando lata fuit contra formam mandati. Quid autem
28 ſi dictum [a] in cõpromiſſo,ꝙ poſſit†ſemel plures iudicare? So.
a But.hic & Ioan.And.& Barto.in l.quid tamen.ff.de ar.dicunt
ꝙ illa clauſula debet referri ad diuerſos articulos, vt ſic poſſit
pronũciare ſemel ſuper omnibus articulis,vel pluries,hoc eſt
ſeparatim ſuper quolibet articulo, nõ autem ꝙ poſſit pluries
ſuper eodem capitulo iudicare, quia ſuper eandem rem non
poſſunt ferri plures ſententiæ.l.j.C. quando prouocare nõ eſt
29 neceſſe.ſed Bar.in dicta l.qui tamen.dat †cautelam, vt clauſu-
la formetur.ſ.vt poſſit ſemel,& pluries iudicare,& iudicatum
mutare,& corrigere, quia licet, alias hoc non poſſit,poterit
tamen tunc ex poteſtate ſibi attributa per partes.arg.d.l. quid
tamen.cum l.ſequen.ſed Butrig.hic dicit,ꝙ etiam prima clau-
ſula operatur,ꝙ iudicatum poſſit corrigere,quãdo de vno ar-
ticulo tantum fuit factum compromiſſum. Si enim eſt vnus
articulus tantum,& dictum eſt,vt poſſit iudicare ſemel,& plu
ries poterit iudicatũ mutare, & corrigere, & ſic virtute dictę
clauſulę iterum pronunciare,alias ea.verba nihil operaretur
contra l.ſi quando.ff.de lega,primo.& contra c.ſi Papa.de pri-
uil.in vi.facit,quod no.in l.ij.ff.de libe.& poſthu.& quod not.
Bar.in l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de lega.iij.dicit etiam
Butriga.

A D D I T I O.

a ¶Quid autem ſi dictum fuit in compromiſſo, quod datur facultas arbitrio ſe-
mel & pluries prorogare,& quotiens voluerit,vide D.Alexan.in repert. ca.
P.& G.xli.colum.verſi.circa tertium.de of. delega.& Bald.in reperto. ſuper
primo volumine conſiliorum, in verbo, compromiſſ.& conſilio cccxii.ii.
colum.primo volumine. An poſsit arbiter,vel arbitrator declarare ſuum lau
dum,Bal.conſilio cccxcvii.iii. volumine.Item an poſt lapſum anni poſsit ar
biter arbitrari,Bald.conſilio cclxii.primo vol.Item an poſsit arbitrari parte
non vocata,Bal.in d.conſi.cclxii,

Butriga. ꝙ vigore dictæ clauſulæ poſſet iterato pronunciare,
quando compromiſſum eſt nullum, & hoc ſequitur Ioann.
de Imo.in xviii.differentia dicens,ꝙ eſt naturale dictum & ꝙ
limitat dicta Bar.in d.l.quid tamen. Bald.tamen in l.fi. C.de
30 contrahen.emp.in v.colum.in iiii.q.dicit,ꝙ etiam ſine aliqua
clauſula poteſt†reuocare illud,quod male fecit,& iterum ar
bitrari, quia arbitratori committitur diſceptando extra iudi-
cium.& ſic videtur ei commiſſus effectus , vt in l. hæc condi-
tio.ff.de condi.& demonſtr.& dicit,quod ita no.Inno.in c. in
literis.de offic.dele. Sed tu dic,ꝙ Inn. loquitur in executore
dato ad conferrendum beneficium alteri,quo caſu conſidera
tur effectus,quia mens Papæ fuit,vt prouideatur impetranti.
Immo executor eſt acceſſorius ad gratiam,vt in c.ſi ſuper gra
tia.de offi.deleg.in vi.vnde ſi confertur beneficium non inclu
ſum in gratia , vel alias, non legitime procedit,poteſt iterato
conferre,vt dicit Inno.in d.c.in literis.ſecus in arbitratore cui
ſola poteſtas arbitrandi fuit commiſſa,& contra Bal, videtur
tex.in c.ſi commiſſarius.ij.reſpon.de ele.in vj.vbi dicitur,quod
ſi compromiſſarius eligit indignum,etiam ignorante non po
teſt iterato eligere, quia ſuo functus eſt officio. non obſtat l.
hæc conditio allegata per Bald. quia loquitur in eo, qui facit
actum iure ſuo nos quando iure alieno,vnde Petr.& Cyn.in
d.l.fi.C.de contrahen.empt.dicunt, ꝙ aut poteſtas arbitrandi
competit iure proprio,& tunc poteſt iterato arbitrari,vt in d.
l.hæc conditio.vbi dicitur,ꝙ ſi eſt factum mihi legatum,ſi nu
pſero,ſi primæ nuptię contractæ non valent, potero iterum
nubere, quia nubo nomine meo, & vxor efficitur mea non
alterius.Aut poteſtas arbitrandi competit nomine alieno, vt
in arbitratore, quia ad commodum partium arbitratur, ſiue
male arbitretur eſt fructus officio ſuo,vt dicto cap.ſi compro
miſſarius.& hoc ſequuntur hic Butri.Ioan.de Imo.& D. Ab.
in xv.differētia,niſi contra formam compromiſſi pronunciaſ
ſet,vel niſi ſit appoſita clauſula,vt ſemel & pluries pronuncia
re poſſet,vt dixi,& hæc no. Aduerte tamen,quia Ioan. An.
poſt Guid.de Suza.in Spec.de arb.§.fi.ſuper ver.licet autem.vi-
detur tamen,ꝙ non valeat tale pactum,vt poſſit arbiter mu-
tare ſententiam ſuam,quia hoc eſſet inuitare eū ad delinquē
dum,contra l.conuenire.ff.de pact. dota. Sed Barto.in dicta
l.quid tamen.& Butriga.& Ioann.de Imo.hic tenent contra-
rium,& reſpondet Ioan.de Imo.ad rationem Guido.& Ioan.
31 Andre.dicens,ꝙ in dubio non debemus præſumere,† ꝙ arbi-
ter delinquat.l.marito.ff.pro ſocio.Sed potius, ꝙ ſi contingat
eum mutare,ꝙ mutet ex cauſa, dicit tamen tenendum men-
ti dictum Gui.& Ioan.An.quod eſſet valde no.ſi eſſet verum.
Sed tu dic,ꝙ non eſt verum.& adde Bald.in l. ſi diuerſa. C.
de tranſac.vbi dicit, ponit vnam limitationem ad ſupradicta,
dicit enim,ꝙ ſi primum laudum haberet vim rei iudicatæ,pu
ta.quia ſtatutum dicit, ꝙ ſententia arbitrorum mittitur exe-
cutioni,ſicut ſententia iudicis,iuxta not. per Bart.in l.ii.C.vbi
& ap.quem.vel pone,ꝙ dicit ſtatutum,quod conſanguinei te
neantur compromittere, de quæſtionibus ſuis.tales enim ar-
bitri cenſentur iudices delegati.†iuxta no.per Bar.& Bald.in l.
fi.C.de iud.quia ergo in tali caſu,primum laudum habet vim
rei iudicatę,dato,ꝙ ſit appoſita clauſula, ꝙ poſſit iudicatum
corrigere,in hoc caſu non poterit, quia ſecunda ſententia re-
periretur lata abſque inſtantia iudicij,& ſic eſſet nulla. l.j. C.
quando prouo.non eſt neceſ. Sed ſi non habet vim rei iudi
catę,ſed ſolum paretur metu pœnæ, vt eſt regulare in ſenten-
tia arbitri,vt in l.j.C.de arbit.iuncta l.cum plures.§.lege.dicta.
33 ff.loca.tunc virtute clauſulæ poterit iterum iudicare,quia†cō
ſenſus partium derogat petitioni pœnæ, quę potuiſſet peti ex
primo laudo.& ſic allegat Bal.in d.l.diuerſa.ꝙ vbi laudum ha
bet vim rei iudicatæ non poſſit arbiter corrigere, vel mutare
laudum, etiam ſi per partes ſit conceſſum, quia non valet ſe-
cunda ſententia contra pęnam,niſi inchoetur noua inſtātia,
de quo dicam.ĩ.de re iudi.inter monaſterium.vbi autem non
habet vim ſententiæ, ſed ſolum ei paretur metu pœnę, quod
regulariter procedit de iure communi.l.j.C.de arbit.tunc pōt
iterato pronunciare,ſi per partes eſt ſibi conceſſum.Sed forte
poſſet dici,ꝙ etiam vbi habet vim ſententię,poſſet illam reuo
care,& iterum ſententiare,quia talis non eſt merus iudex,ſed
potius arbiter, an poteſt per partes remitti ordo iudiciarius.l.
diem proferre.§.ſi quis litigatorum.ff.de arbi.no.Bar.in d.§. ar
bitrorum.& poſito,ꝙ non valeret in vim ſententię,ſaltem de
beret valere in vim pacti propter conſenſum partium,vt in l.
ij.& quod ibi no.glo.communia vtriuſque iud.no.etiam Bar.
34 in l.j.C.qui pro ſua iur. Nunquid autem,vbi eſt factum† cō
promiſſum de pluribus quęſtionibus cenſeatur eſſe actum in
ter partes,ꝙ debeat eas omnes vna ſentētia terminare,de hoc
vide glo.& Bar.in dicta l.quid tamen. Quærit etiam hic Ioā.
de Imo.nunquid arbiter poſſit declarare†dictum ſuum obſcu
rum verbi gratia condemnauit in x. nunc vult declarare, de
qua moneta intelligatur,& dicit,ꝙ non poteſt declarare,niſi
ſit expreſſe ꝯpromiſſum inter partes,ratio eſt,quia ſolum ma
36 iores iudices†poſſunt ſuas ſentētias interpretari, & declarare.
l.ab executore.ff.de app.& dicit, ꝙ hoc etiam tenuit Spe.in ti.
de arbi.§.fi.verſi.ſed nunquid verbum obſcurū. & qđ dictum
eſt de arbitro, idem dicendū eſt in arbitratore eadē ratione.
& hoc tenet hic Butri & Ioan.de Imo.& D Ab. His expedi
tis intro materiam huius c.ſ.quę ſit differentia inter arbitrum
37 †& arbitratorem.de quo etiam per Spe.in ti.de arb.§.j. & per
Cy.& Bald.in l.ſi qui ex conſenſu.& in l.ēpale.C.de epiſ.audi.
& per Bal.in l.fi.C.de contrahen.emp. & ibi etiam per Pet. &
Cyn.& per Bart.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſoc.vn-
de ſcias,ꝙ hoc nomen arbiter in larga ſignificatione compre
hendit etiam arbitratorem.hoc probatur in d.§. arbitrorum.
vbi dicit,ꝙ ſunt duo genera arbitrorum vnum cui parere de-
bemus ſiue ęquum,ſiue iniquum ſit,quod obſeruandum eſt,
quando fit compromiſſum in arbitrum. Alterum vero, qđ
debet reduci ad arbitrium boni viri,etiam ſi pſona cuius arbi
trium ſequendum eſt,ſit nominatim expreſſa,proprie tamen
38 loquendo appellatione † arbitri non comprehenditur arbi-
trator,vt probatur in l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff. de arbi.vbi di-
citur, ꝙ arbitrator non videtur recepiſſe arbitrum, & ſic ap-
pellatione arbitri non comprehenditur arbitrator,niſi ſecun
dum largam ſignificationem,vnde dixerunt quidam, ꝙ arbi-
trator eſt ille qui aſſumitur in contractu,Arbitrator vero, qui
aſſumitur in lite,ita dixit Iaco.de Are. vt refert Cyn.in l.ſi qui
ex conſenſu.C.de epi.audi.Sed iſtud prima fronte videtur con
tra iſtum tex.vbi arbitrator non fuit aſſumptus ſuper contra-
ctu,ſed ſuper ſatisfactione iniuriæ.item cō tra l.j.§.& poſt ope-
ris.ff.de ope.noui nuncia.& in auth.ſi vero contigerit.C.de iu
dic.& in corpore vnde ſumitur. & circa tex.cum glo. in l.ſi de
meis.§.recepiſſe.ff.arbi.ideo refert hic Innocen.& Bart. in d.§.
39 arbitrorum, dixerunt,ꝙ†arbiter eſt ille qui habet iudicare de
iure,& ſecūdum ordinem iudiciorum. Arbitrator vero eſt
ille,qui aſſumit,vt procedat, & pronūciet de iure,& de facto.
ſed Bar.ꝙ ſi bene aduertatur iſtę opi.non diſcordant,quia etiā
quando arbitrator aſſumitur ſuper lite dicitur aſſumi ſuper
contractu tranſactionis perficiendo, nam partes aſſumendo
arbitratorem ſuper lite videtur tranſigere, & componere ad-
inuicem,ꝙ diſcedatur a lite, ſecundum modum quem decla-
40 rabit ipſe arbitrator,& ideo† arbitramētum dicitur quędam
tranſactio,vt dixit gl. no.in Auth.vt differentes iudices.§.ſi ve
ro contigerit.col.ix.Et hoc etiam dicunt hic Innocen. & Ho-
ſtien. Aduerte tamen, ꝙ ſecundum Bar.in d.§. arbitrorum.
non eſt propria & ſtricta tranſactio cum illa non fiat, niſi ali-
quo dato,vel retento,vel promiſſo,vt in l.tranſactio.C.de trā-
ſactio. & in c.ſuper eo. eodem titu. nam accipitur tranſactio
in genere inquantum cōtinet in ſe omnem modum,per quē
41 a lite diſceditur,vnde & †iuramentum appellatur tranſactio,
vt in l.ij.ff.de iureiu.no.glo.in c.& ſi Chriſtus.in verbo,contro
uerſiæ.ĩ.eodem.vnde arbitrator†poteſt ex toto abſoluere,vel
in toto condemnare,vt dicit Bar.in dicto §.arbitrorum. & Io.
de Imo.& D.Ab.hic. Ex quo no.ꝙ arbitramentum non eſt
tranſactio proprie loquendo, ſed eſt quędam lata tranſactio,
quia per arbitramentum a lite diſceditur,ſicut per tranſactio
nem,facit quod no.gl.j. in c.ſi quando.de reſcriptis.off.deleg,
& hoc tene menti,quia ex hoc ſequitur, ꝙ non procedit.arg.
43 de arbitramento ad tranſactionem cum arbitramentum nō
ſit proprie tranſactio,ſed ſolum ſecundum largam ſignifica-
tionem. Concludit ergo D.Ab.ex pręmiſſis,ꝙ prima & prin
cipalis differentia inter arbitrum,& arbitratorem eſt,quia ar-
44 biter aſſumitur ſuper lite. Arbitrator†vero ſuper contractu
ſ.proficiendo.Secunda differentia eſt, quia arbiter debet pro-
cedere ſeruato ordine iuris, cū arbitria ſint redacta ad inſtar
iudiciorum.l.j.ff.de arbitris.& hoc optime probatur in l. ſi de
meis.§.recepiſſe.eodem ti.vbi tex.dicit, ꝙ ille dicitur recepiſſe
arbitrum qui ſuſcepit partes iudicis,& qui pollicetur ſe finem
impoſiturum controuerſiis partium ſua auctoritate,& ſentē
tia.Vnde Imo.hic dicit, quia arbitriū dicitur trinus actus per-
ſonarum,quaſi in iudicio contendentium.ſ.actoris, rei, & iu
dicis. Arbitrator vero eſt ille, qui aſſumitur ſuper contractu,
nec tenetur ſeruare ordinem iudiciorum. vnde dicit hic Inn.
ꝙ coram arbitratore non agitur iudicialiter, nec dicitur corā
eo eſſe iudicium,dicit tamen,ꝙ debet quaſi extraiudicium la
borare ad veritatem inquirendam,dicit etiam Inno. ꝙ eſt fa-
cienda,vtrum talis arbitrator fecerit litem conteſtari vel nō,
vel an ſentiam inſcriptis tulerit,vel ſimpliciter nudo vero di
xerit,ꝙ ſibi vſum eſt,quia coram eo nō eſt iudicium,vel qua
ſi.ſed totum in ſua voluntate eſt poſitum, & prędictarum ſo-
lennitatum obſeruatio non habet locum,niſi coram iudice,
vel arbitro.& ex hac reſultat tertia differentia,quem pronun
ciatio arbitri eſt,dicitur ſententia, ſicut pronunciatio iudicis.
Pronunciatio vero arbitratoris non eſt appellanda ſententia,
ſed potius mandatum,vt dicunt Doct. in c.veniens.ſ. eodem.
& ibi

& ibi dixi ſuper gloſ.j. in ſecunda parte ipſius. Quarta diffe-
rentia eſt, quia arbiter debet pronunciare ſecundum ius, licet
45 ſi aliter pronunciet debeat† ſtari eius ſententię.l.diem profer-
re.§.ſtari.ff.de arbi.vbi dicitur, ꝙ debet ſtari ſententiæ arbitri,
ſiue ęqua, ſiue iniqua ſit, ꝙ tamē eſt intelligendum, niſi habe
ret in ſe expreſſum errorem, vt in l.apud Celſum.§.item quęri
tur.ff.de doli excep.& ibi no.Bar.vel niſi dolus interuenerit, vt
in l.ita demum.ff.de arbi.dicam tamen infra, an ſententia ar-
a bitri iniqua poſſit alia via rectari.[a] Arbitrator vero debet pro
46 nunciare† ſecundum æquitatem, & poteſt aliquid modicum
de iure vnius dare alteri pro bono pacis, & concordiæ, vt in l.
ſi de meis.§.recipiſſe.ff.de arbi.no.Bart.in d.§.arbitrorum.dicit
hic Butriga.ꝙ arbiter debet ſeruare rigorem iuris. Arbitra-
tor vero iuſtitiam. allegat Spec.in ti.de arbitro.§.j.ver.arbitra-
tor vero.cum ibi not.per Ioan.And.in addi. ſed Ioan.de Imo.
hic dicit, ꝙ melius dixiſſet, ꝙ arbitrator debet ſeruare ęquita-
tem, quia iuſtia dicitur ſecundum rigorem iuris. allegat no.in
c.ius dictum.j.de regu.iur. Tu autem vide glo. in c. vt conſti-
tueretur.l.diſtinct.quæ dicit alium eſſe rigorem iuris, & aliam
47 eſſe diſpenſationem, & aliud eſſe ius. rigor enim†iuris eſt, qui
dam exceſſus, & quędam auſteritas facta ad terrorē, qui rigor
non eſt ſeruandus, niſi vbi timetur exemplum mali. Dicit ta
men, ꝙ quique rigor iuris idem eſt, ꝙ ſubtilitas iuris, vt in c. in
48 literis.de reſtitu.ſpolia.Diſpenſatio†autem idem eſt, quod iu-
ris communis relaxatio, qua non eſt vtendū, niſi ſit neceſſitas
49 vel vtilitas.j.qō.vii.talis.† Ius autem tenet medium inter rigo
rem, & diſpenſationem, puto tamen, ꝙ Ioan.de Imo.bene di-
cat, & pro eius opi bene facit prææalle.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.
de arb. Conclude ergo, ꝙ arbiter, debet ſeruare rigorem iuris
i.iuſtitiam, ſecundum, ꝙ ius dictat. Arbitrator vero æquitatē,
& Butrig.hic dicit, ꝙ ſufficit, ꝙ ſententia arbitratoris ſit ęqua
ſecundum æquitatem naturalem. Nūquid autem poſſit ar-
50 bitrator mādare, ꝙ debitum†pręſcriptum ſoluatur, vel quod
res præſcripta reſtituatur, Bal.hic in fi.Comen.dicit, ꝙ non qa
pręſcribens eſt ſimilis ſoluenti, nec tenetur pati iudicium.l.fi.
ff.rem ratam haberi.dicit etiam, ꝙ arbitrator non poteſt mā-
dare debitori, ꝙ ſoluat debitum naturale tātum, quia de hoc
nō intelligitur factum compromiſſum. allegat caſum quem
dicit eſſe ſingularem in l.ſi is cui.§.Flauius.ff.de ſolu.& ſubdit,
ꝙ arbitrator debet ſequi ſuam conſcientiam, vt legem nō of-
fendat, vt in authen.iuſiurandum quod præſtatur ab his. & in
l.hodie.ff.de pœnis.& dicit, ꝙ ſi arbitrator aliter facit debet re
ſcindi illud quod facit, & nihilominus facit litem ſuam, quia
tenetur ad intereſſe. Sed circa iſtud vltimum. ſ. an arbitra-
51 tor†facit litem ſuam, vide Bar.in l.fi.ff.de va.& extraordi.cog.
vbi dicit, ꝙ arbitrator eſt quodammodo quidam proxeneta
adhibitus ad componendas partes, & ideo ſicut proxeneta te
netur de dolo, & lata culpa.l.j.& ij.ff.de proxe.ita etiam arbi
52 trator tenetur de dolo, & lata culpa. Eſt autem † lata culpa
errare in iure, vt in l.latæ culpæ.ff. de verborum ſignifi.& in l.
liberorū.§.notato.ff.de his qui no.infa.Arbiter autem facit li
tem ſuam, ſicut iudex, vt eſt tex.not.in l. ſi quis in conſcriben
do.C.de pact. Et ex hoc reſultat quinta differentia inter arbi-
trum, & arbitratorem, quia arbiter facit litem ſuam, ſicut iu-
dex. Arbitrator vero non, ſed ſolum tenetur de dolo, & lata
culpa, quemadmodum proxeneta.glo. tamen auth. decerni-
mus.C.de iud. dixit, ꝙ quando arbiter aſſumitur cum iuramē
to non facit litem ſuam.& idem dixit Spec.in ti.de arb.c.j.ver.
ſed quæro.in quo facit litem ſuam, ego tamen credo, ꝙ de iu
re ciuili procedat dictum gl.& probat, quia ex quo compro
miſſum non valet, nec etiam laudum arbitri, & ſic non facit
litem ſuam, ꝙ intellige, niſi pœna eſſet appoſita in compro-
miſſo, quia tunc valeret ratione pœnę, & intelligeretur eſſe
compromiſſum cum pœna abſque iuramento, vt dicit glo.&
Bar.i authen.decernimus.præal. & dicam infra in decima dif
ferentia.vnde cum arbiter faceret litem ſuam, de iure autem
canonico valet compromiſſum, vt dicam in dicta decima dif
ferētia, & ſic de iure canonico indiſtincte faceret litem ſuam,
ſed quantum ad quæſtionem præcedentem valet. An arbitra-
tor poſſit mandare rem pręſcriptam reſtitui, vel debitum præ
ſcriptum ſolui, ſeu debitum naturale tātum ſolui? in hoc ego
dicerem, ꝙ aut compromiſſum ad hæc non extenditur, ꝙ nō
valeat pronunciatio arbitratoris, vt in l. non diſtinguemus.§.
de officio.& in l.ſi cum dies.§.plenum.ff.de arbi.& no. Barto.
in l.Aquiliana.ff.de tranſact. Aut compromiſſum ad hoc po-
teſt extendi, & tunc dicerem, ꝙ aut præſcribens eſt malę fidei,
vel obligatus debito naturali, poteſt denunciari in foro eccle
ſiaſtico.iuxta ea, quæ no.Bart. in extrauaganti, ad reprimen-
dam.in verbo denunciationem.& Doct.in c.nouit.ſ.de iudic.
& hoc caſu credo, ꝙ arbitrator debeat condemnare ad reſti-
tuendam, vel debitum pręſcriptum, vel ad ſoluendum debitū
naturale. Ex quo cum pacto rem detinet ſeu debitum non
ſoluit. Aut præſcripſit cum bona fide, nec detinet rem, vel de-
53 bitum†cum peccato, & hoc caſu arbitrator non poteſt man
dare rem, vel debitum pręſcriptū, vel debitū naturale, quod
detinetur ſine peccato reſtitui, argumen.in c.vigilanti.& in c.
fi.infra de præſcrip.Et hoc caſu puto, ꝙ procedat opinio Bald.
facit quod no.Bar.in l.quibus diebus.§. dominus.ff.de cond.&
demon.& in d.l.ſi is cui.§.Flauius.ff.de ſolu.& iſtam diſtinctio
nem in ſimili ſenſit Ioan.de Imo.in dicto.§.Flauius.& Bal. &
Ioan.de Imo.in dicta l.quibus diebus.§.dominus. ff.de condi.
& demon.& quoniam ſupradixi, ꝙ arbiter habet ſequi ordi-
nem iuris. Arbitrator vero non, dubitatur qualiter cognoſce-
tur, an compromiſſum ſit factum tanquam in arbitrum. An
vero tanquam in arbitratorem? Et Butri.hic, & Ioan. de Imo.
54 dicunt, ꝙ†in dubio cenſetur electus, vt arbiter, non autem vt
arbitrator.per no.in l.iii.§.j.ff.de arbi.& in Spe.de arb.§.fi.ver.
ſed pone, ꝙ ſciat, cum tribus ſequen. niſi ex aliis verbis appa-
reat, aliud fuiſſe de mente partium, vt quia dictum fuiſſet, ꝙ
poſſet procedere ordine iuris ſeruato, vel non ſeruato, nā tunc
patet, ꝙ non ſimpliciter elegerunt eum, vt arbitrum. Quid
55 autem ſi dixerint compromittemus in Titium, †vt arbitrum,
& bonum virum, & dicunt, ꝙ erit arbiter, quia etiam arbiter
eligitur, vt bonus vir, vt d.l.iii. §.j. idem ſi partes dixerint eligi-
mus Titium litis noſtræ diſceptatorem, vt in d.l.iij.§.j. & hoc
maxime procedit, quando pœna fuit appoſita, in dubio eſt
præſumendum, ꝙ partes voluerint eum eſſe arbitrum, vt di-
cit glo.in l.j.ff.de iudi. Sed ſi partes dixerint eligimus talem, vt
arbitratorem, tunc erit arbitrator. Quid autem ſi dicatur eli
56 gimus talem, qui vt bonus vir† terminet quæſtiones noſtras?
Specu.& But.dicit, ꝙ erit arbitrator, ſed Ioan.de Imo.dicit, ꝙ
forte hoc nō eſt verum, quia etiam arbiter eligitur, vt bonus
vir, vt dicit tex.in d.l.iii.§.j.ff.de arbi.& hoc mihi placet, & ſic
patet ponderandā eſſe verba, quia aut partes expreſſe, dicunt,
ꝙ compromittunt tanquam in arbitrum, & tunc cenſetur eſ
ſe arbiter. Aut dicunt, ꝙ compromittunt, tanquam in arbi-
tratorem, & tunc erit arbitrator. Aut ſimpliciter compromit
tunt in aliquem, & tunc erit arbiter, ſed hoc procedit ſecun-
dum Ioan.de Imo.& D.Abb.quando aſſumitur ſuper lite, ſe-
cus ſi aſſumatur ſuper contractu, quia tunc cenſetur aſſum-
ptus, tanquam arbitrator. Pone exemplum, vendo tibi rem
pro pretio quod conſtituet Titius, vel quod pretium conſti-
tuatur arbitrio Titij, talis enim cenſetur eſſe arbitrator, & nō
arbiter, vt in l.fi.C.de contrahen. emp. & in l. ſi ſocietatem.§.
arbitrorum.cum ll.ſequē.ff.pro ſocio. & ex hoc concluditur,
ꝙ quando fit compromiſſum ſuper lite in dubio intelligitur
aſſumptus, vt arbiter, ſed quando fit compromiſſum ſuper
contractu in dubio intelligitur aſſumptus, tanquam arbitra-
57 tor. Nunquid autem ſit aliqua differentia inter † arbitrum
& arbitratorem, ſeu amicabilem Compoſitorem. Bar. in d.l.
ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbit.dicit, ꝙ arbitrator eſt ille, qui
habet reducere partes ad cōcordiā mediāte ſententia, ſeu dif
58 finitione. Amicabilis, vel Compoſitor† eſt ille, qui habet re-
ducere partes ad concordiam abſq; eo, ꝙ pronunciet, & hoc
etiam ſequitur hic Ioan.de Imo. in princi.vj.col. ex quo infer
tur, ꝙ alius eſt arbiter, alius arbitrator, & alius amicabilis Cō-
poſitor. Quid autem ſi partes promittunt ſtare ſuper ali-
quo voluntate†filii.But.hic dicit, ꝙ talis cenſetur eſſe arbitra-
tor.allegat no.in d.§.recepiſſe.Sed Ioan.de Imo.hic in vij.col.
dicit, ꝙ eſt verum, quando promittunt ſuper contractu, vel ſu
per aliquo concernente contractum, puta ſuper quantitate
pretij.l.fi.C.de contrahen.emp.& in §. pretium .Inſti. de emp.
& vend.vel ſuper quātitate partis in contractu ſocietatis, vt
in l.ſocietatem.§.arbitrorum.cum ll.ſequē.ff.pro ſocio.Secus
ſi partes promittunt ſtare voluntati alterius ſuper lite, quia
tunc intelligitur eum elegiſſe in arbitrū, vt in d.l. iii. §.j.ff.de
arbi. Sed iuxta prædicta quęritur de pluribus, & primo quid
ſi compromittitur in aliquem, vt poſſit procedere ſeruato or-
dine iuris & non ſeruato.†An talis diceretur eſſe arbiter, vel
arbitrator? Innocen.hic dicit, ꝙ habet mixtam poteſtatem, &
ſic poterit eligere viam arbitri, vel arbitratoris. Quid autem
ſi fuiſſet dictum compromittimus in talem, tanquam arbi-
trum, & arbitratorem, & amicabilem Compoſitorem? & hoc
etiam caſu dicit Innocen. quod poterit eligere viam arbitri,
vel arbitratoris, prout ſibi placuerit, & hoc etiam tenet Bart.
in dicto §.arbitrorum. Dio tamen, quod ſi procedit condem-
nando, & non tranſigendo non dicitur proprie arbitrator, ſed
tanquam

ADDITIO.

a ¶An autem appellari poſſit a ſententia arbitri. Vide Alexan. Imo. in l.nemo po
teſt.ix.colum.verſi.item iuxta prędicta.ff.de lega primo. Item cautela, vt non
teneatur pars ſtare ſententiæ arbitri eſt, vt pars demonſtret iniquitatem ſenten
tiæ, vel laudi, quoniam iudicis officio reuocabitur.Bar. Cepola in cautela 91
ſi tamen infra decem dies appelletur a ſententia, vel laudo prædicto.

tanquam ius dicens, & licet habeat plenariam auctoritatem
debet ex bona fide pronunciare, pronunciare autem ex abru
pto non eſt bona fides. Dicitur autē ex abrupto procedere, ni
ſi conſtet in actis dediſſe cōpetētes dilationes ad probādū, iō
ſententia nulla erit. Bal. vero conſi. 290. iiii. colum. in fi. quod
eſt aureum, & menti perpetuo tenen. Quid autem ſi dictum
61 eſt compromittimus in talem, vt arbitrum, † vel arbitratorē?
Spe. in ti. de arb. c. fi. ver. ſed pone ꝙ ſicut. cum ver. ſequē. refert
opi. & finaliter videtur dicere, ꝙ cenſebitur eſſe arbiter, quia
potentior via intelligitur ſibi data, argumen. in l. quęritur. ff.
de ſtatu hom. Sed Ioan. de Imo. hic in v. col. tenet contrarium
dicens, ꝙ vtraque poteſtas intelligitur ſibi data prout elegerit,
quia vbi copula ponitur inter compaſſibilia reſoluitur in al-
ternatiuam. l. ſi Titio. ff. de vſufru. le. ergo etiam, quando com-
promittitur in arbitrum, & arbitratorem, illa copula, &, reſol
uitur in diſiunctam, cum via arbitri ſit oppoſita viæ arbitrato
ris, vt patet ex ſupradictis, & ſic non videtur differentia, an po
62 natur copulatiua. An vero † diſiunctiua cum copulatiua de
beat reſolui in diſiunctam, & dicit, ꝙ hoc eſt de mente Butri.
hic, licet clare non exprimat, ſm D. Ab. hic in vlti. char. dicit,
ꝙ hæc dicta ſibi non placent, quia licet poſſit eligere alteram
viam, tamen non eligendo poteſt, & debet procedere ex vtra
que auctoritate. Et dicit, ꝙ etiam ita procedere videtur, quan-
do non eligit, allegat no. per Inno. in c. cum ex officii. de præ-
ſcrip. & dicit, ꝙ hoc etiam probatur in c. niſi eſſet. de præbend.
vbi patet, ꝙ ſi compromittitur in delegatum poteſt ſimul, &
ſemel in eadem cauſa pronūciare, vt delegatus, & arbitrator,
vnde pari ratione ſi compromittitur in arbitrum, & arbitra-
torem poterit procedere, & pronunciare vtraque poteſtate.
ſi a principio expreſſe non elegit, & ſic contra iuſtitiam par-
tē in modice læſit poterit peti reductio ad arbitrium boni vi-
ri, quia in dubio ex qualitate facti præſumitur, vt arbitrator
feciſſe, vt in d. c. niſi eſſent. facit l. quęritur. ff. de ſtatu hom. & ſi
iſta verba ſunt vera, ſequitur, ꝙ male dixit Ioan. de Imo. dum
dixit, ꝙ quando compromittitur in arbitrū & arbitratorem
copula reſoluitur in diſiunctam. nam hoc nō eſt verum, quia
nō reſultat incompaſſibilitas, ex quo poteſt procedere ſimul
ex vtraque poteſtate, & mihi placet opi. D. Abb. quia ſicut iu-
63 dex † poteſt procedere, vt iudex & arbitrator eodem tempore,
eodem modo arbiter qui ſuſcipit partes iudicis, vt in l. ſi de
meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. debet poſſe procedere eodem tem-
pore tanquam arbiter, & arbitrator, vnde putarem eſſe fa-
ciendā differentiam, an quis eligatur in arbitrum, & arbitra-
torem, quia tunc habet vtranque poteſtatem. An vero eligi
tur in arbitrum, vel arbitratorem, & tunc non habet vtranq;,
ſed alteram ex illis quam elegit, hoc enim ſonant verba intel
lige tamen, ꝙ poteſt vtraque poteſtate procedere dummodo
non reſultet contrarietas, nam non poſſet extraiudicialiter
procedere, tanquam arbiter, & arbitrator, quia arbiter debet
ſeruare ordinem iuris, item non poſſet procedere die feriato
64 in honorem Dei, tanquam arbiter, & arbitrator, quia † arbiter
non poteſt procedere diebus feriatis, vt in d. l. ſi de meis. in fin.
& in l. ſi feriatis. ff. de arbit. Sed bene poteſt procedere ſeruato
ordine iuris, tanquam arbiter, & arbitrator, quia etiam arbi-
trator poteſt ſeruare ordinem iuris, licet non teneatur, & idē
concludas in ſimilibus. Secundo circa prędicta quęro. Quid
ſi partim proceſſit ſeruato ordine iuris, & partim nō ſeruato,
puta fecit dari libellum, & litē conteſtari. ſed poſtea proceſſit
ſine ordine iuris valebit, ne ſententia? videtur, ꝙ non quaſi a
principio ſeruari faciendo ordinem iudiciarium videatur ele
65 giſſe viam arbitri, vnde poſtea non videtur potuiſſe † redire
ad viam arbitratoris, quia illi intimauit, de ap. ſolicitudinem.
& in c. vt quis duas. de elect. lib. vj. & hanc opin. tenuit Dyn. in
l. iii. ff. de teſtam. mili. & in l. dominium. ff. de fur. & vtrobique
enim refert Bar. & cum ea tranſit, & idem dixit in §. arbitrorū.
Sed Hoſtien. hic tenet, ꝙ talis ſententia valet, & ſi eſt ęqua, ꝙ
ei ſtabitur, alias poteſt reduci ad arbitrium boni viri, & ſic iu-
dicabit, vt arbitrator, & non vt arbiter, vt res potius valeat,
quam pereat, de verbo. ſig. abbate. & in l. quoties. ff. de re. iur. &
hoc ſequitur etiam Butri. & Ioan. de Imo. quia non repugnat
omnino via arbitratoris, ꝙ ī aliquo vel etiā in toto proceſſu
ſeruet ordinem iuris. allegat quę no. glo. in clem. ſæpe. circa fi.
in verbo, partibus. de verbo. ſig. iſtam opi. etiam firmat hic D.
Ab. in vlt. char. dicit enim, ꝙ ex quo habuit vtranque poteſta-
tem potuit ꝓcedere ſeruato ordine iudiciario & nō ſeruato.
Et dicit, ꝙ ſibi non placet opi. Dy. & Bar. qui videntur velle, ꝙ
poſtquam elegit viam arbitri non poſſit redire ad viam arbi-
tratoris, nam illud procederet, vbi haberet neceſſe alteram
viam eligere, vt in c. vt quis duas. de elect. in vj. ſciens ſi potuit
vtraque via procedere, nec ſpecifice elegit a principio, hoc ta
men intellige, niſi expreſſe dixiſſet partibus conſentientibus
ſe velle ſeruare ordinem iuris, quia tunc non poſſet redere ad
viam arbitratoris, vt dicit glo. in præd. clem. ſępe. plus dicit hic
But. ꝙ etiam ſi ſeruaret ordinem iuris in proceſſu, & in ſentē-
tia nihilominus poterit peti reductio ad arbitriū boni viri, qa
hoc non repugnat proceſſui arbitratoris, licet dicat Ia. Bu. te-
nere contrarium, ſed Ioan. de Imo. concordat opin. dicens, ꝙ
aut conſtat, ꝙ elegit viam arbitratoris ſaltem in ſententian-
do, vt quia dixit, ꝙ tanquam arbitrator pronunciabat, & tunc
procedit opi. But. Aut de mente non conſtat, & tunc proce
dit opi. Ia. Bu. quia præſumitur in dubio elegiſſe viam arbitri,
ex quo in procedendo, & in ſententiando ſeruauit ordinem iu
diciarium, argumen. in l. ſi ſeruus. plurium. in fi. ff. de leg. j. pro
hoc allego bo. tex. in c. niſi eſſent. j. de præbend. vbi probatur,
66 ꝙ iudex † in quem eſt compromiſſum non cenſetur feciſſe ex
arbitraria poteſtate, niſi comprehendatur ipſum in aliqua
parte pronunciaſſe, tanquam arbitrator pro bono pacis, vn-
de ille tex meo iudicio, pro hoc bene facit, go tamen putarē
hoc procedere quando aliquis electus fuit in arbitrum, & ar-
bitratorem, ſecus ſi electus fuiſſet in arbitrum, vel arbitrato-
rem, quia tunc non habet, niſi poteſtatem quam elegit, vnde
vna electa nō poterit ad alteram redire, & hoc modo poſſet
procedere opi. Dy. & Bar. Si autem ille in quem fuit factum
compromiſſum, tanquam in arbitrum, & arbitratorem pro-
ceſſit ſine ordine iuris, & demum ſolenniter tulit ſententiam
67 in ſcriptis † ſedendo, nunquid cēſetur pronunciaſſe, vt arbiter,
an vero vt arbitrator? But. & Ioan. de Imo. hic in vii. col. dicūt
ꝙ cenſetur eſſe ſententia arbitratoris, quia nō repugnat toto
proceſſu arbitratoris, ꝙ ſeruetur in eo ordo iuris. Pręterea ſi
eſſet ſententia arbitri non valeret, ex quo non præceſſit ordo
iuris, vnde potius eſt facienda interpretatio, vt res valeat, quā
pereat, vt in d. c. abbate. de verb. ſig. cum ſimili. maxime, quia
68 † arbitrator poteſt ferre ſententiam in ſcriptis, licet non tenea
tur. Tertio, circa prædicta quæritur, quid ſi eſt factum com-
promiſſum in aliquem, vt de iure & de facto, & ſummarie ꝓ-
69 cedat, † ſed de iure tantum pronunciet, an talis erit arbiter vel
arbitrator? Barto. in d. §. arbitratorum. dicit ꝙ erit arbiter cui
fuit remiſſa obſeruatio iuris, nec obſtat, ꝙ ordo iuris non poſ
ſit remitti, vt no. in c. de cauſis. de offi. deleg. quia illud eſt verū
quando partes volunt procedere coram iudice, ſecus quan-
do coram arbitro cuius poteſtas pendet a partibus. l. non diſtī
guemus. §. de officio. ff. de arb. vnde partes poſſunt in compro
miſſo apponere, ꝙ arbiter poſſit ferre eis non citatis, vt in l.
diem proferre. §. ſi quis legatorum. ff. de arb. & idem dicit Frā.
de Alberg. de Areti. in repe. legis. ſi qs arbitrari. ff. de ver. ob. &
Bu. hic & Ioan. de Imo. in viii. col. ſed D. Ab. in prima char. di-
cit, ꝙ ſibi placet opi Barto. inquantum dicit, ꝙ partes poſſunt
remittere arbitro ordinem iudiciarium, ſed inquantum dicit,
ꝙ erit arbiter ipſe dicit, ꝙ in pronunciando erit arbiter, & ar-
bitrator. ſed in ſententiando ſolum erit arbiter, vt patet ex po
teſtate ſibi tradita, & idem dicit eſſe dicendum in ſimilib. quę
ſtionibus. Sed mihi videtur eſſe verior opi. Bar. quę commu
70 niter tenetur, quia ſubſtantialis † differentia inter arbitrum,
& arbitratorem eſt, quia arbiter in ſententiando, non debet
tranſgredi formam iuris, arbitrator vero poteſt de iure vnius
modice dare alteri, & iſta proprie eſt ſubſtantialis differentia
inter arbitrum, & arbitratorē, quia arbitrator eſt ille, qui po-
71 teſt moderate de iure vnius auferre, & dare alteri. Arbiter † ve
ro eligitur loco iudicis, vt probatur in l. ſi de meis. §. recepiſſe.
ff. de arbi. & in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. cum ll. ſequen. ff.
pro ſocio. ſed dato, ꝙ remittitur ordo iuris per hoc non aufert
de iure vnius partis dando alteri, ſed ęqualiter procedit inter
ambas partes ſeruato, vel non ſeruato ordine iuris, vnde hoc
reſpe. non poteſt dici arbitrator. Aduerte tamen, quia eſt dif-
ferentia, an fiat compromiſſum in aliquem, vt poſſit procede
re ſeruato ordine iuris, & non ſeruato, & tunc intelligitur ele
ctus, vt arbiter & arbitrator, vt dicit hic Innoc. & Doc. Aut
dicitur, ꝙ poſſit procedere ordine iuris ſeruato, vel non ſerua
to, ſed de iure tantum pronunciare, & tunc eſt arbiter cui eſt
remiſſus ordo iuris, & hoc modo loquitur Bar. Et ex his in-
72 fertur, quid ſi eſt factum compromiſſum † tanquam in arbi-
trum & arbitratorem, & amicabilem Compoſitorem, ad
cognoſcendum de iure & de facto, & ſententiādū de iure tm̄?
& hęc quaſi differt a præcedenti, quia eſt additum verbum ar
bitratorem, & amicabilem Compoſitorem, & in hac Franc.
de Are. dicit, ꝙ erit arbiter tantum, quia differentia inter arbi-
trum, & arbitratorem principaliter conſiſtit pęnes finem ſen
tentiandi, & ſic videtur agi, ꝙ ſit arbiter, argumen. l. quæritur.
ff. de ſtatu hominum. & illa verba vt in arbitratorem viden-
tur dicta ſimilitudinarie, hoc eſt, vt in procedendo non tenea
tur ſeruare ordinem ad ſimilitudinem arbitratoris, & iſtam
opi. ſequitur hic Bu. in vii. & viii. col. & etiam Ioan. de Imo. in
viii. col. Et ex his deciditur quid ſi eſt compromiſſum in ar-
73 bitratorem, & amicabilem Compoſitorem, vt procedat † de
iure & de facto, & ſententiet de iure tantum. & hæc quæſtio
differt a præcedenti, quia non ponitur hic verbum arbitrum,
ſed

ſed verbum arbitratorem,& amicabilem Compoſitorem, &
Butr.hic in viii.colum.dicit,ꝙ erit arbitrator,& ꝙ poterit lau-
dum reduci ad arbitrium boni viri, quia non repugnat natu
rę arbitratoris,ꝙ informet arbitrium ſecundum ius. Sed Io.
de Imo.hic in xi.col.tenet,ꝙ compromiſſum ſit nullum, quia
eſt appoſitum pactū contra ſubſtantiam actus,videlicet vt co
gatur arbitrator pronunciare de iure.nam ſecundum ei⁹ ſub-
ſtantiam eſt poſſe pronunciare contra ius lædēdo modice, vt
ſuperius dictum eſt,& ideo pactum , vt cogatur pronunciare
74 ſecundum ius eſt contra ſubſtantiam † actus vnde reddit actū
nullum,vt in l.cum precario.ff.de preca,& quod no.gl.in c.ij.
in verbo,officiali.de conſue.lib.vj. Ego vero credo,ꝙ com
promiſſum valeat, & ꝙ ītelligatur eſſe arbiter cui remiſſa eſt
ſolennitas iuris procedere , ergo poterit ad ſimilitudinem ar-
bitratoris,vel amicabilis Compoſitoris, ſed ſententiabit tan-
quam arbiter,vt dictum eſt in præcedenti.& iſta interpretatio
eſt facienda,vt potius actus valeat,quam pereat,vt in c.abba-
te.de verbo.ſig.& in l. quotiens.ff.de rebus dub.Nec obſtat, ꝙ
non ſit expreſſum verbum arbiter , quia ſatis ſubintelligitur
eo , ꝙ additum eſt , ꝙ pronunciet de iure tantum,debemus
75 †enim potius attendere ſenſum,quam verba,vt in ca. intelle-
cta.& in c.præterea.de verbo.ſigni. vnde ex fi.ſententiandi cir
ca quem conſideratur aſſentialis differentia inter arbitrum,
& arbitratorem ſatis deprehēditur,ꝙ partes voluerunt illum
eſſe arbitrū,qui debeat procedere ad ſimilitudinem arbitrato
ris,vel amicabilis Compoſitoris de iure, & de facto. Sed cir-
76 ca hoc reſultat dubium,an ſi†pronunciatur contra ius valeat
ſententia?& in hoc ſciendum eſt,ꝙ Bar.in d.§. arbitrorum. &
in l.diem.§.ſtari.ff.de arb.dicit,ꝙ laudum eſt ipſo iure nullum
tanquam latum contra formam compromiſſi,ar.in l.diligen-
ter.ff.manda.& in c.cum dilecta.de reſcriptis.ſed Fran.de Are.
77 & Bu.tenent contrarium,quia†expreſſio illius,quod tacite in
eſt nihil operatur.l.iii.ff.delega.primo. Arbiter autem etiam ſi
non ſit expreſſum debet iudicare ſecundum ius, vt in dicta l.
ſi de meis.§.recipiſſe.ff.de arbi. vnde expreſſio non debet dare
nouam formam cōpromiſſo. ſed potius debet inducere quā
dam monitionem.l.ſi decem cum petiero.ff. de verb.obl & in
l.iii.ff.dele.primo.no.gloſ.in cl.j.de offi.dele. plene dixi in c. fi.
de pręſump.Item vbi arbitro non remanet libera facultas, in
78 pronunciando non videtur†valere compromiſſum.l. qualita
te.ff.de arbit. vnde dicta verba ſic ſunt intelligenda,vt non in-
telligatur reſtricta poteſtas arbitri.argumen.l. prædictæ. Vnde
debet intelligi,ꝙ ſolum intelligatur declaratum, qualiter ar-
biter habeat pronunciare,allegat etiam But.dictum Inno.in
c.prudentiam.in glo.magna.de offi.deleg.vbi dicit, ꝙ ſi ſupe-
rior delegat cauſam ſub hac forma , ſi Titius probauerit ſibi
deberi decem a Seio condemnet ei Seium,dato , ꝙ Titius ni-
hil probet,valet nihilominus ſententia condemnatoria lata
contra Seium,quia dicta condictio inerat tacite, & ſic nō dat
formam mandato,nec inducit conditionem, ſed potius mo-
nitionem,& cum dicto Inno.concor.Ioan.And.in c. ex inſi-
nuatione.de reſcriptis.Dixit tamen Bu.ꝙ ſi fieret compromiſ
ſum in arbitratorem, vt procedat de iure & de facto,& pronū
ciet de iure tantum,tunc ſi pronunciat contra ius partis, ſen-
tentia poterit dici nulla ex defectu formæ mandati , quia hoc
caſu fit expreſſio aliter,quam ineſſet,cum arbitrator non ha-
beat pronunciare ſecundum ius, ſed ſecundum ęquitatem ēt
contra ius auferendo de iure vnius, & dando alteri dūmodo
modice.Ideo,tunc bene operatur aliquid expreſſio,ex quo ex
primitur aliter,quam iuſſit.l.ita.§.illi ſi volet.ff.de lega.j.& per
glo.in c.j.de ſpon.in vi.& plene per Bar.in l.iii.de lega.j.Tenen
do autem illud quod ſupra dixi,ꝙ intelligatur eſſe arbiter,qa
habeat procedere ad ſimilitudinem arbitratoris, tunc eſſet ea
dem quęſtio,& nō diuerſa.Ioan. Autem de Imo. hic effundit
multa verba,& finaliter tenet opi. Bar.& reuelat ad ea,quę di
cit Inno.in c.prudentiam.de offi.delega.& ad glo.in clem.j.de
offi.dele.dicit tamen,ꝙ illa & ſimilia iura procedunt,vbi non
ſequitur magnum præiudicium parti, ſi expreſſio illius,ꝙ ine
rat nihil operatur, nam ſi delegatur cū ſub hac forma , ſi Ti-
tius probauerit Seium ſibi debere decem condemnet ei Seiū
in decem,dato,ꝙ iudex Seium condemnet Titio nihil probā
te non multum lęditur ipſe Seius, quia habet remedium ap-
pellationis,& idem quando Papa mandat prouidere alicui ſi
eſt idoneus,licet expreſſio ſolum inducat monitionem non
eſt magnum pręiudicium , quia ſi fiat prouiſio indigno pote-
rit peti caſſatio prouiſionis implorato officio ſuperioris,vt di
xi in d.c.fi.de præſump. Sed quando compromittitur in arbi
79 trum †cum cl'a , ꝙ procedatur de iure & de facto , ſententiet
de iure tantum,ſi verba iſta nihil operarentur cogeretur pars
ſtare ſententię,arbitri etiam iniquæ, & contra ius metu pęnę
& ſic reſultaret maximum præiudicium partibus contra ipſa
rum intentionem , ideo non eſt dicendum , ꝙ talis expreſſio
nihil operetur,ex quo poteſt aliquid operari , & ſaluare men-
tem partium , vnde etiam facienda interpretatio in partem,
quę eſt veriſimilior. ſcilicet vt partes voluerint illam ex-
preſſionem aliquid operari. argumē. l. ſemper in ſtipulatio-
nibus.ff.de re.iur.& in regula inſpicimus. lib. vi.iſtam opin.ſe-
quitur etiam D.Ab.in c.cum dilecta.ſupra de reſcriptis. & hic
in antepenul.col.dicens, ꝙ licet inſit ſecundum iuſtitiam , vt
arbiter pronunciet ſecundum ius, non tamen de neceſſitate,
nec ineſt ſibi de forma compromiſſi, nunc autem cum expri
mitur in compromiſſo ineſt de neceſſitate , & ſic exprimitur
alio modo,quā inerat , vbi autem illud quod ineſt de iuſtitia
exprimitur in forma hominis indicat neceſſitatem,vt in c.cū
80 dilecta.de reſcriptis.iuncta glo. Pręterea vbi verba†poſſunt
aliquid operari,non debent intelligi ſine effectu,vt in c.ſi Pa-
pa.de priuil.in vj.& in l.ſi quando.ff.dele.primo . Sed in caſu
noſtro verba poſſunt operari prædictum effectum, ergo &c.
ad l.qualem.ff.de arbi. reſpondet,ꝙ illa l.procedit quando da-
tur arbitro certa forma pronūciandi,ita ꝙ aufertur ſibi libera
poteſtas.ſed in caſu noſtro hoc non fit, quia arbiter habet li-
beram poteſtatem pronunciandi ſecundum ius,vnde non au
fert libertas arbitro,ſi illud qđ erat de iuſtitia reducitur in for
mam hominis ſ.compromiſſi,& ad dictum Inno. in c.pruden
tiam.de offi.delega.reſpondet , ꝙ illud procedit,quando id,ꝙ
exprimitur ſapit inſtructionem cauſæ , & hoc modo etiam
loquitur gl.in dicta cle.j. de offi. delega.Sed in caſu noſtro dat
modum procedendi, & vide Do. Abb.qui latius circa hoc di-
ſtinguit in ca. cum dilecta. vbi idem concludit, & iſta opinio
videtur mihi vera,licet Proſdocimus ſequatur opin.Butrig.&
Fran.de Are.de hoc articulo etiam tangit But.in c. ex inſinua
tione.ſ.de reſcrip. ſed tene opin.Bar.quam ſequitur hic Ioan.
de Imo. & D. Abb. Sed iuxta prædicta quæro an arbiter in
quem eſt compromiſſum, vt de iure tantum pronunciet poſ-
81 ſit†pronunciare ſecundum ſtatuta? [a] & But.hic in fi.Comen.
a dicit,ꝙ Guid.de Suza. in quæſtione ſtatutorum dicit fuiſſe iu
dicatum , ꝙ non poterit pronunciare ſecundum ſtatuta iuri
communi contraria,quaſi illa verba intelligantur de iure cō
muni.Sed Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de arbitro.§.ſequitur.
verſi.item ꝙ tulit.dicit,quod in proceſſu poterit ſeruare ſtatu-
ta,niſi dictum fuiſſet , quod pronunciet & procedat ſecundū
ius.allegat no.in c.cum veniſſent.de eo qui mit.in poſ.Sed Bu.
tenet finaliter , quod poterit etiam iudicare ſecundum ſtatu-
ta iuri communi contraria,quia ſecundum ius eſt, quod pro
nuncietur ſecundum ſtatuta loci,licet cōtra ius.l.ii.C. de mā.
libe.& in l.ſi fundus.ff.de euict.& no.in rubri. de conſuetu.&
per Bar.in l.omnes populi.ff. de iuſti.& iure.& per Ioan. Cal.
in quæſtione,quę incipit ſtatuta:& hoc ſequitur etiam hic Io
an.de Imo.in fi.xii.col.qui etiam dicit,ꝙ ſi fieret compromiſ-
82 ſum,quod pronunciet ſecundum ius,&†ſtatuta,debet intelli
gi de ſtatutis a iure approbatis, de quo per Bartol. in l. rerum
amo.& in dicto c.cum veniſſent.de eo qui mit. in poſ. Sex-
83 ta differentia,ſecundum aliquos arbiter † debet citare partes
& ipſis præſentibus pronunciare,quia ipſis abſentibus nō po
teſt ferre ſententiam.l.ſed interpellatur. & in l.diem proferre.
§.ſi quis litigatorum.ff.de arbit.quod tamen intelligas,niſi ex-
preſſum ſit,ꝙ poſſit procedere,vel ſentētiam ferre altera par
te abſente nō citata,vt ibi dicitur , & dicit Ioan.de Imo. hic in
ix.col.quod ſi ſolum eſt expreſſum in compromiſſo, ꝙ poſſit
procedere altera parte abſente,& non citata,& allegat no.in
84 d.§.ſi quis litigatorum. In arbitratore autem eſt dubiū† an
poſſit procedere parte abſente non citata, & Bart. in l. ſi quis
arbitratu.ff.de ver.ob. multas rationes firmauit,quod arbitra-
tor non poſſit pronunciare parte non citata,idem tenuit Pet.
& Cy.in l.fi.C.de contrahen.emp..Sed Guil.de Su.in l. epiſco-
pale.C.de epi.aud.tenet contrarium,mouetur,quia arbitramē
tum cēſetur eſſe quidam contractus,& ideo debet poſſe fieri
inter abſentens,ſicut & contractus.l.Labeo.ff.de pact. Item
85 arbitramentum†eſt quædam declaratio voluntatis , quæ po-
teſt fieri parte abſente,immo etiam per deportatum , qui eſt
extra prouinciam.l.pater.§.hæreditatem. ff.delega.ij.& in l.ex
facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Treb. & in l. ſi quis mihi bona.§.
86 iuſſum.ff.de acquiren.hæred. Item quia†citatio non reperi-
tur neceſſaria,niſi quando quis aſſumpſit partes iudicis,vt di-
cit Innocen.& Docto.in c.fi.de præſum.& per glo in clemen.
j.de off.deleg. Arbitrator autem procedit extraiudicialiter,
& iſtam partem tenuit etiam Cy.in addi.in dicta l.fi. licet illa
edditio communiter non habeatur,& hanc opi.etiam firma-
uit Fran.de Are.& But.hic. & Bald.in l.ſi quis ex conſenſu. C.
de epi.audi.Sed in l.fin.C.de contrahen.empt.diſtinguit,quod
aut

ADDITIO.

a ¶ *An arbiter in quem eſt compromiſſum , vt de iure tantum pronunciet ſecundum ſtatuta. Vide Salli. in capitulo ius naturale.prima diſtinctione. vbi plene per eum.*

aut aſſumitur arbitrator ſuper contractu, & hic non tenetur
partes citare. Aut aſſumitur ſuper lite, & tunc ſi audiuit partes
priuſquam ferat ſententiam, valet ſententia eis non citatis. Se
cus ſi eas non audiſſet, quia videtur in dolo verſari, qui dolus
non videtur remiſſus. l. creditor. §. Lucius. ff. man. allegat not.
per Inno. in ca. Raynaldus. de teſta. & idem dicit Bal. hic idem
87 dixit in c. fi. in v. col. j. eo. vbi dixit, ꝙ non requiritur† citatio ar
bitratoris propter arbitramentum, licet propter diſceptatio-
nem cauſæ. plus dixit Cyn. in d. l. ſi quis ex conſenſu. C. de epi.
audi. ꝙ etiam arbiter poſſit ferre ſententiam partibus non ci-
tatis, quādo præſentes fuerunt in diſcuſſione negocij, quia nō
eſt neceſſaria præſentia, ex quo tam ex facta diſcuſſio partib.
pñtib. ar. in l. q̃uis. C. de adul. Sed Io. de Im. & D. Ab. dñt, ꝙ Cy.
quātum ad arbitrum male dicit, quia ipſe indiſtincte tenetur
partes citare, niſi hoc ſit remiſſum in compromiſſo, vt in l.
diem proferre. §. ſi quis litigatorum. ff. de arbi. In arbitratorē
autem dicit, ꝙ licet de honeſtate debeat audire partes tamen,
ſi alias extraiudicialiter ſe informauit, prout eſt in dubio veri
ſimile, laudum eius eſt validum, licet poſſit peti reduci ad arbi
trium boni viri ſi allegatur iniquum. Dicit tamen Bu. ꝙ ſi par
tes negligerent venire inē diſcuſſionē negocii, arbitrator non
poterit cogi iudicare, quia poterit dicere ſibi non liquere de
88 cauſa cum cauſę †merita partium aſſertione pandantur. l. fin.
C. ſi per vim vel alio modo. & in c. tum ex literis. de reſti. in in-
teg. & hoc modo poterit dici ſtare per non venientem, quo-
minus arbitretur ipſe arbitrator, & ſic poteſt intelligi. l. ſi quis
arbitratu. ff. de verb. ob. & idem ſm Io. de Imo. in xiii. col. Ad
rationes Bar. non reſpondeo, nec ipſas refero, quia reſpondet
Bal. in d. l. fi. C. de contrahen. empt. & hic ad quem ſufficiat re-
mittere. Et Bal. in d. l. fi. aſſignat optimam rationem, quaſi ar-
89 bitrator non teneatur partem citare, nam arbitrator†non po
teſt ferre ſententiam die feriata, etiam in honorem Dei, cum
arbitramentum cenſeatur, quædam tranſactio, & hoc tenet
Spe. in ti. de arbitro. §. ſeq. ver. in forma. & Bar. in l. ſi feriatis. ff.
de arbit. licet ſecus ſit in arbitro, vt ibi dicitur, ad diem autem
feriatam in honorem Dei, non poteſt fieri citatio. l. fi. C. de fer.
& l. ii. §. j. ff. ſi quis in ius vo. non ie. & no. in c. fi. de fer. per Inno.
in ca. præterea. de dila. ergo non eſt neceſſarium, ꝙ partes vo-
cet ſeu citet, hoc tamen fallit in arbitratore, qui aſſumitur de
mandato iudicis tanquam peritus in arte, qui habet loco te-
ſtis, talis enim cogitur iurare partibus præſentibus. l. hac edita-
li. C. de ſec. nu. Item fallit in arbitratore neceſſario, quia ex for-
ma ſtatuti ex neceſſitate eliditur. puta ſi ſtatutum diceret, ꝙ cō
ſanguinei teneantur compromittere de litibus, & queſtioni-
90 bus ſuis, tales enim†tenētur citare partes, niſi aliud ſit actum,
quia ab eius ſententia poteſt appellari, hoc tenet hic Bald. hic
in vi. colum. ver. ſed quid in arbitratore neceſſario. talis enim
arbitrator habet quodammodo iuriſdictionem delegatam,
vt in l. fi. C. de iudi. & ibi per Bar. & Bald. facit quod no. Bart. in
l. fin. C. vbi & apud quem. & idem quod dicit Bald. in authen.
ei| qui. C. de bon. aucto. iudi. poſſi. & hanc limitationem no.
hanc eandem opinio. ſcilicet, quod arbitrator teneatur citare
partes, tenuit dominus Cardin. in capitulo expoſita. ſupra de
arbitris. & domi. Abba. hic in penultima colum. & eſt de mē-
te Innocen. & Hoſtien. hic, ſed Bal. notabiliter in capitulo pri-
mo, in fine. de inueſtitu. in mari. fac. limitat dicens, quod ſi ar-
bitratur per laudum ex abrupto parte non requiſita, nec audi
ta in contradictorio iudicio, laudum eſt nullum, & dicit ita
fuiſſe pronunciatum, & hoc ſequitur hic dominus Abbas in
penultima colum. in fin. allegat no. per Innocen. & Ioan. An.
in capitulo ex ratione. de appell. allegat etiam, quia vti debet
partes audire, cum merita cauſarum pādantur aſſertione par
tium. Vnde Bald. hic in iiii. colum. dicit, quod licet arbiter non
teneatur ſeruare ordinem iudicii, in quo conſiſtit ſtrepitus &
conflictus, ordinem tamen naturalis diſcretionis tenetur ſer-
uare ſe informando de veritate, & equitate, ita vt non fallat,
91 †neque fallatur. l. fin. C. de pon. aur. vnde non poteſt fulmina-
re ex abrupto arbitramētum, niſi de eo, quod ſit ſibi eſſet no
torium per prius, vel in præſentiarum eſſet notorium per rei
aſpectum, videtur enim arbitrator aſſumptus, tanquam ſa-
piens vir, cuius eſt ponderare ſermones ſuos, & quod ex ſe ne
ſcit inquirere a prudentioribus. l. ſi auiam. C. de ingen. & ma-
numiſ. Conclude ergo, quod licet non teneatur arbitrator
partes citare, nō tamen debet ex abrupto procedere, alias lau-
dum eſſet nullum, tamen in dubio eſt præſumendum, quod
ſe informauerit extraiudicialiter, vt dicit hic Franc. de Aret.
& Butriga. & Ioan. de Imo. Et ex his infertur, quod quando
92 arbitrator † examinat teſtes non requiritur citatio partium,
nec teſtium, quia non eſt neceſſarius ordo, & hoc tenet hic
Innocen. & Hoſtien. & Ioan. And. & etiam Bald. Et vt ſcias
Innocent. aduerte, quia format quæſtionem in arbitratore,
qui proceſſit partim ſeruato ordine iuris, & partim non, vt
quia fecit dari libelum, & litis conteſta. tamen poſtea recepit
teſtes, & eos publicauit partibus non vocatis, & ſententiam ſi
ne ſcriptis dedit, ſcilicet viua voce, & nudo verbo pronunciā
do, & Hoſtien. dicit, quod valet ſententia, & de hoc ſuperius
dixi ecce, quod Innocen. & Hoſtien. ſentiunt, quod arbitrator
non teneatur citare partes in examinatione, nec in publica-
tione teſtium, & Bald. in l. fina. C. de contrahenda emptione.
multum no. verba Innocen. dum dicit, quod arbitrator poteſt
ferre ſententiam ſine ſcriptis, dicit enim, quod non ſunt ver-
ba Innocen. quia vult, quod poſſit arbitrator arbitrari nudo
verbo. Septima differentia eſt, quia non poteſt eſſe arbiter
in propria cauſa, vt in l. penult. ff. de arbit. Sed bene arbitra-
tor, vt hic, & ſupra eodem veniens. & ibi per Innocen. Octi
94 ua differentia eſt, quia†mulier non poteſt eſſe arbitrix, niſi ſit
conſtituta in dignitate, vt in capitulo dilecti. ſupra de arbit. &
in. l. fi. C. eodem titu. Sed arbitratrix poteſt eſſe etiam ſi non ſit
95 conſtituta in dignitate, vt hic. Nona differentia, quod † iu-
dex non poteſt regulariter pronunciare ſuper futuris, vt in l.
non quemadmodum. ff. de iudi. & idem dicendum eſt in arbi-
ro, vt in l. ſi de meis. §. recepiſſe. & in l. prima. ff. de arbi. Arbi-
trator autem poteſt pronunciare ſuper futuris, vt hic. Et iſte
tres vltimę differentiæ colliguntur ex tex. vt dixi in notabilib.
Decima differentia eſt, quia nec arbiter, nec partes debent
96 iurare quando fit†compromiſſum in arbitrum, vt in authen.
decernimus. C. de arbi. & ibi gloſ. & Barto. tenent, quod etiam
partes non debent iurare, ſecus in arbitramento, quia poteſt
fieri cum iuramento, vt hic, & in capitulo veniens. ſupra eo-
dem. dicit tamen Butrig. hic, quod nec arbitrator compellitur
iurare, niſi conſentiant, quod fiat compromiſſum in eum cū
iuramento, quia non reperitur iure cautum, quod arbitrator
teneatur iurare. Nec obſtat l. hac. edictali. §. is illud. C. de ſeruis
nup. quia loquitur in electo a iudice, vel a partibus de manda
to iudicis ad æſtimandum pretium alicuius rei, tunc dēt. n. iu-
rare, quia habet deponere in formam teſtis. Concluſio er-
97 go ſit, quod arbiter†non debet iurare, nec valet compromiſ-
ſum de iure ciuili ſi arbiter iurat, & ſimiliter non valet com-
promiſſum ſi partes iurant, vt in d. authen. decernimus. Ar-
bitrator vero poteſt iurare ſi vult, & ſi in compromiſſo appo
nitur clauſula, quod arbitrator teneatur iurare tenebitur iura
re, ſi acceptat compromiſſum, & ſimiliter partes tenentur iu-
rare, ſi compromiſſum factum fuit cum clauſula, quod partes
debeant iurare, & hoc modo intellige Barto. in dicta authen.
decernimus, dum dicit, quod arbitrator poteſt aſſumi cum iu
ramento, & allegat iſtum tex. Nunquid autem de iure cano
98 nico teneat†iuramentum arbitri, ſeu partium compromittē-
tium in arbitrum. Bartol. in dicta authen. decernimus. ſenſit,
quod non, quia tales peccant mortaliter faciendo contra præ
ceptum illius auth. ſed Bald. ibi tenet, quod de iure canonico,
iurans poteſt compelli ex officio iudicis ad obſeruantiam iu-
ramenti, & hoc tenet glo. in capitulo ſecundo. ſupra de arbit.
vbi dixi, & Butriga. & dominus Abbas hic, dicit tamen Ioan.
de Imo. hic in iiii. charta. in quinta differentia inter arbitrum
& arbitratorem, quod poteſt dici, quod de iure ciuili non co-
getur arbiter pronunciare, ex quo compromiſſum eſt nullū,
quod intelligas, quando non fuit appoſita pœna, quia ſecus
ſi fuiſſet appoſita, quia ratione pœnæ valeret compromiſ-
ſum, tanquam compromiſſum cum pœna ſine iuramento,
vt dicit gloſ. & Barto. in dicta authen. decernimus. & idem eſt
dicendum, quando compromiſſum fuit factum per ſtipula-
tionem, & cum iuramento, quia debet valere, tanquam com
promiſſum firmatum ſtipulatione, ſiue iuramento, vt in leg.
diem proferre. §. fi. ff. de arbit. & quod ibi no. Barto. De iure
autem canonico valet compromiſſum cum iuramento, etiā
ſi pœna non ſit appoſita, vnde dicit Ioan. de Imo. quod in ter
99 ris eccleſiæ debet ſeruari†ius canonicum, vt in capitulo ſecun
do. cum ibi no. de arbit. in ſexto. vbi autem arbiter pronuncia
ret, dicit, quod debet ſeruari arbitrium, etiā de iure ciuili pro-
pter vim iuramenti, quia ius canonicum, vult ſeruari in foro
ciuili etiam ſi ius ciuile dicat oppoſitum, vt in capitulo licet
mulieres. eodem titu. in ſexto. Tu autem aduerte, quia ratio-
ne iuramenti poterit arbiter, & pars compelli per iudicem ec
cleſiaſticum, quia ex quo eſt appoſitum iuramentum iudex
eccleſiaſticus poteſt adiri, vt in capitulo cum C. laicus. de foro
competen. in ſexto. & not. in capitu. cum ſit generale. de foro
100 competen. Amplius puto, quod iudex†laicus tenearur com
pellere arbitrum ad pronunciandum, & partem ad non con-
trauenienđum, ex quo enim iuramentum poteſt ſeruari abſq;
interitu ſalutis æternæ, tenetur etiam iudex laicus in foro ſuo
facere obſeruari tale iuramentum, quia alias arbiter inueni-
rent periurium. ſed vbi agitur de peccato ius canonicum eſt
ſeruandum etiam in foro ciuili, vt dicit Bart. in l. penultima.
C. de ſacroſan. eccle. & glo. in regula poſſeſſor male fidei. in vi.
cum ergo authen decernimus non poſſit ſeruari abſque pec-
cato non eſt ſeruanda, etiam in foro ſeculari, & ſic ſi arbiter

iurat etiam in foro ſeculari compelli debet ſeruare iuramen-
tum, & per conſequens pronunciare, & hoc probatur in di-
cto cap. licet mulieres. vbi dicitur, quod quando iuramentum
poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis ęternæ, iudex laicus tenetur
illud facere ſeruari in ſuo foro, vt obuitetur periculis anima-
rum, de quo etiam dixi in dicto ca. ſecundo. de arbitr. Et ex
hoc infertur, quod de iure canonico tam arbiter, quam arbi-
trator poteſt aſſumi cum iuramento, & licet de iure ciuili ſit
differentia, quo ad hoc inter arbitrum, & arbitratorem tñ in
101 foro ciuili eſt obſeruandum ius canonicũ. †Vndecima dif
ferentia eſt, quia arbiter† poteſt vt ſuſpectus recuſari ante ſen-
tentiam ex cauſa ſuperueniente arbitrator autem non, hoc
tenet Gul. de Cuneo. in l. epiſcopale. C. de epiſcopa. audien. &
Franciſcus de Aret. in dicta l. ſi quis arbitratu. ff. de verborum
obligationibus. & Butriga. hic in xliiii. differentia inter arbiter
& arbitratorem, & ratio eſt, quia non receditur a perſona ar-
bitratoris antequam arbitretur. Item quia non eſt tantum
præiudicium, ſi arbitrator non poteſt recuſari, vt ſuſpectus
102 quantum eſt in arbitro, quia ſtandum† eſt ſententiæ arbitri, ſi
ue ęqua, ſiue iniqua ſit. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitr. Sẽ-
tentia vero arbitratoris poteſt reduci ad arbitrium boni viri,
ſed Ioan. de Imo. hic in xv. columna. in ſeptima differentia in
ter arbitrũ, & arbitratorem. & dominus Abbas hic in fi. quin
tæ columnæ. in quinta differentia, dicunt, quod quemadmo-
dum arbiter poteſt recuſari ex cauſa ſuperueniente propter
compromiſſum, argumen. in capitulo inſinuante. de officio
delega. vel etiam ex cauſa prius orta, nunc nouiter detecta, vt
dicit gloſ. no. tertia quęſtione ſexta. exceptio, ita etiam arbitra
tor. nam §. cum quidam. loquitur indiſtincte in arbitro. Sed
largo modo appellatione arbitri venit arbitrator, vt in dicto
§. arbitrator. & nos nõ ſumus in materia odioſa, vt debeat fie-
ri reſtrictio, ſed ĩ fauorabili, quia recuſatio admittitur ex qua
dam ęquitate, vt in capitulo inter. de exceptio. Nec obſtant ra
tiones ſupra allegatæ, & primo dum dicunt, quod non rece-
ditur a perſona arbitratoris antequam arbitretur. reſponde-
103 tur, quod etiam a perſona† arbitri non receditur, vt alius aſ-
ſumatur, immo vno defficiente ex toto expirat compromiſ-
ſum, vt in capitulo vno delegatorum. de officio delega. & ni-
hilominus propter ſuſpicionem poteſt recuſari, vt dicto §.
cum quidam. ergo idem in arbitratore, quin Imo in multis
caſibus poteſt recedi a perſona arbitratoris, & alius aſſumi. iu
xta no. per Barto. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verborum obliga.
quod non eſt in arbitro. non obſtat ſecunda ratio, ſcilicet, ꝙ
laudum arbitratoris poteſt deduci ad arbitrium boni viri. nã
& a iudice poteſt appellari, & tamen poteſt recuſari, vt ſuſpe-
ctus, quia periculoſum eſt coram ſuſpecto iudice litigare, iij.
q. v. quia ſuſpecti. & de appel. cum ſpeciali. poteſt enim ſaltem
de facto aggrauari. & vexari in appellando, & in petendo re-
ductionem ad arbitrium boni viri. vnde huic grauamini facti
voluerunt iura obuiare. ſimiliter in notoriis iudex poteſt re-
cuſari vt ſuſpectus ſi pœna imponenda relinquatur arbitrio
iudicis, quia arbitrando poſſet grauare partem, vt dicit Archi.
in d. c. quia ſuſpecti. & Ho. & Io. An. in c. cum ſpeciali. de app.
de quo D. Ab. ſe remittit in c. cum veniſſent. de iudi. & tamen
ſi inique arbitretur, poſſet grauatus appellare, vt in l. ſi qua pę
na. ff. de ver. ſig. not. gl. in c. ſuper his. in ver. arbitrium. de accu.
ergo idem dicẽdum eſt in arbitratore, licet enim procedat iu-
ris ordine non ſeruato, tamen arbitrando poſſet nomen ex-
cedere, & periculoſum eſt, ꝙ quis ſe exponat in d. arbitratoris
ſibi ſuſpecti, ſeu inimici, & iſta opinio Io. de Imo. & D. Abb. vi
detur mihi verior, quam opinio Guid. & Fran. de Are. & But.
104 Duodecima differentia eſt, quia† monachus non poteſt eſ-
ſe arbiter, vt dicit gl. in l. Pedius. ff. de arbi. ſed arbitrator poteſt
eſſe, & hoc tenuit Odoff. ſed Cy. in d. l. ſi quis ex conſenſu. C. de
epi. aud. & Spe. in ti. de arbi. §. ſi. ver. ſed quæro quid de ſimplici
105 religioſo. tenent ꝙ etiam arbitrator non poteſt eſſe, †quia re-
ligioſi non debent eſſe diſceptatores negotiorum forenſium.
l. conſulta. C. de teſt. nec exire clauſtrum, vt in c. monachi. & in
c. placuit. xvj. q. j. But. autem hic concludit, ꝙ poteſt eſſe arbi-
ter de voluntate abbatis, interueniente vtilitate monaſterij,
quia tunc etiam poteſt eſſe procurator, vel aduocatus, vt no.
in c. ij. de poſtu. & per Inno. in c. cum I. & A. de re iud. pro hoc
allego glo. quæ hoc dicit in c. de præſentium. xvj. q. j. Sed an
poterit eſſe arbitrator, But. hic dicit, ꝙ aut vult procedere ſine
anfractu iudiciorum, & alias modicum detrahitur abbatibus
religioſis, & poteſt eſſe arbitrator. Aut vult procedere iudicia
liter, vel diſtrahitur ab actibus religionis, & tunc non eſt ſibi
licitum recipere arbitramentum. dicit tamen, ꝙ ſi aſſumeret
teneret eius laudum. ſaluo niſi eſſet de ordine fratrum mino-
106 rum, quia tales non poſſunt eſſe executores † teſtamẽtorum,
vt in cle. exiui de paradiſo. de verb. ſign. & tamen actus execu-
tionis teſtamenti in ſe eſt pius, vnde eodem modo non pote-
runt eſſe arbitratores, licet ſine compromiſſo poſſint labora-
re pro pace, & concordia, ſicut pro aliis operibus pietatis, &
ſic reſidet Butriga. ſed Pau. in clementina ſecunda, de reſcri-
ptis. dicit, quod requiritur licentia abbatis, ad hoc vt poſſit eſ-
ſe arbitrator. & idem dicit Ioan. de Ligna. ſed Oldradus, & Ia-
cobus de Are. ſecuti fuerunt opinio. Butriga. ſcilicet, quod nõ
requiratur licentia abbatis, ad hoc vt monachus poſſit eſſe ar
bitrator, vt refert Ioan. Andr. in additio. ad Speculato. in loco
pręallega. Specula. tamen videtur velle, quod ad hoc, vt poſſit
eſſe arbiter requiratur licentia ſuperioris, & vtilitas monaſte-
rij, ſed ad hoc vt poſſit eſſe arbitrator ſufficit ſola licentia ſu-
perioris, etiam ſi aliter non ſuadeat vtilitas monaſterij, quia
107 †reducere partes ad concordiam eſt pius actus. l. fina. ff. de fe-
riis. & in capitulo iniuſtum. xi. quæſtione tertia. & hanc opin.
ſequitur Ioannes de Imola. in fine quartæ chartæ, in ix. diffe-
rentia inter arbitrum, & arbitratorem. & dominus Abbas
in princip. ſeptimę columnæ. in ſexta differentia, & allegat ca
pitulũ ſecundũ, de teſtamen. in vj. vbi patet, quod religioſus
non poteſt eſſe executor teſtamenti ſine licentia ſuperioris,
& tamen executio teſtamenti eſt actus pius, facit quod not.
gloſ. in clementina religioſus, de procurato. quę dicit, quod re
ligioſus non poteſt conſtitui procurator ad ſubſtituendum
alium procuratorem ſine licentia ſui ſuperioris, quia non cẽ-
ſetur hinc velle, vel nolle. & dominus Abbas allegat illa ver-
ba, ff. de verborum ſignificationibus. vbi dicitur, quod illa ver
ba arbitratu Lucij Titij ſignificant ius, nec cadũt in ſeruum,
ergo nec in monachũ qui detinetur in ſtrictiori vinculo, vt di
cit gloſ. in capitulo multos. liiii. diſtinctione. & hanc partem
ſcilicet, quod religioſus non poteſt eſſe arbitrator ſine licen-
tia ſuperioris ſecutus fuit Bald. in dicta l. ſi qui ex conſenſu. C.
de epiſcopa. audien. Concludo ergo, quod monachus, vel
alius religioſus non poteſt eſſe arbiter, niſi duo concurrant,
ſcilicet vtilitas monaſterii, & licentia ſuperioris. Arbitrator
autem poteſt eſſe interueniẽte licentia ſui ſuperioris, etiam ſi
vtilitas monaſterij non ſuadeat, fallit in fratribus minoribus,
qui non poſſunt eſſe arbitratores, etiam cum licentia ſuperio
ris, argumen. cle. exiui. de ver. ſig. licet poſſint ſine compromiſ
ſo laborare pro pace, & concordia, ſicut pro aliis operibus
a pietatis.[a] Nunquid autem abbas† poſſit eſſe arbiter, vel arbi-
108 trator in cauſa monaſterii, Ioan. Andr. in additio. Specula. in
loco præallega. dicit, quod poteſt eſſe arbitrator, ſed non arbi
ter, quia videtur eſſe arbiter in propria cauſa, contra l. penulti
mã. ff. de arbi. ſed Ioan. de Imo. in pręalleg. nona differentia, di
cit, quod Ioan. Andr. eſt intelligendus, niſi eſſet caſus in quo
poſſet eſſe iudex in cauſa monaſteri, quia tunc eadem ratione
poſſet eſſe arbiter, allegat nota. in capitulo cum tempore. de
arbit. & quod no. Ioan. And. in capitulo cum olim. in verbo,
Lucanus. de pręſcrip. & dicit, quod abbas poteſt eſſe arbiter,
vel arbitrator ſine licentia ſuperioris, vt dicit glo. in dicto capi
tulo de pręſentium. xvi. quęſtione j. Decimatertia differentia
109 eſt, quia† ordinarius inter ſubditos ſuos, inter quos habet iu-
riſdictionem non poteſt eſſe arbiter. l. ſed ſi in ſeruum. §. ſecũ
do. ff. de arbitr. Sed poteſt eſſe arbitrator, vt in Authen. vt diſ-
ferentes iudices. §. ſi vero contigerit. & iſta differentia commu
niter tenetur per Legiſtas. ſed de iure canonico poteſt com-
promitti in ordinariũ, & in delegatũ, vt ſit arbiter, vt in capi
tulo literas. de pręſumptionibus. & in capitulo cum tempore.
de arbi. vbi dixi no. glo. ſecunda quæſtione ſexta. §. quod de ar-
bitris. Aduerte tamen, quod licet ſecundum leges non poſſit
compromitti, in iudicem tamen partes poſſunt ſe obligare
ad ſtandum ſententię ſuæ, & talis obligatio habet vim renun
ciationis appellationis, l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de
pactis. l. fina. §. illud. ff. de tempo. appel. Decimaquarta diffe-
110 rentia eſt, quia dictum arbitratoris non† emologatur tacitur
b nitate decem dierum,[b] ſed dictũ arbitri, ſic l. penultima. C. de
arbit. dicit tamen Innocen. hic, quod poſſunt partes expreſſe
emologare ſententiam arbitratoris, & valebit tanquam pa-
ctum, vel tranſactio, non autem habebit executionem pa-
ratam, ſicut ſententia arbitri, quia ſententia arbitri. habet exe
cutionem paratam, ſicut ſententia iudicis. Quam autem
111 actionẽ pariat† dictum arbitratoris, in hoc inſtat Innocen. &
Docto. & concludunt, quod aut arbitrator eſt aſſumptus ſu-
per contractu, & tunc oritur actio ex eo contractu, verbi gra
tia electus fuit arbitrator ad declarandum pretium rei vendi-
tæ. ſi enim declarat prætium poteſt venditor agere ad pretiũ
declaratum

ADDITIONES.

a Idem tenet Archi. in dicto c. de prætium, hic ſupra allegato, & Hoſtien. in ſum ma. de arb. §. ij. in fine.

b ¶Exacto tempore emologetur laudum. An poſsit reclamare, qui ſemel laudauit ſeu approbauit laudum, domi. Abb. conſilio ii. idem infra ea. charta iiii. colũ in prin. ver. aduerte.

declaratum per arbitratorem actione ex vendito,vt in §.pre-
tium.inſti.de emp.& vend.& hoc in l.fi.C.de contrahen.emp.
& idem dictum eſt de aliis contractibus.ſed Inn.dicit hoc eſſe
verum, quando arbitrator fuit aſſumptus in continenti poſt
contractum,ſecus ſi ex interuallo,quia tunc ex dicto talis arbi
tratoris nō daretur actio,ſed tantum exceptio,ſicut nec ex pa
cto nudo appoſito poſt contractum ex interuallo.l. iure gen-
tium.§.quinimo.& l.ſeq.ff.de pac.& in l.lecta.ff.ſi cer.pe. Aut
& ſecūdo aſſumitur per ſtipulationem, & tunc poterit agi ex
ſtipulatu,ſed ſi interuenit nudum pactam,tunc dicit, ꝙ datur
ſola exceptio,niſi iuramentum interuenit, quia tunc laudū
mandabitur executioni officio iudicis ſi eſt æquum, & ſi non
eſt æquum poſtquam erit ad æquitatem reductum. Refert tñ
alios qui dicunt, ꝙ etiam ſi compromiſſum ſit factum nudo
pacto dictum arbitratoris eſt ſeruandum per officium iudicis
ſi eſt æquum,vel reductum ad ęquitatem.& iſtud tenuit Hoſ.
quia de iure canonico poteſt agi etiam ex nudo pacto, ca.j.de
pact.& iſtud tenēt hic Doc.ꝙ ex nudo pacto immediate pōt
agi de iure canonico,de quo dixi in c.j.de pac.& Bar. in extra-
uaganti ad reprimendam.in ver.denunciationem. & per Do-
cto.in c.nouit.de iud.& iſta dicta Inn.ſequitur Bar.in d.§.arbi-
112 tratorum eo excepto,quia dicit,ꝙ ex iuramento†non oritur
actio,niſi ſit litis deciſorium.vt in l.iuſiurandum,quod ex con
uentione.ff.e.Sed iuramentum quod apponitur in cōpromiſ-
ſo non eſt litis deciſorium, ſed venit ad confirmationem cō-
promiſſi,vel contractus. vnde ex eo nō oritur actio,& Bu.hic
dicit,ꝙ opi.Bar.eſt vera de iure ciuili,de iure autem canonico
eſt vera opi.Inno.nam iura canonica indiſtincte mandant iu-
ramenta ſeruari, etiam ſi contractus præcedēs eſſet nullus,vt
in d.c.debitores.ſ.e.& in c.& ſi Chriſtus.j. e.de quo plene per
D.Ab.in c.cum veniſſent.de inſti.& in cap.j.de pac.& ibi dixi.
Non obſtat c.per tuas.de arbi.vbi laudum fuit iuratum,& ta
men ex hoc non fuit emologatum,nam D.Abba.reſpondet,
quod illud c. procedit in ſententia arbitri cui non paretur p̄-
ciſe,quia a iure illi fuit traditus ītellectus alternatiuus,ſ. vt vel
ſtetur ſententię arbitri,vel ſoluatur pœna,vel intereſſe,ſi pœ-
na non fuit appoſita, & hoc ideo, quia cum ſit prouiſum de
remedio contra iniquam ſententiam arbitri iura voluerunt il
illius poteſtatem refrenare,vt ibi no.Inn.ſed in ſententia arbi
tratoris non cauetur,ꝙ illi detur intellectus alternatiuus, ſ. vt
vel ſtetur ſententiæ,vel ſoluatur pœna intereſſe, quia ei peri-
culum eſt de remedio reductionis ad arbitriū boni viri. ideo
pręciſe poteſt agi ad ipſius obſeruantiam, ſi non eſt petita re-
ductio ad arbitrium boni viri,vel ſi eſt petita poſtquam ad ęq
tatem eſt reductum,vt hic,& ſ.e.veniens.a contrario ſenſu,&
hoc dicit D.Ab.eſſe not. Habes ergo ex prædictis, ꝙ aut ar-
bitrator aſſumitur ſuper contractu,& tunc oritur actio ſuper
ipſo contractu,quia arbitramentum complet contractū, aut
interuenit ſtipulatio per quam promiſſum fuit ſtare dicto ar-
bitratoris, & tunc ex eo poteſt agi ad intereſſe ſi non paretur
ſententiæ.l.diem proferre.§.fi.ff.de arb.aut interuenit nudum
pactum, & tunc de iure ciuili ſola exceptio orietur, de iure
autem canonico poteſt agi officio iudicis, aut iuramentum
interuenit, & tunc de iure ciuili non poteſt agi,quia ex iura-
mento non oritur actio,de iure ciuili, niſi ſit iuramentum li-
tis deciſorium. De iure autem canonico oritur actio ex iura-
mento,& per conſequens poterit agi in foro ſeculari pro con
ſeruatione laudi,quia etiam iudex ſecularis debet facere iura
mentum ſeruari in foro ſuo,vt in c.licet mulieres.eo.tit. in vi.
& dixi ſ.in decima differentia. Aduerte tamen,quia etiam
quando interuenit iuramētum,vel alias poſſet agi pro obſer-
uatione laudi adhuc eſt differentia inter ſententiam arbitri,
& dictum arbitratoris,quia ſententia arbitri emologatur per
taciturnitatem decem dierum, & habet executionem para-
a tam,ſicut ſententia iudicis, vt in l.pe. C.de arbi.[a] Vtrum au
tem hoc procedat, quando pœna eſt appoſita, vel ſtipulatio
de ſtando ſententię arbitri,plene declaraui in ca.per tuas.ſ.de
arb.Vnde non tango,licet Io.de Imo.& Butr.hoc examinent
113 hic.ſententia vero arbitratoris etiam ſi ſit expreſſe approbata
per partes non habet executionem paratam,quia arbitramē
114 tum eſt contractus.Contractus vero non † habet executionē
paratam,vt in l.nimis propere.C.de execu.rei iudic.& in l.mi
nor xxv.annis.ff. de minorib. Agendo ergo erit ex ſtipula-
tione appoſita in compromiſſo, vel ex contractu pręambu-
lo impletum per arbitramentum,non autem debebit in con-
tinenti exequi,hoc voluit Innocen.& clarius Bar.in d.§.rbitro
rum.in iii.col.quęro vtrum ex ſententia arbitratoris. dicit ta-
men hic Hoſtien.quod videtur innuere contrarium. Sed Bu.
& dominus Abb.intelligunt Hoſt.quod ex arbitramento po-
teſt agi non autem habeat executionem paratam, quia n
dicit Hoſtien.quod arbitramentum habeat vim actus iudicia
rii. Vnde Butriga. & dominus Abb. hic in octaua columna.
in nona differentia.ſequuntur opinionem Bart. ſcilicet quod
arbitramentum non habeat executionem paratam, ſiue ſit
emologatum per taciturnitatem decem dierum ſiue etiam
partes expreſſe approbauerint ſententiam arbitratoris, & idē
ſequitur hic Ioan. de Imo. in quinta charta. in vndecima dif-
ferentia. Conclude ergo pro decimaquarta differentia, ꝙ
dictum arbitratoris non emologatur, ſed bene ſententia arbi
tri,iuxta no.in l.parentes.C.de arbitris.& in c.per tuas.ſ. de ar
bit.Et ex ſolutione quam dedit D. Abb. ad dictum c.per tuas,
ſupra de arbit.poteſt poni decimaquinta differentia,quia ſol-
uens pœnam,vel intereſſe non tenetur ſtare ſententiæ arbitri
ſed non liberatur a ſententia arbitratoris volendo ſoluere pę
nam,vel intereſſe, ſed tenetur preciſe ſtare ſententiæ arbitra-
toris,ſi eſt æqua, vel ad æquitatem redacta. Et ex prædictis
115 poteſt inferri,†an ſi pars tacet per decem dies poſſit poſtea pe
ti reductio ad arbitrium boni viri?& Inno. hic tenet quod ſic.
quia nunquam ſecundum eum emologatur laudum arbitra
toris taciturnitate decem dierum.ſed Spe. in titu.de arbit.§.ſe-
quitur.ver.& infra quod tempus.tenet,quod infra dies decem
debeat peti hæc reductio,quia videtur eſſe quædam ſpecies ap
pellationis.l.non diſtinguemus.§.cum quidam.ff.de arb.refert
tamen poſtea alios qui dicunt tempus eſſe arbitrarium, ex
quo iure non eſt determinatum, refert etiam alios qui dixe-
runt,ꝙ erit tempus triginta annorum,quia tanto tempore du
rat actio & officium iudicis,vt in l.ſicut.C.de præſcr.xxx.an.&
iſtam vltimam opi.tenet Butr.latius tamen in hoc diſtinguit.
& primo dicit,quod oportet,quod ſaltem infra annum depo
nat extra iudicium,ita ꝙ appareat cum non conſentiret, vel
non audiret.allegat l.qui ſit grauatus. C.de cen. vel per æqua.
lib.xi.vnde ſi infra annum depoſuit querelam, etiam extra iu
dicium,ita ꝙ appareat eum non conſenſiſſe,poteſt infra xxx.
annos petere reductionem ad arbitrium boni viri, ſi petitur
iure actionis,vel per officium iudicis, quod proponitur loco
actionis,quia tāto tempore durat actio, qua petitur reductio
vt in d.l.ſicut.ſed ſi interponit officium iudicis loco exceptio-
nis,tunc in perpetuum poteſt peti reductio,ſicut exceptio per
petuo durat.l.pure.§.fi.ff.de doli excep.& in l.licet.C.de excep.
ſed ſi reductio petitur ex officio iudis principaliter intentato,
& non loco actionis, vt in contractibus ſtricti iuris,tunc de-
bet peti infra annum vtilem ſecundum iura antiqua,hodie in
fra quadriēnium,quia regula iuris non eſt, vt omne officium
iudicis,quod datur ad reſcindendum id quod de iure commu
ni valet,finitur anno vtili,vt in l.in honorariis.§.ſed cū reſciſ-
ſa.ff.de actio.& obli.ſed Fran.de Are. & Butr.reprobant opin.
Barto. in duobus.Primo inquantum dicit,ꝙ officio iudicis,ꝙ
principaliter poteſt intentari durat tantum p̱ annū,ſecūdum
iura antiqua,vel quadriennio ſecundum iura hodierna, quia
immo debet durare vſque an xxx.annos,vt in d.l.ſicut. nō ob
ſtat.§.ſed cum reſciſſa,quia loquitur de remedio prætorio, qđ
durat p̱ annū regulariter.Reductio autem ad arbitrium boni
viri,etiam in contractibus ſtricti iuris datur ex æquitate iuris
ciuilis,& iuris conſultorum.facit quod not.in ſimili.in l.filius
patre.ff.de iniuſto teſta.Reprehendunt etiam Barto.dum dicit
quod niſi declaret infra annum in iudicio,vel extra iudicium
ſe non continere,non poteſt amplius petere reductionem ad
arbitrium boni viri.nam l.qui ſe grauatos, in qua ſe fundat,
Barto. loquitur in grauamine iniuſtę adæquationis circa pu-
blicas functiones, & vbi venitur contractum factum ab ha-
bente auctoritatem de publico,vnde ibi fauor publicę vtilita
tis eſt cauſa, vt poſt annum non audiatur. allegās grauam...
iniuſte ad æquationis, ne illi officiales diu ſtent in ſuſp...ſo,
ideo cum ille caſus exorbitet a iure communi non d...et ex-
tendi l.ius ſinguli.ff.de le.& in rubrica, quæ a iure.li...o vi.Cō
cludunt ergo Franciſ.de Are.& Butrig.quod dura... hæc facul-
tas ſecundum naturam remediorum, quæ co...petunt ad eā
petendam,vt ſi competat officium iudicis exp...ctantur trigin-
116 ta†anni,vt in dicta l.ſicut.C.de præſcrip.tri...ta annorum. Si
vero per viam exceptionis ...c perpetu... l.pure. infra de doli
except. Sed ſi petatur a...one ex eo contractu,tunc durabit
tanto tempore quant... durat actio & iſtud.etiam ſequitur Io-
an.de Imo.in ſeptim... charta,in tertia colum.verſicu.circa ter
tium.Bald.vero ... l.fina.C.de contrahen.emptio. & in l.ſecū-
da.C.de reſci...enda vendi.ſimpliciter dicit, quod poteſt peti
reductio a... arbitrium boni viri,vſque ad triginta annos,quia
aliud te...pus non eſt determinatum a iure,ſiue ſit actio,ſiue
ſit of...ium iudicis,allegat prędi.l.ſicut. ſed D.Abb.in x.col.in
v...aria.ſequit opi.Spe.qđ nō poſſit peti reductio poſt x. dies
...nouetur, quia ſententia arbitri emologatur per taciturnita-
tem x.dierum l.pe.C.de arbi. quæ licet loquitur in arbitro,idē
tñ dicendū eſt in arbitratore,ꝙ arbitrator largo modo poteſt
dici

ADDITIO.

a ¶De hoc per Ale.Imo. conſi lxxxiii.v.volumine.idem ſupra eadem charta ii. col.in fi.

117 dicit† arbiter, vt in d. §. arbitrorum. nam ſecundum eum ea-
dem eſt ratio,& fortior in arbitratore, quia nõ ſemper com-
pelli pars ſtare ſententiæ arbitri.ſed bene compellitur,præciſe
ſtare ſententiæ arbitratoris,niſi reductio petatur, & de hoc ſu
pradixi. Item quia ex non appellatione ius præſumit cõdem
natum conſentire,& pacto, ſuo confirmare ſententiam,vt in
c.quod ad conſultationem. de re iudic. ergo idem dicendum
in condemnato per arbitratorem,fortius enim ex taciturnita
te debet præſumi conſenſus in eo,quã in condemnato per iu
dicem,quia iudicium a principio, & ex poſt facto eſt neceſſa-
rium.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verborum obligat. &
de iudi.intelleximus.Sed arbitramentum eſt voluntarium,vn
de pars minus poteſt conqueri de arbitratore,quem ſua volũ
tate elegit,vt dicit tex.in capitulo cauſam.de re iudic. Item ſi
aliqs nominatur ad aliquod officium publicum debet procla
mare infra decem dies,poſtea non auditur.l. qui ad ciuilia. C.
de appellationib. Non obſtant ſecundum eum motiua præ
dictorum,quia procedunt, quando quis directe vellet proce-
dere contra actionem, vel contra officium iudicis,vel contra
exceptionẽ. Sed in caſu noſtro de neceſſitate nõ cauſatur prę
ſcriptio,ſed præſumitur cõſenſus approbatoriuſi, cutin ſimi
118 li contra dominum non præſcribitur libertas,†niſi ſpacio vi-
ginti annorum,de quo in l.ſecunda.C.de præſcrip.lon.tempõ
ris quæ pro liberta. & tamen ſi ſeruus alicuius eo præſente,&
non contradicente præſumitur conſentire, adeo, quod ſtatim
perdit dominium, vt in c.ſi ſeruus ſcienti. liiii. diſtinctione.&
dicit,quod hoc dicit Fede.licet non multum firmet pedes con
ſilio cclxxv.& licet iſta vera D.Abb.videantur colorata,tamẽ
meo iudicio decipitur,quia quando petitur reductio ad arbi-
trium boni viri agitur actione ex cõtractu ſuper quo interue-
nit arbitrator,hoc probatur in l.vnde ſi Nerue.ff. pro ſoc. vbi
dicitur, quod iniquum arbitramẽtũ eſt corrigendum per iu-
dicem per iudicium bonæ fiei,hoc eſt per actionem pro ſocio
quæ eſt actio bonæ fidei.loquitur enim illa l. quando ſuper di
uiſione ſocietatis interuenit arbitramentum, vnde Innocẽ.
& Doct.hic dicunt,quod quando arbitrator eſt aſſumptus ſu-
per contractu agitur actione ex eo contractu, cum ergo corri
gatur laudum arbitratoris per actionem ex eo contractu,vel
iudicis officium , quod proponitur loco actionis debet poſſe
peti iſta reductio infra tantum tempus,infra quod durat actio
vel officium iudicis,vt in l.ſecunda.cum ibi no.C.de reſcindẽ.
venditione.Si enim vẽditor vẽdidit minus dimidia iuſti pre-
tij poteſt agere ad corrigendum contractũ vſque ad triginta
annos,vt no. in capitulo cum dilecti. & c.cum cauſa.de emp.
& vendi.vnde cum arbitramentum ſit cõtractus, & agitur ad
eum corrigendum actione ex contractu debet poſſe peti
talis correctio infra triginta annos, vel infra tantum tempus,
quantum durat actio,vel officium iudicis per quod petitͬ cor-
rectio ipſius laudi.Item arbitramentum eſt contractus, & a-
ctus extraiudicialis,ſed actus extraiudiciales poſſunt reuoca-
ri in perpetuum,niſi aliter interueniat conſenſus,vel approba
tio,de hoc eſt caſus in capi.concertationi.de appell.in vj. dixi
poſt Innocen.in cap.fi.de præſump.notauit.etiam Inoc. in ca.
119 primo.de his,quæ fiunt a maio.par.cap.vbi dicit,quod†actus
extraiudiciales non tranſeunt in rem iudi.non obſtat l. pe.C.
de arb.quia loquitur in ſententia arbitri,quæ eſt actus iudicia
lis,vnde non eſt mirandum,ſi emologatur per taciturnitatem
decem dierum. Sententia autem arbitratoris non eſt iudicia-
l, ſed extraiudicialis,merito non emologatur per taciturnita
a tem decem dierum , [a] vt dicto capitulo concertationi.de ap-
b pellationibus.in vi.[b] Alia vero allegata per dominum Ab.
loquuntur in caſibus ſpecialibus,nec meo iudicio faciunt ad
propoſitum. Aue Maria gratia plena.Ego tamen in hac mate
ria ſic dicerem,quod aut arbitrator eligitur ex voluntate,nec
eius ſententia habet executionem ex forma ſtatuti,& tunc ꝓ
cedit opi.Fran.de Are.& Butr.& Io.de Imo. quam etiam ſenſit
Bal.in l.fi.C.de contra.hẽ.emp. Aut talis arbitrator eſt electus
ex neceſſitate.puta,quia dicit ſtatutum,ꝙ cõſanguinei teneã-
tur compromittere de omnibus ſuis quæſtionibus,& tunc qa
tales non ſunt arbitratores,ſed potius iudices delegati,vt dicit
Bar.& Bal.in l.fi.C.de iudi.dẽt appellari j.decem dies, idem ſi
ſtatutum diceret, ꝙ ſententia arbitratoris mandatur executio-
ni,vel ꝙ pariat actionem,tunc enim a tali ſententia debet ap
pellari,vt dicit Bar.& Bal.in l.ii.C.vbi & apud quẽ.vnde hoc
caſu debet appellari j. decem dies. Decimaſexta differentia
120 eſt,quia†compromiſſum factum in arbitrum ſoluitur morte
alterius compromittentium, vt in c.fi.s̃.de arbi.& in l. diem.
j.ff.eo.ti.& ſic non tranſit ad hæredes,niſi ſpecialiter ſit expreſ
ſum in compromiſſo,ſecus in arbitramento,quia illud eſt pa
ctum,ſeu tranſactio quæ tranſeunt in hæredes, & hoc tenet
Hoſt.& Io.An.& communiter Doct.in d.c.fi.s̃.de arb.& Spec.
in ti.de arb.§.finitur.ver.ſed nunquid arbitrator.plus dixit Frã
ciſcus de Are.in d.c.ſi quis arbitrator.ff.de verb.ob.ꝙ etiam ſi
ſit aſſumptus arbitrator ſuper contractu in eundo tranſit ad
hæredes,vt inſti.de ver.ob.§. ex conditionali, niſi ſit talis obli
gatio,quæ cohereat perſonę,vt in l.centeſimis. ff. de verborũ
121 obli.& ſubdit,quod non videt,quare contractus †debeat diſ-
ſolui cum ſit perfectus ex parte vtriuſque cõtrahentium. l.po
tior.ff.qui po.in pig.hab.Bar.vero in dicta l.ſi quis arbitrator.
diſtinguit, quod aut arbitrator fuit aſſumptus ſuper contra-
ctu imperfecto,puta ſi dicatur vẽdo tibi rẽ talem ſi Titius ar-
bitratus fuerit,& tunc tale arbitramentum non tranſit ad hæ
redes,vt dicta l.diem proferre. Aut arbitrator fuit aſſum-
ptus ſuper contractu perfecto, vt ſuper aliquo acceſſorio,
exemplum in §.pretium.Inſti.de empti.& vendi. & tunc ſicut
contractus tranſit ad hęredem,ſic etiam illud arbitrium,vt in
l.fundi venditor.ff.de acqui.poſ.& in c.ſi ſuper gratia.de offic.
dele.lib.vj.& ita tranſit hic Bu.ſed D.Ab.in xii.colum.in ix.dif
ferentia,dicit,quod ſibi plus placet indiſtincte opi. præcedens
per d.§.ex conditionali.Inſti.de verbo.obli. & quia omnis cõ-
122 tractus†eſt tranſmiſſibilis in hęredem.l.veteris.C.de contrah.
& commit.ſtipula.& in to.ti.C.vt actiones ab hære. & contra
hęred.& iſta opi.etiam mihi placet,quia arbitratore proferen
te laudum contractus perficitur,& obligatio purificatur.vnde
idem eſt dicendum, ſicut quando conditio obligationis eſt
purificata poſt mortem promiſſoris. Quid autem ſi bo-
na altius ex compromittentibus ſunt confiſcata, vel alter eo-
123 rum eſt poſitus in banno, an†compromiſſum finiatur,dic vt
per Bar.in d.l.ſi quis arbitratu. Vigeſimaſeptima differentia
124 eſt,quia confeſſio†facta coram arbitro pręiudicat in iudicio,
ſed non facta coram arbitratore.Io.autem de Im.dicit, quod
Bar.in l.ii.ad fi.ff.de confeſ.dicit, ꝙ tunc confeſſio facta corã
arbitro valet in iudicio,quia arbitrium fuit emologatum,al's
non.Sed Io.de Imo.hic in v.char.in iii.colu. in xiii.differentia.
dicit,quod etiam ſi laudum non ſit emologatum confeſſio fa
cta coram arbitro valet, vt iudicialis. & de hoc videtur tex.in
cum antea.in fi.C.de arb.de quo dixi in c.præſentata.s̃.de teſt.
Sed D.Ab. ſe remittit ad c.fi.de confeſ.tamen Bart. non dicit,
vt eum refert Io.de Imo.ſed referam Bar.prout dicit in ſequẽ.
dña.Item aduerte inquantum ſupradixi, ꝙ confeſſio facta co
ram arbitratore non pręiudicat in iudicio,intellige niſi ſecũ-
dum formam ſtatutorum,ſententia arbitratoris mittatur exe
cutioni,ſicut ſententia iudicum , tunc enim cõfeſſio facta co
ram arbitratore valet tanquam iudicialis,vt dicit Bar.in d.l.ii.
in fi.ff.de conſe.quod tene menti. Item aduerte,quia confeſ
ſio facta coram arbitratore,etiam quando non pręiudicat in
iudicio, valet tanquam confeſſio extraiudicialis,& hoc tenuit
Bar.in d.l.ii.in fi.ff.de confeſ.& Cyn. in l.j.in v.quæſtione.C.de
confeſ.ibi tamen idem dicit in confeſſione facta coram arbi-
tro.ſ.ꝙ valet tanquam extraiudicialis. Sed tu dic,ꝙ valet tan
quam iudicialis,vt ſupra dixi. Dicas ergo, quod confeſſio fa-
cta coram arbitratorem, valet tanquam extraiudicialis, & ſi
de ea poteſt fieri fides in iudicio præiudicabit, tanquam con-
feſſio extraiudicialis,de qua dic, vt in c.ſi cautio.s̃.de fi.inſtru.
vbi plene dixi de confeſſione extraiudiciali. An autem ſit
differentia in teſtibus examinatis coram arbitratore ab illis
qui ſunt examinati coram arbitro, dixi in c.preſentata.s̃. de te
ſti. Decimaoctaua differentia eſt, quia confeſſio facta corã
125 arbitratore ſecuto†laudo non poteſt reuocari,quia negociũ
cenſetur quaſi finitum per tranſactionem. Secus in confeſ
126 ſione facta coram arbitro,quia†negocium non poteſt dici fi-
nitum,niſi laudum ſit emologatum,vt d.l.pe.C.de arb.& hoc
videtur ſequi Io.An.in addi. Spe.in ti.de confeſ. §. primo.ver.
quid de confeſſione.& ita pertranſeunt hic Butr.& Do.Abb.
Sed Io.de Imo.hic in j.char.in iii.col.in xiiii.differentia, di-
cit,quod ſi laudum arbitratoris petatur reduci ad arbitrium
boni viri non poteſt reuocari confeſsio,ſicut in cauſa appella
tionis,iuxta l.error. C. de iuris & facti ignor.quia tunc non
cenſetur negocium ad huc finitum, ex præcedet reductio ad
arbitrium boni viri.Barto.autem in dicta l.ſecunda,in fine.ff.
confeſ.dicit, quod error adhibitus coram arbitratore videtur
adhibitus extraiudicium, niſi arbitramenta mandarẽtur exe-
cutioni,ſicut ſententię diffinitiuę,quia tunc idem eſſet dicen-
dum,ſicut de confeſsione adhibita in iudicio.In confeſsione
aũt facta corã arbitro,dicit,ꝙ ſi cõpromiſſum eſt factum ſine
pœna,vel cũ pœna rato manente pacto idẽ eſt,quod in cõfeſ
ſione facta in iudicio,& ſic intelligit.l.cũ antea.C.de arbit.al's
dicit

A D D I T I O.

a ¶Decem dierum.Vide Pe.de Ferra.in forma libelli,quando agitur ad pœnam ex compromiſſo, in verbo , nec non reductio.nec reductio poteſt fieri poſt longum tempus.Ioan.Cal.conſilio v.xvi.fol.Item non tenetur arbitrator ponere rationes ſuas in ſcriptis,Ioan.Cald.ibidem.Bald.conſilio cclxv.incipit, in Chriſti nomine,amen ex facto.primo volu Item infra quod tempus peti poſsit reductio.Car.in c.j.ii.col.ver.ſicut quæro.de ap.

a ¶Adde hic.conſ. Oldr.clvi.

dicit,quod confeſſio facta coram arbitro poteſt reuocari, ſed
incidit in pęnam,& ſic vult Barto,quod vbi ſententia arbitri
poteſt emologari per taciturnitatem decem dierum , ꝙ tunc
confeſſio facta coram arbitro cenſeatur iudicialis , & quod
non poſſit reuocari,niſi ſicut confeſſio facta in iudicio , vbi
autem ſententia arbitri non poteſt emologari per taciturnita
tem decem dierum,quod tunc confeſſio poſſit reuocari.ſed re
uocans in pœnam incidit.ſed mihi placet opi.Ioann.de Imo.
de qua dixi in præcedenti differentia.ſ.quod indiſtincte valeat
vt confeſſio iudicialis,& hoc probatur.in d.l.cum antea,C.de
arbit. In confeſſione autem facta coram arbitratore mihi
127 placet opin. Bart. ſcilicet quod cenſeatur eſſe confeſſio†extra
iudicialis,niſi ſtatutum diſponat, quod ſententiæ arbitratorũ
mittantur executioni,ſicut ſententię iudicum,tamen ſiue cẽ-
ſeatur confeſſio iudicialis , ſiue extraiudicialis poterit reuo-
cari probato errore in cauſa appellationis,quando ſtatutum
diſponit, quod ſententiæ arbitrorum mittantur executioni,
128 ſicut ſententiæ iudicum,quo caſu †appellandum eſt de ſentẽ-
tia arbitratoris,vt dixit Bart.& Bal.in l.ſecunda.C.vbi & apud
quem.alias,quia cõfeſſio cenſetur eſſe extraiudicialis poterit
reuocari,ſi petitur reductio ad arbitrium boni viri, ſicut põt
reuocari in cauſa appellationis confeſſio iudicialis,vt no.glo.
in d.l.error.C.de iuris & facti ign.& hoc modo declara iſtam
129 differentiam. Decimanona differentia,†quia litis conteſta.
facta coram arbitro interrumpit præſcriptionem , vt in l.pen.
C. de arbitr. ſecus ſi eſt facta coram arbitratore,quia per eam
non interrumpitur præſcriptio , quia coram arbitratore non
eſt iudicium,nec quaſi,& per conſequens non poteſt dici litis
conteſtatio,& hoc tenet Ioan.Andr.in Specu.de litis conteſt.
§.effectus.in prin.& ſequitur hic Butriga.& Ioann.de Imo. in
decimaquinta differentia & D.Abb.in decimaſecunda diffe-
rentia,& hoc mihi placet , niſi tales arbitratores eligantur ex
neceſſitate ſecundum formam ſtatuti , puta ſi dicit ſtatutum,
quod conſanguinei teneantur compromittere de quæſtioni-
bus ſuis,vel ſtatutum dicit,quod ſententiæ arbitrorum mittã-
tur executioni,ſicut ſententiæ iudicum,tunc enim litis conte-
ſta.facta coram arbitratore interrumpit pręſcriptionem,quia
non eſt merus arbitrator,ſed habet inſtar iudicis delegati , vt
dicit Bar.& Bal.in l.fi. C.de iudi.& in l.ii..C.vbi & apud quem.
& ſenſit etiam Barto.in l.ii.in fi.ff.de confeſ. vbi dicit,quod cõ
feſſio facta coram tali arbitrarore cenſetur eſſe iudicialis,non
extraiudicialis,quod no. Vigeſima differentia eſt, quia arbi
ter non poteſt procedere diebus feriatis in honorem Dei,licet
ſi procedat diebus feriatis ob neceſſitatem hominum valeat
130 proceſſus,vt in l.ſi feriatis.ff.de arbi. Arbitrator†autem po
teſt procedere,& ferre laudum,etiam diebus feriatis in hono
rem Dei,vt ibi dicit Barto.& in l.ſi de meis.§. ex compromiſ-
ſo.eodem titu.vbi dicit,quod arbitrator poteſt ferre ſententiã
die Dominica,quia eſt quædam tranſactio. Spe.vero in tit. de
arbi.§.ſequitur.in vlt.colum.ver. ſed nunquid amicabilis Cõ-
poſitor,& ſequen dicit,quod arbitrator talibus diebus poteſt
procedere,ſed non poteſt compelli , etiam ſi partes paciſcan-
tur,quia tale pactum non præiudicat arbitratori,& ita pertrã
ſit hic Butrig.& Ioan.de Imo.in xvi.differentia.ſed D. Abb.in
131 xiii. differentia dicit, quod aut quæritur,nunquid geſta †corã
arbitratore die feriato valeant,& dicendum eſt quod ſic,quia
coram eo non eſt iudicandum,& ſic ceſſat diſpoſitio.c.fin.de
feriis.facit,quod no.glo.in clemen.prima.de offi.deleg.& in c.
decet.in verbo,proceſſus.de immu.eccle. lib.vi. Aut quæri-
tur,nunquid arbitrator debeat,vel poſſit ſine peccato proce-
dere omnibus talibus diebus, & tunc , quod aut ſperatur pax
vel aliquis actus pius,& poteſt procedere talibus diebus,vt in
c.primo.de fer,pro hoc facit,quod no.S.Thom. q. 89.ar.x.vbi
dicit,quod licitum eſt iurare in ſolẽnibus diebus pro ſpiritua-
libus negociis,quia in talibus diebus vacandum eſt ſpirituali-
bus.Aut ſolum operatur aliquid implementum alicuius con-
tractus,vel diffinitio litis,& tunc arbitrator talibus diebus nõ
debet procedere,quia in ipſis homines non debent impende-
re curam negociationibus,vt in d.c.primo.de feriis. facit opti-
me c.qualitas.de pęni.diſtin.v.& credo.D.Abb.bene dicere,ni
ſi ſubſit magna neceſſitas procedendi,vel ſententiandi in tali-
bus diebus,ad hoc facit quod no.S.Thom.vbi ſupra,vbi dicit,
quod iuramentum poteſt deferri licite diebus ſolennibus pro
rebus temporalibus,quãdo ſubeſt magna neceſſitas, vnde ea-
dem ratione poterit arbitrator procedere, vel ſententiare tali
bus diebus ſubſiſtente neceſſitate, & tunc non peccabit talib.
diebus procedendo, immo potius peccaret ſi nõ procederet,
quia ſubueniendum eſt neceſſitati proximi.maxime cum ne-
132 ceſſitas† non ſubiaceat legi,vt in ca.licet.de feriis.cum ſimili-
133 bus, Vigeſimaprima differentia eſt, quia † arbiter aſtringi-
tur terminare cauſam infra terminum, alias perit inſtantia,vt
in l.properandum.C.de iudi.& de hoc habetur in l.ſi de meis.
§.fina.cum l.ſequen.& in l.item ſi vnus.§.primo.ff. de arbi.de
quo per Ioan.And.in Spe.de arbitro.§.differt. ver.infra termi-
num.Sed aduerte quia aut tu quęris, an inſtantia cœpta corã
arbitro pereat lapſu termini , & dicendum eſt, quod ſic,quia
134 †arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.l.j.ff.de arb.& hoc
tenet hic D.Abb.in quarta differentia.& Ioan. de Imo.in viii.
charta.in iiii. colum. Aut tu quæris quanto tempore duret
135 †compromiſſum,& dicit,quod durat in perpetuum,vt in au-
then.ſi tamen.C.de temp.app.vbi tex. dicit, quod etiam ſi de-
cies millies plus quam biennij temporis effluxerit non finitur
compromiſſum,facit clemen.quandiu.de ap.Simile in iuriſdi
ctione delegata,quę ſi non reuocatur ſemper durat. l.falſo.C.
de diuerſis reſcrip.no.glo.in c.ſi autem.& in c.plerumq;.ſ.de
reſcriptis.& hoc ſequitur hic D.Abb.in penult.charta. in pri-
ma colum.idem ſequitur hic Ioan.de Im.in viii.charta,in iiii.
columna,licet Sali.in præal.l.prima.C.de arbi.dixerit,quod ſo
lum durat vſque ad quinquennium,ſed non eſt verum, vt ꝓ-
batur in dicta authen.ſi tamẽ. Dic ergo, quod arbiter quo ad
lites in quibus lis non fuit conteſtata coram eo habet perpe-
tuo poteſtatem arbitrandi. In his vero in quibus lis fuit con-
teſtata perit inſtantia lapſu triennii, ſicut coram iudice. tamẽ
non perit poteſtas arbitrandi,quia iterum poterit inchoari ꝓ
ceſſus de nouo coram ipſo arbitro,ſicut poteſt iterato agi co-
ram iudice,quando periit inſtantia.l.properandum.§.& ſi qui
136 dem.C.de iudiciis. Et ex his infero,quod vbi ſtat†ſtatutum,
quod pereat inſtantia lapſu anni,vel ſex menſium,peribit eo-
dem modo inſtantia coram arbitratore,licet non pereat con
promiſſum,& hoc procedit,de iure ciuili. De iure autem ca-
nonico non periit inſtantia coram arbitro, quia etiam nõ pe
riit coram iudice,vt in capitulo penultimo. ſupra de iud. Ad
uerte tamen,quia licet compromiſſum duret perpetuo,tamẽ
iudex ad inſtantiam vnius partis , vel ambarum partium po-
teſt præfigere terminum arbitro , infra quem expediat cau-
ſam , & ferat ſententiam , & eo elapſo finictur compromiſ-
ſum,vt in l.ſi præſes.C.de appella. & in l.diffamari. C.de inge-
nuis & manu.& hoc tenet Bald.in l.fina.§.ſi quis. C.commu-
nia deleg.idem dicit ſi partes ſpreuiſſent arbitrum,& iuiſſent
ad iudicem, vt in l. ſi quis rem.ff.de arbi.Bald.tamen ibi dicit,
quod finitur compromiſſum lapſo triennio poſt litis conteſt.
coram arbitro,quia vtraque pars videtur eum ſpreuiſſe. Sed
hoc eſt falſum,vt ſupra dixi, & contrarium ſentit hic Bal. per
prędictam authen.ſi tamen.C.de tempo.appel.& hoc teneas.
Sed dubitatur,quid de arbitratore , ſcilicet quanto tempore
137 duret poteſtas†arbitrandi , & Bart.in dicta l.ſi quis arbitratu
ff.de verborum oblig.dixit,quod iſta poteſtas finitur eo nolẽ-
te arbitrari,vt in l.ſi merces.ff.loca. & in §.pretium Inſtitu. de
empt.& vendi. Quando autem dicatur nolle arbitrari,Bar.
ibi diſtinguit , quod aut arbitramentum fuit collatum in ali-
quem ex contrahentibus.Aut in tertium.In primo caſu dicit,
quod ſi compromiſſum fuit factum circa ea,quæ ſunt de ſub-
ſtantialibus contractus velle debet arbitrari infra lx. dies l.
quod ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de ædil.edi. Sed ſi circa aliqua ex-
trinſeca,tunc tenetur arbitrari quam primũ poterit.l.hæc vẽ
ditio.ff.de contrahen.emptio. In ſecundo vero caſu, ſ.quan-
do compromiſſum fuit factum in tertium. dicit Barto. quod
tunc ſi infra annum non arbitratur,videtur nolle arbitrari,vt
in l.fi.§.ſed ſi quis.C.communia delega. & dicit,quod ibi non
eſt ſpeciale in hoc fauore vltimę voluntatis,quia ſolum in eo
eſt ſpeciale,quod receditur a perſona, Bal. autem in c.primo.
§.ſi inter pares de lege Conradi in vſi.feudo.dicit , quod ſalua
pace iura ſuperius allegata non probant intentionem.Barto.
nec obſtat l.quod ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de ędili.edcti. quia ibi
non fuit factum compromiſſum tãquam in bonum virum,
ſed fuit commiſſa reſolutio contractus voluntati emptoris,
quia fuit vendita res cum hoc pacto , quod ſi res ſimpliciter
redihbeatur,habet enim a iure lx.dies ad rem reſtituẽdam,&
pretium reperendum,vnde illa voluntas, ſeu diſplicentia non
poteſt reduci ad arbitrium boni viri, vnde ibi non fuit arbitra
tor ſimiliter.l.fi.C.com.de le.non probat intentionem Barto.
quia ibi eſt ſpeciale,vt ꝑfigatur annus,quia electio debet tranſ
ferri ĩ aduerſarium, vnde debuiſſet ſtatui terminus a iudice ſi
lex non ſtatuiſſet,vt in l.ſi curatoris.C.de iu.delibe.& dicit hic
Io.de Im.quod Ang.in l.ſi quis cum aliter.ff.de ver.ob.& Bal.
138 in d.l.fi.§.ſed ſi quis.C.commu.dele.tenent,quod†arbitramẽ-
tum poſſit durare multis annis,per auth.ſi tamen.C.de temp.
ap.idem tenet Bal.hic,nam cõcludit, quod in perpetuum poſ
ſit arbitrari per d.authenti. ſi tamen.dicit tamen,ꝙ ſi res eſſet
tempore peritura,vel magnum damnũ allatura videtur taci-
ta ineſſe tempus ad a rbitrandum ſecundum arbitrium bo-
ni viri,argumen.in l.continuus.§.item quia inſulam.ff. de ver
bo.obli.D.etiam Ab.hic in penul.charta.in j.colu.dicit,quod
arbitrator perpetuo poteſt arbitrari per d.auth. ſi tamen.quæ
licet loquatur in arbitro tamen idem eſt in arbitratore,qa eſt
eadẽ rõ in eo,& qa appellatione arbitri ↄprehẽdiſ arbitrator,

vt in d.§.arbitrorum.& pro hoc allegat ca.expoſita.ſ. de arbi.
vbi arbiter appellat, cuius arbitrium reducitur ad arbitrium
149 boni viri, dicit tamen, ꝙ ſi† arbitrator dixit ſe nolle acceptare
compromiſſum ſtatim expirat compromiſſum, vt in l.ſi mer-
ces.ff.loc.ſed poſt acceptationem partes poſſunt facere illum
compelli per iudicem, vel communi conſenſu ab illo recede
140 re, vt in l.litigatores.ff.de arb. Tu autem dic, ꝙ etiam †iudex
poteſt aſſignare terminum infra quem ferat ſententiam, vt di
xit. Bal .in d.l.fi.§.ſed ſi quis.C.communia de l.& ſupra dixi Io
an.autem de Imo.hic in viii.charta.in iiii.colu.dicit, ꝙ aut eſt
factum compromiſſum in terminum, & tūc durat perpetuo,
vt ſupra dictum eſt. Aut eſt factum compromiſſum in alterū
contrahentium, & tunc dicit, ꝙ ſi eſt factum compromiſſum
circa ea, quæ ſunt de ſubſtantialibus contractus debet arbitra
ri infra lx.dies, vt in d.l.ꝙ ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de ædi.edi.quæ
hoc non probat, quia ibi non fuit factum compromiſſum in
arbitratorem.ſed fuit commiſſum eius voluntati, nec potuiſ
ſet reduci ad arbitrium boni viri, vt ſupra dixi.Sed ſi fuit com
promiſſum in contrahentem circa aliquid extrinſecum, tunc
debet arbitrari, quæ primum poteſt, vt in l.hæc venditio.ff.de
contrahen.emp.vbi dicitur, ꝙ ſi vendo tibi ſeruum pro decē
ſi rationes mihi rediderit arbitrio meo, & rationes voluit mi
hi reddere, ſed non accepi habeť conditio pro impleta, & per
inde purificatur conditio, ac ſi rationes reddidiſſet, & per hoc
ego dicerem, ꝙ aut compromiſſum fit in tertiam perſonam,
& tunc duret perpetuo, vt ſupra dixi, & etiam tenet Ang. in l.
ſi quis cum aliter.ff.de verborum ſignifi. Aut fit compromiſ
ſum in contrahentem, & tunc debet arbitrari quę primum
poteſt, vt in d.l.hæc venditio. Ex his patet, ꝙ non eſt differen-
tia inter arbitrum, & arbitratorem, quantum ad poteſtatem
141 arbitrādi, quia tam compromiſſum† arbitri, quę arbitratoris
durat perpetuo.Sed quo ad peremptionem inſtantiæ eſt diffe-
rentia, quia coram arbitro periit inſtantia ſaltem de iure ciui
li. Coram arbitratore vero non poteſt perimi inſtantia, quia
coram eo non eſt iudicium, & per conſequens etiam coram
eo, non poſſet eſſe inſtantia. Vigeſimaſecunda differentia eſt,
142 ſecundum aliquos, quia ſi arbiter† pronunciauit ſuper toto,
ſiue bene, ſiue male functus eſt officio ſuo, vnde amplius non
poteſt mutare ſententiam, l.dicere.§.fi.cum l.ſequen.ff.de arb.
In arbitratore autem ſecus, vt hic.Sed But.& Ioan.de Imo.
in xviii.differentia, & D.Ab.in xv.differentia dicunt, ꝙ nō eſt
differentia, quo ad hoc inter arbitrum, & arbitratorem, & de
hoc dixi in vltimo no.in primo.art.quem examinaui poſt gl.
vbi plene dixi. Vigeſimatertia differentia eſt, quia arbiter
143 †non cogitur laudare, licet ſuſceperit compromiſſum, niſi in
teruenerit pœna, vel datio pignoris, l.iii.§.primo.ff.de arbi. Se
cus in arbitratore, quia indiſtincte cogitur ferre laudum ſuū,
ſi ſuſcipit compromiſſum, ſed glo.fi.in l.fi.C. de contrahenda
emp.dicit idem eſſe in arbitratore, quod in arbitro, & idem vi
detur dicere Spec.in titu.de arbitro.§.ſequitur. ver.ſed verum
quid arbitrator.Cyn.autem in d.l. fi.in quinta quæſtione.C.de
contrahenda em.dicat, ꝙ iō neſcit, quid dicat, quia ſiue com
promiſſum ſit factum cum pœna, ſiue ſine pœna non eſt in
hoc differentia inter arbittum, & arbitratorem, quia aut non
conſenſit compromiſſo, & non compellitur illud recipere.
Aut conſenſit, & illud recipit, & tunc cogitur nunciare. Sed
glo.præal.noluit facere differentiam inter arbitrum, & arbi-
tratorem, ſed dicit, quod ſicut arbiter non compellitur pronū
ciare, niſi pœna ſit appoſita, vel niſi data ſint pignora, ita etiā
non compellitur arbitrator. Sed diſtingue in hoc articulo, ꝙ
aut non acceptauit, nec arbiter, nec arbitrator compellitur il-
lud acceptare, & hoc procedit in contractibus. In vltimis au
tem voluntatibus dic, vt per Barto.in l.prima.ff.de leg.ii. Aut
acceptauit compromiſſum, & loquuntur in arbitro, & tunc
ſi compromiſſum factum fuit per ſtipulationem, vt quia per
ſtipulationem, fuit promiſſum ſtare ſententiæ arbitri cogitur
arbiter pronunciare, quia contra non petentem poteſt agi ex
ſtipulatu.l.diem proferre.§.fi.& ibi hoc no.Bar.ff.de arbi. Sed
ſi compromiſſum fuit factum nudo compromiſſo, tunc arbi
ter non cogitur pronunciare, de hoc eſt tex.in l.non diſtingue
mus.§.primo. ff. de arbitrjs.& no.Barto. in l.diem proferre.
144 Ex quo no.quod non eſt† neceſſaria promiſſio pœnæ, quādo
compromiſſum factum fuit per ſtipulationem. Intellige er-
go glo.in pręalleg.l.fi.C.de contrahenda emptio.quod etiam
ſi arbiter acceptauit compromiſſum factum nudo pacto ar-
biter non debet compelli, niſi interuenerat ſtipulatio pœnæ,
vel datio pignorum, & hoc de iure ciuili. De iure autem ca
145 nonico ſecundum, quod pactum† nudum parit actionem, vt
in capitulo primo.de pactis.poterit arbiter cogi poſtquam ſu
ſceperit compromiſſum, quia pronunciatio non erit fruſtra-
toria, ex quo de iure canonico poteſt agi ex nudo pacto pro
obſeruatione compromiſſi, ſicut ſi ſtipulatio fuiſſet appoſita,
& hoc eſt de mente Ioan.de Imo.hic in xix.differentia, & do.
Abb.hic in xvi.differentia.In arbitratore autem dic, quod aut
auſſumitur ſuper lite, & idem dicendum eſt, vt dixi ſupra in
arbitro. Aut aſſumitur ſuper contractu, & tūc indiſtincte co-
gitur pronunciare, & de iure ciuili, quia poteſt agi actione ex
eo contractu ad executionem ſententiæ, niſi petatur reductio
ad arbitrium boni viri, hoc tamen intelligas, quando in con-
tinenti ſuper contractu fuit factum compromiſſum in arbi-
tratorem, ſecus ſi ex interuallo, quia tunc eſſet diſtinguendū
per omnia, vt diſtinxi in arbitro, & quia ſupradixi, quod arbi-
ter, vel arbitrator non compellitur procedere, nec pronuncia
re, niſi conſenſerit, & acceptauerit compromiſſum. Quæro
146 quid ſi compromiſſum eſt† factum ipſo præſente, & tacite, vel
ſi eſt factum compromiſſum in abſentem, an ſi ſciuit, & non
contradixit videatur acceptaſſe compromiſſum, Specul. dicit
quod ſic in dicto verſi. ſed nunquid arbitrator. ſed Io. Andr.
in additio.ibi tenet contrarium.in additio.quę incipit, hoc di
ctum per l.filiusfam.§.inuitus.ff.de procurato.& per clement.
primā, de procuratoribus.in quibus patet, quod non ſufficiat
ſimpliciter ſcire, niſi alius actus interueniat, & hanc opin. Io-
an.And.ſequitur etiam Ioan.de Imo.in xix.differentia. Adde
tamen gloſſ.in capitulo ſicut. xi. quęſtione prima, quæ dicit,
quod peccat, qui non recipit arbitrium, & qui non componit
inter partes. Nunquid autem valeat pactum, vt arbiter, vel
arbitrator non poſſit cogi ſententiam ferre, vide in Specu. de
arbitro. §. ſequitur. verſicu. quod ſi actum eſt inter compro-
mittentes. Vigeſimaquarta differentia, quia arbiter non po
147 teſt† ferre ſententiam in eccleſia, ſicut nec iudex de immu.ec
cle.decet.libro ſexto.ſecus in arbitratore.in l.fina. C. de ferijs.
& iſtam differentiam poſuit Franciſcus. de Are.in l.ſi quis ar-
bitratu.ff.de verborum obligationibus.& Butrig.hic, & Ioan.
de Imo.in vigeſima differentia.dominus autem Abba.in xvii.
differentia, dicit eſſe notandum, dictum Franciſ. & Butriga.
inquantum extendunt.c.decet.præalle. quod loquitur de iudi
ce ad arbitrum, & dominus Abb.dicit, quod hoc ſibi placet,
148 quia arbiter † largo modo dicitur iudex.ſecunda quæſtione
ſexta.a iudicibus.iuncto §.ſequen.facit l.prima.ff.de arbit. vbi
dicit, ꝙ arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorū, & l.ſi de meis.
§.recepiſſe.eodem titu.vbi dicitur, quod arbiter eligitur loco
iudicis, & per conſequens, ſicut proceſſus vel ſententia lata a
iudice in eccleſia non valet, vt dicto capitulo decet.ita non de
bet valere proceſſus arbitri factus in eccleſia, vel ſententia la-
ta in eccleſia, & per hoc facit ſecundum eum, quia illud capi
tu.decet.venit ad peccatum impediendum, vnde non debet
fieri ſtricta, ſed larga interpretatio, vt no.Ioan.And.in capitu-
lo ex tenore.qui fil.ſint legitimi.& in capitulo ſecundo.de di-
uor.facit, quod no.glo.no, in capitulo ſciant cuncti. & in capi
tulo fina.de electionibus.in ſexto.quæ dicunt, quod conſtitu-
tio pœnalis concernens fauorem eccleſiarum non eſt reſtrin
genda tanquam odioſa, ſed potius cenſetur eſſe conſtitutio fa
uorabilis, & dicit dominus Abbas, quod in arbitratore credit
proceſſum valerre, & etiam ſententia, quia arbitramentum
149 eſt contractus. Cōtractus autem† in eccleſia initus valet, vt
dicit glo.in dicto capitulo decet.in verbo, proceſſus.not. Bart.
in l.nemo.C.de ſacroſanct.eccle. An autem arbitrator pec-
cet procedendo, vel ferendo laudum in eccleſia, dic vt ſupra
dixi in vigeſima differentia, vbi dixi, an arbitrator peccet pro
cedendo diebus feriatis in honorem Dei, vnde eodem modo
eſt diſtinguendum, quando vult procedere, vel pronunciare
in eccleſia, & ita dicit domi. Abb.hic in decimaſeptima diffe-
150 rentia, vnde ſtat communis concluſio, quod† proceſſus, vel
ſententia arbitri lata in eccleſia non valet, ſed bene proceſſus
& laudum arbitratoris, & in hoc concordant Franciſcus de
Are.Butriga.Ioan.de Imo.& dominus Abb. An autem pro
cedendo, vel pronunciando peccet, dic prout diſtinguitur in
contractu facto in eccleſia, de qua per Barto.in dicta l.nemo.
C.de ſacroſan.eccl.& tangit gl.in dicto capitulo decet. in ver
bo proceſſus.& de dona.ſuper ea.& in effectu dic, vt dixi quā-
do procedit, vel fertur laudum, die feriato in honorem
151 Dei. Vigeſimaquinta differentia eſt, quia† arbiter non po-
teſt extendere manum ad ea, quæ ſunt extra compromiſſum
l.non diſtinguemus.§.de officio. & in l.ſi cum dies.§.plenum.
ff.de arbi.& in c.cum dilectis.ſ.de arbi. Arbitrator vero ſic, vt
in c.niſi eſſent.ſ.de præben.& tenet Specu.in tit.de arbi.§.exci
pitur.prope fi.ver.ſed pone, ꝙ litigantes. licet poſteat dicat, ꝙ
alii contradicunt.ſed But.dicit, ꝙ hoc eſt intelligendum, quan
do arbitrator extendit manum ad connexa, puta ſi de re eſt
compromiſſum poteſt vni ad iudicare rem, & condemnare
ipſum ad pecuniā certā dandā aduerſario in recōpenſationē.
l.ſi ſtipulatus eſt ſocius.ff. de fideiuſ. itē pōt vni aſſignare rem
principalē, de quo eſt qō, & ſup eius fructib.ꝯſtituere aduerſa
rio penſionē, vt in dicto c.niſi eſſent. ſecus ſi vellet extēdere
manum ſuper non comprehenſis in compromiſſo, vt i l.cum
Aquiliana.& ibi per Bart.ff.de tranſact.vbi dicit, quod ſi eſt fa

ctum

ctum compromiſſum de lite agitata ſuper fundo in arbitrato
rem cui data eſt plene poteſtas arbitrandi, non poterit cogere
alteram partem, vt recipiat fundum, de quo eſt quæſtio, & ꝙ
det aduerſario aliam rem, de qua nõ erat contentio, licet poſ-
ſit circa rem de qua eſt quæſtio ſe intromittere aſſignando rẽ
vni, & pecuniam alteri ex litigantibus, vt in §. officium. Inſtit.
de officio iudicis. & in l. ſi cum fundo. §. ſi fundus. ff. de iure do
tium. & ratio eſt ſecundum Barto. quia per pecuniam omnis
res ęſtimatur, & ſic pecunia non videtur eſſe alia res. l. ſi ita. ff.
de fideiuſſoribus. Et ex hoc infert Barto. quod ſi fieret com
promiſſum in arbitratorem de omnibus litibus, & queſtioni-
bus non poterit propter hoc iubere, quod fiat remiſſio, ſeu
quietatio generalis quæ porrigatur ad incogitata, de quibus
non erat lis, niſi hoc ſpecialiter ſit expreſſum, etiam ſi dicatur
quod compromiſſum ſit plenum, & pleniſſimum, & dicit do
minus Abba. quod idem poterit facere arbiter quod arbitra-
tor, quia etiam iudex hoc poteſt facere, vt inſtitu. de offi. iudi-
cis. §. ſi familiæ. & §. ſequen. & in l. ad officium. C. communi di
uidundo. & per hoc dicit, quod quantum ad hoc nulla eſt dif-
152 ferentia inter arbitrum, & arbitratorem, quia† nullus eorum
poteſt extendere manus ad ea, quæ ſunt prorſus extranea, &
incogitata, & dicit, quod non obſtant, no. per Docto. in capit.
niſi eſſent. de præben. & in ca. conſtitutus. de religioſis domib.
quia illa non ſunt prorſus aliena a principaliter petito, vt in
pecunia fuerit facta condemnatio, & dicit, quod hoc ſentit
Butriga. licet non ita clare. Sed tu dic, quod Butrig. ſentit con
trarium, quia videtur velle, quod arbiter non poſſit condem-
nare ad ęſtimationem rei, quia non poteſt extendere manum
ad ea, quæ sũt extra compromiſſum, vt ſupra dixi, nec obſtat
inſtituta de offi. iudic. §. ſi familię. & §. ſequen. & l. ad officium.
C. communi diuidundo. quia illud conuenit actioni propoſi-
tę, quando enim res non poteſt commode diuidi iudex adi-
tus ſuper communi diuidũdo debet aſſignare vni totam rem,
& condemnare eum ad ſoluendam partem ſocii in pecunia,
hoc etiam poſſet facere arbiter, & idem eſt, quando eſt in obli
153 gatione rẽ tradi, & reus eſt in mora. † Poteſt. n. iudex condem-
nare reum ad ęſtimationem rei, ſeu ad intereſſe. l. ſi rem tradi.
& l. ſi ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligatio.
& in l. prima. cum ibi no. per Barto. ff. de actio. emp. vnde eo-
dem modo poterit arbiter condemnare ad æſtimationem,
ſeu ad intereſſe. l. prima. & l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. vn-
de iſta eſt differentia inter arbitrum, & arbitratorem, quia ar-
bitrator cauſa pacis, & concordiæ poteſt extendere manum.
ad ea, quæ non ſunt omnino extranea, vt dicto ca. niſi eſſent
de præben. & in capitulo conſtitutus. de religioſis domibus.
Arbiter autem non, quia ipſe habet iudicare ſecundum ius,
non autem poteſt a iure deuiare cauſa pacis faciendæ, vnde
arbiter non poteſt condemnare ad æſtimationem rei, de qua
eſt lis, & de qua eſt factum compromiſſum, niſi vbi iudex poſ
ſet, & iſta eſt differentia inter arbitrum, & arbitratorem, quã
facit hic But. & ſequitur Ioan. de Imo. in vigeſimaprima dña,
& hoc eſt verius. Vigeſimaſexta differentia eſt, quia excom
154 municatus† non poteſt eſſe arbiter ſicut, nec iudex, de re iud.
ad probandum, & hoc tenet Spe. in ti. de arbit. §. differt. & Ar-
chi. ii. q. vi. a iudicibus. in arbitratorẽ vero ſunt opiniones, nam
quidam tenuerũt, quod excommunicatus poſſit eſſe arbiter,
idem tenet Barto. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verborum obli. &
aſſignat rationem, quare excommunicatus poſſit eſſe arbitra
tor, nam etiam deportatus cui comparatur excommunicatus
poteſt eſſe arbitrator. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de lega. ſe
cundo. & l. ex facto §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebe. ſed Ioan. An.
in Mercu. in regula dolo facit. lib. vi, tenet, quod excommuni-
catus non poſſit etiam eſſe arbitrator, argumen. in c. in cauſis.
de electio. dicit tamen, quod poteſt eſſe ſimplex mediator, &
proxeneta. ita, quod contractus firmetur ex conuentione par
tium, non autem ex pronunciatione excommunicati, vnde
concludit, quod nec in lite, nec ſuper ꝯctu poteſt notorie ex-
communicatus eſſe arbiter, vel arbitrator, & ſi contrafiat nõ
tenet arbitrium, ſeu arbitramentum, Butrigar. vero ſequitur
opi. Barto. dicens, quod poteſt eſſe arbitrator, quia arbitramẽ
tum cenſetur eſſe quidam contractus, vt ſuperius dictum eſt,
ſed excommunicatus poteſt contrahere, vt not. per Innoc. &
Doct. in c. veritatis. de dolo & contum, licet Hoſtien. ibi teneat
contrarium, cuius opi. communiter reprobatur. Nec obſtat. c.
in cauſis de elect. quia loquitur in compromiſſariis ad eligen-
dum prælatum, & ſic ad actum ſpiritualem, ideo non cadit in
laicum, vnde concludit, quod licet excomunicatus non poſ-
ſit exercere arbitrium durante excommunicatione parti-
bus contradicentibus propter periculum communionis, arg.
c. pia. de except. in vi, tamen compromiſſum in ipſum factum
valet, & tenet acceptatio cõpromiſſi, & etiam ſi ferat laudũ
tenet, ſi partes non contradicunt, & ſe præſentant, ſecus ſi nõ
ſe præſentant. quia habent cauſam abſentandi, & tunc nõ va
leret laudum latum parte abſente, tenendo, ꝙ non poſſit lau-
dare parte abſente, alias requiretur appellatio. i. reclamatio
ſed D. Ab. hic in xix. differentia, ſequitur opi. Io. An. licet dicat
quæſtionem ſatis dubiã, allegat c. poſt ceſſionem. de prob. vbi
dicitur, ꝙ excommunicatus non poteſt eſſe procurator, ſed il
lud c. meo iudicio nihil facit, quia loquitur de ꝓcuratore ad
iudicia, nam ſicut excommunicatus non poteſt eſſe procura-
tor ad iudicia, ita non valet conſtitutio procuratoris excom-
municati ad actum iudicialem, ar. in l. oratio. ff. de ſpon. Com
promiſſum vero, & laudum arbitratoris eſt extraiudiciale, nõ
obſtat l. illa verba. ff. de verbo. ſignific. in qua ſe fundat, vbi di-
cit, quod illa verba, arbitratu Titii non cadunt in ſeruum, ſed
excommunicatus eſt ſeruus peccati, & extra communionem
eccleſiæ. ſed reſpondetur, ꝙ licet excommunicatus ſit ſeruus
peccati, non tamẽ eſt ſeruus, ſed homo liber, alias ſequeretur
ꝙ nullus perſeuerans in crimine poſſet eſſe arbitrator, quia
eſt ſeruus peccati, & tamen poteſt eſſe etiã iudex, & arbiter, vt
no. in c. ſciſcitatus. de reſcri. allegat etiam D. Ab. ꝙ arbitrator
habet arbitrari, tanquam bonus vir, ſed nõ poteſt eſſe bonus
155 vir, ex quo perſeuerat† in excõmunicatione, cum ex hoc red-
datur ſuſpectus de hæreſi, vt in c. fi. de pœnis. Quando autẽ
excommunicatus reddatur ſuſpectus de hereſi non eſt noſtra
materia, ſed c. fi. de pœnis. & c. excommunicamus. de hereti. &
ad hanc rationem reſpondeo, ꝙ non requiritur, ꝙ arbitrator
ſit ſimpliciter bonus vir, alias nullus crimino ſus poſſet eſſe ar
bitrator, ſed partes quę eum eligunt reputant eum bonum vi
rum, quo ad officium arbitrãdi in lite, ſeu in contractu ſuper
quo aſſumitur, & hoc modo arbitrator etiam ſi ſit crimino-
ſus, & excommunicatus eligitur, tanquam bonus vir a parti-
bus, vnde mihi magis placet opi. Bu. & Bar. quam etiam ſequi
tur hic Ioan. de Imo. in vigeſimaſecunda differẽtia, qui dicit,
ꝙ iura allegata per Ioan. An. non probant, quia loquuntur in
arbitro, & non in arbitratore, & licet iſte articulus ſit dubius
tamen ego iudicarem ſecundum opi. Bar. & Bu. & Io. de Imo.
quia non video reſponſionem bonam ad illud dicitur in ca.
veritatis. de do. & contum. vbi concluditur, ꝙ excommunica-
tus poteſt contrahere. Arbitramentum autem eſt contractus,
ergo cadit in laicum, ex quo non reperitur in iure expreſſum
contrarium, Io. tamen de Imo. hic in vlt. col. refert Ang. in ſua
diſputatione, quę incipit, duo litigantes. vbi tenet, ꝙ excom-
municatus poſſit eſſe arbiter, & arbitrator, niſi eſſet excom-
municatus pro cauſa hereſis, & lapſus eſſet contra. vt in auth.
credẽtes. C. de heretic. vel niſi cohæreret poteſtas arbitro, vel
arbitratori, vt quia ex forma ſtatuti laudum haberet executio
nem paratam, quia tunc non poſſet eſse arbiter, vel arbitra-
tor, vt in c. ad probandum. de re iudi. & Io. de Imo. dicit, quod
licet ꝙ ſit communis opi. ꝙ excommunicatus non poſſit eſ-
ſe arbiter, tamen forte eſt verior opi. Ang. quia infamis poteſt
eſſe arbiter. Sed in arbitratore mihi placet opin. Ange. quia in
hoc tenet opi. Bar. Bu. & Ioan. de Im. cum limitatione quam
ponit, & ipſam tene menti. ſ. ꝙ quando ſtatutum diſponit, ꝙ
laudum arbitratoris habet executionem paratam, ꝙ excom-
municatus non poteſt eſſe arbitrator, nam arbitrator tunc ha
bet inſtar iudicis delegati, vt dicit Bar. & Bal. in l. fi. C. de iudic.
& hoc caſu poſſet procedere opi. Ioan. And. quod no. Vige-
156 ſimatertia differentia eſt, quia† laudum arbitratoris poteſt re
duci ad arbitrium boni viri, vt in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ.
ff. pro ſocio. & hoc procedit ſecundum Inno. & Docto. etiam
ſi compromiſſum ſit iuratum, quia iuramentum intelligitur
ſecundum naturam eius, ſuper quo iuratur, vt in l. fi. C. de nõ
nu. pecu. & in l. ſi libertus. ff. de ope. liber. & dixi in c. peruenit
ii. ſ. eo. & idem dicit Inno. & Doct. ſi pœna fuerit appoſita, qa
intelligitur appoſita ſecuudum naturam contractus; & ſic vt
ita demum committatur, ſi arbitrator fuerit æque arbitratus,
vt d. l. ſi libertus. Laudum vero arbitri non reducitur ad ar-
bitrium boni viri, ſi debet ei ſtari, ſiue ſit æquum, ſiue iniquũ,
l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arb. & circa hoc Bu. & Io. de Imo.
diſtingunt tam circa arbitrũ, quam circa arbitratorem. in pri
157 mo caſu. ſ. an ſñia arbitri† poſſit retractari. But. in xxv. dña, &
Ioã. de Imo. in xxiii. dña diſtingunt. Tu aũt diſcurre per ca-
158 ſus. Primus eſt, qñ ſñia arbitri† eſt lata non ſeruato ordine iu-
ris, qa tunc eſt nulla cũ arbiter teneatur ſeruare ordinẽ iuris. l.
j. ff. de arb. idem ſi eſſet lata ꝯ res prius iudicatas, vt in c. expoſi
ta. de ar. no. Hoſ. in ſum. de ar. §. pe. ver. pen. Scdus caſus eſt, qñ
ſñia continet expſſum errorem, qa tunc ẽt eſt nulla ipſo iure
ſicut ſñia iudicis. l. apud Celſum. §. itẽ q̃ritur. & ibi per Bart. ff.
de do. exce. & hoc ſentitur hic Bu. & Io. de Im. Tertius caſus
eſt, qñ eſt lata ꝯ formã cõpromiſſi. vt in c. cũ dilectus. ſ. de ar.
& in l. non diſtinguemus. §. de oſtõ. & in l. ſi cum dies. §. plene.
ff. e. ti. Quartus caſus eſt, qñ arbiter pecunia fuerit corruptus. l.
iii. C. de arb. & in l. venales. cum gl. ſña. C. qñ prouo. non eſt ne
ceſ. & i l. apud Cel. cũ ibi no. & gl. & Bar. ff. de do. exce. dicit tñ
Io. de Im. ꝙ hoc dẽt intelligi, qñ ſñia arbitri poterat emologa

ri,quod quando ſit,dixi in capitulo per tuas.ſupra de arbitris.
ſecus ſi non poterat emologari, quia tunc ſententia de ſe eſt
nulla,quia nullã habet parere actionem,ſed ſolum paretur ei
metu pœnę.l.prima.C.de arbit.vnde dicit,quod non habet lo
cum via nullitatis,ſed exceptio contra petitionem pœnæ, &
hoc modo loquuntur iura præallega.facit quod habetur in l.
ita demum.ff.de arbitris. Quintus caſus eſt, quando arbi-
ter dolo interueniente tulit ſententiam, & corruptela pe
cuniæ non interueniente, ſiue dolus partis, & arbitri inter-
uenerit,ſiue ſolius arbitri, quia contra petitionem pœnæ po-
teſt opponi exceptio.l.tertia. C. de arbitris. & l.ita demum.ff.
eodem titu.plus dicit Ioan.de Imo.quod etiam ſi talis ſenten
tia emologata, parte ignorante dolum eſſe commiſſum, ſi
agatur ex illa ſententia poterit excipi de dolo,vel ſi ex illa ex-
cipiatur poterit replicari de dolo,argumen.dictę l.tertię.& di-
ctę l.ita demum.iuncta l.tres fratres.ff. de pactis. Sextus ca-
159 ſus eſt,quando ſententia arbitri poteſt emologari,quod†quã
do ſit,dixi in capitulo per tuas.& habetur in l.cum ante.C.de ar
bitris.& hoc dixit Barto.in l.prima.C.de arbitris. & in l.nemo
poteſt.ff.delegatis primo.& in l.arbitro.ff.qui ſatiſdare cogan.
inouetur,quia hodie ſententia arbitri parit actionem, quan-
do poteſt emologari, vt in dicta l.cum antea. ergo poteſt ap-
pellari,nam ideo olim non poterat appellari a ſententia arbi
tri,quia non pariebat actionem, vt in dicta l.prima.C.de ar-
bitris. ergo hodie ex quo parit actionem debet poſſe interpo-
ni appellatio, ſed contra Bart.facit, quia non parit actionem,
niſi emologetur per expreſſam approbationem, vel tacitam
per curſu decem dierum,vt dicta l.cum antea.Ad hanc ratio-
nem reſpondet Barto. dicens,quod appellans, approbat, ſeu
emologat laudum tanquam latum, ſed non tanquam ſic la-
tum.l.iii.§.falſis.ff.rem ratam haberi.Butrigarius autem dicit,
quod communis opinio reprobat opin Barto. & dicit ipſam
veriorem.nec obſtat.l. iii. §. falſis. quia ibi approbatio dirigi-
tur ad inſtantiam non ad ſententiam,nam ibi lata fuerat ſen
tentia contra procutatorem non habentem mandatum, ſed
dominus appellauit ab illa ſententia.& ibi dicitur, quod per
talem appellationem ratificãtur geſta per procuratorem,vn-
de illa appellatio non inducit approbationem,ſententię, ſed
ſolum approbationem geſtorum per procuratorem, cum.n.
ſententia eſſet nulla,quo ad dominum,qui non dederat mã-
datum,licet valeret quo ad procuratorem, vt in l.licet. C. de
procuratoribus.& in c.in noſtra.ſupra de procurato.non erat
neceſſariũ dominum appellare a tali ſentẽtia,immo de iure
ciuili non poteſt appellari a ſententia nulla,vt ergo illa appel
latio facta per dominum operetur effectum, & valeat indu-
cit ratihabitionem geſtorum per procuratorem, & perinde
eſt, ac ſi a principio habuiſſet mandatum,vnde non eſt verũ,
quod ibi approbet ſententiam tanquam latam, & quod re-
probet,tãquam allegatum,quia ibi nihilum approbauit ſen-
tentiam, ſed ſolum geſta per procuratorem. Aliud eſt enim
160 †ratificare geſta per procuratorem, & aliud eſt ratificare ge-
ſta per iudicem,& iſta opinio placet Ioan.de Im. quia ſenten
tia arbitri non parit actionem extra caſus expreſſos in iure er
go appellatio non poteſt operari, cum non producat actio-
nem extra caſus expreſſos in iure.Nam non eſt expreſſum in
iure,quod ſententia arbitri emologetur, niſi approbetur ex-
preſſe,vt tacite per curſum decem dierum, ille autem qui ap-
pellat non approbat ſententiam.immo reprobat,vnde eſt ne
ceſſe ad hoc,vt fiat emologatio,ꝙ ex toto approbetur,& hęc
opinio etiam mihi placet,hoc etiam tenet D. Abb.in ca.cum
dilectus.ſupra de arbi.& Barto.in l.prima.C.de arbit. Septi
161 mus caſus eſt in arbitris iuris, quia ab†arbitris iuris poteſt ap
pellari,vt in c.ab arbitris.de officio dele.in vi. vbi patet, quod
arbitri qui eligunt ad cognoſcendum de cauſa ſuſpicionis or
dinarii vel delegati potius ſunt iudices delegati, quam arbitri
& ab eis poteſt appellari,pro hoc optime facit l.arbitro.ff.qui
ſatiſdare cogan.vbi patet, ꝙ ab arbitris, qui eliguntur ad æſti-
mandum aliquid incidenter coram iudice, vel ad probandũ
fideiuſſorem,vel ſimilia incidẽtia coram iudice poteſt appel-
lari,ſed ſecundum aliam lecturam debet implorare officium
iudicis,vt reuocetur male geſtum per tales arbitros. Octaus
caſus eſt,quando ſtatutum diſponit, quod attinentes tenean-
tur compromittere, tunc enim poteſt appellari a ſentẽtia ar-
bitri,& hoc tenet Barto.& Bald.in l.fina.C.de iudi.& in l.ſecũ
da.C.vbi & apud quem.idem tenet Barto. in l.prima. C.de ar-
bitris.in l.nemo poteſt. ff. delegatis primo. & in pluribus aliis
locis,licet in prima conſtituti. C.videatur dicere contrarium,
ibi enim videtur dicere, quod non poſſit appellari a ſenten-
tia arbitri,licet ſtatutum dicat.quod attinentes teneantur cõ-
promittere de litibus ſuis,& iſtam opi.dicit Butriga.hic eſſe ve
riorem,Ioan.autem de Imo.diſtinguit,quod aut compromiſ
ſum eſt factum nudo pacto,& tunc procedit prima opi. Bart.
ſcilicet,quod poſſit appellari,quia tunc videtur eſſe de mente
ſtatuti,quod laudum habeat aliquem effectum, & quod ali-
quid operetur vltra ius commune,argumen.in l.ſi quando.ff.
deleg.primo.& dixi in c.ad noſtram.el iii.ſupra eodem. Aut
compromiſſum eſt vallatum ſtipulatione,& tunc ex quo per
ſtipulationem eſt compromiſſum de obſeruando laudum,&
ſic dicit poſſe intelligi aliam opi. Barto. quam ſequitur Butri.
hic,ſed iſta diſtinctio mihi non placet,nam ex quo ſtatutum
dicit,quod laudum pariat actionem,vel quod mittatur execu
tioni,debet indiſtincte intelligi,ſiue compromiſſum ſit factũ
nudo pacto,ſiue per ſtipulationem,ex quo ſtatutum generali
ter loquitur,non obſtat illud,quod dicit Barto. in prima con
ſtitutione C.quia ita eſt intelligendus,vt nõ ſit ſibi contrarius
cum primam opin.vbique firmauerit,nam Bart. in loco præ-
alleg.debet intelligi,quando ſtatutum diſponit,quod attinen
tes teneantur compromittere de ſuis quæſtionibus,& quod a
ſententia arbitri non poſſit appellari, prout diſponunt ſtatu-
ta in multis locis,vnde Barto.ibi diſputat,an tale ſtatutum va
leat,& reſpondet,quod ſic.Si hoc modo intelligis Bar. in pri-
ma conſtitutione C.excuſabitur a contrarietate, & iſta inter-
pretatio eſt facienda,quia non eſt veriſimile, quod voluerit
contradicere opi.quam vbique firmauerit, vnde quicquid di
162 cat Butrig.dic,quod ſi ſtatutum dicit,†quod ſententia arbitri
pariat actionem,vel quod mittatur executioni, ſicut ſentẽtia
iudicis,quod poterit appellari a tali ſententia arbitri. & iſtam
opin.ſequitur hic Do.Abb.in penultima char.in ſecunda col.
tam in laudo arbitri,quam arbitratoris,& in c. cum dilectus.
ſ.de arbi.idem videtur ſentire Bal.in l.ſecunda.C. vbi & apud
quem.ſed in capi. præſentata.ſupra de teſti.& in l.prima.C.de
arb.diſtinguit,quod inter arbitrũ,& arbitratorem. Vnde dicit
quantum ad arbitrum eſſe inſpicienda verba ſtatuti,quia aut
ſtatutum dicit,quod lauda arbitrorum mereantur executio-
nem,ſicut ſententię quę tranſiuerunt in rem iud.& tunc non
poteſt appellari,quia immediate,quod eſt laudum latum trã-
ſit in rem iudi.Aut ſtautum loquitur ſimpliciter, quod lauda
arbitrorum mittantur executioni,& tunc procedit opin.Bar.
quia ſicut in ſententia ineſt tacita conditio ſi non fuit appella
tum,ita in laudo, quod per ſtatutum redactum eſt ad inſtar
ſententiæ iudicis,ex quo enim per ſtatutũ exequata ſunt arbi
tria,& iudicia. in fi. merito debet eſſe idem iudiciũ de vnoq;,
argumen.in l.prima.ff.deleg.j.& in l.j.C.communia dele. & li
cet auth.Bald.ſit magna,tamen ego puto, quod etiam in pri-
mo caſu debeat ſubintelligi tacita conditio, quod ſententia
arbitri debeat mitti executioni ſicut ſententia diffinitiua iudi
cis.ſ.ſi non fuerit appellatum,tamen D.Abb.in c.dilectus.ſup.
de arbi.ſequitur diſtinctionem Bald.& ibi dixi. Sed verius cre
do,quod vtroq; caſu poſſit appellari,quia ſtatutum debet in-
telligi etiam verba impropriando, vt minus lædat ius cõmu-
ne,quæ fieri poteſt vt in capitulo cum dilectus. de conſuetudi.
163 †minus autem læditur ius commune,ſi ſententia arbitri mit
titur executioni,quando jn decem dies non fuit contradictũ,
quam ſi mittatur ſtatim executioni, imo concordabit in hoc
cum iure communi, quia vbi ſententia arbitri poteſt emolo-
gari expectatur curſus decem dierum,vt dicta l.cũ antea. Vn-
de ſatis operatur ſtatutum contra ius commune inquantum
diſponit,quod mittatur executioni,etiam ſi pęna ſit appoſita,
vel ſit factum compromiſſum per ſtipulationem, quod de iu
re communi non competit ſententiæ arbitri, vt no.in dicta l.
cum antea.& dixi in capitulo per tuas.ſupra de arbi. Ex quo
ergo ſtatutum operatur officium contra ius comne, illa ver-
ba ſtatuti,quod mittatur executioni ſentẽtia arbitri, ſicut ſen
tentia,quæ tranſiuit in rem iudi.debent recipere tacitam con
ditionẽ,ſi infra decem dies non fuerit contradictum, qa iſtud
tempus datur a iure ad iudicandam emologationem ſenten-
tiæ arbitri,& ad faciendum tranſire ſententiam in rem iud.vt
ĩ auth.hodie.C.de ap.& ii.q.vi.Anteriorum.In arbitratore ve
ro Bal.in d.c.præſentata.& in d.l.j.C.de arb.dicit,ꝙ põt peti re-
ductio ad arbitrium boni viri,licet ſtatutum dicat,ꝙ lauda ar
bitrorum mittantur executioni,vel ꝙ ex eis oriatur actio, &
ꝙ iſta non eſt propria appellatio, & ꝙ non limitatur eodem
tpe,vt in l.in ꝯctib.C.ex quib.cau.ma.vult dicere, ꝙ perpetuo
põt peti reductio ad arbitrium boni viri, de quo ſ.dixi, ſed ꝯ-
rium ſenſit Bal.in d.l.ii.C.vbi & apud quem. & idem dicit Io.
de Imo.in fi.Comen.& iſta opin. videtur verior, quia ex quo
lauda arbitratorum per ſtatutum ſunt exequata ſententiis iu
dicum de ambobus,debet eſſe idem iudicium,vt dicit Bald.in
alio membro,& opi.Bar.vr ſequi hic D.Abb.in pen.char.in ii.
col. & in c.cum dilectus.ſ.de arbi. Nonus caſus eſt,quando
164 eſt factum compromiſſum in arbitrum cũ hoc pacto,ꝙ poſ-
ſit appellari ab eius ſnĩa, iſta tamen non eſt proprie appella-
tio,ſed quædam reclamatio,vt in l.non diſting.§.cum quidã.
ff.de ar.& hoc tenet Dy.& Bar.ĩ l.j.C.de ar.Bal.in l.ii.vt li.pẽ.li
cet Cy.ibi alr dicat,ſed opi.ei⁹ cõiter repbat.& op.Bar.ſequũt
hic Bu.& Io.de Imo.& D. Ab.in c.cum dilectus.ſupra de arbi-
tris.

tris. vbi dixi compromitti in iudicem. Decimus caſus eſt,
quando compromiſſum valet de iure canonico, vt in c. cum
tempore.ſupra de arbitris.& ſupra dixi.ſed Ioan.de Imo.dicit,
quod ſi proceſsit ex arbitraria poteſtate non poterit appel-
lari, niſi pactum ſit appoſitum, vt dixi in caſu præceden-
ti. Sed ſi proceſſit ordinaria poteſtate bene poterit ap-
pellari, ſi vero ex vtraque, tunc aut vult appellare a poteſta-
te ordinaria,& admittit appellatio, ſed ſi vult appellare a po-
teſtate arbitraria non admittitur appellatio, quia cum ſint di-
diuerſę poteſtates de eis,vt ſeparatis eſt iudicandum.l.ſi mari-
tus.C.de dona.inter virum & vxorem. Sed quid ſi appellet ab
vtraq; poteſtate,vel ſimpliciter cum proceſſit ſimul,& ſemel,
tanquam iudex,& tanquam arbiter? Butriga.hic, & Ioan.de
Imo.videntur ſentire,quod poſſit interponi appellatio, quia
ordinaria poteſtas eſt potentior,& dignior, quam arbitraria,
quia habet coactionem, & iuriſdictionem.l. imperium.ff.de
iuriſ.omni.iudę.arbitraria vero poteſtas ſolam notionem, l.
165 ait prætor.ff.de re iudic.vnde† ordinaria poteſtas tanquam di-
gnior debet trahere ad ſe arbitrariam.l.quęritur. ff. de ſta.ho-
minum.& in c.quod indubiis.de conſec. eccleſia.vel alta.non
obſtat l.epiſcopale.C.de epiſ.audi.quæ videtur velle, quod nõ
poſſit appellari qñ ex.vtraque poteſtate proceſſit, quia ſecun-
dum vnum intellectum.l.corrigitur.per authen.ſi quis litigan
tium,ibi poſitam,vel ſecundum alium intellectum eſt ſpecia
le in ipſo,cuius iuriſdictio eſt prorogata a laico,vt vna nõ poſ
ſit appellari,de quo dicendum eſt,vt ibi. Fac ergo tres con-
cluſiones in hoc caſu. Prima eſt,ſi ex altera tantum poteſtate
proceſsit poteſt appellari, ſi proceſsit ex ordinaria poteſtate,
ſed ſi proceſsit ex arbitraria non poteſt appellari,niſi aliter cõ
uentum ſit. Secunda concluſio,ſi proceſsit ex vtraque pote
ſtate ſimul, ſi appellans appellat tanquam ab arbitro non va
let appellatio, ſed ſi appellat tanquam a iudice valet appella-
tio. Tertia concluſio,ſi appellat ſimpliciter a proceſſu facto,
& a ſententia lata contra eum,vel tanquam a ſententia iudi-
cis,& arbitri valet appellatio,quia poteſtas ordinaria, tanquã
dignior trahit ad ſe arbitrariam. Vndecimus caſus eſt,quã-
do duobus arbitris diſcordantibus electus eſt tertius. nam qui
166 dam dicunt,quod† ab iſto tertio arbitro poteſt appellari,licet
ſi primi arbitri non diſcordaſſent ab eis non potuiſſet appel-
lari,ſed debuiſſet ſtari ſententiæ iſtorum, ſiue fuiſſet æqua, ſi-
ue iniqua.& circa hoc multum inſtant Butri.& Ioan.de Imo.
Sed de hoc dixi in c.innotuit.ſ.de arbi.vbi vide.D.autem Ab.
in fi.Comen. tangit.an ſi duo arbitratores diſcordant cogan-
tur tertium eligere.& dicit quod non.& idem tenuit Bald. in
c.j.de inue.in mari.fac.Sed ego plene dixi in d.ca.innotuit.vbi
vide,& hanc potes ponere pro xxvii. differentia. Duodeci-
mus caſus eſt,quando ſententia arbitri cõtinet peccatum vel
euidentem iniquitatem, & dicitur continere euidentem ini-
quitatem,quando conſtat de euidente læſione, nam tunc ta-
lis ſententia eſt corrigenda,ſeu retractanda,vt in c.ii. ſupra de
arbi.& hoc caſu non procedit d.l.diem proferre.§.ſtari.ff.de ar
bi.nec de iure ciuili,nec canonico, quia etiam lex ciuilis vult
167 peccata corrigi,vt in Authen. vt non luxurientur contra na-
turam.§.j.& hoc dicit But. eſſe verum ſi eſt reclamatum infra
decem dies,ita,ꝙ non ſit emologatum,alias ſecus,vt in l.pen.
C.de arbi.& ſ.de arbi.per tuas.& dicit hoc eſſe de mente vtri-
uſque iuris,quia nullum peccatum poteſt iuuari lege. Cõ ſue
tudine,ſtatuto,iuramento,vel priuilegio,ſed ipſis nõ obſtanti
bus emendatur,de conſue.c.fi.& j.de præſcri.c.fi. & dicit Butr.
hoc eſſe verum,quando enormis eſt læſio,quia tunc laudum
præſumitur doloſum.l.omnes.§.Lucius.ff.quę infrau.credi.&
in l.creditor.§.Lucius.ff.man.& circa hoc But.allegat multas
auctoritates hanc opi.approbantes.Ioan.autem de Imo.dicit
ꝙ dictus §. ſtari,non eſt correctus, & ꝙ quamuis ſit enormis
lęſio non pręſumitur dolus, & ꝙ ſtandum eſt ſententię arbi-
tri,dummodo poſſit ſeruari per vtranque partem abſque pec
cato,quãquam contineat euidentem lęſionem, & circa hoc
multum inſtat,ſed de hoc dixi in c.ij.ſ. de arbi.vbi vide,& no.
illos duodecim caſus in quibus ſententia arbitri poteſt retra-
ctari. Et ex hoc ſum expeditus de primo articulo. Circa
ſecundum vero ſunt videnda. Primo, an poſſit peti reductio
ad arbitrium boni viri,& ſuccumbens incidat in pœna,& quę
ſit ratio differentiæ,in hoc inter arbitrũ,& arbitratorem. Se-
cundo,pro quanta læſione poſſit peti reductio.Tertio,an poſ-
ſit pacto,vel iuramento renũciari reductioni ad arbitriũ bo-
ni viri. Quarto,quis dicatur bonus vir, qui habeat cogno-
ſcere de hac reductione. Quinto,qualiter iniquitas, vel læſio
arbitratoris detegatur. Sexto, an poſſit appellari a ſententia
reducentis ad arbitrium boni viri. Septimo, an ſuſpendatur
executio laudi pendente reductione. Octauo, an petens redu
ctionem ad arbitrium boni viri,& ſucuumbeus incidat in pę
168 nam. Venio ad primum,& in hoc dicit,quod ſententia† ar-
bitri non poteſt reduci ad arbitrium boni viri, vt dictum eſt
in præcedenti membro, niſi in caſibus ibi enumeratis, nam
extra illos caſus debet ſtari ſententię arbitri,ſiue æqua,ſiue ini
qua ſit.l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbi. Sententia vero arbi
tratoris poteſt reduci ad arbitrium boni viri, ſi non modice
lędat,ſecus ſi modice lædat,quia habet facultatẽ auferre mo-
dice de iure vnuius partis,& clare alteri.l. ſi de meis.§.recepiſ-
ſe.ff.de arbitris.& in dicto §.arbitrorum. dicit tamen Bald. in
capitulo ſecundo.de lege Conradi. quod ſi arbitrator ex cer-
ta ſententia hoc facit,poteſt eius laudum reduci ad arbitrium
boni viri,quia non eſt ei promiſſum de alieno largiri.l.prohi-
bere.§.plano. ff. quod vi aut clam. immo ſecundum eum eſt
ſpecies furti. Sed dominus Abba.in vigeſima differentia hoc
dictum reprobat, ex quo enim hoc facit pro bono pacis, &
concordię,videtur ad hoc habere mandatum.Sed dicit,quod
dictum Bald.poteſt ſaluari,ſi intelligatur, quando arbitrator
hoc facit ſine cauſa,vel non modice,ſed tu dic, quod Butrig.
hic dicit idem,quod Bald.in loco præallega. dicit enim,quod
ſi arbitrator ex propoſito partem lędit,poteſt peti reductio ad
arbitrium boni viri,ſiue magna ſit læſio, ſiue modica,ex quo
deceptio fit ex propoſito,& dicit,quod hoc procedit,etiam ſi
iuramentum interueniſſet,& Ioan. de Imo. hic in xi. charta.
in ſecunda columna.dicit, quod dictum Butriga. non poteſt
procedere,quia pro modica lęſione non poteſt peti reductio,
vt in l.vnde ſi Neruę.ff.pro ſocio.& in l.ſi libertus.ff. de operis
liber.niſi ille leges limitentur,quando dolus arbitratoris inter
cedit. Vnde conclude, quod pro modica læſione non po-
teſt peti reductio ad arbitrium boni viri, niſi dolus arbitrato-
ris intercedat,præſumitur autem dolum interueniſſe,quando
conſtat,quod ſine cauſa grauauit partem,licet modice, vt di-
cit dominus Abb. Quæ autem ſit ratio differentiæ, ſcilicet
quod ſententia arbitri non poteſt reduci ad arbitrium boni
viri. Sententia vero arbitratoris ſic.glo.in l.tertia.§. tam & ſi.
in verbo,bonum,quæ incipit,præcipue.ff.de arbit.dicit,quod
ratio differentiæ eſt,quia arbiter videtur electus, vt pręcipuus
bonus vir non habito reſpũ ad alium, ideo dẽt ſtari eius ſnĩæ
169 ſiue æqua,ſiue iniqua ſit. Arbitrator† vero eligitur,vt bonus
vir ſimpliciter,non autem vt bonus vir præcipuus, vnde ſi nõ
facit illud,quod quilibet bonus vir faceret, recurritur ad arbi-
trium boni viri,per hoc Barto.in dicto §.tam & ſi.dicit,quod
ſi in compromiſſo arbitratoris apponerentur, hæc verba eli-
gentes eum,vt bonum virum præcipuum, non habito reſpe-
ctu ad alium,quod tunc laudum arbitratoris nõ poteſt redu-
ci ad arbitrium boni vi,ſed in dicto §. arbitratorum.ad fin.di-
cit,quod hæc verba operantur tantum, quantum renũciatio
reductionis ad arbitrium boni viri,de qua ſ.dicam.& no.hæc
verba Bart.de quibus Doct. hic non faciunt mentionem.Bar.
autem in dicto §. arbitrorum. ad finem dicit, quod quando
compromittitur in arbitrum ſic vt ſeruet ordinem iudiciariũ
ſaltem in iudicando partes contemnunt iudicem, ad quem
pertinebat iſta iuriſdictio,ideo ad eum non poſſunt redire,ar
gumen.l.litigatores.ff.de arbi. Sed quando compromittitur
in arbitratorem nulla fit iniuria iudici, quia arbitrator aſſu-
mitur ſuper contractu,tanquam bonus vir ſimpliciter, vnde
poteſt recurri ad arbitrium boni viri.& cum Barto. tranſeunt
hic Butriga.& Ioan.de Imo.in ſeptima charta,in prima colu-
mna. Sed dominus Abbas hic in vigeſimaprima differen-
tia reprobat rationem Bartol.dicens, quod per compromiſ-
170 ſum† in arbitrum nulla fit iniuria iudici,cum fiat lege permit
tente.l.Grachus.C.de adulter. & in capitulo qui peccat. xxiiii.
quæſtio quarta.& in capitulo eccleſia Vulterana.de electioni
bus.Item ſi iſta ratio Barto.eſſet ſufficiens pari modo non de
beat iudex ſe impedire in compellendo arbitrũ ad pronun-
ciandum.& tamen ſe impedit, vt dicta l. tertia.§.tam & ſi.ff.
de arbitris. Item iudex tenetur mandare ſententiam arbitri
executioni,vt in l.a diuo Pio. ff. de re iudica. ſed hoc non de-
beret facere, ſi per compromiſſum eſſet facta ei iniuria. ipſe
autem dicit,quod ratio eſt, quare ſententia arbitri non redu-
cit ad arbitrium boni viri,quia arbiter non eligitur,vt arbitra
tu ſuo cauſam decidat,ſed vt procedat ſecundum ius, vt in l.
ſi de meis.§. recipiſſe. ff. de arbitris. appellari autem non po-
teſt,quia ex ſententia arbitri non oritur actio iudicati, vnde
ab ea non poteſt appellari,quia appellatio non reperit, quid
ſuſpendat,vt in l.prima.cum ibi nota.C.de arbitris.cum ergo
non reperiatur competens remediũ ſtandũ eſt ſententię, ſuæ
& imputandum eſt parti compromittenti. Arbitrator au-
tem eligitur,vt arbitratu ſuo procedat meritio dictuum ſuum
debet reduci ad arbitrium boni viri,vt in dicto §.arbitrorum.
Sed iſta ratio domini Abba. mihi non placet, quia
dato, quod non poſſit appellari a ſententia arbitri, tamen
non deberet cogi ad ſtandum ſententiæ ex quo eſt electus,
vt procedat ſecundum ius, vt dicit dominus Abbas. ſi
enim tulit iniquam ſententiam non proceſſit ſecundum
ius, vnde tene rationem gloſ. in dicta l. tertia. §. tam & ſi.

ff.de arbit.ſcilicet quod arbiter eligitur, tanquam bonus vir
præcipuus,ideo ſtandum eſt eius ſentẽtiæ. Nec intelligas Bar.
quod eligentes arbitrum videantur iudicem contemnere, ita
quod proprie fiat ei iniuria, ſed largo modo loquendo com-
promittẽtes in arbitrum faciunt iniuriam iudici,quia eligunt
arbitrum loco iudicis, & magis de eo q̃ de iudice confidunt,
ideo text.in l.ſi de meis.§. recepiſſe.præalle.dicit,quod arbiter
videtur ſuſcepiſſe partes iudicis, vt ſua ſententia imponat fi-
nem controuerſiis.Quia ergo arbiter eligitur loco iudicis,&
tanquam bonus vir præcipuus eſt ſtandum eius ſententiæ, ſi-
ue æqua ſiue iniqua ſit, nec obſtant rationes allegatæ in
contrarium per domin.Abba.dum dicit,quod iudex non de-
bet compellere arbitrum ad ſententiam, ex quo eſt ei facta
iniuria, ex quo enim arbiter recepit compromiſſum, ſi non
vult ferre ſententiam,nec in cauſa procedere cenſetur eſſe in
dolo,ideo iudex eum compellit,iſtam rationem aſſignat tex.
in dicta l.tertia.§.j.ff.de arbit.Dolus enim non intelligitur re-
miſſus arbitro per partes.l.iii.C.de arbit Immo non poteſt re
mitti,vt in l.ſi vnus.§.illud.ff.de pact.non obſtat illud quod di
cit,quod iudex exequitur ſententiã arbitri,vt in l.a diuo Pio.
ff.de re iudic. quod non deberet facere,ex quo enim facta eſt
iniuria,in hoc aduerte, quia partes præferunt arbitrum iudi-
ci,inquantum eius ſententiam præferunt ſententię iudicis,&
volunt,quod ſit loco ipſius iudicis tanquam ſolus bonus vir,
vnde ſi ferret ſententiam iudex debet eam exequi,ex quo par
tes ita voluerunt,ex quo eſt ſtandum tali ſententię, debet ha-
bere effectum quem nõ poſſet habere,niſi iudex exequatur.
facit l.ſecunda.§.poſt originem.ff.de ori.iuris. & iſta eſt ratio,
quare iudex debeat exequi ſententiã arbitri, vnde ratio Bar.
eſt bona,quicquid dicat.domi.Abba. Circa ſecundum,ſcili
171 cet pro quanta læſione poſſit peti†reductio ad arbitrium bo
ni viri:& in hoc ſunt multæ opin.ſed duas tantũ referam, &
prima eſt Bar.in dicto.§.arbitrorum.qui dixit, quod aut arbi-
trator aſſumitur ſuper contractu,aut ſuper lite. In primo ca
ſu dicit, quod requitur exceſſus ſaltem in ſexta parte totius,
vt in l.vnde ſi Neruæ.ff.pro ſocio. vbi dicitur,quod ſi arbitra-
tor vni ex ſociis adiudicauit duas partes,alteri vnam poteſt pe
ti reductio.Nec obſtat l.ij.C.de reſcinden. vendi. vnde videtur
requiri læſio vltra dimidiam iuſtj prętij,ad hoc vt poſſit reſcin
di contractus,idem no.in cap.cum dilecti.& in ca. cum cauſa.
de emp.& vendi.Nam iura prædicta procedunt in contractu
geſto per ſe,ſed l.vnde ſi Neruæ. loquitur quando quis decipi-
tur in taxatione prætij facta ab alio.Et ex hoc infert notabile
dictum dicens, quod ſi aliquis eſt deceptus in aliquo contra-
a ctu facto per procuratorem in ſexta parte, [a]quod poterit intẽ
tari remedium.l.ſecundę.C.de reſcinden. vendi.ſi contra pro-
curatorem non poteſt habere regreſſum, argumen. prędictę
l.vnde ſi Neruæ.Secundo autem caſu, ſcilicet quando arbitra
tor eſt aſſumptus ſuper lite, dicit Barto. quod non debet ſim-
plex læſio conſiderari reſpectu quantitatis debitæ, ſed debet
ponderari dubius euentus litis, & ſtatus cauſæ, vt in l. Lucius.
§.vltimo.ff.ad Trebellianum.vbi idem dicit Barto.& idem di-
cit in l. ſecunda. C. de reſcindenda venditione. vnde hic tria
ſunt examinanda.Primo,quæ dicatur magna læſio, ita vt pro
ea poſſit peti reductio ad arbitrium boñi viri. Secundo,an
ſufficiat læſio in ſexta parte ad reſcindendum contractum,
quando eſt geſtus per procuratorem. Tertio,an ſufficiat pro
bare deceptionem,ſeu læſionem reſpectu iuſtitiæ.An vero de
beat haberi reſpectus ad dubium euentum litis. Circa pri-
mum Barto.decipitur,vt dicunt hic Ioan.de Imo.& dominus
Abbas.nam illa l.vnde ſi Neruæ, in qua ſe fundat Barto. dicit
quod poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, quando in-
172 teruenit†læſio, in tertia parte ibi enim arbitrator aſſignauit
vni ex ſociis duas milleſimas,alteri vnam milleſimam, & ſic
ſolum læſit illum cui aſſignauit vnam milleſimam in dimi-
dia millæ,quia debebat vtique aſſignare mille,& quingentos,
non autem vni duo millia,& alteri tantum mille.Abſtulit er-
go illi cui aſſignauit mille tantum quingentos, quę eſt tertia
pars portionis ſibi debitæ debebantur enim ſibi mille,& quin
genta,& arbitrator abſtulit ſibi quingenta, aſſignando tantũ
mille,& ſic abſtulit tantum tertiam partem,& iſta eſt veritas,
licet Burriga.dicat,quod illa l.vnde ſi Neruæ.probat,quod re-
quiritur læſio in dimidia.ſed non eſt verum,quia immo ſuffi-
cit lęſio in tertia parte, vt probat apperte illa l.licet enim di-
midia mille ſit ſexta parte totius eſt tamen tertia pars portio-
nis debitę,vtriq;quia vterq; debebatur vna milleſima,& dimi
dia,ſeu mille,& quingenta, vnde ibi facta fuit læſio in tertia
parte portionis debitæ. Sed circa iſtud, ſcilicet quæ læſio re
quiratur,vt poſſit peti reductio ad arbitriũ boni viri. Ioan. de
Imo.multum inſtat.& tãdem dicit, quod relinquitur arbitrio
iudicis,iudex enim coram quo petitur reductio habet hoc ar-
bitrari.allegat glo.quam dicit valde notabilem in §. prætium.
Inſti.de emptio. & venditio. quæ dicit, quod iudex ex officio
ſuo habet æſtimare,quando arbitrator dicatur inique arbitra
tus, & per hoc dicit,quod poterit arbitrari laudum eſſe ini-
quum, nedum in dimidia, vel tertia parte.ſed etiam in quar-
ta,quinta,ſexta,vel ſeptima,dummodo lęſio non ſit modica.
Nec obſtat l.vnde ſi Nerue.quia licet ibi dicatur, quod lęſio
in tertia parte ſit enormis, non tamen negat lęſio in quarta
parte, vel etiam in minore poſſit dici enormis, pro hoc alle-
gat optimum tex.in l.ſi libertus.ff.de ope.liberto.vbi tex.dicit,
quod ſufficit,quod arbitrator non modice lęſit,ad hoc vt poſ
ſit peti reductio ad arbitrium boni viri, & dicit, quod hanc
opin.tenet etiam Salicet. in l.fina.C.de contrahenda emptio.
idem tenet Bald.in l.penultima. C. de arbitris.idem tenet do-
minus Abbas in ante penultima charta.in ij.colu. dicit enim
quod illud,quod dicit l.vnde ſi Neruæ.ſcilicet quod debeat eſ-
ſe læſio in tertia parte non facit regulam, quia ponitur cauſa
173 exempli. Exempla†autem non reſtringunt regulam, vt in
capi.primo.ne cleri. vel mona.vnde dicit, quod ibi probatur,
quod põt peti reductio ex manifeſta iniquitate. Quando aũt
dicatur manifeſta iniquitas,dicit non poſſe dari certam regu-
lam,ſed ex variis circunſtantiis iudex hoc arbitratur,argumẽ.
capi.de cauſis.de officio delega.nam facilius debet arbitrator
induci ad dandum de iure vnius alteri,quando aliter non poſ
ſit ſequi bona pax,quam ſi ceſſaret ratio pacis conſequendæ.
itẽ aliter quando eſt diues ille, de cuius iure aufertur,q̃ quan-
do eſt pauper,facit,quod no.glo.in capi.fina.de re iudic. in vj.
& allegat ea,quę notauit eſſe notanda circa compoſitionem
b faciendam.in cap.primo,de mut.petitio. & dicit hæc eſſe no.[b]
Vtrum autem poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri,
174 quando lęſio eſt non modica, † ſi partes iurauerunt ſtare di-
cto arbitratoris,dic, quod ſic,hoc probatur in dicta l.ſi liber-
tus.& hoc tenet hic Innocen.& Docto. & Barto.in dicto §.ar
bitrorum.quia iuramentum eſt intelligendum ſecundum na
turam contractus,vt in l.fina.C. de numerata pecunia.& in l.
quæro.§.inter locatorem.ff.loca.& quod ibi not.Bar. & idem
dicit Innocen.& Doctores, quando pœna eſt appoſita, quia
ſi iuramentum non aſtringit ad parendum quouſque arbitra
mentum ſit redactum ad arbitrium boni viri. multo minus
pœna debet aſtringere,& idem dicit Specula. in titu. de arbit.
§.primo.verſi.ſed pone.& hoc communiter ſequuntur Doct.
175 Circa ſecundum,ſcilicet an in contractu geſto† per procu-
ratorem poſſit implorari remedium.l.ſecundę.C. de reſcindẽ
da venditio.quando lęſio interuenit in ſexta parte, ſeu in ter-
tia,ſecundum verum intellectum.dicta l.ſi Nerue. Butrig.hic
ſimpliciter tranſit cum dicto Barto. D.etiam Abba.ipſum re-
citat in antepenultima char.in prima colum.& dicit eſſe not.
dictum,nec aliter ipſum reprobat,ſed Ioan.de Im.dicit, quod
non credit,quod iſtud dictum Bart.ſit verum de iure,& quod
176 credit quod nõ ſeruaretur in practica,quia†paria ſunt aliquid
agere per ſe,vel per alium,vt in regula,qui per alium.de regu.
iuris.lib.vj.& in l.ita autem.§.geſſiſſe.ff.de admi.tuto.vnde nõ
non debet habere remedium,niſi eo modo quo ipſe contra-
xiſſet,nam debet ſibi imputari ſi elegit procuratorem minus
ſufficientem.l.cum mandato.ff.de min. & pro hoc bene facit
l.ſi voluntate.C.de reſcindenda venditio. dicit tamen Ioan.de
Imo.quod ſi procurator habuit ſpeciale mandatum ad vendẽ
dum,vel ad emendum pro tanto precio,quod tunc eſt magis
clarum,quod dictum Barto.non procedit, idem tamen dicit,
ſi habuit ſimplex mandatum de vendendo,vel pro p̃tio,quod
ſibi videbitur per rationem ſuperius allegatam,& hoc caſu ſi
procurator minus diligenter ſe habuerit, poteſt conueniri
actione mandati.l.a procuratore.C. manda. non obſtat l. vn-
de ſi Nerue. in qua Bartol.ſe fundat, quia ibi procurator non
erat alicuius ex partibus, nec nomine alicuius ex ipſis facie-
bat, ſed tanquam arbitrator ab eis aſſumptus, & ideo ſumus
extra caſum,dictę l.ſecundę.C.de reſcindenda venditione. &
hoc mihi placet,quia dicta l.ſecunda.habet locum in aliena-
tionibus quas faciunt partes per ſe ipſas, vt per procuratores
ſuos. Arbitrator autem tanquam bonus vir inter ipſas com
ponit,non autem tanquam procurator ipſarum. Circa ter
tium ſ. an ad conſiderandam arbitratoris lęſionem poſſit in-
177 ſpici dubius†euentus litis.An vero veritas,ſeu iuſtitia, vel in-
iuſtitia.D.Ab.in antępe.cha,in j.col. ſimplr recitat Bart. & cũ
ip ſo

---

ADDITIONES.

a ¶Læſio in ſexta parte.Vide Lanfran.in repe.l. quoniam contra. in verbo, ap-
pellationes xxi.q.de priuile.

b ¶Quæ læſio requiratur, vt poſsit peti reductio ad arbitrium boni viri. Vide
Per.de Carra in forma libel. quando agitur ad pœnam ex compromiſſo, in
verbo,nec non reductioni.quæ dicatur enormiſsima lęſio.Ioan.Cald,conſti
tut. ſol.xvi. Item cui incũbat onus probandi iniquum laudum, ibidem vide
Lanfran.in repe.r.c.quoniam contra.in verbo,appellationes. xx.qõ.vbi dicit
aliqua de dolo,& quomodo probetur.

c ¶Vide Bal.conſi.ccclxxxii.j.col.qui egregie,

ipſo tranſit quo ad hoc. But. vero circa tertium membrum
tranſit cum opi.Bar.ſed circa vj.tenet contrarium,dicit enim
ꝙ ſi lato laudo reus eſt abſoluendus in totum, vel in magna
quantitate,& actor petens reductionem probet de debito cla
re per inſtrumenta,vel per teſtes eo ipſo confunditur lęſio,ni
ſi aliæ dircunſtantiæ appareant. licet poſſibile ſit arbitratorē
non habuiſſe probationes, niſi ꝙ petens reductionem nihil
probauerit coram arbitratore. & dicit, ꝙ non præſumitur ꝓ
laudo ex quo eſt reclamatum, & pendet reductio quia arbi-
tramentum eſt actus extraiudicialis qui non tranſit in rē iud.
vt no.Innocen.in cap.primo.de his,quæ fi.a maio.par.capi.&
idem dicit econuerſo.ſ.ſi arbitrator condemnaſſet. Nā ſi reus
in cauſa reductionis probet legitimam exceptionem appare
bit de lęſione,& ſic But.vult,ꝙ quando arbitrator aſſumitur
ſuper lite ad ponderandam lęſionem, debet haberi reſpectus
ad rei veritatem,& ad iuſtitiam. & hoc eſt contra illud quod
tenet Bar.in d.§.arbitrorum.vbi vult, ꝙ ad ponderandam læ-
ſionem non debet haberi reſpectus ad rei veritatem, & ad iu
ſtitiam,ſed ad æſtimationem dubij euentus litis,ſicut in tran-
ſactione.iuxta ea quę notantur in l.Lutius.§.fi.ff. ad Trc.& in
l.per diuerſas.C.man.Vnde ſecundum Bar.non ſufficeret pro
bare,quod arbitrator non iudicabit ſecundum iuſtitiam, &
ſic non ſufficent probare ꝙ condemnauit vbi debebat abſol
uere,vel ꝙ condemnauit in plus q̃ deberet,vel ꝙ abſtulit vbi
debebat condemnare in totum, vel in parte,quia arbitrator
non aſſumitur ſuper lite, vt ſimpliciter iudicet ſecundum iu-
ſtitiam,ſed vt tranſactioni immineat inter partes,vnde ſecun
dum eundem debebit articulari & probari quod ponderata
qualitate perſonarum, & quantitate debiti petiti, & dubio
euentu litis ęquum fuiſſet arbitratorem in tantum condem
naſſe, & non in plus. & quod in multo maiori quan-
ti tate condemnauit &c. mouetur,quia arbitramentum cen-
ſetur quædam tranſactio, vnde ſicut in tranſactione ad pon-
derandam æſtimationem, non debet haberi reſpectus ad ve-
ram æſtimationem rei,ſed ad æſtimationem dubii euentus li
tis ſecundum ea quæ habentur in l.Lucius.§. fi.ff.ad Treb. Ita
etiam in arbitramento debet haberi conſideratio ad æſtima-
tionem dubij euentus litis.Sed Io.de Imo.hic dicit ꝙ Bald. &
Sali.in l.ij.C.de reſcind.vend.tenent ꝙ remedium illius l.non
habeat locum in vero contractu tranſactionis, & ſic intelli-
gūt gl.in d.l.Lucius.§. fi. & dicit ꝙ etiam ita intellexit ibi Dy.
& dicit ꝙ illam opin.communiter ſequuntur antiqui Doc.&
ꝙ eam ſequuntur Canoniſtæ,de quo per Ioan.And.in capit.
penult.& fin.ſ.de emp.& vendi.& tandem dicit, ꝙ iſta eſt cō-
178 munis opinio tam legiſtarum, q̃ canoniſtarum.ſ.ꝙ in † tran-
ſactione non habeat locum remedium.d.l.ij.C.de reſcin.vēd.
179 pro qua Bal.alleg.rationem dicens ꝙ tranſactio,† & ſentētia
æquiparantur,vt in c.j.de lit.conteſ.in vj.& in l.poſt rem.ff.de
re iud.Vnde ſicut contra ſententiam quę tranſiuit in rem iu-
dic.non eſt dare remedium ratione læſionis ſi eſt lata contra
maiorem xxv.annis,vt in l.Imperatores.ff.de re iud. ita nec ꝯ
tranſactionem,vt in l.ſub prætextu.C.de tranſa.Item,quia in
actu liberatorio non videtur habere locum remedium. d. l.ij.
allegat Bal.l.ſub prætextu ſpecierum. C. de tranſact. Sed dicit
Io.de Imo.ꝙ etiam tenendo communem opinionem.ſ.ꝙ in
tranſactione non habeat locum remedium.d.l.ii.nō eſſet bo-
na argumentatio de tranſactione ad laudum,quia in tranſa-
ctione non poteſt peti reſciſſio etiam ratione enormis lęſio-
nis ſecus in laudo,vt in d.l.ſi libertus.ff.de oper.liber. & in d.l.
vnde ſi Neruę.ff.pro ſocio.& hic cum cōcordantijs. Et poſtea
dicit ꝙ opinio Bar.poteſt ſuſtentari, & ꝙ gl. in d.l. Lucius.§.fi.
poteſt intelligi ſecundum quod intelligit Bar. & quod verba
illius glo.ad hoc poſſunt trahi, & ꝙ ita etiam eam intellexit
Ia.de Raua.vt refert Cyn.in addi.d.l.ii. & quod etiam ita intel
lexit illam glo.Ang.in d.l.Lucius. & quod de iure poteſt ſub-
ſtineri,nec obſtat ratio Bal.quia non eſt eadem ratio per oīa
in ſententia & tranſactione, quia contra ſententiam datur re
medium appellationis.vnde imputet ſibi pars quę non appel
lat.ſ.de re iudi.quo ad conſultationem,& in l. ab eo. C. quo-
modo & quando iudex,ſed cōtra tranſactionem nullum ha-
bet remedium ſi non datur reſciſſio contra enormē lęſionē.
Item dum dicit Bal.ꝙ in actu liberatorio non datur remediū
d.l.ii.per l.ſub prætextu ſpecierum.C.de tranſactio.quia illa l.
debet intelligi & limitari ſecundum no.in d.l.Lucius.§.fin. &
ſic vult Io.de Imo.quod remedium.d.l.ij. C.de reſcind. vendi.
habeat locum in tranſactione.& ſic ſequitur opi.Bar.ſed meo
iudicio.d.l.Lucius. §.fi. non multum facit pro communi opi.
& contra opin.Bar.nam ibi dicitur, quod heres rogatus de re
ſtituenda hereditate dicit, minimam eſſe quantitatem bo-
norum in hæreditate, & eam reſtituit. deinde poſtea repertis
inſtrumentis apparet quadruplo amplius in hæreditate fuiſſe,
& ibi dicitur ꝙ fideicommiſſarius poteſt petere reliquum fi-
deicommiſſi ſi non fuit tranſactum,ergo a contrario ſenſu ſi
tranſactum fuiſſet,non poſſet peti reſciſſio tranſactionis licet
per inſtrumenta appareat quadruplo amplius in hæreditate.
180 Et ratio eſt quia tranſactio † non retractatur per inſtrumenta
de nouo reperta,vt in l.ſub prætextu.C.de tranſactio.ſic ergo
probatur in d.l.Lucius.quod licet interueniat exceptio longe
vltra dimidiam iuſti pretii non debet reſcindi tranſactio.glo.
autem ibi dicit,ꝙ per hoc non dicitur fieri deceptio vltra di-
midiam iuſti pretii,quia dubius euētus fuit remiſſus,eſt enim
dubius euentus iudicii,vt l.quod debetur.ff.de pecu. alias fere
omnes tranſactiones reſcinderentur, iſta ſunt verba forma-
lia illius glo.vnde ſi bene conſideratur illa gl. non dicit, ꝙ ad
ponderandam lęſionem in tranſactione debeat inſpici du-
bius euentus litis,ſed dicit ꝙ non debet reſcindi trāſactio da-
to,ꝙ reperiatur lęſio vltra dimidiam iuſti pretii,quia non po
teſt dici eſſe facta lęſio vltra dimidiam iuſti pretij, quia euen-
tus litis eſt dubius,& ſi ſecus diceretur omnes fere tranſactio-
nes deberent reſcindi, vnde illa gl.non vult,quod ad ponderā
dam lęſionem in tranſactione ęſtimetur dubius euentus litis,
ſed dicit quod non poteſt dici deceptio vltra dimidiam iuſti
pretij,quia euentus litis ſemper eſt dubius,& quod ſi aliter di-
ceremus omnes fere,aliæ tranſactiones retractari poſſent, &
181 iſte eſt verus ſenſus illius glo.Ioan. tamen de Imo.remittit ſe
ad ea quæ ſcripſit in d.l.Lucius.§.fi.dicit tamen hic,quod licet
opi.Bar. eſſet vera in tranſactione.non tamen idem dicendū
in iſta tranſactione impropria., quia vt ſuperius dictum eſt in
prima differentia arbitramentum lato ſumpto vocabulo eſt
tranſactio,nec per omnia cenſetur eſſe vera tranſactio, quia
arbitrator poteſt in totum abſoluere, vel in totum condem-
nare.Tranſactio autem non poteſt fieri niſi aliquo dato, vel
retento,vel remiſſo, vt in l.tranſactio.C.de tranſac.& in c.ſu-
per eo.de tranſac.dicit etiam ꝙ eſſet difficile reperire teſtes q
ſciant deponere ſecundum opinionem Bart.& quod oppor-
teret,quod eſſent valde periti,& ideo putat,ꝙ ſi tales reperiā-
tur procedat opin.Bar.quia tunc indubitāter diceretur enor-
miter læſus reſpectu æſtimationis dubii euentus litis, ſed ſi ta-
les forte non reperiantur,tunc dicit ꝙ ſatis putat quod proce-
dat opinio quam videtur ſequi But.ſed Bal.& Sali.in d.l.ii.ſ.ꝙ
ſufficiat probare arbitratorem enormiter lęſiſſe habito reſpe
ſpectu ad id quod de iure,& ſecundum iuſtitiam debuiſſet ꝓ-
nunciare, & poſtea aliquibus interuertis dicit, ꝙ ſatis videtur
æqua opi.Bu.Bal.& Sali.ſ. ꝙ ſufficiat probare de lęſione habi
to reſpectu ad id quod de iure,& ſecundum iuſtitiam fieri de
buiſſet,Et potiſſime,quia de facili non reperiuntur teſtes,q ſu-
per ęſtimatione dubii euentus ſciant deponere, iura autem
debemus applicare ad ea quę frequenter, & non ad ea
quæ raro accidere poſſunt. l. nam ad ea. ff. de ll. & dicit hęc
procedere vbi arbitrator aſſumitur ſuper lite vbi autem aſſu
mitur ſuper contractu.Bar.& alii ſunt in cōcordia.ſ. ꝙ debet
haberi reſpectus ad veram ęſtimationem eius de quo quęrit.
Tu autem dic ſecundum communem opin. ꝙ ſiue aſſuma-
tur ſuper contractu, ſiue ſuper lite debet haberi reſpectus ad
id quod eſt de iure ſecundum iuſtitiam, & ſecundum rei veri-
tatem,& ex his ſum expeditus de ſecunda quæſtione. Venio
182 nunc ad tertiam .ſ.an † remedium reductionis ad arbitrium
boni viri poſſit tolli pacto vel iuramento.in quo Doc.multū
variant,de quo per Cy.Bar.& Bal.& multos alios.in l. penult.
C.de arb.Tangit etiam Bar.in l.quęro.§.inter locatorem.ff.lo
ca.ſed plenius in d.§.arbitrorum per Iac.Butr.in l.ſi vnus.§. il-
lud.ff.de pact.& in d.l.penult.C.de arbi.per Gul.de Cun.in l.ſi
quis ex conſenſu.C.de epiſcopali aud.& aliquid per D. Car.in
c.expoſita. de arbi.per Fede.de Sen.conſil.ſuo ccxx. & per Dy.
in regula ſcienti.de re iud.in vj.per Ioan.And.in Specu. de ar-
bi.§.fi.uerſi.quid ſi compromiſſum. ubi refert diſputationem
Ioan.Calder.quę incipit duo litigantes. Tractat etiam D.Pe.
de Ancar.in repet.c.canonum ſtatuta.& in quęſtione ſua quę
incipit cum c.laicus.& Ang.in quadam ſua diſputatione,quę
incipit,duo inuicem litigantes. unde in iſto articulo diſcurre
183 per caſus: primus eſt,quando† renunciatio fit parte abſente
extra iudicium,& hęc non nocet,quia ius de futuro non tolli
tur per ſimplicem renunciationem.l.ſi ita ſcriptum. §.i. ff. de
leg.ii.no.gl.in c.ex multiplici.ſ.de deci.& per gl.Bar.& Doc.in
l.i.C.de pac.& in l.i.ff.de procur.bo.dan. Secundus caſus eſt,
quando talis renunciatio fit in iudicio, uel extra iudicium in
184 præſentia partis,& tunc ualet talis† renunciatio, quia habet
uim pacti,per pactum enim poteſt renunciari iuri de futuro,
a ut no.in d.l.i.C.de pact.& in d.l.i.ff.de cura.bo.dan. Vtrum [a]
185 autem† renunciatio ſimpliciter facta per factum uel iuramē
tum, puta ſi partes renunciant reductioni ad arbitrium bon
uiri

ADDITIO.

a ¶Vtrum renunciatio petitionis reductionis impediat petitionem prædictam.Vide Pet.de Fer.in forma lib.quo agitur ad pœnam eius compromiſſo gl.nec reductio peti.

viri, & iurant non contrauenire ſententiæ arbitratoris opere
tur officium,vt non poſſit peti reductio ad arbitrium boni vi
ri,ſi arbitrator lęſit in magna quantitate.Dy.in d.regula ſcien
ti dicit,ꝙ non obſtante pacto,vel iuramento poteſt peti redu
ctio ad arbitrium boni viri.Idem dicit Ioan. Cald. in præallc.
diſputatione,& Ioan.Andr.in loco præalleg.& Bar. in d.§.ar-
bitrorum.& pro hoc facit,quod no.in l.ſi quis cum aliter. ff.
de verborum obligat.& in l.ii.C.de reſcind.vend.vbi notatꝙ
186 †ſi venditor in inſtrumento vēditionis dicit ſe donare empto
ptori ſi res valet plus.nam talia verba referuntur ad modicū .
vnde non obſtante tali donatione poteſt implorari remediū.
d.l.ii.C.de reſcind. vendi.ſed Fede. de Se.conſi. ſuo ccxx.ſentit
contrarium,dicit enim ꝙ pactum ſeu renunciatio vallata iu-
ramento aſtringit ad non contraueniendum reſpectu cuiuſli
bet lęſionis.hoc tamen non probat,ſed Iac.But. vt refert Bar.
in d.l.penul.C.de arb.tenet,ꝙ etiam renunciatio facta per pa
ctum abſque iuramēto impediat reductionem ad arbitrium
boni viri niſi dolus arbitratoris interuenerit , ſed vbi lęſio re
ipſa interuenit valet pactum & renunciatio de non reducen-
do laudum ad arbitrius boni viri.Bal. vero in l. cum antea.ii.
a col.C.de arbi.& conſi.329.iii.vol. [a] dicit communiter obſer-
uari,ꝙ non obſtante quacunq; verborum cautela poteſt pe-
ti reductio ad arbitrium boni viri propter enormē lęſionem,
quia non eſt veriſimile,ꝙ compromittentes ſenſerint,ꝙ arbi
bitrator poſſet eos enormiter lædere.ar.in l. cum Aquiliana .
ff.de tranſact.& dicunt hic Ioan.de Imo.& D.Ab. ꝙ eſt com-
munis opinio,quod ſimpliciter renunciatio etiam cum iura-
mento referatur ad modicam lęſionem non autem ad enor-
mē.& hoc idem tenet hic But. & ſic ſecundum communem
opin.poteſt peti reductio propter enormē læſionem non ob-
ſtante tali renunciatione.Sed D.Ab.dicit,quod ſibi de iure vi-
detur verior opi.Iac.But.ſ.ꝙ non poſſit peti reductio ad arbi-
trium boni viri ratione magnæ læſionis,quia alias renuncia-
tio nihil operaretur contra c.ſi Papa.de priuil. in vj.& contra
l.ſi quando.ff.de leg.primo . nam ſine renunciatione non po-
tuiſſet petere reductionem ratione modice lęſionis , vt ergo
verba aliquid operentur debemus dicere,ꝙ non poſſit peti re
ductio ratione magnæ quantitatis,ſecus ratione maxime ſeu
enormioris læſionis, quia illa in dubio non videtur remiſſa ,
nec obſtat illud quod no.Bar.in l.quęro.§.inter locatorem.ff.
loca. quia ſecundum Do. Abb. verba ibi aliquid operantur,
ſed hic nihil operarentur. Sed tu aduerte,quia Bar. ibi dicit ,
quod ſi promiſi ſub pœna non petere arbitramentum redu-
ci ad arbitrium boni viri,quod ſi fuerit inique arbitratus poſ
ſum petere reduci, quia debet intelligi ꝓmiſſio ſi fuerit æqua
arbitratus,vt in l. ſi libertus.ff.de oper. liber.vnde Bar. videtur
ſentire quod non extendatur promiſſio , ſeu renunciatio ad
187 magnam læſionem,quia non dicitur æquum†arbitramentū
quando arbitrator lædit in quantitate non modica , vt in d.l.
ſi liber. vnde Bar.eſt ibi intelligendus,prout loquitur in §. ar-
bitrorum.ſ.quod talis promiſſio,ſeu renunciatio referatur ad
modicam quantitatem.Et iſta eſt communis opinio,vt ſ.dixi
Ioan.autem de Imo.in xi.charta.in ii.& iii.col.in fi.hūc articu
lum plene explicat,& ſequitur opin.Ia. Bu.quam etiam ſequi
tur D.Ab.& dicit ex quo renunciatur poteſtati petendi redu-
ctionem videtur renunciatum eo caſu quo peti poteſt.nō au
tem in eo in quo peti non poteſt,vnde neceſſario debet intel
ligi renunciatum etiam ſuper magna læſione , quia ſine ali-
qua renunciatione arbitrator poteſt modice lædere , vt in d.l.
ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbit.vnde concluditur , quod talis
renunciatio trahitur ad magnam læſionem , non tamen dēt
extendi ad maiorem,vel maximam, & ſic licet extendatur ad
læſionem enormē , non tamen debet extendi ad enormio-
rem, vel enormiſſimam cum prędicti ſint diuerſi gradus.l.vbi
autem non apparet.ff.de verborum obligat. & dicit quod ſa-
tis videtur operari renunciatio,ſi operetur in magna, & enor
mi læſione,licet non operetur in enormiore , vel enormiſſi-
ma alleg.no.in l.ii.C.ſi aduer.vend.& quod not.Bar.& Bal. in
188 l.penult.C.de arbit. Quę autem dicatur eſſe † enormis,vel
magna læſio,& quæ dicatur enormior . & quæ enormiſſima
Ioan.de Imo.in antepenult.charta,in vlt.col.dicit,quod enor
mis,vel magna læſio dicitur quādo pars læditur in tertia par-
te,vt in l.vnde ſi Neruę.ff.pro ſocio.ego autem puto,quod re
linquatur arbitrio iudicis per ea quę dixi in ii.quæſtione.Enor
mior autem ſecundum eum dici poteſt quando quis læditur
b vltra dimidiam per l.ii. C. de reſcin.ven . enormiſſima [b] vero
quando læditur in totum , vel quaſi ar.in l. omnes. §.Lucius.
c ff.quæ in frau.credi.& ſubdit quod non poteſt eſſe maior [c] læ-
ſio quam in toto,dicitur in ſuperlatiuo enormiſſima læſio ,
& hęc verba no. Ad l.ii. C. de reſcind. vendi. & de verborum
obligat.ſi quis cum aliter reſpondet, ꝙ non eſt bonum ſimi-
le.quia illa verba , & ſi res plus valet dono; licet referātur ad
modicum poſſunt aliqui, operari , quia vbi prius ſimpliciter
habebat rem ex contractu emptionis , modo habebit in illo
ꝙ plus valet ex contractu donationis, licet referantur ad mo
dicum , ſed in caſu noſtro ſi verba renunciationis refererent̄
ad modicum nihil pœnitus operarentur . Aduerte tamen ,
quia tenendo opin.Iac.But.& Ioan.de Imo.& D. Ab. ſ.quod
renunciatio extēdatur ad magnam quantitatem,ſeu ad enor
mē læſionem , debet intelligi quando arbitrator re ipſa lędit
abſq; propoſito,ſeu dolo, qa ſi doloſe auferret de iure vnius,
& daret alteri poſſet peti reductio non obſtante renunciatio-
ne, etiam ſi in modica quantitate læderet , vt ſ. dixi in prima
189 quæſtione,nec obſtat renunciatio , quia†dolus non intelligi
remiſſus,vt in l.creditor.§.Lucius.ff. manda.Nec etiam poteſt
remitti, vt in l.ſi vnus.§.illud.ff.de pac.& in l.contrauenire.ff.
de pact. dota. & per hoc tene iſtam regulam firmam , quod
190 quantumcunque verba†renunciationis ſint generalia etiam
ſi iuratum , & pœna ſit appoſita ſemper poteſt peti reductio,
quando arbitrator per dolum aliquam ex partibus lędit . &
hanc regulam teneamus quo ad omnia infra dicenda ꝑ hoc
ſum expeditus,de ſecundo caſu.Tertius caſus eſt,quando ver
ba ſunt late concepta,vt quia renunciatur reductioni ad arbi
trium boni viri , quodcunque enorme præiudicium contin-
gat inferri,vt dicitur quod poſſit de iure vnius partis dare alte
ri in modica magna & maxima quantitate,& in hoc caſu di
cit Hoſt.ꝙ talis renunciatio facit , vt non poſſit peti reductio
ad arbitrium boni viri,& ꝙ ſtari debet dicto arbitratoris,niſi
dictum ſuum eſſet contra Deum.Idem dicit D.Ab . ſi eſſet cō
tra ius commune per partes non remiſſibile, vt in c.examina
ta.& in c.peruenit.de arbit.& in c. ſi diligenti.de foro compe.
Idem ſecundum But.ſi aliquid pręcipitur contra pietatem na
turalem,vt hic patet,vel in præiudicium tertii,vt ſ.eo.venien
tes.vel vbi pręcipitur aliquid vbi facillima contrauentio,vt ſi
mandat ſub pœna,vt nullum dicat verbum contumelioſum.
nam de facili poteſt accedere,ꝙ nihilominus dicetur,vt lubri
cum linguæ non debet trahi ad pœnam. l.famoſi. ff.ad l.Iuli.
maieſt.Idem ſi mandatum eſſet contra iura, ſicut erat hic de
191 exhęredatione filiorum,& expulſione vxoris.vbi autem†lau
dum non eſt contra Deum, vel contra pietatem naturalem ,
nec contra iura , nec in præiudicium tertii ſtandum eſt dicto
arbitratoris.dicit tamen quod forte ex ęquitate iudex ex offi
cio poterit ſubuenire penſatis cauſis,locis, temporib.& quali
tatibus perſonarum.allegat no.de tranſact.ca.fi.& ſ.de arbit.
c.ii.& vt breuius loquar conſidera duos caſus . primus quan-
do conſtat dolum non eſſe commiſſum per arbitratorem,&
ſic conſtat dolum re ipſa interueniſſe. Secundus eſt,quando
d dubitatur an dolus [d] ex propoſito interuenerit.In primo caſu
videtur ſentire Bar.in d.§.arbitrorum.quod non poſſit peti re
ductio.Idem tenuit Franc.de Are. in l. ſi quis arbitratu. ff.de
verborum obligat.Sed Dy.in rubr.ſcienti.lib.vj.tenet contra-
rium.ſ.ꝙ etiam ſi conſtet quod re ipſa deceptio interuenerit,
192 ꝙ poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, quia†dolus ex
propoſito,& re ipſa ęquiparantur, quia in renunciatione in-
telligitur tacite.Ineſſe conditio ſi ceſſet dolus , vt ex propoſi-
to,vel re ipſa,quia legalis diſpoſitio cenſetur excepta.l.quero.
§.inter locatorem.ff.locati.& per hoc dicit quod renunciatio
vel pactum non præiudicabit ſi lęſio eſt magna,& veriſimili-
ter incogitata,ſiue ſit ex propoſito,ſiue re ipſa.Idem ſequitur
Pet.de Anch.in repe.c.canonū ſtatuta , & in diſputatione ſua
quę incipit cum c.laicus.& Bal.in l.penult. C.de pact.Sed Iac.
But.ibi,& Odof.& Rainerius de Forliuio.& Ioan. Cald.vt re-
fert Ioan.And.in Spe.de arbi.§.fi. verſ. item quod ſi compro-
miſſum licet Spec.videatur declinare in opi.Dyn. But. autem
in hoc videtur ſibi cōtrarius.nam in vij.membro dixit, ꝙ vbi
dolus

## ADDITIONES.

a ¶Et ibi vide apoſtillam meam in tractatu clauſularum.c.in reductione.ad arbitrium boni viri,& eleganter hoc tenet Io.Cald.fol.xvi.vbi omnino vide,& in ſimili.Pau.de Caſt.conſi.189.3.col.ver.iuramentum.Fel.in c. ꝙ ad conſultationem.ii.col.in prin.de re iud.& Old.conſ.clvi.quem omnino.uide & Ale.Imo. conſi.xliij.iii.col.j. volu. Quid ſi dicatur vt poſſit arbiter vel arbitrator auferre in parua,& magna quantitate.Bald.conſi.381.primo.vol.

b ¶Enormiſſima. de hoc per Io.Cald.conſi.fol.xvi.in magna læſione ſemper pręſumitur dolus.Alex.Imo.conſi.42.3.col.1. uol.

c ¶Leſio.de hoc per Bar.Cœpolam in contractu ſimulatio.contra.in vj.caſu principali.in fi.incipiente verum quia in iſto libello .

d ¶Dolus.Vide Pau.de Caſtr.conſi.72.poſt me.2.col.Adde Oldr.conſil.156. vbi tenet quod ubi ex propoſito , vel re ipſa dolus apparet , non obſtat iuramentum nec pactum in petiti . ad arbitrium boni viri . Quando dicatur laudum dolo latum.Ioan.Cald.conſi.fol.16. Item adde , quod vbi eſt enormis lęſio , ibi præſumitur dolus,Bal.conſil.253 in fi.1.volu. Item an laudum latum per dolum, poſſit dici nullum non obſtante promiſſione de non contrauenien-do lariſſimā etiam ſi ſit iurata , & an procurator conſtitutus ad emologandum laudum,poſſit tale laudum emologare.Bal.conſil.6.& conſil.274.volu. vel ſit ipſo iure nullum,vel procurator emologando impediat dominum petere reductionem ad arbitrium boni viri.

dolus eſt re ipſa in enormi læſione quando verba ſunt latiſſi-
me ſpecifi cata, tunc præiudicat renunciatio, dicit tamen ꝙ ſi
ex aliqua cauſa legitima arbitrator fuit deceptus. & hoc con-
ſtat debet ſaltem ex clauſula generali, vel officio iudicis ſubue
niri læſo. argumen. l. in ambiguo. §. de re. dub. & quod no. Spe.
in ti. de arbitro. §. ſi. ver. quid ergo cum propoſuiſſet, & dicit D.
Ab. quod ita poteſt intelligi dictum Hoſt. dum dicit, quod iu-
dex ex æquitate poteſt ex officio ſubuenire, vel poteſt intelli-
gi quando dubitatur de dolo, de quo dicam in caſu ſequent.
Sed idem Bu. circa quintum membrum. tenet contrarium, di
cit enim quod etiam ſi verba renunciationis ſint late conce-
pta, tamen ſi eſt deceptus in magna quantitate, etiam re ipſa
& non ex propoſito, etiam ſi hoc conſtet adhuc competit re-
medium parti læſæ, quia talia verba renunciationis videntur
prolata ſub confidentia diſcretionis, & amicitia arbitrorum,
vt captent ipſorum beneuolentiam ad non lędendum, facit c.
cum veniſſent. de Inſti. & ideo ſi deceptos ſe reperiant ſub di-
cta ſpe debet eis prouideri, vt in ca. veniens. & in c. quanto. ſ.
eo. & in l. ſi libertus. ff. de ope. liber. & ſic dicit etiam ſe conſu-
luiſſe, etiam ſi reperiatur taliter eſſe iuratum, quia verba ſic
lata non ſic effuſe debent intelligi, vt ſonant. arg. d. c. cum ve-
niſſent, & maxime quia in compromiſſis hæc verba multo-
tiens apponuntur per notarium præter intẽtionem compro-
mittentium, & ideo ſi læſio eſt in magna quantitate, ſiue re
ipſa, ſiue ex propoſito debet dari remedium parti læſæ, & di-
cit, ꝙ poterit peti abſolutio a iuramento, vel iudex ex officio
debet prouidere, vt in c. ad noſtram. el ii. ſ. eo. & eandem opi.
tenuit But. in cap. veniens. ſuper glo. vlt. ſ. eo. vbi videtur tene-
re, ꝙ quantumcunque verba ſint late concepta nihilominus
poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri. D. autem Ab. in
22. col. ceſpitat. primo enim ſequitur opin. Ioan. Cald. in loco
præalleg. & allegat Hoſt. & Ioan. An. in c. vlt. de maio. & obe.
in verbo publicetis. in ver. quid ergo. vbi dicunt, ꝙ ſi compro-
mittitur in iudicem, vel aliũ quod poſſit de alto & baſſo &c.
ꝙ aliqua partium non poteſt de cætero allegare ignorantiã,
quia ex vi pacti ſe excludit. & de ſe debet conqueri. ff. de mi-
no. l. cum mandato. in ſi. & ff. de arbi. l. diem proferre. §. ſtari. &
ff. ſi menſor fal. mod. dix. l. i. §. hęc actio. & ff. de inſtitoria. l. ſed
ſi quis. §. ſi. & ff. de acq. poſſeſſ. l. ſi. verſic. ſin autem, hoc tamen
limitat D. Ab. quando aliquod verbum reſtrictiuum illius po
193 teſtatis fuiſſet appoſitum puta, quod poſſit † alte & baſſe [a] de
a iure vnius dare alteri parti, prout ſibi videbit, & placebit &c.
nam hæc verba videbitur, & placebit, importãt arbitrium bo
ni viri. l. tuis. §. ſororem. ff. de fideicommiſſ. lib. & in l. fideicom
miſſa. §. quamquam. ff. de leg. iii. no. in cap. ii. de corpo. vitia. &
idem dicendum eſt in ſimilibus verbis importantibus arbi-
trium boni viri facit quod no. Bar. in c. ii. de lege Corradi. ad-
dit etiam limitationem But. de qua dixi ſupra. ſ. ꝙ quando cõ
ſtat arbitratorem eſſe deceptum, ex legitima cauſa ſubueniẽ-
dum ſit læſo per officium iudicis. Poſtea dicit, quod hæc opin.
videtur verior de iuris ſubtilitate. argu. c. quam periculoſum.
vij. q. j. qđ 5. q. 5. ſed aliud. ſed quia notaui ex ꝯſuetudine & ſo-
lent apponere illa verba generalia ſatis poteſt teneri opi. But.
qui dicit quod niſi aliter appareat, non videtur quis voluiſſe
pati enormẽ læſionem, vel ſaltem enormiſſimam. arg. l. cum
de indebito. ff. de proba. & eorum quæ notantur per ipſum. j.
eo. cum contingat, niſi aliud dicatur fauore litium dirimen-
darum. & ſic vides, quod D. Ab. non firmat pedem. Ang. autẽ
in quadam ſua diſputatione quæ incipit duo litigantes. ſequit
opi. Io. Cal. & idem ſequitur Ioan. de Imo. hic dicunt tamen,
quod ſi eſt expreſſum ſolum de enormi læſione poterit peti
ratione enormiſſimę. Sed ſi eſt expreſſum, ꝙ non poſſit peti
reductio ratione enormis, vł enormioris, vel enormiſſimi dã
nj, tunc non poterit peti quantumcunque ſit grauis lęſio, &
ſic Ioan. de Imo. & Ang. in præalleg. diſputatione ſequuntur
opi. Io. Cal. & Ioan. And. quam etiam ſenſit Bar. in d. §. arbitro
rum. & Franc. de Are. & Iac. But. & Ray. de Forliuio, vt refert
Ioan. And. in præalleg. addi. quæ opin. etiam mihi placet. Ne-
194 mo † enim preſumitur dixiſſe verba quæ mente non cogita-
uerit. l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. vnde talis videtur eſſe mẽs qua
lem verba eſſe demonſtrant. vnde credendum eſt eam fuiſ-
ſe mentem partium, quod ſi caſualiter contingeret arbitrato
rem enormiter lędere, quod nihilominus velint ſtare eius di-
195 cto. Non enim † a verbis eſt recedendum, niſi aliter de mente
conſtet. l. non aliter. ff. de le. iii. facit quod no. Bar. in l. emptor.
§. Lucius. ff. de pac. & in l. ſi de certa. C. de tranſact. vbi dicit, ꝙ
quando verba renunciationis ſunt generalia, ita quod eſt ne-
ceſſe ea generalr intelligere, ſalua ratione recti ſermonis, re-
feruntur etiam ad incogitata, quia ſufficit quod in genere po
tuerit hoc cogitare. Idem no. Bal. in l. ſub pretextu. ff. eo. tit. &
dixi in capit. primo. de tranſactio. Ita in propoſito ex quo ver
ba renunciationis ſalua ratione recti ſermonis non poſſunt
aliam interpretationem recipere, non debet poſſe peti redu-
ctio etiam ratione generalis lęſionis. Nec obſtat ratio But. &
D. Ab. ſ. quod notarij ſolent apponere iſta verba, quia nõ eſt
veriſimile, quod ſcripſerit niſi ea quæ inter partes fuerint ex-
preſſa, alias incurrerent pęnam falſi, vnde non eſt dicendũ, ꝙ
notarii apponant verba, ita lata niſi interueniat cõſenſus par
tium, mihi tamen placent limitationes, quas ponunt But. &
D. Ab. ſcilicet, quod ſi eſt appoſitum verbum reſtrictiuum pu
ta verbum placet, vel verbum videtur, vel ſi conſtat arbitra-
torem erraſſe, quod debet ſubueniri læſo, & de his latius ſ. di-
xi. In ſecundo caſu. ſ. quando non conſtat de animo arbitra
toris, & reperitur enormis lęſio, & in hoc caſu D. Pet. de An-
cha in locis pręalle. tenuit ꝙ dolus in dubio debeat pręſumi.
Idem dicit Bal. in l. penul. C. de arbit. Bar. vero. in l. arbitratorũ
196 dicit, ꝙ ſi eſt exceſſus in nimis magna quantitate dolus † præ-
ſumitur, quia talis exceſſus in maxima quantitate facit dolũ
præſumi. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. facit l. qui te-
ſtamentum cum ibi no. ff. de proba. dolus autem non venit
in generali renunciatione l. creditor. §. Lucius. ff. mand. & di-
cit Ioan. de Imo. quod Bar. videtur velle, quod renunciatio
operetur in magna lęſione, ſed non in maxima, ſeu nimis ma
gna, & dicit quod idem videtur Bal. in d. l. penul. C. de arbi. fa-
cit quod habet in ſolum in l. j. & ij. C. ſi aduer. ven. pign. Domi
nus etiam Ab. hic in xxiii. col. dicit, quod ratione enormiſſi-
mæ lęſionis poteſt peti reductio ſaltem iudicis officio, quia
præſumitur dolus in tanta lęſione. & dicit ꝙ hoc tenet Bar. in
d. §. arbitrorũ. qui dicit ſic poſſe ſaluari dictum Hoſt. hic. dum
dicit, ꝙ iudex ex officio poteſt ſubuenire oppreſſo &c. & hãc
opi tenuit etiam Pet. de Anch. in præal. diſputatione. & in re-
petitione. c. j. de conſti. ſed Iac. Bu. & Odof. in d. l. penul. C. de ar
bit. tenent contrarium dicentes, ꝙ ſicut poteſt renunciari re-
medio. l. ij. C. de reſcin. vendi. Ita etiam poteſt renunciari redu
ctioni ad arbitrium boni viri etiã ſi enormis ſit lęſio, & iſtud
etiam tenet Rayn. de Forli. Ioan. Andr. & Ioan. Cald. in loco
pręall. & Hoſt. & Ioan. And. in c. vlt. de ma. & obed. vt recitaui
in præcedenti caſu, dicunt enim quod quando eſt appoſita
clauſula, quod arbitrator poſſit alte & baſſe, & c. nullum da
tur remedium contra arbitramentum. Fed. etiam de Se. con-
ſilio ſuo cxxv. & cxli. dicit ꝙ in dubio non debet pręſumi do-
lus arbitri, ſeu arbitratoris cum non ſperet aliquod lucrum,
vel commodum, & per hoc dicit, ꝙ non obſtat. l. ſi vnus. §. il-
lud. ff. de pac. quia ibi aliquod commodum pertinebat ad par
tem. Iſtam eandem opi. firmauit Ang. in præalleg. diſpoſitio-
ne. & Io. de Imo. hic pro hoc adducit. l. diem proferre. §. ſtari.
ff. de arbit. vbi patet ꝙ ſi compromiſſum fiat in arbitrium ſtã
dum eſt eius ſententię ſiue ęqua, ſiue iniqua ſit. vnde idem di-
cendum eſt in laudo arbitratoris ſi partes ſe ad hoc volunt
expreſſe obligare. facit quod no. Bart. in l. iij. §. tametſi eo. ti.
Non ob. l. omnes. §. Lucius. ff. quę in frau. credi. in qua ſe fun-
dat Bar. quia ibi loquitur quando fit alienatio omnium bo-
norum per debitorem ſcientem ſe habere creditorem, & hic
non fertur ſententia ſuper omnibus bonis, nec ſuper maiori
parte. Pręterea ibi loquitur quando per actum lęditur ius ter
tij a quo actum faciens non habet poteſtatem, ſed arbitrator
habet poteſtatem a partibus ſuper actu faciendo, ideo ibi fa-
cilius pręſumitur dolus ꝙ̃ hic, & eodem modo dicit poſſe re-
ſponderi ad l. qui teſtamentum. ff. de proba. Et ex hoc inferas,
quod quantumcunque ſit lęſio enormis, vel enormiſſa non
pręſumitur dolus arbitratoris, niſi alię cõiecturę interueniãt,
licet Bar. & Pe. de Anch. & Bu. & D. Abb. ſentiant contrariũ.
ſed mihi verior videtur opi. Ang. & Ioan. de Imo. quę origina
liter fuit Ioan. And. in loco præalleg. & probabo in c. cum cõ
tingat. j. eod. quod non pręſumitur dolus ex magna lęſione,
ſed circa hoc dubitatur de duobus. primo qualiter probetur
dolus. ſecundo, an ſufficiat lata culpa arbitratoris. Circa
197 primum † Ang. & D. Pet. in locis pręalleg. dicunt, quod dolus
poteſt probari ex perſpicuis coniecturis. l. dolum. C. de dolo.
& in c. ij. de renun. in vj. & ponunt aliquas coniecturas ex qui-
bus dolus pręſumitur. Prima eſt quando probatur, ꝙ arbitra-
tor recipit pecuniam pro ferendo laudum pro altera ex par-
tibus. l. venales. C. quando prouo. non eſt neces. Idem dicunt
ſi appareret, ꝙ per preces fuerit corruptus, vt in l. ſeruo inui-
to. §. cum pretor. ff. ad Trebellian. & no. in d. l. venales. & licet
quo ad valorem ſententię iudicis fiat aliqua differentia inter
corruptelam pecunię, & corruptelam pręcum, vt no. in d. iu-
ribus tamẽ vtrobique arguitur dolus, vt in eis patet. Secunda
coniectura eſt ſi apparet, ꝙ pars fecit pactum cum arbitro
vel arbitratore, ꝙ ſi contingat in eum compromitti ferret ſen
tentiam pro ipſo paciſcente, facit l. obſeruandum. ff. de offic.
pręſi. Tertia coniectura eſt, ſi dixerit aliquibus quod ꝑ certo
ſe vin-

ADDITIO.

a ¶ Alte & baſſe. Vide Bal. conſ. 381. j. vol. D. Abb. in c. 2. vlt. col. de maio. & obe. &
Pau. de Caſt. conſ. 172. in fi. Lud. Rom. conſ. 67.

ſe vindicaret contra illam partem contra quam poſtea tulit
ſententiam, vt in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex quib. cau.
in poſſ. eatur. & in regula pro poſſeſſore. lib. vj. licet ſecundū
eos ſi hoc diceret poſt ſententiam non deberet ſibi credi, vt
in c. ſicut. ſ. de teſti. ſed Ioan. de Imo. remittit pro hoc ad no. p
Innocen. in c. ij. ſ. de arbi. Quarta coniectura eſt ſi arbiter,
vel arbitrator inebriat partem, vt conſentiat laudo. nam præ
ſumitur doloſe egiſſe. l. dolum. C. de dolo. & ibi hoc no. gloſſ.
Quinta coniectura eſt, quando aliqua mendacia dixit, vt in-
duceret partem ad conſentiendum laudo facit, quod no. glo.
no. in l. item ſi pretia. ff. loca. Sexta coniectura eſt, quādo pars
voluit oſtendere iura ſua arbitro, vel arbitratori, & obtulit ſe
paratam in continenti docere de iure ſuo. Arbiter autem vel
arbitrator noluit audire. ſed potius leuato velo, ex capite ſuo
ſententiam fulminauit iuxta ea quæ notantur in c. interpoſi-
ta. de appel. & in c. ex parte. ſ. de teſti. Septima eſt, quando ſē
tentia continet euidentem iniquitatem apud bonos, & gra-
ues, vt quia priuauit filium ſucceſſione patris cauſa non appa
rente, & idem dicunt ſi priuauit fratrem ſucceſſione fratris ſi-
198 ne cauſa, quia & hereditas † fratris eſt debita fratri. l. fi. C. de co
dicil. licet magis filio ſit debita. l. ſcripto. ff. vnde liberi. immo
eſt debita aſcendentibus magis q̃ collateralib. facit. l. nam &
ſi parentib. ff. de inoffi. teſta. iuncta l. fratres. C. eo. tit. Sed Ioan.
de Imo. in vlt. char. in ij. col. tenet contrarium dicens, ꝙ non
præſumitur dolus & hoc ſi aliter non probatur. ſed tu tene il
lud quod dicit Ang. & D. Pe. ex quo enim priuauit ſine cauſa
ſucceſſione patris, vel fratris manifeſte præſumitur de dolo,
cum nulla æquitas naturalis hoc ſuadeat. Octaua coniectura
eſt ſecundum D. Pet. quando apparet probatū per acta de de-
bito, & ipſe arbiter, vel arbitrator abſoluit, vel econtra appa-
ret nihil probatum eſſe, & arbiter condemnauit, licet enim
poſſibile ſit ꝙ arbiter, vel arbitrator habuit aliquas probatio
nes quæ tamen ex actis non apparent tamen quia hoc aliter
non apparet ex ipſis actis videtur apparere de euidenti iniq-
199 tate, cum † acta inducat notorium, vt in c. cum olim. de verb.
ſignifi. & in c. fi. de coha. cle. & mul. & hoc no. Inno. in c. ex in
ſinuatione. j. de app. in fi. facit quod ipſe no. in cap. per tuas. de
teſti. facit gl. in cle. j. in ver. publice. de ſepul. dicit tamen D. Pet.
ꝙ quia poteſt eſſe ꝙ fidem non adhibuit probationib. quan-
do abſoluit, vel ꝙ habent alias probationes quando condē-
nauit propter talem caſualitatem non debebit contrauenire
ſi iuratum eſt niſi petita abſolutione a iuramēto plus voluit
Fed de Se. conſ. ſuo cxxv. & cxli. ꝙ etiam ſi dolus interueniat,
non poſſit peti reductio ante petitam abſolutionem a iura-
mento per c. debitores. ſ. eo. quia non debet alterius perfidiā
inducere ad ſuam fidem tollendam xxii. q. ij. innocēs, & hoc
eſt tutius. licet forte ſit verius, quod non requiratur abſolutio
a iuramento quando dolus interueniat, vt in c. veniens. ſ. eod.
facit c. cum contingat. j. eodem. & c. ij. de pact. in vj. & videtur
etiam probari in hoc capitulo. Sed quo ad dictum D. Pet. Io.
de Imo. hic in vlt. char. tenet cōtra, quia poſſibile eſt, licet nō
appareat ex actis, quod alias probationes habuerit, vel ex ali-
qua cauſa non adhibuerit fidem probationibus, vel etiam ꝙ
ſibi viſum fuerit non eſſe ſufficienter probatum, vnde dicit ꝙ
non poteſt peti reductio ſi partes in renunciatione fecerunt
mentionem de enormiſſima læſione, & dicit ꝙ iſtud forte de
iure eſt verius. licet videatur æquior opi. Ang. & D. Pe. idem ſē
ſit Franc. de Are. in l. ſi quis arbitratu. vbi dicit ꝙ ſi arbitrator
nullis factis probationibus condemnauit, quia nedum læſio
eſt enormis, ſed etiam in toto pars eſt læſa, audietur petens re-
ductionem quantumcunque verba ſint lata. pro opi. autem
Ioan. de Imo. facit c. cauſamq; inter vos. de re iud. cum ibi no.
& quod no. Innocen. in c. quoniam contra falſam. de proba.
ad fin. Ego tamen ſic dicerem concludendo opin. quod
aut arbitrator dixerit ſe hoc facere pro bono pacis & concor
diæ, & tunc ſit vera opin. Io. de Imo. ꝙ non præſumatur fuiſſe
in dolo, ſed potius in culpa, ſi ex hoc non fuit ſecuta concor
dia. Aut ſimpliciter abſoluit, vel condemnauit. cum ex actis
coram ſe appareat eum debuiſſe pronunciare contrarium,
& tunc procedit opi. Ang. & D. Pe. & Franc. de Are. Ex quo
enim ſimpliciter abſoluit, vel condemnauit præſumitur hoc
feciſſe ex iuſtitia, quam etiam arbitrator poteſt ſeruare vt ſ.
dixi, vnde cum ex actis appareat eum pronunciaſſe contra iu
ſtitiam præſumitur fuiſſe in dolo, nec debet præſumi pro lau
do arbitratoris ex quo petita fuit reductio, ſicut etiam nō præ
200 ſumitur pro † ſententia iudicis quando pendet appellatio, vt
eſt bo. tex. cum glo. in l. Hærennius. §. Gaia. ff. de euiction. facit
quod no. in c. in præſentia. ſ. de renun. & hoc vltimum. ſ. quod
non præſumatur pro laudo arbitratoris pēdente reductione
tenet hic But. pro hoc allego. bo. tex. licet loquitur in ſentētia
iudicis a qua fuit appellatum. c. cum ad ſedē. in fi. de reſti. ſpo.
& de ſententia iudicis plene dixi in c. quoniam eſt. ſ. de prob.
Ex quo ergo eſt petita reductio, & ex actis apparet manifeſte
arbitratorem male iudicaſſe, debet dolus præſumi niſi laudi
arbitratoris aliquo modo poſſit excuſari, ita vt tollatur dol
præſumptio. Dicunt vlterius D. Pe. & Ang. ꝙ non poteſt dari
201 certa doctrina, an & quando dolus debeat præſumi, ſed † iu-
dex ex circunſtantiis habebit hoc arbitrari. l. dolum. C. de do-
lo. & in c. ij. de renun. in vj. & hoc de primo. Circa ſecundum
202 ſcilicet, an ſufficiat lata culpa arbitratoris, † Bal. in l. penult. C.
de arbit. & Pet. in dicta diſpu. dicunt, ꝙ lata culpa æquiparatur
dolo. l. quod Nerua. ff. depo. vnde dicunt idem eſſe dicendum,
ac ſi dolus interueniſſet ex propoſito facit l. j. §. j. ff. ſi menſor
fal. mod. dix. Sed Ioan. de Imo. in vlt. char. in prima colum. di
cit, ꝙ forte iſta opi. non eſt vera, quia ſecundum illam ſeque
retur, ꝙ ſi arbiter fuiſſet in lata culpa, ꝙ nō deberet ſtari eius
ſententiæ, quod tamen videtur eſſe falſum per ea quæ haben
tur in l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arb. & in l. ita demum. ff. d.
arb. licet enim lata culpa in contractibus æquiparetur dolo
non tamen reperitur hoc expreſſum quando agitur de veni
do contra ſententiam arbitri, vel arbitratoris, & dicit ꝙ illud
videtur fuiſſe de mente Ioan. And. & Io. Cald. in quantum re
quirunt dolum probari per corruptelam ipſius arbitri, vel ar-
bitratoris, & ꝙ Ang. in præalleg. diſputatione non fecit men-
tionem de lata culpa, ſed ſolum de dolo. alleg. Ioan. de Imo.
l. ſi plagij. C. ad l. Falcidiam. de pla. & l. igitur. §. fi. ff. de lib. cur. &
tex. & gl & quod ibi no. Bar. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur.
& in l. lege Cornelia. ff. de ſica. Tu vide bon. gl. in l. magna ne-
gligentia. ff. de verborum ſignificat. quæ dicit, ꝙ vbi dolus re
quiritur non ſufficit lata culpa. & vide Bar. in l. iuſte. ff. de acq.
poſſeſſ. & in l. j. §. non autem. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe ius. fuerit.
Et ex his ſum expeditus de tertio. Venio ad quartum. ſ. quis
203 ſit † [a] bonus vir coram quo debet peti reductio ad arbitriū bo
a ni viri. dic ꝙ bonus vir eſt iudex. l. vir bonus. ff. iudic. ſolui. &
in l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum oblig. & in l. quod ſi
Epheſi. ff. de eo quod cer. lo. & D. Abb. allegat bon. glo. in cap.
potuit. de loca. in ver. celeri. quæ dicit ꝙ vbi fit mentio de arbi
trio boni viri intelligitur de iudice, ſed ego allego gl. no. quæ
idem dicit in c. ſtatutum in ver. copia. de reſcrip. in vj. quæ vult
ꝙ vbi aliquid relinquitur arbitrio boni viri, intelligitur de iu
dice ordinario loci, & inter clericos intelligitur de iudice ec-
cleſiaſtico, facit quod no. Spec. in ti. de arbitro. §. j. ſed quis. vbi
b dicit qđ [b] bonus vir, cuius arbitrio dēt ſtari eſt iudex loci, & di
cit D. Do. ſuper gloſſ. prædi. hæc eſſe notanda. quia ſi compro-
miſſum eſt reducendum ad arbitrium boni viri, inter clericos
eſt iudex eccleſiaſticus. inter laicos vero eſt iudex ſecularis.
204 Sed circa hoc dubitaē corā quo debeat peti reductio, † an co-
rā iudice actoris, an corā iudice rei. & Bar. in d. §. arbitrorū. di-
ci aduocatos cōiter tenere, ꝙ iudex appellationis ſit iudex cō-
petēs corā quo dēt fieri iſta reductio, cū iſta reductio ſit quæ-
dam reclamatio, quæ eſt ſpecies appellationis: ipſe vero tenet
contrarium, dicens, ꝙ ille eſt iudex competens qui habet iudi
care in cauſa principali. Ita ꝙ ſi actor petit reductionem, dēt
recurrere ad iudicem rei, ſed ſi ipſe reus petit habet recurre ad
iudicem ſuum, ratio eſt, quia ſiue petatur reductio iure actio-
nis, ſiue officio iudicis ſemper debet adiri iudex rei, vt in c. cū
ſit. de foro compet. cum ſimili. Et eodem modo ſi reus petit
reductionem, poteſt adire iudicem ſuum, quia quaſi ſemper
ſuper exceptione ſibi competenti prouocat, & ſic prouocare
poteſt ad iudicem ſuam, qui eſt iudex prīcipalis cauſæ ad hoc
l. fi. C. de uſur. pup. ſecundum vnam lec. allegat etiam. l. cū hi.
§. tranſactionem. ff. de tranſact. ubi dicitur, ꝙ ille iudex debet
arbitrari ſuper tranſactione qui eſſet futurus iudex ſuper lite
principali, & per hoc allegat c. expoſitam. ſ. de arbit. ubi Papa
cognoſcit de arbitramento lato a Duce Venetiarum qui ſibi
non ſuberat, partes tamen ſuberant. facit quod no. Fede. de Se.
205 conſi. ſuo. ccxxx. ubi dicit, quod ſi petitur examinatio † teſtiū
ad perpetuam rei memoriā debet adiri iudex principalis cāæ,
ſiue petatur a reo, ſiue ab actore, & idem no. Bar. in d. §. tran-
ſactionem. & in d. §. arbitrorum. & in d. l. fin. C. de uſu. pupi. de
quo etiam per D. Ab. in ca. ſi quis contra clericum, in primo
no. ſ. de foro compe. & cum opin. Bar. concordat But. dicit ta
men quod ſi laudum eſt iuratum poterit adiri iudex eccleſia-
ſticus per hunc text. & per c. cum. C. laicus. de foro compet. in
6. D. autem Ab. allegat c. uenerabilem. de elec. Idem dicit Bu.
ſi latum eſt laudum in materia ſpectante ad eccleſiam, ut in
matrimonio, ut hic probatur, idem ſi contra pietatem, ut etiā
hic patet. Idem ſi euidens peccatū nutriret. ſ. de iud. nouit aliā
limitationem addit D. Ab. dicens, quod ubicunque pro parte
eccleſiæ

ADDITIONES.

a ¶ Bonus vir. Adde quod iudex reductionis non cognoſcit, vt iudex ſed ut arbitrator, & ab illius ſententia non appellatur Io. Cald. conſil. 5. fol. 16. quod eſt no. Car. in cle. 1. ii. col. ver. quinto quæro. de appel.

b ¶ Bonus vir. Quare a ſentētia arbitri non appellatur Car. in cle. 1. 2. col. ver. ſexto quæro. de appel.

eccleſiæ petitur reductio ex ſpeciali priuilegio eccleſiæ poteſt adiri iudex eccleſiaſticus, puta ſi allegatur fraus, vel minus legitimus contractus ſuper re eccleſiæ, & hoc notanter voluit Inno. procedere in omni caſu in c. cum ſit. de foro compet. ad quod D. Abb. ſe remittit. Extra iſtos caſus dicit But. procedere theoricam Bar. quam dicit poſſe ſeruare etiam in perſonis eccleſiaſticis ad diſcernendum, an iudex eccleſiaſticus actoris, an vero iudex eccleſiaſticus rei debeat adiri. iſtam opini. Bar. ſequitur etiam hic. D. Ab. in penult. char. in ij. col. ſed hoc limitat quando ex forma ſtatuti laudum haberet executionē paratam, tunc enim cum pars conqueratur directe de laudo debet adiri iudex ipſius arbitratoris, ſicut obſeruatur in cauſa appellationis. & hoc voluit Bart. in l. ij. C. vbi, & apud quem. Quia petitio reductionis eſt quaſi quædam appellatio, Alex. Imo. conſi. cxxxj. in prin. ij. col. allegat Bal. in l. ij. vt li. pen. Io. Cal. conſi. v. xvi. fol. dicit quod non appellatur a laudo arbitratoris, nec facit gradum, ſed aditur iudex vt reducat laudum, vide in tractatu clauſularum. capitu. videamus quid ſit iudex. Ceſſante vero lege municipali, dicit quod ſiue petatur reductio ab actore, ſiue a reo debet adiri iudex cauſæ principalis,
4 ne menti ꝙ iuramentum interpoſitum ſuper contractu† recipit omnes conditiones & limitationes quas recipit contractus, & ſic debet regulari ſecundum naturam contractus cõcordat.c.peruenit.ij.ſ.eod.vbi plene dixi.& iſte tex.facit ad ea quæ no.Bar.in l.cum pater.§.libertus.ff.de leg.ij.vbi Bart.dicit ꝙ ſi duo fecerunt pacem, & promiſerunt illam non rumpere ſi poſtea vnus rumpit pacem, & deĩde alius ſecũdus poteſt accuſare primum. Sed primus non poteſt accuſare ſecundum quia ſecũdus nõ erat obligatus ex quo primus non ſeruauit fidem.Sed adde Bar.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.in fi.ff.
5 de verb.oblig.vbi dicit ꝙ ſi quis promiſit me non† offendere ſub pœna faciendo pacem mecum, ꝙ ſi offendit fratrem meũ, non dicitur frãgere pacem, quia ſunt certæ perſonæ per quas iniuriamur,vt in l.j.in fi.cum l.ſeq.ff.de iniur.inter quas frater non numeratur.& iſtud dictum Bar.ſequitur Bal.in c.j.§.ſimiliter.quib.mod.feu.amit.dicens iſtud dictum ſingulariter not. & hęc adde ad ea quæ dixi poſt eundem Bal.in d.ca.peruenit.
6 Quarto no. ꝙ fornicatio † ſubſequens diſſoluit ſponſalia de futuro etiam iurata,& dicit D.Abb.iſtum tex. eſſe tenendum menti,quia non alibi ita bene probatur, & dicit ꝙ licet iſte tex.loquitur in ſponſa.tamen idem dicendum eſt in ſponſo, quia quo ad iſta nõ iudicantur ad imparia, vt in c.apoſtolus. 37.q.7.& q.6.c.nihil iniquius.& c.indignantur.cum ſimilibus. & dicit ſe ſemel ita in facto conſuluiſſe,dicit tamen quod fornicatio diſſoluit ſponſalia in fauorem illius qui non peccauit,ille enim poteſt illam non aducere, ſed peccans non abſoluitur alio volente,quia delictum non debet præſtare immunitatem & abſolutionem a contractu,vt in c.ij.de tranſl. prælat.facit quod no.in ſimili in c.de illis.de deſpon.impub.& Bal.hoc inducit in argumentum quod ſi Papa ſcripſit pro aliqua monachãda,quod ſi illa poſtea corrumpit mores, nõ debet recipi inter moniales. Quinto no.ibi,prorſus abſurdum
7 ꝙ valet † argumentum a ratione abſurditatis, & ſic licitum eſt arguere per locum ab abſurdo.concordat c. ex ore.de priuileg.cum ſimili. Sexto no. ibi, turpius eiicitur ꝙ licitum eſt allegare dicta poetarum ex quo iura non contradicunt,idem de prouerbiis vt probatur in c.& ſi iudæos.j̃.de iudę. & quoti
8 die allegatur iſte tex.quod facilius† impediuntur contrahenda,quam dirimantur iam contracta.concor.c.rurſus.qui cle. vel vo.& c.ij.de cog.ſpiritua.in vj.& ff. de his qui ſunt ſui,vel alien.iur.l.pater furioſo. Septimo no.ꝙ turpitudo ſeu deformitas præcedens contractum non poteſt allegari contra contrahentem,ſed bene ſubſequens, & bene facit iſte tex. ꝙ cre
9 ditor non poſſit allegare †debitorem ſuſpectum propter paupertatem præcedentem contractum, ſed bene propter ſubſequentem,ad hoc bene facit.l.ſi creditores.ff.de priuil. credi.& l.fi.C.de ſpon.& ibi per Bar.& quod no.in c.præterea. ſ.de teſti.cog.& in c.fi.de collu.& ex hoc tex.arguit Hoſt. & Doct.ꝙ prælatus non poteſt repelli prætextu criminis præcedentis ſuã promotionem,de quo in d.c.preterea.& in c.fi.de purg.cano. In glo.ij.hæc glo.eſt no.& quotidie ad eam fit remiſſio quando dubitatur quæ conditiones ſubintelligãtur in iuramento. & diuide ipſam in tres partes,in prima tractat de conditionibus generalibus. In ſecunda de ſpecialibus. In tertia quærit an conditiones generales reddant promiſſionem conditionalem, vel iuramentum conditionale. In prima parte dũ glo.dicit,ꝙ ſi ſubintelligitur conditio ſi placeat papę. Intellige quando materia ſuper qua iuratur concernit poteſtatem Papæ,nam tunc intelligitur excepta authoritas Papæ, vt in c. venientes.ſ.eo.& dixi in c.quanto.ſuper ij.glo.ſ.eo.Item dum glo.dicit ꝙ ſubintelligitur conditio. ſi res in eodem ſtatu per-
10 manſerit per hoc dicit Ioan. Andr. ꝙ ſi iuraui † prelato non aſtringor iuramento ipſo depoſito,vt in cap.venerabilem. de elec.Similiter ſi aliquis tanquam Canonicus iurat ſeruare ſtatuta eccleſiæ, & poſtea renunciat canonicatui non ligatur illo iuramento,vt in c.cum inter.P.de renun. & dixi ſ.eo. veritatis inſuper Ioan.And.enumerat alias conditiones quæ ſubintelliguntur in iuramento prima eſt ꝙ ſi iuro tibi dare x.ſubintelligitur conditio niſi iudex interdicat ex iuſta cauſa,vt in c.ſignificauit.j̃.de cenſi.& in l.fi.ff.qui ſatiſd.cog. vel ius com-
11 mune,nam†ſi iuraui tibi ſoluere infra certum terminum, & deinde incurris excommunicationem non teneor tibi priuſquam abſoluaris,vt in cap.veritatis.ſ.de dolo & contuma. & in cap.ſi vere.de ſenten.excommunic.de quo vide bo.gloſſ.in cap.nos ſanctorum. xv. quæſt. vj. Secunda conditio, ſi pater iurat dare alicui filiam in vxorem. Intelligitur promiſiſſe ſe facturũ & curaturum,vt in capit.ex literis.ij.de ſponſa. & per gloſſ.fina.in cap.ex reſcripto.ſ.eodem. Tertia conditio,quare in iuramento intell igitur ſeruatumus tertij.ſ.eo.veniens.

& j̃.eod.cum contingat.in fin.& in cap.ij.in fin.de pact. in vj. & hoc dicit Bal.hic eſſe tenendũ menti pro decretis iudicũ iuſtificandis quare tacite intelligitur ſaluo iure alterius. Quarta conditio,quia ſubintelligitur in iuramento cõditio, quod non omittatur defendere ius proprium vel eccleſiæ ſuæ, vt j̃. eo.petitio. Quinta ſubintelligitur conditio, niſi abſoluar ab eo cui iuraui, vt ſ.eod. quanto. & capit.j. & hoc procedit etiam in iuramento ſponſaliorum,vt in c.ij.j̃.de ſpon. Sexta, quia ſi quis iurat ſtare ſententiæ arbitratoris ſubintelligitur conditio niſi enormiter lędatur.ſ. eod. Quintauallis. Septima eſt, quia ſubintelligitur conditio niſi aliquid turpe alteri accedat,vt hic. Octaua, quia ſi promiſi tibi aliquid intelligitur niſi ſtet per te,vt in cap.de illis.& in cap.ſicut.j̃. de ſponſ. & ſ.eo peruenit.ij.& de hoc ſe remittit Hoſtien.ad Summam eo.tit. §. quod ſunt ſpecies. vbi plenius expedit. In ſecunda parte glo.vide quæ dixi in cap.veniens.ſuper.ij. gloſſ. In tertia parte glo.D.Ab.dicit ꝙ glo.procedit etiam ſi conditiones ſub
12 intellectæ exprimantur, quia expreſſio†cõditionis quæ ineſt non reddit actum conditionalem,vt in c.ſignificaſti. de elect. ratio eſt,quia expreſſio eorum quæ tacite inſunt nihil operatur.l.iii.ff.de leg.j.& dicit hic Bal.quod illa dicitur tacita conditio quam lex exprimit, ita ꝙ non eſt neceſſe, quod exprimatur ab homine,tene tamen menti glo.in l.item quia.§.j. ff. de
13 pact.quę dicit,quod licet tacita cõditio†non impediat tranſmiſſionem legati impedit tamen natiuitatem actionis.hoc, eſt dicere, quod vbi aliqua conditio ſubintelligitur quæ eſt vera conditio licet tranſmiſſio obligationis fiat in hæredem, tamen non oritur actio ante aduentum conditionis. pone exemplum promitto vel lego tibi fructus naſcituros ex tali fundo ſubintelligitur conditio ſi naſcentur, nec oritur actio ad fructus petendos priuſquam naſcantur, & per conſequens non vbi eſt talis conditio quæ habet deferre obligationem impedit natiuitatem actionis,licet non ſit expreſſa,vel ſi mulier ante contractum matrimonium promittat dotem, nam ſubintelligitur tacita conditio ſi matrimonium fuerit con-
14 tractum, nec antequam contrahatur. oritur actio † de dote, vt in l.ſtipulationem. ff.de iure dot & hoc no.pro limitatione huius gloſſ.licet Docto.hic cum ea pertranſeant. In gl. in verbo,præcedentem.Bald.inducit iſtam glo.cum tex.quod non poteſt opponi exceptio banni contra bannitum ſi erat bannitus tempore contractus,& dicit quod nullus eſt tex.melior in iure quam iſte.Sed ego puto iſtum tex. cum gloſſ.limitandum per cap.nulli.de electionib.in vj.quod Ioan.Andr.allegat pro concordanti,nam ſi mores pręcedentes fuiſſent occulti contrahens qui hoc ignorauit non videtur eos approbaſſe, & ſic poſſet opponere fornicationem pręcedentem ad diſſoluenda ſponſalia quando illam ignoraſſet tempore ſpõſaliorum.ar.pręd.cap.nulli.& cap.vt circa.ad fi.eod. tit. & lib. & j̃.de excep.paſtoralis.& ſic limita iſtum tex.& iſtam gl. In gl.in verbo,fortius.dum gl.dicit quod quandoque quis conſe
15 quitur excipiendo, † ꝙ non poteſt conſequi agendo Abb. & Ioan.And.ponunt exemplum in canonico excommunicato qui non poteſt agere vt electio caſſetur,& tamen poteſt excipere ſi electus agit contra eum,vt no.in c.dilecti.j̃.ti.prox.ſed inquantum gl.dicit,ꝙ depoſitum poteſt repeti,ſed non compenſari dicit Io. And. ꝙ deponens bene poteſt obiicere compenſationem contra aduerſarium,licet non poſſit opponi cõtra eum,nam in eius fauorem inductũ fuit, vt contra eum non poſſit obiici compenſatio,vnde non debet retorqueri in eius odium.ſ.vt eo nolente vel conſentiente non debeat fieri compenſatio.ar.in c.ſtatuimus.de regula.cum ſuis concor. & de materia gl.dic,vt in c.j.ad agendum.de reg.iur.in vj. vbi eſt bona gl. In gl.in ver.oculos.aut naſum quæ incipit.ſic patet quam glo.diuide in tres partes prout de tribus quærit. ſecũda ibi,ſecus.tertia ibi,ſed quid.In prima parte gl.But. dicit ꝙ aut quæritur,an iuramentum non ſit ſeruandũ ex eo, quia mens iurantis ad illum caſum ſe non extendit, an quia ſit illicitũ. In primo caſu dicit,ꝙ ſi euenit caſus qui ſi fuiſſet cogitatus tẽpore iuramenti veriſimiliter non iuraſſet, licet poſſit ſeruare iuramentum abſque peccato,tamen non obligat ad obſeruã
16 dum iuramentum,quia †iuramentum debet intelligi ſi res pmaneat in eodem ſtatu,& dicit hic Bal. ꝙ cum ſimpliciter loquimur loqui intelliguntur rebus ſic ſe habentibus non aũt ſi interuenerit contraria ratio,& dicit But.quod omnes caſus intelliguntur excepti a iuramento qui ſi ſecundum tempus iuramenti affuiſſent.veriſimiliter nõ fuiſſet iuratũ,qa oẽs caſus non poſſunt conſiderari.In ſecundo aũt caſu dicit, ꝙ vbi iuſm nõ eſt ſeruabile ſine interitu ſalutis ęternæ,vel eſt cõtra leges,vel bonos mores non valet, & iſta eſt in effectu mẽs gl. ſed Ho.& Io.An.dicunt ꝙ inquantũ gl. dicit, ꝙ iuſm ꝯ leges nõ eſt ſeruãdũ eſt verum vbi iuſm reprobatur lege canonica, vt ſ.de fo.cõp.ſi diligẽti.& j̃.eo.ſicut. qa nõ ſtatur ſimplici legi ciuili cum iuramẽtum non ſit de foro ſuo de iud. nouit de elec.

elec.venerabilem.ad fi.& in Auth.vt clerici apud poprios epi
ſcopos.§.ſi vero eccleſiaſticum.col.vj.no.bene iſta verba Ho-
ſtien.& Ioan.And.cum quibus tranſeunt hic Butr.& D. Abb.
ex quibus infertur quod ſtatuta laicorum non poſſunt impe
dire obligationem iuramenti,de quo videbimus.in cap.cum
contingat.ĩ.eo. In ſecunda parte glo.Ioan.And.dicit quod
dictum glo.procedat niſi certa quantitas, vel res fuiſſet pro-
miſſa in dotem quam promiſſionem non poteſt nunc adim-
plere, allegat c.de illis.ĩ.de cond. & cum iſto dicto tranſit hic
But.ſed D.Ab.dicit quod idem videtur dicendum quando la-
bitur facultatibus,vbi certa quantitas vel res non eſt promiſ-
ſa:quia non promittendo certam dotem videtur promiſiſſe
omnia bona ſua in dotem,vt in l.mulier bona. ff. de iure do.
& per Bar.in l.ſi conſtante.ff.ſol.matrimon.ergo ſi labitur fa-
cultatibus, & ſic non poteſt omnia quæ habebat dare in do-
tem non debet ſponſus obligari ad contrahendum, quia res
nõ remanet in eodem ſtatu,vt hic facit.c.per veſtras. & quod
ibi no.ĩ.de dona.inter vir.& vxo.ſed Bal. meo iudicio melius
declarat iſtam gloſſ. quam cæteri Doc.dicit enim, quod tene-
tur eam ducere in vxorem, quia caſus ſuperueniens pertinet
ad eius periculum, ſicut etiam ſi poſt vẽditionem res eſt dete
riorata, vel perempta poteſt venditor petere pretium inte-
grum.l.nemo.ff.de peric.& commo.rei vendi. & in l.Lucius.
ff.de euict.c.aut promiſit certam quantitatem quam ſciebat
a principio ſe non poſſe ſoluere, & tunc non tenetur eam
ducere.allegat bo.tex.in l.penult. ff. de iure dot. per quam le-
gem puto eſſe limitandum dictum Ioan. And.hic nam dum
Ioan.Andr.dicit quod ſi certa quantitas, vel res eſt promiſſa,
quod non tenetur eam ducere, intellige quando mulier a
principio ſciebat ſe non poſſe ſoluere,vt dicit hic Bal. & pro-
batur in d.l.penult. Ex quo infero, ꝙ ſi tempore ſponſalio-
17 rum† mulier poterat ſoluere quantitatem, vel rem promiſ-
ſam in dotem, deinde propter caſum ſuperuenientem effici-
tur non ſoluendo ꝙ ſponſus tenetur cum eo contrahere ma
trimonium,& hoc tene menti, quia nullus ſcribentium, ita
declarat ſicut Bal.dicit etiam quod dato, ꝙ ſit contractũ ma
trimonium de præſenti ſi mulier non ſoluit dotem promiſ-
ſam non debet alij nec ipſa,nec ſerui ſeruientes, imo vir po-
teſt eam expellere de domo. alleg. gl.quam dicit ſingularem
in Auth.de non eligendo ſecundo nubentes.§.illud. & idem
dixit Bal.in l.fi.C.ad Velleia.de quo dic,vt per Doc. in l. quod
in vxorem.ff.de neg.geſt.& in l.ſi cum dotem. §. ſin autem. in
ſæuiſſimo.ff.ſol.mat. In vlt.parte glo.idem dicit gl.xxvij.q.ij.
raptor,& Io.And.& Doc.hic.ratio eſt, quia ſi compelleretur
eam ducere compelleretur incurrere bigamiam. dicit tamen
18 glo.in d.c.raptor.ꝙ ſi ſponſa per † verba de præſenti eſſet op-
preſſa per violẽtiam,vir tenetur eam ducere ad domum pro-
priam,& præſtare ei ſeruitia maritalia, nec imputanda eſt ſi-
bi illa violentia ex quo per vim fuit oppreſſa. In gl.in ver.te
neretur.intellige gloſſ.quod ſponſa de præſenti debet induci
in vxorem non obſtat aliqua deformitate ſuperueniente, vt
in c.hi qui.32.q.7.vbi eſt bo.tex. & dum dicit, quod vnus tan-
tũ caſus excipitur in quo poteſt dimitti, intellige quo ad vin-
culum matrimoniale, quia quo ad thorum poteſt fieri ſe-
paratio,& intelligas gloſ. de contractu fidelium.nam eſt alius
caſus in quo ſponſa de præſenti poteſt dimitti quando matri
monium eſt contractum inter infideles, de quo in ca.gaude-
mus.& in c.quanto.de diuor.In glo.in ver.quamuis. no. iſtam
19 gl.ꝙ †dictio quamuis quandoque ſtat cauſatiue quando ma-
teria non patitur, vt ſtet aduerſatiue, nam ſecundum ſuam
propriam ſignificationem ſtat aduerſatiue. In glo. in ver. im-
pedit. no.ipſam pro qua Ioan.And.alleg.c.ij.de cog.ſpirituali.
in vj.& hæc ſufficiant. Sequitur §.illud.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vir iurando non accuſare vxorem temerarie dicitur iurare.*
2 *Iuramentum vniuerſale,de non accuſando mulierem,eſt temerarium.*
3 *Iurans non accuſare poteſt denunciare ad pęnitentiam agendam.*
4 *Finis euangelicæ denunciationis eſt ſine impoſitione pęnæ cogere criminoſum pęnitere.*
5 *Denunciatio procedens ex via inquiſitionis ſolum remouet a beneficio.*
6 *Priuatio ordinis incurritur quando crimen eſt,quod impedit executionem ordinis.*
7 *Pactum de non accuſando vel non agendo etiam iuramento firmatum non valet.*
8 *Accuſatio ſi non fiat,præbetur libera delinquendi facultas.*
9 *Pactum de non accuſando delictum commiſſum valet.*
10 *Tranſigi poteſt ſuper crimine adulterii per pactum de non accuſando quod valet.*
11 *Pactum de non agendi valet, inquantum agitur de pęna parti applicanda.*
12 *Pactum de non reuocando donatione ex cauſa ingratitudinis non valet.*
13 *Verbera debent eſſe aliena ab ingenuis.*
14 *Maritus non debet derelinquere vxorem licet eius vitæ inſidietur.*
15 *Maritus poteſt vxorem deſerere ſi ad pœnitentiam induci non poteſt.*
16 *Maritus qui iurauit non denunciare vxorem de adulterio, an debeat ſeruare iuramentum.*

1 §.Illud. Si vir iurauit non accuſare† vxorẽ temerariũ
eſt iuramentũ, ſed ſi ſpecialiter iurauit non
accuſare de adulterio denũciare poterit, ſed accuſare nõ dẽt
h. d. diuidit in duas partes.nã in prima parte loquitur qñ eſt
pręſtitum iuramentum generale de non accuſando.In ſecun
da vero parte loquitur quando iuratum eſt ſpecialiter de nõ
accuſando de adulterio.Secunda ibi,quod ſi expreſſe.ſecunda
ſubdiuiditur in quatuor,quia in prima ponit caſum.in ſecun
da arguit pro parte negatiua.in tertia pro affirmatiua.in quar
ta ſoluit. Secunda ibi, cum ſcriptura. tertia ibi, ſed nunquid.
quarta ibi, tutius ego. No.1. ex tex.quod iuramentum vni-
uerſale de non accuſando mulierem eſt temerarium, † & di-
cit hic Ioan.Andr.ꝙ etiam ſi præmittatur clauſula ſpecialis,
adhuc non valebit iuramentum pone exemplum quod iuret
non accuſare mulierem de adulterio, nec de ſacrilegio, nec
de fornicatione contra naturam,nec de quocunque alio cri-
mine,nec obſtat c.qui ad agendum.de procurat.in vj.& ca.j.
cum ibi no.ĩ.commo.quia illa iura loquuntur vbi non datur
materia delinquendi.Secundo no. ꝙ promittens, vel iurans
non accuſare vxorem de adulterio repellitur ab accuſando,
quia talis promiſſio, vel iuramentum inquantum concernit
accuſationem tangit rem familiarem & priuatum commo-
dum ipſius iurantis,vt dicit hic gloſ.penult. quod infra decla-
3 rabitur. Tertio no.ꝙ iurans non accuſare poteſt denuncia
4 re ad pœnitentiam agendam. Vltimo no. † finẽ denuncia-
tionis euangelicæ.nam finis eſt, vt criminoſus cogatur agere
pœnitentiam non autem vt imponatur ei aliqua pœna, &
per hoc dixit Petr. & Ioan. Andr. ſi probatur crimen per de-
nunciationem prælatus non priuabit, nec ſuſpendet eum be-
neficio vel officio, ſed ſolum coget eum ad agendum pœni-
tentiam quod dicunt melius alibi non probari.hoc tamen fal
lit ſecundum eos in caſib. expreſſis in c. inquiſitionis. in prin.
ĩ.de accuſ.ſ.in homicidio & ſimonia,ſed D.Abb.dicit,ꝙ hoc
probatur melius & generalius in cap.ſuper his.ĩ.de accu. vbi
patet quod denũciatio fit ad correctionem criminis. Quod
5 autem † ſi procedatur per viam inquiſitionis, dic quod reus
nõ debet deponi ab ordine, ſed ſolum remoueri a beneficio
quando ſine ſcandalo tolerari non poteſt,vt in c.qualiter. &
ij.de accuſ. §. licet. verſ ſed ſi ſuper exceſſibus.ĩ.de accu. alias
videtur relinqui arbitrio iudicis,an priuetur beneficio,vel an
imponatur ei alia pœna iuxta condictionem perſonæ & qua
litatem delicti.hoc probatur in d.c.inquiſitionis. & hæc pro-
cedunt de iure canonico. de iure autem ciuili eadem pœna
imponitur, ſiue procedatur per viam accuſationis, ſiue per
viam inquiſitionis,vt dicit Bar.in l.infamẽ. ff.de publ. iudi. &
vide Bal.in l.reos.in fi.C.de accuſ.vbi dixit quod de iure ciuili
non admittatur procurator in cauſa capitali,licet procedatur
per viã inquiſitionis, quia inquiſitio ſuccedit in locum accu-
ſationis,& ad eandem pœnam fit condemnatio. Secus dicit
de iure canonico ſecundum quod imponitur pœna afflicti-
ua quando proceditur per viam accuſationis, ſed ſi procedi-
tur per viam inquiſitionis imponitur ſola pœna pecuniaria,
puta ab officio ab ordine,& ideo admittitur procurator ſicut
in cauſa ſtatus,vt in l. Pomponius. ff. de procurat. & allegat
no.per Innocen.in c.cum opporteat.de accuſ.Sed aduerte in-
quantum dicit Bal.ꝙ imponitur de iure canonico pœna pri-
uationis ab officio vel ab ordine intellige ipſum quando eſt
6 tale † crimen qđ impedit executionem ordinis poſt peractã
pœnitentiam, vt eſt homicidium, vel ſimonia commiſſa in
ordine,vt dicit tex.in d.c.inquiſitionis.alias ſufficeret pœna ar
bitraria, vt ibi dicitur vel priuatio beneficij quando ſcanda-
lum eſſet tam graue quod ſine periculo tolerari non poſſet,
vt d.c. qualiter & quando.verſ.ſed ſi ſuper exceſſibus.ĩ.de ac-
cu. Et vtrum de iure canonico poſſit interuenire procurator
in cauſa criminali quando proceditut per viam inquiſitionis
de hoc vide tex.& glo.& Doct.in c.veritatis.ſ.de do.& contu.
Et hęc tene menti. In gl. in ver.crimine.aduerte quia mens
7 iſtius gloſſ. eſt,ꝙ aut fuit † pactum de non accuſando, vel de
non agendo pro delicto futuro, & tunc non valet pa-
ctum etiam ſi iuramentum interuenerit, & ratio eſt quia
tale iuramentum eſt contra publicam vtilitatem, quia per
hoc inuitatur ad delinquendum, & ſm hoc tex.in ver. quod
ſi expreſſe debet intelligi quando vir iurat non accuſare de
adulterio commiſſo,& idem dicit Inn.nã in tex. in ver. adul-
terio commiſſo ſubaudit.ſ.perpetrato, & ita etiam tranſit Io.
An.ſed D.Ab.tenet contra dicens,ꝙ tex.debet intelligi qñ iu-
rauit de nõ accuſãdo de adulterio cõmittẽdo mouet,qa ver.

quod ſi expreſſe venit aduerſatiue ad dictum præcedens, ſed
dictum præcedens loquitur, quando vir iurauit vxorem non
accuſare de quocunque crimine committendo vnde vt ve-
niat aduerſatiue neceſſarium eſt quod ver. quod ſi expreſſe in
telligatur quando iuratur de non accuſando de adulterio cõ
mittendo, ſed iſta ratio non eſt bona, quia natura aduerſati-
uę. Sed ſi copula non exiſtente in medio aduerſatur præcedẽ-
tibus in facto, & in iure. l. j. ff. ne quis eum. l. ſed ſi lege. ff. de pet.
hæred. l. qui vſumfructum. ff. de verborum obligat. vnde non
eſſet incongruum ſi aliud non obſtaret quod verſicu. quod ſi
expreſſe intelligatur de adulterio commiſſo, vbi ſecundam
rationem aſſignat D. Abb. quia ſi loqueretur de adulterio cõ
miſſo non procederet ratio tex. dum dicit quod præberet ei li
bera facultas peccandi propter iniquitatem delicti, nam iſta
ratio non procederet in delicto commiſſo, & maxime quia
iſte tex. loquitur quando poſt euangelicam denunciationem
non vult reſipiſcere, vnde iſta ratio multum ſtringit, quia iſte
tex. in verſ. quod ſi expreſſe. intelligatur de adulterio commit-
tendo, niſi dicas quod iſta verba ſunt dicta argumentatiue,
nam ex hoc, quod quis non accuſatur de delicto commiſſo
8 præbetur ei libera facultas †delinquendi, vt in c. eſt iniuſta. 23.
q. 4. vbi dicitur quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delin
quendi, ſed in effectu non poteſt bene reſpõderi, vnde opinio
D. Ab. videtur mihi verior. ſ. quod loquitur de adulterio com-
mittendo, vnde D. Abb. in hoc diſtinguit, ex cuius diſtinctio-
ne facias duos caſus, Primus eſt, quando quis promittit, vel iu-
rat non accuſare de delicto commiſſo, & hoc caſu dicit do.
9 Abb. quod planum eſt, & quod valet †pactum & iuramentũ,
vt in l. ſi vnus. §. pacta. ff. de pact. & in capit. veniens. j̃. de accu.
Sed quicquid dicat D. Abb. ego non habeo hoc pro claro, q̃a
pactum de non accuſando non valet niſi in caſibus in quibus
10 licet tranſigere excepto crimine †adulterij, in quo valet pactũ
de non accuſando, vt in l. miles. §. ſocer. & in l. ſi maritus. §. ſi
negauerit. ff. de adult. de quo vide ibi Bar. & in l. tranſigere. C.
de tranſactionib. non obſtat. l. ſi vnus. §. pacta. ff. de pact. quia
loquitur in crimine priuato inquantum tangit commodum
priuatum remittentis, puta ſi paciſcor de non conueniendo
te de furto, vel actione iniuriarum, vel ratione furti cõmiſſi,
vel iniuriæ perpetratę. nam talia delicta inquantum concer-
nunt commodum priuatum, poſſunt remitti vt dixi in ca. ve
niens. s̃. eod. non obſtat cap. venientes. j̃. de accuſat. quia illud
fuit mandatum ſibi a iudice propter calumnioſam accuſatio
nem, vnde ille tex. non facit ad propoſitum. dic ergo in iſto
primo caſu quod in caſibus in quibus liceat tranſigere, valet
pactum de non accuſando. Sed in caſibus in quibus non licet
tranſigere non valet pactum, & per conſequens nec iuramẽ-
tum excepto crimine adulterii. inquantum autem agitur de
11 pœna applicanda parti, valet †pactum de non agendo, vel de
non accuſando pro delicto commiſſo: hoc modo loquitur. l.
ſi vnus. §. pacta. cum §. ſequen. ff. de pact. Secundus caſus eſt,
quando agitur de delicto committendo, & hoc caſu dicit D.
Ab. quod reſpectu accuſationis criminalis non valet pactum
nec iuramentum, quia præſtat materiam peccandi, ſed reſpe-
ctu actionis ciuilis. ſ. inquantum agitur ad diuortium celebrã
dum ad commodum mariti, dicit, quod credit quod pactum
ſimplex ſine iuramento non valet, ſed ſi iuramentum inter-
uenit, licet caſus ſit dubius credit, quod iuramentum valeat. ſ.
vt non poſſit accuſare, ſed teneatur denunciare, quia per hãc
viam prouidebitur circa delicta, & obſeruabitur iuramentũ.
vnde hoc caſu plus valet iuramentum q̃ ſimplex pactum. al-
legat not. per Ioan. And. in Spec. de dona. §. j. verſic. quid ſi eſt
12 actum vbi Ioan. And. dicit, ꝙ ſi fiat †donatio cum hoc pacto,
quod non poſſit reuocare ex cauſa ingratitudinis, tale pactũ
non valet. Sed ſi iuramentum eſt interpoſitum valet pactum
propter iuramentum, & allegat ibi Io. An. iſtum tex. & ſic vi-
detur ſentire, quod in caſu iſtius capituli nõ valuiſſet pactum
ſine iuramento. dicit autem D. Ab. quod hoc procedit reſpe-
ctu actionis ciuilis. Sed reſpectu accuſationis criminalis non
valent pactum etiam cum iuramento, quia in hoc non ver-
ſatur priuatum commodum, & ideo non ſine miniſterio lite
ra dixit, quod debet deſiſtere eam accuſare ad diuortium ce-
lebrandum. In gl. fi. no. plura ex hac glo. primo quod mari-
tus poteſt tenere vxorem in vinculis, & eam caſtigare, ſed
glo. in cap. placuit. per quod gl. mouetur dicit, ꝙ illud c. nõ eſt
extendendum ad vxores laicorum, quia ſolum loquitur de
vxoribus clericorum, ſed glo. in c. ſicut. 7. q. 1. dixit, quod mari-
13 tus poteſt caſtigare vxorem, ſed non debet eam afficere †ver-
beribus, quia debent eſſe aliena ab ingenuis, vt in l. conſenſu.
C. de repud. Sed Goff. Hoſtien. & Ioan. Andr. & communiter
Doct. dicunt, ꝙ illa l. procedit niſi ex magna cauſa id fieret, &
niſi verbera ſint leuia. ar. in l. præceptoris. ff. ad leg. Aquil. quia
ſiue plectendo, ſiue ignoſcendo id ſolum bene agitur, vt vita
hominum corrigatur. 23. q. 5. prodeſt. ſed ſi maritus hoc face-
ret ſine cauſa, vel enormiter deberet puniri, vt in auth. ſed no
uo iure. C. de repud. vnde concludit D. Abb. ꝙ ſecundum qua
litatem culpæ, maritus poteſt corrigere vxorem, ita tamen
ꝙ non procedat ad ſęuia. Illa enim ſunt iudici relinquenda
etiam in propriis ſeruis, vt Inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alien.
14 iur. §. ſed hoc tempore. Secundo no. ex gl. quod †vxor non
eſt derelinquenda a marito, licet inſidietur vitæ ipſius. Idem
dixit glo. 22. q. 5. quicquid criminaliter. Sed D. Abb. dicit quod
hoc eſt verum quãdo poteſt prouideri aduerſus inſidias vxo-
ris, alias non teneretur ſe exponere periculo mortis, vt in ca.
literas. in fi. de reſti. ſpol. de quo dic, vt in cap. j. de diuor. Ter-
tio, inquantum glo. opponitur contra tex. in eo, ꝙ hic dene-
gatur accuſatio, & permittitur denunciatio, & ſic ꝙ denega-
tur vna via conceditur alia, quod eſt contra iura allegata in
gl. & dic, quod ad alium effectum denegatur accuſatio, & ad
alium effectum permittitur denunciatio. nam accuſatio de-
negatur, quia agitur ad diuortium, quod eſt contra iuramen-
tum, & denunciatio permittitur, quia agitur ad pœnitentiã,
nec per eam fit diuortium. & de hoc Brocardo dic, vt in regu
la cum quid. lib. vj. & tetigi in c. tuę. s̃. de procur. & vide omni-
no Bar. in l. j. in princip. ff. de auth. tuto. Sed quo ad principale
quæſitum Innocen. dicit quod iudex debet pręcipere marito,
quod non cohabitet cum vxore niſi pœniteat, quia non iu-
rauit non cohabitare, ſed non accuſare, & ſi iuraſſet co-
habitare cum adultera non pęnitente iuramentum nõ eſſet
ſeruandum. ar. 22. q. j. c. j. optime facit. j̃. de adul. ſi vir. Immo ſi
nec per præces, nec per monitionem vellet mulier ceſſare ab
eius cohabitatione, nec per denunciationem, nec per iudicẽ
poſſet induci ad pœnitentiam, tunc maritus poſſet illam ac-
cuſare de adulterio non obſtante iuramento, dicit ergo Inn.
tria primum, quod ſi vxor non vult pœnitere, quod iudex de
bet præcipere marito, quod non cohabitet cum ea niſi agat
pœnitentiam vnde poterit eam inpęnitentem expellere, vn-
15 de hoc caſu procedit primum dictum glo. ſcilicet, quod †poſ-
ſit eam deſerere ex quo non poteſt induci ad pœnitentiam,
ſed ſi poſſet aliquo modo caſtigari per maritum, ita quod ꝑ
caſtigationem mariti poſſet corrigi, tunc non deberet deſeri.
& hoc modo procedit vltima opinio gl. & ita etiam concor-
dat hic D. Ab. Secundo dicit Innoc. ꝙ ſi maritus iurauit co
habitare cum muliere adultera non pœnitente, quod iura-
mentum non valet, nec eſt ſeruandum. Tertio dicit, quod ſi
mulier, nec per pręces, nec per monitionem vult ceſſare a co
habitando cum marito, nec per denunciationem, nec per iu-
dicem poteſt induci ad pœnitentiam, quod tunc maritus po-
terit eam accuſare de adulterio non obſtante iuramento.
16 Extra gl. quæro, pone quod †maritus iurauit non denunciare
vxorem de adulterio, nunquid debeat ſeruare iuramentum.
Hoſt. dicit, ꝙ eget amico qui denunciet. arg. c. ad audientiam.
s̃. quod met. cauſa. vel ſecundum eum refert, an iurans princi-
paliter compatiatur animę periclitanti, & tunc ſecure denun-
ciet. Aut mouetur principaliter propter priuatum ſuum in
tereſſe, & tunc debet ſe abſtinere, & allegat auguſtinum ſu-
per Matthæo 23. c. ſi peccauerit inter frater tuus, ſi amore tuo
facis, nihil facis. ſi amore illius facis, optime facis. facit 8. q. 1.
Sciendum & cum hoc dicto. Hoſt. tranſit Ioan. And. & But. &
placet etiam D. Abb. quia iuramentum reſpectu intereſſe pri
uati valet, & obligat iurantem, ſed non reſpectu intereſſe pu-
blici, vt in l. ſi vnus. §. pacta. cum §. ſequen. ff. de pact. & hoc
modo intellige glo. s̃. eod. ad noſtram. ij. quæ ſimpliciter dicit,
quod non valet iuramentum, & idem dicit Sanct. Thom. q.
89. ar. 7. nam etiam ipſe debet intelligi ſecundum diſtinctio-
nem Hoſt. & iſta ſufficiant. Sequitur c. & ſi Chriſtus.

*SVMMARIVM.*

1 *Monachi &*
*Conuerſi monaſterii poſſunt iurare pro teſtimonio ferendo in cauſa mona-ſterii.*
2 *Malitia creſcente creuerunt remedia, quæ malitia fuit poſt peccatum primi parentis.*
3 *Aſſertioni ſimplici non credere ex pęna peccati proceſſit, nam caro corrupta fuit ex peccato Adami.*
4 *Nullus eſt tam ſanctus, qui nullas tentationes libidinis patiatur.*
5 *Iuramentum eſt honorabiliſſimum.*
6 *Latria eſt reuerentia quæ debetur ſoli Deo.*
7 *Adoratio duliæ debetur ſanctis, oſtenderens dignitatem ipſius Ioannis, qua per Chriſtum erat Angelis adęquatus.*
8 *Vix fieri dicitur illud quod tamen fit, licet cum difficultate, vel raro fiat.*
9 *Creatura eſt triplex. ſ. ſuperior, inferior & media.*
10 *Homo non poteſt facere capillum album de nigro, ſiue alterius coloris.*
11 *Iurare per creaturam non licet, tamen obligat ſi fiat.*
12 *Negationes duæ quando non faciunt affirmationem.*

13 *Verba*

13 *Verba debent conuenire cordi.*
14 *Prudentia carnis quæ eſſe dicatur.*
15 *Sollicitudo circa temporalia acquirenda, an ſit peccatum.*
16 *Iurare per creaturam, an licitum ſit.*
17 *Omne iuramentum, aut adhibet Deum in teſtem, aut creaturam.*
18 *Dictio omnino quid importet.*
19 *Honor adhibitus creaturæ in conſequentiam redundat in creatorem.*
20 *Iurare per Deos alienos nunquid ſit peccatum.*
21 *Delegatus poteſt ferre ſententiam legitime in vltima die ſuæ iuriſdictionis.*

## C A P. XXVI.

1 ET ſi Chriſtus. Monachi,† & conuerſi
iurare poſſunt pro teſti
monio ferendo in cauſa monaſterij ſui.hoc dicit
ſecundum Ioan.And.vel ſic ſecundum D.Abb.li-
cite ex cauſa neceſſaria per religioſos iuratur.hoc dicit. Diui-
ditur in quinque partes.In prima reſpondet authoritati euan
gelicæ qua videbatur prohibitum iuramentum. In ſecunda,
reſpondet authoritati apoſtoli.In tertia,probat multis autho
ritatibus veteris & noui teſtamenti, quod licitum ſit iurare.
In quarta,aſſignat rationem quare ſimpliciter prohibetur iu
ramentum.In quinta,dat petentibus licentiam iurandi.ſecun
da ibi,Iacobus.tertia ibi, Angelum.quarta ibi,quædam.quin
ta ibi,licet ergo.legam per partes, vt clarius ĩtelligatur.& pri
mo expediam vſque ad verſ.Iacobus. deinde vſque ad verſic.
quædam.& poſtremo vſque ad fi. No.primo,ex tex.ibi,ho-
minum excreſcente malitia creuerunt etiam remedia tanq̃
2 contra venena,quod autem creuerit malitia† poſt peccatum
primi parentis;patet in capit.omnis ætas.xij.q. j.vbi dicitur ꝙ
omnis ætas ab adoleſcentia eſt prona ad malum, & hæc ver-
ba originaliter habent Geneſis viij.ad fi.ibi,ſenſus enim & co
gitatio humani coporis.In malum prona ſunt ab adoleſcen-
tia ſua, & ſunt verba Dei ad Noe. No. ſecundo, quod ibi
ſimplici aſſertioni ſecundum Bald. quod hęc verba impor-
tant,quod credatur nude affirmationi ſine iuramento,& di-
cit hoc eſſe not. quia ſæpe in contractibus apponuntur iſta
verba promitto ſtare ſimplici verbo tuo.nam debet intelligi,
quod credatur nudæ aſſertioni abſque iuramento,de quo re-
mittit ad Dy.& Bar.in l.fin.ff.de præto.ſtipul.vnde tene menti
iſtum tex. No.tertio, ibi a malo:quod non eſt tam culpæ,
quam pœnę, quod ex pœna peccati procedit,quod non cre-
3 datur ſimplici†aſſertioni. nam caro fuit corrupta ex peccato
primi parentis, & inde orta ſunta obliuio,ira & incredulitas,
& aliæ paſſiones animi, de quo vide bon.tex.in capitu. vſque
adeo.xv.q.j.& per Auguſt.xv.lib.de ciuitate Dei. c.vj.vbi hæc
plene declarat,& vide etiam magiſtrum ſententiarum. lib. ij.
diſtinct.xxv.& quod incipit eſt iterum,vbi tractat de libertate
& miſeria. dicit enim ibi, quod homo ante peccatum omni
carebat miſeria,& nulla tangebatur moleſtia,ſed poſt pecca-
tum nemo a miſeria liber eſt, quia peccati pœna non caret,
& vide Auguſt.lib.xix.c.iiij. vbi concludit quod quilibet quã-
tumcunque Sanctus in hac vita miſer eſt,& enumerat multa
mala quæ poteſt pati, & inter cætera dicit, ꝙ poteſt opprimi
a diabolo, ita quod poſſidebit eius animam & corpus, ita ꝙ
4 poterit vti diabolus eius anima.Dicit etiam ibi, quod†nullus
eſt tã ſanctus,quod nullas tentationes libidinis patiat̃,adde ẽt
ipſum eo.lib.c.x.vbi dicit, quod viri ſancti non ſunt ſecuri a
fallaciis,& deluſionibus dęmonum, & inquam mala vobis
prouenerunt ex peccato primi parentis. Quarto no.ibi,ho-
norificentia quod iurare per creatore pertinet ad eius hono-
rem,& vide San.Thom.ij.ij.q.lxxxix.ar.iiij. vbi allegat Hiero.
ſuper Math. qui dicit quod qui iurat, aut veneratur, aut dili-
git eum per quem iurat. allegat etiam Philoſophum in pri-
5 mo metaphiſicæ, qui dicit quod† iuramentum eſt honorabi-
liſſimũ,& per hoc concludit San.Thom.quod iuramentum
6 eſt actus religionis ſiue latrię. Latria autem † eſt reuerentia
quæ debetur ſoli Deo,de quo vide D.Do.in ca. ſi canonici.in
fi.de offic.ordin.in vj.Et hæc inducit Hoſtien.& Io.And. con-
tra illos qui plus homines honorant quæ Deum,quod patet
quia coram altari tranſeuntes nullam etiam inclinationis re
uerentiam exhibent,& quando coram domino veniunt qua
ſi idolum ipſum colunt iungendo manus vtrunque genu fle-
ctendo non ſolum pileum, ſed etiam clamidem & zonam
remouendo,contra id quod legitur Apocalipſis. xix. vbi An-
gelus dixit beato Ioanni, cadere volenti ad pedes ſuos, vide
ne feceris conſeruus enim tuus ego ſum &c. Et ſubdunt,ꝙ li-
cet reuerentia ſit exhibenda ſuperioribus,vt in c. quod ſuper.
& in capitu.his quæ.ſ.de maior.& obed.& ipſi debeant illam
recipere,ne videantur contemni.ar.ff.de offi.prę.ſi.l.obſeruan
dum.tamen hæc idolatria eſt corrigenda iuxta verbum Im-
peratoris genuflectentis qui dixit,non tibi ſed Petro,& remit-
tit Ioan.And.ad ea quæ dixit in c.his quæ.de maiori. & obed.
Sed tamen actuum apoſtolorum.x.cap. legitur quod Corne-
lius procidit ad pedes Petri apoſtoli,& adorauit eum. Petrus
leuauit eum dicens,quid facis? ſurge, quia & ego ipſe homo
ſum.Sed hoc pro modo non decido,ſed remitto te ad ea quę
habent̃ in d.c.his quę.& forte poteſt dici ꝙ Petrus non permi
ſit Cornelium ſtare genibus flexis,quia eum adorauit ei præ-
bens honorem qui Deo debebatur,& dicit hic D.Abb.quod
maxime prælati debent a talibus abſtinere ne videantur vt
dominãtes in clero,de quo allegat bo.tex.cum gl.in c.eſto ſu
biectus.& c.epiſcopus. & c.ſeq.xcv.diſtinc.ſed inquantum Io.
An.dixit,ꝙ Angelus prohibuit Sanctum Ioãnem ipſum ado
rare dupliciter hoc intelligitur, primo ꝙ prohibuerit eũ ab
honoratione adorationis latriæ quæ debetur ſoli Deo.ſecun-
7 do,ꝙ etiam prohibuerit eum ab honoratione † adorationis
dulię quę debetur ſanctis,vt oſtenderet dignitatem ipſius Ioã
nis qua per Chriſtum erat Angelis adęquatus ſecundũ ſpem.
glorię filiorum Dei, ideo nolebat ab eo honorari tanquam
8 ſuperior. Quinto no.ꝙ illud dicitur vix † fieri quod tamẽ fit
licet cum difficultate,vel raro.concordat.l.vix eius.ff. de iudi.
9 & c.ii.in fi.de cogn.ſpiritua.in fi. Sexto no.ꝙ triplex†eſt crea
tura.ſ.ſuperior,& inferior,& media.nam Angeli ſunt creatu
ræ ſuperiores,homo eſt creatura media.Terra eſt creatura ĩfe-
rior,vide tamen tex.23.q.4.in c. hæc autem. *vbi dicitur* ꝙ ec-
cleſia catholica eſt medium inter cęlum, & infernum, &
ſic videtur ꝙ terra ſit media inter cœlum, & infernum. &
ex hoc glo.ibi,arguit quod infernus eſt ſub terra, de quo dic
10 vt ibi. Septimo no.quod quis non † poteſt facere capillum
de nigro album, & eſt ſenſus,quod homo non poteſt facere
capillum cuiuſcunque coloris, & idem dicẽdum eſt in omni
alia re.nam nullus hominum poſſet creare etiam vnum mi-
nimum pilum. ſi ergo Deus omnia creauit, ergo ſolus eſt ho
norandus, & per illum iurandum, & iſte eſt ſenſus literæ.
11 Octauo no.ꝙ licet non ſit†iurandum per creaturam, ſi tamẽ
iuratur,licet iuramentum ſit illicitũ in modo iurandi nihilo-
minus eſt obligatorium,& ex hoc tex. arguit D. Abb. ꝙ licet
verba legis prohibitiua dirigantur in perſonam, non tamen
per hoc iuramentum in contrarium præſtitum vitiatur, hoc
patet ex illis verbis nolite iurare omnino. nam diriguntur in
perſonam quia directe prohibent perſonam iurare per crea-
turas,& iurans in contrarium peccat, quia venit contra prę-
ceptum Dei, & nihilominus tenetur ad obſeruantiam iura-
menti ex quo ipſum quod iuratur poteſt ſeruari ſine periculo
animæ.Idem probatur in cap.mouet.xxij. q.j.& hoc tene mẽ
ti,quia videtur deſtruere theoricam Bar. in *l.ſi quis pro eo.ff.*
de fideiuſſ.vbi dixit,quod vbi ſtatutum prohibet perſonã con
trahere dirigendo verba prohibitionis in perſonam,puta nul
lus minor audeat contrahere, vel alienare ſine decreto iudi-
cis,quod tunc contractus non validetur iuramento. nam illa
theorica videtur deſtrui per iſtum tex.Nam verba euangelij
prohibentis iurare per creaturas diriguntur in perſonam, &
tamen Papa hic interpretatur, quod ſi contrarium factũ fue
rit nihilominus valeat iuramentum,ſed de hoc dicam. ſ̃. eo.
cum contingat.vbi Doct.tangunt, de quo etiam per Arch.in
c.non eſt contra.xxij.q.ij. In glo.ij. no.glo. ꝙ duę negationes
12 †non faciunt vnam affirmationem quando referuntur ad
diuerſa,vt hic,fit enim geminatio vt vna referatur ad cor,alia
ad os.& dicit D.Do.quod hoc procedit ſi *geminatio* ſit con-
tenta in vna eadem oratione ex quo refertur ad diuerſa,vt no
tatur in d.l.duobus.Item dicit D. Ab. ꝙ vbi reſultaret contra-
rietas vel abſonus intellectus duæ negationes non facerent
vnam affirmationem,ſed vna ſtaret proprie, alia vero ſuper-
fluent,vt in l.j.ff.de ſeruis fugi.vbi gloſſ.hoc ſenſit,& tenet ibi
Cyn.D.Abb.hic,qui dicit, quod ad hoc facit l. Fluminum.in
prin.ff.de dam.infect. Quod autem ſi eſſent tres negationes
concernentes. Idem nec reſultat contrarius, nec abſonus in-
tellectus.D.Ab.dicit,quod duæ faciunt affirmationem,& ter
tia ſtat proprie,allegat.l.j.§.j.ff.de hęredib.inſtituen.& Bart. in
d.l.duob.declara hoc nam duę negationes faciunt vnam affir
mationẽ,& quia tertia ſtat prope eas deſtruit, & ſic remanet
negatiua.allegat Bar.prędictam l.j.ff.de hęred.inſtit.& l.j.ff.de
cadau.puni.& l.nonnunq̃.ff.cella.bo.& Cy.in l.j. C.de ſer.fug.
13 In glo.3.no.glo.ꝙ†verba debent conuenire cordi.Sed dicunt
Hoſt.& Ioan.And.& D.Ab.ꝙ hodie quod negamus corde af-
firmamus ore & ecõuerſo.& allegãt S.Greg.q dicit,ſapientia
huius mũdi eſt cor machinationib.tegere, ſenſum verbis *val*
lare,quę vera ſunt falſa oſtẽdere, & quę falſa ſunt vera demõ
ſtrare,& hęc verba habentur x.moralium, & ita alleg.Sanct.
14 Thom.q.lvj.ar.iii.quę autem dicatur eſſe † prudentia carnis,
dic ꝙ prudentia carnis eſt quando quis amat bona carnis tan
quam vltimum finẽ vitę ſuę. Ita diffinit Sanct.Thom. quę-
ſtio.lv.ar.j.& talis prudentia eſt peccatum mortale, quia qui
amat temporalia tanquam vltimum finem. facit con-

tra præceptum di uinum ſecūdū quod Deus eſt ſuper omnia
diligendus, vltimus finis eſt in eo ponendus, ſecus dicit Sanc.
Tho. ſi aliquis non poneret vltimum finem in delectatione
carnis, ſeu temporaliū, nec per ea auerteret ſe a Deo per pec
catum mortale, tunc enim eſſet peccatum veniale, puta
ſi aliquis vult habere aliquam delectationem quæ non eſt
peccatum mortale, vel ſi quis delectatur in diuitiis propter
quas tamen non vellet committere aliquod illicitum con-
tra Deum, ita declarat Sanc. Thom. in ipſo præalleg. ar. ij.
15 Nunquid autem † ſollicitudo circa temporalia acquiren-
da ſit peccatum, vide eundem Sanct. Thom. ea quæſtio. ar. vj.
vbi hoc eleganter declarat. In glo. in verbo, per creaturam.
tenē menti iſtam gloſſ. & vide gl. quæ idem dicit in c. ſi aliqua.
22.q.2. Sed Ioan. And. But. & D. Ab. allegant gl. in c. quotiens.
1.q.7. quæ dicit, quod ſi quis iurat per creaturas non vt princi-
palis reſpectus habeatur in eis. & non quaſi creaturę vocen-
tur in teſtimonium veritatis, ſed vt principalis reſpectus in eis
habeatur ad Deum, & vt per creaturas ipſe creator inuoce-
tur hoc eſt licitum, & iſta pertranſeunt Doct. ſed ego allego
San. Tho. q. 89. art. 6. vbi dicit, ꝙ licitum eſt † iurare per creatu-
ram. primo quando aliquæ creaturæ aſſumuntur ad iuramē-
tum non ſecundum ſe, ſed quantum in eis diuidēda veritas
manifeſtatur ſicut iuramus per euangelium .i. per Deū cuius
veritas in euangelio manifeſtatur, & per ſanctos qui hanc ve
ritatem crediderunt & obſeruauerunt. Secundus modus iu-
randi eſt per execrationem, & in hoc iuramento inducitur
creatura aliqua in qua diuinum iudicium exerceatur, & ſic
ſolet homo iurare per caput ſuum, aut per filium ſuum, aut
per aliquam rem quam diligit, & circa hoc vide magiſtrum
ſen. lib. 3. diſtin. 38. c. quod incipit, eſt etiam quoddam genus iu
ramenti. vbi allegat Auguſt. ſuper pſalmo viij. qui dicit quod
eſt grauiſſimum genus iuramenti, quod fit per execrationē,
vt cum homo dicit ſi illud feci illud patiar, vel illud cōtingat
filiis meis. ſecundum quem modum accipitur etiam interdū
cum aliquis iurando dicit per ſalutem meam, vel per filios
meos oppignerat enim, & obligat ſalutē, & filios ſuos Deo,
17 vnde concludit, quod † in omni iuramento, aut Deus adhibe
tur teſtis, aut creatura obligatur, & oppigneratur Deo. Idem
dicit Sanc. Thom. q. lxxxix. ar. j. in fi. vbi dicit quod duplex eſt
modus iurandi, vnus per ſimplicem Dei conteſtationem, ſi-
cut cum aliquis dicit teſtis eſt mihi Deus, vel coram Deo lo-
quor, vel per Deum quod idem eſt. Alius modus iurandi eſt
per execrationem quando. ſ. aliquis obligat ſe, vel aliquid ad
ſe pertinens ad pœnam, vt ſit verum quod dicitur, & no. ver-
ba Sācti Thomæ, dum dicit quod idem eſt dicere per Deum,
vel coram Deo loquor, quia vtroque caſu eſt iuramentum,
& hęc tene menti, quia per Doct. non ita declarantur, in gl.
18 in ver. omnino no. hanc glo. ꝙ verbum † omnino interdum
importat .i. non ex leui cauſa, aliquando importat idem ꝙ
nullo modo, & hoc eſt quando iungitur cum negatiua, vt ſi
dicitur hoc omnino non facias. nam importat .i. nullo modo
facias hoc probatur in l. allegata in glo. & ibi hoc tenet Bart.
Secus ſi iungeretur affirmatiua, quia tunc idem importat, ꝙ
omnibus modis, vt in c. præcedenti. in §. illud. ibi, & niſi recipe
ret omnino dimitteret .i. omnibus modis dimittere deberet.
Aliquando etiam hoc verbum, omnino, importat .i. ipſo iu-
re. nam vbi imponitur pęna priuationis, & additur verbum
omnino intelligitur, quod ſit ea non latæ ſententiæ, & quod
ipſo iure incurrit pœnam priuationis. de hoc eſt tex. cum gl.
no. in l. j. §. ſi pecuniam. ff. depoſiti. de hac tamen ſignificatio-
ne huius verbi, omnino, me vlterius nō extendo, & aliquod
de ea tangitur in c. dudum. ſuper gl. prima. ꝭ. de conu. coniug.
Sed quantum ad illud quod dicit gloſſ. ꝙ ſimile omnino hēt
in l. Grece. §. illud. ff. de fideiuſſ. Hoſtien. & Ioan. An. reprehen-
dunt iſtam glo, quia ibi non eſt ſimile omnino cum ibi expo
natur omnino .i. nullo modo, & ita etiam tranſit hic But. Sed
D. Abb. dicit ꝙ dictio omnino ſtat hic pro nullo modo, quia
non qualificat verbum iurare, ſed verba ſubſequentia . ſ. neq;
per cœlum, nec per terram &c. quaſi dicat nullo modo iure-
tis per creaturam, & iſte intellectus eſt ſatis bonus, ſed intelle-
ctus glo. communiter tenetur. In glo. in verbo, ſeruandum. di-
uide ipſam in duas partes. In prima, tacite opponit contra
tex. & ſoluit. In ſecunda, adducit ſimile. ſecunda ibi, ſicut. In
prima parte glo. bene dicit & probatur in c. mouet. 22. q. 1. &
hic, nec obſtat quod lex ꝓhibeat iurare per creaturam, quia
hoc non fit ex eo, quia iuramentum in ſe ſit malum, ſed vt
reuerentia exhibeatur principaliter ipſi Deo, vnde ſi contra
fiat valet nihilominus iuramentum, quia ſaltem in conſequē
19 tiam iuratur per creatorem, vt † honor enim exhibitus creatu-
ræ in conſequentiam redundat in honorem creatoris hoc ꝓ-
bat tex. hic in verſ. quia teſte veritate &c. & ſic lex prohibiti-
ua non habet propriā cauſam prohibitionis facit quod not.
glo. in cap. tua. ꝭ. de ſpon. duorum. Ita dicit hic D. Ab. & vide
magiſtrum ſententiarum. lib. 3. diſtinct. 39. c. quod incipit hic
in fi. vbi dicit, ꝙ ille qui iurat falſum per lapidem eſt periurus,
quia non lapidem qui non audiuit, ſed creatorem eius adhi
bet in teſtem. Sed quærit hic Innoc. nunquid ſit peccatum
20 chriſtiano iurare † per Deos alienos, & dicit quod ſic, dicit
tamen quod debet implere quod iurauit. Item dicit, quod nō
peccat chriſtianus recipiens huiuſmodi iuramentum ab infi
delibus. allegat. capit. mouet. xxij. q. j. Sed Sanc. Tho. q. xcviij.
arg. vlt. in fi. dicit, quod quamuis liceat vti malo propter bo-
num, ſicut & Deus vtitur. non tamen licet aliquem ad malū
inducere, & per hoc dicit quod quamuis liceat recipere iura-
mentum eius, qui paratus eſt iurare per falſos Deos, non tenē
dum licitum eſt eum inducere ad hoc. ſed intellige San. Tho.
in chriſtiano volente iurare per falſos Deos. nam licitum eſt
recipere tale iuramentum ex quo paratus eſt iurare, ſed
non licitum eſt eum ad hoc inducere, ſed bene licitum eſt in-
ducere infidelem, vt iuret ſecundum ſuos Deos, qui tamen in
veritate ſunt falſi, & hoc modo intelligo Innocen. & de hoc
eſt tex. in d. c. mouet. nam etiam iudęi iurant ſecundum legē
Moiſis in qua credunt, de quo dixi in ca. Iudæi. & in cap. licet
ſcript. de teſti. vbi remiſi ad Specu. in titu. de teſte. §. j. verſ. item
quod eſt Iudęus. Et ex his facias tres concluſiones. Prima
eſt, quod non peccat exigens ab infideli, vt iuret ſecundum le
gem ſuam. Secunda eſt concluſio, quod recipiens iuramen-
tum a chriſtiano parato iurare per falſos Deos, non peccat ſi
eum non inducit ad ſic iurandum, quia vtitur malo illius ad
bonum ſuum quod licitum eſt, vt d. c. mouet. xxij. q. j. vnde po
teſt iurantem compellere, vt ſeruet iuramentum, & ſi non ſer
uat iuramentum incurrunt pœnam periurij, de qua dixi in
capit. querelam. ſ̄. eod. Tertia concluſio eſt, inducens chriſtia
num ad iurandum per falſos Deos peccat mortaliter, tamen
inducens quæ iurans nihilominus iurans, tenetur ad ſeruan-
dum iuramentum, vt dicit hic Innocen. & probatur in d. cap.
mouet. vnde illi qui recipit iuramentum poterit eum com-
pellere, vt obſeruet iuramentum, & has concluſiones tene
menti, quia per Doct. non inuenies ita declaratum. In ſecun-
da parte glo. no. iſtam gl. ſed dicit D. Abb. quod eſt intelligen-
da antequam veniat ſucceſſor, ſed non poſt, allegat. l. memi-
niſſe. ff. de offic. proconſu. & leg. Item dicit iſtam gloſſ. eſſe in-
21 telligendam in iudice ordinario, ſecus in delegato, quia † dele
gatus poteſt licite ferre ſententiam in vltima die ſuæ iuriſdi-
ctionis, vt in capit. conſuluit. de offic. deleg. vbi per Ioan. An.
Sequitur §. Iacobus.

*SVMMARIVM.*

1 *Iurare licet vbi ſubeſt neceſſitas.*
2 *Iurare per aliquam creaturam non eſt licitum.*
3 *Iuramentum vt ſit licitum tres debet habere comites. ſ. iudicium, veritatem, & iuſtitiam.*
4 *Iuratur licite vt recedatur a lite.*
5 *Iuramenti exceptio eſt litis finitæ.*
6 *Verbum morior quid importet.*
7 *Iurare dicitur quis dicendo in veritate.*
8 *Ciues ciuibus inuidere eſt naturaliſſimum.*
9 *Iurans ſe obligat principaliter Deo.*
10 *Iuramentum Dei & Angeli quo pacto intelligendum.*
11 *Neceſſitas includit in ſe vtilitatem.*
12 *Actus quilibet humanus ad hoc vt dicatur licitus tria requirit.*
13 *Dictio Amen, quid ſignificet.*
14 *Iurari debet hodie, vel per Deum, vel per Euangelium.*
15 *Iuramenta quæ præcipiuntur a iure.*
16 *Iurare vel per Euangelia, vel per reliquias modice differunt.*
17 *Peccare quis magis dicatur, an qui per Deum, vel qui per Euangelium iurauit.*
18 *Obligatur magis quo ad Eccleſiam qui magis ſolemniter iurauit.*
19 *Peccare quis magis intelligatur, an ille qui per falſos Deos falſum iurauit, vel qui per verum Deum.*

§. Iacobus. Hic reſpondet authoritati apoſtoli, qua
etiam videbatur prohibitum iuramen-
1 tum. No. primo, quod licitum † eſt iurare vbi ſubeſt neceſſi-
tas, ſed iurare abſque neceſſitate eſt illicitum, & per conſe-
quens peccatum concordat tex. xxii. quæſt. prima. capitu. non
eſt. & capitu. ita ergo. & capitul. tu malum non facis. & vide
Sanct. Thom. quæſtio. lxxxix. art. ij. & v. vbi hoc plene decla-
2 rat. Not. ſecundo, quod non eſt licitum iurare † per aliquam
creaturam, idem probatur in princip. huius capitu. & ibi di-
xi, & dicit hic Butr. quod hoc facit contra illos qui adducunt
authoritates Dei, & Sanctorum ordinatas ad laudem Dei,
ad laudandum creaturam, nam tales incidunt in ſpeciem
idolatriæ ſecundum eum, nam laudes Dei & ſanctorum non
ſunt transferendæ ad laudem hominum pro hoc facit cap. ad
nuptiarum.

nuptiarum.de conſec. diſtin. 1.ubi tex.dicit quod deputata ad
ornatum eccleſiarum non debent concedi ad ornatum nu-
ptiarum, quia per hoc redduntur indigna ad officium ſacri
miſterii, & ex hoc tex.arguit glo.quod non eſt licitum, quod
de veſte alterius dominæ vel alterius fiat caſula, vel aliquis
3 ornatus eccleſiæ. Tertio no.ꝙ ad hoc, vt † iuramentum ſit
licitum requiritur ꝙ habeat tres comites .ſ. iudicium, verita-
tem, & iuſtitiam.cõcordat.22.q.1.& iurabunt.& q.ij.animad-
uertendum, & quomodo hoc intelligatur declarabo. ĩ.ſuper
glo. Quarto no.ibi omnis controuerſia,quod licite iuratur
4 vt†recedatur a lite,& dicit D.Ab.ꝙ hoc facit contra illos qui
recuſant ſubire iuramentum eis delatum a parte,vel a iudice
pro hoc facit.l.manifeſte. ff.eo. vbi dicitur ꝙ manifeſte turpi-
tudinis eſt nolle iurare, nec iuramentum referre aduerſario.
5 Et ex hoc tex.infert D.Ab.ꝙ exceptio iuramenti†eſt litis fini-
tæ. Si enim iuratur litem vel controuerſiam finiendam, ergo
ex iuramento debet oriri exceptio litis finitę,ex quo ſequitur
qđ poterit opponi ante lit. conteſt. ad impediendum proceſ-
ſum,ſicut dicitur de excep.rei iudi.vel tranſactionis, & de his
tribus exceptionibus eſt tex.iuncta gl.in ver.finita.in c.primo.
de lit.conteſt.lib.vj.& idem dicit Bar.in l.quærebatur. ff.iudic.
ſol.& in l.nam & poſtea. ff.de iureiur. vbi latius examinat &
ſubdit D.Abb. quod ſufficit controuerſia extraiudicialis, ad
hoc vt iuramentum dicatur eſſe præſtitum ex cauſa neceſſa-
ria,& ad hoc,vt ex eo oriatur exceptio litis finitæ. allegat no.
per Bar.in l.amplius non peti.ff.rem ra.haberi.ſed tu vide tex.
cum gl & Bar.in l.Lucius.§.tres hęredes.ff.ad Treb.& vide gl.
in l. non ſolum.§.ſtatus ff.de procur.quæ dicit ꝙ ſi quis promi
ſit ſe non imbrigaturum, vel non facturum controuerſiam
alicui, quod etiam opponendo exceptionem contra ipſum
dicitur facere controuerſiã. Quinto no. ꝙ per illa verba,mo-
riar per gloriam veſtrã: quis videtur iurare,& Ioan.An. expo
6 nit illud verbum†morior,dicens quod debet exponi morior,
ideſt pericula mortis ſubeo, vel paratus ſum mori, & ſubdit
ꝙ illa verba,per gloriam veſtram: ſunt illa quæ importãt iu
ramentum quorum eſt mens .ſ. per æternam gloriam quam
ſpero ſic aſſero, & hoc probatur 22. q.1. c.non eſt. & c.vt no-
ueritis.Item dũ dicit tex.ꝙ gratia extraordinaria hoc demõ-
ſtrat Io.And. dicit ꝙ illa extraordinaria fuerunt translata in
latinum, quia Beatus Paulus prædicauit Græcis, & epiſtolas
ſuas in greco ſcripſit, & dicit quod illa ſunt extraordinaria,
& ea quæ ſunt translata in latinum ſunt exempla. Sexto no.
7 quod dicere in veritate†eſt iurare,& ex hoc infert D. Abb. ꝙ
ad ſubſtantiam iuramenti non eſt neceſſarium, ꝙ exprimat
verbum iuro, ſed ſatis eſt quod ad confirmationem veritatis
quis interponat ipſum Deum explicite,vel implicite,vnde di
xi in rub.allegando Auguſt.& magiſtrum Sent. ꝙ vbicunque
in aliqua locutione nominatur Deus, illud eſt iuramentum,
& idem ſenſit S.Tho q.89.ar.j. in fi. quem recitaui.ſ.in princ.
cap.ſuper glo.in ver.per creaturam in fi.& ibi S. Tho.aſſignat
rationem quare Deus videtur vocari in teſtem quando quis
iurat, quia ſicut teſtis inuocatus manifeſtat veritatem circa
ea quæ dicuntur,ita Deus manifeſtat,an ſit verum illud quod
dicitur,& hoc dupliciter vno modo ſimpliciter reuelando ve
ritatem per internam inſpirationem, vel etiã per facti denu-
dationem dum.ſ.inducit in publicum ea quæ erant occulta,
alio modo per pœnam mentientis,dum puniendo mendacẽ
manifeſtat mendacium,& tunc ſimul eſt iudex & teſtis.Et ſic
Deus aliquando manifeſtat veritatem faciendo publica ea
quæ erant occulta,aliquando puniẽdo mendacem, ſeu periu
rum,& iſtud vltimum conuenit iuramento quod fit per exe-
crationem,alia vero iuramento quod fit per Dei conſtitutio-
nem,vt dicit San.Tho.vbi ſ. Septimo no.ibi,in patria ſua,
quod Deus non potuit facere ſignum in patria ſua propter
incredulitatem eorum, & hæc verba habentur Lucæ 4. c. &
8 Io.An.alleg.Bedam ibi, qui dicit quod naturaliſſimum eſt†ci
ues ciuibus inuidere, & allegat Hieronymum ſuper Matth.
qui aſſignat rationem dicens,non enim conſiderant pręſen-
tia viri opera,ſed fragilis recordantur infantiæ.quæ verba no.
Vltimo no. ibi.redde domino iuramenta tua, ꝙ ſecundum
præceptum iuris diuini iurans tenetur implere iuramentum.
Ex quo infert D.Abb. ꝙ Papa non poſſit illud relaxare ſine
9 cauſa. No.etiam ꝙ †iurans principaliter obligat ſe Deo cõ
cordat.c.debitores.ſ.eo.vbi dixi. Sed aduerte inquãtum tex.
facit mentionem de iuramento Angeli, & de iuramento
10 Dei†nõ intelligas,quod Deus, vel Angelus iurauerit ad tollẽ
dam incredulitatem. vnde S.Tho.q.89.ar.vlt.in fi.dicit ꝙ iura
mentum Angeli inducitur non propter defectum ipſius,qua
ſi non ſit eius ſimplici dicto credendum, ſed ad oſtendendũ
illud quod dicitur ex infallibili Dei diſpoſitione procedere,
ſicut & etiam Deus aliquãdo in ſcripturis iurãs inducitur ad
oſtendendum immobilitatem eius quod dicitur,ſicut dicitur
ad Hebręos vj.c. In gl.j.in ver.neceſſitas.glo. bene dicit.nam
11 neceſſitas†includit in ſe vtilitatẽ, & ſic poteſt licite iurari vb
aliqua vtilitas ſuadet, & vide tex.cum glo.22.q.1. Tu malum
& ibi glo.dicit,ꝙ nõ ſolum eſt licitum iurare pro vtilitate al-
terius,ſed ẽt pro vtilitate propria,& hoc modo intellige glo.
ma.85.di.Florentinum.quę dicit,ꝙ iuſm ſemper intelligit te-
merarium qñ non ſubeſt neceſſitas. Nam verbum neceſſitas
comprehendit etiam vtilitatem, vnde verbum neceſſitas pro
latum per illã gl.dẽt intelligi largo modo, vt comprehendat
ẽt vtilitatẽ.& hoc ſequuntur hic cõiter oẽs Doc.& idem dicit
Arch.in c.non eſt ɔ.22.q.1.in gl.in ver.tres comites.cum gloſ-
ſis ſeq.D.Ab.exponit iſta verba clarius ꝙ̃ gl.dicit.n.ꝙ iuſm de
bet habere veritatem conſciẽtiæ, quia dẽt credere illud quod
iurat eſſe verum, nec ſufficeret ꝙ in ſe illud eſſet verum niſi
iurans illud crederet verũ,hoc probatur in c.homines.22.q.2.
& hoc no.gl.in d.c.aĩaduertendum.& eſt tex.ſm vnum intel
lectũ qui cõiter approbatͬ ꝑ Doc.in c.quanto.in fi.ſ.c. Secun-
do requiritur iudicium.i.diſtrictio & deliberatio, & dicit D.
Ab.ꝙ dẽt eſſe diſcretum ex modo iurandi,& ex cã ꝑꝑ ꝙ̃ iura-
tur ſi.n.iurat ꝑ Deum, & ex cã neceſſaria ſeu vtili iuſm dicitͬ
eſſe diſcretum ex mõ iurandi inquantum iuratur ꝑ Deum,&
ex cã inquantum neceſſitas vel vtilitas ſuadet,& idem in effe
ctu dicit S.Tho.q.89.ar.3.& ibi concludit, ꝙ iuſm incautũ ca
ret iudicio,iuſm aũt mendax caret veritate.Iuſm aũt iniquũ
ſiue illicitum caret iuſtitia.& ibi dicit Sanc.Thom.ꝙ quilibet
12 †actus humanus ad hoc vt dicatur licitus dẽt hr̃e iſta tria. ſed
magis debent aſſociari iuſo ꝙ̃ aliis actib.humanis ꝑꝑ magnũ
periculum quod eſt in iuſo, tum ꝑꝑ magnitudinẽ Dei cuius
teſtimonium inuocatur,tum ẽt ꝑꝑ labilitatem linguę huma
næ cuius verba iuſo confirmãtur. Secundo no.ex gl.in ver.iu
ſtitia.in fi.ꝙ vbi aliquod ex iſtis trib. deeſt iuſo non eſt cenſen
dũ iuſm,ſed periurium,& hoc dicit ad lr̃am tex.in prędicto c.
animaduertendum.22.q.2.ſed D.Ab.dicit hic, ꝙ licet dicatur
periurium largo modo.ſ.ꝑ incauta iuratione,quę proprie nõ
eſt periurium nã periurium eſt tranſgreſſio liciti iuſi vel men
dacium iuſo firmatum,vt dixi ſ.eo.tua.vnde dicit D.Ab.ꝙ ad
hoc vt quis iuret ſine peccato,& ꝙ iuſm ex oĩ parte ſua ſit li-
citum dẽt hr̃e illos tres comites.ſi tñ aliquod illorũ deficeret,
& iuſm alias eſt licitum & honeſtum eſt ſeruandũ, licet pec-
cauerit ſic iurãdo,& dicit D.Ab.ꝙ qñq; peccat mortal̃r,qñq;
venial̃r ſm quantitatem culpę, vt no. Arch.in d.c.animaduer
tẽdum,& vide tex.in §.alias ea demũ.25.di. vbi tex.enumerat
iuſm incautum inter peccata venialia ẽt ſi iurans aliqua ne-
ceſſitate impeditus non impleuerit iuſm,de quo dixi in c. q̃re
lã.& in c.tua.ſ.e.Idem dicit S.Tho. q.88.arg.1.& 2. vbi dicit ꝙ
prĩcipaliter dr̃ periuriũ qñ deeſt veritas in iuſo,ſed qñ in iuſo
deeſt iuſtitia,vt quia quis iurat illicitum,quia obligatus eſt ad
faciendũ ɔ̃rium illius quod iurauit incurrit periurium iuran-
do ꝑꝑ defectũ iuſtitię,ſed ſi non implet quod iurauit non in-
currit periurium non implendo, quia ad hoc tenetur,vt in c.
iurauit.& in c.in malis. 22.q.4.Item dicit ꝙ quando deeſt iudi
cium, quia indiſcrete iurat dicitur committere periurium,qa
ex hoc committit ſe periculo incurrendi falſitatem, & ꝑ hoc
dicit quod ſi quis iurat ſe non intraturum religionem,vel nõ
daturũ eleemoſinam, vel aliquod hmõi iurando periurium
incurrit propter defectum iudicij, & ſi facit contrarium non
eſt periurium,ſed periurio contrarium, quia facit melius quã
iurauit,& de hoc vltimo plene dixi in cap.& ſi vero.ſ.eod. Et
de iſtis tribus comitibus iuramenti remittit Hoſtien. ad ſum-
mam.eod.tit.§.quot ſunt comites. In gl.in ver. amen Ioan.
Andr.allegat bon.tex.in cap.reuera.in fi.de conſuetud. diſtin.
13 ij.vbi exponitur,amen.ideſt verum eſt,& ita accipitur hic, qa
accipitur,amen.pro veritate, & Ioan.And.allegat Hieron.in
epiſtola ad Marcellã, qui dicit ꝙ ſeptuaginta interpretes vbi
in hębreis voluminibus inuenerunt,amen, amen. tranſtule-
runt,Fiat,Fiat.ibi etiam dicit Hieron.quod hæbrei poſuerunt
amen.in fi.librorum ſuorum vbi alij ponunt, explicit liber,
vel finis eſt libri. In officiis autem diuinis, amen. accipitur.i.
fiat,& D.Abb.hic addit hic verbum chyrieeleiſon. & dicit ꝙ
ſunt duæ partes,nam chyrie ſignificat domine,& eleiſon,mi-
ſerere nobis, & ſic chyrieele. ſignificat domine miſerere no-
bis.de quo D.Ab.remittit ad Spec.in tit.de ſenten. prola. §. vt
autem. In glo.in ver.teſtis. vide gl.meliorem.xxij.q.j.in ſum.
14 & dum dicit hęc gl.quod hodie debet iurari † per Deum, vel
per euangelia,dicit hic Innocen.& Ioan.Andr. quod quando
pars defert parti iuramẽtum debet iurari,ſicut ambabus par-
tibus placet, ut in l.iij.ad fi.& in l.4.& v.ff. de iureiur. in†iura-
15 mentis autem quæ pręcipiuntur a iure,ſicut eſt iuramentum
teſtis iuramentum cal.& iuramentum ueritatis,ſemper eſt iu
randum ſuper ſancta Dei euangelia. xi. q. j. teſtimonium,&
de iur. cal. c. ult. & idem dicunt in omnibus aliis iuramen-
tis quæ deferuntur a iudice, uel a partibus ex neceſſitate,
& idem dicit gloſſ. in clemen. prima. in §. porro. in uer. ta-
cta. de hereti. quę tamen dicit, quod de conſuetudine apud

Italicos ſufficit tangere quamlibet ſcripturam loco euangeliorum plus dicit hic Inn.& Hoſt.ꝙ ſi partes communiter cõueniſſent de iurando non expreſſa certa forma debere intelligi,quod deberent tangi euangelia , quod placet D.Ab.quia ĩ dubio videtur actum,ꝙ debeat iurari ſm q̃d cõiter iuratur ar.in l.ꝙ ſi nollit.§.qui aſſidua.ff.de ædi.edic.& dicit ꝙ de hoc eſt tex.cum no.per Bar.in l.qui per ſalutem. ff.eo. ſed Hoſt.remittit ſe ad ſummam eo tit.§.quomodo.& ſubdit D.Ab.ꝙ ſi aliter iuraretur , quod licet tale iuramentum valeat non tamen eſſet iuri ſatisfactum allegat glo. no.in c. vt circa. in ver. corporali.de elec.li.vj.Idem ſenſit hic Bal. dicit enim, quod ſi quis dicit,hoc dico in periculo animæ meę , vel ſuper animã meam eſt iuramentum,non tamen ſufficeret in teſte iſte modus iurandi,nec vbi eſt iuramentum introductum pro ſolennitate,vel voluntate actus,vt eſt iuramentum cal.& iurm q̃d præſtatur per minorẽ ſuper alienatione rei immobilis, vt in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.ven.ſed ad iſtud vlteri⁹ aduerte,quia aut tu quæris,an contrahens cum minore poſſit eum compellere,vt iuret ſecundum formam iuris,vel cõſuetudinis,& credo ꝙ ſic dummodo contractus ſit, alias rite & recte celebratus.aut queris nunquid ſi minor promittit nõ contrauenire alienationi ſuper animam ſuam,vel ſub periculo animæ ſuæ poſſit contrauenire contractui, & credo ꝙ nõ, tenendo quód iſta verba inducant iuramentum,quia tale iuramentum eſt ſeruandũ ex quo poteſt ſeruari abſque interitu ſalutis eternæ, & hoc ſolum conſiderant iura non autem ſolennitatem ipſius iuramenti.probatur in c. cum contingat. ſ. eod.& in c.ij.de pac.in vj. & ſic tale iuramentum debet valere quo ad commodum aduerſarii , licet non valeat quo ad commodum iurantis ex quo ſolennitates nõ ſeruauit,& hoc modo loquitur gl.in d.c.vt circa. in ver.corporali.de elect. in vj.& hæc no. Item no.ex verbis Bal.ꝙ inducitur iuramentum ſi quis dicit ſub periculo animæ, vel per animam meã . Idem dicit hic Inn. & Doc.dicunt.n.ꝙ nulla,vel modica eſt differẽ-
16 tia,ſiue quis†iuret per euangelia, vel reliquias,ſiue dicat hoc promitto in fide mea, ſiue aſſerat in periculo animæ ſuę dicere veritatem,vt ſ.de frig. fraternitatis , quia non ſolum per creata,ſed etiam per increata prohibitum eſt iurare niſi neceſſitas vel vtilitas hoc expoſtulat.allegat c.ad aures.ſ.quod me. cauſa.& de arbi.peruenit.dicit tamen Inn. ꝙ eſt maior contẽptus, & maius peccatum fallere iuramentum factum per increata vel per ſuperiores creaturas , q̃ per minus ſanctas , & de hoc eſt tex xxij.q.j.mouet vbi tex.dicit,quod quãto eſt magis ſanctum illud per quod iuratur , tanto eſt magis pęnale
17 periurium.Et ex his poteſt inferri † quis magis peccet, an ille qui iurauit per Deum, an ille qui iurauit per euangelium , & in hoc S.Tho.ij.ij.q. lxxxix. ar.x. primo allegat Chriſoſtomũ qui dicit ſtultos eos qui dicunt eſſe magis iurare per euangelia quam per Deum propter Deum,& non Deus propter ſcripturas,allegat etiam c.mouet.22.q.1.vbi idem videtur probari vnde S.Tho.dicit, quod conſiderando iuramentum ſecundum ſe eſt magis iurare per Deum,quam per euangelia , ſed conſiderato modo iuramẽti poſſet eſſe maius iurare per euãgelia,vt puta ſi iuramentum quod fit per euangelia,fiat cum quadam deliberatione & ſolennitate,iuramentum aũt quod fit per Deum fiat leuiter,& abſque deliberatione. Idem dicit q.xcviij.ar. iij.in fi. vbi dicit ꝙ eſt grauius peccatum ſi quis iurat ſolenniter per euangelia q̃ ſi per Deum in communi ſermone iuret tum propter ſcandalum , tum propter maiorem deliberationem, dicit tamen ꝙ ſi vtrunque hincinde æqualiter fieret grauius eſt ſi quis iurans per Deũ peieret q̃ ſi peieret iurans per euangelium, glo. tamen in c. ſi aliqua.22.q.1.dixit
18 ꝙ quantum ad eccleſiam † magis eſt obligatus ille qui magis ſolenniter iurauit , ſed quantum ad Deum ęqualiter obligat̃ vterque,vt in c.rurſus ſ.qui cler.vel vo. ſed tu tene opin. San. Tho.quia probatur in c.mouet.22.q.1.& in authoritate Chri
19 ſoſt. Et ex hoc etiam infertur, †an magis peccet ille qui iurat falſum per Deos falſos , an vero ille qui iurat falſum per Deum verum . & videretur dicendum quód iurans per Deos falſos magis peccat quia bis peccat .ſ.in deferendo honorem veri Dei falſis Dijs & in iurando falſum. Ille vero qui iurat ꝑ verum Deum,ſolum peccat in iurando falſum,tamen tex.determinat contrarium in d.c.mouet per rationem ſupradictã, ſcilicet quod tanto grauius eſt periurium,quanto ſanctius eſt illud per quod iuratur ille tamẽ tex. dicit quod minus peccat iurando per falſos Deos ſi iuramẽtum ſeruat , vel ſi iurat verum, q̃ iurãs falſum per Deum verum, & tranſgrediẽs iurm, S.Tho.q.98.ar.vlt.in fi.aſſignat rationem differentię, nam in primo caſu quãdo quis iurat verum per falſos Deos ineſt bonum fidei qua vtitur ille,qui recipit iuramentum. In ſecundo vero caſu, ſcilicet quando quis iurat falſum per verum Deũ, in tali iuramento non eſt aliquod bonum quo vti liceat. Eſt ergo minus peccatum illud quod habet admixtionem boni, q̃ peccatum habens bonum nullum ad mixtum , & hoc modo intellige ea quæ dixi in princ.ſuper glo.in ver.ſeruandum. Sequitur §.quædam.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum quare ſimpliciter prohibeatur.*
2 *Mala de ſui natura nunquam poſſunt eſſe licita.*
3 *Piſtatio conceditur diebus feriatis propter neceſſitatem.*
4 *Præcepta negatiua magis obligant quam præcepta affirmatiua.*
5 *Illicitum ſemper non licet, nec aliquo vnquam modo licet.*
6 *Deus iuſſit hebreis,in commodatum vaſa aurea & argentea accepta aſportari ab ægiptiis , nec illud habetur pro furto , ſed fuit recompenſatio operarum præſtatarum.*
7 *Occiditur ſalubriter,& laudabiliter aliquis periculoſus & corruptiuus, vt bonum commune conſeruetur.*
8 *Homo malus peior eſt beſtia.*
9 *Iurans frequenter & indifferenter mortaliter peccat.*
10 *Viri perfecti debent abſtinere a iuramento.*
11 *Iuramentum recte deferri poteſt pro rebus ſpiritualibus.*
12 *Conuerſi monaſterii non ſunt de capitulo.*
13 *Monachi iurant per crede mihi.*
14 *Dare aliquid pro baptiſmo & pro benedictionibus nubentium , an ſit ſimonia.*
15 *Intellectus glo.verus exponitur.*
16 *Prohibetur aliquid etiam quod non ſit malum, ſed quia ex eo poteſt ſequi malum.*
17 *Honor non ſolum in legibus , ſed etiam in diſputationibus tanquam fundamentum actus conſiderari debet.*
18 *Ratione legis ceſſante,legis diſpoſitio ceſſat.*
19 *Extenſio legis quę poteſt fieri ex identitate rationis, non per hoc facit ea dici idem,ſed ſimilia.*
20 *Religioſi an admittantur ad teſtimonium pro ſuo monaſterio.*

1 §.Quædam. Hic aſſignatur cauſa, †quare iuramẽtũ ſimpliciter prohibetur , & in verſ. licet dat licentiam iurandi perentibus, & ſimul vtrunque expediam.In tex.ibi,in eccleſiaſtico.ſ.23.c.Item ibi,multum.i.ſępe,vel frequenter & indifferenter. Item ibi, quemadmodum concludit ex præmiſſis,ꝙ non ſemper eſt iurandum, ſed quãdoque hoc permittere.Item ibi , ſtomachum .i. debilitatem , ſeu frigiditatẽ ſtomachi. Item ibi,infirmitates .ſ. vitandas,vel
2 ſanandas. No. j. ꝙ ea quæ ſunt mala † de natura ſua nunq̃ poſſunt eſſe licita,nec ex aliqua neceſſitate poſſunt fieri . Illa vero quæ non ſunt mala ſm ſe,ſed prohibentur ex cauſa ſuadente neceſſitate poſſunt fieri,ↄcordat. c .licet. ſ. de feriis. vbi
3 propter neceſſitatem conceditur †piſtatio diebus dominicis , & aliis diebus feſtiuis,quia piſtatio ſecũdum ſe non eſt mala , ad idem facit.c.ij.ſ.de reg.iur.vbi tex.dicit, ꝙ illa quæ ſunt dubia interpretanda ſunt in meliorem partem . Illa vero quæ ſunt manifeſtę mala,nullo modo poſſunt bono animo fieri, & vide magiſtrum ſententiarum. li. ij. diſt.xlj. vbi refert Aug. in lib.contra mendacium qui dicit quod aliqua ſunt quę poſſunt eſſe bona,& mala,vt eſt datio eleemoſinæ,& ſimilia , & iſta iudicantur ſecundum intentionem facientis.Aliqua vero ſunt quæ conſtat eſſe peccata,& iſta nullo bonæ cauſæ obtentu,nullo quaſi bono fine nulla velut bona intentione faciẽda ſunt.& no.ꝙ Auguſtinus vtitur dictione quaſi & dictione velut , quia non poteſt eſſe bonus finis , nec bona intentio q̃ inducit ad peccatum committendum , licet aliquando hoc videatur erroneæ opinioni hominum,& San.Tho. q.64.ar.ij. allegat Dionyſium in 4.cap.de diuinis nominib.vbi dicit,ꝙ illud quod eſt ſecundum ſe malum ex genere nullo modo poteſt eſſe licitum,quia ad hoc , ꝙ aliquid ſit bonum requiritur ꝙ oĩa recte cõcurrant.bonum enim eſt ex integra cauſa,malum autem ex ſingularibus defectib.ex quo no.ꝙ quantũcunque ſit bonum illud quod homo intendit facere, niſi omnia per quę intendit ad illud bonum faciendum ſint iuſta,& licita, & in ſe bona non debet illud bonum facere,quia non poteſt eſſe bonum vel licitum ex quo datur aliquis defectus , & pro hoc ego allego pulchram theoricam S. Tho. q.lv.ar.j. & q.lv. ar.iij. vbi dicit ꝙ ſicut in ſcientiis ſpeculatiuis eſt vitium ſi aliquis vtatur aliquibus falſis rationibus ad probandum ↄcluſionem verã . Ita malum eſt vti Dijs non veris,ſed ſimulatis,& apparentibus ad bonum faciendum, & hanc rationem S.Thom.volo tibi probare iurib.noſtris liberare hominem a morte,ſubuenire proprie ciuitati,vl' tpali,ſaluti hominũ ↄſeruare proximum in bono ne peccet,ſed Deo ſeruiat eſt bonũ , Immo iſtud vltimum eſt maius,q̃ eleemoſina corporalis , vt in c.tua.& c.ĩ c.ſe.xlv.di.& tñ nõ eſt licitũ ꝑ his bonis faciẽdis vti aliquo mendacio,ꝙ ſm ſe eſt peccatũ veniale, qa eſt officiosũ mẽdaciũ,vt dixi.ſ.e.tua.& hoc probatur in c.ne quis,

& in

& in c.primum.& in c.faciat homo. & in c.ſi quis a te confu-
gerit.xxii.qō.ii.& in c.ſuper eo.de vſur.ſi ergo non licet facere
peccatum veniale pro magno bono conſequendo, vel pro
magno malo vitando,ergo non licet, vti aliqua via nō bona
ad bonum faciendum,& in his fundatur communis theorica
4 Docto.qui dicunt,ꝙ præcepta†negatiua plus obligant,quam
præcepta affirmatiua, quia præcepta affirmatiua obligāt ſem
per,ſed non ad ſemper.hoc patet in pręcepto de honorandis
parentibus. Nam quandoque filius excuſatur ab illius obſer-
uantia immo interdum debet dicere filius parentib.nō noui
uos.xciii.diſtin.diaconi. Pręcepta vero negatiua obligāt ſem-
per,& ad ſemper,quia prohibitiones ſunt de peccatis,q̄ ſecun
dum ſe ſunt mala,nec poſſunt eſſe bona,iſta eſt theorica Ioā.
An.& omnium ſcribentium in c.quod quidam.ꝫ. de pœni.&
rem.& Io.An.& D.Car.in c.cum ex iniunct.ꝫ.de hęr.idem di-
cit S.Thom.q.33. ar.ii.vbi dicit, ꝙ ſicut præcepta negatiua le-
gis prohibēt actus peccatorum,ita præcepta affirmatiua indu
cunt ad actus virtutum, actus autem peccatorum ſunt ſecun-
dum ſe mali,& nullo modo poſſunt bene fieri,nec aliquo tē-
pore,aut loco,quia ſecundum ſe ſunt coniuncti malo fini,vt
dicit Philoſophus ſecundo ethic. & ideo præcepta negatiua
obligant ſemper & ad ſemper.Sed actus virtutum non debēt
fieri quolibet modo,ſed ſeruans debitis circunſtantiis,quæ re
quiruntur ad hoc,vt actus virtuoſus.ſ.vt fiat vbi debet,& quā-
do debet,& ſecundum ꝙ debet,& ꝙ attendatur diſpoſitio eo
rum,quę ſunt ad finem ſecundum rationem finis, quia præci
pue eſt attendenda ratio finis,quę eſt bonum virtutis, in iſtis
pręcipue circunſtantiis actus virtuoſi,& no.bene verba ſancti
Thomę,ꝙ etiam pręceptum affirmatiuū, vel actus virtuoſus
nō eſt bonus,niſi omnes debitæ circūſtantiæ ſint ſeruatę,quæ
debent eſſe bonę ad hoc,vt actus ſit virtuoſus. Ex quo infe-
ro,ꝙ pręcepta negatiua nunquam ſunt licita. Præcepta ve-
ro affirmatiua, ita demum ſunt licita, & bona,quando om-
nes circunſtantiæ ſunt bonæ,ita ꝙ nihil mali vel vitioſi ſit ad
mixtum poſſem tibi allegare Ciceronem in lib.de officiis, &
5 in paradox.vbi dicit,ꝙ illud quod nō licet†ſemper non licet,
nec aliquo tempore loco,vel cauſa licet,nec obſtat ſi mihi di
ceres pręceptum de furto eſt negatiuum, & tamen ex neceſſi-
tate licitum eſt furari,vt in c.diſcipulos. de conſe.diſtin.v.& in
c.ſi quis propter neceſſitatem. de fur. nam tempore neceſſita-
tis omnia ſunt communia,vnde ille qui ſubtrahit non ſubtra
hit rem alienam,ſed rem propriam,de hoc eſt opi.tex.in c. ſi-
cut hi.in fi.xlvii.diſtin.vbi tex dicit, eſurientium eſt panis quē
tu detines,nudorum eſt indumentum,quod tu recludis,miſe
rorum redemptio eſt abſolutio pecunia quam tu in terram
defodis, tantorum ergo te ſcias inuadere bona quantis poſ-
ſes præſtare quę velis, & ideo quia ceſſat furtum vbi eſt extre-
ma neceſſitas non dicitur fieri contra pręceptum negatiuum,
quia in tali neceſſitate non dicitur,quis furtum facere,ſed ſuū
accipere,vnde S.Thom.q.lxii.ar.v.& qō.lxvi.ar.vii.dicit,quod
non eſt furtum in extrema neceſſitate auferre aliena,vt paren
tibus,vel etiam extraneis ſubueniatur,hoc etiam modo intel
ligas capitu.dixit dominus.xiiii. quæſtione quinta.vbi dicitur,
6 quod Deus mandauit iudæis, †vt acciperet in commodatum
ab Aegyptiis vaſa aurea,& argentea,& quod ea aſportarent.
nam illud non fuit furtum, tum quia Deus eſt dominus om-
nium, tum quia receperunt in recompenſatione operarum
quas pręſtiterant Aegyptiis, de quibus eis nō fuit ſatisfactum.
hoc etiam habeť per magiſtrum ſen.li.iii.di. 37.c.ſi vero quæ
ritur de filiis Iſrael. vbi etiam ipſe concludit, ꝙ non fecerunt
furtum,vnde S.Tho.q.lxvi.ar.v.dicit,ꝙ accipere rem alienam
vel occulte, vel manifeſte auctoritate iudicis hoc decernentis
non eſt furtum, quia iam fit ſibi debitum per hoc, ꝙ ſenten-
tialiter ſibi eſt adiudicatum, vnde multo minus furtum fuit,
ꝙ filii Iſrael tulerint ſpolia Aegyptorū de præcepto domini
hoc decernentis pro afflictionibus,quibus Egyptij eos ſine cā
afflixerant,& ideo ſignanter dicitur ſapientiæ x.iuſti tulerunt
ſpolia impiorum, & ſic non fuit furtum commiſſum.eodem
modo poteſt reſponderi,ſi dicatur, ꝙ homicidium prohibeť
pręcepto negatiuo cum in decalogo dicatur nō occides,nam
iudex poteſt occidere malefactorem, & non ſolum non pec-
cat,ſed etiam meretur,vt patet 33.qō.v.de occidendis.vnde va
lent ſtatuta,ꝙ condemnatus de crimine & pœna pecuniaria
poſſit impune occidi,vt dicit Ioan.An.in Spec.de conſti.& te-
nent Doc.in c.quę in eccleſiarum.eodem tit. & ſenſit S.Tho.
q.64.ar.ii.vbi dicit,ꝙ ſi aliquis homo ſit periculoſus & corru
ptiuus communitati propter aliquot peccatum,laudabiliter,
7 & ſalubriter†occiditur,vt bonum commune conſeruetur. itē
ſi quis ſe defendendo aliquem occidit non peccat,vt in clem.
ſi furioſus.de homi.nam ad hęc dicitur,ꝙ in neutro caſu com
mittitur homicidium, nam ille qui occidit delinquentem ex
publica auctoritate non dicitur occiſor, ſed miniſter Dei,nec
dicitur ſanguinem effundere,ſed legum miniſterium implere
de hoc eſt tex.in c.qui malos.& in c.homicidas.23.qō.v.vnde
S.Thom.in loco pręalleg.dicit,ꝙ homo peccando recedit ab
ordine rationis & decedit a dignitate humana, ſecūdum quā
eſt naturaliter liber, & incidit quodammodo in ſeruitutem
beſtiarum,vt ſupra de ipſo ordinetur,ſecundum quod eſt vtile
aliis, ſecundum illud Pſalmiſtę, homo cum in honore eſſet
non intellexit comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſi-
milis factus eſt illis, & ideo quamuis occidere hominem ī ſua
dignitate manentem ſit malum ſecundum ſe,tamen occide-
re hominem peccatorem poteſt eſſe bonū ſicut occidere be-
8 ſtiam. peior † enim eſt malus homo quam beſtia,& plus no-
cet,vt dicit Philoſophus in primo polithicorum,& in vii.ethi
corum,præceptum ergo illud negatiuum nō occides, loqui-
tur de occiſſione hominis manentis in dignitate ſua. iſtud.n.
eſt præceptum negatiuum, quod eſt malum ſecundum ſe, &
non prohibitum ſemper, & ad ſemper. & per hoc ſublatum
eſt prohibitiuum. Ad ſecundū autem reſpondetur, quod il-
le qui occidit hominem ſe defendendo non dicitur occidere,
ſed potius ille qui eum inuaſit dicitur ſe ipſum occidere. Præ
terea ille qui ſe defendit debet ſe defendere cū moderamine
inculpatæ tutelę,nec debet habere animum occidendi, quia
hoc non eſt licitum,etiam ſi quis intendat hominem occide-
re,vt ſe ipſum defendat.vnde debet habere intētionem ſe de-
fendendi,ſed non occidendi,tamen ſi ſe defendendo aduerſa-
rium occidat non peccat, quia plus tenetur homo prouidere
vitæ ſuę,quam vitæ alienę, ita dicit S.Thom.in prædi. q.lxiiii.
ar.vii.& ſequen.& Ioan.Cal.& D.Car.in c.ſignificaſti.ꝫ.de ho
micid.vnde dic,quod in neutro caſu dicitur committi homici
dium,vnde non poteſt dici, ꝙ in his duobus caſibus fiat con-
tra præceptum negatiuum, quia præceptum diuinum prohi-
bet hominem in ſua dignitate manentem occidi iniurioſe,&
ſic in caſu in quo loquitur pręceptum negatiuum eſt prohi-
bitum ſemper,& ad ſemper,Malum ergo nunquam eſt licitū
fieri,niſi malum eſſe deſinat.nec ſecundum Theologos, poſ-
ſet Deus præcipere malum, niſi prius faceret illud deſinere eſ-
ſe malum, & inter cætera iſta allegaui in conſiliis, in quibus
cōcluſi, ꝙ pro nullo malo vitando iudęi poſſunt conduci ad
fœnerandum,quia conſentire peccato eſt malum,& conſen-
tiens peccat ſicut faciens.ii.q.j.notum.in fi.& xi.q.iii.qui con-
ſentit.in c.j.de offi.dele. & ad rationes j.c.in fi.vnde nullo mo
do quis debet conſentire malo, ſed potius debet quis omnia
mala pati,vt in dicto c.ſacris.quod me.cauſa.xv.q.j.merito. &
32.q.v.ita ne.& hæc notabis.Secūdo no. ibi modico vino iun
cta gloſſ.quod aliquid eſt indulgendum corpori, vt ſit prom-
ptum ad exercitium virtutum,xliiii.diſtinct. conuiuia, vbi eſt
bo.tex.& ex hoc Do. Abb. arguit contra illos qui propter ni-
miam abſtinentiam incurrunt egritudines.vnde tex.no.de cō
ſecra.di.v.non mediocriter.in fin.dicit, ꝙ illi qui immoderate
affligunt corpus ſunt,vel nimia ciborum egeſtate, vel ſomni
penuria offerunt Deo holocauſtum de rapina,quod Deus ha
bet odio,de quo dixi ſecundum S.Thom.§.eod.ſi vero. Ter
tio no.ibi vir multum iurans &c. iunctis verbis,Ioan.And.ꝙ
9 iurans†ſępe vel frequenter,& indifferenter peccat mortaliter
quia nullum peccatum adeo veniale quin fiat mortale,dum
placet.25.di.§.criminis.& hoc modo intelligit Ioan.An.verba
eccleſiaſtica hic allegata,& hoc modo limita tex. 25.diſ.§.aľs
ea demum.in fi.vbi tex.dicit, ꝙ iuramētum incautum eſt pec
catum veniale,nam debet intelligi,niſi talis habeat conſuetu
dinem iurandi, talis enim conſuetudo eſt peccatum mortale,
quia diſponit ad periurandum. Quarto no. ꝙ ceſſante cau-
ſa ceſſat effectus,de quo aliquid dicetur in glo. Quinto not.
10 in ver.licet ergo,† ꝙ viri perfecti debent abſtinere a iuramen-
to,quantum poſſunt,vnde Ioan. And.in §.præcedenti. in ver
bo,neceſſitas.allegat Quintilianum in viii.de oratore, qui di-
cit,ꝙ iurare,niſi vbi eſt neceſſe viro graui parum conuenit,&
vide S.Thom.q.89.ar.x.vbi dicit, ꝙ non cōuenit perſonis ma-
gnæ dignitatis iurare,& allegat bo.tex.ii.q. v.ſi quis presbyter.
vbi dicitur,ꝙ ſacerdotes non debent iurare ex leui cauſa, aľs
manus per quam corpus, & ſanguis Chriſti conficitur pollui-
tur iuramento,dicit tamen, ꝙ pro aliqua neceſſitate,vel ma-
gna vtilitate licitum eſt eis iurare, & præcipue pro ſpiritualib.
negociis, pro quibus dicit poſſe iuramenta præſtari in ſolenni
bus diebus quibus vacandum eſt rebus ſpiritualibus,non au-
tem tunc ſunt iuramenta præſtanda pro rebus temporalibus
niſi forte ex magna neceſſitate,tene menti perpetuo, hæc vlti
ma verba S.Tho. Ex quibus habes,quod licite poteſt deffer-
11 ri iuramentum in diebus †ſolennibus pro rebus ſpiritualibus
non autem pro rebus temporalibus,niſi ſubſit magna neceſſi
tas.& hoc facit ad ea quæ no.D.Ab.in c.j.de fer.vbi dicit, ꝙ te
ſtis nō debet iurare die feriato,nec etiam examinari,licet exa
minatio ſit actus extraiudicialis,qa talis examinatio eſt opus
ſeruile, vnde non poteſt exerceri abſque peccato in die feria-
to in honorem Dei, licet talis examinatio non vitietur, vt di-
cit glo.

cit glo.j.in clem.j.de offi.deleg. nam hoc eſt verum, niſi nego
cium ſit ſpirituale,vel niſi ſubſit magna neceſſitas, quia tunc
ne dum examinatio,ſed etiam iuramētum poteſt defferri die
feriato,nec committitur in hoc aliquod peccatum,quod no.
Sexto no.ibi vos,& monaſterii veſtri conuerſi iuncta ſupra
12 ſcriptione,ꝙ conuerſi monaſterii non ſunt de capitulo, alias
Papa nō feciſſet expreſſam mentionem de conuerſis,ſi in ca-
pitulo fuiſſent incluſi,de quo vide bon.tex. cum gl.in c.ex eo
quod.in fi.de elect.in vi.& per Ioan.And.in c.ii.de inſtitutio.
Septimo no.ꝙ non ſolum monachi.ſed etiam cōuerſi mo
naſterii poſſunt teſtimoniari,conco.c.nuper.ſ.de teſt.Sed dic,
ꝙ non admittuntur ad teſtificandum ſine iuramento, vt ibi
dicitur. ſed glo.no.in l.non erit.quæ incipit, appellationis apol
13 linis.ff.de iureiur.dicit, ꝙ † monachi iurant crede mihi, & vidi
in pratica religioſos productos in teſtes apponentes manum
ad pectus,& pronunciantes in conſcientia ſua dicere veritatē,
nec ſub alia forma conſueuerunt religioſi præſeritm, de ob-
ſeruantia præſtare iuramentum. In glo.ij.vide gloſ.concor.
in c.cum pridem.ſ.de pact. & in c.ex parte. el j.ſ.de offi.deleg.
14 ſed inquantum gloſ. iſta dicit,ꝙ † dare aliquid pro baptiſmo,
& pro benedictionibus nubentium eſt ſimonia de iure poſiti-
uo,Ioan. And.& communiter Doct. ipſam reprehendunt,qa
baptiſmus eſt ſacramentum, & benedictio nubentium eſt ſa-
cræ rei ſignum,& ſic per illa confertur,& augetur gratia ſpiri-
tus ſancti,ergo datio rei temporalis eſt prohibita, quia eſt ſi-
moniaca,& hoc tene,licet D.Abb.voluerit dicere,ꝙ quando
aliquis dat non ea intentione, ꝙ credāt, vel velit ex hoc eme-
re gratiam ſpiritus ſancti. Sed cauſa remunerandi prælatum,
contingit,quia rari ſunt ita rudes,ꝙ credāt ex hoc emere gra
tiam ſpiritus ſancti,ꝙ tales non committant ſimoniam de iu
re diuino,ſed ſolum de iure poſitiuo,allegat tex.cum gloſ.j.q.
j.emendari,vbi non probatur illud quod dicit Do. Abb.vnde
tene illud,quod dicit Ioā.An. Sed quo ad tertium exemplum
glo.ſ. de prælatis ponendis in ſede,dicit Do. Abb.ꝙ gloſ.non
aperit,an velit intelligere de nuda inſtitutione corporali, an
vero de inſtitutione collatoria tituli. ſed Do. Abb.ſe remittit
ad c.extirpandæ.§.qui vero.de præben.& ad c.j.de ſimo.in qui
bus D.Abb.tenuit, ꝙ recipere aliquid pro collatione bonorū
quæ habent curam animarum, annexam ſit ſimonia de iure
diuino, & ꝙ Papa aliquid recipiens committit ſimoniam,ſed
illam opi.reprobaui in d.c.j.de ſimo. Sed quicquid ſit glo.iſta
non loquitur de collatione bonorum, ſed de inſtitutione cor
porali poſt factam collationem,loquitur enim de prælatis po
nendis in ſede,non enim eſſent prælati, niſi eis eſſet facta col-
latio dignitatis, vel niſi eſſent electi,& cōfirmati,vt in c.tranſ
miſſam.de electio.& in clem.j. iuncta glo.in verbo collato.vt
lit.pend.loquitur ergo glo.de inſtitut.corporali. de qua loqui-
15 tur c.ad hæc.§.in quadam.ſ.de offic.archi.† & iſte eſt verus ſen
ſus glo. In gl.in verbo,ſequuntur.hæc glo.proſequitur duo ge-
16 neralia primum eſt,quod aliquid prohibetur † non ꝙ ſit ma-
lum,ſed quia ex eo poteſt ſequi malum,& contra iſtud gl.op
ponit d.l.fi.ff.qui & a quibus.vbi dicitur,ꝙ non eſt licitum ſti-
pulari a liberto mercedē pro manumiſſione, ſed bene debet
ſtipulari operas,vel mercedem,ratio, quia erit in electione li-
berti an ſoluat operas,vel mercedem,vt in regula in alternati
uis.lib.vi. vnde ſi præſtabit mercedem ſoluet eam voluntariæ,
quod non eſt prohibitum. Secundo glo. opponit de lege ſi
vnus.§.illud.ff de pact.vbi dicitur,ꝙ dolus futurus non poteſt
expreſſe remitti, & tamen valet pactum, ne agatur depoſiti,
& ſic indirecte mittitur dolus futurus,ſed Bu.& D.Ab. dicunt
ꝙ illa l.inquantum dicit,ꝙ valeat pactum,ne agatur depoſiti
debet intelligi de dolo præterito,& dic plenius,vt ibi no.Secū
dum generale eſt,quod aliquo prohibito intelligūtur omnia
prohibita per quæ peruenitur ad illud, de quo dic,vt in regu-
la cum quid.lib.vi In gl. in verbo confirmatio.vide bo.tex.
xxii.q.ii.§.ille ergo. In glo.in verbo,prohibetur.no.glo.& di
cit hic Bal.ꝙ non ſolum in legibus, ſed etiam in diſputationi
17 bus hominum debet † ratio conſiderari tanquam fundamen-
tum actus,vt in l.fi.ff.de hæred.inſti.& in l. cum pater.§.dulciſ
ſimis.ff.de leg.ii.quæ iura hoc optime probāt. In glo.in ver-
bo,ceſſante.dic vt i.gl.& Doct.in c.quod translationem.in ver
18 bo,ceſſante.de renun. Bal.aūt hic tāgit an ceſſante † rōne legis
ceſſet legis diſpoſitio,& diſtinguit, ꝙ aut rō eſt expreſſa in ver
bis legis,& tunc nunquā diſceditur a ratione.l.fi.ff. de diuor.l.
in eo.§.deinde.ff.de ritu nup.cum ſimili. Aut ratio non eſt
inſerta in ipſis verbis promulgationis legis,ſed additur poſt le
gis promulgationem,verbi gratia, iuris conſultus ponit rōnē
circa edictum prætoris, vel lex noua ponit rationem legis ve-
teris, vel interpretatio prudentum addit rationem, & tunc
dicit Bal.quod refert,quia aut ceſſante ratione ſequitur abſur
ditas,& tūc ceſſat lex,vt ſ.eodem,quemadmodum. Aut æqui-
tas poteſt ſtare cum ſtatuto,ſeu cum lege, licet ceſſet ratio in-
terpretatiua prudentum,& tunc non ceſſat lex,quia in omni
bus quæ ſunt de iuſtitia poſitiua ſufficit ratio generalis.ſ. quia
ita placuit legis conditori,vt not.in l.j.§.ii. ff.de poſtu.nam eſt
pro ratione voluntas,& ſuper poſita poteſtate non eſt quærē-
dum de ratione.l.non omnium.ff.de leg.dicit tamen Bal.ꝙ ſi
ceſſante ratione remaneret ſtatutum cōtra rationem natura
lem,tunc ceſſaret ſtatutum,vt ff.de re milita.l.milites agrū. &
no.hoc vltimum, ꝙ vbi ex poſt facto lex vel ſtatutum rema-
net contra naturalem rationem, vel contra naturalem æqui-
tatem non valet tale ſtatutum,licet a principio fuerit iuſtum,
idem dixi poſt S.Thom.in c.ego.j. dicit etiam Bal.aliud nota-
bile verbum, ſ. quod ea quæ veniunt per rationem extenſiuā
non ſunt penitus,idem ſed ſimilia,& dicit de hoc eſſe textum
notabilem.inſti.de legi.pa.tute. Ex quo infertur, ꝙ illa quæ
non comprehēduntut in ratione expreſſa,ſeu in verbis diſpo-
19 ſitiuis conſtitutionis,licet ad ea poſſit † fieri extenſio ex identi
tate rationis non dicuntur idem ſed ſimilia,vnde in exorbitā
tibus non fieret talis extenſio, de quo dic, vt in authen.quas
actiones.de ſacroſan.eccle.& in c.fi. de conſue. & per D.Abb.
in c.fi.de reſcriptis.& in c.quia plerique.de immu. eccle.& per
D.Do.in c.j.in glo.in verbo,Italiæ.de tempor.ordi.in vi.& per
Ioan.de Imo.in clemen.prima.in glo.in verbo,eligatur.de ele
ctio. In gloſ.fi. idem dicit Innocen.Hoſtien.vero dicit,quod
Papa hoc fecit, vt ſatisfaceret eorum conſcientiæ,quia aliter
non putabant ſe in hoc ſecuros,dicit tamen,quod etiam aliis
teſtibus exiſtentibus poſſunt prohibere teſtimonium, quia
quandoq; quis æſtimat ſe habere decem bonos teſtes, qui nō
habet,niſi vnum quod no. Et iſtam materiam,ſcilicet an re
20 ligioſi † admittantur ad teſtimonium pro ſuo monaſterio,
vel pro aliis plene examinaui in c.cum nuncius.ſ. de teſtib.&
iſta ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum præſtitum contra libertatem eccleſiæ non tenet.*
2 *Canonici poſſunt facere ſtatuta vacante eccleſia.*
3 *Canonici an poſſint compelli ad ſuſcipiendum ordines ſacros.*
4 *Iurans ante ſuam promotionem in præiudicium ſuæ dignitatis non tenetur poſt promotionem ſeruare.*
5 *Cardinales ſi ſtatutant ante vacationem ſummi Pontificis aliquid cum iuramento, deinde aliquis eorum promoueatur in ſummum Pontificē nō tenetur obſeruare tale iuramentum.*
6 *Iurametum illicitum largo modo poteſt dici periurium.*
7 *Teſtibus ſuam turpitudinem reuelantibus non creditur.*
8 *Iudex an in ciuilibus poſſit procedere ex officio in modum inquiſitionis ratione peccati corrigendi.*
9 *Epiſcopus dando aliquid de menſa ſua eccleſiæ non præiudicat ſucceſſori, cum non poſſit capitulum auctorizare in facto ſuo.*
10 *Epiſcopus abundans poteſt donare capitulo egenti.*
11 *Epiſcopus an poſſit extinguere dignitatem, vel canonicatum eccleſiæ cathedralis de conſenſu capituli, vel capitulū poſſit de conſenſu eius.*
12 *Iurans temere quando peccat mortaliter.*
13 *Peccatum mortale poteſt dici graue,quia priuat vita æterna.*
14 *Paria ſunt accuſatio,teſtimonium & ordo, ita quod qui non admittitur ad vnum,non admittur ad reliquum.*
15 *Crimina magna, & publica repellunt a promotione.*
16 *Pœnitentia peracta licet crimen ſit graue & publicum non impedit, ſeu repellit a promotione.*
17 *Contrauentio iuramenti intuitu perſonæ requirit ſuperioris licentiam.*

## CAP. XXVII.

1 SIcut noſtris. Iuramen tum quod † cōtra libertatem eccleſiaſticam
præſtitum eſt non tenet.hoc dicit ſecundum Ioā.
And. Diuiditur in tres partes.In prima ponit iu
ramentum temerarium.In ſecunda punit iurantem. In tertia
committit attentata per iuramentum inquirenda & retractā
da.Secunda ibi,pro iuratione incauta. Tertia ibi,quia. No.
2 primo ſecundum D.Abb.arg.quod vacante eccleſia † canoni
ci poſſunt facere ſtatuta, dummodo non ſint contra vtilitatē
eccleſiæ. An autem talia ſtatuta durent poſt creationem epi
ſcopi,vel an poſſint per ipſum reuocari, D.Ab.remittit ad ca
quæ dixit Fed.de Sen.conſilio ſuo xv. Vtrum autem canonici
poſſint ſtatuere generaliter etiam poſt creationem epiſcopi,
vide glo.in cap.ii.in verbo, ſtatutum.quæ incipit,& ex hoc,de
ver.ſig.in vi. Secundo no,ibi,in minoribus ordinibus ſecun
3 dum Ioan.And.arg.ꝙ † canonici non poſſunt compelli ad ſu-
ſcipiendum ordines ſacros.ſed dicit Ioan.And. quod poteſt in
telligi, quod loquatur de ordinibus minoribus reſpectu
ordinis epiſcopalis, & hoc etiam ſeruatur a Papa,quia quan-
do facit mentionem de his,quæ fecerat dum eſſet Cardinalis
dicit dum eſſem⁹ in minorib. conſtituti,& talis modus loquē
di conſueuit apponi in reſcriptis apoſtolicis, & hoc modo in
telligendo

telligendo non colligitur ex hoc tex. quod canonici non de-
beant compelli ad ſuſcipiendos ordines ſacros,ſed de hoc dic
vt in c.quęris.de æta.& qua.& in cle.vt hi ǫe.ti. Tertio no.ꝙ
4 †iurans ante ſuam promotionem in præiudicium dignitatis
non tenetur poſt promotionem ad obſeruantiam iuramenti.
iſti enim canonici,vt dicit Io.And.forte ſtatuerunt,quod qui-
cunq; ex illis fieret epiſcopus ſeruaret quædam quæ tendebāt
in præiudicium dignitatis epiſcopalis. Ex quo infert D. Ab.
5 ꝙ ſi†Cardinales ante creationem ſummi Pon.aliqua ſtatuūt
& promittunt etiam cum iuramento illa obſeruare,ſi contin
gat aliquem eorum promoueri in ſummum Ponti.ꝙ tale iu-
ramentum non aſtringit,ſi tendit in præiudiciū dignitatis Pō
tificalis, vt hic, ſecus ſi iuramentum non tenderet in præiudi-
cium dignitatis Pontificalis,quia tūc eſſet ſeruandum,vt pro-
batur hic a contrario ſenſu,& hoc fuit de facto tempore Gre-
gor. Papæ. qui fuit depoſitus, nam ante creationem ſummi
Ponti. omnes Cardinales iurauerint, ꝙ quicunque ex eis quē
contingeret eligi in ſummum Pon.teneretur cedere papatui,
ſi & quando Papa Benedictus qui erat Gallicus cederet papa-
tui ſtante tali iuramento electus fuit dominus Angelus Cor-
a rario ve Venetiis,qui vocatus fuit Papa Grego.[a] Papa Benedi-
ctus venit in Italiam cā cedendi papatui, ipſe autem nolebat
cedere,& conſultum fuit per omnes Doct.Italiæ,ꝙ tenebatur
cedere,quia ligabatur iuramento,quod prętiterat, dum eſſet
Cardinalis nec ab illo poterat ſe abſoluere, & hoc tangit Bu.
b in c.j.de conſti.& Pet.de An.in tracta.de ſchiſmate.[b] Quar-
6 no.ibi,periuria† iuramentum illicitum largo modo poteſt di
ci periurium,concor.c.animaduertendum.xxii.q.ii.& c.ad no
ſtram iii.ſ.eo.& dic, ꝙ committitur periurium iurando illud
quod non eſt licitum,nō autem in non obſeruando,quia nō
debet ſeruare tale iuramentum,vt in c.iurauit.& in ca.in ma-
lis.xxii.qō.iiii. Quinto no.ibi, pro iuratione incauta,ꝙ iura
mentum illicitum dicitur incautum, & ratio eſt ſecūdum Io.
And.quia deeſt ei comes iuſtitiæ,quæ eſt vna de tribus comiti
bus iuramenti,vt dictum eſt in c.pręcedenti. Sexto no.ꝙ cre-
7 ditur teſtibus †reuelantibus turpitudinem ſuam. Sed dicit Io.
An. ꝙ ideo hic Papa mandauit canonicos examinari,quia ꝑ
eos melius poterat ſciri veritas.ſ.de offi.archi.c.fi. de teſtib. ve
niens.ii.in fi.de teſti.cog.c.fi.vbi coniurantes fuerunt producti
in teſtes ad detegendam coniurationem. Vltimo no.ibi,in
quiras diligenter veritatem ſecundum Io.And.quod etiam in
8 ciuilibus poteſt iudex †procedere ex officio in modum inqui-
ſitionis ratione peccati corrigendi,allegat c.nouit.ſ.de iudic.
& c.j.ſ.de offi.ordi.Et dic, ꝙ ratio eſt,quia iura eccleſiæ erant
male alienata, & vbicunque agitur pro re eccleſię male alie-
nata, vel occupata, vel male detenta poteſt iudex ex officio
procedere ratione peccati vitandi, quia cum peccato detinet
rem,vel ius eccleſiæ,de quo dixi in c. ad noſtram.ii. ſupra eod.
Sed contra hoc opponitur,& videtur ꝙ hic non debuerit ꝓ-
cedi per inquiſitionem cum conſtaret de delicto epiſcopi per
eius confeſſionem,Ioan.Andr.dicit, quod Papa credidit rela-
tioni epiſcopi contra ſe,ideo mandauit ſibi pœnitentiam im-
poni,ſed non contra alios, ideo quod de hoc,ꝙ tangit alios
mandauit inquiri,& pro hoc allegat D.Ab.c.placuit.& cap.ſi
tantum.vi.q.ii.item Ioan. An.inducit iſtam differentiam poſt
9 Io.& Vinc.ad q.ſ.quod ſi epiſcopus† dat aliquid de menſa ſua
ſuo capitulo quod non præiudicat ſucceſſori,cum non poſſit
capitulum auctorizare in facto ſuo,allegat no.in ſimili in cle
men.ſi vna.§.j.in glo.ij.de reb. eccle.non alie.& ex hoc dicit,ꝙ
Ioan.concludebat hic alternatiue,quod nulla eccleſia poteſt
donare aliquid eccleſiæ epiſcopali de auctoritate epiſcopi,al
legat.xvii.q.iiii quæſti.ſed D.Abb.dicit, ꝙ hoc vltimum eſt ve
rum quando vellet donare communi menſę epiſcopi & capi
tuli,quia tunc epiſcopus auctorizaret in facto proprio. Secus
dicit,ſi donaret epiſcopi capitulo,vel ad fabricam eccleſię ca
thedralis,quia tunc epiſcopus non auctorizaret in facto pro-
prio,iuxta no.per Ioan.An.in c.ſi propter tua debita.de reſcr.
in vi.& in c.vt noſtrum.in fi. vt eccl.bene nec capitulum dici-
tur conſentire in facto proprio, quia in alienatione,quam fa
cit eccleſia inferior non requiritur auctoritas epiſcopi, vt in
c.Abbatibus.& in c.placuit.xii.q.ii.& no.in c.j. de his quæ fiūt
a præl. Sed de iſta quæſtione ego allego gl.in præal.cle.ſi vna.
in verbo,menſæ.quę dicit ꝙ habens decimam ex antiquo feu
do poteſt illam donare capitulo de auctoritate epiſcopi. & ra
tio eſt,quia in illo caſu ſufficit auctoritas epiſcopi ſine capitu
lo,vt in c.cum apoſtolica.in fi.de his, quæ fiunt a præla.Vnde
non poteſt dici, quod in iſto caſu capitulum auctorizaret in
facto proprio,cum non requiratur auctoritas, vel conſenſus
capituli,& ſic illa glo.vult,ꝙ vbi in actu nō requiritur aucto-
ritas,vel conſenſus capituli ad ipſum actum ſolennem,an va-
leat donatio,vel alienatio facta capitulo interueniente aucto
ritate epiſcopi.ſed D.Ab.allegat hic vnum dubitabile dictum
Vin.in capitu. nouit.de his quæ fiunt a præla. vbi dicit, ꝙ epi-
ſcopus poteſt donare capitulo indigenti aliqua de pertinenti-
tibus ad menſam ſuam, quia non dicitur alienare cum om-
nia remaneant in dominio eccleſię.l.vnum ex familia.ff.de le
ga.ii.ſed Do.Abb.dicit,quod tantum in vita valet donatio,&
ꝙ ſucceſſor poteſt eam reuocare,& ratio eſt ſecundum eum,
quia in alienatione epiſcopi requiritur conſenſus capituli, vt
in c.ſine exceptione.xii.q.ii. Capitulum vero non poteſt con-
ſentire ad ſui commodum,vt in clem.ſi vna.§.j.de re.ecc.non
alien.& dicit,quod hoc tenet Specu.& Ioan.And.in ti.de his,
quę fiunt a præla in vlti.addi.ſicut nec tutor auctorizat ad ſui
commodum in factis pupilli.l.j.& l.pupillus. ff.de aucto.tuto.
ſed miror,quod Abb. non allegauerit glo in d.clem.ſi vna.in
glo.antepen.in verbo eccleſiam,quę poſt Hoſtien. dicit,ꝙ epi
10 ſcopus†abundans poteſt donare capitulo agenti, non obſtan
te iuramento de non alienando, cum non dicat̃ proprie alie
nari,quod in dominio eccleſiæ retinetur, dicit tamen, quod
tutius eſt,quod fiat auctoritate ſuperioris, ſed Zenzerinus ibi
tenet contrarium,ſcilicet, quod non poteſt donare etiam ca-
pitulo indigenti,niſi intercedat auctoritas ſuperioris, & cum
eo tranſit ibi Ioan.de Imo.& ad prædicta allegat D.Abb.Bar.
in d.l.j.ff.de aucto.tuto.vbi dicit,quod ſi ſtatuto cauetur,quod
mulier non poſſit obligari ſine conſenſu duorum agnatorū,
quod iſti agnati non poſſunt conſentire ad eorum commo-
dum,dicit tamen Do.Abb. quod ſi ex cauſa fieret venditio re
rum epiſcopi poſſet capitulum palam, & publice ſine fraude
emere, quia tunc non dicitur conſentire ad ſui commodum,
cum ille contractus principaliter fiat ad vtilitatem ipſius epi-
ſcopi,ſicut tutor emit palam rem pupilli ipſo conſentiente,vt
tutore,vt probatur in l.pupillus.cum ſequen.ff.de aucto. tuto.
pro hoc allego bon.glo in l.ſi in emptione.§.fi. ff.de contrah.
empt.quæ dicit,quod tutor poteſt palam, & bona fide emere
a pupillo,& ſibi ipſi auctor fieri non autem clam. & idem di-
cit in quocunque officium publicum habente,vel priuatum,
vnde idem dicendum eſt in capitulo emente publice, & ſine
fraude rem epiſcopi licet emendo videatur conſentire aliena
tioni,vt dicit Ioann.And.in regula qui tacet.in Mercu. lib.vi.
allegat etiam no.per Bar.in l.cum patet. §.libertis.ff.de lega.ii.
& Bald.in l. ſi filius.C.de peti.hæredi.& dicit,quod faciunt ad
hoc no.per Oldra.conſilio ccxvii. & ſic dicit poſſe reſtringi,&
limitari dictam clemen.ſi vna.& intelligas D.Ab. dum loqui-
tur de alienatione rerum epiſcopi, quando tales res ſunt ec-
cleſiæ cathedralis pertinentes ad menſam epiſcopi, quas epi-
ſcopus elienat ex cauſa neceſſaria,vel vtili, nā ſi alienaret res
proprii patrimonii capitulum poſſet illas emere etiam clam,
quia epiſcopus poteſt eas donare, & alienare ad libitum ſuæ
voluntatis ſine conſenſu ſui capituli, vel alterius. Nunquid
11 †autem epiſcopus poſſit extinguere dignitatem,vel canonica
tum eccleſię cathedralis de conſenſu capituli,vel an capitulū
poſſit hoc facere de conſenſu epiſcopi,vide glo.in verbo,men
ſę.in dicta clemen.ſi vna.§.primo. Glo. j.no.ex hac gl.quod
temere iurans peccat mortaliter,idem dicit hic Inno.ſed Do.
12 Abb.hoc intelligit,quando iuramentum eſt illicitum, †ſecus
ſi quis iuraret temere.i. non ſuadente neceſſitate, & vtilitate,
nam tunc peccaret venialiter,vt in §.alias eademum. in fine.
xxvi.diſtin.& plene dixi in cap.tua.j.ſuper glo. fi:ſupra eodem.
vbi etiam examinaui, an iuramētum iocoſum ſit peccatum
mortale.ſed quo ad principale dictum glo.Inno. & Ioan.An.
& Docto.videntur dicere,quod quis non repellatur a promo
tione,niſi crimen ſit magnum,& publicum,vt in c.apoſtolus.
lxxxi.diſtin.& xxv.diſtin.§.nunc autem.& in c.primum. ea.di.
& idem dixit glo.in c.diffinitio.xxii.q.iii.quæ dicit,quod teme
rarium iuramentum non infamat, nec impedit electionem
factam,vel faciendam.ſed in c.Florentinum.in verbo, ſacro-
ſanctis.quę incipit,videtur ergo,in fi.dicit, quod temere iurās
poteſt eligi dummodo pœnituerit de tali delicto,quia temera
rium non irrogat perpetuam infamiam, ſed tantū ſolennem.
& hanc opi.Ioan.ſequitur Bar.Brix.in addi. & D.Abb.hic pro
qua opi.videtur tex.in c.fi.de cle.excom.mi.vbi dicit,quod pri
uatus participatione ſacramentorum eccleſię, quę priuatio
fit per peccatum mortale non poteſt eligere.vnde cum teme-
re iurans peccet mortaliter ante peractam pœnitentiam nō
poteſt eligi.nec obſtat.c.primo.lxxxi.diſtin.qui tex.videtur pro
bare,quod requiratur crimen graue, ad hoc vt quis repella-
tur

ADDITIONES.

a ¶Angelus Corrario venetus fuit Papa.Idem refert D.Abb.in cap.inquiſitioni. de ſenten.excommunica.& Fely.in capitu.ſi quando,glo. ſuperſedere.de reſcriptis.

b ¶Hoc idem dicit,& refert Alexan.in c.primo.de conſti.hic allegato xiiii.col. ver.tertius caſus.Quid ſi iurauit renunciare papatui antequam eſſet electus? vide Phi.in c.j.de renunc.in no.in ver.qui tenet quod non ex verbis,Bal. in c.venerabilem.de ele.ibi vide.

13 tur a promotione,nam omne peccatum †mortale poteſt dici
graue,quia priuat vita æterna , pro hoc facit c.j. xxv.diſtincti.
vbi iſta concluſio videtur probari pro hoc etiam facit , quia
peccatum mortale de quo quis non eſt confeſſus repellit a te
ſtimonio,vt dixi in c.teſtimonium. ſupra de teſtib.ſed accuſa-
14 tio†teſtimonium,& ordo pari paſſu ambulat.Ita vt quicunq
non admittitur ad vnum non admittitur ad reliquum , vt eſt
tex. cum gloſ.ii.qõ.vii.ipſi apoſtoli.vnde eadem ratione debet
ante pœnitentiam repelli a promotione, & hoc modo debet
iſta gloſ.& Doctor.reſtringi, nam magna,& publica crimina
15 †repellunt a promotione etiam poſt peractam pœnitentiam,
vt in cap.vltimo.de tempo.ordi. & de his loquuntur Doctor.
hic. Sed peccatum mortale repellit a promotione ante pera-
ctam pœnitentiam,vt in c.ſi celebrat.de cleri.excommu.& in
c.primum.xxv.diſtinctio.vnde gl.vi.q.j.in c.omnes.dixit quod
omne peccatum mortale irrogat infamiam canonicam,quæ
abſoluetur per pœnitentiam. Fateor tamen,quod peccatum
mortale non ſufficeret ad priuandum beneficio,niſi eſſet gra
ue,& publicum,vt in c.ſatis perueſum.lv.diſtin.& xvi.qõ. vii.
iniunctum,vbi dicitur,quod quis non debet priuari beneficio
niſi pro graui culpa,de hoc etiam eſt bo.tex. in c.ii.in fi.de ſta
tu monacho. Et ex his facias tres concluſiones,prima ſit quis
non eſt priuandus dignitate,vel beneficio , niſi pro graui cri-
mine. Secunda concluſio , quod poſt peractam pœnitentiã
16 †quis non repellitur a promotione , niſi crimen ſit graue , &
publicum,vt in c.vltimo,de tempo.ordi.Sunt tamen quędam
crimina,quę etiam ſi ſint occulta impediunt executionem or
dinis & retẽtionem beneficii, vt eſt homicidium,& ſimonia,
& quædam alia crimina,quę enumeantur per Doct. in c. niſi
cum pridem.§.propter conſcientiam.ſupra de renunci. Ter
tia concluſio quilibet peccatum mortale ante peractam pœ-
nitentiam repellit quem a promotione facienda,ſed non per
acta pœnitentia,vt in c.omnes.& in ca.ſequen. iuncta glo.vii.
q.prima.& hęc no. In glo.fina.Ioan.And.& Docto.dicunt,
quod glo.dicit verum,quando iurans vult venire contra iura
17 mentum intuitu dignitatis,ſecus ſi†vellet contrauenire intui-
tu perſonæ,quia tunc neceſſaria eſſet ſuperioris licentia,ar.in
c.venerabilem,de electio.& hęc opin.fuit originaliter.Tancr.
& Vincen.volunt dicere,quod quoniam iſte iurauit dum eſ-
ſet canonicus , habet duplicem viam contrauenicndi,vnam,
tanquam canonicus,aliam,tanquam epiſcopus,ſi vult cõtra-
uenire tanquam canonicus neceſſaria eſt licentia ſuperio-
ris,ſed ſi vult contrauenire tanquam epiſcopus nulla requiri
tur licentia , imo plus dicunt Hoſtien. & Ioan. Andr.quod
etiam ſi iuraſſet,tanquam epiſcopus , iuramentum eum non
aſtringeret, & ita etiam tranſit hic Butrig. ſed dominus Abb.
dicit , quo ex quo iuramentum fuit illicitum, & in damnum
eccleſię nõ refert an iurauerit,vt canonicus,an vt epiſcopus ,
quia neutro caſu iuramentum valet,tanquam indiſcretum,&
iniuſtum,pro hoc vide glo. in c.primo.in verbo,contractum.
de reſti.in integ.in vi.& quę dixi poſt domi.Abba.in c.ii.ſupra
eodem . Sed ſi iuramentum fuiſſet licitum, tunc bene refert
an iuraſſet,vt canonicus,an vero vt epiſcopus, vt in dicto ca.
venerabilem.de electio.vnde tene glo. In eadem gloſ.in fin.
vide glo.& Docto.in ca. cum inter canonicos,quæ incipit,ſed
nonne.& in c.querelam. in prima glo.de electio.& in c.a col-
latione.iuncta glo.fi.de ap.in vj.& in dictis locis per Docto.&
iſta ſufficiant.

*S V M M A R I V M.*

*1 Mulier quæ ſponte conſenſit in alienatione rei dotalis non auditur,iurando ſe non contrauenire.*

*2 Maritus poteſt agere pro dote,non mulier.*

*3 Mulier conſentiens marito in alienatione facta de re dotali , vel donata propter nuptias , non præſumitur dolo , aut metu inducta , niſi probetur.*

*4 Obligatio non oritur ex contractu qui fit lege reſiſtente .*

*5 Fideiuſſor non obligatur ex alienatione , vel venditione facta a muliere.*

*6 Iuramentum præſtitum ſuper contractu inualido, & prohibito ratione fauoris perſonæ iurantis,eſt obligatorium .*

*7 Iuramentum a quo poteſt peti abſolutio nihilominus valet.*

*8 Ioannes de Caſtilio Mediolanenſis Doctor celebratur .*

*9 Ius canonicum etiam in foro ciuili ſeruandum eſt·*

*10 Doli exceptio fit,& diſtinguitur .*

*11 Dolus dans cauſam contractui non excludit conſenſum,licet ex falſis ſuggeſtionibus quis inducatur ad conſentiendum.*

*12 Iuramentum impeditur habere effectum ex duobus,vt ibi , & plures caſus de iuramento non ſeruando,vide.*

*13 Ius ciuile conſiderauit vtile,& honeſtum corpori.*

*14 Ius canonicum conſiderauit illud quod eſt vtile animæ.*

*15 Animę vtilitas præferri debet cuicunque rei.*

*16 Finis iuris ciuilis , & canonici explicatur.*

*17 Ius ciuile ſæpe concedit illicita cauſa ciuilis ſocietatis conſeruandæ .*

*18 Iuramentum probibitum de iure ciuili in fauorem perſonæ non valet de iure ciuili,ſed bene de iure canonico .*

*19 Conſenſus geminatus requiſitus ad validitatem cõtractus,num adimpleatur vnico conſenſu,& iuramento.*

*20 Iuramentum validatur ſi non habet propriam cauſam prohibitionis.*

*21 Lex prohibens aliquid propter bonos mores conſeruandos , iuramento in contrarium præſtito non læditur.*

*22 Lex omnis fundata eſt ſuper bonis moribus ciuilibus.*

*23 Pactum de futura ſucceſſione,etiam cum iuramento valet .*

*24 Turpe aliquid poteſt dici tripliciter,ſeu tribus modis, & contra bonos mores .*

*25 Filius tenetur pręſtare obſequia patri de iure naturali ex eo quia pater, non quia diues .*

*26 Filius poteſt offerri monaſterio tam a patre,quam a matre.*

*27 Donatio an valeat inter patrem, & filium exiſtente in eius poteſtate.*

*28 Renunciare quis non poteſt ei quod pro ſe non eſt introductum.*

*29 Iuramentum de non reuocando teſtamentum non ualet.*

*30 Iurans non reuocare procuratorem conſtitutum ad renunciandum,nihilominus poteſt reuocare .*

*31 Ius naturale vult hominem habere liberum arbitrium.*

*32 Teſtis licet non teneatur teſtificari in cauſa criminali, tamen non valet iuramentum,vt non teſtificetur.*

*33 Opinio per quam vitatur periculum animæ eſt potius tenẽda, vbi ſunt plures opiniones,quam alia.*

*34 Iuramentum ſuper pacto commiſſoriæ legis poſitum valet,verum non confirmat contractum.*

*35 Iuramentum valet vbi lex probibitiua non eſt fundata ſuper fauore publico principaliter, ſed ſuper priuato.*

*36 Profeſſus non fit,niſi qui tempus probationis expleuerit.*

*37 Auth. ſacramenta puberum in quibus caſibus obſeruatur.*

*28 Doli quando impubes dicitur capax.*

*39 Mulier nunquid poſſit reuocare alienationẽ non obſtante iuramento.*

*40 Actus quando dicitur verti in detrimentum alterius .*

*41 Alienatio facta de re dotali filiis ex matrimonio exiſtentibus , quomodo procedat .*

*42 Alienatio præiudicans legitimæ filiorum non tenet.*

*43 Alienatio facta per titulum oneroſum, puta per venditionem ,an habeat aliquod remedium.*

*44 Pactum de non cedendo bonis cum iuramento,an valeat.*

*45 Renunciatio vt poſſit quis conueniri vltra quam facere poſſit valet.*

*46 Carcer inductus eſt ad cuſtodiam non ad pœnam .*

*47 Debitor non poteſt ſe obligare ad incacerationem.*

*48 Promitti non debet in conſequentiam , quod non promittitur principaliter .*

*49 Ceſſionis beneficium in hoc conſiſtit,vt volens cedere bonis non in carceretur.*

*50 Quilibet regulariter tenetur inſolidum , niſi fuerit de perſonis priuilegiatis.*

*51 Beneficium quod quis non teneatur vltra quam facere poßit , pacto tolli poteſt.*

*52 Detractio ex ædificio publico affixis aliquem mittitur.*

*53 Iuramentum per quod prorogatur inſtantia non valet .*

*54 Inſtantia cauſæ principalis quantum duret de iure ciuili,& quantum de iure canonico.*

*55 Iudex ex officio ſuo poteſt procedere ad ſententiam,quando videt inſtantiã perire.*

*56 Renunciatio ſtatuti non valet etiam cum iuramento.*

*57 Iurans non habet in poteſtate præiudicare publicæ vtilitati.*

*58 Contra publicam vtilitatem quid dicatur.*

*59 Alienatio rerum eccleſiæ ſine debita ſolennitate eſt contra vtilitatem publicam.*

*60 Actus improbatus odio perſonæ non confirmatur per iuramentũm,licet illud valeat.*

*61 Iuramentum filiusfa.de ſoluendo mutuo non validat actum .*

*62 Iuramenti reprobatio qualiter procedat.*

*63 Filiusfa.perſoluens mutuum illud repetere non poteſt.*

*64 Filiusfa.vendens rem peculii in qua pater habet vſumfructũ, licet interuenerit iuramentum non ſeruatur.*

*65 Officialis prohibetur emere tempore officii,nec valet contractus, licet iurauerit .*

*66 Contractus qui prohibentur cum forenſibus fieri, an iuramẽto firmari poſſint .*

*67 Contractus factus a prodigo,an firmetur iuramento.*

*68 Notorium iuris quid dicatur .*

*69 Contractus furioſi non impeditur,licet per iudicem fiat per ciuitates preconizari,ne cum eo contrahatur.*

*70 Datio curatoris furioſo videtur ei intendere adminiſtrationem .*

*71 Sententia tantum operatur notorium , quantum interdictum quo ad effectum.*

*72 Alienans cum iuramento,an valeat alienatio,puta ſi ſit prodigus.*

73 *Iuramentum obligat prodigum dummodo ſit ſenſus capax, quia æquiparatur pupillo.*
74 *Prodigus naturaliter ęquiparatur pupillo in aquirendo.*
75 *Prodigus quis dicatur.*
76 *Tranſactio ſuper alimentis, an ſine iuramento valeat.*
77 *Renunciari an poſſit diſpoſitioni legis.*
78 *Donatio inter virum & vxorem, an firmetur iuramento.*
79 *Donationes inter virum & vxorem videntur eſſe contra tria bona matrimonii.*
80 *Matrimonium debet eſſe perpetuum.*
81 *Opinio illa in dubio eſt magis probabilis quæ fauet iuramento.*
82 *Fideiuſſores ſi dati pro dote conſeruanda, vel reſtituēda, an talis datio firmetur iuramento.*
83 *Legi non poteſt renunciari etiam cum iuramento, quando procedit prohibendo.*
84 *Ius prohibens aliquid propter defefectum ſolennitatis probatoriæ iuramento non firmatur.*
85 *Statutum nullum probat ſufficienter, niſi rogati fuerint duo notarii.*
86 *Iuramentum non poteſt facere valere teſtamentum, ſi in eo non interuenerunt ſeptem teſtes.*
87 *Lex ciuilis non habet poteſtatem ſuper iuramento.*
88 *Contractus licet non poſſit probari, niſi per ſcripturam, poteſt tamen iuramentum per teſtes probari.*
89 *Contractus poteſt probari eodem modo quo iuramentum.*
90 *Statutum laicorum circa deciſoria non poteſt facere præiuditium, quando concernit rem vel perſonam non ſubiectam.*
91 *Iuramentum non poteſt operari in ſupplendo ipſam formam, quia forma dat eſſe rei, & illa deſtructa deſtruitur res.*
92 *Obligatio fideiuſſoria efficax oritur ex iuramento.*
93 *Iuramentum non extenditur, niſi vſque quo confeſſum eſt.*
94 *Contractui ſimulato iuramento firmato, an liceat contrauenire.*
95 *Intentio ſimulata ex cauſa iniuſta non excuſat.*
96 *Renunciatio ſimulata non eſt renunciatio.*
97 *Iuramento abuti quis non præſumitur.*
98 *Simulatio quando fit de vno contractu ad alium contractum partes agūt quod verus contractus habet ſubſiſtentiam, & non contractus apparens.*
99 *Simulatio etiam fit vt apparens contractus ſeruetur, & non verus, puta ſi vſurarius ſimulat venditionem, vt lucretur fructus pro vſuris.*
100 *Venditione facta ſi venditor iuret non contrauenire, non poterit contrauenire, non petita abſolutione.*
101 *Simulatio intercedens ex parte iurātis, quia aliud gerebat in corde aliud in ore, facit iuramentum intelligi ſecundum intentionem recipientis.*
102 *Exceptioni non numeratæ pecunię, an per iuramentum renunciari poſſit.*
103 *Minor poteſt renunciare beneficio minoris ætatis ſine iuramento.*
104 *Iurans ſeruare contractum donationis non excluditur a contraueniendo ſi contractus ex poſtfacto annulletur.*
105 *Donatio quando per defunctum validata fuit hæres ad obſeruantiam tenetur.*
106 *Solennitates introductę ſunt ad publicam vtilitatem.*
107 *Iuramentum quid operetur, quando interponitur, quando contractus deficit, vel rei memoria.*
108 *Res fiſcalis poteſt pręſcribi.*
109 *Iuramentum an valeat contra legem humanam fundatam principaliter ſuper vtilitate priuata.*
110 *Pręcepta intelliguntur ſecundum naturam ſubiectæ materiæ.*
111 *Actus factus contra prohibitionem non valet de intentione legis, & ſtatuti.*
112 *Iurans per creaturam peccat, & nihilominus ſeruare tenetur.*
113 *Mulier, vel minor poterit petere abſolutionem a iuramento, ſi ſit ſtatutum prohibens quod nullus audeat cum minore, vel muliere contrahere ſine conſenſu conſanguineorum.*
114 *Statutum non poteſt eneruare vires teſtamenti, ſed poteſt imponere pęnā recipienti iuramentum.*
115 *Statuto dicente, quod non valeat contractus minoris, vel muleris ſine conſenſu conſanguineorum, etiam cum iuramento, an valeat.*
116 *Contrahens ſatis in dolo præſumitur, ex quo facit contra prohibitionem ſtatuti.*
117 *Baldus notatur in aliquibus ſibi ipſi contrarius.*
118 *Iuramenta prohibere non pertinet ad iudices ſeculares.*
119 *Iuramento interueniente nen eſt curandum de ſolemnitate iuris poſitiui.*
120 *Statutum laicorum non valet præſumens ex aliquo facto, vel geſto cōtractum vſurarium.*
121 *Iuramentum valet, quoties ſtatutum non præſumit fraudem.*
122 *Iuramentum an valeat, ſi ſtatutum ſit confirmatum per Papam.*
123 *Papa non poteſt dare licentiam peccandi.*
124 *Lex quando præſumat dolum, vel ſimulationem.*
125 *Raynerius de Forliuio fuit præceptor Bartoli.*
126 *Argumentum a communiter accidentibus eſt licitum.*
127 *Probatio per confeſſionem admittitur contra præſumptionem iuris, & de iure.*
128 *Confeſſio facta in iudicio habet ſuas ſolennitates requiſitas, aut extra iudicium pręſente parte.*
129 *Qualitas contractus cenſetur repetita in iuramento.*
130 *Iuramentum de parendo ſententiæ arbitri intelligitur ſecundum naturam compromiſſi.*
131 *Præſumi debet ex aliis contractib. bene geſtis iſtum eſſe bene geſtum.*
132 *Iudex ſecularis dicens iuramentum non ligare, non debet de hoc cognoſcere.*
133 *Dubia principis determinare pertinet ad principem.*
134 *Minor an poſſit petere abſolutionem a iuramento obligatorio.*
135 *Læſio modica non curatur a iure.*
136 *Minor non poterit contrauenire iuramento, ſed tantum tanquam maior.*
137 *Dolo non caret qui contrahit cum male res conſumente.*
138 *Venditor dicens ſe vendere æquum cum omnibus vitiis nominando etiam illud quod particulariter habet, ſed propter calefactionem tunc non cognoſcitur, non liberatur a dolo.*
139 *Abſolutionem non poſſe peti a iuramento demonſtratur.*
140 *Iuramentum ſi debet ſeruari inuiolabiliter, ergo denegatur abſolutio.*
141 *Ius canonicum magis curat de bono animæ, quam de damno rerum temporalium.*
142 *Iuramenta tunc ſunt relaxanda cum fuerint turpiter recepta.*
143 *Iuramentum eſſet modici effectus, ſi ab eo poſſet peti abſolutio.*
144 *Filius, vel filia renuncians hæreditati paternę debet ſcire valorem eius.*
145 *Minor iurando perdit beneficium reſtitutionis in integrum, quia iuramentum facit eum maiorem.*
146 *Minor quando requirit certificari, non ſufficit pręſentia ipſius curatoris pro certificatione.*
147 *Practica quæ ſeruatur in agendo eſt cuſtodienda, nec ab ea eſt recedendum.*
148 *Renuncians omni læſioni etiam enormiſſimæ videtur excludere omne remedium.*
149 *Minor tunc poteſt petere abſolutionem a iuramento, cum fuerit ſuggeſtionibus inductus ad renunciandum cum iuramento.*
150 *Abſolutio a iuramento poteſt peti propter enormem lęſionem, quia enormis læſio dolum præſumit.*
151 *Alienatio facta a debitore cum conſenſu maioris partis creditorum, non præſumitur facta in fraudem.*
152 *Dicens actum factum in caſu permiſſo debet illud probare.*
153 *Dolus non præſumitur ex eo, quod rem magni valoris pro paruo pretio habent.*
154 *Dolus ex enormi lęſione quare præſumi non debet.*
155 *Minor donans cum iuramento non videtur poſſe petere abſolutionem a iuramento.*
156 *Minor qui iurauit non contrauenire venditioni, ratione minoris ętatis, an poſſit intentare remedium. l. ſecundę, C. de reſcin. vend. ſi vltra dimidiam iuſti precii fuerit deceptus.*
157 *Sententia lata a iudice competenti non valet.*
158 *Inſtrumentum non dicitur, niſi conſtet quod ille qui ſcripſit fuerit notarius.*
159 *Dubium an iuramentum liget, requirit iudicem eccleſiaſticum, nam iudex ſecularis eſt incompetens.*
160 *Contractus an remaneat reſciſſus facta abſolutione a iuramento.*

## CAP. XXVIII.

CVm contingat. Hæc decre. habet materiam quotidianam & frequenter illa eſt in pratica. & hoc dicit. Non
1 auditur† mulier contra alienationem rei dotalis, cui ſponte conſenſit, & non ↄtrauenire iurauit. hoc dicit ſecū dum Io. An. & communiter Doc. Communis diuiſio. Secū da ibi, nos autem. In tex. ibi, ne contra. ſ. prædictam alienationem. Item ibi, ſoluto, hoc ideo dicit, quia conſtante marito
2 mulier† non poteſt agere pro dote, ſed maritus tantum. C. de rei vend. l. doce ancillam. niſi in caſu. ſ. quando maritus vergit ad inopiam. l. vbi adhuc. C. de iure do. & in ca. per veſtras. ĩ. de dona. inter virum & vxo. Hoſt. ſed Pe. & D. Abb. dicunt, ꝙ iſte text. procedit, ſiue matrimonium ſoluetur morte mariti, ſiue per diuortium factum propter conſanguinitatem, vel aliud impedimedimentum. item ibi marito, Abba. dicit, ꝙ iſte tex. debet intelligi, quando mulier debet lucrari donationem propter nuptias ex pacto, vel conſuetudine, alias ſoluto matrimonio deberet reuerti ad hæredes viri, ſicut dos reuertitur ad hęredes vxoris mortua ipſa, de quo vide bo. text. in c. fi. §. primo. ĩ. de dona. inter virum & vxorem. Item ibi, vtrum hoc. ſ. venire contra proprium iuramentum, & repetere res alienatas.
3 No. primo ex princip. iuncto fi. ꝙ mulier † conſentiens alienationi factæ per maritū de re dotali, vel donatæ propter nuptias non præſumitur metu, aut dolo inducta, niſi probetur, vnde ſola reſcripta mariti non excuſat ipſam, & dicit D. Ab. tex. eſſe multum no. & per hoc dicit, ꝙ neceſſe eſt, ꝙ probentur, vel verbera, vel minæ ſufficientes ad incutiendum timo-

rem in fœminã,allegat no.per Inn.in c.cauſam matrimonii.
de offi.delega.& bo.tex.in c.accedens.de conuer. coniug.& vi
de quod ibi no.Bu.& D.Abb.allegat etiam no.per Bar.in l.ad
inuidiam.C.quod metus cau.& in l.j.§.quæ honorãdæ.ff. qua
rum re actio non datur. & idem dicit in clerico conſentiente
epiſcopo,& in ſimilibus perſonis. Secundo no.ꝙ circunſcri
pto iuramento conſenſus mulieris ſuper alienatione rei dota
lis,vel donatæ propter nuptias nullam obligationem inducit
4 conſtante matrimonio,& ſic videtur,ꝙ non oriatur† obliga-
tio naturalis ex tali contractu qui fit lege reſiſtente, lex enim
huic alienationi reſiſtit.ff.de fundo dotali.per to.ſed vbi lex re
ſiſtit alienationi,non oritur obligatio naturalis, vt in l.cum
lex.ff.de fideiuſ.& ibi plene per Bar.& ex his infertur nunquid
tali alienationi poſſit interuenire fideiuſſor, quod tangit hic
Io.An.& plene per Bar.in d.l.cum lex. & concluſio eſt quod.
Aut mulier alienat,& tunc non obligatur fideiuſſor, vt in di-
cta l.cum lex.Aut maritus,vel alius vendit, & tunc tenetur fi-
deiuſſor,arg.in l.ſi is C.de prędiis mi.& ratio eſt, quia lex non
reſiſtit venditioni,ſeu obligationi perſonali, quæ oritur ex cõ
tractu venditionis,licet reſiſtit alienationi.i. translationi do-
minii.In primo autem caſu.ſ.quando vxor alienat non obli-
5 gatur fideiuſſor, † quia ex tali venditione non oritur obliga-
tio,alioquin tenetur mulier ad translationem dominii.l. exẽ
pto.ff.de actio.emp.nec etiam fideiuſſor,quia haberet regreſ-
ſum contra mulierem. Sed quando alius quã mulier vendit
ideo tenetur fideiuſſor , quia nemo prohibetur rem alienam
vendere.cum ſolum obligetur ad rem tradendam,vel intereſ
ſe ſoluendum.l.rem alienam.ff.de contrahen.empt. & D.Ab.
in ſecundo no.dicit hoc eſſe tenendum omiſſis variis opinio.
quas refert hic Ioan.An.& Butrig.& iſtum articulum late hic
examinat Io.de Imo.in quinta col.in iiii.col.ver.ſed iuxta prę
dicta.quem vide. Tertio not. ꝙ iuramentum pſtitum ſu-
6 per contractu † inualido, & prohito ratione fauoris perſonæ
iurantis eſt obligatorium, & ſeruandum. Sed dubium eſt an
tale iuramentum confirmet contractum . An vero contra-
ctus remaneat nullus , ſed vigore iuramenti compellatur ad
non contraueniendum contractui. & Bu.hic.tenuit,quod iu
ramentum non confirmat contractum,ſed ſolum obligat ad
non ꝯueniendum.& idem tenuit Pau.in capi. ii. de pact.in vi.
Sed Archi.& Io.An.in nouella ibi ſuper verbo, firmatum.
tenent contrarium , dicit enim,quod iuramentum dat robur
pacto , & non ſimpliciter clauditur os iurantis,& idem ſenſit
glo.in d.ca.ii.in verbo,debebit.quæ dicit,ꝙ valet pactum pro-
pter iuramentum,idem tenet ibi D.Do.& Io.de Lign. & Ioã.
Cal.hic hanc eandem opin.ſequitur D.Ab.hic , & Io.de Imo.
dicit,ꝙ eſt tenenda in iudicando,& probatur in d.c.ii.vbi text.
dicit, ꝙ pactum omnino debet ſeruari propter iuramentum.
ſi ergo pactum debet ſeruari ergo confirmatur, & ſuſcipit ro-
bur propter iuramentum. Agendum ergo erit ex pacto,non
autem ex iuramento, & ſimiliter excipiendum erit ex contra
ctu vel ex pacto firmato iuramento. Quarto no. ꝙ vbi inter
uenit metus,vel dolus iuramentum non eſt ſeruandum,& ſic
hic videtur eſſe caſus, quod iuramentum dolo , vel metu ex-
tortum non eſt obligatorium,ſed hoc videtur eſſe contra tex.
in c.ſi vero.& in c.verum ſupra eo.in quibus patet,quod iura
7 mentum †valet,licet poſſit peti ab eo abſolutio.vnde dicit do
mi. Abba. quod aut iuramentum eſt metu extortum in caſu
a lege non prohibito, & tunc iuramentum eſt obligatorium,
& hoc modo loquuntur contraria. Aut iuramentum eſt p̃
ſtitum per metum in caſu a lege prohibito,& tunc non obli-
gat ipſo iure , quia propter legis reſiſtentiam oportet , quod
ſit ſponte pręſtitum, & iſte eſt proprie caſus iſtius capituli , &
c.licet.eodem ti.in vi.& c.ii.de pact. eo.lib.pro quo optime fa
cit authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vend.vbi dicitur,
ꝙ iuramentum eſt nullius momenti,& dicit D.Ab. ꝙ hæc eſt
ſingularis limitatio ad iura allegata in contrarium,& ꝙ repe
8 rit hanc opi.tenuiſſe D.Ioan.†de Caſtilio Mediolanen.epiſco
pum Vincentinum,qui fuit eximius canoniſta ſecundum eũ.
ſed ego audiui, quod etiam fuit maximus Legiſta, & quod
omnes textus Digeſti Veteris habebat menti, & quod ſæpe
dicebat ex improuiſo aduocatis, quando allegabant aliquã
legem falſam, iſta lex non eſt in libro meo , & mitebat pro li
ro.& ita reperiebatur, & etiam fuit bonus homo,vt fama de
eo refert.ſed tamen dic,ꝙ Inno.& Io.And.in c. venerabilem.
de elect.ſuper glo.quæ incipit tali modo tenent,ꝙ in caſu hu
ius capituli requiratur abſolutio,idem ſenſit glo.in c.ii.in ver.
non vi.de pact.in vi.& Ioan.An.& Doct.ſuper ea.Non obſtat
iſte tex.dum infert a contrario ſenſu, quod iuramentum non
eſt obligatorium ſi interuenerit metus , quia debet intelligi
quod non eſt obligatorium in effectu , cum poſſit peti ab eo
abſolutio,& eodem modo reſponde ad d.c.licet. eo.ti.in vi.&
ad c.ii de pac.in vi.Non obſtat authen.ſacramenta puberum,
quia lex ciuilis non poteſt annullare iuramentum , imo nec
ius canonicum, nam licet iuramentum ſit metu extortum p
pter iuramentum obligatio quęritur Deo , quam obligatio-
nẽ turpitudo partis non impedit,licet mereatur , quod ſibi fi
des non impleatur,vt dixi poſt San. Thom.in c.ii.§.e. non po-
teſt ergo ius poſitum impedire obligationem iuramenti quæ
rendam Deo,& per hoc dicendum eſt , quod imperator in d.
auth.ſacramenta puberum non potuit hoc ſtatuere.Ioan.au-
tem de Imo.hic in iii.no. dicit, ꝙ Legiſtæ communiter tenet,
ꝙ iuramentum metu extortum ipſo iure non valet per d.au-
then.ſacrameta puberum,& quod canoniſtæ communiter te
nent contrarium, ſ.quod iuramentum de mero iure obliget,
licet poſſit peti abſolutio,allegat Innocen.in c.ad aures.quod
met.cau.& dicit,quod Arch.in c.ii. de pac.in vi.dicit hoc eſſe
9 tutius,& † ſubdit, ꝙ etiam in foro ciuili ſeruandum eſt ius ca-
nonicum,vt in c.licet mulieres.eo.ti.in vi.facit,quod no.gloſ.
in regula poſſeſſor.lib.vi.& Bar.in l.priuilegia.C.de ſacroſanc.
eccle.& Ioan.Cal.in c.j.de noui ope.nuncia. & hoc procedit,
quando metus intercedit in iuramento . Quid autem ſi in
10 tercedit† dolus ceſſante metu?Butr.hic in tertia char.in tertia
colum.dicit,quod aut dolus excludit mentem iurantis, & tũc
abſque alia ſolutione poteſt venire contra iuramentum,licet
tutius ſit petere abſolutionem, aut dolus nõ excludit conſen-
ſum,& tunc requiritur abſolutio,per no.in cap.debitores.& c.
ſi vero.& c.verum.§.eod.& ſubdit,ꝙ dolus non excludit con-
ſenſum,quando dat mẽte cõtractui. puta ſi fallaciis me indu-
cis ad contrahendum, vel ad conſentiẽdum contractui.idem
dicit ſi dolus incidat in ꝯtum . puta ſi ſuadeas mihi rem plus
valere,quã valeat propter,quod eam emo maiori pretio quã
valet,ſecus dicit But. ſi vendo tibi rem credens eam eſſe tanti
pretii,& non plus,quia in tanto conſentire videor non imple
ui, ſed hoc vltimum dependet ab his quæ infra dicam.ſ. an ſi
venditor iurat non contrauenire contractui poſſit petere re-
ſtitutionem in integrum,vel intentare remedium.l.ii.C.de re-
ſcinden.vendi.de quo infra tangam. Dic ergo,ꝙ aut dolus ex-
cludit mentem iurantis,vt quia non cogitauit illud,quod do-
loſe fuit occultum,verbi gratia in diuiſione bonorum aliqua
bona fuerunt occulta, nec poſita in diuiſione deĩde partes iu
rauerunt non contrauenire diuiſioni , hoc nõ obſtante abſq;
aliqua abſolutione,poteſt iurans petere , vt bona occulta di-
uidantur,vt in l.tres fratres.ff.de pact. & hoc tenet Ioan.And.
in ſimili in c.vno.de commo. Aut iuramentum non excludit
conſenſum , quod eſt regulariter , quando dolus dat cauſam
contractui,vel incidit in contractum, & tunc non requiritur
abſolutio , licet ſit tutius petere abſolutionem in vtroque ca-
ſu,& idem in effectu dicit hic Ioan.de Imo.licet dicat Butr.di-
dicere , quod dolus excludit conſenſum,quando dat cauſam
contractui,& quod in hoc male dicit,ſed non eſt verũ , quod
Bu.hoc dicat Imo. dicit, ꝙ dolus non excludit conſenſum,ſi-
ue dat cauſam contractui,ſiue incidat in contractum. Sed D.
Ab.in pen.char.in ii.colu.in vi.caſu tenet,quod vbi dolus dat
a cauſam contractui,[a] non exigatur abſolutio , quia dolus talis
excludit conſenſum,& allegat Fed.de Sen.conſilio cxciiii.vbi
dicit,quod ſi puella maior xxv.annis a fratribus ſeducta renũ
ciat hęreditati paternæ,quæ valebat longe plus,quã habebat
in dote, poteſt contrauenire renunciationi ſine abſolutione
propter deffectum conſenſus , quia non conſenſit tantę hæ-
11 reditati renunciare. Sed Do.Abb.decipitur,quia† dolus dans
cauſam contractui non excludit cõſenſum,licet ex falſis ſug-
geſtionibus quis inducatur ad conſentiendum,non obſta Fe
de.dictum,quia debet intelligi, quando renunciauit hęredita
ti paternæ credens eam eſſe tenuem,vel non tantæ æſtimatio
nis,quia in illo pluri deficit cõſenſus, & hoc etiam ſenſit hic
Bu.dum dicit,quod ſi credo rem eſſe tanti, & non pluris in tã
to conſentire videor,& non in pluri.Aliud eſt ergo,quod do-
lus det cauſam contractui , & aliud eſt , ꝙ renuncians credat
rem eſſe tanti valoris,& non pluris,quia hoc vltimo deeſt cõ-
ſenſus in pluri, ſed in primo caſu non deeſt conſenſus , debet
autem iſte tex.intelligi, quando dolus nõ excludit cõſenſum,
quo caſu iuramentum non eſt obligatorium in effectu,quia
ab eo poteſt peti abſolutio. Vltimo no.duo, quæ impediũt
12 † effectum iuramenti.ſ.præiudicium alterius, facit ca.veniens.
§.eodem.item quando pręiudicat animę iurantis,vt quia non
poteſt ſeruari abſque interitu ſalutis ęternæ,hoc eſt abſq; pec
cato mortali,idem ſi non poſſet ſeruari abſque peccato venia
li,vt dicit glo.in c.ſi aliquid.xxii.q.iiii.dixi in c.ſi vero.§.eodem.
Item limita iſtum tex.quia debet intelligi,niſi mulier iuraſſet
non

A D D I T I O.

a ¶ Quia reddit contractum nullum. Vt eſt glo.ſecunda in capitulo ſecundo, de arbitris. & amplior in capitulo cum dilecti.in verbo , deceptione.de empti. & vendi.

non alienare,vel non conſentire alienationi , quia tunc non
valeret alienatio,vel conſenſus prǣſtitus alienationi, etiam ſi
iuramentum interueniret,vt dicit glo.quǣ ſic limitat iſtū tex.
in c.licet mulieres.eo.ti.in vi.quam gl.ſequitur Bar.in l.ſi quis
pro eo.ff.de fideiuſſo.& intellectum illū gl. late examinat Io.
de Imo.in xliiii.char.in ix.membro, bene per v.colu. & vltra,
ſed dicā in c.intellecto.ī.e. In gl.ii. antequam referam gl.no.
Primo ex ea aliquos caſus in quibus iuramentum non eſt ſer
uadum,ita quod non requiritur aliqua abſolutio. Primus eſt,
quando iuramentum eſt temerarium , ſupra.eodem,ſicut ex
literis.& hoc procedit abſque dubio , quando iuramentū nō
poteſt ſeruari abſque peccato. Quid autem ſi poſſet abſque
peccato ſeruari? de hoc dic vt dixi ī d.c.ſicut ex lr̃is.& in c.& ſi
Chriſtus.s̃.eodem . Secundus caſus eſt in c. queadmodum.
s̃.eo.ſ.quando res non manet in codē ſtatu, ſed aliquid de no
uo prius non cogitatū ſuperuenit , & ibi vide gl.in verbo,oc-
ciſos, aut naſum . quæ incipit, ſic patet. Tertius eſt,quando
quis iurat ſe ſoluturum , quia non obſtātc iuramento poteſt
opponere exceptionem non numeratæ pecun. ratio eſt, quia
conditio quæ ſubintelligitur in contractu ſubintelligitur etiā
in iuramento,vt ibi probatur,& no.Barto.in l. ſi quis pro eo.
& in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum. ff. pro ſocio.& Innocen.s̃.
eodem.Quintauallis. & ibi dixi. Quartus caſus eſt , quando
aliquis iurat aliquid turpe quod eſt contra leges. & per hoc di
cit gloſſ. quod iuramentum per quod inducit alicui perpetua
viduitas non valet. Sed Ioan.An.extra gl.dedit alios quatuor
caſus.Primus eſt,quando præcipitur aliquod immoderatum
vt ſupra eodem Quintauallis . Secundus caſus eſt , quando
aufertur alicui libera teſtandi facultas.l. ſi quis in principio te
ſtamenti.ff.de leg.iii.& in l.ſtipulatio hoc modo concepta. ff.
de verbo.obligati.& no.bene hunc caſum propter ea, quǣ in-
fra dicentur. Tertius caſus eſt,quando iuranti non ſeruatur
fides,vt in c.ſequen.& in c. peruenit.ii. ſupra eodem. Quin-
tus caſus eſt,quando ſeruus iurat ante manumiſſionē.l. ſeruū
teſtamento.ff.de manu.teſta.ſed hoc non credo procedere de
iure canonico,ex quo tale iuramētum poteſt ſeruari ſine pec
cato,& interitu,facit,quod infra dicam de donatione facta in
ter patrem & filium interpoſito ſuper ea iuramento. Nūc
intro gloſ. pro cuius expeditione opponitur d.c.ſi diligenti.de
foro compet. & in l.non dubium.C. de legib.in quibus patet,
quod iuramentum contra.l interpoſitum eſt nullum,ſed l. ꝓ-
hibet alienationem rei dotalis, & rei donatæ propter nu-
ptias,vt in l.j.& per totum.ff.de fundo dota. & in authen.ſiue
a me.C.ad Velleianū huius contrarii timore gloſ. ponit qua-
tuor ſolutiones.Prima eſt,quod aliud eſt de iure ciuilii.Aliud
13 de iure canonico,lex enim ciuilis † conſiderauit illud , quod
erat vtile & honeſtum corpori,vnde dicitur,quod expedit rei
publicæ dotes mulieribus ſaluas eſſe.l.prima.ff. ſoluto matri.
14 Ius vero†canonicum conſiderauit illud, quod eſt vtile ani-
mæ.ſ.vt iuramentum ſeruetur,ex quo poteſt ſeruari ſine inte
ritu ſaluti æternæ,quia non ſeruando peccatum incurreretur
cum ſcriptum ſit,Redditæ Deo vota veſtra, & iuramenta ve-
15 ſtra.ſupra eodem,& ſi Chriſtus.Vtilitas autem†animǣ præfer-
ri debet cuicunque rei temporali.l.ſancimus.& no.bene hanc
glo.ex qua habes, quod eſt diuerſus finis iuris ciuilis a fine iu
16 ris canonici,quia† finis iuris ciuilis conſiderat bonum politi-
cum , per quod conſeruatur genus humanum , vt recipiat
multiplicationem , non autem curat ius ciuile de ſalutǣ ani-
mæ. Finis autem iuris canonici eſt vt ſeruetur vtilitas animæ,
ſcilicet vt homines caueant peccata , & uiuant ſecundum
legem canonicam,& magis ius canonicum,de hoc curat,quā
de multiplicatione generis humani,vel de conſeruatione ci
uilis iuſtitiǣ. vnde ius canonicum nō permittit quod aliquod
peccatum vel aliquod illicitum propter conſeruandam ciui-
lem ſocietatem,vel propter multiplicationem generis huma
17 ni,licet †ius ciuile ſǣpe concedat ſeu permittat illicita cauſa ci
uilis ſocietatis conſeruandæ,vt patet in vſuris,& in prǣſcriptio
nibus cum mala fide,de quo vide Ioan.And. in Mercur.in re-
gula peccatum.& in regula poſſeſſor.lib.vi.& Ioan.de Imo.di
cit,quod hǣc ſolutio glo.eſt bona,ex qua habes, quod vbi cō
18 tractus† eſt prohibitus de iure ciuili in fauorem perſonǣ iura-
mentum non valet de iure ciuili , ſed bene de iure canonico,
& ratio differentiǣ eſt quam ſupra dixi. D. autem Ab dicit,ꝙ
licet ſolutio glo.ſit bona,tamen formaliter non euacuat con
trarium cum hoc iuramentum ſit prǣſtitum contra legem
fundatam ſuper bona ǣquitate,vt in l.j.ff ſolu.matrimo. Sed
tu dic,ꝙ glo.bene dicit,quia illa ǣquitas, de qua loquitur illa
l.reſpicit corpus,& non animam , vt ſupra dixi.Secunda ſolu-
tio glo. eſt , quod aut mulier poteſt ſibi conſulere ex aliis bo-
nis mariti,& tunc iuramentum ſibi prǣiudicat , ita loquitur
hic. Aut non poteſt ſibi conſulere ex aliis bonis,& tunc iu
ramentum ei non prǣiudicat,vt d.auth.ſiue a me. Sed hǣc ſo-
lutio non placet glo.quia litera loquitur indiſtincte.Item cō-
tra hanc ſolutionem eſt tex.in c.ii.de pact.in vi. vbi dicitur,ꝙ
iuramentum eſt omnino obſeruandum,ad idem c.licet mu-
lieres. c.ti.in vi. Tertia ſolutio , quod ſiue mulier poſſit aliū
de ſibi conſulere, ſiue non iuramentum eſt ſeruandum,q̃a ta
lis contractus de natura ſua eſt obligatorius,& ſine aliqua tur
pitudine , licet fauore mulieris contractus annulletur per le-
gem,vnde iuramentum præſtitum ſuper tali contractu valet
ex quo non continet aliquam turpitudinem,vnde potius cō-
ſideramus acceſſorium,quā principale , ſic , alias principalis
obligatio non tenet , & tamen iuramentum ſuper ea præ-
ſtitum valet,vt in c.debitores.s̃.eo. & ratio eſt,quia non eſt ea
dem ratio vitiandi acceſſorium iuramenti, quæ eſt in vitiādo
principali,nam in principali agitur de obligatione acquiren
da parti,circa quam ſuperior poteſt diſponere.l. omnes popu
puli.ff.de iuſti.& iure.& in l.venditor.§. ſi conſtat. & quod ibi
no.ff.communia prǣdi.& per Inno.in ca.quæ in eccleſiarum.
de conſti. vnde non eſt mirum ſi ſuperior poteſt illa inualida-
re,ſed iuramentum principaliter obligat Deo, vt ſupra eodē.
& ſi Chriſtus.vnde circa illud non extendit ſe prohibitio ſupe
rioris,& iſta eſt ratio,quia non valet principalis cōtractus ſeu
principalis obligatio ſine iuramento, & tamen valet cum iu-
ramento,& iſtam rationem aſſignat Ioan.de Imo.hic. Quar-
ta ſolutio gloſ. eſt,quod aut lex prohibens habet perpetuam,
& inuariabilem cauſam prohibitionis,vt puta,quia prohibet
ea quǣ ſunt in ſe turpia,& iuramentum nihil operatur , vt in
contrariis , aut non habet perpetuam cauſam prohibitionis,
& tunc procedit iſte text. nam prohibitio huius alienationis
non eſt perpetua,quia ſi mulier iterum conſentit poſt biēniū
etiam ſine iuramento tenet alienatio, vt in d.auth.ſiue a me.
ergo a iuramentū habet vim ſcđi conſenſus, & D.Abb.dicit
iſtam gloſ.in hoc ſingulariter notandam . Ex qua infertur,
19 quod vbi ad validitatem actus requiritur geminatus† conſen
ſus,cum iuramento ſufficit vnus conſenſus,ſed Ioan.de Imo.
hic in ii.char.in iiii.col dicit,ꝙ conſideratio gloſ. non videtur
bona,niſi dicatur,quod iuramentum habeatur loco ſecundi
conſenſus,vt prǣſumatur tanta deliberatio propter iuramen-
tum,quanta præſumitur per ius commune, quando interual
lum temporis interuenit ante ſecundum conſenſum, dicit ta-
men,quod multum facit in contrarium,quia ex quo in conti
nenti iurat, videtur induci eadem fragilitate, vt in l.doli.ff.de
noua.niſi dicatur,ꝙ hoc eſt propter renunciam iuramenti.ſci
licet vt prǣſumatur tanta deliberatio, quinta ſi interuallum
temporis fuiſſet elapſum,dicit tamen,ꝙ ex alio capitǣ,non vi
detur procedere conſideratio gloſ.quia non ſufficit ſecnndus
conſenſus interuallatus,niſi etiam ſuperſint aliǣ res , ex quib.
poſſit conſuli mulieri,vt patet in d.auth.ſiue a me.de cuius in
tellectu dic , vt in c.peruenit.ī.de emp.& vendi.ſubdit tamen
Ioan.de Imo.ꝙ iſta ſolutio ſane intellecta poteſt ſubſtineri.vi
delicet,quod aliud ſit in his , quæ habent perpetuam cauſam
prohibitionis , & quæ ſunt turpia ſui natura,& aliud in aliis
quǣ non habent perpetuam cauſam prohibitionis,ſed fit pro
hibitio fauore perſonæ , quia tali fauori poteſt renunciari cū
iuramento,vt hic facit,quod no.glo. in regula non eſt obliga
torium.lib.vi.& per Legiſtas in l.non dubium.C.de legib. ſen-
ſus ergo glo.eſt,quod quia conſenſus mulieris non habet per
petuam cauſam prohibitionis,cum ſecundus conſenſus inter
ueniente interuallo temporis ſit obligatorius, ideo iuramen-
tum obligat, ex quo prohibitio non habet perpetuā cauſam
prohibitionis,& hoc procedit,ſiue mulier habeat vnde poſſit
ſibi conſulere , ſiue non , quia ad validandum iuramentum
20 ſufficit†quod non habeat perpetuam cauſam prohibitionis,
etiam ſi non habeat aliunde,vnde poſſit ſibi cōſulere, & hoc
modo intellige glo.ſed D.Abb.dicit,ꝙ hic ſol.glo.ſolum pro-
cedit reſpectu donationis propter nuptias , de qua loquitur
auth.ſiue a me.non autem reſpectu fundi dotalis, item dicit,
ꝙ cum glo.hic in fi.adducit pro ſimili.ca.ſignificante.de pign.
vbi dicitur , ꝙ pactum legis commiſſoriæ eſt reprobatum in
pignoribus , & tamen ſi interuenit iuramentum non poteſt
contrauenire,nam dicit D.Abb.ꝙ iſtud non eſt ſimile huic vl
timæ ſolutioni glo.Sed potius facit contra illam,quia illa pro
hibitio habet perpetuam cauſam prohibitionis, & nihilomi
nus iuramentum in contrarium eſt ſeruandum niſi ducatur,
ꝙ eſt ſimile reſpectu huius text. quia ſicut hic valet iuramen-
tum contra legem,ita ibi,ſed dicit,quod per hoc non ſoluitur
formaliter contrarium, ſed eſt multiplicate inconueniens,vn
de ipſe ſoluit diſtinguendo . Ex qua diſtinctione facias qua-
21 tuor regulas.Prima eſt,ſi lex prohibet†aliquid pro bonos mo
res conſeruandos iuramentum in contrarium nihil valet , vt
in regula non eſt obligatorium.lib.vi. Ratio eſt,quia lex eſt
fundata ſuper ǣquitate naturali,quæ eſt indiſpenſabilis, & in-
commutabilis maxime per ipſum iurantem, tamen ſit perſo
na priuata.vi.diſtin.his ita. & viii. diſtin.quæ contra mores.&
cit hoc eſſe intelligendum de bonis moribus naturalibus,non
autem

22 autem de bonis moribus ciuilibus tantum,quia omnis † lex
fundata eſt ſuper bonis moribus ciuilibus, & ſuper æquitate
ciuili.prima diſtinc. conſuetudo.hęc autem æquitas ciuilis eſt
mutabilis,ſeu variabilis, vt in d.c.non debet.ỹ.de conſang. &
23 affin.hinc eſt,quod non valet pactum, †& cum iuramēto de
futura ſucceſſione. ſ. quod quis ſuccedat alteri poſt mortem,
vel quod teneatur aliquem inſtituere hæredem, tale enim pa
ctum,& iuramentum eſt contra bonos mores, quia inducit
votum captandę mortis. l.fi.C.de pact.& in c.ii.de conceſ.præ
ben.& hoc tenuit Bar.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.& But.
& Ioan.de Imo.hic,& Docto.communiter hoc ſequuntur,ſe
cus eſt in facto per quod renunciatur futurę ſucceſſioni,nam
tale pactum firmatur iuramento,quia licet ſit contra bonos
mores ciuiles,non contra bonos mores naturales. non enim
inducit votum captandę mortis, ex quo per iuramentum ſe
priuauit ſpę ſucceſſionis,& hoc modo loquitur c.ii.de pac.in
vi.Et inquantum dixi, ꝙ actus factus contra bonos mores ci-
uiles firmatur iuramento,vide Bald.in l.pactum.in xix.qō.C.
24 de coll.vbi dicit,quod tripliciter poteſt dici†aliquid eſſe turpe,
vel contra bonos mores.Primo mō,quādo eſt contra ius na
turale,vel quaſi,puta vt quis non debeat alere parentes, vel fi
lios,facit c.cum quidam.ſupra eod. Secundo modo dicitur
aliquid eſſe turpe,vel cōtra bonos mores ex ipſo facto, vt qa
factū de ſe eſſet turpe,puta ſi quis iurauerit occidere, vel ver-
berare hominem,vel aliquod peccatum cōmittere.xxii.q.iiii.
iurauit Dauid temere.& c.in malis.& c.ſi aliquid. xxii.q.iiii.&
quod no.in regula non eſt obligatorium. lib.vi.Tertio modo
dicitur aliquid turpe,vel cōtra bonos mores iuris artificio, vt
quia ius ſic diſponit,vel ex eo,quod ius aliquid prohibet, pōt
enim quodammodo dici contra bonos mores, ſi contra fiat,
& ideo dicit,ꝙ ſi fiat pactum de non ſuccedendo poteſt quo-
dammodo dici contra bonos mores ex iuris artificio,quia eſt
improbatum a iure ciuili, & ideo de iure ciuili non firmatur
iuramento,ſed ſecus eſt de iure canonico, ꝙ inſpexit fauorē
religionis,& ipſius iuramenti,vt in c.ii. de pact.in vi. nam ius
ciuile introduxit,ꝙ tale peccatum non valeret etiam cum iu
ramento, ne ſequeretur inconueniens, vt filius videns ſe pri-
uatum ſpe ſucceſſionis paternæ nō curaret præſtare obſequia
patri,ſed ius canonicum fauore religionis iuramenti non cu-
25 rauit de illis pręſertim,quia filius † ex iure naturali tenetur p̄-
ſtare obſequia patri,ex eo,quia eſt pater, & nō ex eo,quia eſt
diues,nam etiam patri inopi tenetur filius pręſtare obſequia.
& pro hoc vltimo facit,quod no.Inn.in c.ii.de regul.vbi dicit,
ꝙ in ſpiritualib. ius naturale præfertur iuri poſitiuo,vnde cō-
26 cludit,ꝙ ad offerendum † filio monaſterio non eſt differen-
tia inter patrem,& matrem.facit c.ſi annum.xiiii.de iud.libro
vi.& per hoc dixit Bal.in l.iii.C.pro donato.ꝙ licet de iure ci-
27 uili non valeat donatio†inter patrem,& filium qui eſt in po-
teſtate patris,vt in l.ii.C.de inof.dona.& in l.donationes. C.de
dona.inter vi.& vxo.tamen talis donatio firmatur iuramen-
to, quia patria poteſtas eſt de iure ciuili, ſed iuramentum eſt
de iure naturali,quod præualet,ſed Pau.de Ca.conſi.ſuo ciii.te
net contrarium,idem ſenſit hic Bal. in fi. Comen.dicit enim,
ꝙ iuramētum inter patrem, & filium non eſt obligatorium,
quia patria poteſtas ſacra eſt,nec ei intimari poteſt.l. ius agna
tionis.ff.de pac.ſed primum ego conſului,& eſt verius,vnde te
ne illud,quod dicit Bal.in d. l.iii.C.pro donato.vbi allegat bo
nas rationes,pro quo facit illud dictum Inn.in c.ii. de regula.
quod dictum multum no.hic D.Abb.& hic no. Secunda re
28 gula eſt, vbi lex fundatur ſup̱ bono publico principaliter nō
poteſt tolli, nec lex fundatur ſuper bono publico principali-
ter pactis,nec iuramentis.l.ius publicum.ff.de pactis.& in cap.
ſi diligenti.de fo.com.& in c.contingat. ỹ. de ſen.excom.ratio
eſt,quia quis nō poteſt renunciare†ei quod pro ſe non eſt in-
troductum,vt in c.ad apoſtolicam. de regula. & pro hoc dixit
hic Ioan.An.ꝙ non valet iuramentum,per quod aufertur li-
bera teſtandi facultas,& hoc recitaui in prin.glo.dum addidi
quatuor caſus vltra glo,in quibus non tenet iuramentū quos
hic ponit Io.An.ratio eſt,quia ius teſtandi eſt iuris publici,&
non priuati,l.iii.ff.de teſta. Ex quo ſequitur,ꝙ non valet iu-
29 ramentum †de non reuocando teſtamentum, & hoc tenuit
Bar.in l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.iii.ſed Io. An.
in regula,quod ſemel.in Mercu.tenet contrarium,dicit enim,
ꝙ reuocando incurrit periurium,licet reuocatio valeat, & p̱
hoc facit glo.no.in c.fi.in gl.pe. de procur.in vi.quæ dicit, ꝙ ſi
quis conſtituit procuratorem ad contrahendum matrimo-
nium,& iurat non reuocare ipſum, & deinde ipſum reuocat,
licet valeat reuocatio,quia non poteſt ſe aſtringere ad nō re-
uocandum procuratorem tamen reuocando incurrit periu-
rium, & illam glo.etiam ſequitur ibi etiam D.Do.& dicit, ꝙ
per ipſum Feder.de Sen.conſi.ſuo.cvii.determinauit, ꝙ conſti
30 tuens†procuratorem ad renunciandum, licet iuret non reuo
care nihilominus valet reuocatio,ſed reuocans incidit in per
iurium.plus dixit in Spe.in ti. de inſtru.edi.§. compendioſę.in
pen.colu. verſi.quod ſi quis iurauit. quod nedum incurrit per
iurium,ſed etiam non valet reuocatio.ſed Ioan.And. in addi,
dicit, ꝙ valet reuocatio, ſed reuocans incurrit periurium,&
opi.Ioan.ſequitur hic Ioan.de Im.quia tale iuramentum po-
teſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, nec in ſe continet ali-
quid turpe, licet lex ciuilis reputet eſſe contra bonos mores,
ꝙ quis aſtringatur ad aliquem inſtituendum hæredem, vt in
l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.ſig.vnde tandem cō
cludit, ꝙ licet valeat reuocatio, reuocans incurrit periurium
ſi ſine cauſa mutat teſtamentum,ſed mihi magis placet opin.
Bar.ſ.ꝙ non incurrat periurium,quam etiam ſequitur Ange.
in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.nam negari non poteſt, quin
tale iuramentum inducat votum captādę mortis ergo eſt tur
pe,quia continet in ſe peccatum,item cum vltima voluntas
ſit mutalis vſque ad mortem,nec poſſit quis ſibi legem impo
nere aꝗqua non liceat recedere,vt in d.l.ſi quis in principio te
ſtamenti.ff. de lega.iii. Iuramentum volens ad hoc aliquem
aſtringere dicitur eſſe turpe,& contra ius naturale,quod vult
31 hominem habere liberum†arbitrium diſponēdi de reb. ſuis,
vſque ad mortem, facit l.j.C.de ſacroſan.eccle.vnde tale iura
mentum tanquam turpe non eſt ſeruandum, pro hoc opti-
me facit c.conſtitutionis.& quod ibi no.ſ̄.de teſti. vbi patet, ꝙ
32 licet † teſtis non teneatur teſtificari in cauſa criminali non ta
men valet iuramentum, vt non teſtificetur, quia non poteſt
ſe iuramento aſtringere ad non teſtificandum, & ſic reputat̄
turpe,quod per iuramentum tolatur libertas arbitri in eo,ꝙ
debet dependere a noſtro nolle,vel a noſtro velle, tamen tu-
tius eſt tenere opi.Ioan.And.quia in his, quę tendunt ad peri
33 culum animarū vbi ſunt opinio † tutius eſt tenere illam opi.
ſ.quam euitatur periculum animæ,vt no.in c. iuuenis.de ſpō.
& quod no.Io.An. in c.j.de cogn.ſpiri.vnde tutius eſt,ꝙ teſta-
tor volens reuocare teſtamentum faciat ſe abſolui a iuramē-
to, quam abſolutionem epiſcopus debet facere parte non ci-
tata,ex quo conſtat,ꝙ abſolutio omnino eſt concedenda etiā
parte contradicente cum non potuerit ſe obligare ad non re
uocandum teſtamentum,facit c.cum olim.de re iud.& quod
dixi in c.debitores.ſupra eo.in ead.quæſtione,an in abſolutio-
ne iuramenti pars ſit citanda. Tertia regula eſt, vbi lex fun-
datur in odium aliquorum aliquid prohibendo, exemplum
in c.debitores.ſupra eo.& c.ſignificante.de pign. iuramentum
valet,licet contractus abſque iuramento ſit nullus, vt proba-
tur in dictis iuribus,ſed hoc caſu contractus non firmatur iu
ramēto,vnde poterit inſtare coram ſuperiore, vt abſoluatur,
vel vt remittatur iuramentum,iuxta no.in c.j.ſupra eo.poteſt
etiam implere contractum, & poſtea repetere,vt d.ca.debito-
34 res. Ex quo not. ꝙ licet valeat†iuramentum vbi interponi-
tur ſuper pacto legis commiſſoriæ, tamen tale iuramentum
non confirmat contractum,& hoc tenet Bart. in l.ſi quis pro
eo.ff.de fideiuſſo.& hoc modo intellige.c. ſignificante. de pig.
& idem ſequitur hic But.& D.Abb.& hoc bene no. pro intel-
lectu dicti c. & idem ſequitur hic Io.de Imo.ſed Ioan. And.in
Spe.de renunc.& concluſione.§.j. ver.& quidam.hoc limitat,
quādo iurans ſciret pactum legis commiſſorię eſſe illicitum,
tunc enim eſt ei imputandum,quare iurauit,vnde dicit,ꝙ nō
poteſt petere abſolutionem,ſecus quando ignorabat illud eſ
ſe illicitum,quia tunc poteſt petere abſolutionem, vt ſupradi
xi.ſed Ioan.de Im.in fi.pe.col.dicit,ꝙ etiam ſi ſciuerit pactum
eſſe illicitum debet ſubueniri iuranti,quia videtur iuraſſe pro
pter neceſſitatem habendi pecuniam,vnde dicit, ꝙ ſicut ſuc-
curritur iuranti ſoluere vſuras,licet ſciat ipſas eſſe illicitas ita
etiam ſuccurrendum eſt hoc caſu cum tale pactum videatur
factum in fraudem vſurarum,vt no.in d.c.ſignificante.vt in l.
j.& ii.C.de pact.pign.& hæc opi.Io.de Imo. mihi placet. Quar
35 ta regula eſt, vbi lex prohibitiua †non eſt fundata ſuper fauo-
re publico,ſed ſuper fauore priuato principaliter, licet in con
ſequentiam,& ſecundario ſit fauor publicos, & in hoc caſu
loquitur hoc c.& c.licet mulieres.eo.ti.in ſexto.& ca.ſecundo.
de pact.eodem lib.hoc etiam caſu loquitur authen.ſacramē-
ta puberum.C.ſi aduerſus vendi.vbi alienatio facta a minore
xxv.annis firmatur iuramento,ex quo enim iuramentum nō
continet aliquam turpitudinem ex parte iurantis, vel ex par-
te materiæ, ſuper qua eſt præſtitū poteſt lex impedire obliga
tionem quęrendam homini.l.cum lex.ff.de fideiuſſo.Sed non
obligationem quærendam Deo ad l.cum lex.ſubiciatur Deo.
ad hoc xi.q.iii.Iulianus. & c.ſi dominus.& c.qui reſiſtit.quini-
mo lex canonica non poteſt impedire obligationem quæren
dam Deo.hoc probat D.Abb.per c.ad apoſtolicam. de regul.
non ſolum enim regula monachorum, ſed etiam ſtatutum
Gregorij ſolenniter interdicit,ne ante annū probationis quis
36 ſuſcipiatur†ad profeſſionem, & hoc fauore ingredi volentis,
& monaſterii,vt d.c.ad apoſtolicam.& xic.q.iii.monaſteriis.&
nihilominus ſi ante fit profeſſio tenet obligatio, quia reſpe-

ctū Dei potuit renunciare fauori ſuo non obſtante prohibi-
tione legis, ad idem allegat bo.tex. in capitulo qui poſt votū.
de regula.in vi.ſed melius facit capitulū non ſolum, & capi-
tulū conſtitutionem.eodem ti.& lib.vbi Papa interdicit men
dicantibus ne recipiant aliquem ad profeſſionem ante elapsū
anni probationis,& tamen ſi fit contrarium valet profeſſio,li
cet profeſſus non obligetur illi religioni,ſed religioni in gene
re,ad idem facit ca.debitores.ſupra eodem.Lex enim canoni-
ca,& diuina prohibet contractum vſurarium,de vſuris.ſuper
eo.adeo quod ex tali contractu nulla oritur obligatio, & ta-
men iuramentum de vſuris ſoluendis valet, ex quo ex parte
iurantis nullum ſubeſt peccatum,vt d.capitu. debitores. vnde
lex humana,neque vult,neque poteſt ex ſolo fauore priuato
vel odio impedire obligationem quærendam Deo, ex quo,
nec ex perſona iurantis,nec ex parte materiæ reperitur aliqua
turpitudo contra bonos mores,ſeu contra bonum publicum
principaliter. Iſtud ergo capitulum loquitur,quando aliena-
tio,vel conſenſus ſuper alienatione eſt prohibitus fauore pri-
uato principaliter, nec continet aliquam turpitudinem, nec
ex perſona iurantis,nec ex parte materię,& hoc modo etiam
loquitur c.licet mulieres.eodem titu.in vi.& dicto c.ii. eodem
lib..de pactis.& prædi.auth.ſacramenta puberum. C. ſi aduer.
vendi.& iſtum intellectum etiam ſenſit glo.in tertia ſolutio-
37 ne. † Nunquid autem d.auth. ſacramenta puberum habeat
locum in impubere alienante vel iurante non contrauenire,
Hoſt.& Ioan.And.dicunt, quod ſic dummodo ſit doli capax,
tales enim periurare poſſunt,vt in capitulo primo. de deli.pu.
ſecus ſi ſint infantes,vel non doli capaces,de quibus loquitur
tex.in c.paruuli.& in c.pueri.xxii.q.v.de hoc etiam vide per Io
an.An.& D.Do.in c.ii.de pac.in vi.& per gl.& Bart.in d.auth.
ſacramenta puberum vbi Bart.dicit,ꝙ communiter tenetur,
ſi impubes eſt maior infante,& proximus pubertati,ita quod
eo caret delicto, tunc obligetur iuramento, vt in l. impube-
rem.ff.de fal.& ſic prædi.auth.ſacramenta puberum,quę dicit
ꝙ alienatio rerum immobilium facta a minore cum iuramē
to valet,habet locum in impubere doli capace. Quando au
38 tem dicatur doli capax dic vt per glo.in §.pupillus.inſti. de in-
uti.ſtipu.& in l.j.ff.de noua.dixi in cap.j.de deli.pu.Iſtas autem
quatuor regulas infra reaſſumam,alias quęſtiones decidēdas.
In glo. vlti.hęc glo.exemplificat tex. duobus modis,inquantū
ſentit a ꝯrio ſenſu,ꝙ nō valet iuramentum inquantū redūdat
in pręiudicium alterius,& primum eſt exemplum, quando re
dundat in præiudicium creditorum. Secundum eſt exemplū
quando redundat in præiudicium filiorum, quo ad primum
exemplū intellige, ꝙ res dotalis fuerat obligata creditori an-
tequam daretur in dotem,vel alio modo erat alicui hypothe
cata,modo ſi mulier alienat talem rem cum iuramento,iura
39 mentum non nocet creditori,ſed hic oritur dubium,†nunqd
hoc caſu mulier poteſt reuocare talem alienationem nō ob
ſtante iuro,& in hoc Io.de Imo.multum ſe inuoluit,& tandē
licet non firmet pedes,videtur velle,ꝙ mulier nō poſſit reuo-
care, ſed tertius de cuius præiudicio agitur, & iſtud puto eſſe
verum,ex quo enim mulier poteſt ſeruare iuramentum quā-
tum in ſe eſt ſine diſpendio ſalutis æternæ tenetur illud ſerua-
re,ſed tertius de cuius præiudicio agitur poteſt reuocare alie-
nationem facta prius excuſſione bonorum contra mulierem
ſecundum ea quæ habentur in §.item ſi quis in fraudem.inſt.
de act.& in authen.hoc ſi debitor.C. de pigno.vnde dum tex.
dicit,quod huiuſmodi iuramenta ſine dolo, & vi ſponte præ
ſtita debent ſeruari cum in alterius pręiudicium non redun-
dent &c.dēt ſubauditio fieri, quod ſi in alterius p̃iudiciū redū
dēt non debent ſeruari,ſed debet reuocari alienatio ad inſtan
tiam tertii ius ſuum proſequentis, facit quod habetur in ſimi
li in c.cum tempore.iuncta glo.fi.ſupra de arbi.& in c.conue-
niſſent.iuncta gl.in verbo abiuraſſe.quæ incipit,obtinebatur.
de inſtitu. & hoc quo ad primum exemplum gl. Venio ad
ſecundum exemplum, ſcilicet quando agitur de præiudicio fi
liorum,Ioan.An.dicit gloſ.procedere,quando directe & prin
cipaliter tenderet ad ipſorum præiudicium, vt quia ex teſta-
mento aui,vel aliter res deberet ad ipſos peruenire,quia tunc
eſt eadem ratio,quę eſt in aliis creditoribus; ſecus ſi ageretur
principaliter,& directe de pręiudicio ipſorum filiorum, ſed in
directe,& ſecundario, vt puta ratione ſpei ſucceſſionis, ſi res
non fuiſſet alienata,quia illud præiudicium non debet atten-
di;facit,quod no.Bar.in l.poſt emancipationem.ff.de libe.leg.
alias nunquam procederet hæc decre. quæ ſimpliciter & indi-
ſtincte loquitur, & ſic etiam indiſtincte debet intelligi xix.di-
ſtinctione,ſi Romanorum.& in capitulo ſolitę.de maioritate
& obedien.& in l.de precio.ff. de Publiciana. cum ſimilib. &
iſtud,ſcilicet,quod non debeat attendi præiudicium filiorum
vel agnatorum,vel ſimilium perſonarum,qui ſucceſſiſſent in
re ſi non fuiſſet alienata,tenet glo.fin.in capitulo ſecundo,de
40 pactis.in vi. Ex qua infert D.Do.quod†actus nō dicitur ver-
ti in detrimentum alterius, quando non infert principaliter
detrimentum licet inferat ſecundario,& per hoc dicit,ꝙ ſi ex
forma ſtatuti dēnt in aliquo actu vocari illi ī quorū p̃iudicio
fit actus,debet intelligi de illis quibus principaliter,& directe
fit præiudicium,non autem de illis,quibus ſecundario fit prę-
iudicium,& dicit hoc eſſe bene not. Et circa iſtud ſecundum
exemplum multum inſtat Io.de Imo.& tandem dicit, ꝙ iſta
gl.poteſt in tribus caſibus procedere. Primus eſt ſi agitur dire
cte, & principaliter de præiudicio filiorum,vt ſupra dictum
eſt,hoc tamen intellige,quando mulier haberet legitimam vl
tra ipſam rem dotalem, alias non potuiſſet fieri ſubſtitutio,
vel grauamen in re dotali,vt no.in l.fi.ff.de lega. ii.ſecundum
Io.de Imo.facit l.quoniam in prioribus. C. de inoffi.teſtamē.
Secundus caſus eſt, quando agit de præiudicio alimento-
rum, vt quia vir vergit ad inopiam, nam ſatis videtur agi de
præiudicio filiorum, ex quo debent ali de illa re dotali. ideo
tunc nō tenet alienatio etiam cum iuramento,& dicit, quod
etiam hoc modo debet intelligi glo.& Ioan.de Fabris,inſtitu.
quibus alien.licet,vel non. qui dixerunt,quod quando aliena
41 tur res dotalis†vbi extant filii ex matrimonio poſſunt filii cō-
ſtante matrimonio reuocare alienationem. nam debet intel-
ligi, quando agitur de pręiudicio ipſorum filiorum reſpectu
alimentorum,vt quia vir vergit ad inopiam, nam non obſtā-
te iuramento poſſunt reuocare rem alienatam, vt ex ipſa alā
tur. Tertius caſus eſt,vbi per alienationem pręiudicaretur fi
42 liis†in legitima,quia tunc reſpectu legitimę non tenet alienā
tio etiam cum iuramento, quia non poteſt pater, vel mater
per alienationem præiudicare filiis in legitima,vt no. in l.pri-
ma.& per totum.C.de inof.do..& in l.j.C.de inof.do.& hoc p
cedit vbi fit alienatio ex titulo lucratiuo puta ex cauſa dona
43 tionis. Sed dubium eſt † ſi fieret alienatio per titulum one-
roſum,puta per titulum venditionis, vel ſi res darēt inſolutū
creditoribus,an hoc caſu detur aliquod remedium,& de hoc
Ioan.de Imo.remittit ad no.per Legiſtas in l. prima, & ii.C.ſi
qui in frau.patro.& per Doct.in c.Raynutius.ī.de teſta.& hoc
modo intellige Butri.hic in fin.Comen. dum dicit,quod ſi fit
alienatio in fraudem legitime filiorum, ſiue ex propoſito,ſi-
ue re ipſa, quod non præiudicat filiis,etiam cum iuramento,
& dicit Ioan.de Imo.quod non erit neceſſe intentare querelā
inofficioſę donationis.Nec obſtat l.prima.& per totum.C.de
inoffi.dona. quia illæ ll. loquuntur quando alienatur res non
prohibita alienari de iure communi. Secus quando aliena-
tur res prohibita alienari,*quia tunc in* præiudicium filiorum
non tenet ipſo iure alienādo, vt eſt caſus hic notabilis.iuncta
iſta gloſſ.& ex hoc dicit notandam eſt limitationem ad l.pri-
mam.C.de inoffi.dona.& ad totam illam materiam. Extra
glo.venio nunc ad materiam,& vt clarius intelligatur diſcur-
ro per caſus,& reaſſumendo quatuor regulas,quas poſui poſt
primam glo.ex ipſis facio quatuor caſus,alios caſus addendo.
Primus ergo caſus eſt, quando aliquid eſt prohibitum con
tra bonos mores naturales,& tunc iuramentum non valet,vt
etiam ſuperius dixi, vnde non valet pactum, nec iuramentū
per quod tollitur libertas contrahendi,vel diſſoluendi matri-
monium,vt in capitulo gemma.infra de ſpon,vbi dixi,& in l.
Titia.ff.ſoluto matrimonio.& iſtum caſum poſuit Barto.in l.
ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſorib.& Bu.hic. Et ex hoc infertur
44 an valeat pactum † cum iuramento de non cedendo bonis.
& Ricar.Malumbræ,& Bart.in l alia.§.eleganter.ff.ſoluto ma
trimonio.tenent,quod non valeat tale pactum etiam cum iu
ramento, excipit tamen Barto.duos caſus. Primus eſt,quan-
do quis diſſipaſſet omnia bona ſua in fraudem creditorum.
l.fina.ad finem. ff. quæ in fraud. creditorum. Secundus eſt,
quando tempore renunciationis, ſeu contractus ſciebat ſe
non eſſe ſoluendo,per illud, quod habetur in l. penultima.ff.
de iure do. Extra iſtos caſus tenet, quod valet renunciatio,
idem ſequitur hic Butir.ſed Ioan.de Imo.in duodecima char.
in quarta coluna.verſicu. item aduerte, quia per pręcicta.
iſtam quæſtionem late examinat, etiam dicit, quod Fe.de Se.
in ſuis conſilis conſilio lx. quem etiam Butri. refert, tenet, ꝙ
tale pactum valeat,quia non eſt contra bonos mores, nec ha
bet perpetuam cauſam prohibitionis, quia ſunt aliqui caſus,
in quibus non poteſt vti tali beneficio, vt not. in l.fina.C.qui
bon.cedere poſ.allegat etiam Spe. in titu.de re.& condu §.pri-
mo.ver.item eſt beneficium.qui voluit ꝙ renunciatio p̃cipue
cum iuramento valeat,Cyn.vero in l.prima.C. qui bon.cede.
poſſunt.reffert.Iaco.de Are.tenuiſſe,quod renunciatio valeat
quando fit tempore contractus, ſecus ſi poſtea.Bald. vero ibi
45 dicit,quod valet renunciatio,vt †poſſit conueniri vltra quam
facere poſſit, ſed non vt poſſit incarcerari.ratio eſt,quia non
videtur intereſſe creditoris, quod debitor incarceretur, quia
49 carcer † inductus eſt ad cuſtodiam, non ad pœnam, fa-
47 cit capitulo quamuis.de pactis.in ſexto.& † quia debitor non
poteſt ſe obligare ad incarcerationem, cum inducat ſpeciem

ſeruitutis. l. iubemus. & leg. interrogatam.C.de libera.cauſa.
& in leg. ſecunda. ff. de liber. homi. exhibend .nemo enim
eſt dominus membrorum ſuorum. leg. liber homo. ff. ad
legem Aquiliam.ſed Ioannes de Imo.tenet opin.Feder.de Sc.
quia non eſt cõtra bonos mores, quod quis incarceretur pro
debito, alias non valeret lex, vel ſtatutum hoc diſponẽs quod
eſt falſum,vt patet ex his,quę no.in l.prima.C.qui bon.cedere
poſ.& in l.nemo carcerem. C. de exact.tributo. libro vndeci-
mo.facit,quod not.Barto.in l.ſacculari.ff.ad legem Iuliam.pe
cu.& ſubdit,quod docet experientia , quod ſtatuta ciuitatum
quotidie ſuper hoc prouident, & de facto ſeruantur, & ideo
quis poteſt renunciare beneficio ceſſionis bonorum per regu
lam.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact. & in capitulo ad apo
ſtolicam.de regula.ſed contra hoc facit,quia per pactum quis
non poteſt ſe obligare,vt poſſit capi pro debito , cum habeat
quandam ſpeciem ſeruitutis per illud, quod habetur in l. Ti-
tio.§.primo.ff. de condi. & demonſtra. licet per ſtatutũ poſſit
capi pro debito , nam aliqua poſſunt fieri per ſtatutum , quæ
non poſſunt fieri per pactum,iuxta no.per glo.in l. neque pi-
gnus.ff.de regulis iuris.& no.Barto.in l.omnes populi.ff.de iu-
ſti.& iure.vbi examinat. an & quando licita ſit argumentatio
de pacto ad ſtatutum, ſed ad prædictam rationem reſpondet
Ioan.de Imo.quod hoc procederet,quando obligaret ſe prin-
cipaliter,vt pro debito poſſit incarcerari.ſed in conſequentia
actus permiſſi hoc poteſt fieri,ſcilicet,quando renunciat bene
ficio ceſſionis,nam non debet attendi illud,quod fit in conſe-
quentia,ſed quicquid dicat Ioan.de Imo.tene opi.Bart.quam
ſequitur Butri.ex quo enim renunciando beneficio ceſſionis
intelligitur ſe obligare, vt incarceretur non debet valere talis
48 renunciatio,quia regulariter† illud quod non permittitur prĩ
cipaliter non debet permitti in conſequentiam,ſeu indirecte,
vt in capitulo tuę.de procuratoribus. & in regula cum quid.li
49 bro ſexto. Pręterea beneficium ceſſionis † in hoc conſiſtit,
vt volens cedere bonis non incarceretur, vt in l prima. C. qui
bonis cedere poſ.cum ſimilibus . ergo cum talis renunciatio
principaliter ad hoc tendat non debet valere etiam cum iura
mento,nec mihi placet concordia Bal.in dicta l.prima.C.qui
bonis cedere poſ.dum dixit , quod valet renunciatio quantũ
ad hoc,vt teneatur vltra , quã facere poſſit,non autem,vt in-
50 carceretur.nam regulariter quilibet,† niſi ſit de perſonis pri-
uilegiatis tenetur in ſubſidium , licet de acquiſitis poſtea quæ
ceſſit non teneatur,niſi quaten⁹ facere poteſt,vt in l.is qui bo
nis.ff.de ceſſio.bonorum.item dicta verba non tendunt ad tol
lendum ſimpliciter illud beneficium,ſed principaliter , vt de-
bitor poſſit liberari a carceratione cedendo bonis , cum ergo
partes de illo beneficio non cogitauerint,ſed ſolum de benefi
cio ceſſionis bonorum, quod eſt longe diuerſum a beneficio
ne quis teneatur vltra , quam facere poſſit , non debent ex-
tendi ad illud,quod partes non cogitauerunt, poſſet tamẽ for
te opin.Bald. procedere quando talis renuncians eſſet de per-
ſonis habentibus priuilegium,ne teneantur vltra quam face-
re poſſint , quia tunc renunciando ceſſioni bonorum fortius
intelliguntur renunciaſſe beneficio , ne teneatur vltra quam
51 facere poſſit . Vtrum † autem beneficium,ne quis teneatur
vltra quam facere poſſit,poſſit tolli per pactum, vel iuramen-
tum,vt in dicta l.alia. ff.ſoluto matrimonio. & adde quę dixi
ſupra poſt primam glo.in prima regula. Secundus caſus eſt,
quando aliquid eſt prohibitum ob publicam vtilitatem , &
tunc talis actus non firmatur iuramento, vt patet in capitulo
ſi diligenti.de foro competen. & per hoc dixit Barto. in dicta
l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.& Butri.hic poſt eum,quod iura
mentum interpoſitum ſuper alienatione illarum rerum, quæ
ſunt affixa ædibus non confirmat contractum,nec eſt ſeruan
dum , quia hoc eſt prohibitum fieri propter publicam vtilita-
tem, ſcilicet ne vrbs deformetur ruinis.l.cætera.ff.de le. primo.
facit,quod habetur in l.ſenatus.ff.de contrahenda emptione.
& dicit hic Ioan.de Imo.in lviii. columna.quod hęc opi.com
muniter tenetur per Legiſtas,& quod ipſam tenet Ang. in di-
cta l.ſi quis pro eo.& Ioann.de Ligna. hic , & dominus Pet.de
Anch.ſed ipſe iſtam opi.reprobat,dicens,quod non procedat
de iure canonico,cum poſſit ſeruari abſque peccato,& maxi-
me , quia non habet perpetuam cauſam prohibitionis,quia
52 in certis caſibus licitum † eſt detrahere affixa in aliquo ędificio
publico,vt no.in dicta l.cętera.facit.quod no.iſta glo. Tu au-
tem tene cõem opi.nam tale iuramentum non poteſt ſeruari
abſque peccato, ex quo remotio talium affixorum deformat
ciuitatem,per hoc enim pręiudicatur publicę vtilitati,vt in di
cto capitulo ſi diligenti. de foro competen. Secundo ponit
exemplum Barto. in iuramento per quod prorogatur inſtan-
53 tia,†nam tale iuramentum non valet, & idem dixit Barto. in
l.Seius , & Augerius.ff.ad legem Falcidiam.& hoc hoc ſequi-
tur Butri.hic,ſed Ioannes de Imo.in lvii.columna.dicit, quod
54 hoc non procedit de iure canonico , quia inſtantia cau-
ſę principalis de iure canonico durat perpetuo, vt not. in
capitulo penultimo.de iudi de iure autem ciuili inſtantia cau
ſæ principalis finitur triennio,vt in l.properandum.C.de iud.
& ipſe Ioan.de Imo.tenet, quod tale iuramentum eſt ſeruan-
dum, etiam in foro ciuili , ex quo poteſt ſeruari ſine interitu
ſalutis æternæ. Nec obſtat capitulũ ſi diligenti.de foro com
petenti.quia loquitur nedum quando actus eſt contra publi-
cam vtilitatem,ſed etiam eſt expreſſe improbatus a canonib.
ſed ego tenerem opin.Barto.quam etiam in regulis ſuis,ſentit
hic dominus Abb.nam ideo inſtantia finitur triennio de iure
ciuili,vt litibus finis imponatur, & ne lites fiant immortales,
vnde cum inſtantia finiatur tempore propter publicam vtili-
tatem non debent partes eam poſſe prorogare etiam cum iu
ramento,vt probatur in dicto capitulo ſi diligenti.in ratione
ſui ad quod Ioan.de Imo.non bene reſpondet, & Barto.in di-
cta l.Seius , & Augerius.dicit vnum bonum verbum, ſcilicet
55 quod iudex ex officio ſuo † poteſt procedere ad ſententiam,
quando videt inſtantiam perire, & iſtud dictum dicit Ioannes
de Im.eſſet notandum.quia in hoc caſu poteſt ex officio pro-
cedere ad ſententiam etiam parte non requirente . Iſtud di-
ctum etiam ſequitur dominns Abb. in capitulo fina.parum,
ante finem,ſupra de iudic.dicit tamen,quod iudex debet par-
tes citare, vt in capitulo conſuluit.de officio delega. & in l.de
vno quoque. ff. de re iudica. Et ex his Barto. in dicta l.ſi quis
pro eo, dicit ſe reſpondiſſe in ciuitate Peruſij in qua erat tale
ſtatutum,ad hoc , vt iſta ciuitas abundet hominibus,qui poſ-
ſint ſoluere collectas , & prędia laborare ſtatuimus, quod ſi
quis tenetur dare frumentum liberet dando tantam pecu-
56 niam pro qualibet Corbe, quod ſi per pactum † huic ſtatuto
renuncietur etiam cum iuramento,quod non valet renuncia
tio , quia ob publicam vtilitatem principaliter hoc fuit ſtatu-
tum,& dicit de hoc eſſe tex.cum glo.in l.ſecunda.C.de agri.&
cen.ſed Ioannes de Imo.tenet contrarium. Et per hoc dicit,
quod licet de iure ciuili , quando alienatur ſeruus aſcriptitius
fundi etiam cum iuramento non valet alienatio,quia videtur
hoc eſſe prohibitum propter publicam vtilitatem principali
ter,ne deſeratur cultura agrorum,vt voluit glo.in dicta l.ſecũ
da.C.de agri.& cen.tamen , quia hoc non reperitur reproba-
tum per canones talis alienatio firmabitur iuramento cum
poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis ęternæ, & etiam poterit pro
uidere agriculturæ locãdo alteri, ſed ego potius tenerem opi.
Barto . quia negari non poteſt quin agatur de præiudicio alte
rius,quam iurantis , quia per hoc poteſt fieri in præiudicium
publicę vtilitatis, quam principaliter cõſiderauit lex,vel ſtatu
tum,ergo dictum iuramentum non debet valere,vt dicto ca-
pitulo ſi diligenti.vnde tene opin.Barto.quam Doctores com
muniter tenent , & per hoc facias regulam, quod vbicunque
lex,vel ſtatutum aliquid prohibet principaliter ob publicam
vtilitatem conſeruandam , vel quod agricultura detrimen-
tum non patiatur non valet actus factus in contrarium ,
57 etiam cum iuramento , quia non eſt in poteſtate † iurantis
præiudicare publicę vtilitati,facit iſte textus in fine,& capitu-
lo ſecundo.de pactis.in ſexto.vnde Bald hic in octaua colum-
58 na,dicit,quod dicitur eſſe† contra publicam vtilitatem,quan
do vergit in præiudicium tributorum , vel munerum publi-
corum cultura agrorum, vel aliud intereſſe ſurgit rei publicę,
vel ſurgit ex eo ciuitatis dedecus , vnde tale iuramentum ſi
non poteſt ſeruari abſque iniuria, vel damno rei publicæ nõ
valet,ſed quando poteſt ſeruari ſine lęſione rei publicę eſt ſer
uandum.ff.de pactis.l.inter debitores. quę verba no. In quæ
ſtione tamen Barto.Bald. hic in nona columna. verſiculo tu
dic.dicit,quod iuramentum eſt obligatorium,tamen,quia ſta
tutum eſt bonum,& æquum,epiſcopus debet abſoluere alio-
quin ſolutum poteſt repeti, tanquam indebitum,vt ſupra eo-
dem debitores.ſed mihi videtur verior opin.Barto. licet ſit tu-
tius petere abſolutionem a iuramento . Butri. autem ponit
aliud exemplum,videlicet , quando alienatur res eccleſiaſti-
ca non ſeruata debita ſolennitate, quia tunc iuramentum de
ea non reuocanda non valet, eſt enim contra publicam vtili
59 tatem † alienare res eccleſiæ in caſu a iure non conceſſo , vel
non ſeruata debita ſolennitate , vt in capitulo ſicut noſtris.
& in capitulo ſecundo. ſupra eodem. & vide bonam gloſſam
in capitulo primo, in verbo.contractum.de reſtitutione in in
teg.in ſexto. Et hic poſſet addi quæſtio, ſcilicet an valeat iura-
mentum de non reuocando teſtamentum. Quam examina-
ui ſupra poſt ſecũdam gloſ.in ſecunda regula. Tertius caſus
eſt , quando actus improbatur odio perſonæ , & in hoc caſu
60 Doctores communiter tenent,quod †iuramentum valet,ſed
non confirmat contractum , vnde poteſt peti abſolutio a iu-
ramento , exemplum in capitulo debitores. ſupra eodem. in
capitulo ſignificante. de pignori.vbi fit mentio de pacto legis
commiſſorię, de quo dixi poſt ſecundam gloſſ. in tertia regu-
61 la. Ponę aliud exemplum in filiofamilias † qui iurauit cre-

ditori

ditori ſoluere ei mutuum receptum, nam tale iuramentum
non firmat contractum, & poteſt petere abſolutionem a iu-
ramento, ſicut debitor qui iurauit ſoluere vſuras, hoc tenuit
Barto.& Ange.in l.ſi quis pro eo.ff. de fide inſtrumentorum.
ſed Iacobus de Belui.& Ioan.Andr. poſt eum in Speculato.
de ſenten.§.vt autem.crica princip.tenent, quod nec iuramẽ-
tum valet qm̃ contra bonos mores, ſed Butri.hic dicit, ꝙ ſi eſ-
mus in loco vbi frequẽtaret, ꝙ filii ĩducerẽt ad pr̃es occiden-
dos propter mutua, quæ reciperent, vt poſſent ſatisfacere cre
ditoribus, quod tunc iuramentum, velut turpiter præſtitum,
& contra bonos mores non obligaret iurantem ſaltem reſpe
ctu ſecularię obligationis, quę dirigitur in partem, vnde poſ-
ſet peti abſolutio antequam ſolueret, ſecus dicit ſi eſſemus in
loco vbi filiusfamilias veriſimiliter non induceretur ad tantũ
malum faciendum, vt veriſimiliter eſt hodie in locis Chriſtia
norum, qui communiter abhorrerit interficere parentes, vn-
de dicit, quod tunc iuramentum obligat, nec poteſt peti abſo
lutio, allegat no.Innocen.in cap.quia plerique.de immu.eccl.
& dicit, quod hoc maxime procedit, vbi euidẽs neceſſitas ſub-
eſt in filiofamilias recipiente mutuum, & dicit etiam, quod ſe
natuſconſultũ Mecedonianum, ideo ſic præſumebat, quia ta
lia tunc frequentabantur. Vnde quo ad vinculum Dei debet
ceſſare pręſumptio legis, & attẽdi veritas, quam imitatur ob-
ligatio, quę dirigitur in Deum, & ĩ effectu dicit, quod nõ ſuffi
cit, quod aliquid ſit prohibitum in odium alicuius ad irritan
dum effectum iuramẽti, niſi odium ſit rationabile, & illud di
ctum bene no.quod ad impediendum effectum iuramenti re
quiritur, quod odium ſit rationabile, alias non ſufficeret ali-
quid eſſe prohibitum per legem, vel ſtatutum in odium alicu
ius, ex quo odium non eſt rationabile, & illud tene menti, qa
facit ad multa.& opi.licet multum ſe inuoluat, ſequitur hic
Ioan.de Imo.ſed Do.Abb.in ſeptima charta, in ſeptimo caſu
reprobat hanc opi.dicens, quod negari non poteſt quin filiifa
milias inducãtur per hoc ad depredandum parẽtes, vel alios,
vt habeant, vnde ſatisfaciant, ne cogantur ſtare in carceribus
vel cedere bonis, vnde dicit, quod ſi bene ponderetur lex pri-
ma.ff.ad Macedonianum.illa prouiſio emanauit non ſolum
in odium creditoris, ſed principalius ad compeſcendam libi-
dinem peccantium, vt ſic propter bonum publicum corporis
& animę, vnde iuramentum priuatorum nullum eſt, vt dicto
c.ſi diligenti.& c.contingit.de ſenten.excommu.& in l. ius pu
62 blicum.ff.de pact.Item † iuramentum reprobatur non ſolum
quando in ſe eſt peccatnm, ſed etiam quando poteſt eſſe oc-
caſio peccati, argu.in c.cum ab omni.de vita & honeſta.cler.
& in c.nam concupiſcentiam.de conſti.facit c. ſicut ex literis.
ſupra eodem.& dicit, quod ſibi placet de iuris ſubtilitate, opi.
Ia.de Belui.& Ioan.And.ſcilicet, quod iuramentum non va-
leat ex quo eſt contra bonos mores, vel contra publicam vti
licatem, licet tutius ſit tenere contra opin.Barto. quam Doc.
communiter ſequuntur, ſcilicet quod requiratur abſolutio a
63 iuramento. Aduerte tamen, quia filiusfamilias † qui recepit
mutuum, ſi ſoluit non poteſt repetere, vt in l. qui exceptionẽ.
ff.de condi.indebi.& in l.ſed ſi pater.§.fi. ff.ad Mecedonianũ.
Vnde Ioan.de Hy.mouet dubitationem nunquid propter iu-
ramentum poſſit repetere, quia timore iuramenti ſoluerit, &
tandem dicit, quod ſic, & dicit hoc probari in ca. debitores.ſ̃.
eodem.& pro hoc facit ſecundum eum, quod multi ſunt qui
timent, nec de facto non tenetur de periurio, ſi nõ ſeruant iu-
ramentum, facit l.fina.C.de fide inſtrumentorum.& quod no
tat Innocen. in capituto ad aures. ſupra quod metus cauſa.
quod no.pro limitatione prædictarum legum. Item aduerte
quia Bald.in l.fi.§.filius autem.dixit, quod ſi filius alienat rem
peculii aduentitij, in qua pater habet vſumfructum non va-
64 let † alienatio, etiam ſi iurauit illam obſeruare, nec obligabi-
tur iuramento, adeo, quod etiam poſt mortem patris non te-
nebitur ad obſeruandum iuramentum, mouetur, quia prohi-
bitio facta in dicto caſu ipſi filiofamilias etiam ad inſtar pro-
hibitionis adminiſtrationis factæ prodigo.vnde ſicut iuramẽ
tum pręſtitum per prodigum ſuper contractu non obliget, vt
infra dicam, ita etiam non obligabit filiumfamilias in caſu
prædicto allegat etiam Bald.notata in Speculato.de actore.§.
primo.verſiculo ſed quid ſi ſuper hoc iurauerit. ſed Ioann. de
Hy.hic in vigeſimaquarta charta, in ſecunda columna. dicit,
quod Specula.videtur ſentire contrarium, & quod idem vide
tur ſeutire gloſ.in dicto §.filiis.in verbo, voluntatis.& dicit, ꝙ
hæc pars eſt verior per regulam iſtius capituli, cum ſimilib.
ſcilicet, quod debet ſeruari iuramentum, quod poteſt ſeuari ſi
ne interitu ſalutis æternæ, dicit tamen, quod non tenebit iu-
ramentum ad pręiudicium patris, vt in hoc capitulo, in fine.
ſed bene præiudicabit ipſi filio ſaltem poſt mortem patris, vel
ſaltem poſtquam factus fuerit ſui iuris, facit, quod not.Inno-
cen.in ſimili, in capitulo ſcipturæ.de voto.vbi dicit, quod licet
votum non obliget filiumfamilias durante patria poteſtate
in præiudicium patrię poteſtatis, tamen poſtea tenetur ſerua-
re votum ſi factus fuerit ſui iuris. Secundum eſt exemplum
65 in officiali † qui prohibetur aliquid emere tempore officii, l.
non licet.C.de contrahenda emptione. ff. & in l.vltima. C. ſi
quis alteri vel ſibi.& in l.prima.C.ſi quacunque pręditus po-
teſta.nunquid talis contractus firmetur iuramento, & Barto.
in dicta l.ſi quis pro eo.dicit idem, quod in vſurario recipien
te iuramentum a debitore de ſoluendis vſuris, de quo ſupra
eodem, debitores.& capitulo primo.& hoc ſequitur hic But.
quia talis contractus habet in ſe tacitum metum præſumptũ
a lege ex veriſimili cauſa, & ideo videtur ſubeſſe iuſta cauſa
petendi abſolutionem a iuramento, dicit tamen, quod ſi im-
pleret contractum non poſſet repetere, nec haberet locum ca
pitulũ debitores, quia non tenet rem turpiter, ex quo ceſſat
metus, & alia turpitudo, ſed hoc intelligit Ioannes de Imo.
quando implet contractum finito officio, quia durante offi-
cio videtur durare metus, facit, quod no.Barto.in l.ſecunda.
C.quod metus cauſa. & capitulo primo, & capitulo audien-
tiam.ſupra qund metus cauſa. vnde tunc poſſet petere abſo-
lutionem a iuramento, & dicit Ioan.de Imo.quod hoc proce
dit in foro contentioſo, ſed quo ad Deum, & in foro conſcien
tiæ, ſi re vera ſponte fuiſſet contractus initus obligaret cum ef
fectu, quia in foro conſcientiæ attenditur veritas, & ex hoc
etiam patet de contractibus, qui prohibẽtur cum magiſtrati-
bus per ſtatuta, nam idem dicendum eſt, ſicut in contractibus
qui fiunt cum officialibus, quia ſubeſt eadem ratio. Quid
66 autem de contractibus qui prohibentur † cum forenſibus, vel
non ſubditis ciuitati.Butri.dicit, quod ſi ſtatutum in hoc atten
deret publicam vtilitatem tales contractus non firmarentur
iuramento, facit quod habetur in l.ſecunda.& in l.quemad-
modum.C.de agri.& cenſi.libro.xi.ſed ſi prohibitio fieret pro
pter odium, tunc dicit, quod iuramentum firmaret contra-
ctum, & obligaret tenendo dicta Barto. ſed Ioan.de Imo.di-
cit, quod iuramentum non firmaret contractum ſecundum
Barto.ex quo odio perſonæ prohibetur contractus. Butri.au-
tem dicit, quod iuramentum debet firmare contractum, quia
non eſt turpitudo ex parte recipiẽtis, vnde dicit, quod ſaltem
iuramentum obligaret in effectu, vt eccleſia non audiat petẽ
tem abſolutionem, & ita pertranſit Ioann.de Imo. ſed tu dic,
quod Butri. loquitur ſecundum ſuam opin.quia ipſe tenet, ꝙ
iuramentum non firmat contractum, quando contractus eſt
prohibitus, ſed ſolum obligat ad non contraueniendum, ſed
tenendo opin.communem, quod iuramentum firmet contra
ctum dicendum eſſet, quod iuramentum præſtiſum ſuper cõ
tractu inito cũ forenſi firmet ipſum contractum, hoc tamen
intelligo, niſi ſtatutum diceret, quod forenſis non poſſet ali-
quid immobile acquirere, tunc enim non firmatur cõtractus
quantum ad effectum, vt forẽſis poſſit acquirere rem ſibi alie
natam cum iuramento, ſed ſibi debetur æſtimatio rei, iuxta
no.per Barto.in l.apud Iulianum.§. fi.ff.delega. primo. & in l.
multum.ff.de verborum obligationib. & per prædicta dicunt
Butri.& Ioann.de Imo. patere quid ſibi dicendum de contra-
ctibus, qui interdum prohibentur inter ꝓuciales, nam idem
dicunt ſicut de contractibus, qui fiunt cum forẽſibus, ſed Bar.
in dicta l.ſi quis pro eo. videtur velle tales contractus non fir-
mari iuramento, nam dicit, quod ſi ſtatuta prohibent tãtum
vnam partem, vt quia prohibent nobiles facere certos cõtra-
ctus, & ſimilia idem dicendum eſt, ſicut de contractibus cele-
bratis cum officialibus, ſed ego ſic concordarem opin. quod
aut odium eſt rationale, & tunc procedit opi. Barto. & Ioan.
de Imo. Quartus caſus eſt, quando actus reprobatur fauore
perſonę, & in hoc caſu loquitur iſtud capitulum, & capitulo
licet. eodem titu.in ſexto.& capitulo ſecundo. de pactis.eodẽ
libro.& authen.ſacramenta puberum. C. ſi aduer.vendi.& in
hoc multa ſunt dicenda quæ reſeruo in fin. Et ex hoc infer-
67 tur, an contractus factus † a prodigo firmetur iuramento, & in
hoc diſtingue, quia aut nõ eſt interdicta ei adminiſtratio nec
ei datus curator. Aut interdicta eſt ei adminiſtratio per iudi-
cem, & datus curator. In primo caſu dicit Ioannes de Imola,
quod contractus valet, niſi notorium eſſet eum prodigum
eſſe, quia notorium æquiparatur ſententiæ.l.emptorem.ff. de
actio.emp.cum ſimilibus.& hoc procedit, ſiue ſit notorium
68 facti, ſiue iuris, † & dicitur notorium iuris, quando per ſenten
tiam fuit declaratum eum eſſe prodigum, facit l. Iulianus. ff.
de curatore furioſi. Idem dicit Bald.ſi non eſſet notorium, ſi
contrahens ſecuum ſcit eum contrahere in res prodigales.al
legat l.ſi quis cum ſciret.ff.pro emptore.Barto. vero in l. is cui
bonis.ff.de verborum obligationibns.dicit, quod non ſufficit
notorium etiam ſi iudex pronunciet eum eſſe prodigum, niſi
det curatorem, vel interdicat bonis, & dicit de hoc eſſe tex. in
l.Iulianus. ff. de curatore furioſi. plus dicit, quod etiam ſi iu-
69 dex faciat p̄cones ire p̲ ciuitatẽ vel p̄conizare † p̲ ciuitatẽ, ꝙ
nullus ꝯhat cũ eo qđ hoc nõ ſufficit ad impdiẽdũ ꝯctũ furioſi

tum , quia non præceſſit cauſę cognitio, quæ requiritur. l.
ſi qui. in fine. ff. quod tuto. & curato. dat. ab his. tum
quia lex requirit, quod prodigo interdidicatur adminiſtratio,
vt in leg. Iulianus. ff. de curatore furioſi. ſed proclama non
operatur interdictionem adminiſtrationis, quia aliud eſt in-
terdicere adminiſtrationem prodigo. Et aliud eſt prohibere
aliis, quod non cõtrahant cum eo, & dicit idem tenuiſſe Gui.
70 de Suza. dicit tamen, quod ſi iudex daret† ei curatorem, ꝙ vi-
deretur ei interdicere adminiſtrationem, vt in l. prima. ff. de cu
ra. fur. & in l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſtitu. mino.
Item dicit Bar. ꝙ non ſufficit, quod contrahens ſciat eum eſſe
prodigum, niſi ſciat in quem malum vſum ſit conſumpturus,
& hoc modo loquitur l. ſi quis cum ſciret. ff. pro empt. & pro
opi. Bar. multum facit l. Iul. ff. de cura. fur. ſed primam opi. ſ. ꝙ
ſufficiat notorium facti, vel iuris, etiã ſine ſententia tenet hic
Ioannes de Imola. & credo, quod Legiſtæ communiter eam
71 teneant, quia quantum ad effectum † tantum operatur no
torium, quantum ſententia, ſeu interdictum, facit quod no. In
nocen. in ca. fraternitatis. de fri. & male. Extra iſtos caſus con-
tractus factus cum prodigo ante interdictum ſibi factum va-
let, vt in c. j. ff. de cura. furi. In ſecundo autem caſu, ſ. quando
iudex cauſa cognita interdixit ei adminiſtrationem, clarum
eſt, quod ſi contrahit ſine iuramento, quod contractus nẽ va-
let, vt in d. l. is cui bonis. ff. de verb. obli. & in l. j. & in l. Iulianus.
72 ff. de cura furio. Sed dubium eſt† nunquid ſi alienat cum iu
ramẽto valeat alienatio, & Bar. in d. l. is cui bonis. tenuit, quod
non. idem tenet Fed. de Sen. conſilio ſuo xxxi. & Ang. in d. l. is
cui bonis, & in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. vbi dicit, quod cõ-
tractus prodigi non firmatur iuramento, dicit tamen, quod
quia iurãdo deierat puniri poterit, quia obligatur ex delicto,
licet non obligetur ex contractu, hanc opi. etiam ſequitur Sa
li. in l. ii. in x. q. C. de reſcinden. vend. hic in pen. col. & etiam Pe.
de Ancha. hic. & dicit Io. de Imo. quod hęc eſt communis opi.
Legiſtarum, & Cano. ſed Butr. hic tenet contrarium. Conclu-
dit enim, quod alio extrinſeco non interueniente iuramen-
tum obligabit prodigum, dummodo ſit capax ſenſus, moue-
73 tur, quia prodigus † æquiparatur pupillo proximo pubertati
in accipiendo. l. is cui bonis, & ibi per Bar. ff. de verbo. oblig. &
idem no. Docto. in l. ſi quis in tantum. C. vnde vi. licet gloſ. ibi
aliter, dicat ergo eodem modo debet obligari iuramento, ſi-
cut pupillus doli capax, & per conſequens ſicut auth. ſacramẽ
ta puberum. C. ſi aduer. vendi. habet locum in pupillo doli ca
pace, vt dicit hic Hoſtien. & Ioan. And. & Doct. & dixi poſt ſe-
cundam glo. in iiii. regula, in fi. ergo eodem modo contractus
prodigi debet firmari iuramento cum eius fauore minoris, &
per conſequens eſt eadem ratio vtrobique, ergo idem ius dẽt
eſſe, de trasla. pręla. c. ii. & ff. ad l. Aqui. l. illud. & in effectu licet
multum ſe inuoluat Ioan. de Imo. hic in xxxvi. char. in iii. col.
ſequitur opi. Bu. Ego autem reiectis argumentis, ſeq opin.
74 communem, † nam licet prodigus ęquiparetur pupillo in
acquirẽdo tamen, in alienando ęquiparatur furioſo, vnde in
alienando habet minus iudicii, & intellectus, quam pupillus
doli capax, pupillus enim nõ alienat res ſuas, niſi credat iſtud
ſibi eſſe vtile, prodigus autem, tanquam furioſus ſine ali-
qua conſideratione alienat, vnde San. Thom. ſecunda ſecun-
75 dę quæſt. cxix. ar. primo. dicit, quod prodigi ſunt† qui non verẽ
tur expendere ſuperflue in rebus voluptuoſis, ad quas eos in-
ducat concupiſcentia carnis, & etiam quia non delectantur
in bonis virtutum, quærunt corporales delectationes, & alle-
gat Philo. in quarto ethi. qui dicit, quod prodigi communiter
ſunt intemperati, ideo Lucæ xv. capitulo Dominus, & Deus
noſter, dicit de filio prodigo loquens, quod ſubſtantiam diſci
pauit viuendo luxurioſe, & Ambro. in omel. dicit, quod nihil
ſatis eſt prodigę voluntati, ideo l. prima. ff. de cura. furio. æqui-
parat prodigum furioſo, quia ſicut furioſus non habet iudi-
cium, nec intellectum in agendis, ita prodigus ſine aliquo in
tellectu. & diſcretione res ſuas diſſipat propter voluptates cõ
ſequendas, vnde lex non immerito comparauit, quo ad hoc
prodigum furioſo, vnde tene communem opi. ſ. quod aliena-
tio prodigi non firmetur iuramẽto, quia in alienando habet
minus iudicium, quam pupillus, quam opi. tenet etiam hic D.
Abb. in xvii. vel xviii. col. & mouetur, quia iudex interdicẽdo
adminiſtrationem prodigo, videtur ex iuſta cauſa præſumere
dolum, & fraudem in illo, qui contrahit cum prodigo. Ergo
ratione præſumptæ fraudis iuramentum non obſtat, argum.
76 hic in fine. Secundo infertur an tranſactio† ſuper alimentis
valeat, nam certum eſt, quod ſine iuramento nõ valet, niſi iu-
dex pręſtet ei auctoritatem, vt in l. cum hi. ff. de tranſanction.
ſed Barto. fuit ſibi contrarius. nam in l. ſi quis pro eo. circa fin.
ff. de iureiuran. dicit, quod firmatur iuramento, ſed contrariũ
in dicta l. cum hi. circa princi. mouetur, quia tranſactio ſuper
alimentis debitis ex vltima voluntate prohibetur fauore ali-
mentorum, & vltimę voluntatis, ſed fauor publicus videtur
eſſe, vt teſtamenta mandentur executioni, & ne pauperes, vel
tenues moriantur, vt in dicta l. cum hi. §. ſed ſi perſonatum. ff.
de tranſactio. Sed Butr. hic tenet contrarium, ſcilicet quod ta-
lis tranſactio firmetur iuramento, quia principalis vtilitas eſt
priuata, niſi ex hoc ſurgeret doloſa deceptio, & dicit, quod cõ
tra talia iuramenta nõn competit aliquod remedium, ſi non
adeſt alia turpitudo, quia odium non eſt rationale ex toto, ex
parte recipientis tranſactionem, ſed ſolus fauor, ſcilicet ne
multum detur pro modico, ad hoc facit capitulũ quamuis. de
pactis. in ſexto. iſtam opin. etiam ſequitur hic Ioan. de Imo. in
antepenultima columna ſui Comen. dicit tamen, quod ſi cõ-
ſtaret de notoria paupertate, & famæ veriſimili, tunc ſi fieret
tranſactio non firmaretur iuramento, argumen. lxxxvi. diſtin
ctione. paſce. non obſtat illud, quod dicit Barto. ſcilicet, quod
intereſt rei publicę teſtamenta mandari executioni, nam hoc
eſt verum, quando illi quibus legata ſunt facta in teſtamento
illis non renunciant, alias nulli legato facto in teſtamẽto poſ
ſet renunciari, quod eſt falſum, & ideo debet poſſe renunciari
ſaltem cum iuramẽto, quia alia legata poſſunt renunciari abſ
que iuramento, aliæ rationes allegatæ per Bart. in d. l. cum hi.
concernunt priuatum commodum, ſeu fauorem tranſigen-
tis, cui poteſt renunciari cum iuramento, vt probatur hic, &
in dicto c. ii. de pac. in vi. vnde conclude, quod ex quo iuramẽ
tum poteſt ſeruari abſque peccato, nec eſt aliqua turpitudo
ex parte recipientis tranſactionem tale iuramentum eſt omni
no obſeruandum, nec contra illud competit abſolutio. Ter-
77 tio infertur, an poſſit renunciari diſpoſitioni legis, de his. ff. de
tranſactionib. quæ diſponit, quod non valeat tranſactio ſuper
dependentibus ex teſtamento non viſis, nec cognitis verbis te
ſtamenti, & gloſſ. ibi tenet, quod valet renunciatio etiam ſine
iuramento, ſed Iacob. de Bel. & Iaco. Butriga. & Bart. ibi tenẽt
contrarium. Primo, quia illa l. non eſt facta in fauorem lega-
tariorum, ſed in odium occultantium teſtamenta, & ob fauo
rem pu. vt teſtamenta executioni mandentur, facit l. ius publi
cum. ff. de pactis. & c. ſi diligenti. de foro compe. Item quia lex
videtur dare formam tranſactioni fiendę ſuper dependentib.
a teſtamento, quia dicit, quod aliter tranſigi non poſſit, & ſic
non poteſt renunciari tali legi, quia legibus prohibentibus re
nunciari non poteſt, vt dixit glo. in rubrica, ſeu in l. j. C. ne fide
iuſſo. dotium dentur. Sed dubium eſt, an poſſit renunciari
cum iuramento, & Bartol. in dicta l. de his videtur ſentire, ꝙ
nõ, ſed Butri. hic, & Ioann. de Imo. tenent contrarium, & hoc
ponit Ioan. de Imo. in pen. colu. ſui Comenti. mouetur per c.
quamuis. de pac. in vi. & quia iuramentum poteſt ſeruari ſine
interitu ſalutis æternæ, nec obſtat, quod illa l. eſt facta in odiũ
occultantium teſtamenta, quia odium eſt rationale, non ob-
ſtat, quod lex illa det formam, & procedat in prohibendo, q̃a
hoc facit in fauorem vtilitatis priuatę principaliter, vnde po-
teſt ei renunciari cum iuramento, vt eſt hic, & in dicto capitu
lo quamuis. de pactis. in ſexto. vnde glo. in in dicta l. prima. C.
ne fideiuſſo. dotium dentur non procedit, quando renuncia-
78 tio fieret cum iuramento. Quarto infertur, an † donatio in-
ter virum & vxorem firmetur iuramento, & Barto. in l. ſi quis
pro eo. ff. de fideiuſſoribus. & in l. Seius, & Augerius. & ad legẽ
Falci. tenuit, quod ſic eſt ſecundum eum, quia non eſt prohibi
ta eo, quod ſit contra bonos mores, ſed propter vtilitatẽ ſub-
ditorum, videlicet ne alter coniugum efficiatur pauperior, &
alter ditior, idem tenet Guil. de Cunio. in l. ſed ſi poſſeſſori. §.
item ſi iurauero. ff. de iureiurando. ſed contrarium tenuit Bar.
in l. prima. ff. de dona. inter virum & vxorem. & idem videtur
voluiſſe in l. cum quis decedens. §. Titia. loquatur in iuramen
to aſſertorio, tamen ſatis ſentit idem in iuramento confirma
torio, dum dicit, quod coniunx non eſt capax donationis, ẽt
cum iuramento, & hoc aperte ſentit Barto. meo iudicio, licet
Ioannes de Imola dicat, quod Barto. ibi loquitur in iuramen
to aſſertorio, non autem in confirmatorio, ſed non aduertit
ad rationem Barto. dum ſentit, quod coniunx non eſt capax
etiam cum iuramento, vnde Barto. non poteſt defendi a con-
trarietate, quicquid dicat Ioannes de Imola, & communiter
Bartol. allegatur pro contrario, & hanc ſecundum opinio-
nem Barto. ſcilicet quod talis donatio non confirmetur iura-
mento, videtur etiam tenere Cynus in l. prima. ad finem. C. de
ſacroſanctis eccleſię. & Ioannes Andreę in Speculato. in titu-
lo de dote poſt diuortium reſtituen. & de donatione inter vi-
rum, & vxorem. ſuper rubrica, circa finem. idem tenuit Ang.
in dicta l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſoribus. & Bald. hic in quar
ta charta. in qua diſputat iſtam quęſtionem, in tertia, & quar-
ta columna, & concludit, quod talis donatio non firmetur iu
ramento, & iſtę ſunt principales rationes, quę faciunt pro iſta
parte, nam per tales donationes videtur fieri contra tria † bo-
na matrimonii, ſcilicet proles, fides, & ſacramentum, vt in
capitulo fina. de condictione appoſita. ſi enim valerẽt tales do
nationes impediretur educatio prolis ſeu filiorũ, quia potius
vacarent

vacarent circa tales donationes,quam circa prolis educatio-
nem,& iſta ratio videtur colligi ex tex.l.prima,& ii.ff.de don.
inter vi.& vxo.item etiam videtur impediri ipſum ſacramen
tum,quia per hoc ipſa matrimonia fiebant venalia,nã ſi non
fiebant tales donationes inducebatur diuortium,& iſtud etiã
colligitur ex d.l.j.& ii.ff. de dona. inter vi.& vxorẽ. cum tamẽ
80 matrimonium†debet eſſe perpetuum.l.prima.ff.de ri.nup,fa-
cit c.illud.ſ.de præſum.& ſic videtur eſſe prohibita talis dona-
tio,ex eo quia inducerentur coniuges ad prędicta, quæ ſunt
contra bona matrimonii,facit quod no. Bal. in l.cum multę.
§.j.C.de dona.ante nup.vbi videtur ſentire idem quod hic, de
quo etiam per Bal.in l.j.C.de ſacroſanct.eccl. Fede. autem de
Sen.ſuo conſilio ciiii.& cxl.tenuit primam partem.ſ.quod ta-
lis donatio firmetur iuramento.Butr.autem hic in pen. char.
ver.ex his deciditur de donatione facta inter coniuges, tenet
ꝙ iuramentum valet,& ꝙ contra illud non competat matri
monium,ſed non confirmetur donatio iuramento,& hoc in
telligit ſecundum ſuam opi..ſ.ꝙ iuramentum non firmet con
tractum,ſed ſolum claudat os iurantis,quæ opi. communiter
reprobatur,nam communiter tenetur, ꝙ iuramẽtum firmet
contractum,vt dixi in iii.not.& Ioann.de Imo.in multis locis
iſtius c.dicit iſtam eſſe communem opi.vnde dicendum eſt,ꝙ
iuramentum confirmet talem donationem, & iſtam qõ.late
examinat Ioan.de Imo.in xlv.char.in x.membro, & tandem
concludit, ꝙ talis donatio confirmatur iuramento, quia eſt
prohibita fauore priuatæ vtilitatis principaliter, nec obſtat l.
j.ff.de dona.inter vi.& vx.quæ videtur dicere, ꝙ talis donatio
eſt contra bonos mores,nam debet intelligi, quod eſt contra
bonos mores ciuiles,non autem contra bonos mores natura
les.Non obſtat etiam,ꝙ per talem donationem fiunt venalia
matrimonia,& datur cauſa diuortii,hęc enim ratio ſecundũ
Fede.de Se.vbi ſ.tollitur per ius canonicum, ſecundum quod
diuortium eſt prohibitum,vt in c.gaudemus.j.de diuor. Non
obſtat alia ratio,dum dicitur,ꝙ per talem donationem videt̃
ceſſare ſtudium educationis, ſeu alimentationis liberorũ, nã
reſpondet Fed.de Sen.ꝙ non ſemper hoc inducitur,nec dona
tio directe ad hoc tendit, tales autem occaſiones ſic remotæ
non debent attendi in iuramento quominus debeat ſeruari,
vt no.glo.in c.ſi vero.ſupra eo.facit,quod no.glo.& Ioan.An.
in c.ii.de pactis.in vi.& hęc opin. videtur mihi eſſe verior, &
quamuis ſint opin.iſta opi. eſt tenenda tanquam verior,& po
ſito, ꝙ non apparet, quæ opinio eſſet magis probabilis, illa
81 opi.†eſt tenenda,quæ fauet iuramento,vt dicit hic Io.de Imo.
in xxiii.char.in j.col. facit c.iuuenis. de ſpon.& quod no.gloſ.
in c.j.de ſcruti.facit quod no.gloſ.& Bar.in d.auth.ſacramenta
puberum,vbi dicit,ꝙ illa auth.eſt extendenda tanquam fauo
rabilis animę, quæ eſt præferenda cunctis rebus,fauet autem
animæ,ne quis incidat in periurium,idem ſentit hic Bal. in ii.
char.in iii.col.ver.ſed nunquid hæc decretalis,vbi dicit,ꝙ hęc
decre.continet æquitatem,quia nulla eſt maior æquitas, quã
ſalus animę, & quia per iuramentum redigitur iurans ad ius
naturale,& iſtud notabis,quia facit ad multa quæ infra dicen
tur,quia vbi ſunt opi.& res eſt dubia amplectenda eſt opinio,
quæ fauet iuramento propter periculum animæ.Infertur, &
82 quinta quęſtio,ſ.†an ſi dantur fideiuſſores pro dote conſeruã
da,vel reſtituenda talis datio firmetur iuramẽto,nam ceſſan-
te iuramento non valet datio fideiuſſoris,ſiue detur pro dote
conſeruanda,ſiue pro dote reſtituenda,de quo vide Bar.in l.ſi
conſtante.§.quotiens.ff.ſolu.ma.& Ioan. And.in Spe. de don.
inter vi.& vxo.§.ii.ver.illud quoque.de quo dixi in cap.per ve
ſtras.j.de dona.inter vi. & vxo. vnde dubitatur an talis dubi-
tatio firmetur iuramento,& Bar.in l.ſi quis pro eo, tenuit, ꝙ
non firmatur iuramento, idem tenuit hic Butri. in penulti.
charta, in ſecunda columna.verſiculo ex his patet, non per
rationes Bartol. ſed ex eo, quia ſurgit,ſeu ſurgere poteſt quę-
dam diffidentia inter coniuges qui ſibi inuicem committunt
perſonas,& ſic debẽt eſſe vnius cordis, & ideo dicam promiſ-
ſio,videtur quodammodo eſſe contra bonos mores,& ꝑ cõ-
ſequens non videtur validari iuramento, ſed Fe.de Sed.conſi-
lio ſuo cclxxxi.circa fi.tenet in prima col.quia tale iuramentũ
poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ nec eſt verum, ꝙ ſit
contra bonos mores ciuiles,nec eſt verum,ꝙ ex hoc detur di
recte occaſio perfidię, licet interdum caſualiter, hoc poſſet
contingere, talis autem caſualis occaſio non eſt attendenda
in iuramento,iuxta no. per glo.& Docto.in capitulo ſi vero.
83 ſupra eodem.Et ex prædictis poteſt inferri,quod vbi lex proce
dit prohibendo,licet non poſſit ei renunciari ſine iuramẽto,
vt dicit glo.in l.prima.C.ne fideiuſſo.do.dentur. & Barto.in l.
Modeſtinus.ff.de donatio. & in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.
tamen cum iuramento poteſt ei renunciari, & hoc tenet Io.
And.in Spec.de inſtrumen.edi.§. porro. circa finem.& ſequi-
tur hic Ioann.de Imo.quod intellige,niſi prohibitio eſſet pro
pter bonos mores naturales conſeruandos,vel propter ius pu
blicum,vt dixi ſupra in primo, & ſecundo caſu.iſtam opi.ſ.ꝙ
datio fideiuſſoris pro dote conſeruanda,vel reſtituẽda firme-
tur iuramento,tenet etiam hic D.Ab.in fi. Cõmen.ratio eſt,
quia iſta prohibitio procedit ex quadam æquitate poſitiua, q̃
eſt variabilis,nam ſicut adueniente paupertate mariti poteſt
mulier ſibi conſulere,vt in c.per veſtras.infra de dona. iter vi-
rum & vxorem.ita videtur,quod a principio poſſit mulier ſi-
bi conſulere,quia melius eſt ante tempus occurrere,quã poſt
vulneratam cauſam remedium quærere,vt in c.fi.C. in quib.
cau.reſt.in integ.non eſt neceſſe.vnde dicit,quod hodie poſſit
lex ſtatuere,quod tales fideiuſſores poſſint recipi,& ex hoc cõ
cludit,quod receptio talis fideiuſſotis firmetur iuramento, &
ſic concor.cum opi.Ioan.de Imo. & Fed.de Se.quę opi.etiam
mihi placet.Quintus caſus principaliter eſt,quando aliquid ꝓ
84 hibetur a iure †propter defectum ſolennitatis probatorię, &
hoc caſu Bar.in d. l.ſi quis pro eo. concludit, quod talis actus
non firmetur iuramento, quia talis ſolennitas cenſetur indu
cta fauore publicæ vtilitatis,cui renunciari nõ poteſt, vt in l.
ius publicum.ff.de pact.& in l.nemo poteſt.ff.de leg.primo.di
cit tamen eſſe aduertendum,ꝙ iuramentum interpoſitum ſu
per aliquo actu,idem importat,ac ſi diceretur,ſi actus nõ va-
let,vt agitur valeat,vt valere poteſt,vt eſt tex.no. in l. cum pa-
ter.§.filiis matrem.ff.de leg.ii.& per hoc dicit, ꝙ ſi fieret teſta-
mentum coram quinque teſtibus,& ſuper illo teſtamento in
terponitur iuramentum, puta quia teſtator iuraret illud eſſe
ſuum teſtamentum cum non intendit contrauenire, ꝙ tunc
licet non valeat vt teſtamentum,quia ibi non eſt ſolennis nu
merus teſtium cum in teſtamento requirantur vii.teſtes. l. ac
conſultiſſima.C.de teſt.valebit tamen,vt codicillus in quo ſuf
ficiunt v.teſtes,vt in l.fi.C.de codicil.& ſic erit perinde, ac ſi di
xiſſet,ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum,
facit quod no.Br.in l.fi.ff.de iure codicil.But.autem hic in vlt.
char.in prin.ſeu in fi.pen.char.ver.ſeptimus caſus eſt.ſequitur
opi.Bar.dicit tamen hoc eſſe verum,niſi vbi ſolennitas omni
no non fundatur ſuper publica vtilitate, quia tunc non im-
peditur obligatio iuramenti, vt patet in contractibus in qui-
bus datur ſolennitas in fauorem minorum,vel mulierum,itẽ
dicit, quod non procederet dictum Barto. quando læderetur
anima ſi diſpoſitum non impleretur, vt cõtingit in legatis ad
pias cauſas,vt in c.cum eſſes,& in c.relatum. de teſta. Domi
nus autem Abb.hic in penul.col.ad fin.dicit, quod per hæc di
cta non eſt ſufficienter reſponſum quæſito, vnde ipſe ponit
85 exemplum,clarius in ſolennitate probatoria. Pone †dicit ſta
tutum,quod nullum inſtrumentum probet ſufficienter, niſi
rogati fuerunt duo notarii, nunc producitur inſtrumentum
iuratum,in quo vnus tantum notarius fuit rogatus, nunquid
facit fidem.& dicit,quod in caſibus in quibus valet ſtatutum
inſtrumentum non facit fidem,quia ſicut non probat cõtra-
ctum,ita nec probatur iuramentum,argumen in l.fi. C.de nõ
numer. pecunia.dicit tamen, quod ſi aliter conſtaret de iura-
mento,puta per teſtes,quod tunc compellendus eſt iurans ſer
re iuramentum,item deficientibus probationibus tenetur in
foro animæ,quia ſtatutum non anullat obligationem, ſed ꝓ-
bationem tantum,ſatis eſt ergo, quod de facto aliter conſtet,
facit quod no.in c.ſicut.de proba. & ſubdit, ꝙ non eſt facien-
da diſtinctio,an ſtatutum prouideat ĩ fauorem publicum, an
in fauorem priuatum,quia idem iuris eſt in vtroque caſu, ex
quo non poteſt fieri ſufficienter probatio de iuramento, idẽ
videtur hic ſentire Bal.in iii.char.in iii.colu.in vi.concluſione.
dicit enim,ꝙ Bar.male dicit inquantum dicit, quod iuramen
tum non tenet vbi actus prohibetur ratione ſolennitatis pro
batoriæ,quia non prohibetur ius,ſed fides probationi non ad
hibetur.l.teſtium.C.de teſti.vnde ſicut deficit probatio contra
ctus,ita deficit probatio iuramenti, & ſic iuramentum eſt in
efficax ex deffectu probationis.ſed ſalua Bart. quia Bar. dicit,
ꝙ talis actus non firmatur propter iuramentum, non autem
dicit, ꝙ iuramentum non teneat,& poſito,ꝙ hoc diceret ad-
huc poſſet procedere dictum Bar.quia Bar.debet intelligi, ꝙ
iuramentum non tenet reſpectu effectus, ex quo non poteſt
probari,imo in caſu quem figurat Bar. iuramentum non te-
86 net,quia iuramentum†non poteſt facere teſtamentum vale-
re ſi in eo non interuenerint vii.teſtes.Ioan. autem de Im.hic
in xxxvii.char.in vi.membro.dicit,quod licet a iure, vel ſtatu
to ſit introducta ſolẽnitas probatoria vltra ſolẽnitatem iuris
diuini,quæ vult,quod in ore duorũ, vel trium ſtet omne ver-
bum,vt in c.in omni.ſupra de teſti. & de iure communi patet
in certis caſibus in quibus requiruntur plures, quam duo,vel
tres teſtes,de quibus in l.fi.& auth.ibi poſita.C.ſi cer.pet. vide t̃
ꝙ talis ſolennitas nõ habeat locum, quãdo interuenit iuſm,
ſaltẽ,ſi agat̃ de ꝓbatione ipſius iuſi, quia quo ad ipſum iuſm
ſufficit probatio iuris diuini, & ſic per duos,vel tres teſtes ido
87 neos poterit fieri probatio,quia lex † ciuilis nõ habet poteſta
tem ſuper iuſo, velut ſpũali,facit capi. tuam. de ordin.cogni.

&per hoc dicit,quod etiam in caſibus in quibus requiruntur
quatuor,vel quinque teſtes ex forma iuris communis,vel etiã
ſtatuto, licet non poſſit fieri probatio, niſi per numerum te-
ſtium,vbi non interuenit iuramentum, tamen vbi iuramen-
tum interuenit poterit probari ipſum iuramentum per duos
teſtes idoneos,maxime coram iudice eccleſiaſtico, corã quo
poteſt agi ad obſeruantiam iuramenti, vt in ca.cum C.laicus.
de foro comp.in vi.& dicit idem eadem ratione, quando per
legem vel ſtatutum requiritur ſcriptura ad probationem con
88 tractus,quia ſi interuenit iuramentum, licet non†poſſit con-
tractus probari,niſi per ſcripturam, ipſum tamen iuramentũ
per teſtes idoneos poterit probari, quia lex vel ſtatutum non
potuerint diſponere quo ad iuramentum,et dicit hęc tenẽda
menti,quia poſſunt de facto contingere, & ſaltem coram iu-
dice eccleſiaſtico poterit fieri probatio per duos vel tres teſtes
idoneos,tu dic,quod etiam talis probatio poterit fieri coram
iudice ſeculari,quia ſecularis aſtringitur in iuramentis ius ca-
nonicum in foro ſuo ſeculari,vt in c.licet mulieres. eodem ti.
in vi. Et dicit Io. de Imo.eſſe aduertendum,quia ſi iuramen
tum fuit explicitum,vt quia iuratum fuit tale, quid facere pla
ne procedunt, quæ ſupra dicta ſunt, vbi autem iuramentum
eſſet implicitum,vt quia factus eſſet contractus, & pars iuraſ-
ſet illum ſeruare,vel illi non contrauenire,tunc non poſſet ꝓ
bari iuramentum ad finem, vt ſortiatur effectum, niſi etiam
probetur contractus qui non poteſt propter ſtatutum proba
ri per duos teſtes, vnde tunc eſt magis dubium,dicit tamen,ꝙ
89 contractus†poterit probari eodem modo,quo iuramentum,
nam ex quo iuramentum poteſt per duos teſtes idoneos pro-
bari,nec talis probatio habeat effectum, niſi etiam probetur
contractus.debet in conſequentia eſſe permiſſa etiam proba
tio contractus,argumen.in l.j.ad fi. ff. de aucto.tutorum.& vt
euitetur periculum animę imminet, ſi non ſeruetur iuramen
tum.ſupra eodem.& ſi Chriſtus.& per hoc etiam facit ſecun-
90 dum eum,quia†ſtatutum laicorum circa deciſoria nõ poteſt
facere præiudicium,quando concernit rem,vel perſonam nõ
ſubiectam,vt voluit Io.Cald.in ſua q.quæ incipit,ſtatutum ci-
uitatis.vbi concludit,quod ſtatutum diſponens, quod ſolutio
debiti non poſſit probari per teſtes, non arctat clericum con-
trahentem cum laico,& ſic videtur condemnatio non aſtrin-
gere probationem fiendam de iuramento, quod eſt ſpiritua-
le,arg.eorum,quæ habentur in ca.tuam. de ord.cogn.& in c.
cum C.laicus.de foro compet.in vi.de hoc vltimo vide,quod
no.per ſcribentes in c.quod clericis.de foro compe.& in c.ec-
cleſia ſanctæ Mariæ.ſupra de conſti.Sed ego in hoc caſu dice-
rem,quod aut ſtatutum habuit iuſtam cauſam ſtatuendi,pu-
ta propter falſitates quę quotidie committebant, & tunc pro
cedit opi.D.Abb.quę etiam eſt de mente Barto.& Bal.hic.ſ.ꝙ
non poſſit probari iuramentum aliter,quam contractus. Aut
non habuit iuſtam cauſam ſtatuendi,& tunc nedum iuramẽ
tum,ſed etiam contractus poterit probari per duos teſtes,vn-
de illud quod dicit Ioan. de Imo. in iſto articulo multum de-
pendet ab his,quæ dixi in ca.ii.ſupra de proba.vbi examinaui
an talia ſtatuta valeant,& an alia probatio poſſit admitti,vn
de dic,vt ibi dixi,tene tamen menti verba Ioan.de Imo.& ibi
addas. Sextus caſus principalis eſt,quando actus reprobatur
ratione defectus ſolennitatis formalis, & hoc caſu cõcludit
91 Bar.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.quod iuramentum† non
poteeſt operari in ſupplendo ipſam formam, quia forma dat
eſſe rei,& illa deſtructa deſtruitur res.ff.ad l.Falci.l.ſi is qui qua
draginta.§.quędam. & ponit exemplum in ſtipulatione, quę
ex ſui forma requirit interrogationem præcedere, & reſpon-
ſionem ſequi.l.prima.ff.de ver. obli.& ideo ſi in promiſſione
non fuiſſet ſeruata forma, licet iuramentum interuenerit nõ
per hoc ſupplebitur forma ſtipulationis,ex quo non interue-
nit,optime facit c.pen.ſ.eo. & quod ibi no.Bar.& D.Ab.& ibi
dicam poſt eos,dicit tamẽ Bar. quod iuramentum habet vim
clauſulę,ſi nõ valet quod ago,vt ago valeat, vt valere poteſt,
per id quod habetur in l.cum pater.§.filius matrem. ff.de leg.
d.c.per tuas.ſ.de arbi.parum faciunt ad iſtum caſum . licet D.
Abb. allegauerit. Ego autem credo , ꝙ iudex habet arbitrari
inſpecta qualitate facti , & perſonarum contrahentium , an
contractus debeat præſumi geſtus , abſque dolo, vel fraude,
vel ſimulatione,an vero debeat præſumi contrarium,& ideo
conſulo aduocato illius qui contraxit cum minore, vel mu-
liere,quod articulet & probet contrahentem cum minore eſ
ſe perſonam legalem, quæ non conſueuit facere aliquos con
131 tractus illicitos vel reprobatos,nam†ex aliis contractibus re
cte geſtis debet præſumi etiam iſtum eſſe geſtum ſine fraude,
vt in l.non omnes.§ a Barbaris.ff.de re mili.& in c.niſi eſſent.
j.de præben.& in l.vel vniuerſorum.ff.de pigno.actio. & in l.
qui ſemiſſes.ff.de vſur. nec ſtatutum poteſt inducere præſum-
ptionem iuris,& de iure in materia iuramenti,quia non per-
tinet ad legem ciuilem,nec ad forum ſęcularem,vt dixit Hoſ.
& Ioan.And. in d.cap.quemadmodum.& Innocen.& Ioan.
And.in d.c.quia plerique.de immu. eccleſ.& per hoc puto ꝙ
vbi talia ſunt ſtatuta iudex habet inſpicere ex qualitate facti ,
& perſonarum an debeat pręſumere fraudem, vel non,& iſtã
opin.meo iudicio ſenſit Ray. de Forli. in d. l. omnes populi .
dum dixit, quod ſicut ſtatutum non poteſt directe ſtatuere
ſuper iuramento tanquam ſuper re ſpirituali . Ita nec indire-
cte præſumẽdo dolum, vel fraudem.cum ergo non pertineat
ad ſtatutum,ſiue ad forum laicorum diſponere ſuper iuramẽ
to,ſeu ſuper contractu iurato,non debet iudex ſtare præſum
ptioni ſtatuti,ſed debet inquirere an dolus,vel fraus,ſeu ſimu
latio in contractu interuenerit cum iſta etiam opin. videtur
reſidere etiam hic Ioan. de Imo. poſt multas inuolutiones.ſ.
quod ſtatutum non impediat obligationem iuramẽti. Semel
autem clariſſimus iuris vtriuſque Doctor dominus Angelus
de Caſtro.Et ego in ciuitate Veronenſi ex commiſſione quõ-
dam domini Epiſcopi Veronen.conſuluimus quod ſtatutum
illius ciuitatis in quo diſponitur,quod non valeat contractus
factus per minorem niſi pręſentibus duob. conſanguineis,&
totaliter etiam ſi minor iuraſſet obſeruare contractum , con
tractus nõ valeat ipſo iure,ſed pręſumatur doloſe in fraudẽ ,
& per metum celebratus , & iuramentum vitioſe extortum
non impediret obligationem iuramenti, nec confirmationẽ
contractus,veruntamen nobis nõ fuit facta fides de iuſta cau
ſa pręſumendi dolum, vel fraudem, valet ꝙ minores in loco
conſueuiſſent decipi, ſed aduerte ad vnum quod dicit D.Ab.
in hac materia non eſſe omittendum,quia in caſibus in qui-
132 bus dictum eſt iuramentum ligare non debet iudex † ſæcula
ris dicens contrarium de hoc cognoſcere , quia cum ex con-
flictu opinionum reddatur ſaltem probabile dubium de vali
ditate iuramenti non poteſt iudex ſęcularis de hoc cognoſce
re,ſed debet deferri ad iudicem eccleſiaſticum,vt in capi.tuã.
de ord.cog.& in c.ſi iudex laicus.de ſenten.excommunicat.in
vj.& in cap.nouit.de iudi.not.in cap.cum ſit generale.de foro
compet.& per Ioan.And.in c.cum C.laicus.eod.tit.in vj. dixi
in c.ex literis.j.eod.& tex.in capi.venerabilem. de electionib.
videtur aperte probare ꝙ ſolus Papa de hoc debeat cogno
ſcere ex quo oritur probabile dubium.Sed Spec.in tit.de lega.
§.nunc de epiſcoporum.ver.item Papa.dicit,ꝙ etiam inferior
a Papa poteſt iuramentum interpretari quando dubitatur de
eius validitate ad c.venerabilem.de electionib.reſpondet du-
pliciter,primo modo ꝙ illud procedit in negocio arduo , &
inter magnas perſonas.Secundo reſpondet,ꝙ illud ca. proce-
dit quando vult dare licentiam contraueniendi ſine commu
tatione,& hoc dictum Spec.ſequitur But.& D.Ab.ſ. eo quan
to,pro hoc quod no.Innocen.in capit. debitores.ſ.e.vbi dicit
epiſcopos poſſe diſpenſare in iuramẽtis, immo in exẽplis per
eum poſitis.ſentit etiam ꝙ epiſcopus poſſit interpretari iura-
mentum,& dicit D. Abb. ꝙ ſi poteſt epiſcopus diſpenſare in
iuramentis fortius interpretari . Sed ego credo , ꝙ epiſcopus
non poſſit interpretari quando eſt probabile dubium , an iu-
ramentum obliget efficaciter,vel non,non enim poteſt nega
ri quin hoc negocium ſit arduum. Decidere enim,& deter-
133 minare†dubia principis pertinet ad principem , vt in capi.in-
ter alia.de ſenten.excommunic.& in l.vlt.C.de ll. & in ca. per
venerabilem.qui fil.ſint legit. & hoc tenet hic Ioan. de Imo.
in xxxiiii.char.in ij.col.vbi dicit,quod vbicunque eſt probabi
le dubium an abſolutio debeat concedi,vel non, non poteſt
illam concedere inferior a Papa,nec poteſt hoc declarare,ſeu
interpretari inferior a Papã, & dicit ꝙ hoc fuit de mente glo.
& Innocen.in cap.venerabilem.de electionib.& dicit, ꝙ hoc
tenet expreſſe Raymundus in ſumma,in rubr.ſeu tit. ſeu vtrũ
poſſit diſpenſari in voto,quod dicit eſſe menti tenendum,vbi
autem probabiliter eſt certum abſolutionem debere dari, vt
contingit quando iuramentum eſt pręſtitum per dolum , vel
per metum.tunc poteſt epiſcopus abſoluere,vt no. Innoc. in
cap.debitores.ſ.eod.Et ex his ſum expeditus de tertio mẽbro.
Venio nunc ad quartum .ſ. an præſuppoſito, ꝙ iuramentum
134 valeat,& ſit obligatorium , †an poſſit minor petere abſolu-
tionem a iuramento.& Vinc.hic dixit quod ſic.dicit enim,ꝙ
mulier tenetur ſeruare iuramentum antequam abſoluatur ,
tamen poterit inſtare coram ſuperiore , vt abſoluatur , & ſic
limitat iſtam deci.Idem ſenſit Fed.de Sen.conſilio ſuo.274.di
cit enim ꝙ ſi quis contrahit contra diſpoſitionem legis , vel
ſtatuti eſt tranſgreſſor legis,vnde licet iuramentum ſit obliga
torium,tamen quia peccauit contrahendo contra legem te-
netur ad relaxationem iuramenti.Bu.autem & D.Ab.dicunt
ꝙ aut lęſio eſt modica,& tunc non poteſt peti abſolutio a iu
135 ramento,quia iura†non curant de modica lęſione,nec dant
ſpeciale remedium ad hoc.c Abbas.quod met.cauſa.& capi.
frequens.de reſti.ſpol.in vj.& in l.Seio.ff.de reſti. in integ.& in
c.primo.eod.ti.& in clem.prima.eod.titu.Aut lęſio fuit enor-
mis,& tunc ſi iuramentum fuit ſimpliciter præſtitum , de nõ
contraueniẽdo, tunc audietur allegando enormem lęſionẽ,
quia pſumitur dolus.l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in fraud.credit
& in

& in l.qui teſtamentum.ff.de proba.non enim præſumitur iu
rantem hunc caſum cogitaſſe.ar.eorum quæ not.in capit.ve-
niens.& in c.Quintauallis.ſ.eod. Item quia iura communiter
excipiunt a talibus iuramētis dolum ex propoſito,vel re ipſa
l.ſi quis cum aliter.ff.de verborum obligati. & dicunt, ꝙ non
turpitudo eſt ex parte recipientis iuramentum,& dicūt ꝙ hęc
videntur vera non ſolum ſi verba iuramenti ſint indefinita,
ſed etiam ſi ſint generalia, vt quia iurauit non contrauenire
nulla ratione,vel cauſa,debent ergo hæc verba intelligi ciuili
ter,& Ab.eis excipi graues lęſiones. Siue autem verba ſunt
magis ſpecifica, & lata. ita quod aperte videantur excludere
remedia,vt quia iurauit non cōtrauenire,etiam ratione enor
mis lęſionis,& tunc ſi verba concludunt ad vnum remediū,
dumtaxat non ad aliud, vt quia iurauit non contrauenire ra
tione minoris ætatis illud ſolum remedium videtur excluſū,
& non aliud,& tunc non poterit contrauenire tanquam mi-
136 nor † poterit tamen contrauenire tanquam maior ad hoc,
vide glo.& Doct.in c.penult.de emp.& vendi.& in l.ii.C.de re
ſcind.vend.ſed ſi concludunt ad omnia remedia,vt quia iura-
uit non contrauenire nulla ratione, vel cauſa, nec tanquam
minor,nec tanquam maior, tunc dicit Butr. ꝙ iuramentum
excludit maiorem, & contractus remanebit validus ex quo
altera ratione quā lęſionis non impugnatur. Idem tenet in
minore quo ad leuem læſionem,ſed quo ad enormem, dicit
contractum & iuramentum non valere efficaciter, quia po-
terit peti abſolutio a iuramento in cauſa enormis, & enor-
miſſimæ lęſionis quantumcunque dicat in iuramento, quod
non veniet contra contractum ratione enormis læſionis, li-
cet Bar.& alij in l.ij.C.de reſcind.vendit.dicat contrarium,&
dicit hoc procedere etiam ſi minor dixiſſet,ꝙ totum illud qđ
plus valet donare intendit contrahenti ſecum,vt multotiens
137 ponitur in contractibus,quia non eſt ſine† dolo qui contra-
hit nedum cum conſumptiuo ſed cū male conſumēte actua
liter.ff.pro empto.l.ſi quis cum ſciret. & in l.ſi non remunerā-
di.§.adoleſcens.ff.mandati.& in l.ij.ff.quar.rerum act.non de
tur.vnde cum fraus ſit ex parte recipientis iura canonica non
aſſiſtunt talibus iuris, & hoc dicit Butr. eſſe verum etiam ſi
minor iurauerit omnia & ſingula vera eſſe, & illud eſſe verū
pretium rei,quia conſtito de contrario talia poſſunt reuoca-
ri,vt in c.cum impoſitionibus.eo.titu.in vj.quia iuramentum
cenſetur ſic præſtitum ſub confidentia,ꝙ illud ſit verum pre-
tium,de quo eſt conuentum, vnde conſtito de contrario nō
eſt periurus,licet taliter iurauerit. ſ. eod. quemadmodum. &
22.q.2.beatus Paulus.cum §.ſequen.& ſic dicit in facto ſe con
ſuluiſſe in cauſa cuiuſdam puellæ quæ fuit inducta a quoddā
ſuo attinente,vt iuraret, & dicit quod hoc habet æquitatem,
quia talia verba apponuntur a notariis ex ſe ipſis,& aliquādo
ſub inuolucro verborum obripiuntur talia iura a minoribus
maxime fęminis,quæ non intelligunt quid agant, & dicit D.
Abb. ꝙ hæc ſunt ſatis exquiſita, & omni æquitate conſona.
dicit tamen ꝙ ſibi nō placet ex toto in eo quod diſtinguit in
ter maiorem & maiorem,& dicit quod etiam maior poterit
contrauenire quantumcunque verba fuerint latæ excepta da
ta læſione ſaltem enormiſſima,quia notarii hodie ſolent cō-
muniter apponere talia verba ad maiorem validitatem con-
tractus,contrahentes tamen putant illud verum pretium rei,
nec ſe in aliquo decipi.vnde ſicut poſſet contrauenire ſaltem
petendo abſolutionem vbi dolus interuenit ex propoſito, vt
hic,ita quando dolus interuenit re ipſa.arg.d.l.ſi quis cum ali
ter.ff.de verborum obligat.& hoc eſt verum ſecundum eum
niſi ex aliquibus circunſtantiis appareat contrahentem ve-
re voluiſſe illud in quo fuit læſus donare, & ſic dicit poſſe in-
telligi.l.ſi quis donationis cauſa.ff.de contrahen.empt. in du-
bio autem quantumcunque illa verba fuerint late concepta
dicit non debere pręſumi animum donandi, quia hęc verba
potius intelliguntur appoſita ex conſuetudine hotariorum
apponentium hęc verba,valet enim.ar.a communiter accidē
tibus,vt ſupra dictum eſt,& ad prędicta optime facit ſecundū
eum dictum Spec.in tit.de emp.& vendi. §. nunc videndum.
verſi.quid ſi vendens æquum vbi ponit.q. de illo qui vendidit
equum dolentem in ſpatula, non tamen oſtendentem dolo-
138 rem quando erat calefactus,vnde venditor †dixit,do tibi iſtū
equum pro ſtrabo, pro giboſo,& dolēte in ſpatula,& in totū
magagnato,& nolo teneri ex aliquo vitio,vel defectu qui in
eo ſit, & dicit Spec.nihilominus tenetur ex quo alias ſpecifici
ce non propalauit defectum.nam emptor fuit deceptus,quia
videns ꝙ falſitatem dixerat in aliis malis expreſſis credidit ēt
falſum dicere in malo ſpatularum,tunc latente,ſic in propo-
ſito ſecundum eum cum notarii, & contrahentes ſoleant ad
cautelam ponere verba valde lata excludentia omnia reme-
dia nō videtur iſte per illa verba generalia voluiſſe pati enor
miſſimam lęſionem,ſed potius fuiſſe paſſum illa verba appo
ni ad conſeruandam generalem notariorum conſuetudinē,
facit l.cum de indebito.ff.de proba.& c. cum veniſſent.de in-
ſtit. Tu autem dic, ꝙ dictum Spe.non facit ad propoſitum,
quia Specu. loquitur quando venditor commiſit dolum oc-
cultando vitium equi. nos autem quando non conſtat de do
lo,ſed ſolum de lęſione.hanc opin.But.& D. Ab. ſecutus etiā
fuit D.Pe.in regula ea quæ.in iii.q. in c.j.de conſti.in iij. oppo.
& q. xj. ver. item ſtatutum, & in diſputatione ſua quæ incipit
cum c. laicus. & conſuluit etiam idem in ciuitate Senarum,
& ibi format q. in puella quę receptis quingētis duc.a patruo
renunciauit hæreditati quatuor millium ducat. idem tenuit
Bald.in §.item ſacramenta.in ti.de pace iuramento firmanda
pro hac opin.etiam optime facit. l.doli. §.diuerſum.ff.de no-
ua.& l.fin.§.idem quæſiit.ff.de condi.inde.vbi ſoluens indebi-
tum,& promittens ſe controuerſiam non moturum,non mi
nus poteſt repetere ſolutum per conditionem indebiti. plus
dicit ibi Bar.quod etiam ſi renunciauit in inſtrumento condi
tioni indebiti nihilominus poteſt repetere per condictionem
139 indebiti,vel ſine cauſa.Contrariam ſententiam.ſ.ꝙ†non poſ
ſit petere abſolutionem a iuramento, ego teneo, & ipſam
probo. primo rationibus. ſecundo authoritatibus. tertio re-
ſpondebo ad argumenta facta in contrarium,habemus autē
quatuor iura de hac materia loquentia.ſ.authen. ſacramenta
puberum.C.ſi aduerſus vendi.iſtud c. & c.licet mulieres. eod.
ti.in vj.& c.ii.de pact.eod.lib. Aſſumo primum.ſ.authen.ſa
cramenta puberum.ibi cum dicitur, quod ſacramenta pube-
rum ſponte facta debent inuiolabiliter obſeruari; modo ſi
iuramentum debet ſeruari inuiolabiliter,ergo debet denega-
140 ri†abſolutio,vnde glo.& Bar.ibi dicunt ꝙ iuramentum ope-
ratur,quod contractus cēſeatur factus a maiore, & ꝙ perdit
beneficium reſtitutionis in integr. ſi ergo perdit beneficium
reſtitutionis in integrū,ergo nō poterit petere abſolutionem,
quia abſolutio conceditur ad finem, vt poſſit petere reſtitu-
tionem in integ. Si ergo non poteſt petere reſtitutionem
in integrum, ergo non debet concedi abſolutio a iuramento
cum ceſſet cauſa propter quam eſt concedenda.Et ex hoc ſe-
quitur ꝙ ſi minor vendit rem valentem centum pro lx. & iu
rat non contrauenire, ꝙ non poterit petere reſti. in integr. &
per conſequens etiam non poterit petere abſolutionem a iu
ramento,& hoc tenuit gl.in l.ii.C.de reſcind.vendi.& in c.pe-
nult.in glo.fi.ad fi.de emp.& vend.Iſtud autem c. dicit, ꝙ iſte
mulieres debent ſeruare iuramentum cum non vergat in dā
num alterius quā iurantis. & ſic iſte tex.non curat de damno
iurantis propter bonum animæ conſeruandum, hoc eſt, vt
ſeruetur contractus iuramento firmatus, quia aliter faciens
peccat,vnde gl.hic dicit,quod iſtud c.procedit,ſiue mulier ha-
141 bet aliunde vnde poſſit ſibi conſulere, ſiue non, quia ius†ca
nonicum magis curat de bono animæ, quæ de damno rerū
temporalium,vnde ſi poſſet peti abſolutio a iuramento, iſta
deci.ſeruiret nobis de vento,& nihil in effectu operaretur.Itē
iſte tex.facit differentiam an iuramentum ſit ſponte præſtitū,
an vero metus,vel dolus interuenerit,& tamen quando me-
tus,vel dolus interuenit requiritur abſolutio a iuramento, &
hoc dixi ſupra in notabilibus, vnde vt ſit differentia inter
vnum caſum, & reliquum facit iſte text. & iura ſ. allegata.
pro concordia neceſſarium eſt dicere, ꝙ quando non inter-
uenit dolus,nec metus,non poſſit peti abſolutio a iuramēto.
Venio ad tertium.ſ.ad c.licet.eod.tit.in vj.vbi dicitur, ꝙ iudi-
ces ſeculares debent compelli ad obſeruandum huiuſmodi
iuramenta in foro ſuo.ſi ergo iudex eccleſiaſticus debet com
pellere iudices ſeculares ad obſeruādum huiuſmodi iuramē-
142 ta ab eis non debet fieri abſolutio,nam tunc iuramenta†ſūt
relaxanda,vel ab eis eſt facienda abſolutio quando ſunt tur-
piter recepta reſpectu recipientis,vt patet in c.j.& in c.debito
res.& cap.verum.& in cap.ſi vero.& cap.ſicut.iii. ſ.eo.nam in
omnibus iſtis caſibus iura mandant iuramentum relaxari,
vel ab eo abſolui in quibus eſt illicitum ex parte recipientis,
vel alio reſpectu.ſed in caſu noſtro iura mandant iuramentū
obſeruari,ergo ab eo non eſt facienda abſolutio.Venio nunc
ad quartum.ſ.ad c.ii.de pact.in vj.vbi dicit, ꝙ ſi filia dum nu-
ptui tradebatur renunciat hęreditati paternæ, omnino ſerua-
ri debet iuramentum cum non vergat in diſpendium ſalutis
æternę,nec in præiudicium alterius quā iurantis.no. verbum
dum nuptui tradebatur, quia loquitur de minore xxv.annis,
& hoc dicit ibi Ioan.And.dum dicit,ꝙ loquitur de pubere,&
ſubdit ꝙ ille tex.ponit accidentiam facti, quia idem ſi renun-
ciaret cum iuramento, etiam ſi non traderetur nuptui,& ſic
ſentit Io.And.quod etiam ſi pater non dotaret filiam mino-
rem xxv.annis valeret renunciatio hæreditatis paternæ cum
iuramento,& idem dicit ibi Ioan.de Imo. & D. Do. nam di-
cunt,ꝙ etiam ſi pater non daret dotem filiæ nihilominus ha
beret locum diſpoſitio illius c.licet.de poe. ibi teneat contra-
rium,ſed verior eſt opinio Ioan.And. & Ioan. de Imol. & D.
Do.nam debemus ponderare rationem deciſionis illius text.

ſed ille tex.aſſignat rationem quare pactum iuramento firma tum omnino eſt ſeruandum .ſ. quia non vergit in diſpendiũ ſalutis æternæ, nec in præiudicium alterius quã iurantis, ſed iſta ratio habet locum ſiue aſſignetur dos mulieri renuncian ti cum iuramento,ſiue nulla aſſignetur dos, quia in vtroque caſu militat ratio expreſſa in tex.vnde aduertendum eſt,ꝙ il le tex.loquitur generaliter. Et per hoc infero ꝙ haberet locũ etiam ſi hæreditas cui renunciatur eſſet magna,& dos parua, nam debet intelligi indiſtincte , & generaliter ſicut generali ter & indiſtincte loquitur.cum etiam ratio illius tex.generali ter procedat. Item no.verbum omnino ſeruari debebat ibi poſitum,quia ſi omnino debet ſeruari iuramentum,ergo nõ debet concedi ab eo abſolutio , & hoc eſt de mente Archid. ibi in verbo,omnino. Et ex his concludo , ꝙ cum hæc iura cum tanta maturitate voluerint prouidere, vt iuramenta ſer uentur non eſt veriſimile,ꝙ voluerint ꝙ ab eis poſſit peti ab-

143 ſolutio,eſſet enim iuramẽtum† modici effectus ſi ab eo poſ ſet peti abſolutio.ar.l.ſic.ff.de ſolu. quod hoc facit,quod not. Archid.in d.c.ii.de pac.in vj.& Ioan.And.in c.licet.eod.titu.in vj.qui dicunt , ꝙ quandoque iuramentum præſtatur ſuper re turpi,& illicita , & hoc iuramentum non eſt obligatorium , vt in regula non eſt obligatorium. Quandoque iuramentum eſt renunciatio fauoris,vel iuris competentis iuranti, & tãgit rem familiarem, & priuatam ipſius iurantis, & tale iuramen tum eſt ſeruandum, & hanc opin .ſ. ꝙ non poſſit peti abſolu tio a iuramento ſenſit Bar. in d.l.ſi quis pro eo. dum facit dif ferentiam an contractus ſit prohibitus odio , vel fauore con trahentis dicens ꝙ in primo caſu iuramentum non firmat contractum,ſed ab eo poteſt peti abſolutio. In ſecundo au tem caſu , quando eſt prohibitus fauore priuato contrahẽtis dicit quod iuramentum firmat contractum, & per cõſequẽs ſentit ꝙ ab eo non poteſt peti abſolutio, hanc eandem opin. expreſſius firmat Ang.in d.l.ſi quis pro eo.vbi dicit,quod non eſt concedenda abſolutio a iuramento in authen. ſacramẽta puberum.& in caſu huius c.& ſimilium. Iſtam eandem opin. firmat Ioan.de Imo.& D.Do.in cap.ſecundo.de pact.in vj.di-

144 cit tamen ꝙ quando filius,vel † filia renunciat hæreditati pa ternæ requiritur , ꝙ ſciat valorem hæreditatis. ſecus ſi forte communiter putaretur hæreditatem multo minus valere , alias dicunt non eſſe tutum renunciantem cum iuramento conuenire per d.auth.ſacramenta puberum.& quia iuramen tum plus eſt de præiudicio animæ,quam corporis.xii.q.j. prę cipimus.& iſta videtur eſſe communis ſententia quam tenuit gl.in d.authen.ſacramenta puberum . & in l. ii. C. de reſcind. vend.& in cap.penult.in glo.fin.in fi.de emp. & vendi. quæ di cunt quod quando minor vendit, ꝙ aut iurat non contraue nire ratione minoris ætatis,vel ſimpliciter iurat non contra-

145 uenire,& tunc perdit beneficium reſtitutionis in integ.†quia iuramentum facit eum maiorem xxv.annis,ſed non tollit be neficium.l.ii.C.de reſcind. vend. poterit enim tãquam maior petere venditionem reſcindi ſi eſſet deceptus vltra dimidiam iuſti pretij , ſed ſi iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis,vel quacunque alia ratione , tunc perdit omne reme dium,& illas glo.communiter ſequuntur Doc.ſed Ioan. A. in d.c.penult de emp.& vendi.dicit illas glo. communiter te neri.requirit tamen,ꝙ minor certificetur de beneficio ſibi cõ petenti, alias enormiter lęſus poſſet petere beneficium reſti tutionis in integ.idem tenet ibi D.Car.idem But. dicens hanc eſſe communem opi.idem tenent Dy.& Cy.in præalle.l.ii. C. de reſcinden.vendic.idem Bal. ibi, in ix.q. Dicit tamen,quod aut minor contraxit preſente curatore, & tunc non requirit̃ certificatio. Aut contraxit eo abſente,& tunc requiritur certi ficatio,quaſi vellet dicere, ꝙ ſcientia curatoris qui eſt præſens contractui ſuppleat defectum certificationis.quæ diſtinctio cõ

146 muniter non tenetur,quia cum requiratur† certificatio ipſius minoris non ſufficit pręſentia ipſius curatoris,quia non prę ſumitur propter illam præſentiam minorem certificatum,fa c.l.j.& ij.C.ſi tutor vel cura.interu.Bar.vero in d.l.ij.ſequitur hanc communem opinionem,ſed dicit quod non requiritur certificatio.Idem dicit in l.ſciendum. ff.de verborum obliga tion.& in d.l.ſacramenta puberum.& in effectu dicit , ꝙ nec in minore, nec in muliere requiritur certificatio vbi interue nit iuramentum hanc eandem opin.ſecutus fuit Archid.ſ.ꝙ non requiratur certificatio in c.ij.de pac.in vj.& But.in capit. ſi diligenti.de foro competen. in viii.col. vbi dicit,quod iura mentum habet vim clauſulæ ſi non valet quod ago , vt ago, valeat vt valere poteſt.l.cum pater.§.filiis matrem. ff.de leg.ij. & quod iuramentum inducit renunciationem & excluſionẽ cuiuſcunque exceptionis etiam in genere cogitatæ, ita quod talis renunciatio excluit iurantem ab omni iure ſuo , opti me facit illud,quod no.Bar.in l.ſi de certa.& l l.ſub prætextu . C.de tranſact.& ibi etiam per Bal.& dixi in capit.primo. §. de tranſact.in illo articu. quid operetur renunciatio generalis

in tranſactione, & ſic But.fuit ſibi contrarius.Hanc opin.ſcili cet,ꝙ non requiratur certificatio credo eſſe veriorem , quia nec iſtud c.nec c.licet.eod.ti.in vj.nec c.ii. de pact. eod.lib.nec authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus vend.quę omnia dicunt iuramentum debere inuiolabiliter obſeruari nullã fa ciunt mentionem de certificatione, ſed ſolum requirunt , ꝙ ſponte ceſſante dolo, & violentia pręſtetur iuramentum , & profecto ſi certificatio requireretur hic iura expreſſiſſent. ar. de deci.ad audientiam.cũ ſimili.Io.tamen de Imo.hic.& in c. penult.de emp. & vend.dicit quod communis pratica obſer uat,ꝙ in contractibus minorum non fiat certificatio,in con tractibus vero , vel renunciationibus mulierum fit certifica-

147 tio,& quoniam † pratica ita obſeruat ab ea non eſt receden dum,quamuis de iure credam opin.Bar.eſſe veriorem. Hanc communem opinio.ſ. quod non poſſit peti abſolutio a iura mento,poſt multa ſequitur hic Ioan. de Imol. dicit tamen ꝙ ſunt aduertenda verba renunciationis, quia ſi renunciauit ra tione enormis lęſionis non extendetur iuramentum ad lęſio nem enormiorem,& ſi renunciat ratione lęſionis enormio-

148 ris non extenditur ad enormiſſimam.Sed ſi renũciauit† non contrauenire ratione enormioris, & enormiſſimę lęſionis, tunc erit excluſus ab oĩ remedio , nec poterit reſpectu alicu ius lęſionis petere abſolutionem a iuramento , & ita conclu dit hic in c.iij. col. idem dixit in ſimili.in c. Quintauallis.§.eo. vbi poſt cum ſignificationem horum verborum ex poſui.vn de iſtam opinio.tene communiorem,& veriorem a qua in iu dicando non eſt recedendum. Limitat tamen ipſam hic Ioã. de Imo.duobus modis.primo, quando per mendacia, vel fal

149 ſas ſuggeſtiones fuit minor,vel mulier† inducta ad renunciã dum,tunc enim poſſet petere abſolutionem a iuramento, & hoc tenuit Fede.de Sen.conſi.cxlix.& Ioan.de Imo. hic in vlt. col.& in cap.Quintauallis.in penult.car.in ii.col.ver. item nõ obſtat dictum Vincen.pro hoc facit gloſſ. no.in l.item ſi pre tio.ff.loca. quę dicit,ꝙ ſi emptor aſſerit rem minus valere ꝓ pter quod venditor eam vendidit minori pretio ꝙ̃ valeat,po teſt reſcindi talis venditio tanꝙ̃ dolus in contractu inciderit , & idem puto procedere quando minor ignoraſſet valorem rei , vnde ſi in inſtrumento dicitur quod minor ſit & pretiũ conuentum eſſe iuſtum,& poſtea apparet rem multo plus va lere poterit petere abſolutionem a iuramento, quia iuramẽ tum non extenditur vltra conſenſum,& hoc etiam ſentit Io. de Imo.& D.Do.in d.c.ii.de pact.in vj.dum requirunt renun ciantem ſcire valorem hęreditatis, tamen credo niſi appone rentur verba renunciationis, ita lata ꝙ hoc remedium exclu derent puta,ſi iurauerit non cõtrauenire etiam ratione enor mis lęſionis.Et no.quod ſuperius dixi ex quo ſumme praticã infringendi inſtrumenta in quib. continentur renũciationes iuratę,ſi enim aliqua mendacia, ſeu falſa ibi continentur prę ſumitur minorem eſſe deceptum dolo aduerſarij , & poterit petere abſolutionem a iuramento , & idem dicas in muliere iurante,& hoc bis practicaui. Secundo limitat Ioan.de Imo. hic in cxlvii.col.in pupillo doli capace,quia non habet plenũ animi iudicium facit,quod no.Innoc.in ca.ſcripturę.§.de vo. vbi dicit , ꝙ facilius eſt diſpenſatur in iuramentis prę ſtitis ab impuberibus propter qualitatem ętatis, vnde dicit ꝙ videtur poſſe petere abſolutionem a iuramento ſi eſt enormiter lę ſus,dicit tamen ꝙ non audet hoc firmare,quia non eſt ab ali quo tactum,& quod eſt multum ęquum.tu autem dic,ꝙ iſta limitatio poſſet iure defendi, quia auth. ſacramenta puberũ requirit pubertatem in iurante, ſed ſi tu tenes communem opi.ſ.ꝙ illa auth.habeat locum in pupillo doli capace, & ꝙ ꝑ iuramentum repręſentetur maior , & ꝙ perdat beneficium reſti.in integr. propter iuramentum tunc limitatio Ioan. de Imo.non eſſet vera, vnde licet ſit ęqua eius limitatio commu nis tamen opinio eſt in contrarium,& communiter tenetur, quod d.auth.ſacramenta puberum habeat locum in pupillo doli capace,quam firmat hic Ioan. And.& Doct. & in c.ij.de pact.in vj.& glo.& Bar.& Doc.in d.auth.ſacramenta puberũ, vt de tenendo communem opi. limitatio Ioan.de Imol. non eſt vera. Nunc reſpondeo ad contraria quæ mouerunt D. Pe.de Anchar. Butr.& D.Abb. ad tenendum , quod propter

150 enormem lęſionem poſſit peti abſolutio a iuramento, † & primo inquãtum dicũt,ꝙ vbi interuenit enormis lęſio pręſu mitur dolus,vt in l.omnes.§.Lucius.ff.quę in fraud.credi.& in l.quidam teſtamentum.ff.de proba. reſpõdetur ꝙ illa nõ pro bat.nam l.omnes.§.Lucius. loquitur quando debitor aliena uit maiorem partem bonorum ſuorum , & propter hoc ius prę ſumit,ꝙ ſit facta alienatio in fraudem creditorum.nam il la l.loquitur quãdo alienatio fit in prę iudicium tertij nõ cõ ſentientis , ſed minor & mulier quãdo alienat cõſentit, vnde nõ prę ſumitur dolus in cõtrahẽte , ſecus ex quo interuenit cõſẽſus ipſius minoris,vel mulieris, vnde pari ratione deberet

151 dici, ꝙ ſi debitor † alienaret omnia bona ſua , vel maiorem partem

partem ipſorum creditoribus conſentientib. non præſumere
tur talis alienatio facta in fraudem.facit.l.ſicut.§.ſi voluntate.
ff.quib.mo.p i. vel hipo.ſolui.ad l.quidam teſtamentum. ff.de
proba.reſpondetur ꝙ illa l.non facit ad propoſitum, quia lo·
quitur quando pater legando filio ſpurio confitetur ſe illa bo
na accepiſſe a matre , vel ab aliis cognatis ipſius ſpurii , quia
non ſtatur tali confeſſioni cum præſumatur facta in fraudẽ ,
vt per hanc viam legetur incapaci, vnde tenetur probare , ꝙ
contenta in illa confeſſione ſint vera . hoc modo loquitur.l.
quidam teſtamentum.nam vbi aliquid eſt prohibitum,& cer
152 to caſu promiſſum ille qui dicit † actum eſſe factum in caſu
permiſſo debet hoc probare, & ita allegat illam l. Io.And.in
Spec.in ti.de reb.eccl.non alien.in rub.vnde illa l.non facit ad
propoſitum , quia cum iuramento permiſſa eſt alienatio rei
minoris,vel mulieris,vt hic cum ſimili.& ꝙ propter enormẽ
leſionem præſumendus non ſit dolus probatur . in l. ad inui-
diam.& in l.dolus.C.de reſcind. vend.in quibus dicitur,quod
153 non præſumitur dolus † ex eo, ꝙ quis emerit rem magni va·
loris pro paruo pretio niſi alia interueniant,pro hoc facit.l.ii.
eo.tit.& c.cum dilecti.& c.penult.de emp.& vendit.in quibus
patet , ꝙ quando venditor eſt deceptus vltra dimidiam iuſti
precii agitur , vt vel emptor ſuppleat iuſtum precium, vel rẽ
reſtituat , ſed ſi dolus interueniſſet in contractu ageretur , vt
in totum contractus reſcinderetur non autẽ daretur electio
emptori,vt in l.eleganter.ff.de dolo.no. gl.in d.c.cum dilecti .
de empt. & vendi. ergo non eſt verum, ꝙ ex enormi læſione
154 pręſumi debeat†dolus . Non obſtat ſecundum argumẽtum.
ſ.ꝙ dolus ex propoſito, & dolus re ipſa ęquiparentur,quia il·
lud eſt verum vbi non interuenit renunciatio , quia ſicut do·
lum committens male petit, ita etiam vbi re ipſa aduerſarius
eſt deceptus , licet non peccauerit contrahendo ignorans eũ
decipi male,tamen petit poſtquam ſcit ipſum lęſum petẽdo
executionem contractus . Et hoc modo loquitur. l.ſi quis cũ
aliter.ff.de verborum obligat.Sed hoc procedit ſecundũ Bar.
niſi paſſus dolum re ipſa renunciauerit iuri ſuo etiam ſi eſſet
enormiter lęſus,quia tunc aduerſarius licite petit, & licite te-
net rem in qua aduerſarius lęſus eſt contrahendo,quia ius cõ
ſequitur ex renunciatione aduerſarii,& ſic ar.procedit vbi nõ
eſt facta renunciatio non aũt vbi eſt facta renunciatio,& idẽ
dicit hic Io.de Imo.nõ ob. tertium ar.d. l.fi.§.idẽ quæſiit. ff.de
cond.inde. quia loquitur in ſoluente indebitũ qui præſumitᷣ
ſoluere ignoranter,vt in l.cum de indebito. ff.de proba. vnde
daro ꝙ promittat ſe non moturum controuerſiam etiam ſi
renunciat conditioni indebiti nihilominus poteſt repetere ,
quia præſumitur talem renunciationem facere per errorem
credens illud debitum,quod re vera erat indebitum , vnde ta-
lis renũciatio ſibi nõ nocet . ſecus ſi diceret ſe ex certa ſciẽtia
ſciens ſe non teneri nihilominus ſoluit renunciando condi-
tioni indebiti , & omni remedio ſibi competenti, tunc enim
non poſſet repetere,vt dicit Pau.de Caſt.quem ibi vide , quia
latius examinat,ſed illę qui rem vendit , & iurat non contra-
uenire non credit ſe teneri ad hoc ex obligatione præceden-
te, ſicut credit ſoluens indebitum . Præterea ille §. loquitur .
quando iuramentum non interuenit, nam iuramentum ha-
bet clauſulam , vt valeat omni modo quo valere poteſt. l.cũ
pater.§.filiis matrem.ff.de leg.ii.in quo etiam iurans præſumi
debet deliberatus. cum iuramentũ non ſit præſtandum niſi
cum magna deliberatione,vt dicit Archi.in c.ii.de pact. in vj.
facit quod dixi poſt beatum Tho.s̃.eo. & ſi Chriſtus.dum tra-
ctaui de comitibus iuramenti,nec obſtat l.fi. C.de non num.
pec. quia illa loquitur quando iuramentum præſtatur ſuper
contractu cuius implementum pendet ex futuro, ſecus quan
do non pendet ex futuro implementum, quia tunc renuncia
tio generalis tollit omnes exceptiones etiam in genere cogi-
tatas,vt dicit But.in cap.ſi diligenti.de foro compe.in viii.col
& s̃.dixi in hoc articulo.dum tractaui an requiratur certific
tio de beneficio Velleiani,vel de beneficio reſtitutionis in i-
teg.hæc tamen intelligo niſi poſſet allegari defectus conſẽ-
ſus in iuramento per no.per Bar.in d.l.ſi quis pro eo.& dix.s̃.
in vj.caſu principali circa fi. ipſius , non obſtat quartum arg.
ſ.l.doli.§.diuerſum.ff.de noua .ſ. quod qua facilitate præſumi-
tur minor, vel mulier inductus, vel inducta ad contrahendũ
eadem facilitate præſumitur inductus , vel inducta ad iuran-
dum,quia iuramentum tollit defectum fragilitatis , quia ius
magis curat de præiudicio animę,quam de præiudicio corpo
ris,ſeu detrimento rerum,vt dicit hic gloſ. & etiam probatur
in tex.facit xii.q.j.pręcipimus.Item non eſt pręſumenda tanta
fragilitas in iurando,ſicut in contrahendo,quia quis non præ
ſumitur iurare,ſeu iuramentum pręſtare niſi pręcedente ma
gna deliberatione,vt dicit Archid. in d.ca.ij.de pac.in vj.Non
obſtat quintum ar. ſ. ꝙ minor , vel mulier enormiter lęditur
nedum contrahatur cum cõſumpturo.ſed etiam cum actua-
liter conſumante,iſtud enim non habet obſtare,quia minor,
vel mulier qui iurat non conſumit turpiter,licet velit ſibi cũ
iuramento facere præiudicium iura vero allegata per But.l.
l.ſi quis cum ſciret.ff.pro emptore. & l.ſi vero non remunerã-
di.§.ſi adoleſcens.ff.manda.& l.fi.ff.quarum rer.actio.non da.
loquuntur in illo qui contrahit cum turpiter conſumpturo.
ſ.in ludo , vel cum meretricibus quo caſu quia etiam ille qui
contrahit turpiter agit , quia pręſtat auxilium delinquenti iu-
ra noluerunt, quod tales contractus valerent ad hoc, vt tali-
bus non mutuetur,vel cum talibus non contrahatur,vnde il-
la iura non ſunt trahenda ad caſum diuerſum,alias ſequeretᷣ
155 abſurdum,quod ſi minor rem ſuam donaret †cum iuramen
to quod poſſet petere abſolutionem a iuramento , & dona-
tionem reſcindere quod non eſt verum , quia authen. ſacra-
menta, habet locum etiam in donatione,vt dicit ibi gloſſ. &
Bar.facit c.ii.de pact.in vj.non obſtat vltimum ar.ſ.conſuetu-
do notariorum , quia notarius debet quærere a minore , vel
muliere ante ſtipulationem contractus, an velit donare , vel
vendere , vel renunciare etiam ſi res plus valeret , & quando
recitat verba renunciationis in ſtipulatione inſtrumenti , dẽt
ita clare loqui,ꝙ minor vel mulier intelligat quid renunciet,
& qualiter ſe obliget ad non contraueniendum, & eſt præſu-
mendum ꝙ notarij ita faciunt cum iurent legaliter & fideli-
ter exercere ſuum officium,vt in c.ad audientiam.j̃.de pręſcr.
vnde boni notarij ſemper prius ſciſcitantur volũtatem,& in-
tentionem minorum,vel mulierum,& in ſtipulatione inſtru
menti loquuntur,ita clare ꝙ intellgunt quid renunciant , &
ſi aliter facerẽt notarij grauiter delinquerent , & tenerentur
ad reſtitutionem in foro conſcientæ, in dubio autem eſt prę
ſumendum ꝙ hoc fecerint,vt d.c.al audientiam . & in l.cum
pręcibus.C.de proba.Et per hęc ſublata ſunt principalia mo-
tiua dicentium abſolutionem a iuramento eſſe conceden-
156 dam. Sed vltimo iuxta prædicta quęro,† quid ſi minor qui
iurauit non contrauenire venditioni ratione minoris ętatis ,
vel etiam deceptionis vltra dimidium iuſti precij ; & ſic non
debebat a iuramento abſolui iuxt ſupradicta intentauit re-
medium.l.ii.C.de reſcind. vend.coram iudice ſęculari coram
quo non eſt exceptum de iuramento, & ſententia tranſiuit in
rem iudi.an poterit coram iudice eccleſiaſtico trahi & agi ad
obſeruantiam iuramenti.Lappus allegatione xxv.concludit,
ꝙ non quia ſententia non fuit lata contra ius conſtitutionis,
ſed contra ius litigatoris.de re iudi.c.j.& c.cum inter. & in l.ii.
C.quando prouo.non eſt nec.allegat etiam no. per Innoc. in
c.quoniam contra falſam.s̃.de proba.ad fi. pro hoc etiam al-
legat ꝙ ille qui non propoſuit exceptionem iuramenti,videtᷣ
illi renunciaſſe de re iud.inter monaſterium.& ſic videtur im
putandum illi,qui non oppoſuit de elec.ſi forte in vj.nec ob.
ſi dicatur ꝙ proceſſus factus fuit cum periuro,quia ex quo ſi-
bi non fuit oppoſita exceptio valet proceſſus ſicut proceſſus
factus cum excommunicato.de excep.pia.lib.vj.& dicit quod
authoritate ſententiæ poteſt contrauenire iuramento per id
quod no.Innocen.in ſimili.in c. mulieri.j̃.eod. Ioan.autem
de Imo.in xxxiii.charta.in prima col.dicit quod dictum Lap-
pi procedit in foro contentioſo . In foro autem conſcientiæ
dicit,quod ſententia iniuſta non habet proficere, quominus
debeat ſatisfacere aduerſario,quod iuſtum eſt ſaltem ſi ab eo
requiratur,vt voluit Innocen.in cap.quia plerique. de immu.
eccle.dicit etiam ꝙ ſi eſſet caſus in quo poſſet peti abſolutio
a iuramento cautela eſt illud petere,quia non videtur ſuffice
re ſententia lata per iudicem ſecularem, quia non poteſt ab-
ſoluere a iuramento. Ego autem dubito an dictum Lappi
procedat etiam in foro contentioſo , nam quãdo contractus
eſt iuratus iudex ſecularis non eſt iudex competens ad reſcin-
dendum contractum niſi fiat prius abſolutio a iuramento,&
ſic non ſolum clauditur via actori , vt non agat ad reſciſſio-
nem contractus niſi prius petita abſolutione a iuramẽto, ſed
etiam clauditur iudici poteſtas cognoſcendi antequam ſit fa-
157 cta abſolutio,†ſententia vero lata a iudice incompetenti nõ
valet,vt in c.at ſi clerici.de iudi.cum ſimili.vnde poteſt allega
re nullitatem etiam ſi ſententia nulla ſit confirmata per duas
alias ſententias,& ſic etiam ſi adſint tres ſententię cõformes,
vt in cle.j.de re iudi.immo etiam ſi dicatur, ꝙ de nullitate non
poſſit opponi contra ſententiam , nihilominus poteſt oppo
ni,quod ſit nulla , quia fuit lata a iudice incompetenti , quia
non conſtat illam eſſe ſententiam niſi conſtat eam latam a
iudice competenti.gloſſ.eſt ſingularis.in clemen.prima.in gl.
fi.de ſeq.poſſ.& fru.& illa gloſ.conſueuit allegari,ꝙ ſi ſtatutũ
dicit ꝙ nulla exceptio poſſit opponi contra inſtrumentum ,
nihilominus poteſt opponi,quod ille qui ſcripſit nõ erat no-
158 tarius,quia non dicitur †inſtrumentum niſi conſtet , ꝙ ille qui
ſcripſit fuerit notarius,de quo per Bar.in l.j. ff.quod vi aut clam.
nec obſtant no.per But.& D.Abb.in tuam. de ord.cogn.vbi
dicunt valere proceſſum factum coram iudice ſeculari ſuper
hęreditate, pendente quęſtione legitimitatis coram iudice
eccle-

eccleſiaſtico niſi iudex eccleſiaſticus inhibeat, vel niſi excipiatur & appelletur, quia in illo caſu non prohibetur iudex ſecularis procedere ratione defectus iurisdictionis, ſed ne ſequat̃ intricatio proceſſuum, vt dicit tex. in d.c. tuam. ſed in caſu noſtro iudex ſecularis non habet iurisdictionem ſuper reſciſſione contractus, niſi prius ſit facta abſolutio a iuramẽto, iudex enim ſecularis non eſt iudex competens ſuper contractu iurato niſi vt ſeruetur iuramentum, vt in cap. licet. eod. tit. in vj.

159 Item quando dubitatur, † an iuramentum liget, vel non ſecularis non eſt iudex competens, vt ſ. dixi. & no. Bart. in l. Titia. ff. ſolu. mat. & Doct. in cap. cum ſit. de foro competen. & per Ioan. And. & D. Do. in ca. cum C. laicus. de foro competen. in vj. ergo multo minus eſt iudex competens ad reſcindendum contractum iuratum, licet de iuramento non excipiatur. facit. c. ſi duobus. de appel. vbi probatur a contrario ſenſu, quod non valet ſententia in cauſa principali, licet iudex ignoret ſe incompetentem dato, quod teneat proceſſus cõtumaciꝫ punitiuus. Non obſtat quod pars videatur remittere iuramentũ non opponendo exceptionem iuramenti, quia hoc eſt verũ ficte, & non vere, poteſt enim eſſe, quod nõ oppoſuit ex ignorantia facti, vel iuris, vel quia forte non poterat tunc probare contractum fuiſſe iuratum, & pro hac opini. facit quod not. Ioan. And. & D. Do. in d. cap. cum C. laicus. de foro competẽ. in vj. vbi videntur ſentire quod laicus non ſit iudex competẽs quando contractus eſt iuratus niſi vt faciat iuramentum ſeruari ſecus putarem ſi iudex eccleſiaſticus contractum irritaſſet non facta de iuramento abſolutione, hoc enim caſu ceſſat ratio incompetentiæ iudicis, & hæc notabis. Dominus

160 autem Abb. hic mouet quæſtionem in xi. col. an † facta abſolutione a iuramento contractus remaneat reſciſſus, & refert diſputationem Ang. & in effectu concludit, quod aut contractus ſuſtinebatur ſolo iuramento, & tunc ſublato iuramento contractus remaneat nullus, quia ſublato iuramento tollit̃ vinculum quo contractus ſuſtinebatur. Tu pone exemplum in caſu huius capituli. & c. licet. eo. tit. in vj. & cap. ſecundo. de pact. eod. lib. & in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendi. Aut ſuſtinebatur alio vinculo, quam iuramenti, exemplum contractus fuit factus per metum, vel contrahens eſt lęſus vltra dimidiam iuſti precij quo caſu etiam ſine iuramento contractus mero iure valet, & tunc ſublato iuramẽto remanet contractus validus, ſed poteſt agi ad contractum reſcindendum ſi mętus interuenit, vt in cap. Abbas. quod met. cau. ſed ſi interuenit deceptio vltra dimidiam iuſti pretij aget̃ iuxta formam. l. ij. C. de reſcind. vend. & c. cum dilecti. & ca. cũ cauſa. ȷ̃. de emp. & vend. Et aduerte, quia D. Ab. hic melius dixit, q̃ in cap. primo. ſ. eod. vbi indiſtincte tenuit, quod ſublato iuramento contractus remanet validus, quia ſufficit quod per iuramentum contractus fuerit ſemel confirmatus, ſed eius opin. reprobaui in cap. debitores. ſ. eod. Sed D. Abb. tenet hic, quod ibi dixi, ideo adde ipſum ad ibi no. Et hæc ſufficiãt.

## *SVMMARIVM.*

1 *Fides etiam iurata non ſeruatur fidem frangenti.*
2 *Occupata per violentiam & bellum iniuſtum tenemur reſtituere.*
3 *Occupata iuſto bello non reſtituuntur.*
4 *Res non tantum reſtituitur, ſed etiam damnum paſſum propter bellum iniuſtum.*
5 *Papa habet iurisdictionem in laicos ratione pacis fractæ.*
6 *Iurisdictio propter negligentiam iudicis ſecularis deuoluitur ad eccleſiaſticum.*
7 *Pacem rumpendo directe quis venit contra charitatem.*
8 *Iuramentum turpiter receptum obligat parti recipienti ſaltem ſecundarie.*
9 *Terra ſubiecta alicui domino propter eius delicti, contumaciam poteſt ſubiici interdicto.*
10 *Puniri quando quis poſſit pro delicto alterius declaratur.*
11 *Iuramentum de redeundo ad vincula eſt obligatorium, licet bellum fuerit iniuſtum.*
12 *Iuramentum vel*
*Pactum non obligant niſi is cui ſit pactum, vel iuramentum conſentiat.*
13 *Donatio facta pauperibus non valet niſi aliquis præſens recipiat.*
14 *Neceſſitas, an impedire poſſit quo minus impleantur promiſſa.*
15 *Eccleſia an abſoluet a iuramento, licet is cui ſit factum nolit abſoluere.*
16 *Bellum iuſtum proprie Papa vel Imperator mouere poſſunt.*
17 *Bello ab Imperatore, vel Papa commiſſo quæ ſequantur.*
18 *Occupata in bello quando fiant occupantis.*
19 *Ius poſtliminii quando habet locum.*
20 *Res omnes reſtituuntur iure poſtliminii præter arma, quia turpiter intelliguntur amiſſa.*
21 *Papa an poſſit mouere bellum contra infideles.*
22 *Rex Franciæ, &*
*Rex Hiſpaniæ an poſſint indicere bellum.*
23 *Bona efficiuntur capientium.*
24 *Bellum improprie ſumptum non indicitur a principe.*
25 *Principes qui committunt bellum iniuſtum illicite agunt.*
26 *Conuocati ad bellum non teneatur niſi a proprio facto.*
27 *Occupans per bellum iniuſtum tenetur ad reſtitutionem.*
28 *Timor amittendi feudi non excuſat a bello iniuſte acto.*
29 *Guerra indici poteſt iuriſdictioni ſubiectis contumacibus.*
30 *Damna & expenſas pati debent illi contra quos eſt motum iuſtum bellum.*
31 *Prælati intereſſe poſſunt bello iuſto.*
32 *Bellum indicere non poteſt qui non habet iurisdictionem.*
33 *Clericus poteſt iniicere manus in laicos propter defenſionem rerum ſuarum.*
34 *Defendens ſe iuſte non tenetur reſtituere res captas.*
35 *Delicta paria mutua compenſatione tolluntur.*
36 *Capti inter chriſtianos non efficiuntur ſerui.*
37 *Venetiarum ciuitas quæ non recognoſcit ſuperiorem poteſt iuſtum mouere bellum.*
38 *Capta in bello ante victoriam fiunt capientium, ſecus poſt.*
39 *Bellum iniuſtum qui mouet tenetur in ſolidum pro omnibus damnis.*
40 *Recognoſcens ſuperiorem tantum contra ſubditos bellum mouet.*
41 *Vaſſallo exiſtente contumaci, an dominus poſſit mouere bellum.*
42 *Dominus feudi non eſt iudex competens contra vaſſallum.*
43 *Recognoſcens ſuperiorem non habet iurisdictionem indetinentem.*
44 *Inuaſus contra inuadente ſe defendere poteſt.*
45 *Laici manus in clericos iniicere poſſunt pro defenſione rerum ſuarum ſine periculo excommunicationis.*
46 *Clericus poteſt eſſe in prelio contra raptores, & pro defenſione ſua, & ſi eueniat homicidia fieri nunquid ſit irregularis.*
47 *Papa, an poſſit bellum mouere contra Imperatorem.*
48 *Imperator ex officio eſt aduocatus eccleſiæ.*
49 *Imperator eſt inferior Papa.*
50 *Papa eſt ſuperior Imperatori cum illum examinet.*
51 *Vaſſallus etiam Imperii poteſt ab eccleſia abſolui a iuramento.*
52 *Imperator quando poteſt contra Papam bellum indicere.*
53 *Rapiens propriam rem an patiatur actionem vi bonorum raptorum.*
54 *Detinens ex ſola detentione non cogitur rem reſtituere niſi is probet rem eſſe ſuam.*
55 *Delinquens & criminoſus cenſetur qui alium inuadit.*
56 *Exceptio culpæ non impedit perſequutionem actionis de dolo.*
57 *Crimina paria mutua compenſatione tolluntur.*
58 *Compenſatio fit criminum circa diuerſa commiſſorum.*
59 *Dolus cum culpa non poteſt compenſari*
60 *Compenſatio non poteſt fieri vbi agitur de pœna fiſco applicanda.*
61 *Paria ſunt rem alienam ſcienter detinere, vel per vim inuadere.*
62 *Bellum pro recuperatione rerum ſuarum poteſt etiam ex interuallo indicere.*
63 *Repreſaliæ ſunt permiſſæ quando non reperitur iuſtitia in ciuitate contra quam conceduntur repreſaliꝫ.*
64 *Compenſatio debet fieri ſi duo inuicem ſe ſpoliant.*
65 *Locupletari quis non debet cum aliena iactura.*
66 *Superioris copia quando deeſſe dicatur.*
67 *Furari, an liceat rem ſuam.*
68 *Res depoſita an furari poſſit per dominum.*
69 *Subtractio ex qua oritur ſcandalum, an fieri poſſit de re propria.*
70 *Rem ſuam an quis recuperare poſſit per mendacium.*
71 *Furari rem propriam, quando liceat.*
72 *Furari, an poſſit rem quam etiam probare poteſt quis ſuam.*
73 *Bellum cenſetur iniuſtum quando non poteſt probari iuſtum.*
74 *Verbum conſtiterit qualiter interpretandum.*
75 *Non facta non præſumuntur.*
76 *Bellum qui mouit imputationem omnem habet eorum quæ in illo conflictu commiſſa ſunt.*
77 *Bellum iniuſtum cenſetur in dubio, cum qui mouit recognoſcit ſuperiorem, ſecus ſi a ſupremo principe Papa, vel ab Imperatore.*
78 *Bellum, an cenſeatur iniuſtum ſi agatur de reſtitutione damnorum.*
79 *Occupata in bello facta ſunt ſua, nec quis tenetur reſtituere.*
80 *Bellum legitimum præſumitur a Papa vel Imperatore motum.*
81 *Bellum, vt ſit iuſtum quæ requirantur.*
82 *Sanguinem effundere non licet niſi neceſſitas ſit ineuitabilis.*
83 *Pugnandum eſt pro neceſſitate.*
84 *Bellum requirit authoritatem principis.*
85 *Bellum non ad vltionem ſed ad correctionem ſuſcipiendum.*
86 *Bellantes pugnant magis propter prędam quam propter iuſtitiam, & tamen non tenentur ad reſtitutionem eorum quæ cęperunt.*
87 *Pęna debet tenere ſuos authores*
88 *Princeps monitus de purganda ſua ciuitate de vitio hęreſis, ſi negligat purgare a catholicis eſt occupanda.*
89 *Signum recommendationis, ſolet eſſe ferre ſingulis annis paleam, vel quid ſimile.*
90 *Subditi recommendatorum non poſſunt capi pro repreſaliis conceſſis contra ciuitatem ſuperioris.*
91 *Repreſaliæ ſunt quoddam bellum.*

92 Debi-

92 *Del[illegible]tum per repreſalias conceditur creditori, ſed non ab eo qui debebat, vnde an peccet.*
93 *Ementes capta in bello an teneantur ad reſtitutionem.*
94 *Fur dicitur ſemper eſſe in mora.*
95 *Ignorantia craſſa, vel ſupina non excuſat a foro animæ.*
96 *Reſtitutio rerum eſt facienda Domino, quo non inuento debet fieri erogatio in pauperes.*
97 *Vocati ad bellum an licite pareant, ſi non conſtat illud eſſe iuſtum.*
98 *Mortem potius quis pati deberet, quam bellum iniuſtum mouere, vbi ponitur exemplum Hebræorum quorundam.*
99 *Stipendiarii mouentes bella propter prædam tenentur illam reſtituere.*
100 *Occupans per violentiam illicite tenet, nec poteſt præſcribere propter malam fidem.*
101 *Vocati ad bellum tenentur eſſe auxilio, & non inſtando in verbis.*
102 *Vaſſallus tenetur iuuare dominum qui alteri mouit guerram.*
103 *Timore exiſtente ſubitaneo & improuiſo vaſſalli tenentur Dominum defendere, ſ. apti ad pugnam.*
104 *Morientes in bello ſuſcepto pro veritate fidei, vel pro ſalute patriæ, & chriſtianorum, conſequuntur a Deo præmium cæleſte.*
105 *Inſidiis vti in bello, an ſit licitum.*
106 *Hoſtis non debet hoſtem fallere, quia adſunt iura bellorum.*
107 *Conſilia ſunt occultanda hoſtibus.*
108 *Iuſtitiam qui fouet debet repellere aduerſarium per malitias & cauillationes.*
109 *Simulationem fieri contingit, & loquendo, & tacendo.*
110 *Veritas occultari licite poteſt cauſa ſubſiſtente.*
111 *Bellum furtiuum nunquam eſt licitum.*
112 *Bannitum qui vult occidere non tenetur eum diffidare.*
113 *Diffidatio non excuſat niſi interuenerit ſententia, vel ſuperioris authoritas.*
114 *Vocati ad bellum an poſſint agere ad damna, & expenſas contra vocantem.*
115 *Vocati ad bellum debent etiã habere ſtipendium pro eo tempore quo ſtãt in carcere apud hoſtes.*
116 *Obligatio nulla contrahitur in re turpi.*
117 *Caſus fortuiti non ſunt imputandi.*
118 *Lata culpa dolo comparatur.*
119 *Commodans equum & arma eunti ad bellum, ſi ibi amittantur nõ aget ad ea recuperanda.*
120 *Mandans tenetur mandatarium conſeruare indemnem.*
121 *Locator debet eſſe contentus ſua mercede.*
122 *Mandatarius dicitur qui ſuſcipit gratis munus nam ſi aliquid recipit eſt locator, vel conductor.*
123 *Mandato facto de fabricando in inſula dum per mandatarium exequitur ſi cæmenta, & reliqua materia in mari amittatur, nunquid damnum ſpectet ad mandantem.*
124 *Caſus fortuiti ſunt infiniti.*
125 *Spoliatio latronum, vel rerum naufragium, non poteſt contingere domi.*
126 *Conductor vel commodatarius, ſi vtatur re ad ſuum vſum, ſi pereat ſine eius culpa non tenetur.*
127 *Socius tenetur ad damnum ſocii pro parte, ſi ſecum detulerit neceſſaria ad negocium non ſuperflua.*
128 *Mandatarius incurrens damnum caſu fortuito, an aliquo modo teneatur.*
129 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
130 *Parentela vel Affectio inducunt præſumptionem donationis.*
131 *Extranei ducti ad bellum ſine ſtipendio, poſſunt agere ad damna expenſaſq;.*
132 *Periculum caſus fortuiti non pertinet ad mandantem.*
133 *Mandans quando teneatur de caſu fortuito.*
134 *Suſcipiens officium voluntarie tunc caſus fortuitus ad ipſum pertinet.*
135 *Intellectus l. inter cauſas. §. non omnia. ff. mand.*
136 *Ambaſciator ſi captus, vel ſpoliatus in itinere, quis tenetur reficere dãna, dominus an ciuitas quæ eum miſit.*
137 *Damnum contingens ambaſciata procurata pertinet ad eum qui procurauit.*
138 *Neceſſaria amiſſa ſunt tantum reficienda ſi perierint.*
139 *Actione vi bonorum raptorum quando agi poſſit contra eos qui ſpoliauerunt.*
140 *Spoliati debent agere contra ſpoliantes, vel dominum illorum.*
141 *Agi quomodo poſſit contra ſpoliatores.*
142 *Pace ſequuta poſt bellum inter principes ſi inuicem ſibi remiſerint damna, nunquid talis remiſſio extendatur ad omnes vtriuſque partis.*
143 *Cauſæ quare Deus affligit populos bellis enumerantur.*
144 *Deus de poteſtate ordinata loquendo, non de abſoluta, non poſſet facere pacem in mundo propter diuerſitatem linguarum, & voluntatum.*
145 *Hoſtes nunquam victoriam reportarent de hoſtibus, niſi daret Deus poteſtatem vincendi.*
146 *Malum eſſe procedit a nobis.*

## C A P. XXIX.

1 SIcut.iij. Fides etiam iurata † ſeruanda non
eſt ei, qui fidem frangit.h.d.ſecun-
dum Ioan.And.vel ſecundum D.Abb.ſic mouẽs
bellum iniuſtum compellitur reſtituere ea quæ p
2 violentiam†occupauit, & eos abſoluere a quibus iuramenta
debita extorſit.hoc primo, & non aſtringitur quis ad implen
dum illud quod iurauit ſi ab alia parte id non impletur cuiꝰ
reſpectu præbuit iuramentum.hoc ſecundo & vltimo. Duę
ſunt partes.ſecunda ibi,iuramentum. Et aduerte pro decla-
ratione tex.quia Ioan.And. & Doct.dupliciter fuit præſtitum
iuramentum primum fuit præſtitum per ipſum.I. dicto.H.de
certa quantitate ſoluenda ſi contra ipſum non moueret bel
lum,& ipſe H. hoc non obſtante poſtea mouit bellum con-
tra dictum.I.& multa bona ipſius occupauit.& H. ipſum I.ca
ptum ad iurandum induxit vt bona ſic occupata non repete-
ret,& ſecundum alium intellectum relaxauit eum cum iura
mento de redeundo ad vincula, & de primo iuramento fit
mentio in fi,capituli.in ver.iuramentum, ſed in princip. cap.
loquitur de ſecundo iuramento.& hoc no.quia D.Abb.in fi-
guratione caſus videtur dicere contrarium.ſ.ꝙ in prin.capitu
li fiat mentio de primo iuramento,& in fi.de ſecundo.ſed nõ
eſt verum,quia immo.in fi. fit mentio de primo iuramento.
in princ.vero de ſecundo, & dubito quod verba D.Abb. ſint
corrupta vitio ſcriptorum.No.primo, quod mouens bellum
iniuſte tenetur reſtituere omnia occupata, quod procedit qñ
iniuſte mouit bellum,& hoc videtur ſeruire tex.ĩ ver.iniuſte.
3 Ex quo infertur a contrario ſenſu, ꝙ ſi iuſte†mouiſſet bellũ
non teneretur ad reſtitutionem eorum quæ occupauit, quia
per occupationem facit ea ſua xxiii.q.v. & j.diſt.ius gentium,
de quo ĩ.dicetur. Item dic, quod vbi bellum eſt iniuſtum
4 nedum tenetur reſtituere occupata.†Sed etiam damna,& in-
tereſſe,vt in c.olim.ĩ.de iniur. & in c.dilecti. de foro compet.
& in c.grauis.de reſti.ſpo. quia non remittitur peccatum niſi
reſtituatur ablatum,vt in regula peccatum.de reg.iur.in vj.ita
5 dicit Ioan. Andr. in vj. reſtitua.ſecundo not. † ꝙ Papa habet
iuriſdictionem in laicos ratione pacis fractæ,& poteſt directe
compellere inuaſorem ad reſtitutionem.Et dicit D.Abb.ꝙ ſi
bene ponderetur hæc litera non fuit proceſſum per viam de-
nunciationis,quia nulla præceſſit monitio,ſed via directa fuit
aditus Papa per viam querelę tam ſuper relaxatione iuramẽ
ti,quam ſuper reſtitutione inuaſorum, quod eſt ſingulariter
no.ſecũdum D. Ab. pro intellectu.c.nouit.de iud.ver.& licet.
Et dicit ꝙ duplex eſt ratio huius dicti prima quia hoc delictũ
non poterat eſſe non notorium in loco ratione cuius Papa
habet iuriſdictionem in laicos,vt no.in c.nouit.ſ.de iudi.De-
claro propter negligentiam iudicis ſecularis deuoluitur iuriſ
6 dictio†ad iudicem eccleſiaſticum, vt in c. ex tranſmiſſa. & in
c.licet.de foro competen.no.glo.xi.q.j.in ſumma.& in d.ca.li-
cet ex ſuſcepto.in gloſ.ij. ſed vbi crimen eſt notorium dicitur
conſtare de negligentia ex quo iudex ſecularis non cępit pro-
cedere contra tales,de hoc eſt tex.not.in ſimili.in c. i. in §.no-
7 toria.de cen.in vi.ſecunda ratio eſt, quia† rumpendo pacem
directe quis venit contra charitatem, vt d.verſ.& licet. & ſic
delictum committitur directe contra principale præceptum
Dei,vnde merito ipſius vicarius de hoc cognoſcit iuxta not.
in c.cum ſit generale. ſ. de foro competen. Secundo no. ꝙ
8 iuramentum turpiter†receptum obligat parti recipienti ſaltẽ
ſecundario.nam Papa hic mandat, ꝙ ille qui recepit iuramẽ-
tum compellatur illud relaxare, ſeu remittere, ſed hoc non
poſſet facere, niſi ei obligaretur ex iuramento, quia abſolu-
tio præſupponit vinculum.l.decem.ff.de verborum obliga.&
de deſpon.impub.ad diſſoluendum.dixi.in c.i.& ij.ſ.ei. Quar
9 to no.ꝙ pro delicto domini † perſeuerantis in contumacia
terra ſua poteſt ſubiici interdicto donec ſatisfaciat, cõcordat
ſ.eod.ex reſcripto.in fi.non eſt ergo illud quod habet in c. nõ
eſt.ĩ.de ſpon.ſpeciale in matrimonio,quia indiſtincte propter
delictum domini terra poteſt ſubiici interdicto, donec domi-
nus ſatisfaciat,vide glo.i.q.iiii.in ſumma.& xxiiii.q.iii.in ſum
10 ma quę generaliter tractant,†an & quando quis poſſit puniri
pro delicto alterius,& vide oĩo quod dixi poſt San.Tho.Inn.
& Bal.in c.ex reſcripto.ad fi.ſ.eo. vbi tetigi an conſtitutio hu-
mana poſſit imponere pœnam mutilationis, vel verborum,
vel aliam pœnam corporalem pro delicto alterius, Quin-
11 to no.intelligendo quod iſte præſtitit †iuramentum redeundi
ad vincula quod tale iuramentum eſt obligatorium etiam ſi
bellum ſit iniuſtum. ſed hoc intellige quando non timetur
aliquod periculũ, in perſona eius qui iurauit alias non tene-
retur redire, quia tunc iuramentum non poſſet ſeruari ſine
periculo ſalutis corporalis.xxii.q.ii.§.fi.& dixi ſ.eo. ſi vero. Et
de hoc vide gloſ.no.in clem.paſtoralis.in ver.per violenta. de
re iud.& quod no.Ioan.An.in addi.Spe.in rub.huius tit. Et ad
iſtum

iſtũ tex.rñdet hic D. Ab. ꝙ abſolõ ſit ad cautelã quo ad opin.
vulgariũ.ar.ſ. eo.tua.vel dicit,ꝙ hic nõ erat timor pſonæ,ſed
rerũ tm̃,& iſta vltima ſolõ ẽ melior. Sexto no.ĩ ver.iurm aũt
ibi,ſi de aſſenſu factũ eſt vtriuſq;,ſm Pe.& Io.An.ꝙ per iurm,
12 vel per pactum†nullus obligatur niſi conſentiet ille cui ſit pa
ctum,vel iuramentum,ſed But.dicit hoc eſſe verum niſi ratifi
cet poſtea,& hoc dicit eſſe verum quo ad abſolutionem par-
tis,ſed quo ad obligationem quę dirigitur in Deum ſatis obli
gatur in abſentia,ꝙ no.in c.debitores.& in c.cum contingat.
ſ.eo. D.autem Ab.diſtinguit dicens, ꝙ aut quis ſimpliciter
iurat in fauorem Dei intendens principaliter placere Deo,&
tunc non requiritur alterius conſenſus, quia Deus eſt vbique
præſens,vnde conſtito de iuramento compellitur ad obſeruã
tiam.ſ.eo.& ſi Chriſtus.ver.immo facit quod no.Inn.in ca.ex
parte.de cenſi.Aut iurauit intendẽs principaliter placere par-
ti,& tunc Deus recipit ad commodum partis, licet abſentis,
quia primaria obligatio dirigitur in Deum. ſ. eodem debito-
res.& c.& ſi Chriſtus.ver.immo præcepit verum ſi pars nõ cu
rat de implemento,nec etiam Deus,vt in c.ij. & quod ibi no.
j.de ſpon.& hoc reſpectu exigitur cõſenſus partis, ſed D.Ab.
dicit,ꝙ non credit iſtum fuiſſe ſenſum huius c.quia hic non
ponderatur conſenſus partis ad inferendum iſtum non eſſe
obligatum niſi pars pro qua eſt iuratum conſentiat,ſed pon-
deratur reſpectu tacitę conditionis.ſ.ſi ille obſeruauerit quod
promiſit, quaſi dicat ſi de aſſenſu vtriuſque partis pręſtitum
eſt iuramentum,& ille pro quo eſt iuratum negligit obſerua
re quod promiſit non tenetur iurans implere illud quod
iurauit. No.tamen.ſ.dicta ex quib.habes limitationẽ ad gl.
& Bar.ad l.illud.C.de ſacroſ.eccle.qui dicunt ꝙ non valet do
13 natio†facta pauperib.niſi ſit aliquis pręſens qui recipiat dona
tionem.nam illud procedit niſi interpoſitum ſit iuramentũ,
quia tunc valet donatio dato,ꝙ nemo recipiat,tamen etiam
ſi iuramentum non eſſet interpoſitum Io.An.in Spec. de in-
ſtru.edi.§.nunc vero aliqua.in viii.char.ver.ſed an pauper, di-
cit,ꝙ ſi eſt expreſſa cauſa puta victualium quę nunc eſt dono
pauperib.centum libr.tunc tenet obligatio,licet nullus ſit qui
recipiat pro pauberib.& vide quod no.Inn.& Doc.in c.ex par
te.j.de cenſi. Antequam veniam ad gl.quæro de duob.ſecũ
dum Doc.& primo nunquid ſi iſte.H.propter neceſſitatẽ, vel
14 aliud iuſtum † impedimentum detinetur quominus impleat
qđ promiſit,an procedat diſpoſitio huius literæ in fi.Hoſt.cũ
quo tranſit Io.An.dicit ꝙ non,allegat c.breui.& c. querelam.
ſ.eo.ſed But.& D.Ab.tenent contrarium dicentes,ꝙ illa iura
ſolum probant,ꝙ impedimentum excuſat iurantem a periu-
rio non autem probatur in eis,ꝙ alia pars teneatur ad obſer-
uantiam iuramenti ex quo reſpectiue iurauit.nam videtur iu
raſſe ſub conditione.ſ.ſi alter impleuerit quod iurauit, vt in
c.fi.de cond.appo.& D.Ab.allegat.l.ſi vno.§.item cum quidã.
ff.locati.vbi patet ꝙ caſu contingente in perſonam illius qui
locauit operas ſuas ſalarium ei non debetur.ad l.i.C.de re mi-
li.lib.xii.& ff.de ann.leg.§.Seio.facit quod no.Bar.in l.dic fun-
cto.ff.de offi.aſſeſ.& in l. ſi cum dotem.§.ſin autem in ſęuiſſi-
mo.ff.ſolu.mat. Secundo quæro, quid ſi nolent abſoluere
15 a iuramento iſte.H.cui iuratum eſt?†Hoſt.dicit ꝙ eccleſia ab-
ſoluet,vt in c.ſi vero.ſ.eo.dicit tamen, ꝙ compulſio prius dẽt
fieri & demum eo contumace in relatione iuri poteſt eccle-
ſia abſoluere.ſed tu dic,vt dixi in c.j.ſ.e.In gl.vlt.dic,ꝙ c.quod
Deo pari non obſtat,quia loquitur de fide data Deo, hic aũt
fuit data homini,& non Deo,& de hoc dixi plene.in ca.iii.ſ.
eo.Extra glo.reſtat examinare gl.Inn. circa materiam belli q̃
poſuit Innoc.hic,& in c.olim.j.de reſti.ſpol.& ibi Butr.plene
examinat,& ipſam ponit Hoſt.in ſum.de treu.& pa.§.quid ſit
bellum.& per Io.And.in c. per humani.de homi.lib.vj.& per
San.Tho.q.xl.per totam illam q.& q.66.ar.viij. & per D. Ab.
hic.Et vt clarius procedam materiam examinabo per x. qõ-
nes.Et primo videbimus quis poſſit bellum indicere.Secũdo,
an Papa poſſit bellum indicere contra Imperatorem,vel ecõ
uerſo. Tertio,an ſi tu tenes equum meum,& quia mihi re
petenti denegas aufero tibi violẽter,an tibi detur actio vi bo
norum raptorum cõtra me.Quarto,an præſumatur in dubio
bellum eſſe iuſtum,& quæ requirantur ad hoc, vt bellum ſit
iuſtum.Quinto,an vocati ad bellum licite pareant ſi non cõ-
ſtat illud eſſe iuſtum,vel iniuſtum.Sexto,an omnes vocati ad
bellum iuſtum teneantur eſſe auxilio. Septimo, an ſit licitũ
in bello iuſto vti inſidiis. Octauo, an vocati ad bellum agere
poſſint ad damna,& expenſas contra vocãtem.Nono,an vo-
cans poſſit agere pro damnis,& rebus occupatis in bello con
tra eos qui dederunt damnum,vel occupauerunt in bello.De
cimo, quæ ſit cauſa ꝙ Deus affligat ciuitates,& populos bel-
16 lis. Circa primum dic,ꝙ proprie Papa,†vel Imperatore,po
a teſt mouere iuſtum bellum,[a] vnde Papa etiam contra laicos
chriſtianos ex cauſa poteſt bellum indicere,facit c.pro huma
ni.de homi.lib.6.vbi ratione delicti Papa exponit bona laico
rum quibuſcunque. Item interdum Papa indicat ſeruitutem,
vt in c.ita quorundam.de iudi.& xv.q.vlt. cum milite,cum ſi-
17 mili & vbi bellum committitur a Papa,vel Imperatore con-
ſequuntur tria. primum eſt, ꝙ capti efficiuntur ſerui capien-
tium,& per hoc dixit glo.j.di.ius gentium.in ver.ſeruitutes, ꝙ
ſi captus in bello recedit a dño peccat ſi bellũ fuit iuſtum,ſed
b ſi bellum fuit iniuſtũ,põt fugere abſq;[b] peccato.Secundũ eſt,
18 ꝙ res occupatæ †in bello efficiunẽ occupãtiũ,dicit tñ gl. in c.
dicat 23.q.5.ꝙ capta debẽt aſſignari duci belli,vt ea diſtribuat
inter milites ſm merita eorũ.idẽ dicit S.Tho.q.66.ar.8.ĩ prin.
& idẽ dixit Bar.in l.ſi quis in bello.ff.de capti.q tñ p illũ tex.di-
cit,ꝙ hoc hẽt locũ qñ capiunẽ res mobiles,ſecus ĩ reb.immo
bilib.quia non efficiuntur capientiũ,ſed publicanẽ, qa debẽt
eſſe reipublicæ quæ bellum indixit,vt in l.ſi captiuus. §.j. ff.de
capti. Sed Io.de Platea Inſti.de re.diui.in §.itẽ ea.& in §. rur-
ſus.Inſt.de act.dixit,ꝙ aut loquimur de his quę capiunẽ ĩ bello
anteq̃ hoſtes ſint victi,& tunc efficiunẽ capientiũ,& hoc pro
batur in d.§.item ea.vbi dicit ꝙ ea quæ ex hoſtib.capimus ſta
tim iure gẽtium noſtra fiunt,adeo vt ẽt liberi homines capti
in ſeruitutẽ reducantur,ſi ergo ſtatim cũ ſunt capta nr̃a fiunt
nõ tenentur ea pręſentare duci belli,vt ea diuidat.Aut capiũ-
tur victis hoſtib.& tunc talia debent pręſtari,vt diſtribuanẽ in-
ter milites ſm merita perſonarũ,& hoc modo intellige text.
cum gl.in pręall.c.dicat.xxiii.q.v.& S.Tho.vbi ſ.& iſtud dictũ
Io.de Pla.reperi alleg. ab eius fratre carnali qui appellatus eſt
frater Franc.de Plat.ordinis Minorum in tract.ſuo.de reſtitu-
tione.in art.dum tractat de reſtitutione bellantiũ. Tertium
19 eſt,quia hẽt locum ius†poſtliminij,quia ſi facta pace reſtituũ
tur capti in bello recuperat priſtinã libertatem iure poſtlimi-
nij,vt in l.poſtliminii.& in l.hoſtes.& in l.ſi quis in bello.ff.de
20 cap.& dic,ꝙ ẽt recuperant res † captas iure poſtliminij exce-
ptis armis quæ non reſtituunẽ,qa turpiter intelliguntur amiſ-
ſa,vt in l.ii.ff.de cap.Ita dicit gl.j.diſt.ius gentium.in ver.poſtli-
minia.& per hoc dicit Io.de Pla.in §. ſi ab hoſtib.Inſt.quibus
mo.ius pa.po.ſol.ꝙ ſi beſtiæ noſtræ ablatæ p hoſtes reciperen
tur a noſtris ſtipendiariis debẽt reſtitui illis quorũ primo erãt.
l.ab hoſtib.la ii.ff.de capti.vnde equi,naues ornatę,currus, &
boues,& alia pp vſum belli parata, & alia capta debent reſti-
tui priorib. dñis poſtq̃ liberata ſunt a captiuitate. Fallit in ar-
mis recuperatis quæ nõ reſtituunt illis qui amiſerunt, quia vi
tuperoſe amittuntur,& iſtud dictũ recitat præall. frater in lo-
co præall.de reſtitutione bellantiũ.Et pędicti effectus ſequũ-
tur ẽt ex parte eorũ qui mouent bellum contra Romanum
Imperiũ,vnde ſiue Ro.Imperium moueat bellũ cõtra alios,
ſiue ab aliis moueanẽ contra Ro. Imperiũ habent locũ pdicti
21 effectus. An aũt Papa poſſit †mouere bellum contra infide-
les,vide p Inn.in c.quod ſuper his.j.de voto.& per Bar.in l.ho
ſtes.ff.de capti.& per S.Tho.66.ar.8. An aũt is q nõ recogno
ſcit ſuperiorẽ de facto,vt eſt Rex Franciæ,& Rex Hiſpanię,&
22 ſimiles poſſint†indicere bellũ Innocen.in d.c. olim. de reſtit.
ſpo.videtur dicere,ꝙ ſic & clarius hoc dicit Bar.in l. hoſtes. ff.
de capti.qui tñ dicit vnum no.verbum.ſ.ꝙ hodie ex conſuetu
dine inter chriſtianos non ſeruanẽ iura captiuitatis, neq; ius
poſtliminij,vnde capti non efficiunẽ ſerui. Quantũ aũt ad
23 †bona ẽt hodie ↄſeruanẽ ius captiuitatis, qa efficiunẽ occupan
tium ſm Bar.& huic.ſ.conſuetudini ſtandũ eſt ſm eũ. Et hoc
24 de bello pprie ſumpto Quoddã aũt eſt † bellum impropriẽ
ſumptũ,qđ non inducinẽ p principẽ,ſed p inferiores recogno
ſcentes ſuperiorẽ,& hoc caſu aut iſti nõ habent iuſtã cãm pu
gnandi,vt qa non pugnant ad ſuã,vel ſuorũ rerũ defenſionẽ,
& hoc bellum eſt iniuſtũ,& illi potius dicũtur latrunculi. l.ſi
quis ingenuum.§.in ciuilib.ff.de capti. nec bona efficiunẽ ca-
pientiũ,ſed tenenẽ ad reſtitutionẽ,vt hic,ſed Bal.ſup tex.ĩ ver.
occupata.dicit,ꝙ author guerrę tenenẽ p facto oĩum quorum
miniſterio vtinẽ,ipſi aũt q debent miniſteriũ nõ tenenẽ,niſi de
pprio facto.alleg.C.ad l.Iul.vnde vi.l.qñ multa facinora, &
hoc modo intellige S.Tho.q.66.ar.8.dũ dicit,ꝙ ſi illi q pdã re
cipiunt habẽt iniuſtũ bellũ rapinã cõmittunt;& ad reſtitutio
nẽ tenenẽ,nã dẽt intelligi ꝙ tenenẽ ad reſtitutionẽ eorũ q̃ ca-
piunt,non aũt de reſtitutione illorũ q̃ ſocij rapiunt, vñ in eo.
25 art.dicit,ꝙ ſi†principes cõmittunt bellũ iniuſtum contra ho
ſtes illicite agunt,& rapinã cõmittunt,& ad reſtitutionẽ tenẽ
tur,& vide S.Tho.q.62.ar.7.vbi dicit, ꝙ qs tenenẽ ad reſtitutio-
nẽ dãni qñ iubet dãnũ fieri,qa eſt principaliter mouẽs ad dã-
nũ faciendum.Idem dicit de conſentiente quando conſenſus
eſt talis ſine quo damnum fieri non poteſt, & ponit multos
caſus in quibus quis dicitur conſentire malo, & in quibus te-
netur

A D D I T I O N E S.

a ¶Quis poſsit bellum indicere,de hac materia belli,vide multa p Io.de Ana.in c.
excommunicamus.in §.catholici.in 2.col.& ſeq.de hæret.

b ¶Pro hoc gl.no.in cl.paſtoralis.de re iud.ĩ ver.p violẽtã q̃ dicit, ꝙ ſi qs relaxanẽ
ex carcerib.cũ iurõ de redeundo,ſi iniurioſa erat detẽtio non tenenẽ,alias tenenẽ.

netur ad reſtitutionem de quibus vide ibi per eum, vide etiã
eum q.71.ar.3. vnde ad propoſitum ille qui mouet bellum
iniuſtum tenetur ad reſtitutionem damnorum datorum per
26 eos quos conuocauit alios ad damnum faciendum † conuo-
cati vero al bellum non tenentur niſi a proprio facto, vnde
quilibet non tenetur niſi ad reſtitutionem eorum quæ cępit,
quia ipſe non fuit cauſa, ꝙ alij venirent ad bellum, ſed domi
nus qui eos conuocauit, & vide Hoſt.in ſum. de pęni. §. fina.
ver.ſed nunquid qui dicit hoc etiam verum niſi conſilio, vel
auxilio, vel adulatione, vel detractione induxerit tyrannum
ad prædam faciendam, vel ad bellum iniuſtum mouendum.
nam tunc tenentur in ſolidum ſi ſciunt, vel credunt, ꝙ tyran
nus propter hoc ſit inductus, alias non facturus, vel non tan-
tum facturus, quantum creditur fuiſſe inductus ex tali inſtiga
tione.ar.in c.ſicut dignum.el grande.de homi.& ĩ.de ſen.exc.
quante.ſed ſi ſciunt, vel credunt, ꝙ tyrannus propter hoc non
fuerit motus, nec propter talia plus vel minus fuerit, tunc nõ
tenentur niſi in quantum dederunt per ſe, vel per familiam
ſuam directe, vel occaſionaliter, vel inquantum ad eos perue
nerint, vel de eis expenderint.arg.de re iudic. cum. I.& A. &
ſ̃.de æta.& qual.tuam. de ſentent.excommunic. inter alia. &
de iniur.c.ſi. & hoc intellige quando vnus fuit conuocans ad
bellum, ſed ſi nullus erat dominus, nec vnus magis animauit
aliũ quã alij, ipſum ſed ſimul conuenerint de faciendo tali
inſultu, vel tali rapina committenda, tunc quilibet tenetur in
ſolidum etiam ſi vnus ſolus per ſe non potuiſſet hoc perfice-
re, hoc probatur aperte.in l.ita vulneratus.§.ſi ff.ad l.Aqui.&
in l.ſi plures.ff.arbo.fur.cęſa.& in l.vulgaris.ff.de fur.& in l.i.ff.
ſi quis teſtamento lib.eſſe ius fuerit. Ita dicit Hoſti.in præall.§.
ver.quid ſi neuter.raptor.do.erat. Refert tamen, ꝙ aliqui dicũt
ꝙ ſufficit ꝙ quilibet pro parte ſua ſatisfaciat, ſed ipſe dicit, ꝙ
primum non ſolum eſt tutius, ſed etiam verius intelligas aũt
ꝙ occupantes in bello iniuſto tenentur ad reſtitutionẽ qñ
27 †ſciunt eſſe iniuſtum. Secus ſi credant bellum eſſe iuſtum, de
quo vide Ho.in præal.§.ver.quod autẽ dictum eſt cum duob.
verſ.ſeq.vbi concludit, ꝙ ſi probabiliter credunt bellum eſſe
iuſtum in nullo tenẽtur, & idem dicit ſi probabiliter dubitãt,
vtrum ſit iuſtum, vel iniuſtum, quia propter bonum obedien
tiæ excuſantur xxiii.q.j.quid culpatur.& alle. Raymũ.in ſum.
dicit tamen, ꝙ hoc eſt verum ſi inquiſiuerunt quantum po-
tuerunt.& peritiores conſuluerunt, & ſemper dubij remanſe-
runt. Alioquin non reputarentur expertes ſcientiæ, ſed tan
quam affectatores ignorantes deberent puniri, vt in ca. cum
inhibitio.§.ſi quis vero.de cland. deſpon. nec excuſantur pro-
28 pter timorem† amittendi feudum, vel incurrendi aliud dam
num temporale.xxii.q.v.ita ne, & in c ſacris. ꝙ metus cauſa.
licet metus attenuet culpã quo ad pœnitentiam iniungendã
circa ieiunia & orationes, ſed dicit ꝙ authoritas iudicis excu
ſat quantum ad purgandum conſcientiam pugnantium etiã
ſi iudex errauerit, & dicit ꝙ prædicta habent locum in foro
pœnitentiali, ſecus in contentioſo in quo non tenentur ad
reſtitutionem niſi error ſententiantis aperte detegatur ſuo tẽ
pore, & remittit ſe ad rubricam de ſententia.§.quot ſunt eius
ſpecies.ver.ſed nunquid eſt hoc ſimpliciter verum.& ver.præ-
ceden. Et hanc rubricam ponit in ſumma.de re iudi.vult ergo
dicere Hoſtien.ꝙ authoritas iudicis non excuſat in foro pœ-
nitentiali. Sicut ſcientia pugnantium eſt lęſa, ſed in foro con-
tentioſo excuſat niſi aperte detegatur iniuſta. Et hæc tene mẽ
ti. Aut habet iuſtam cauſam, quia faciunt hoc pro defenſio
ne, vel pro proſecutione iuris ſui.xxiii.q.ii.c.j. & ii. Et hoc ca-
ſu, aut ille qui bellum indicit habet iuriſdictionem ſuper illũ
contra quem bellum mouet. Aut nullam, habet iuriſdictio
nem ſuper eo contra quem bellum mouet. In primo caſu .ſ.
29 quando habet iuriſdictionem ſuper illis† quibus guerram fa-
cit, dicit Innoc.ꝙ ſi tales ſunt contumaces, vel rebelles poteſt
ſtatuere & concedere, ꝙ liceat vnicuiq; res eorum inuadere
& capere, & ſuas facere, & etiam liberos homines in bellis ca
pere & detinere quouſque domino fuerint aſſignatæ. allegat
no.de ſent.exc.a nobis.& dicit ꝙ tales poſſunt dici potuis obſi
des quam captiui, dicit etiam Innocen.ꝙ ſine aliqua conſtitu
tione poteſt tales rebelles punire, ſi terram ſuam inuaſerint,
vel in ea damnum dederint, vt in auth. qua in prouincia. C.
vbi de crimine agi opor.& no.in cap.j.de rap. & hoc dictum
Innoc.ſequitur Bar.in l.hoſtes.in fi.ff.de capti.& per hoc dicit
ꝙ quando rector in Ducatu, vel in Marchia indicit bellum
alicui terræ, ꝙ illa quę capiuntur non efficiuntur capientium
niſi ſuper hoc præceſſerit conſtitutio, vel ſententia. Dic ta-
men, ꝙ illi contra quos eſt motum iuſtum bellum tenent̃ ad
30 refectionem damnorum† & expenſarum illis qui mouerunt
iuſtum bellum contra eos, facit.c.in noſtra.cum ibi no.& c.fi.
ĩ.de iniu. Et prædicta procedunt in prælatis quibuſcunq; ha-
bentib.temporalem iuriſdictionem, vt dicit Inn. in d.c.olim.
de reſt.ſpo.facit c.dilecto.cum ibi no.de ſen.exc.in vj. Poſſunt
31 etiam prælati† intereſſe bello iuſto, ſed non pugnare manib.
propriis, ſed clamare poſſunt pugnate, & capite, ſed caueant
ne dicant occidite, vt no.in c.ſignificaſti.ij.de homi.& in c.ex
literis.de exceſ.pręl.de quo vide bo.gl.in ca.ſciſcitaris.vii.q.j.&
quod no.in c.ex multa.de vo.& 23.q.8.hortatur.& c.igitur.&
dixi in c.ego.N.ſ̃.eo.ſuper gl.in ver.ſaluo ordine meo.& idem
dicit San.Tho.q.xl.ar.ii.vbi dicit ꝙ prælati & clerici ex autho
ritate ſuperioris, poſſunt intereſſe bellis non quidem, vt ipſi
propria manu pugnent, ſed vt iuſte pugnantibus ſpiritualiter
ſubueniant ſuis exhortationibus, & abſolutionibus, & aliis
huiuſmodi ſpiritualibus ſubuentionibus, ſed quod aliqui pro
priis manibus pugnent abuſionis eſt ſecundum eum de quo
dixi in d.c.ego.N. Et hoc de primo caſu.ſ.quando indicẽs bel-
lum habet iuriſdictionem ſuper illum cui bellum indicit.
In ſecundo vero caſu quando nullam habet iuriſdictionem
32 ſuper eum, & tunc non poteſt† ei bellum indicere, licet poſſit
contra ipſum ſe, vel res ſuas defendere, & etiam percutere &
occidere, licet cum moderamine inculpatæ tutelæ.de quo in
c.olim.j.de reſti.ſpo.dicit tamen ꝙ non licet aduerſarium ca-
pere, nec bona eius animo faciendi ea ſua, nec inuaſorem
detinere, ſed ſi inuaſor ſpolietur, vel verberetur in ipſa inua-
ſione, & deinde agat actione vi bonorum raptorum, vel
actione iniuriarũ debet ei denegari actio, quia obſtat ei exce-
ptio paris criminis, vt in c.intelleximus.& in c.fi.ĩ.de adult. Et
ſubdit. D. Ab.ꝙ laicis non habentibus iuriſdictionem, licet ſe
& bona ſua defendere etiam iniiciendo manus ſuas in cleri-
cos cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ.de quo in d.c.
33 olim.& eodem modo licet† clericis iniicere manus ſuas in lai
cos pro defenſione rerum ſuarum, non debent tamen proce-
dere ad occiſionem, vel ad alia ſeria, vt in c.ſuſcepimus.ĩ.de
homi.& ibi no.in d.c.olim. & in iſto ſecundo caſu plene hẽs
primo, ꝙ ſi recognoſcens ſuperiorem eſt in bello contra non
ſubditum ſe, vel res ſuas defendendo quo caſu bellum eſt iu-
ſtum, nec bona efficiuntur occupantium, nec perſonæ captæ
capientium ſerui efficiuntur. Dic ergo tamen, ꝙ ex quo iuſte
34 ſe defendit, †ꝙ non tenetur reſtituere res captas, nec dimitte-
re captiuos priuſquam reficiantur ei damna, & expenſę, vt in
c.in noſtra.& in c.fi.de iniur.ſecundo dicit Inn.ꝙ põt quis mo
uere bellum contra illum in quem non habet iuriſdictionẽ,
ſed ſi ſpoliat, vel verberat ipſum in inuaſione qñ ab eo inua-
ditur non tenetur actione iniuriarum, vel actione vi bonorũ
35 raptorum, quia paria† delicta mutua compẽſatione tollunt̃.
dicit tamen, ꝙ inuaſor ſpoliatus in inuaſione poteſt res quib.
eſt ſpoliatus vendicare intelligas reſarcito damno aduerſario
ſi quod damnũ incurrit ex ipſa inuaſione, vt ſ̃.dixi. & de hoc
dicam.ĩ.in iij.q. Et ex oı̃b.ſ̃.dictis facias viij.concluſiones. Pri-
36 ma eſt, ſi nõ recognoſcens ſuperiorem† mouet bellum iuſtũ,
licet de conſuetudine quę ſeruatur inter chriſtianos capti nõ
efficiantur ſerui, tamen bona ſunt occupantium ad eo, ꝙ ẽt
facta pace non debent reſtitui ex quo ſunt facta occupantiũ,
ẽt ſi ille ꝯ quem eſt motum bellum vellet reficere omnia dã
na, & ſoluere totum intereſſe & hoc tenet Arch.xxiii.q.ii.c.ii.
37 & ideo ſi ciuitas† Venetiarum, vel ciuitas Florentię, quæ non
recognoſcunt ſuperiorem mouerent iuſtum bellum contra
aliquẽ facta pace non tenerentur ea reſtituere ſiue bona eſſet
immobilia, vt caſtra & ciuitates, ſiue eſſent bona mobilia. Se
38 cũda ɔcluſio, capta in bello † ante victoriam ſunt capientiũ,
ſed capta poſt victoriam debent aſſignari duci belli, vt ea diui
dat ſm merita perſonarum, ſi tamen recuperarentur per ad-
uerſarios illa quæ fuerunt occupata in bello, debent reſtitui
prioribus dominis niſi eſſent arma, qa illa turpiter amittunt̃.
Tertia concluſio, immobilia occupata in bello debent confi
ſcari in fiſcum rei, puta qui mouit bellum. Quarta conclu
39 ſio, mouens iniuſtum† bellum tenetur inſolidum non de oı̃b.
dãnis datis per eos quos conuocauit, vocati vero ad bellum
non tenent̃ inſolidum. Sed ſolũ pro damnis per ſe datis, & ꝑ
familiã quam duxerũt ſecum, & pro reb.occupatis, vel acce-
ptis in bello, & hoc ſi ſciebant bellum iniuſtum. ſecus ſi credi
diſſent illud iuſtum, vel probabiliter dubitaſſent, & conſuluiſ
ſent peritiores, & tñ dubii remanſiſſent, qa tunc non tenẽtur
ad reſtitutionem, & hoc credo eſſe verum in his qui ſunt ſub
diti, vel alias obligati conuocãti eos ad bellum, quia alias nõ
deberent accedere ad bellum, niſi eis ɔſtaret bellum eẽ iuſtũ,
vt ĩ.dicam in duob.ẽt caſib. ſcientes bellum eſſe iniuſtum te-
nent̃ inſolidum. Primus eſt, qñ ſuggeſtione ipſorũ tyrannus
fuit inductus ad bellum mouẽdũ, vel ad maius dãnũ inferen
dũ. Secundus caſus eſt, qñ inferunt bellum, vel dãnum ſimul
conuenientes aliquo dño, vel tyrãno eos non ɔuocãte. Quin
40 ta ɔcluſio† ſi recognoſcẽs ſuperiorẽ habẽs iuriſdõnẽ bellũ in-
dicit ꝯ ſubditos ſibi rebelles, licet poſſit eos punire rõne deli-
cti, nõ tamen bona efficiunt̃ capientiũ niſi p̃ceſſerit ɔſtitutio
vel ſnĩa. Sed in ɔ̃rium facit illud, qđ dicit Hoſt.ĩ ſum.de treu.&
pa.§.qd ſi iuſtũ bellum, ad fi.§.ver.quid ergo de comitibus no
ſtris,

41 ſtris,vbi dicit, ꝙ ſi vaſſallus eſt contumax domino† feudi, ꝙ non liceat ei mouere bellum, & ꝙ dominus tenetur ad reſtitutionem ſi mouet ei bellum,quia non debet procedere contra eum niſi ſeruato ordine iuris,& dicit ꝙ ſi dominus immediate ſubeſt principi conſulendum eſſe ꝙ velit tutiorem partem ſibi eligere quo ad animam .ſ. ꝙ non dicat ſibi ius, ſed vel authoritate principis aſſumat gladium, vel ad diœceſanum vaſſalli recurrat ad cuius monitionem ſi obedire noluerit excommunicabitur ratione peccati,vt in c. nouit. de iudi. & ſi ſteterit per annum in excommunicatione, ex tunc diœceſanus ipſum,& res eius exponet,arg.in c.rurſus. & in cap. ſi quis.xi.q.iii.& in c.excommunicamus.§.j.de heret.Sed in hoc aduerte,quia aut eſt quæſtio inter dominum & vaſſallum ſuper feudo,vt quia dominus dicit vaſſallum contumacem,vel
42 priuatum feudo,& in hoc caſu†dominus non eſt iudex competens,ſed debent eligi pares curiæ,vel recurri ad ordinarium qui iſtam litem decidat,iuxta no.per Innocen.& Doct. in ca. cæterum.de feudi.vnde dominus feudi nõ poteſt bellum mouere contra vaſſallum contumacem abſq; authoritate principis,& ideo ſi mouet bellum eſt iniuſtum. & tenetur ad reſtitutionem omnium damnorum,hoc modo procedit dictum Hoſt.Sed dictum Innoc. quem communiter ſequuntur Doc. procedit in ſubdito rebelli iuriſdictioni iudicis, ſeu ſuperioris,tunc enim licet ſuperiori mouere bellum ſubdito ex quo ſubtrahit ſe ab eius iuriſdictione, & hoc modo intellige Inn. Et hæc etiam procedunt in prælatis quibuſcunque habentib. temporalem iuriſdictionem, quia poſſunt indicere bellum, & intereſſe bello,ſed non pugnare propriis manibus, & poſſunt clamare pugnate,& capite. ſed caueant dicere occidite.
43 Sexta concluſio,ſi recognoſcens † ſuperiorem non habet iuriſdictionem in detinentem, vel occupantem, non poteſt ei bellum indicere,alias deberet puniri, & teneretur ad reſtitutionem omnium damnorum , & hoc procedit etiam ſi talis ſit vaſſallus illius qui intendit mouere bellum, vt dixi in præ
44 cedenti concluſioni. Septima concluſio, licitum † eſt inuadentem contra inuadentem ſe defendere etiam percutiendo & occidendo cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, vt no.in cap.olim.de reſtitu. ſpol.& ſi inuaſor in ipſa inuaſione ſpolietur,vel verberetur non poteſt agere vi bonorum raptorum,nec actione iniuriarum,ſed res quibus fuit ſpoliatus poteſt vendicare,quia non ſunt factæ capiẽtis.ſed ego hoc intelligo ſatisfacto prius aduerſario de damno ſi quid ei intulit in ipſa inuaſione. Octaua concluſio, licet laicis pro defenſio-
45 ne rerum ſuarum inicere † manum in clericos abſque metu excommunicationis dummodo faciant cum moderamine inculpatæ tutelæ,vt no.in d.c.olim.& idẽ econuerſo dicendũ eſt de clericis quod liceat eis inicere manum in laicos pro defenſione rerum ſuarum, dummodo non procedant ad occiſionem , vel mutilationem, vel ad ſeria, quia potius debent res ſuas amittere,quam ad talia procedere,vt in capi. ſuſcepi-
46 mus. de homic. Quid autem ſi aliquis clericus ſit †in prelio ad defenſionem ſuam, vel aliorum inſequendo raptores, & prædones in quo hincinde multa homicidia perpetrantur: nunquid eſt irregularis?Innocen. in d.ca.olim. dicit ꝙ licet ibi pugnet,aut lapides iaciat,vel percutiat dummodo neminem occidat,vel nullus de ſuis ictibus mortuus ſit non eſt irregularis,ſed ſi de hoc eſt dubium ſuæ conſcientiæ eſt relinquendus, vt in c.penul.& fi.ꝭ.de cler.percuſſo.& in c.petitio.ꝭ.de homi. vnde dic, ꝙ ſi dubitaret ex ſuis ictibus aliquem eſſe mortuũ, in hoc dubio conſultius eſt,vt reputet ſe irregularem,vt probatur in d.c.petitio. & in c.ad audientiam. eo.ti. vbi dixi poſt D.Ab.vide etiam quæ dixi in d.c. petitio.& has concluſiones no.aliquid etiam. ꝭ.dicam in 4. q. ſ. an præſumatur in dubio bellum iuſtum,& quæ requiruntur ad bellum iuſtum , & ibi etiam dicam quid de ementib. res captas in bello,vel in præda an teneãtur ad earum reſtitutionem,& per hoc ſum expeditus de primo. Venio nunc ad ſecundum .ſ. an poſſit Papa
47 †bellum mouere contra Imperatorem,vel econuerſo, & Io. And.in d.c.olim.ſ.de reſti.ſpol. ponit q.in iſtis terminis Imperator eſt homo iniquus,& monitus per Papam ſe non corrigit,ſed peiora committit, & tamen excommunicatur per Papam,& omnia contemnit,& indicit bellum contra eccleſiã, dicetur ne iuſtum bellum?& dicit Ioan.Andr.ꝙ etiam ſecundum illos qui dicunt duas iuriſdictiones eſſe.ſ. ſpiritualem & temporalem,nec a Deo procedere. Ita ꝙ vna nõ ſubeſt alteri,& ꝙ nihil ad eccleſiam pertineat de temporalibus etiam ſi oporteat fateri,ꝙ hęc opinio ſit vera, quæ tamen debet abeſ-
48 ſe a cordibus fidelium Imperator†enim ex officio eſt aduocatus eccleſiæ,vnde non debet eam impugnare,ſed potius a malignorum oppreſſionibus defendere, ergo ſi ipſe eccleſiã impugnat magis peccat,quam alius.ar, ꝭ. de na.ex lib.ven. c.j.cũ
49 ſuis concor.Et ꝙ†Imperator ſit inferior,facit optime, de Romani.eo.ti.& dicit Io.An.ꝙ ſi quis pertinaciter teneret ꝙ poteſtas Imperatoris non procederet a poteſtate Papa, non careret labe hæreticæ prauitatis,vt no.ꝭ.de here.excommunicamus.§.j. ſed etiam ſi Papa eſſet inferior in temporalibus fieret ſuperior propter peccatum Imperatoris.arg.xl.diſt. multę. ad fi.& quod no.in c.ſignificauit.de offic.ord.Sed certum eſt,
50 †ꝙ Papa ſuperior eſt, quia Imperatorem electum examinat & approbat, vel reprobat, & etiam ex cauſa deponit,vt no. de elec.venerabilem.& probatur in c.ad apoſtolicæ.de re iud. in vj.vbi Papa depoſuit Imperatorem, & ibi vide glo. in verbo, grauiſſima. & in verbo, priuamus.ad idem xv. q.vj. alius. vbi Papa depoſuit Regem Franciæ, eo quia erat inutilis,& dicit Io.An.ꝙ non eſt verum,ꝙ ambe iuriſdictiones ſic immediate,a Deo procedant ꝙ vna nõ ſubſit alij,vel ꝙ eccleſia nõ non habeat ſe intromittere de temporalibus, vt no.in capit. cauſam.ij.qui fi.ſint le.& dicit ꝙ etiam talis opi.parum diſtat ab hæreſi. nam ſecundum ipſam datur ſecularibus occaſio conculcandi fidem. & eccleſiam, nec reſtat niſi ꝙ qui fortior eſt iuſtior ſit,& ſubdit ꝙ abſit ꝙ ſic iuſtitia pereat, & iſtã opi. Io.An.ſecutus fuit Bar.in l.j.§.j.ff.de requir.reis. & dicit ꝙ Dãtes qui in monarchia ſua diſputando determinauit, ꝙ Imperium non dependeret ab eccleſia,fuit quaſi damnatus de hæreſi ante mortem ſuam,nam Docto.communiter tenent, ꝙ Imperium dependeat ab eccleſia de quo in cap.nouit.de iud. Concludit ergo Io.An.ꝙ in hoc caſu omnes fideles & catholici tenentur adherere eccleſiæ contra iniquum principem,
51 quos etiam ſi†vaſſalli ſint Imperii,poteſt eccleſia ex hac cauſa abſoluere ab obſeruatione preſtiti iuramenti ſuper fidelitate,vt in c.nos ſanctorum.& in ca. iuratos.xv.q.vj. & in cap. excommunicamus.ꝭ.de hæret.& in c.fi.ꝭ.de pœnis.& in c.venerabilem.§.eos igitur. & §. ſunt autem notoria.ſ.de elect. & ſic concludit Io.An.ꝙ Papa poſſit mouere bellum cõtra Imperatorem ſi eſt vir iniquus, nec vult corrigi, & omnes fideles & catholici deberent adhęrere eccleſię etiam ſi ſint vaſſal
52 li Imperij,dicit tamen D.†Ab. ꝙ ex cauſa legitima poteſt bellum indicere contra perſonam Papę, non tamen contra eccleſiam puta,ſi Papa eſſet hereticus, & non poſſet iudicari ꝑ eccleſiam,vel ſi eſſet ſchiſmaticus, vł alias incorrigibilis,& eccleſia non habeat vltra quid faciat.alleg.xxiii.q.v.c.principes. & c.regum.& c.non vos.& c.de liguribus.& xxiii.di.In nomine domini,& xvii.diſt.non licuit,& quod no.gl.j.in c.tua.ꝭ.de deci.& quod no.in c.cum non ab homine.ſ.de iudi.non ergo licitum eſt Imperatori mouere bellum contra Papam niſi ſit hereticus,vel ſchiſmaticus,vel alias incorrigibilis de crimine notorio, de quo eccleſia valde ſcandalizatur, pro hoc vide bo.gl.in c.ſi Pada.xl.di. Et ex his expeditus ſum de ſecũdo .ſ. an Papa poſſit mouere bellum ꝯ Imperatorem, vel ecõuerſo.Venio ad tertium,videlicet nunquid ſi tu tenes equũ meũ
53 vt quia mihi petenti denegas aufero† tibi violenter, nunquid dabitur tibi actio vi bonorum raptorum contra me? & videtur ꝙ non ex quo.n.meum mihi reddere denegas videris me ſpoliare,quia non multũ diſtat a vitio iniuſte detinere,vel aliquẽ vi ſpoliare.in c.ſępe. de reſt. ſpo.& itẽ ſi quid inueniſti,& nõ inueniſti rapuiſti.xiiii.q.v.ſi quid inueniſti,ergo debet agẽti obſtare exceptio paris criminis.Sed Innoc. determinat contrarium dicens, ꝙ in hoc caſu non debet fieri compenſatio , quia delicta committuntur circa diuerſa,nec ob.c.ſæpe.de reſtit.ſpoli. quia illud procedit in foro animæ in quo paria ſunt ſcienter detinere rem alienam,vel rapere,vt probatur in d.c.ſi
54 quid inueniſti.Secus eſt in foro iudiciali in quo nõ punit† detinens ex ſola detentione,nec etiam cogitur reſtituere niſi ꝓbanti rem eſſe ſuam.l.fi.C.de rei vend. Inuadens vero ex ipſa inuaſione punitur,& reſtituere cogitur.l.ſi quis in tantam.C. vnde vi.cum ſimil.Item is qui detinet in foro contentioſo iudicandus eſt potius negligens,vel culpabilis quã delinquens.
55 Ille vero qui alium inuadit reputatur vere delinquens, &†criminoſus,ſed de culpa,vel negligentia non admittitur compẽſatio ad delictum,quia delictum preponderat culpę.l.ſi ex plagis.§.ii.ff.ad l.Aqui.& in l.item ſi obſtetrix.in fi.eo.ti.no.glo.ii.
56 in l.ſi ambo.ff.de compenſa.vnde dicit Inn.ꝙ exceptio†culpę non impedit perſecutionem actionis de dolo, vel de crimine. l.ſi mora.ff.ſo.ma.ſed poſtea Inn.variando caſum,dicit ſecundum aliquos, ꝙ ſi ſpoliatus ſpoliat ſuũ ſpoliatorẽ, & deinde vnus agit ꝯ alium actione vi bonorum raptorum,vel ẽt iniuriarum põt repelli per exceptionẽ cõpenſationis inquãtũ ſpoliũ alterius,vel iniuria põt eſtimari,& ſic intelligitur ꝙ dolus
57 cum dolo compenſatur,& ꝙ parua †crimina mutua compẽſatione tolluntur.l.ſi duo.ff.de dolo.& ꝭ.de adult.penult.& fi. adeo ꝙ non ſolum compenſatur pecunia, ſed etiam redditio thori coniugalis,& receptio ac repetitio dotis, & donatio ꝓ nuptias,& ſic intelligitur.ff.ſolu.matr.l.vero.de vxori. & ꝭ. de adulter.intelleximus.& dicit Innoc.ꝙ hoc procedit quantum ad pœnam applicandã parti,ſecus ſi pęna ſit applicãda fiſco, quia tunc ſiue ſit pœna temporalis,ſiue ſpiritualis,ſiue pecu-

niaria nulla debet fieri compenſatio, ſed omnes qui delin-
quunt debēt ſoluere pœnas ſuas.allegat. C.de modo mulcta-
rum per totum, & quod no.in c.ii.ſ.de his quę ſi.a ma.par. ca.
Plurā habes ex verbis Innoc.primum eſt, ꝙ vbi delicta com
58 mittuntur circa diuerſa non†fit compenſatio. Secundum eſt
ꝙ ſi circa idem committitur dolus ab vtraque parte fit com-
59 penſatio. Tertium eſt, ꝙ dolus cum culpa†non poteſt com
penſari, ſed gloſſa in l.ſi ambo.in gloſſ.ii.ff.de compenſat.hoc
limitat, dicit enim, ꝙ ſi dolus & culpa committuntur circa
eandem rem, tunc non fit compenſatio. Sed ſi committun
tur circa diuerſas res bene fit compenſatio.verbi gratia tu me
lęſiſti in vna re per dolum, ego lęſi te in alia per culpam, tunc
enim debet fieri compenſatio, quod tamen intelligas quan-
do vtrunque debeat fieri condemnatio, ad ęſtimationem,
alias non poſſet fieri compenſatio, vt in l. ſi conſtat. C. de
compenſa. & ſ. depoſiti. capitu. ii. §. j. iuncta gloſſ. final.
60 Quartum eſt, ꝙ vbi agitur de pœna†applicanda fiſco, ſiue
ſit temporalis, ſiue ſpiritualis, ſiue pecuniaria non poteſt fieri
compenſatio, & ſic compenſatio ſolum cadit quando pœna
eſt applicanda parti, & hoc dictum adde ad ea quæ dixi poſt
61 D.Abb.in c.veniens.ſ.e. Quintum eſt, ꝙ in foro animæ†pa
ria ſunt rem alienam ſcienter detinere, vel per vim inuadere,
ſeu rapere, ſecus in foro contentioſo, quia in eo reputatur ne
gligens, vel culpabilis ſpolians vero doloſus, vnde ſi propria
authoritate ſpoliat detinentem non ſit compenſatio, ſed cō-
pellitur rem reſtituere ſpoliato, ſed D.Ab. dicit hoc eſſe verū
niſi in defectum iuſtitiæ, puta ſi per iudicem non poſſet recu
perare rem ſuam, allegat bon.tex.cum gl.in l.nullus. C.de iu-
dęis. & glo. quæ hoc tenet.j.diſtin. ius gentium. allegat etiam
Bar.in l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in frau.cred.ſed tu dic
ꝙ Bar.hoc clarius dicit in d.l.hoſtes.in penult. col. ff.de capti.
vbi dicit, ꝙ ſi non eſt copia iudicis per quem conſulatur par-
62 ti.poteſt etiam ex internallo indicere bellum pro † recupera-
tione rei ſuæ, & hoc adhuc clarius dicit, in d.l.nullus.vbi dicit
ꝙ quis poteſt ſibi ius dicere quando per authoritatem ſupe-
rioris non poteſt ſibi eſſe conſultum. Et ex hoc infert, ꝙ repre
63 ſalię†ſunt permiſſæ quando quis non reperit iuſtitiam in ciui
tate contra quam conceduntur repreſaliæ. Ex hoc etiam in-
fert, ꝙ ciuitates Italiæ non recognoſcentes ſuperiorē poſſunt
ſibi inuicem indicere bellum quando aliquod illicitum com
mittitur ex quo copia ſuperioris non reperitur, idem dixit In-
noc.in d.c.olim.de reſtit.ſpolia.qui plus dixit, ꝙ quando deeſt
copia ſuperioris non ſolum poteſt per vim accipere rem pro
priam, immo etiam ęquiualentem quando non poteſt habe
re ſuam, nec tenetur eam reſtituere niſi prius reſtituitur ſua;
dic tamen quando aliam rem rapuit, vel occupauit, ꝙ ſi talis
res valet plus, ꝙ tenetur ad reſtitutionem tanti, quātum plus
valet, vt ſtatim dicam. Sextum eſt, ꝙ ſi duo ſe inuicem ſpoliāt
64 ꝙ debet fieri compenſatio, †hoc intelligas quando cadit ſpo-
liatio circa diuerſam rem. ſecus ſi circa eandem rem, quia
tunc ſecunda ſpoliatio expurgāt primam, & ſolum ille qui
fuit ſecundo ſpoliatus poteſt petere reſtitutionem nō autem
primus, vt in l.qui poſſeſſionem. & in l.iij. §. qui vi. ff.de vi &
vi ar.& notant Doctor.in ca.fi.de ordi. cogn.& hoc intelligas
quando ſpoliat ex interuallo, ſecus ſi ſpoliat incontinenti, vt
in d.c.olim.& ibi notatur quando dicitur incontinenti, & in
l.iii.§.cum igitur.vbi eſt bona glo. & ibi etiam per Bar. ff.de vi
& vi arma. Et dic, ꝙ nedum licet incontinenti ſpoliare ſpolia
torem eadem re. Sed etiam diuerſa quando non poteſt ſuam
recuperare, dicit tamen Alexander de Ales in iiii. in tractatu
reſtitutionum, ꝙ quando aliquis incontinenti rē non ſuā re
cuperat, vel furat, verbi gratia tu aufers, vel furaris mihi equū
meum, ego incontinenti inſurgo contra te, & cum non poſ-
ſim auferre equum, aufero tibi per vim librum, vel ipſum
furor, certe non teneor ad reſtitutionem niſi mihi reſtituas
equum, ſi tamen liber plus valeret teneor tibi reſtituere tantū
quantum plus valet, ita dicit Alexander de Ales in loco præ-
alleg.quod reperi allegatum in præalleg. tractatu in articulo
de reſtitutione bellantium, & hoc dictum habet æquitatem
65 & rationem, quia quis non debet† locupletari cum aliena ia-
tura.l.nam natura. ff.de condi. indeb. & in regula locupleta-
ri.lib.vj.& dicas ꝙ idem dicendum eſt quando recuperaret ex
interuallo vbi deficeret copia ſuperioris, vt ſ.dixi, & dic, ꝙ di-
66 citur deeſſe†copia ſuperioris quando deeſt de iure, vt quia ta-
lis non recognoſcit ſuperiorem, vel de facto, vt quia ſuperior
eſt nimium remotus, vel non poteſt per ſuperiorem coherce-
ri, de quo vide omnino Bart. qui plenius declarat in tractatu
de repreſaliis in ſecunda q.principali ad fin.& ex his poteſt in-
67 ferri, an liceat†rem ſuam, furari, vel æquiualentem quando
ille qui eam detinet non vult eam reſtituere ſi nō poteſt pro-
bare rem eſſe ſuam, verbi gratia depoſui apud te librum ne-
mine pręſente, vel mutuaui tibi centum abſque teſtibus, ita
quod non poſſum probare mutuū, nunquid liceat rem meā,
vel ęquiualentem, vel tantam pecuniam furari, quantum tibi
mutuaui, vel rem ęquiualentem pecuniæ mutuatę, hanc quę
ſtionem ponit Innoc.& Doct.in d.c.olim.de reſtit. ſpol. & D.
Ab.hic.& San.Tho.q.lxvi.ar.v.in fi.Exclude caſus claros, pri-
68 mus eſt quando furatur rem ſuam apud†tertium depoſitam,
& tunc tenetur releuare grauamē depoſitarij, ſeu tertij apud
quem res eſt, vnde tenetur, vel reſtituere rem, illi apud quem
erat, vel ſatisfacere ei de damno, ꝙ propter hanc cauſam ſub
ſtinet, hoc ſentit Innoc.in d.c.olim.c.clarius.Sanct.Tho.in lo-
co pręalleg. Secundus caſus eſt, quando ex tali ſubtractione
69 †oritur ſcandalum alicui, puta contra vxorem, vel contra fa-
miliarem, ſeu contra quemcunq; alium cui cuſtodia rei fuit
commiſſa, & tunc ſecundum Innoc. debet reſtituere rem in
priſtinum ſtatum, ar.c.nec cum ſcandalo.ſ.de pręſcr.& expreſ
ſius in c.cū ex iniuncto.§.ſuper eo.ſ.de no.ope.nun.& qđ no.
in c.niſi cum pridem.§.pro graui ſcandalo.ſ.de renun. ſed Sā.
Tho.vbi ſ. dicit, ꝙ non tenetur ad reſtitutionem, ſed ſolum
tenetur Deo ſatisfacere, & dare operam, vt ſcandalum proxi
morum ſedetur, ſi inde fuerit ortum, ſed concorda opin. Et
dic, ꝙ aut ſcandalum eſt tale, quod nō poſſit ſedari niſi re re-
ſtituta, & tunc procedit opin. Innoc. vt teneatur ad reponen-
dum rem in priſtinum ſtatum. Aut ſcandalum poteſt ſeda-
ri etiam re non reſtituta, & tunc non tenetur ad reſtitutionē,
ſed tenetur dare operam vt ſcandalum exinde ortum ſopiat.
Tertius caſus, quando exinde non oritur ſcādalum, vel ma-
70 lum, ſed ille qui rem ſuam amiſit recuperat eam†per menda
cium, vel fraudem, vel per calumniam, vel per quodcunque
aliud peccatum, & in hoc Innocen. refert opi. ſed reſidet Io.
And.cum illa opi.quæ dicit, ꝙ tenetur agere pœnitentiam de
peccato, non tamen rem reſtituere, & iſtud ſequuntur Doct.
& eſt de mente Sanct. Tho. in loco pręalleg. Quartus ca-
ſus & vltimus eſt, quando non timetur ſcandalum, vel malū
alicui, & hoc caſu Innoc.& Doc.in d.c.olim.& D.Abb.hic te-
71 nēt, ꝙ licite† rem propriam poſſit ſubtrahere, vel furari, ſed
San.Tho.in loco pręalleg. videtur ſentire contrariū, dum di-
cit, ꝙ licet non teneatur ad reſtituendum aliquid, vel ad recō
penſandum, tamen peccat contra communem iuſtitiam, qa
ſibi ipſi vſurpat iudicium rei ſuæ iuris ordine prętermiſſo, &
ideo tenetur ſatisfacere Deo, & dare operam, vt ſcandalū ꝓ-
ximorum, ſedetur ſi inde fuerit exortum, ſed San.Tho. debet
intelligi quando poterat probare rem eſſe ſuam, & quando
cum ſcandalo aliorum ſubtrahit, & hoc patet dum dicit, ꝙ de
bet dare operam, vt ſcandalum ſopiatur ſi inde fuerit exortū.
Ex quo infero, ꝙ ſi non poteſt iudiciario ordine rem ſuā ob-
tinere non peccat vſurpando iudicium rei ſuæ ex quo ſibi de-
ficit copia iudicis propter defectum probationis.ar.d.l.nullus.
C.de Iudęis.& hoc communiter tenent Doc. Amplius pu
72 to, ꝙ etiā ſi poſſit probare†rem eſſe ſuam, ꝙ licet eum occul-
te ſubtrahere, dummodo exinde non timeatur ſcandalū, vel
malum alicui, & hoc videtur eſſe de mente Inn. & Doc. in d.
c.olim.nec ob illud quod dicit S.Tho.quia loquitur qñ occu-
patio, ſeu ſubtractio fit manifeſte, ita ꝙ ex ea pōt ſequi ſcan-
dalum, & ꝙ dicit de ſubtractione, idem puto dicendum, ſi per
vim rem ſuam eriperet a detinente nemine præſente, dum tñ
ex tali violentia non timeatur ſequi malum, vel ſcandalū, &
hoc ēt videtur ſentire pręall.frater Fran.poſt Alc.de Ales in 4.
ſententiarum in trac.reſtitutionum.in pręall.ar.de reſtitutio-
ne bellantium.in fi. & ꝙ dixi de ſubtractione rei proprie. idē
dicas de ęquiualenti. Et modo habes iſtum art.latius declara-
tum, q̄ inuenerim per aliquem, & ex his ſum expeditus de ter
tio. Venio ad quartum, vnde duo ſunt videnda, prout ēt ar
ticulus eſt diuiſus in duo. Primum eſt, an bellum in dubio
a debeat præſumi iuſtum.[a] Secundum quę requirātur ad hoc,
vt bellum ſit iuſtum, & Hoſt. hic vř dicere, ꝙ bellum non dř
iuſtum niſi probetur illud eſſe iuſtum, & ad iſtū tex.reſpōdet
73 ꝙ dicitur conſtare bellum†eſſe iniuſtum ex eo, ꝙ non ꝓbat
illud eſſe iuſtum.alleg.l.ſuper ſeruis.C.qui mili.non poſſunt.
vbi dicitur aliquid probari ex eo ꝙ non probatur contrariū.
nam regulariter omne bellum eſt iniuſtum, & damnatū. C.
de gladiatorib.l.j.li.xj.& de pur.can.c.j.& ii.cum ſimil. Ex hoc
colligit D.Abb. ꝙ iſtud verbum †ſi conſtiterit poſitum in ali-
74 qua diſpoſitione non immutat naturam ipſius, quia ſatis di-
citur conſtare ex quo ius commune fundat in illo caſu in-
tentionem agentis. Secundo modo reſpondet Hoſti. ꝙ hoc
verbum ſi conſtiterit poteſt referri ad verbum mouit, & tunc
tex.non facit vt bellum præſumatur iuſtum, ſed eſt ſenſus lite
75 ræ ſi conſtiterit, quod H.mouerit bellum contra I.&c. † quia
non facta non præſumuntur, vt in capit.cum in iure.de offic.
deleg.& in cap.quem contra falſam.ſ.de probat.& in l.ſcien-
dum.

ADDITIO.

a ¶An bellum in dubio debeat præſumi iuſtum. Plures caſus quibus licet indice-
re bellum enumerat Ni.de Lira.nu.31.ſuper v.Balaam.vbi omnino vide.

dum.cum ibi no.ff.de verborum obligationi. Sed iſta ſolutio mihi non placet,quia dato quod verbum ſi conſtiterit,referatur , vel verbum mouit, nihilominus verbum iniuſte , quod eſt poſitum in text. qualificat totam illam diſpoſitionem in quantum reſpicit motionem belli,nam eſt ſenſus, ſi conſtiterit ipſum mouiſſe bellum iniuſte.vnde illud verbum iniuſte, qualificat motionem belli,& per conſequens iſta ſecunda ſolutio Hoſti. non poteſt eſſe bona,vnde prima ſolutio eſt melior.Vnde Innocen. hic dicit , quod bellum mouere tenetur ad reſtitutionem quando bellum eſt iniuſtum,ꝙ prima facie præſumitur,ſed ſi mouens videtur probare,ꝙ iuſte mouit bellum ad nihilum tenetur.& ita tranſit But. in dicto cap. olim. Sed Hoſtien.hic dicit,quod aut quæritur de reſtitutione damnorum datorum in bello,& tunc debet inquiri quis mouerit
76 †bellum quaſi illi imputandum ſit totum commiſſum in illo conflictu.C.ad l.Iuli.de vi publica vel priua.l.quem multa facinora.& l.j.§.cum arietes.ff.ſi quad.paup.fec.dicatur. & ff.ad l.Aquil.l.ſi ex plagiis.§.j.D.Ab.dicit, quod hoc procedit reſpectu reſartionis damnorum , ſed reſpectu eorum quæ fuerunt occupata in bello inducto a recognoſcente ſuperiorem , &
77 tunc in dubio bellum præſumitur† iniuſtum , ſecus ſi fuit indictum a ſupremo principe,puta a Papa,vel ab Imperatore, & tunc in dubio præſumitur iuſtum.Sed iſta verba Do. Abb. meo iudicio parum habent ſaporis, quia recognoſcens ſuperiorem non facit ſua ea quæ ſunt occupata in bello etiam ſi ſit iuſtum,niſi præceſſerit ſententia vel conſtitutio cõtra ſubditos rebellantes ſuæ iuriſdictioni, vt dixi in prima quæſtione. Vnde conſidera tres caſus.Primus eſt,an ille qui dicit ſibi motum bellum debeat hoc probare, & dicendum eſt, ꝙ debet probare bellum eſſe ſibi motum, & pro hoc facit iſte tex. qa Papa mandat inquiri , an bellum fuerit motum. Secundus
78 eſt caſus , an ſi conſtat bellum eſſe † motum præſumatur eſſe iuſtum,vel iniuſtum ſi agitur de reſtitutione damnorum , & hoc caſu dicendum eſt ſecundum Doctor. quod præſumitur iniuſtum prima facie niſi probetur iuſtum. Sed ſi mouens probat ſe mouiſſe iuſtum bellum tunc in nullo tenetur quo ad reſtitutionem damnorum,& hoc tenet hic Innocen.& Doc. Tertius caſus eſt,quando agitur de reſtituendis occupatis in
79 bello,†& hoc caſu etiam dicit hic Innocen. quod ea quę occupauit ſunt ſua,& nihil tenetur reſtituere.Idem tenet hic gl. iii.& Ioan.Andr.tranſit cum iſta opin.& etiam But.in d. cap. olim , ſed ego hoc intelligo in non recognoſcente ſuperiorẽ per ea quæ dixi in prima queſt. Fateor tamen , ꝙ in Papa , &
80 Imperatore præſumitur , quod mouerit bellum† ex legitima cauſa,iuxta no.per Doct.in l.præſcriptione.& in l.f.C.ſi contra ius,vel vtil.pub.& in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit.facit quod no.gloſſ.in cap.non eſt de voto. Poſſet tamen Papa , & Imperator peccare indicendo bellum iniuſtum abſque cauſa legitima.ar.in c.ſi Papa.xl.diſtinct.& ix.q.iii. aliorum . & in cap.ad apoſtolicæ.de re iud.in vj.& in clemen.paſtoralis.eod. titu.non enim debent mouere bellum niſi ſubſit cauſa legitima & rationalis.puta , quia ſunt rebelles eccleſiæ, vel Imperio,& hoc vltimum dicit hic D.Ab.& bene,& iſta eſt differentia inter Papam & Imperatorem , & alios non recognoſcentes ſuperiorem,quia in Papa,& Imperatore preſumitur iuſta cauſa mouendi bellum . ſi tamen mouerent ſine iuſta cauſa peccarent grauiter ſecus in aliis ciuitatibus non recognoſcentibus ſuperiorem , quia bellum non preſumitur iuſtum , ni-
a ſi probetur. [a] Et ex his ſum expeditus de primo. Venio ad
81 ſecundum,ſcilicet,quæ requirantur † ad hoc, vt bellum ſit iuſtum. & in hoc Sanctus Thomas.ii.ii.xl.q.articu.i.dicit, quod tria requiruntur.ſ.authoritas,cauſa,& intentio.Sed Hoſt.poſt Raym.in ſumma.de pœnitentiis.§.fin.in fi. iiii. col.verſ.quod de rapina dicit quod V.requiruntur ad hoc, vt bellum ſit iuſtum.Primo pſona.ſecundo res.tertio cauſa. quarto authoritas.quinto actus.Primo requiritur perſona.ſ.habilis ad pugnãdum,nam clerico non licet ſanguinem fundere niſi neceſſi-
82 tas ſit† ineuitabilis,vt in cle.ſi furioſus.de homi. & ſic requiritur,ꝙ ſit perſona ſecularis non autem eccleſiaſtica.iſtud omiſit San.Tho.quia quando agitur de pugna , debet intelligi ꝙ cõmittatur per eos qui ſunt habiles ad pugnandum,vnde nõ fuit neceſſe ꝙ ſpecificaretur.Secũdo requiritur res.ſ. ꝙ pugna cõmittatur pro rebus repetendis , vel pro defenſione patriæ. xxiii.q.ii.c.ii.& q.iii.fortitudo.& q.viii.ſi nulla. Tertio requiritur cauſa.ſ.ꝙ ꝓpter† neceſſitatem pugnetur , & vt per pugnã pax acquiratur.xxiii.q.i. noli.ſed iſtud concernit animum pugnandi,vnde non fuit neceſſarium ꝙ ſpecialiter exprimeret , vnde ſufficiebat dicere ꝙ requiritur cauſa pugnandi , & text. xxiii. q.ii. c.i.& ii. videtur exprimere duas cauſas propter quas bellum eſt licitum.prima eſt cauſa quando agitur de rebus repetendis.ſecunda eſt,quando gens vel ciuitas neglexit vendicare iniurias a ſuis ſubditis factas,addit etiam tertiam cauſam quæ eſt ſecreta, nec poteſt ſciri per homines .ſ. quando Deus qui nouit quid cuique fieri debeat, imperat bellum committi,in quo bello ductor exercitus,vel populus non eſt tam auctor belli quam miniſter,& de hoc vltimo aliquid tangam.ĩ. in vltima queſtione . Eſt ergo duplex cauſa ꝗ apud homines nota eſſe poteſt propter quam bellum poteſt indici .ſ.pro rebus repetendis , vel pro iniuria vendicanda,quando gens, vel ciuitas vindicare neglexit quod a ſuis ſubditis improbe factũ eſt. Quarto requiritur authoritas.nã cum ordo naturalis mortalium ſit paci accommodatus,expoſcit , vt ſuſcipiendi belli
84 authoritas† apud principes ſit,ita dicit tex.in c.quid culpatur. xxiii.q.i.Sed Hoſt.in loco præalleg.dicit,ꝙ poteſt etiam indici bellum authoritate eccleſię præſertim vbi pugnatur pro fide. Quinto requiritur caſus.ſ.vt non fiat propter odium,vel propter vltionem,vel propter cupiditatem,ſed ad correctionem
85 †& propter charitatem & iuſtitiam , & ad obedientiam , ſed San.Tho.dicit ꝙ requiritur quod ſit intentio bellantium recta.ſ.vt promoueatur bonum , vel vt malum vitetur pro hoc vide bon.tex.in cap.apud veros Dei cultores.xxiii q.i.vbi dicitur quod illa ſunt bella pacata apud veros Dei cultores quę non cupiditate , aut crudelitate , ſed pacis ſtudio geruntur,vt mali coerceantur,& boni ſubleuentur, & dicit Sanc. Tho. ꝙ poſſit contingere, ꝙ ſubſit legitima authoritas indicentis bellum,& cauſa iuſta,& nihilominus propter prauam intentionem bellum reddatur illicitum, pro hoc vide bon.tex.in d.c. quid culpatur.xxiii q.i. ibi nocẽdi cupiditas vlciſcendi crudelitas implacatus, atque implacabilis animus,feritas rebellãdi & libido dominandi , & ſi qua ſimilia hęc ſunt, quæ in bellis iure culpantur &c.& idem in c. ſeq. militare non eſt delictũ , ſed propter prędam militare peccatum eſt,vnde ſi qui militãt propter prædam, vel aliter habeant intẽtionem deprauatam dicitur eſſe bellum iniuſtum licet ſubſit iuſta cauſa , & interuenerit authoritas ſuperioris,vnde animus facit bellum illicitum,quod alias eſſet licitum.& iſta eſt cauſa quare mouentes bellum multotiens ſuccumbunt dato , ꝙ habeant iuſtã cãm bellandi,ad hoc quod dicit Iac.in iiii.c.ſuę canonicæ concupiſtitis,& non habetis,occiditis & zelatis, & non poteſtis adipiſci &c.Dicit tamen San.Tho.q.lxvi.ar.viij. ꝙ ſi bellum eſt iu-
86 ſtum,ꝙ licet bellantes† peccent propter cupiditatem,quia pugnant principaliter propter prędam,& non propter iuſtitiam nihilominus non tenentur ad reſtitutionem eorum quę cęperunt,ſed pręall.frater Fran.in pręall.art. de reſtitutione bellantium,dicit ꝙ licet bellum non ſit iuſtum ex cauſa , nec ex animo,nec ex perſona,nec ex authoritate Si tamen res ſubſit vt quia ſit motum bellum pro rebus repetendis , non tenetur ille qui mouit bellum reſtituere illud quod ibi cępit , niſi cępit,vel damnificauerit aduerſarium ſuum vltra ꝗ aduerſarius ſuus de ſuo habuerit,vel ipſum damnificauerit,& hoc procẽdit in foro pœnitentiali in quo admittitur cõpenſatio liquidi
b ad nõ liquidum licet non admittatur in foro contentioſo. [b] Sed circa hoc quæro nunquid quando bellum mouetur iuſte poſſint damnificari vaſſalli,ſeu ſubditi illius contra quem bellum mouetur,vel capi ipſorum bona.Et in hoc Hoſt.in pręal. §.fi.in v.col.ver.hoc tamen tene,dicit ꝙ ſolum bona illorum
c poſſunt capi qui plus hominem ꝗ Deum timentes, [c] ſequuntur dominum ſuum in bello iniuſto,alias autem qui non pręſtant auxilium conſilium,vel fauorem,dicit non eſſe punien-
87 dos,quia† pęna debet tenere ſuos authores, vt in ca. quæſiuit. de his quę fi.a ma.par.cap.de hoc ẽt vide Inno.in d.c.olim.de reſti.ſpo.vbi refert duas opin.prima eſt, ꝙ mouens bellum iuſtum contra aliquem, non ſolum poteſt principalem aduerſarium ſuum,& res ſuas capere,ſed ẽt vaſſallos , ac ſubditos , atque complices,& Deum contra iuſtitiam adiuuantes.Alia eſt opi.ꝙ nec perſonas,nec res prædictorum poteſt capere niſi quãdiu ſunt in bello,& pugnant contra ipſum, vel niſi forte propter res eorum lęderetur,puta propter caſtra , vel ędificia prędictorum,& ita trãſit Io.An.& Bu.in d.c.olim.Sed Bar. in tractatu de repreſaliis in prima,& vj.q.principali tenet contra.licet refert Ia.de Belu.tenuiſſe opi.Inno.& Hoſt.mouetur autem Bar.per c.ii.xxiii.q.ii. vbi dicitur ꝙ gens , vel ciuitas eſt petenda,& per auth.ſi vero dominus temporalis. C.de heret. vbi dicitur ꝙ ſi dominus temporalis monitus,vt purget ſuam
88 †ciuitatem vitio hæreſis fuerit negligens per annum ciuitas eſt occupãda a catholicis. Mouetur etiam,quia pro delicto ſolius dñi interdicitur ciuitas,vt hic & ſ. eo. ex reſcripto.in fi. & in c.non eſt.ſ.de ſpon.ſed tu tene opi. Innocen. & Hoſtien. quam Doctor. communiter ſequuntur , nec obſtãt rationes Bar.quia ca.ii.xxiii.queſt.ii. loquitur ſolum de illis qui fuerint in culpa

ADDITIONES.

a ¶Cõtra tenet Oldra.conſ.lxx.
b ¶Adde quæ no.Fran.de Pl..in tract.de reſtit.in §. 66.& ſeq.
c ¶An autem poſſit Chriſtianus inuocare infidelis auxilium in bello gerendo . Oldr.conſi.lxxi.

in culpa; vt patet ibi ſic gens & ciuitas petenda eſt, quæ vel
vendicare neglexit &c. non obſtat regula in auth. ſi vero do-
minus, quia illud eſt ſpeciale pro extirpando crimine hęreſis.
Item ibi ſoli hæretici puniuntur, vt patet ibi exterminatis hæ
reticis eam abſque vlla contradictione poſſideat, & in fidei
puritate conſeruet. vnde pondera illum text. quia dicit ſolos
hæreticos exterminandos, & ſic magis facit contra opin. Bar.
quam pro ea. non obſtat illud quod dicitur de interdicto, qa
interdictum medicinale de ſenten. excommun. in cap. primo.
in vj. vnde eſt magis præiudiciale ſubditis, quod ſpoliētur bo-
nis ſuis quam ciuitas interdicatur. Præterea dominus timo
re interdicti venit facilius ad pœnitētiam & ſatisfacit, de dam
nis autem ſubditorum non multum curat, vt docet experien
tia, dicit tamen Bar. quod adhærentes. ſ. illi qui ſunt recōmen-
89 dati, & in ſignum † recōmendationis deferūt paleam, vel aliud
ſimile ſingulis annis cauſa hōrandi illum dominū, vel ciui-
tatem cui ſunt recōmendati non debent moleſtari, ſeu dam-
nificari propter delictum ſuperioris ciuitatis, vel domini. pro
hoc facit. l. non dubito. ff. de capti. quæ dicit quod recomenda
ti, ſeu confœderati ſunt populi liberi, & hoc bene no. quia pro
pter delictum, vel iniuriam ſuperioris domini, vel ſuperioris
ciuitatis non debet moueri bellum, vel inferri aliquot dam-
num confœderatis, ſiue recōmendatis, & per hoc dixit Bar. ꝙ
90 non poſſunt ſubditi talium capi pro † repreſaliis conceſſis cō-
tra ciuitatem ſuperioris domini, licet poſſint capi ſubditi il-
lius ciuitatis contra quam ſunt conceſſæ quamuis ſint in ali-
quibus priuilegiati, vt dicit Bar. in d. q. vj. Sed tenendo opinio.
Innocen & Hoſtien. quæ communiter tenetur ſequitur quod
illi qui non fuerunt in culpa non debebunt capi cum repre-
91 ſaliæ † ſint quoddam bellum, vt dicit Bar. in loco præalle. vide
tamen in facto in repreſaliis ſeruari opin. Bar. & credo quod
de conſuetudine in pratica ſeruaretur, ſed talis conſuetudo
non excuſat a peccato, & credo quod exigentes repreſalias
contra innocentes teneantur ad reſtitutionem non obſtante
tali conſuetudine, nec aliter debent abſolui a ſacerdotibus.
arg. in cap. fi. de conſuet. & optime facit. c. j. de iniur. in vj. vnde
Guil. & Archid. & Ioan. And. ibi dicunt, ꝙ ſi aliquis ratione re
92 preſaliarum conſequitur ſuum debitum † ab illo qui non erat
obligatus non poteſt illud cum bona conſcientia tenere, qa
non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, vt in regu
la peccatum. lib. vj. Glo. tamen ibi in verbo, concedi. videtur
ſentire opi. Bar. & de hoc vide per Ioan. And. in regula non de
bet in mercu. lib. vj. ſed tenendo opin. Innocen. & Hoſtien. de
qua ſ. dixi. neceſſarium eſt dicere ꝙ quemadmodum ſubditi,
qui non ſunt in culpa non poſſunt damnificari in bello mo
to contra dominum, eodem modo non poſſunt capi pro re
preſaliis conceſſis contra dominum, vel ciuitatem, & hoc vi-
detur tenere Ioan. And. in d. regula non debet aliquis. ad fi. in
mercu. lib. vj. & hoc modo debet reſtringi gloſ. præalleg. vnde
conclude ex præmiſſis quod niſi ſubditi, vel vaſſalli adiuuent
in bello dominum ſuum, vel niſi lędatur propter caſtra, vel
ædificia ſubditorum mouens bellum iuſtum, non debet dam
nificare ſubditos, vel capere eorum bona, alias tenetur ad re
93 ſtitutionem. Et ex his poteſt inferri, quod de † ementibus res
captas in bello, an teneantur ad reſtitutionem in foro con-
ſcientiæ, & de hoc vide Hoſtien. in præalleg. §. fi. in ſumma. de
pœn. in vij. col. ver. quid de prædam ementibus, cum, verſ. ſe-
quentibus vſque ad verſ. quid. de officialib. vbi in effectu con-
cludit, quod ſi emens ſcit, vel probabiliter credat bellum eſſe
iuſtum non tenetur ad reſtitutionem, ſed ſi poſtea audierit
veritatem tenetur reſtituere. Sed vbi ſcit bellum eſſe iniuſtū,
vel rem eſſe captā in præda, vel probabiliter hoc credit tene-
tur indiſtincte ad reſtitutionem, & tenetur quanti plurimi res
valuit a tempore quo illam emit, & nullas expenſas deduce-
re poteſt, quia contrectando rem alienam furtum commi-
94 ſit, † & fur dicitur ſemper eſſe in mora. C. de fur. l. ij. & ff. de fur.
l. qui iumenta. & ff. de condi. fur. l. in re furtiua. & ff. commo. l.
ſi vt certo. §. ſed interdum. & in l. certum. C. de rei vendi. & di-
cit ꝙ etiam ſi rem vendiderit non liberatur vendendo, vel
qualitercunque alienando, nec amiſſione, vel morte rei, vel
aliquo caſu interueniente quominus teneatur reſtituere pre
tium ſecundum quod plus valuit ex quo emit, vel plus vendi-
dit quam emerit, vel tempore cōtractus valeret, & quicquid
ex re habuit, vel habere potuit, & ſubdit ꝙ illud quod dici-
tur de primo emptore debet intelligi de ſecundo, & tertio, &
etiam milleſimo, quia etiam ſi per plures manus ambulaue-
rit. idem iuris eſt. ff. de mino. l. ſed vbi. ff. de pet. hæred. l. ſed ſi le
ge. §. ſiue autem. dicit etiam ꝙ ſi emptor ſciebat factum, &
95 ignorabat ius non excuſatur, quia craſſa & ſupina † ignoran
tia non excuſat in foro animæ, quominus teneatur ad reſti-
tutionem, vt in c. apoſtolicæ. de cle. excom. mi. videtur autem
craſſa & ſupina ignorantia ſecundum eum quando commu
niter alij vicini dicebant, & credebat, ꝙ res eſſet de præda ex
bello iniuſto. ff. de verbor. ſignifi. l. latæ culpę, vel quando ec-
cleſia hoc prohibebat, & tales publice excommunicabat, vn
de non excuſatur emptor tali ignorantia ductus xvi. q. j. ſi cu-
pis, & de ordinatis ab epiſcopo qui re epi. c. j. §. fi. & c. ii. Et ſub-
dit, quod ſi de hoc nihil cogitabat quando emit, nec inquiſi-
96 uit quantum potuit eſt in culpa, † dicit etiam quod ſi domi-
nus rei non poterit reperiri, vel neſcitur vbi eſt debet erogatio
fieri pauperibus de conſilio epiſcopi, præmiſſo publice bāno
in eccleſia, & facta diligenti inquiſitione, vt omnis ſuſpicio
euitetur de clan. deſpon. cum inhibitio, & in cap. cum in tua.
qui ma. accu. poſſunt. ſi non inueniatur cuius res ſit liberabi-
tur dando pauperibus pro anima eius cuius res eſt, quia in
hoc vtiliter gerit negocium ſuum. arg. xii. q. ii. quatuor circa fi.

Et circa hoc vltimum vide San. Thom. ii. ii. q. lxii. ar. 5. ad fi.
vbi dicit ꝙ ſi ille cui debet fieri reſtitutio ſit omnino ignotus,
debet homo reſtituere ſecundum ꝙ poteſt. ſ. dādo in eleemo-
ſinam pro ſalute ipſius, ſiue ſit mortuus, ſiue viuus præmiſſa,
tamen diligenti inquiſitione de pſona eius cui eſt fienda re-
ſtitutio. Si vero ſit mortuus ille cui eſt facienda reſtitutio de-
bet reſtitui eius hrdi qui reputatur quaſi vna perſona cū ipſo,
dicit tamen ꝙ ſi ſit multum diſtans ꝙ debet ſibi tranſmitti il-
lud quod ei debetur, & præcipue ſi ſit res magni valoris, &
poſſit commode tranſmitti. Alioquin debet in aliquo tuto
loco deponi, vt pro eo conſeruetur, & domino ſignificari, &
hæc no. quia multotiens euenit in facto, quia ſæpe emuntur
res a ſtipendiariis, vel a depredantibus, ſeu a furibus, & vide
Hoſt. in loco prǫalleg. vbi ponit etiam aliqua alia quæ omit-
to, & hoc quo ad quartum. Quo ad quintum. ſ. an vocati
97 ad † bellum licite pareant ſi non conſtat illud eſſe iuſtum, vel
iniuſtum. Innoc. hic dicit, ꝙ ſic, quia in dubio tenentur obedi
re niſi notorie conſtaret bellum eſſe iniuſtum, vt in cap. quid
culpatur. xxiii. q. j. & xi. q. iii. quod ergo. & no. illum tex. in præ-
alleg. cap. quid culpatur ad fi. vbi dicitur ꝙ ſi vir iuſtus militat
ſub homine rege ſacrilego recte poteſt illo iubente bellare ſi
vere pacis ordinem ſeruans videt, quod ſibi iubetur non eſſe
contra Dei præceptum, vel vtrum ſit certum non eſt, & ſic
no. ꝙ etiam vir ſanctus militans ſub rege ſacrilego debet ei
obedire pugnando contra hoſtes ipſius regis quando ei non
conſtat bellum eſſe iniuſtum, ſecus ſi conſtaret bellum eſſe
98 iniuſtum, quia tunc potius deberet pati mortem, † quam mo-
uere bellū iniuſtum, prout fecit legio Hebręorum qui potius
voluerunt mori, q̃ iubente ſacrilego Imperatore proſequi
chriſtianos, vt legitur in hiſtoria Maurici, & ſociorum eius,
& idem dicit Alex. de Ales in tertio tract. iudicialium pręce-
ptorum. Aduerte tamen, ꝙ ita demum excuſatur ſubditus
quando bellum eſt iniuſtum ſi paret ſuperiori ſi inquiſiuit
quantum poterit, & peritiores conſuluit, & ſemper dubius
remanſit, alioquin cenſeretur eſſe affectata ignorantia, & tā-
quam affectator ignorantię deberet puniri. ar. c. cum inhibi-
tio. §. ſi quis. de clan. deſpon. Ita dicit Hoſtien. in pręalleg. §. fi.
de pęn. in v. col. ver. ſi vero certi eſſent, vbi etiam dicit, ꝙ non
excuſantur propter timorem amittendi feudum, vel incurrē-
di aliud damnum temporale, vt in capi. ſacris. quod met. cau.
& in c. ita ne xxii. q. v. & hæc verba no. quia multum declarāt
illud c. quid culpatur, dum dicit quod parendum eſt præcepto
ſuperioris quando incertum eſt, an præceptum ſit iuſtum, vel
iniuſtum. nam debet intelligi quando eſt probabilis dubita-
tio, & quando inquiſiuit, ſeu conſuluit peritiores, & ſemper
remanſit dubius, alias non excuſatur, & idem dicit Raym. in
ſumma. & pręalle. fi. in pręall. ar. de reſtitutione bellantium.
Item D. Abb. hic dicit, ꝙ quando eſt probabile dubium excu
ſantur ſoli ſubditi qui tenentur parere, vt ſunt milites ſtipen-
diarij & vaſſalli, ſecus ſi non ſunt ſubditi, vt quia amici, vel co
gnati ſunt vocati ad bellum, quia tales non debent parere ni
ſi eis conſtat bellum eſſe iuſtum. ar. in c. iuuenis. de ſpon. & in
c. j. de ſeru. cum ibi no. per gl. & idem dicit Monaldus, & præ-
99 dictus frater in loco præallega. & no. bene iſta contra † ſtipen-
diarios mouentes bella propter prędam de mandato domini,
nam ſi ſciunt talia bella eſſe iniuſta tenentur ad reſtitutionē
occupatorum & damnorum datorum, vt ſ. dixi. Illi vero qui
diſcurrunt ad ſuum libitum, vt quotidie faciunt ſocietates gē
tium armorum diſcurrentes per territoria capientes bona, &
perſonas quibus imponunt talias, ſiue grauamina, vt ſe redi-
mant tales. n. puniendi ſunt de omnibus commiſſis tanquam
latrones, & de hoc eſt tex. in l. hoſtes. ff. de captiuis. facit l. ſi qs
ingenuam. §. in ciuilibus. eod. tit. & adde vnum notabile dictū
hoſti. quod recitat Bu. in c. quod ſuper his de voto, vbi dicit, ꝙ
ſi aliquis princeps poſſedit aliquā ciuitatem, vel caſtrum ab
antiquo, ſi aliquis mouet guerram contra ipſum, & illam, vel
100 illum violenter † occupat talis occupator illicite. tenet nec
poteſt pręſcribere propter malam fidem, & ſubdit quod non
videt qualiter confeſſores talia peccata quamuis notoria
palpitent, & diſſimulent, nec qualiter eos abſoluant, &

eleemo-

eleemoſynas ab eis ſcienter recipiant,& caueant, & ſibi con-
ſulant,quia timendum eſt ne cateruatim innumerabiles po-
pulos ad inferos ſecum trahant xl. diſtinct. ſi Papa pęniteant
ergo,& quod ſciunt eſſe alienum reſtituant.xiiii. quæſt.v. per
totum.& quęſtio.vj.capitu.primo. & hęc notabis. Quo ad
ſextum, ſcilicet an omnes vocati ad bellum iuſtum tenean-
101 tur,eſſe†auxilio,& non inſtando in verbis Innocen.dic quod
aut ſunt milites habentes ſtipendium, & de his certum eſt,
quod ſic ſecus in militibus non militantibus, vt ſunt milites
noſtri temporis de quibus in l. prima.C. de iur. & fact. ignor.
& in l.filiusfamilias.§.veterani.ff.de procurat.de talibus enim
idem dicendum eſt ſicut dicitur de illis,qui non ſunt milites.
Aut ſunt vaſſalli habentes feuda, & in hoc licet Doctor.
ſe inuoluant eſt tex.clarus in capit.primo. hic finitur lex inci-
piunt conſuetu.regni, vbi tex.dicit, quod aut dominus feudi
102 mouet guerram alteri,& tunc† vaſſallus tenetur eum iuuare
ſi ſcit illum mouiſſe iuſtum bellum,vel dubitat, ſed ſi eſt cer-
tus quod irrationabiliter faciat bellum poteſt eum adiuua-
re ad defenſionem ſuam, ſed ad offendendum alium non te-
netur eum adiuuare, licet poſſit adiuuare ſi vult,& melius fa
cit ſi non adiuuet, ex quo non eſt obligatus,quia non debet
malum facere cauſa obediendi ſuperiori, ſeu domino feudi,
vt in cap.quid ergo.xi.quæſt.iii.& in cap.quid culpatur. in fin.
xxiii.quęſt.i. & hoc indiſtincte vltimum videtur innuere ille
tex.in fi.vnde conclude quod vaſſallus indiſtincte tenetur ad
iuuare dominum,vt eum defendat, ſed ad offendendum aliũ
non poteſt adiuuare dominum ſi conſtat eum iniuſte mouiſ
ſe bellum,nec ex hoc perdit feudum, & hoc innuit ille text.
in fi. licet primo dixerit, quod põt eum adiuuare ſi vult, vbi
autem non conſtat,an bellum ſit iuſtum, vel iniuſtum tene-
tur adiuuare tam ad defendendum,quam ad offendendum,
vt ibi dicitur, vnde quo ad vaſſallum tene diſtinctionem il-
lius tex. Aut illi, qui vocantur ad bellum non ſunt neque
milites,neque vaſſalli,& hoc caſu dicit D.Abb.quod ſi domi
103 nus inuaditur, & eſt ſubitaneus timor, † & improuiſus, &
tunc omnes apti ad pugnam,vel ad cuſtodiam tenentur fauo
re reipublice. Immo clerici tenentur ad cuſtodiam,vt in cap.
peruenit.& quod ibi no.de imm.eccl.facit xxiii. q.viii.c.omni
timore.& c.nulla,ſed ſi timor nõ eſt talis,& tũc ſoli milites,
& ſoli vaſſalli ad hoc compelluntur,vt d. c. primo.hic finitur
lex incipiunt conſuetudines regni.& in l. penult.ff.ex quibus
cau.maio. Alii vero non compelluntur dummodo domi-
nus ſufficiat de per ſe ex redditibus quos recipit a loco in ga-
bellis,& ſimilibus.xxiii.quæſt.v. principes.vbi autem ſubeſſet
neceſſitas,dicit D. Abb. quod omnes tenentur pro ſalute do-
mini,& patriæ,vt in dicto capitu.ſi nulla. & in capitu. omni
timore.xxiii.quæſt.viii.& tene perpetuo menti illum tex. in d.
104 capitu.omni timore.vbi dicitur quod illi qui moriuntur † in
bello ſuſcepto pro veritate fidei,vel pro ſaluatione patriæ,vel
pro defenſione chriſtianorum cõſequũtur a Deo celeſte præ
mium, & hoc præmium conſequuntur milites qui pugnant
in iuſto bello non autem propter prædam principaliter, ſed
propter commune bonum, ſecus ſi pugnarent principaliter
propter prædam,quia tunc non conſequerentur tale pręmiũ
ſi morerentur in bello, vt innuit ille tex. & idem dicit Sanct.
Thom.quæſt.xl. artic. ii. & ex his ſumus expediti de vj. Ve-
105 nio nunc ad ſeptimum,ſcilicet an licitum ſit in bello†vti in-
ſidiis,& tex.de hoc videtur quod ſic in capi.ii.xxiii.q. ii. vbi di-
citur quod quando bellum eſt iuſtum nihil intereſt ad iuſti-
tiam, vtrum aperte an vero ex inſidiis quis pugnet, ſed Sanc.
Thom.in præalleg.quæſt.xl.art. iii. dicit quod inſidiæ duplici-
ter poſſunt fieri vno modo quando quis fallit hoſtes.dicen-
do falſum,vel non ſeruando promiſſum, & iſtud ſemper eſt
106 illicitũ,& hoc modo nullus hoſtis debet fallere, † ſunt enim
iura bellorum,& fœdera etiam inter ipſos hoſtes ſeruanda.
allegat Ambr.in lib.de officiis.pro hoc facit tex.xxiii. quæſt.i.
nolli.vbi dicitur quod fides eſt ſeruãda etiam hoſti. Alio mo-
do quis poteſt falli ex dicto,vel facto noſtro, quia ei propoſi-
tum,aut intellectum non aperimus, hoc enim ſemper facere
non tenemur,quia etiam in doctrina ſacra multa ſunt occul
tanda maxime infidelibus ſecundum illud Matthęi nolite
dare ſanctum canibus,vnde multo magis ea quę paramus ad
107 inimicos impugnandos ſunt eis occultanda,quia†inter cęte-
ra documenta rei militaris hoc pręcipue ponitur de occultã-
dis conſiliis, ne perueniãt ad hoſtes, & talis occultatio perti-
net ad rationem inſidiarum, quibus licitum eſt vti in bellis
iuſtis,& dicit quod huiuſmodi inſidiæ non vocantur proprię
fraudes,nec repugnant iuſtitiæ,nec ordinatæ voluntati, eſſet
enim inordinata voluntas ſi aliquis vellet ſibi nihil ab aliis
occultari. Et ex hoc vlt.no. quod peccat ille, qui vult om-
nia ſibi reuelari,& turbatur quando aliquid ſibi occultum te
netur.Et ex his infertur ad quæſt.quam ponit gloſſ.in cap.cu-
pientes.in verbo,malignantium.de electionibus.in vj.quæ di
108 cit,ꝙ vbi quis fouet†iuſtitiam in principali licitum eſt repel
lere aduerſarium per malitias & cauillationes,& idem ſenſit
gloſſ.in capitulo ſecundo.xxiii.quæſt.ii.in fin. primę gloſſ. Sed
hoc intellige dum tamen non interueniat aliquod menda-
cium,vel aliqua falſitas committatur,& hoc ſenſit gloſſ. iiii.
quęſt.iiii.nullus,in verbo, ad diminuendam. idem dicas ſi cõ-
mitteretur aliquod illicitum, tunc enim peccaret, & de hoc
vide Sanct.Thom.quæſt. cxj.artic. j. vbi dicit, quod aut com
109 mittitur†ſimulando,tacendo,vel nihil exprimendo, nec fa-
ciendo aliqua ſigna exteriora ad decipiendum aduerſarium,
nec inueniendo ſe velle ſignificare aliquid quod non eſt, &
tunc non habet rationem mendacii, & poteſt licite fieri ex
cauſa,vbi autem ſimulat per exteriora ſigna factorum,vel re
rum aliquid quod non eſt habet rationem mendacij niſi ta-
lis ſimulatio fiat ad aliquid figuratiue ſignificandum, ſicut le
gitur dominum feciſſe in euangelio finxit enim ſe longius
ire componendo motum ſuum, quod eſt volentis longius
ire.nam hoc fecit figuratiuę ad ſignificandum, quod ipſe erat
longe a fide illorum duorum diſcipulorum, vt dicit Sanct.
Grego.in homel.illius euangelii, & hoc no.pro declaratione
cap.vltim.xxii.quęſt.ii.vbi dicitur quod ſimulatio eſt vtilis, &
licita,& idem dicitur xliiii. diſtinct.in mandatis. nam hoc de-
bet intelligi dummodo per ſimulationem aliquid figuratiue
ſignificemus in ſe verum pro ut fecit dominus noſter,vel dũ-
modo ſimulemus aliquid tacendo,non tamen innuendo ali-
quid quod non eſt per exteriora ſigna factorum, vel rerum,
hoc etiam modo limita.capi.ne quis.xxii.quęſt.ii. vbi dicitur,
110 quod licitum†eſt occultare veritatẽ quando ſubeſt cauſa,nã
hoc procedit dummodo per exteriora ſigna factorum,vel re
rum non innuatur aliquid quod non ſit,& hoc etiam modo
declara gloſſ.in pręalleg.capit.cupientes.in verbo,malignan-
tium.de electionib. in vj. nam licitum eſt vti cauillationibus
illi qui fouet iuſtã cauſam in principali,dummodo per exte-
riora ſigna non innuat aliquid quod non ſit.Ex quo no.quod
ſicut non eſt licitum dicere mendacium, ita non eſt licitum
vti ſimulatione quando ſimulãdo per exteriora ſigna innuit
aliquid quod non eſt; liceret tamen ſimulando aliquid figu-
ratiue ſignificare in ſe verum cauſa deludendi audientem,
vt in dicto capitulo vtilem. xxii.quæſt. ii.& xliiii. diſtinctio. in
mandatis, & hæc perpetuo no. Per quæ ſumus expediti de
111 vij.dicit autem hic Bald.quod bellum † furtiuum nunquam
eſt licitum,nec iuſtum,quia debet ei pręsaid contra quem bel
lum intendit mouere, & ipſum diffidare, dicit tamen quod
112 hoc non procedit in bannito, quia non eſt† neceſſe quod il-
le qui vult occidere bannitum, primo eum diffidet,quia iam
eſt diffidatus a ſtatuto ciuitatis, & eſt ſibi notorium. argu. in
Authen.vt nulli iudicum.§.ſi quis vero comprehenſorum.&
C.de malefi.& mathe.l.fina.& in l.j.§.non fuit. ff. de dolo. ſed
Hoſt.& Ioan.And.in cap.pro humani.de homic.in vj.ex quo
113 mouetur Bal.dicunt,quod†diffidando non excuſat niſi inter
uenerit ſententia,vel authoritas ſuperioris,ſed non dicunt ꝙ
interueniente authoritate ſuperioris ſit neceſſaria diffidatio
vnde crederem quod dummodo requiſita ad iuſtum bellum
interueniant de quibus dixi in quarta quęſtio. non ſit neceſ-
ſarium quod hoſtes diffidentur. Si enim eſt licitum occulta-
re conſilia hoſtibus eadem ratione motionem belli, maxime
quando ſubeſſet periculum. ſi hoſtes haberent notitiam bel-
li,& dictum Bald.procedit vbi non ſubeſt periculum ſi fiat dif
114 fidatio,& hoc no. Venio ad octauum, ſcilicet † an vocati
ad bellum poſſint agere ad damna & expenſas contra vocan
tem,& in hoc dic,quod aut tales ſunt milites habentes ſtipen
dium, & tales nihil poſſunt petere ratione damnorum quæ
paſſi ſunt in bello,vt dicit hic D.Abb.& Bal.& hoc eſt verum
niſi aliud actum ſit inter eos, & plus dicit Bald.quod etiam ſi
eſſent capti dominus non tenetur eos redimere, quia pręce-
dit cõtractus veriſimiliter, & principaliter ad hoc ordinatus,
& ad hoc allegat Pet.& Cyn.in l.quem multa facinora, in ii.
115 q.C.ad l.Iul.vnde vi,& adhuc plus†dicit,ꝙ debent habere ſti
pendium pro tempore quo ſtant in carcere apud hoſtes.alle-
gat.l.j.C.de re mili.lib.x.aut ſunt vaſſalli,ſeu feudatarij,& tũc
tenentur iuuare dominum feudi,vt eſt caſus in d.ca.j.hic fini-
tur lex, incipiunt conſuetudines regni, aut ſunt amici qui ve
nerunt ad bellum cauſa amicitiæ,& non cauſa lucri,& Bal.di
cit idem eſſe dicẽdum, quia ſponte aſſumpſerunt in ſe onus
caſus fortuiti,& caſus accidit in re ſua propria.arg.C.de loca.
l.damnum.idem ſentit hic Inn.dicit enim ꝙ venientes ad bel
lum cauſa pietatis,vel humanitatis,ſeu parentelę nõ poſſunt
agere contra vocantem ad dãna,vel expenſas.arg.in l.Neſen-
nius.ff.de nego.geſt.& xxiii.quęſt.iii.non inferenda,extra iſtos
caſus dicit Innoc.ꝙ aut conſtat bellum eſſe iniuſtum, & tũc
non poſſunt agere actione mandati, vel alia actione contra
116 mandantem,ſeu vocantem ipſos ad bellum,quia in†re turpi
nulla contrahitur obligatio.Inſti. mandati. §.illud.& ff.man-

dati.l.ſi remunerandi.§.rei turpis. Aut non conſtat bellum
eſſe iniuſtum,& tunc dicit quod mandans tenetur ad reficien
da damna,& expenſas,nec obſtat ſi dicatur ꝙ hæc damna ca
117 ſualia ſunt caſus,†aūt fortuiti nō ſunt imputandi,vt ĩ.de ho-
mic.cap.Ioannes.cum ſuis concor.nam Inno. dicit ꝙ hoc eſt
verum quando caſus fortuiti non potuerunt præuideri, ſed
vocans alios ad bellum , bene potuit præuidere iſtos caſus
fortuitos,immo debuit ſcire ipſos poſſe euenire, quia varius
eſt euentus belli,& nunc hunc, nunc illum cōſumit gladius.
2.Reg.xi.c.Et ſubdit ꝙ vix,aut nunquam poſſunt milites veni
re cum armis,& eſſe in guerris quin faciant magnas expenſas.
& multa damna incurrant.& ſi dominus dicat ſe hoc ignora-
118 re eſt in lata† culpa, quæ dolo comparatur, cum iſtud intelli-
gant quaſi omnes.ff.de iu.& fac.ign.l.regula.& ff. de verborū
ſignificat.l.late culpæ. Ergo aut non debet vocare, vel ex
quo vocat cum bene ſciat, vel ſcire debeat,ꝙ iſtud pro maio
ri parte accidit videtur ad ſatisfaciendum ſe obligare,nec ob.
l.ſi vt certo.§.interdum ff.commo.vbi dicitur,quod ſi quis cō
119 modauerit†æquum & arma eunti ad bellum, & ibi amitta-
tur non agit ad ea recuperanda,nam aliud eſt in mandato,&
aliud in commodato,quia de natura mandati eſt quod man
120 dans teneatur mandatarium†ſeruare indemnem, vt in præ-
dictis ll.& ff.de procur.l.qui proprio.§.litis impendia. & ſ.de
procur.cum pro cauſa. Item ibi interuenit mandatum de re-
bus propriis ipſius mandantis ſicut patet in exemplo præmiſ-
ſo, fit in fauorem & vtilitatem ipſius mandantis, & in onus
mandatari, vnde nec tenetur mandatarius mandatum ſuſci-
pere niſi velit,ſed ſuſceptum tenetur adimplere alioquin, te-
netur ad intereſſe mandanti,vt Inſti.man.§.mandantis tantū
gratia, & §. mandatum ſuſcipere. Commodatum vero fit
gratia commodatarii,vnde in præmiſſo.ſ. quando commo-
do æquum,vel arma eunti ad bellum agitur ad hoc, vt com-
modatario ſubueniatur non quod ei commodans obligetur,
ſed nec commodatarius tenetur dummodo re commodata
ad eum vſum vtatur ad quem fuit commodata. Ideoque ſi
ęquus,& arma commodata eunti ad bellum in eodem bello
amittantur non tenetur commodatarius, nec etiam condu-
ctor ad emendam, ſi ſic eam conduxit, quia dator ſuſpicari
potuit,vt debuit hoc euenire poſſe. ff. loca.l.ſi quis domum.
§.hic ſubiungi.& l.ſi merces.§. vis maior.nec obſtat ſecundū
Innocen.quod eodem modo videtur imputandum ipſi voca
to ad bellum, ſi veniat & expenſas faciat, vel æquos & arma
amittat, quia & ipſe ſcire debuit hoc euenire poſſe. nam re-
ſpondet Innocen. ꝙ hoc verum, ſed etiam ſciebat, ꝙ natura
vocationis erat, quod vocans ſiue mandans, debebat ſibi re-
ficere per actionem mandati expenſas & damna ſua, & ideo
ſub hac ſpe ſecurus venit ad bellum. ff.mandati inter cauſas.
121 §.impendia.& l.qui mutuam.§. fin. Locator†vero debet eſſe
contentus ſua mercede,nec tenetur conductor de amiſſione
rei niſi reperiatur in dolo,vel culpa.ſimiliter nec commodata
rius tenetur niſi ſaltem ſit in culpa leuiſſima,ſed conſtat,ꝙ il-
le qui ducit æquum ad bellum, & ipſum ad hunc vſum rece-
pit non eſt in minima culpa. Sed hoc eſt verum ſecundum
Hoſt.ex eo ſolo, ꝙ duxit æquum ad bellum, ſi tamen ipſum
æquum vel male cuſtodiuit adaquando eum cum eſſet calli-
dus, vel non cooperiendo ipſum, vel non dando ſibi bladū
ſufficiens,vel alio modo propter quod equus eſt deſtructus,
vel mortuus,vel tranſiuit per locum euidenter periculoſum
non declarando hoc ei qui ipſum vocauerat, & qui forſan
prouidiſſet ei de ſecuro conductu. In his enim caſibus &
ſimilib.certum eſt,ꝙ in culpa deprehēdit, & ideo ei eſt impu
tandum.l.ſi vt certo.§.j.& §.ſed interdum.& l.in rebus.j.reſpō.
& §.j.ff.commo.& ita tranſit etiam hic Ioan.Andr.& But. in
d.c.olim.in 3.char.ſ.de reſti.ſpoliato.idem ſequitur hic D.Ab.
qui dicit ꝙ hæc verba valde notanda. dicit tamen ꝙ prædicta
122 debent intelligi in eo qui ſuſcipit† mandatum gratis. nam ſi
aliquid reciperet non eſt mandatarius,ſed locator,vel condu
ctor, & tunc non tenetur mandans ad reficienda ſibi dāna,
vel expenſas, & hoc modo poteſt reſponderi ad l. inter cau-
ſas.§.non omnia. ff. manda. vbi dicitur quod ſi mandatarius
ſiue ſpoliatus a latronibus, vel amiſit res ſuas naufragio, po-
teſt agere contra mandantem,quia hoc eſt imputandum ma
gis caſibus fortuitis,quam mandato.nam ille tex.loquitur in
mandatore,& ita ipſum ibi intelligit gloſſ.& Bar. Procura-
tor autem non ſuſcipit gratis mandatum,vel aliter ille tex.lo-
quitur in caſibus fortuitis, quos mandans non potuit præui-
dere,verbi gratia ſi mitto procuratorem Venetias,vel ad aliā
ciuitatem,& in itinere ſpoliatur a latronibus,vel res quas por
tat perdit naufragio, nam dominus qui mandauit veriſimili
ter hoc non cogitauit,vnde non tenetur ſibi reficere,ſecus in
eo qui conuocat aliquem ad bellum, quia debuit veriſimili-
ter prouidere hos caſus poſſe euenire, vt ſupra dixi. Et ex
123 his infert Innocen.q. Pone †mandaui alicui Ianuenſi, quod
mihi faceret ędificium in inſula mari circundata, puta.in Sar
dinia,vel in Sicilia, & mandatarius volens ſupplere manda-
tum recolligit ſeruos ſuos,& pecuniam & materiam ad ædi-
ficationem neceſſariam,puta ligna,calcem,feramenta, & ſi-
milia quæ tamen prius habebat parata ob aliam cauſam, &
omnia hæc mittit per mare pro mandato adimplēdo,& nau
fragio pereunt, nunquid tenetur mandator ſatisfacere man-
datario de prędictis,& reſpondet quod non,quia hæc amiſſio
non mandatori, ſed caſui potius eſt imputanda, nam hæc
omnia ita potuerunt perire domi,ſicut & in mari, licet naui-
gantes per mare pluribus caſibus ſubiaceant,quam remanen
tes domi,& ſic dicit poſſe intelligi. l. inter cauſas. §. non om-
nia.ff.manda.& ſi aliud diceretur,ſequeretur abſurdum,quia
ſi per vnum paſſum prædicta portari feciſſet, & fulgure, vel
alio caſu periiſſent teneretur mandator quod eſt abſurdum
dicere,vel ſentire,ſecus dic Innocen.ſi materiam emiſſet, vel
pecuniam mutuo accepiſſet pro implendo mandatum, vel
prędicta ſibi cementa omiſiſſet vendere propter prædictum
mandatum ędificii adimplendum. Et hęc caſu fortuito ami-
ſiſſet,tunc enim bene teneretur mandator actione mandati,
etiam ſi eodem modo apud mandatarium periiſſent, & dicit
quod hæc probantur.ff.de condictione ob cauſam. l. ſi pecu-
niam.§.fina.& ff.ſi mandati. l.ſi procuratorem. §. fina. & l.ſe-
quen.§. idem Papinianus.& §. item Labeo ait.& l. ſi quis ali-
cui.§.impendia.& l.qui mutuam.§. final. & ff. de nego. geſt.l.
ſed an vltro in hoc,& in caſu non propter fortunam tantum
hic amiſit,ſed propter mandatum, quia nunquam hæc emiſ
ſet, nec pecuniam mutuam recepiſſet niſi propter manda-
tum adimplendum. Nec obſtat ſi diceretur, quod etiam
quando materiam ob aliam cauſam paratam miſit in mare
niſi mandatum præceſſiſſet nunquam prædicta mari oppo-
ſuiſſet, & ſic non amiſiſſet, dicit enim quod non eſt certus
quod non amiſiſſet ſi non expoſuiſſet mari,quia infiniti ſunt
124 caſus fortuiti quibus hęc domi retinens amittere potuiſſet,
puta,incendio,rapina, & furto, & multis aliis tot enim ſunt
caſus fortuiti,quod nec dici, nec numerari poſſunt. l. penult.
circa medium.C.de vſufructu.& C.de præſcript. triginta an-
no.l.fina.ante fin.ſecus autem dicit in ſocietate,in qua ſocius
obligatur de caſu fortuito ſi potius ferat ſecum ea quæ nun-
quam portaſſet niſi iuiſſet ab negociandum.ff.pro ſocio. l.cū
duobus.§.quidam.& ratio eſt, quia ſocietas fit propter vbe-
riorem quæſtum, & quaſi fratres participant ſibi ſocij lucrū,
vnde & damna participare debent.ff.pro ſocio.l. viri ſocieta-
tem,& legibus ſequen.& l.cum duob.§.ſi fratres.& §. ſequen.
æquum enim eſt,quod qui partitur lucrum,partiatur & dam
num.ff.de reg.iur.l.ſecundum naturam,dicit poſtea Innocen.
quod quidam dicunt idem eſſe ſeruandum inter mandātem,
& mandatarium,ſiue mandatarius res ſuas prius paratas ob
aliam cauſam ſiue ad hoc de nouo emptas amiſit,& hoc di-
cit Innocen.eſſe vrbanum,& ęquum immo iuſtum,dummo
do caſus fortuitus talis ſit quem non incurriſſet niſi manda-
tum recepiſſet,vt in prealleg.l.ſi pecuniam.§.fina.ff.de condi.
ob.cauſam.& idem dicit in aliis caſibus ſimilibus, ſed ſi talis
caſus fortuitus contigiſſet,vel contingere potuiſſet etiam do-
mi,tunc mandator non tenetur,& ſic dicit poſſe intelligi.l.in
ter cauſas.§.non omnia. ff. mandat. Hoſtien. vero ſe remittit
ad not.in cap.excommunicamus.§.ſi vero dominus. ĩ.de hę-
ret. Eſt ergo mens Innocen. quod aut caſus potuit in domo
contingere,licet non ita de facili,& tunc mandans non tene-
tur de tali caſu fortuito. Aut caſus non potuiſſet continge-
re domi,& tunc mandans tenetur ad reficiendum damnum,
ſed D.Abb.dicit,quod hoc videtur eſſe contra text. inter cau-
ſas.§.non omnia.ff.mand. ſed poſtea dicit,quod ſibi placet di
ſtinctio ſupra facta.ſ.an caſus veriſimiliter potuiſſet continge
re domi,an vero non,& dicit quod hoc videtur ſentire Ioan.
And.in regula damnum, in mercu. libr.6. & ſic in effectu D.
Abb.dicit illud idem quod dicit Innoc. Sed ego non video
125 reſpōſum ad §.j.non oīa,nam ſpoliatio†latronū,vel amiſſio
rerum per naufragium,veriſimiliter non poteſt contingerere
domi neq; debet pręſumi,quod ille res perditæ fuiſſent, & ma
xime ſi ſunt res inanimatæ,vt pecunia,veſtimenta,lateres, &
ſimilia,vnde verba Innocen.ſunt valde dubia,licet Docto.ita
pertranſeant hic,vnde reſumendo omnia,quę dicit Innocen.
prius excludam caſus claros numerando tamen ſingulos ca-
126 ſus. Primus caſus eſt in conductore,†vel commodatario,&
hoc caſu ſi vtitur re conducta, vel commodata ad vſum, ad
quem fuit locata,vel commodata,& tunc ſi res periit caſu for
tuito non præcedēte culpa non tenetur commodatarius, vel
conductor de caſu fortuito,ſecus ſi culpa prçceſſiſſet, vt quia
ęquum commodatum non bene cuſtodiſſet,vel per loca peri
culoſa duxiſſet, vt dixi ſupra ſecundum Hoſtien. Secundus
127 caſus eſt in ſocio defferente † ſecum rem neceſſariam ad ne-
gociationem, tunc enim conſocius debet ſubire damnum ꝑ
parte,

parte,vt in l.cum duobus.§.damna.& §. quædam ſangariam.
ff.pro ſocio. ſecus ſi res nõ fuiſſet neceſſaria ad negociationẽ,
quia tunc ſocius amittentis non teneretur referre partem dã
ni,vt probatur in dicto §. quidam ſangariam. & ſenſit Barto.
in l.ſi ſeruus.§.qui vero.ff.de fur.& hoc etiam videtur ſenſiſſe
Innocen.dum dixit,quod ſocius obligeẽ de caſu fortuito,ſi cõ
ſocius ſecum deferrat ea, quæ nunquam portaſſet, niſi ad ne-
gociandum iuiſſet. Tertius caſus eſt, quando mãdatarius
128 incurrit † aliquod damnum caſu fortuito, & ſi loquimur in
materia noſtra, ſcilicet quãdo aliquis eſt vocatus ad bellum,
& in hoc ſunt conſiderandæ quatuor concluſiones. Prima
eſt, quando bellum eſt aperte iniuſtũ,ita quod vocatus etiam
ſcit bellum eſſe iniuſtum, & mandans, ſeu vocans ad bellum
non poteſt conueniri ad damna, vel expenſas, quia rei tur-
pis nullum eſt mandatum, vt ſupra dixi ſecundum Innocen.
Secunda eſt concluſio,quando bellum eſt iuſtum, vel dubi
tatur an ſit injuſtum, vel iuſtum,& vocati ſunt milites haben
tes ſtipendia,vel vaſalli,& tales non poſſunt agere ad damna,
vel expenſas, etiam ſi ipſas incurrerent caſu fortuito, & ſi eſ-
ſent capti dominus conuocãs non tenetur eos redimere, nec
debent habere ſtipendium pro tempore quo ſteterunt in car-
cere,vt dicit Bald.Dic tamen, quod ſi ex poſt facto declarare-
tur conuocantem mouiſſe bellum iniuſte,tunc teneretur ad
omnia damna, & ad omnes expenſas referendas,quia fuit in
culpa mittendo eos ad bellum iniuſtum,& hoc videtur ſenti-
re Innocen. Tertia concluſio ſi conuocati non ſunt milites
vel vaſalli,ſed cauſa parentelę, vel amicitię abſque aliquo ſti-
pendio iuerunt ad bellum,& hoc caſu Innocen.& Doctores
& etiam Bald.videntur velle, quod conuocans non teneatur
nec ad damna,nec ad expenſas,ſed ego credo cõtrarium eſſe
129 verum,quia † officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum,
l.ſi quis ex ſignificatoribus.ff.quemadmodum teſtamen.aper.
& in l.ſi ſeruus.§.qui vero.ff.de furtis.& quod ibi no.Bar. ſatis
enim operatur amicitia,vel parentela,vel quod iuerint ad prę
lium ſine aliquo ſtipendio, non autem eſt præſumendum, ꝙ
voluerint ire ad prelium cum damno ſuo,cum nemo pſuma
tur velle iactare ſuum.l.cum de indebito.ff.de probationib.&
in cap.ſuper hoc.de renuncia. & idem puto dicendum de his,
qui cauſa pietatis,vel humanitatis mouetur ad aliquem iuuã
dum,licet Innocen.& Docto.videantur aliter dicere,tamẽ in-
hoc vltimo poſſet dici eſſe recurrendum ad circunſtantias,vi-
delicet an pietas,vel humanitas fuerit tanta,vt pręſumatẽ con
uocatos voluiſſe ire ad bellum ſuo ſumptu, & ſuo periculo,
quod tamen in dubio non eſt pręſumendum,vt ſupra dixi.nõ
obſtat l.Neſennius.ff.de neg.geſt.& l.prima.C.eodem titu.& ſi
milia iura quę dicunt,quod parentela,vel affectio inducit prę
130 ſumptionem † donationis. Nam fateor hoc eſſe verum reſpe
pectu operarum, & laboris quę præſtantur in bello, non au-
tem reſpectu expenſarum,vel damnorum, nec eſt verum, ꝙ
ſemper in dubio præſumatur donatio ratione conſanguinita
tis,niſi aliæ conie cturę interueniant,de quo per Bart.in l. quę
dotis.ff.ſoluto matrim. Quarta concluſio,ſi ſubditi,vel alii
131 extranei † fuerunt cõuocati ad bellum ſine ſtipendio, & tales
poſſunt agere ad damna,& expenſas,& in hac concordãt om
nes,quod intellige,niſi fuiſſent in culpa,vt dicit Specu.in titu.
de iudi.§.ſpecialia.ver.penulti.in fi. Quartus caſus eſt,quãdo
loquimur in alio mandato,quã in mandato ad bellum faciẽ-
dum,& in hoc caſu videtur dicere D. Abb.quod aut manda-
tarius ſeruit gratis, & tunc periculum caſus fortuiti pertinẽt
ad mandãtem, & ſic intelligit Innocen. Aut ſeruit pecunia
accepta,& tunc proprie non eſt mandatum,ſed locatio,vt in
132 l.prima.ff.mand.& ſic periculum caſus fortuiti † non pertinet
ad mandantem,ſed ad mandatarium, & hoc modo poteſt in
telligi.l.inter cauſas.§.non omnia.ff.manda. quia loquitur in
procuratore,vt ibi intelligit glo.& Bart. qui non ſeruit gratis,
tamen Innoc.in mandato,non gratuito diſtinguit, quod aut
res fuiſſet veriſimiliter eodem modo peniturã apud mandata-
rium,& tunc non poteſt agere de caſu fortuito. Aut veriſi-
militer talis caſus non potuiſſet contingere domi,& tunc mã
dans † tenetur de caſu fortuito,& idem dicit hic D.Abb. & di
cit,quod hoc videtur ſentire Ioann.And.in regula damnum.
libro vi.idem ſentit Specu.in titu.de iudi.§.ſpecialia.verſi.pen.
qui incipit,ſimilis eſt quęſtio. ſed hoc videtur eſſe contra tex.
in l.inter cauſas.§.non omnia.ff.manda. vbi patet quod peri-
culum caſus fortuiti pertinet ad mandatarium,nec poteſt age
re contra mandantem, etiam ſi res non fuiſſent periturę do-
mi apud ipſum,& Ioan.de Fauentia de Piſis, & Bart.in l.ſi ſer
uus.§.qui vero.ff.de furt.dicunt, quod quando aliquis ſuſcipit
134 † officium voluntarie, quod periculum caſus fortuiti perti-
net ad ipſum, & non ad mandantem, & ſic intelligũt dicta l.
inter cauſas.§.non omnia.& hæc opinio mihi videtur verior,
dic tamen concordando, quod aut in re, quæ debet tradi,vel
alienari interuenit caſus fortuitus, vt in exemplo Innocen.&
tunc debet diſtingui,an res eodem modo fuiſſet peritura veri-
ſimiliter apud eum,vel non, & de hoc videtur eſſe tex.in ſimi
li in l.ſi pecuniam.§.fi.ff.de condi.ob.cau.per quam mouetur
Inn.ibi enim dicitur,ꝙ ſi dediſti mihi x.vt manumiterem ſer-
uum,qui antequam manumiterem mortuus eſt, vel aufugit,
ſi eram ipſum venditurus non poteſt pecuniam repetere,ſed
ſi non eram venditurus teneor tibi reddere pecuniam rece-
ptam,quia eodẽ modo fugiſſet, vel mortuus fuiſſet apud me,
& hoc modo procedit opi.Inn. cum qua tranſit D. Abb.Aut
caſus fortuitus extrinſece, committitur extra rẽ ſuper qua cõ-
trahitur, vt quia contrahens ſpoliatur a latronibus, vel nau-
fragio,res proprię ſuper quibus non contraxit pereunt,& tũc
periculum caſus fortuiti non pertinet ad mandantem,etiam
ſi res non fuiſſent aliter veriſimiliter periturę,vel aliter veriſi-
militer nõ fuiſſet paſſus, vel paſſurus illum caſum fortuitum,
135 & hoc modo † loquitur l.inter cauſas.§. non omnia.ff.mand.
& hoc not.quia non reperi per aliquem declaratum. Ex his
136 poteſt inferri,nunquid † ſi ambaſiator eſt captus,vel ſpoliatus
in itenere teneatur dominus vel ciuitas, quę cum miſit reficere
re damnum,& Bar.poſt Io.de Fauentia de Piſis in loco pręal.
dicit,ꝙ ſic, quia officium ambaſiatoris eſt neceſſarium,quia
tenetur parere domino,vel ciuitati, quæ cũ miſit, vnde aliud
eſt,in procuratore,cuius officium eſt voluntarium, excipiunt
tamen tres caſus in quibus mittens non tenetur. Primus eſt,
137 quando ambaſiata † fuit procurata, ſiue praticata,& tunc ni-
hil debet ſibi emendari,ſicut nec procuratori,facit l. tria one-
ra.ff.de excu.tut.ibi non affectata,& idem ſenſit Spe.in lo.prę
alle.§.ſpecialia.ad fi.ver illud autem quæritur. Secundus caſus
138 eſt,quando portauit res non neceſſarias † ad ambaſiatam,vt
quia propter pompam ſuam duxit plures equos, vel detulit
plures res,quã debebat,& hoc probatur in d.§. qui vero.& in
l.cum duobus.§.quidam ſangariam.ff. pro ſocio. Tertius ca-
ſus eſt, quando res fuiſſent alias naturaliter periturę apud ip-
ſum ambaſiatorem.Pone exemplum, equus moritur morte
naturali in itinere, tunc enim ambaſiator nõ poteſt agere ꝯ
mittentem,vt reficiat ſibi æſtimationem ęqui, mittens ergo le
gatum tenetur reficere damna,quę incurrit abſque culpa ſua
pręcedente. Exceptis prædictis tribus caſibus. Et ex his habes
viii.q.declaratam in qua Doc.multum obſcure ſcripſerunt,vn
de tene menti quę dixi. Venio nunc ad nonam q.ſ.an conuo
139 cans aliquos † ad bellum poſſit agere vi bonorum raptorum
contra eos qui ſpoliauerunt vocatos per eum,& Inn. conclu
dit,quod nõ,quia res ablatę non erant in bonis, vel de bonis
mandatoris, nec per ipſum erant detentę, vel poſſeſſę,actio
autem vi bonorum raptorum non datur alteri, quam domi-
no,vel poſſeſſori, vel detentori, vel habenti aliquod ius in re
rapta,puta ius pignoris,& idem dicit in actione furti, alleg. l.
ii.§.in hac actione.ff.vi bo.rap.& in l.ſi gratuitam. ff.de pręſcr.
verbis.in §.ſi quis ſponſionis.& ff.de fur.l.is cui.& in l.commo
140 raſſet. Concludit ergo,ꝙ ſinguli homines † ſpoliati debent
agere contra ſpoliantes, vel contra dominum eorum,& plus
dicit Inn.ꝙ etiam ſi mandator.i.ille qui vocauit ad bellum ex
preſſe promiſiſſet ipſos ſeruare indemnes, adhuc non poſſet
agere contra ſpoliantes,allegat l.quæro.ff.loca.& ſubdit,ꝙ in
his & ſimilibus caſibus eſt expediens conſilium,ꝙ mandator
ſatisfaciat ſpoliatis, & ꝙ ſibi cedi faciat actiones ante ſatisfa
141 ctionem,† ſicut enim poterit agere contra ſpoliatores,vt in l.
pe.§.fi.C.man.& ſubdit, ꝙ non prodeſſet ceſſio, ſi fieret poſt
ſolutionem,niſi antea cõueniſſet de ipſa ceſſione facienda,vt
in l.Modeſtinus.ff.de ſol.& cum hoc tranſit Ioã.An.& D.Ab.
dicit hoc eſſe no.Sed circa hoc quęro, pone guerra fuit facta
inter duos principes, & hinc inde ſunt data multa damna, &
poſtea facta eſt pax inter ipſos principes,& damna ſunt hinc
142 inde remiſſa,quæritur nunquid † talis remiſſio extendatur ad
omnes vtriuſque partis,& in hoc reſpondet Ho.in ſum.de pę.
§.fi.ver.ſed pone,ꝙ guerra,& pręal. tract.in præl. arti.de reſti-
tutione bellantium,dicit, ꝙ talis remiſſio non extenditur ad
omnes ſuos, qui paſſi fuerunt damnum, niſi fiat de conſenſu
eorumdem.ar. C.de tranſactio.l.j.& l.præſes.& l.tranſactionis
placitum.& l.vbi pactum.co.ti. niſi forſitam pax aliter haberi
non poſſet,quia tunc vtiliter geritur negocium vtriuſque.ſ.do
mini,& hominum,& ſic poteſt intelligi.l. cõuentionem. ff.de
pact.aliter non poſſet dominus remittere ius hominis ſui cũ
nec poſſit ab eo extorqueri ſine rapina, optime facit.c.quãto.
ſupra e.& quod ibi dixi.& ex his ſum expeditus de nono. Ve
143 nio ad decimam.ſ.quę ſint cauſę,† quia Deus affligit populos
bellis,de hoc vide gl.in c.ad apoſtolicę.de re iud.in vi.in verbo
pacem.quę alle.vi.cauſas.Prima eſt, quia non punitur malitia.
& ad hoc alle.Eccl. iiii.c.ibi,quia non profertur contra malos
ſnĩa &c. Secunda eſt abundantia temporalium. Tertia, qa
non occupamur in pugna contra dęmones, Quarta,quia nõ
conſideramus damna guerrę, in qua diuitias corporis & ani-
mas perdimus. Quinta,quia non conſideramus dubium euẽ-

tum

tũ belli.Sexta,q̃a nõ ſeruamus p̃cepta Dei,nec ſoluimus deci
mas. xvi.q.j.reuertimini.& ibi dicit Pau.& D.Do.ſuper illa gl.
quod quidam Doctor comẽtator clemẽtinarũ,dicit in proę-
mio,quod non loquendo de abſoluta poteſtate Dei,ſed de or
144 dinata†nõ poſſet Deus facere pacem in mũdo,q̃a cum diuer
ſi ſint animi gẽtiũ,diuerſitas iſta ĩducit defenſiões, & guerras,
& has diuerſas voluntates Deus de ordinata poteſtate nequi-
ret tollere , & hęc verba no.ſed dic,quod Deus ſæpe imperat
bellum fieri hoc exigentibus peccatis noſtris,in quo bello du
ctor exercitus, vel ipſe populus eſt magis iudicãdus miniſter
belli quã auctor, ita dicit tex.xxiii.q.ii.ca.ſecundo.in fi. ad idẽ
vide Auguſtinum in primo lib.& in primo capit.de ciui.Dei,
vbi dicit,quod Deus ſolet corruptos hominum mores bellis
emendare,atq; conterrere . Itemq; vitam mortalium iuſtum
atque laudabilem his afflictionibus exercere,probatamque ,
vel in meliora transferre,vel in his adhuc terr is propter alios
vſus detinere.Item lib.v.cap.xxj.in fi.dicit,quod Deus regit,&
gubernat tempora bellorum, prout ei placet cui nihil iniuſte
placet,& dicit alibi Augu. quod Deus mittit Angelum ſuum
tempore belli , & facit vincere quem voluerit cuius conſiliũ
occultum eſſe poteſt,iniquum eſſe non poteſt. Ita dicit Aug.
a in præa.opere.libro quarto,capitulo xvii.[a] Ex quo infertur
145 quod nunquam hoſtes † vincerent aduerſarios , nec poſſent
capere aliquam ciuitatem, niſi Deus daret eis poteſtatem.vn
de Augu.in pręalleg.opere,libro v.capitu.x.in fi.dicit hęc ver-
ba notãda, Quicquid præter voluntatem ſuã patitur homo,
non debet hoc tribuere humanis, vel Angelicis,vel cuiuſquã
creati ſpiritus,voluntatibus , ſed potius ei,qui dat poteſtatem
volentibus. Magiſt. etiam ſententiarum , libro ſecundo, di-
ſtinctione xxi.cap.primo.allegat Aug.ſuper Geneſim , qui ſic
dicit, Nocendi enim voluntas ineſt cuique a ſe, ſed poteſtas a
Deo.& vide eundem magiſtrum ſententiarum in præal.libro
diſtinctione xliiii.capit.primo,& ſecundo.vbi dicit , quod nec
diabolus poteſt nocere homini , niſi poteſtatem a Deo reci-
piat.Immo nec quis poteſt peccatum operari,niſi a Deo reci-
piat poteſtatem , licet enim conſenſus dependeat a poteſta
te tamen operatio ipſius peccati,recipitur a Deo q̃ dat pote-
ſtatem peccandi,& allegat Greg.in moralibus,qui dicit,quod
tumoris,ideſt ſuperbiæ elatio eſt in crimine non ordo pote-
ſtatis. Deus enim tribuit potentiam peccandi,elationem ve-
ro potentiæ inuenit malitia noſtrę mentis. Tollamus ergo,
quod de noſtro eſt , quia non potentia iuſta, ſed actio praua
146 damnatur. Malum ergo†procedit a nobis,Deus vero con-
cedit potetiam malum operandi iuſta ratione , quia nullum
eſt malum,de quo Deus non faciat bonum,xxiii.q:prima.re-
legentes.& ideo non omnia mala poſſunt fieri,ſed ſolum illa
Deus permittit,quæ magna ratione Deus permittit fieri,licet
committens grauiter delinquat,quia Deum offendit.cum er-
go nõ poſſimus pati bella,nec hoſtes poſsẽt nobis nocere,niſi
Deus det eis ptãtem.debemus ergo recte viuere ſeruando præ
cepta Dei,vt Deus a nobis auertat hoſtes ne noceant , vnde S.
Ps̃. dicit, ſi populus meus audiſſet me Iſrael,ſi in viis meis am
bulaſſet pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem,
& ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meã . Item Iſaias
xix. capitulo,vtinã attendiſſes mãdata mea facta fuiſſet, ſicut
flumen pars tua, ideſt pars tua fuiſſet perpetuã, ſicut flumina
nunquam exicantur ,ſed ſemper fluunt , & refluunt, & hęc,
alias pleniſſime declaraui in quodam conſilio,quod edidi de
cauſis,quare Deus mittit bella,vbi allegaui plurimas auctori-
tates ſacrę ſcripturæ, & iſta ſufficiant.

ADDITIO.

a ¶Quod no.nihil homini accidit quod aut Deo iubente,aut permittente,gloſ. in c audacter.viii.q.prima nec folium arboris mouetur ſine nutu Dei,Augu. ſermo.xxviii.in prin.& xl.circa fi.& l. in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus non habens temporalia a laicis non tenetur ei præſtare iuramentum fidelitatis.*
2 *Ius canonicum dicitur diuinum.*
3 *Papa quicquid promulgat a Deo promulgari cenſetur .*
4 *Interpretationi Papæ potius eſt ſtandum quam aliorum .*
5 *Tituli ſpirituales multi enumerantur .*
6 *Leges dicuntur etiam ius diuinum,quia Deus eas promulgauit.*
7 *Ius canonicum dicitur etiam ius humanum.*
8 *Clerici ſi habent feuda a laicis tenẽtur præſtare iuramentum fidelitatis,a contrario ſenſu arg .*
9 *Vſurpatio ſignificat vitium.*
10 *Bannitus ab aliqua ciuitate non dicitur capite diminutus ſi eſt forenſis .*
11 *Poßidens bona in territorio alicuius , an ad fidelitatem illius teneatur .*
12 *Eccleſia omnis & res ſita in diocęſi .*
13 *Omagium pro ipſis rebus non eſt faciendum .*
14 *Allodiales non ſunt, nec res,nec perſonæ eccleſiaſticæ.*
15 *Dominus an fundet intentionem ſuam de iure communi ſuper rebus ipſius prouincię .*
16 *Epiſcopus de iure communi ſolam iuriſdictionem ſpiritualem habet.*
17 *Prouincia quando dicatur de per ſe,ſiue territorium*
18 *Quis poteſt præſcribere omnem iuriſdictionem in caſtro contra dominum .*
19 *Papa vel Imperator concedendo alicui totam prouinciam an videatur voluiſſe aufferre ius quęſitum ei qui pręſcripsit.*
20 *Speciale tantum valet quo ad quędam,quantum generale.*

## CAP. XXX.

1 NImis. Clerici†non habentes temporalia a lai-
cis non tenentur eis præſtare iuramentũ
tudo meo iudicio eſt iuri conſona, quam etiam ſecutus fuit
Lap. ſua alle. lvii. & lxxv. q. dicit ſe de facto obtinuiſſe, & curiã
ro. obſeruare, quod quocunque modo diſputetur de vſura nõ
poteſt tractari coram ſeculari, ſed tantum coram eccleſiaſti-
co, & iſtam opi. etiam firmauit Bal. hic. & in ca. primo. §. ſimili
ter. de controuer. inueſtitu. & in l. omni nouatione. C. de ſacr.
ſan. ecc. & in l. quotiens. C. de iud. in quibus tamen dicit, quod
ſic confiteretur ſponte coram iudice ſeculari talis confeſſio
valeret, & faceret fidem coram eccleſiaſtico, licet non tenea-
tur reſpondere, & debeat petere ſe ad epiſcopum remitti, &
iſta opi. mihi ſemper placuit, & in iudicando eſt tenenda, ex
28 quo conſuetudo † eam approbauit. l. ſi de interpretatione. ff.
de legi. & in c. cum dilectus. de conſue. & pro hoc facit, quod
no. Ioan. And. in c. primo. de conſti. vbi dicit, quod communis
opin. non eſt ſequenda, quando probabiliter poteſt conuinci,
vnde tex. in l. prima. in ii. col. §. cunque hoc materia. C. de vet.
iur. enucle. in ver. ſed neque. dicit, quod non debemus attende
re multitudinem Doctorũ, ſed illud quod eſt melius, & ęqui⁹,
quia forte ſententia vnius deterioris Doctoris poteſt in aliqua
parte ſuperare multos maiores Docto. Ideo ab iſta concluſio
ne non recedas ſi videtur tibi eſſe verior de vſuris, maxime,
quia conſuetudo ita eſt interpretata a qua eſt recedendũ, quia
ad ipſam pertinet approbare quę opinio ſit verior, & melior,
& D. Dom. in pręalleg. capi. de vſur. in vi. dicit enim, quod vbi
cõſuetudo diſponit ſolum iudicem eccleſiaſticum debere co
gnoſcere, quod illa conſuetudo eſt ſeruanda, ſed ex quo Doc.
authentici atteſtantur conſuetudinem eſſe debemus eis ſuper
hoc credere, immo vni Doctori authen. alleganti conſuetudi
nem eſt credendum, vt dicit Bar. in repeti. l. de quibus. ff. de leg.
& pro hac opi. facit clemen. prima. §. ceterum. de vſur. vbi pa-
tet, ꝙ etiam vbi eſt quęſtio facti, tantum aditur iudex eccleſia
ſticus, vt compellat fœneratorem edere libros ſuos, & profe-
cto cum illud ſit ius nouum, ſi iudex ſecularis potuiſſet adiri
dixiſſet, quod per hoc non intendebat adimere facultatem iu
dicibus ſecularibus, quo minus ad hoc poſſent compellere, ſi-
cut in ſimili facit tex. in ca. fœlicis. §. per hoc. de pœnis. in vi, &
hęc no. In ſecunda parte glo. iunge ſi. glo. cum iſta parte, &
vide glo. in dicto c. pręſentium. in verbo, ipſorum conuentuũ.
de teſti. in ſexto. quę dicit, quod debet iurare in animam ſuã,
& totius conuentus, & maioris partis, & pro hoc dicit, quod
29 † confeſſio ſolius prelati, & minoris partis conuentus non no
cet eccleſię, & idem dicit glo. in c. dudum. ii. in verbo de dicen
da. ſupra de elect. quę incipit, not. ergo. & tene menti illam gl.
& iſtam inquantum dicunt, quod creditur ſoli pręlato in his,
30 quę ſunt de facto ſuo, ſicut creditur † ſeruo in his, quę ſunt de
facto ſuo, vt iiii. q. iii. §. item ſerui. & in l. interrogari. ff. de quę-
ſtion. licet glo. in dicto c. dudum. dicat, quod conſuetudo ſe ha
beat in contrarium, ſed notabis iſtam gloſ. & illam inquantũ
dicunt, quod de iure deberet credi vni ſoli deponẽti de facto
ſuo, ſicut creditur ſoli ſeruo deponẽti de facto ſuo, & iſtas gl.
tene menti, quia faciunt pro eo, quod dicit Paul. de Caſtro in
l. quicunque. in ſi. C. de ſeruis fugi. vbi dicit, quod ſi unius teſtis
31 † deponit de facto proprio debet ei credi concurrentibus aliis
indiciis, quia etiam uni ſeruo creditur deponenti de facto pro
prio, ut eſt tex. & glo. in dicta l. quicunque. & in l. quero. in fin.
ff. de ędil. edict. unde ſi creditur uni ſeruo, fortius debet credi li
bero homini, etiam ſi dicatur, quod ſeruo creditur cum tortu
ra, ſed liber homo non debet torqueri, reſpondet, quod illud
contingit

contingit propter vilitatem perſonæ ſerui cui non debet cre
32 di ſine tortura, ſed tantum valet depoſitio† hominis liberi, li-
bera quantum extorta a ſeruo per torturam, & per hoc limi
tat l.iurisiurandi.C.de teſti.vbi dicitur, quod non creditur vni
teſti quantumcunque magna prefulgeat dignitate, & idem di
citur in c.licet.& in c.licet ex quadam. ſupra de teſti.nam hoc
eſt verum vbi teſtis deponit de facto alieno, de quo habet no-
titiam per ſenſum corporeum, ſecus vbi deponit de facto pro
prio, quia tunc creditur vni teſti concurrentibus aliis indiciis,
& gloſ.hic, & in d.c.dudum.ſenſit iſtam opi. quod debet credi
vni teſti, quando deponit de facto proprio.hoc tamen intelli
gas vbi ex tali pacto ad eum non poteſt pertinere, nec cōmo-
dum, nec incommodum, nec laus, nec vituperium, per ea quę
dixi in ca.inſuper. ſupra de teſti.& iſtud tene perpetuo menti,
& adde iſtud ad c.licet.el.primo.ſupra de teſt.& ad caſus, quos
ponit Spec.in titu.de teſte.§.reſtat.de mino.ver.hoc tamen fal
lit. In tertia parte glo.Innocen.hic dicit, quod quamuit po-
teſt dicere ſe ſcire ea, quæ vidit, ſi ea indubitanter credit, & po-
nit exemplum de Chriſto, Conſtantino, & Iuſtiniano Impera
33 toribus, & allegat Aug.qui dicit, quod † ſpes eſt certa expecta-
tio futurę beatitudinis, quia de futura beatitudine non poteſt
eſſe certitudo ſcientiæ, ſed credulitas tantum. vnde dicit idem
in iuramento de veritate dicenda, quia iurat vera eſſe, de qui-
bus non dubitat, licet ea non viderit, & hoc bene not.ex quo
34 habes, quod iuramentum † de veritate dicenda non tantum
eſt de his quæ iurans vidit, ſed etiam de his, quæ indubitanter
credit, licet illa non viderit, ſecus dicit in teſte, qui non tantū
iurat de veritate, ſed de his quæ in eius præſentia facta ſunt.C.
de teſtibus.l.teſtium.& optime probatur iii.q.viii.teſtes.ſed di-
cit Archi.quod hæc verba non ſunt Inno.ſed dicit D.Abb.ꝙ
Innocen.ponit hæc verba formaliter in c.fi.de iuramen. calu.
& verum dicit, & ad ipſum remittit hic Ioan. And. Et ex his
no.differentiam inter iuramentum de veritate, quod pręſtant
litigantes in iudicio, & iuramentum de veritate teſtium.In gl.
ſecunda. Circa iſtam glo. Bal. effundit multa verba, ſcilicet
35 an ſemper vbi fit mentio de fructibus intelligatur de deductis
expen.& in effectu dicit, quod ſic, niſi fiat mētio de fructibus
pendentibus, puta ſi donarē, vel vēderem tibi fructus, qui ſunt
in fundo qui adhuc non ſunt inciſi, vel collecti, de talib.enim
non deducuntur expenſę, quia ſunt, tanquam pars ſoli, & de
hoc vide Bar.qui plenius hoc declarat in l.fructus.ff.ſolu.mat.
In glo.fi.no.plura ex hac glo.primo, quod cauſa vſurarum
eſt quaſi ſpiritualis, de quo dixi in prima parte j.glo. Secun-
36 do no.ex eadem† quod confeſſio de credulitate præiudicat ſi-
cut confeſſio de veritate, idem dixit glo.in l.& quia.ff.de iuriſ.
omnium iudi.& idem dicit Specu.in titu.de poſitio.§.vi.verſi.
hoc tamen.& Cy.in l.ſecunda.§. quod obſeruari.C. de iuram.
calum.& tene menti iſtam gloſ.quia quotidie ad hoc allegāt,
ſed D.Ab.dicit, quod gloſ.eſt intelligenda, quando quis reſpō
det in facto proprio, ſecus ſi in facto alieno, quia tunc ſibi nō
præiudicat, allegat c.licet.de proba.& c.cum cauſam.de teſtib.
ſed ego dubito, an iſta dubitatio ſit vera, quia ex quo per talia
verba intelligitur confiteri debet ſibi pręiudicare, ac ſi confeſ-
ſio fuiſſet facta de facto proprio, vnde Docto. communiter ſe
quuntur iſtam glo.ſimpliciter putarem tamen, quod facilius
admitteretur ad reuocandam confeſſionem, quando cōtine-
ret factum alienum, quam ſi cōtineret factum proprium præ
ſertim, vbi non habuit tempus ad deliberandum, & quod cō-
37 feſſio† continens factum alienum per verbum, credo, vel cre-
dit præiudicet, allego glo.in c. ſecundo.§.quod obſeruari.C.de
iuramento calum.& in c.ſecundo.in verbo, ſciat.de teſti.in vi
quæ dicunt, ꝙ qñ quis dubitat debet pręmittere negationem
ne videatur confiteri, puta ſi dicitur Titium eſſe mortuum &
iudex me interrogat, an ſit mortuus, & cogit me reſpondere
38 affirmatiue, vel negatiue, nam † debeo reſpondere negatiua
præpoſita non credo ipſum eſſe mortuum, quia nō ſequitur
quod credat eum eſſe viuum. Secus ſi diceret credo eū non
eſſe mortuum, quia tunc crederet eum vivere, & ſic intellige-
retur confiteri, & hoc etiam tenuit Spec.in titu.de poſitionib.
§.vi.ver.ſed nunquid, vnde ille glo.& Specu.volunt, quod vbi
quis reſpondet per verbum credit de facto alieno de quo du-
bitat talis confeſſio ſibi præiudicat, niſi pręmittat negationē,
& cum hoc etiam tranſit D.Dom.in dicto c. ſecundo.de teſti.
in vi.ſuper glo.præal.& idem videtur ſentire Barto. in l.ſecun-
da.§.quod obſeruari. vbi ſimpliciter recitat illam gl. nec eam
reprobat, licet dicat illud conſilium non eſſe neceſſarium, qa
poteſt dicere ſecure ego dubito, vt in l.ſi debitor.ff. de peti.hę.
& in l.ſi quidem.C.de excep.& in l. iuſiurandum ad pecunias.
39 ff.de iureiuran.poteſt etiam petere tempus† ad deliberandum
de quo ibi per Bar.& in dicto §.quod obſeruari. & per D.Do.
in c.primo.de confeſ.in vi.& poteſt dici, quod ſi poſt elapſum
tempus ad deliberādum, adhuc remanet dubius, quia adhuc
non potuit ſe certificare debet reſpondere, per verbum dubi-
to, & ſi iudex vellet ipſum compellere, vt reſponderet affirma
tiue, vel negatiue poſſit appellare, idem vbi nō vellet dare tē
pus ad deliberandum.Bald.tamen in c. fin. infra eodem.dicit,
quod debet cauere ne petat tempus ad deliberandum, quia ſi
acceptaret terminum debet cogi præciſe reſpondere, vt in l.
iuſiurandum, & ad pecunias.ff.eodem.Sed ego intelligo, quā-
do potuit infra terminum ſe certificare, ſecus ſi non po-
tuiſſet ſe certificare, & hoc innuit dicta l. iuſiurandum, & ad
pecunias. tamen ad euitādam contentionem cum iudice, vel
cum parte cautum eſt, quod reſpondeat negatione præpoſita.
puta non credo, vel non credit. & ex hoc infertur, quod vbi
quis reſpondet per verbum non credo, vel non credit dato, ꝙ
poſtea probetur contrarium non eſt periurus, ſecus niſi quis
reſponderet per iuramentum veritatis, vt in c.fi.de iureiuran.
in vi.& de hoc D.Abb.remittit ad Federi.de Sen.conſilio ſuo
xxiii.in fi.vbi latius hoc examinant, & hæc tene menti.[a] Ter
a tio no.ex glo.† quod iuramentum de calum. vel de veritate di
40 cenda nou poteſt pręſtari poſtquam eſt in cauſa concluſum,
& iſtam glo.no.pro declaratione capituli primi, de iuramen.
calum.in vi.vbi dicitur, quod iuramentum calum.& de veri-
tate dicenda poteſt præſtari in qualibet parte litis, nam debet
intelligi, dummodo non ſit in cauſa concluſum, pro hoc fa-
cit quod no. Barto.in l.admonendi.in fi.ff.de iureiuran.vbi di
41 cit, quod iuramentum† in ſupplementum probationis nō po-
teſt peti concluſionem in cauſa, & dicit, ꝙ ita obſeruat cūſue-
tudo, pro hoc facit l.cum de nobis. C. de dila.& quod no.glo.
ii.in c.cum dilectus.de fide inſtrumen..quę dicit, quod poſt cō
cluſionem in cauſa non admittuntur probationes, vel allega
42 tiones, hinc eſt, quod ea quæ† fiunt poſt concluſionem in cau
ſa dicuntur fieri poſt ſententiam, vt in l.ſi rem.§.fi.cum ibi no
ta.ff.de euic.no.Barto.in l.ſi mater.§.eandem.in fi.ff.de excep.
rei iud.ſed iſtam gl.intellige, niſi iudex ex officio vellet inter-
rogare, quia hoc poſſet facere etiā poſt concluſionem in cau-
ſa, de hoc eſt caſus in c. cum Ioannes.ver.verum.ſupra de fide
inſtrumen.& ſic limita iſtam glo.& Barto. in d.l.admonendi.
Quarto no.ex ex glo. quod in eadem cauſa poteſt præſtari
iuramentum de calumn. & de veritate dicenda, & de hoc eſt
text.in c.primo.in princi.de iuramen.calum.in vi.vnde hodie
43 practica† ſeruat, quod vbi quis producit poſitiones, vel capitu
la apponantur huiuſmodi verba produco infra ſcriptas poſi-
tiones per iuramentum veritatis, & calum.& peto per ſimile
iuramentum reſponderi &c. Sed aduerte, quia ex hac gl.di-
cuntur duo intellectus ad iſtum tex. Primus eſt, quod Papa
mandauit, quod præſtaretur iuramentum de veritate, quia cā
vſurarum eſt ſpiritualis, in qua non iuratur de calum, vt in c.
literas.de iuramen.calumn. & iſtum intellectum etiam ſenſit
glo.prima.ſed intellectus non eſt verus, quia cauſa vſurarum
eſt eccleſiaſtica, non autem ſpiritualis, niſi largo modo loquē
do, vnde cum iura loquantur de cauſis ſpiritualibus, vt ſcili-
cet in eis non iuretur de calum.non debent extendi ad cauſas
eccleſiaſticas, ſed debent ſeruari in propriis terminis, alias ter
minus de iuramento calum.fuiſſet quaſi ſuperfluus in foro ec
cleſiaſtico, hodie tamen iuratur de calum.etiam in cauſis ſpi
ritualibus, vt in c.primo.§.primo.de iuramen.calum.in ſexto.
Secundus intellectus eſt, quod dubitabatur, an iuramen-
tum poſſet præſtari, quia a principio non fuit iuratum, &
Papa determinat, quod hoc non obſtante, iudex debet exi-
gere iuramentum de veritate ab vtraque parte, & iſte intelle-
ctus communiter tenetur per Doct.& ſecundum ipſum ſum
mat Ioan.And.& communiter Docto.ſed D.Abb.impugnat
iſtum intellectum, quia tex. ſe non fundat in iſto, ſed quia ve-
ritas aliter probari non poterat, ſed tu reſponde, & dic, quod
ideo tex.hoc ponderat, quia ſi fuiſſet plene probatum iudex
non debuiſſet exigere iuramentum de veritate dicenda, quia
fuiſſet ſuperfluum, vt in c.ſecundo.de probat.vnde ſecundum
iſtum intellectum infertur, quod vbi non eſt plene probatum
iudex poteſt exigere iuramentum a partibus de veritate dicē-
da dato, quod tale iuramentum a principio non ſit petitum
per aliquam ex partibus, & iſte eſt verus intellectus iſtius tex.
qui communiter tenetur per Doct. D. autem Abb.ponit aliā
44 lect.de qua non curo, quia non eſt alicuius vtilitatis. † Hodie
autem clarum eſt, quod in qualibet parte litis poteſt peti iu-
ramentum calu.& veritatis, & præſtari, vt in c.primo.in prin.
de iuramen.calum.in vi. Dic tamen, quod iſtud iuramentum
de quo loquitur iſte text. non eſt iuramentum in ſupplemen-
tum probationis, de quo in c.fi.infra eodem.licet quidam vo-
luerunt iſtum tex.ita intelligere illud enim non pręſtatur vtri-
que parti, ſed tantum alteri, vt ibi videbitur hoc autem præ
ſtatur

ADDITIO.

a ¶Bertachinus in verbo, periurus, & in verbo, reſpondere, & in verbo, poſitio, & in verbo, credo, tenet quod ita puniatur periurus verbo, credulitatis, quam veritatis.

ſtatur vtrique parti, vt patet hic in fi. & hoc tenet hic Bald. & D.Ab. vnde dicit Bal. ꝙ iſte tex. loquitur de iuramento, quod defertur ad inquiſitionem veritatis, non autem ad deciſionē litis. vnde dicit eſſe cauendum, quia iſtud ca. non loquitur de iuramento in ſupplementum probationis, ſed ſimplicis inquiſitionis veritatis, & dicit tex. in fi. no. dum dicit, ꝙ partes debēt compelli ad præſtandum iuramentum, quia non debet altera pars tantum interrogari, ſed vtraque, vnde dicit, ꝙ ſi iudex facit interrogatoria contra vnam partem poterit dicere faciatis etiam contra alterum, alioquin non teneor reſpondere. allegat no. in l. vnica. C. de confeſ. in fin. magnę glo. dicit tamen hoc eſſe verum, quando interrogatio poteſt a parte fieri vtrique parti, quod tamen arbitrio iudicis dicit eſſe relinquendū vt in capitu. cum Ioannes. de fide inſtrumentorum. ſequitur cap. intellecto.

## *SVMMARIVM.*

1 *Alienatio facta ab eo, qui prgeſt non valet, etiam ſi poſtea iuret non contrauenire.*
2 *Poſitus in dignitate ſi alienat bona dignitatis non valet alienatio.*
3 *Princeps non poteſt aliquid alienare in præiudicium Dei regni, aut dignitatis.*
4 *Alienans bona dignitatis dicitur detrahere honori dignitatis.*
5 *Rex quilibet in ſua coronatione iurat conſernare iura ſui regni, & honoris.*
6 *Paria ſunt iura regni, & honor coronæ.*
7 *Coronatio in imperatore nihil addit præter coruſcationem, & honoris augumentum.*
8 *Rex Romanorum poteſt electionem concordem, habet omnem Imperii poteſtatem.*
9 *Iuramentum in prgiudicium dignitatis non eſt obligatorium.*
10 *Alienatio an valeat ſit Rex iuraſſet non alienare.*
11 *Diſpoſitio habens duas rationes, licet vna ceßet alia tamen ſubeſt.*
12 *Alienatio non valet quæ grauiter læderet dignitatem regalem, non quod aliqua donare poſſit.*
13 *Alienari poſſunt modica ſine ſolennitate, vnde de illis non videtur cogitatum.*
14 *Matrimonium valet contra iuramentum factum.*
15 *Arbitrium liberum quis ſibi per iuramentum non poteſt tollere.*
16 *Actus factus contra iuramentum valet, licet ſit ſpiritalis.*
17 *Periurus non eſt qui contrauenit, quando diſpoſitio actus non pendet a mera voluntate iurantis.*
18 *Alienatio facta a prælato ſine licentia Papæ valet, licet iurauerit ſe non alienaturum Papa inconſulto.*
19 *Iurans non alienare, an ſit periurus locando per centum annos.*
20 *Eccleſia non poteſt locare ad annum, cum hoc quod teneatur refirmare locationem ſingulis annis.*
21 *Epiſcopus in ſua conſecratione iurat de non infeudando de nouo.*
22 *Vaſallus tenetur dominum ſuum in vniuerſali iuriſdictione ſua tueri, dominus ſolum eum in feudo conſeruare..*
23 *Alienatio valde præiudicialis non debet valere.*
24 *Contrariorum vtrunque, quandoque eſt bonum, & quandoque malum.*
25 *Contraria aliquando ſunt extrema a medio recedentia.*
26 *Vitium eſt quod recedit a virtute, per defectum vel exceſſum.*
27 *Virtutis eſt tenere medium.*
28 *Deum non poſſumus in iſta vita diligere quantum præcipit.*
29 *Dilectio Dei triplex eſt, vt ibi exponitur.*
30 *Exceſſus non poteſt dari in dilectione erga Deum.*
31 *Rex alienans in præiudicium dignitatis, poteſt & debet propria auctorite reuocare.*

## CAP. XXXIII.

1 INtellecto. Si his qui †præeſt iurauit non alienare non valet alienatio, etiam ſi iurauit non contrauenire, ita ſummat Ioan. And. & Doct. ſed D.Ab. dicit, ꝙ iſta ſummatio nimis reſtringit lr̃am, quæ ſe fundat non ſolum ſuper iuramēto, ſed etiam ſuper iure debito, vt infra dicetur, vnde ipſe ſic
2 ſummat. Si poſitus in dignitate alienat bona †dignitatis, non valet alienatio, & ipſemet debet reuocare non obſtante iuramento de non reuocando, maxime ſi prius nō alienare iurauerat. hoc dicit ſecundum verum intellectum. Diuiditur in tres partes. In prima ponit factum corrigendum. In ſecunda mandat corrigi. In tertia aſſignat cauſm mandati.
3 Not. primo tex. quod † princeps nihil poteſt alienare in præiudicium, vel honorem Dei, regni, aut dignitatis. No. ſecundo
4 quod alienans bona dignitatis dicitur detrahere honori † dignitatis, hoc probat text. ibi in præiudicium regni ſui, & cōtra Regis honorem. Tertio not. ibi, & in coronatione ſua iura-
5 uerit &c. quod qlibet † Rex in coronatione ſua dēt iurare iura regni ſui, & honoris regni coronę conſeruare. Quarto
5 no. ſecundum Bal. quod iſta duo ſunt paria † iura regni, & honor coronę, & dicit in hoc iſtum text. eſſe tenendum menti, & ſubdit, quod Rex, qui non ſeruat honorem coronæ eſt
7 vnum pecus, dicit tamen, † quod coronatio in Imperatore nihil addit, niſi corruſcationem, & honoris augumentum, quia veram eſſentiam habet ex ſola electione. pro hoc vide bonā glo. in clementina Romani. in verbo, Reges Romano. eodem titu. quę dicit, quod Imperator ante coronationem poteſt cōcedere priuilegia, & allegat Hoſtien. in c. ſuper quibuſdam. de verborum ſignificatio: vbi dicit, quod vidit iudicari, & teneri
8 per Principes Alemanię, quod Rex † Romanorum poſt electionem cōcordem habet omnem poteſtatem, quam habet Imperator, & quod vnctio. i. coronatio nihil addit, plus dicit, quod in concuſſa conſuetudo Imperii Romani conſona, & iuri ſubmiſſa, & per patientiam ſedis apo. tolerata, & per tolerantiam approbata habet, quod duobus electis in diſcordia vterque miniſtrat, vt Rex, & exercet omnem iuriſdictionem Imperii donec electio alterius fuerit per Papem approbata, vel reprobata. Vltimo no. quod iuramentum in præiudiciū
9 dignitatis † non eſt obligatorium. Et ex hoc infertur, quod ſicut epiſcopus nō eſt dominus rerum eccleſię, ſed adminiſtrator, ita etiam Rex, vel Princeps ſecularis non eſt dominus, ſed potius adminiſtrator ſui principatus, & ita colligit dominus Abba. ex hoc[a] textu. Sed quæro, quid ſi iſte Rex nō iuraſſet
10 non alienare † nunquid valuiſſet talis alienatio facta cum iuramento? & in hoc dominus Abba. effundit multa verba, & concludit, quod non, & hoc tenet hic Hoſtien. & Ioan. And. & probatur in iſto tex. & quia tex. ſe fundat in duabus rationibus. Prima eſt, quia tenebatur conſeruare iura regni ſui. Secunda eſt, quia hoc iurauerat in ſua coronatione, ſed vbi di-
11 ſpoſitio habet duas rationes, licet † vna ceſſet remanet vna diſpoſitio ſublata vna quæ ſubeſt, vt Inſtit. de nupt. §. affinitatis. & in l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuile. creditorum. & in l. libellorum. in prin. ff. de his qui notan. infamia. vbi hoc no. Barto. & Cyn. in l. ſecunda. C. de ſecundis nup. & dixi in ca. primo. de treuga & pace. vnde cum iſte tex. aſſignat duas rationes, ſcilicet quia tenebatur, & quia iurauerat, licet ceſſet iuramentum remanet obligatio, de conſeruando iura, & honorem regni illæſa. Ex quo infertur, quod etiam ſi non iuraſſet non alienare non valeret alienatio, & iuramentum de non contrauenniendo non eſt licitum, nec obligatorium, & propria auctoritate tenetur alienationem reuocare, hoc etiam tenet hic Bu. & idem ſenſit glo. in c. ſecundo. in ver. liberam. de ſuppl. negli. prælatorum. in ſexto. & idem firmat hic dominus Abb. licet effundat multa verba. Innocen. tamen. & Ioannes An. & Do-
12 cto. dicunt iſtum text. eſſe intelligendum in † alienatione per quam grauiter læditur dignitas regalis, nam aliqua donare, vel alienare poſſet, allegat Hoſtien. in capi. primo, ſecundo, & tertio. & capitulo apoſtolicę. infra de donation. & capitulo ſi queſtiones. de ſimoni. durum enim eſſet dicere contrarium, nec facienda eſt tam amara interpretatio, & idem dicit Ioan. And. in capitulo ſecundo. de ſupplenda negligentia prelatorum. in ſexto. & idem dicit dominus Abbas in prælato, qui iurauit non alienare inconſulto Papa, non enim debet intelligi de modica alienatione, quia iuramentum non extenditur ad veriſimiliter non cogitata, vt ſupra eodem. veniens. Sed
13 de iſtis modicis non videtur cogitatum † cum poſſint alienari ſine ſolennitate, vt in capitulo terrulas. duodecima quæſtione ſecunda. & dicit, quod ita determinat Federicus de Senis
b conſilio ſuo cciiii. quod dicit dominus Abb. eſſe notandum.[b]
Vlterius aduerte, quia gloſſ. fina. in capitulo licet mulieres. de iureiurando. in ſexto. per iſtum textum dixit; quod ſi mulier iurauit non alienare bona dotalia, vel ſibi donata propter nuptias ſine legali ſolennitate, & poſtea alienat, & iurat non contrauenire, quod non valet alienatio; quia vltimum iuramentum eſt contrarium primo iuramento licito. Sed contra hoc dominus Abbas opponit dicto c. ſicut.
14 de ſpon. vbi patet, ꝙ valet † matrimonium contra iuramentū



## ADDITIONES.

a ¶Vnde non poteſt Rex donare vel dare in feudum bona regni magnæ quantitatis in præiudicium regni. Iaſon in præludiis feud. col. xxix. in fi. ver. limitat tamen. & de hoc infra.

b ¶Idem tenet Alexand. Imo. conſilio primo. nona columna. in princip. quinto volumine. & Iaſon in titulo qui feud. dare poſſunt. vii. col. in fi. ver. quarto. vltra alios.

allegat etiam Inno.in capit.dilecto.de præben.vbi dicit,quod
ſi iuraui non alienare librum,& poſtea alienaui valet aliena-
tio,licet ſim periurus, allegat etiam Ioann.And.in regula, ꝙ
ſemel.in Mecur.lib.vi.vbi dicit, ꝙ ſi quis iurat non reuocare
teſtamentum,& poſtea illud reuocat,valet reuocatio,licet ſit
periurus. Plus dixit Bar.in l.ſi quis in principio teſtamẽti.ff.de
leg.iii.ꝙ non eſt periurus in reuocando teſtamentum,quia ta
15 le iuramentum non valuit,cum quis non poſſit† per iuramẽ
tum ſibi tollere liberum arbitrium volũtatis,optime facit l.j.
C.de ſacroſan.ecc.& in l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de
verbo.ob.ſed iſtud modo non eſt examinandum, quia eſt exa
minatum in c.cum contingat.s̃. eo. Satis enim eſt dicere quo
16 ad propoſitum, † ꝙ actus factus contra iuramentum valet
etiam ſi ſit actus ſpiritualis,vt probatur in d.c.ſicut.j̃. de ſpon.
vbi dixi,notant Doc.in d.c.dilecto.j̃.de præbẽ.vbi dixi D. Ab.
dicit,quod hoc contrarium eſt difficile,vnde ipſe dicit, quod
quandoque diſpoſitio actus dependet a mera facultate, ſeu
voluntate iurantis,& tunc procedit cõtrarium,vt valeat alie-
natio etiam non iurata contra iuramentum prius pręſtitum
17 licet iurans ſit periurus. Quandoque diſpoſitio † actus non
dependet a mera facultate iurantis,exemplum in minore,&
in muliere,quorum alienatio nõ valet ſine iuramento, vt pa-
tet in c. cum contingat.s̃.eo.& in auth.ſacramenta pu.C.ſi ad
uer.vend.& tunc actus etiam iuratus contra primum iuramẽ
tum non valet,& hoc modo debet intelligi glo.in d.c.licet.ra
tio, quia actus ſine iuramento erat ipſo iure nullus obſtante
prohibitione legis,ratione autem iuramenti non poteſt ſuſti
neri,quia iam ſe obligauerat Deo per primum iuramentum,
& ſic iuramentum ſecundum ei contrarium eſt illicitum, &
dicit D.Abb.hoc fortius procedere,quando actus eſt prohibi
tus ratione publicæ vtilitatis,tunc enim non valet ſecundum
iuramentum contra primum duplici ratione. Prima eſt,quia
eſt illicitum cum ſit contrarium primo iuramento licito. Se-
cunda eſt ratio,quia tendit in preiudicium alterius,ſ. proprie
dignitatis,cuius non eſt dominus,ſed adminiſtrator.Iuramen
tum autem in præiudicium alterius non tenet,vt s̃.e. cum cõ-
tingat.& in c.ii.de pact.in vi. & iſte eſt proprie caſu iſtius cap.
& hoc modo D.Ab.ſaluat opi.gl.in d.c.licet.quam opi.etiam
tenuit Spe.in ti.de emp.& ven.§.iii.not.in fi.iii.colu.ver.& no.
generale conſilium,& illa gl.ſequitur D. Ab.in d.c.licet.& ip-
ſam etiam ſequitur Bar.in l.ſi quis pro eo.ff. de fideiuſ.& hoc
examinat Io.de Imo.in c.cum contingat.s̃.e. in xliii. vel xliiii.
char.in ix.membro.vbi examinat, per quinque colu.& vltra.
Ex his poteſt decidi quæſtio quam ponit Gaſ.Cal.s̃.e. cum cõ-
18 tingat.ſ.ſi prælatus † iurauit non alienare inconſulto Papa,vt
communiter hoc iuratur demum alienauit contra iuramen-
tum,an tenet alienatio,& concluſit,quod ſic, & quod nõ eſt
reuocanda ratione ſolius iuramẽti,quia regulariter actus cõ-
tra iuramentum valet,ex quo ius aliter nõ reſiſtit,& dicit D.
Abb.quod idem tenet Archi.in c.ſi a ſede.de pręben.in vi.ſed
aduerte,quia ſi Gaſpar. Cald.intelligit in caſu,in quo aliena-
tio fit licite,puta ſi fit alienatio ſubſiſtente vtilitate,vel neceſ-
ſitate eccleſiæ,quo caſu licite poteſt fieri alienatio,vt in c.j.de
rebus ec.non alien.in vi.& in c.ſine exceptione.xii. q.ii.& hoc
caſu procedit dictum Gaſ.Cal. quia cum actus in ſe ſit permiſ
ſus ſolum iuramẽtum non habet eum irritare, vt ſupra dixi.
aut alienatio in caſu prohibito, vel non ſeruata debita ſolen
nitate,& tũc alienatio non valebit per ſupradicta. Quomo
do aũt intelligitur iuramentum de non alienando incõſulto
Ro.Pon.dic vt in c.paſtoralis.de his quæ fi.a præla.& in c.tua.
19 de eccle.ædi.in c.ſecundo.de feudis. Vltimo quęro †quod ſi
iurans non alienare locauit per centum annos, nunquid erit
periurus?& D.Abb.effundit multa verba,tu autem dic,quod
ſic,& de hoc eſt tex.cum glo.in elect.prima.de reb. eccle. non
alie.hoc etiam tenet Dy.& Bar.in l.penul.§.inſtrumento.ff.de
lega.ii.vbi dicunt,quod locatio ad longum,vel longiſſimum
tempus,& alienatio,quia per eum conſtituitur ius in re, vt in
l.prima,vel ſecunda.ff.ſi ager vecti.vel emp.petatur. & in l.pri
ma.§.quod ait.ff.de ſuperficiebus.& reprobant glo. ibi quæ di
cit,quod locatio ad centum annos non eſt alienatio,& quod
illa glo.male dicat,probatur etiam in clemen.prima.in fin.de
rebus eccle.non alie.& vide ibi glo.antepenul.& fin. & hanc
opinionem tene,licet Gaſp.Cal.contra dixerit D.Abb. etiam
ſequitur hanc opi.& reprobat opi. Gaſ. Cal.per multa verba.
Aduerte tamen,quia Bald.in c.primo.§.aut ſi libellario no
mine.quibus mo.feu amit.voluit ſeruare glo.in d.§.inſtitutio.
dicit enim,ꝙ poteſt procedere,q̃ſi eſſet actum, ꝙ ſit colonus
partiarius,vel q̃ſi eſſet actum,ꝙ ſint tot locationes,quot ſunt
20 anni,ſed hoc vltimum non eſt verum,quia eccleſia†non po-
teſt locare ad annum cum hoc, ꝙ teneatur refirmare locatio
nem ſingulis annis conductori, & ſucceſſoribus ſuis, pro ea-
dem penſione,de hoc eſt tex.in Auth.de non alien.§. illud.&
ibi hoc no.Ang.& hoc tene menti ꝑ declaratione cle.j.de re.
ec. non alie. In gl.j.diuide ipſam in tres partes. In prima ad
ducit ſimile.In ſecunda aſſignat rationem,quare iuramẽtum
iſtius regis fuit illicitum, & infert ad regulam contrariorum.
In tertia parte gloſſ. quęrit vtrum poſſit propria auctorita-
te venire cõtra iuramentum.Secunda ibi, ſic ergo. Tertia ibi,
huiuſmodi enim iuramenta. In prima parte glo.no.dum di
21 cit,ꝙ epiſcopus in ſua conſecratione †iurat de non infeudan-
do de nouo,& ſic videtur ſentire, ꝙ etiam rex debeat in ſua
coronatione iurare de non infeudando de nouo.Sed Bal.hic
tenet contrarium,dicit enim,ꝙ non reperitur lege cautum,ꝙ
liberi reges iurent non infeudare,& plus dicit,ꝙ cõceſſio feu-
di facta per regem,non eſt retractanda propter enormitatem
damnoſitatis,quia nõ dicitur eſſe damnoſitas, vbi eſt coęqua
lis vtilitas,& obligatio reciproca de pari,nam dominus, & va
22 ſallus pariter inuicem obligantur,†vaſallus enim tenetur tue
ri dominum in ſimili ſua iuriſdictione, & poteſtate econtra
tenetur dominus tueri ſolum in feudo,vt in c.j. de forma fide
litatis.& in ca.j.de noua forma fideli.ſed tu dic,ꝙ ſi conceſſio
feudi tenderet in graue præiudicium regni non valeret, nam
talis conceſſio eſt alienatio,vt in §.emphitehuſim. in Authẽ.
23 de non alien.vnde ſi eſt†valde præiudicialis regno non debet
valere,vt probatur hic in tex.facit c.ii.infra de feu.cum ibi no
ta.& hoc tene menti,quicquid dicat Bald. In ſecunda parte
24 gloſ.dum gl.dicit, ꝙ quandoque†vtrunque contrariorum eſt
bonum,vt nubere,& non nubere,Io.An.alleg. c. quotidie.de
conſe.di.ii.vbi dicitur, ꝙ ſi vnus dicit quotidie non eſſet acci-
piendam euchariſtiam, alius autem affirmat quotidie eſſe ac
cipiendam vnuſquiſque debet facere ſecundum ꝙ pie credit.
Iſta enim videntur eſſe contraria,ſ.quotidie accipere euchari
ſtiam,& quotidie non accipere,& tamen vtrunque eſt bonũ
ſeu licitum,item poſſunt eſſe duo contraria, quorum vtrun-
que eſt malum,vt prodigalitas,& auaritia.xli.diſt. ſępe. Vnde
dic,ꝙ quandoq; aliqua ſunt contraria, & inuicem contradi-
ctoria,quandoq; aliqua videntur contraria, non tamen inui-
25 cem contradictoria.Quandoque aliqua†ſunt contraria,quia
extrema a medio recedentia.In primo caſu,ſ.quando ſunt cõ
traria,& inuicem contradictoria procedit regula, ꝙ ſi vnum
contrarium eſt licitum aliud eſt illicitum, & in his ſumenda
eſt regula per oppoſitum,vt dixi s̃.c. cam te. In ſecundo au-
tem caſu,ſ.quando ſunt contraria non inuicem contradicen
tia,& tunc facienda eſt alia regula, ꝙ vbi contraria non ſunt
inuicem cõtradicentia,vtrunque licitum eſt,& bonum, vt nu
bere,& non nubere,vel accipere quotidie euchariſtiã,& non
accipere. In tertio caſu facias tertiam regulam, vbi duo cõ
traria diſcrepant a medio, etiam ſi ſint inuicem contradicto
ria,vtrunque eſt malum,exemplum in prodigalitate, & aua
ritię,quæ ſunt directi contraria,& contradicentia, quia auari
tia conſiſtit in acquirendo, & retinendo indebite prodigali-
tas vero in effundendo indebite, & vtrunque diſtat a medio
vnum per exceſſum,aliud per defectum.Liberalitas autem q̃
eſt virtus tenet medium,ad liberalem enim pertinet cõueniẽ
ter dare,non enim ſic debet diuitias emittere,vt nõ ſibi rema
neat,vnde ſuſtentetur,& vnde virtutis opera exequatur quib.
peruenitur ad fęlicitatem,& de hoc vltimo vide San. Thom.
q.cxvii.di.j.& iiii. qui allegat Philoſophum in quarto ethico-
rum,vbi dicit,ꝙ liberalis curat propria volens, per hoc quili
bet ſufficere.ſ.ſibiq;,& aliis,& per hoc auaritia eſt contra libe
26 ralitatem per deffectum prodigalitas vero per exceſſum, †vi
tium autem eſt ſi recedatur a virtute per exceſſum, ſicut per
defectum,& de hoc vide S.Toh.q.cxix.arti.j. vbi loquendo de
pro digalitate,& auaritia ponit hanc theoricã, & iſtam theo-
27 ricam ponit in pluribus locis,in quibus dicit virtutem eſſe†te
nere medium,& excedere,vel deficere eſſe vitiũ,& iſtã theori
cam ponit q.cxxvi.art.ii.& c.xxvii.ſimiliter art.ii. vbi Hieroni.
in prima epiſtola ad Demetriadem virginem in xiiii.col.dicit
ſentẽtiam eſſe Philoſophorum moderatas virtutes excedẽtia
modum,atq; menſuram inter vitia reputari,& ait, ꝙ vnus de
vii.ſapientibus,ait nequid nimis,hoc autem in amore, & cha
ritate,quam debet habere homo.erga Deum in qua non po-
teſt eſſe exceſſus, ſed ſicut quanto plus attingitur regula,tan-
to melius eſt,ita,quanto plus diligitur Deus, tanto melior eſt
dilectio.Ita dicit San.Thom.q.xxvii.articulo ſexto.Immo dic
28 quod quis non poteſt in iſta vita diligere Deum † tantum
quantum ei præcipitur,ſcilicet toto corde tota anima &c.iſta
enim dilectio perficietur in patria,ſed in hoc mundo ſufficit
vt diligamus Deum ante omnia, & prę omnibus; licet non
perueniamus ad perfectam dilectionem, ita dicit magiſter
ſententiarum allegando Auguſ. in libro tertio, diſtinctione
xxvii. capitulo dilectionis autem.cum duobus ſequentib.vbi
tractat de modo diligendi Deum, & vide Sanct. Thomam
29 q.xxiiii.ar.iii. vbi ponit triplicem dilectionem Dei.Prima†eſt
perfecta, q̃ñ totum cor hoĩs actualiter ſemꝑ fertur in forum,
& hæc eſt perfecto charitatis patriæ, q̃ nõ eſt poſſibilis in hac
vita

vita pp humanę vitæ infirmitatē, pp q̄ impoſſibile eſt ſemper
actu cogitare de Deo,& moueri delectione ad ipſum.Secun
da eſt,vt hō ſtudiū ſuū deputet ad vacandū Deo & reb.diuinis
ꝑtermiſſis aliis, niſi q̄tum neceſſitas pn̄tis vitæ requirit, & iſta
poſſibilis in hac vita,non tn̄ eſt cōis oīb.hn̄tib.charitatē Ter-
tia eſt,qn̄ aliquis habituar̄ totū cor ſuū ponit in Deo,ita.ſ.ꝙ
nihil cogitet,vel velit,quod diuinę dilectioni ſit ɔ̄riū, & licet
ꝑfectio eſt cōis oīb.hn̄tib. charitatem, & iſta tertia neceſſaria
eſt ad ſalutem, qa qui non hēt iſtā tertiā ſemp eſt in peccato
30 mortali,non pōt ergo dari† exceſſus in dilectione erga Deū,
ſed ē neceſſaria dilectio,vt nihil velimus,vel cogitemus, ꝙ ei
non placeat,& hęc no. In iii.parte gl.iſta glo.bn̄ dicit,& idē
31 ſentit gl.ſequens ex qua hēs, ꝙ rex,vel dn̄s†alienans in ꝑiudi-
cium dignitatis pōt, & dēt ꝓpria auctoritate reuocare aliena-
tionem non obſtante iur̄o de non reuocando,ſed Io. And.di
cit hoc eſſe verum, niſi iam propter hoc eſſet depoſitus,vt in
c.monemus.xii.q.ii.& hęc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*


1 *Mulier quæ iurauit aliquem ſuum eſſe maritum,& ſuccubuit alium habere poteſt.*
2 *Iuramento contra quod lata eſt ſententia, quis contrauenire recte poteſt.*
3 *Periurus poteſt contrahere matrimonium.*
4 *Crimen non repellit quemquam a matrimonio.*
5 *Dubium vbi eſt de peccato,quis relinquendus eſt ſuæ conſcientiæ.*
6 *Argumentum a ſpeciali eſt validum.*
7 *Iuramento præſtito nihil amplius eſt quęrendum.*
8 *Confeſſio facta ad proprium commodum non valet.*
9 *Iuramentum an poſſit deferri ei qui iurauit de calumnia in ſupplementum probationis.*
10 *Iuramentum in defectum probationis non ſolet ferri, niſi quando cauſa eſt modica.*
11 *Iuramentum in cauſa matrimonii,quod per vnum teſtem tantum conſtat deferendum an ſit.*
12 *Iuramentum voluntarium,an deferri poſſit,quando non conſtat de alio matrimonio.*
13 *Iuramentum neceſſarium,an deferri poſſit reo in cauſa matrimoniali,quā do de matrimonio dubitatur.*
14 *Iuramentum nullum debet deferri reo nulla pręſumptione faciente pro reo.*
15 *Iuramentum non eſt deferendum actori in ſupplementum probationis.*
16 *Iuramenti delatio eſt relinquenda arbitrio iudicis.*
17 *Iudex an debeat deferre iuramentum actori pro matrimonio,habenti plùs quam ſemiplenam probationem.*
18 *Iuramentum in ſupplementum,in quacunque cauſa etiam ardua poteſt deferri.*
19 *Matrimonium eſt res fauorabilis,& in dubio pro matrimonio eſt iudicandum.*
20 *Via tutior in dubiis cauſis eſt eligenda.*
21 *Minus malum de duobus malis eſt eligendum.*
22 *Tranſactio expreſſa non poteſt fieri contra matrimonium.*
23 *Iuramentum an poſſit deferri in cauſa monachationis.*
24 *Ratio eadem eſt in monachatione quæ in matrimonio.*
25 *Iuramentum in ſupplementum probationis admittitur contra monachationem ortam ex tacita profeſſione.*
26 *Stanti pro monachatione ſicut ſtanti pro matrimonio poteſt deferri iuramētum in ſupplementum.*
27 *Agere quis poteſt rei vendicatione,vel pretextu detentionis, & nulla eſt contrarietas.*
28 *Voce quod quis proteſtatus eſt, nō poteſt eodem caſu illud ſuo teſtimonio infirmare.*
29 *Confeſſioni etiam iuratę aliquando quis contrauenire poteſt.*
30 *Sententia abſolutoria illius qui fuit confeſſus valet.*
31 *Confeſſio facit delictum notorium.*
32 *Mulier volens contrahere petit licentiam,quod banna ponantur iuxta formam cap.cum inhibitio.de cland.deſpon. quæro quid facere debet iudex in tali caſu.*
33 *Contractus pręambula denegando denegaretur contractus.*


## CAP. XXXIIII.

MVlieri. Si mulier†iurauit aliquē ſuū eſſe ma-
ritū, & ſuccubuit, qa acr̄ non ꝓbauit
non dat̄,nec denegat̄ ſibi lıc̄ia cū alio ɔ̄hendi. h.d.
Diuidit̄ in duas partes quo ad intellectum.In pri-
ma ponit̄ qō. In ſecunda ſolo,& rō ſolonis.Secunda ibi,nec
2 dēs. No.j.ex tex.ꝙ qs pōt ɔ̄uenire† iur̄o ɔ̄ qđ eſt lata ſn̄ia,&
ſic vbi iur̄m,vel ɔfeſſio reprobat̄ licitū eſt iurāti,vel ɔfitēti ɔ̄ue
nire ſuo iur̄o,vel ɔfeſſioni,& hoc clare ꝓbat̄ hic, quia eccle-
ſia non impedit iſtā mulierē,quæ iurauit cōtrahere matrimo
nium cum alio contra ſuum iuramentum,ſed relinquit eam
ſuæ conſcīę,vnde tene menti iſtum tex.quia eſt no.& facit ad
a multa,[a]intellige tamen ipſum niſi vir poſt latam ſententiam
ante contractum matrimonium cum alia cōfiteretur ſe ɔ̄xiſ-
matrimonium cum ea,tunc.n.non liceret mulieri venire ɔ̄ ꝓ
priū iuramentū nec deberet permitti ɔ̄here matrimoniū cū
alio,ſed dēt compelli ſeruare iuramētum,ex quo vir nunc cō
fitetur matrimonium, & iſtam limitationem poſuit Hoſti.in
ſum.eo.ti.ſub rub.de aſſer.iura.§.& ſuper quib.ver.ſed certę.&
hoc no.pro declaratione iſtius tex. ſed ſi maritus tranſiſſet ad
ſecunda vota, & poſtea confiteretur ſe ɔ̄xiſſe matrimonium
cum prima talis confeſſio non valeret,vt in c. ſuper eo. de eo
qui co.conſan.vxo.ſuę.& hoc dicit Hoſ.in loco ꝑal. Secun-
3 do no.ꝙ periurus†poteſt ɔ̄here matrimonium,hoc probatur
hic,quia ſi iſta mulier ɔ̄hit matrimonium cum alio conuinci
tur de periurio,& tamen tale matrimonium valet,vt probat̄
5 in fi.c.& idem dicas de quocūq; alio crimonoſo,quia †crimē
non repellit a matrimonio,vt in c.ſignificauit. de eo qui dux.
in ma.quam pol.per adul. Sunt tamen aliqua crimina, quę
impediūt matrimonium ɔ̄hi,de quib.vide gl.fi.in c.ii.j̄. de pę.
& re.& quod ibi no.per Doc. Tertio no.ꝙ vbi agitur de pec-
5 cato dubio quis relinquendus eſt ſuæ conſcīæ. Vltimo not.
6 per locum a † ſpāli,ꝙ eccleſia dēt prohibere,ne quis veniat ɔ̄
proprium iuramentum,facit c.ex literis.ii.de ſpon. Sed con
tra tex.opp.& vr̄,ꝙ non ſolum eccleſia ſi daret licentiam ɔ̄hē
di eſſet auctor periurii,ſed ēt adulterii.So.dic ſecundum Bu.ꝙ
aut iuranit falſum,& tunc incurrit periurium iurādo falſum,
non autem in contrahendo matrimonium,nam ſi falſum iu
rauit non peccat ɔ̄hendo matrimonium cum alio,ſed ſi verū
iuraſſet,tunc committeret adulterium,vnde in hoc caſu non
ſolum eccleſia vr̄ actor periurii,ſed ēt adulterii, & hoc modo
ſuppleas iſtum tex.dum.n.dicit,ne auctor periurii dēt ſuppleri
& adulterii,ſed in primo caſu.ſ. qn̄ falſum iurauit eccleſia nō
eſt auctor periurii. & ſi impediret matrimoniū ɔ̄hi,non dice
ret̄ impedire ꝑiuriū,ſed ltīmū mr̄imoniū,ſed qa eccleſia non
eſt certa,an vere vel falſe iurauerit ne ī altero caſu,ſ.ſi falsū iu
rauit impediat̄ ltīmū mr̄imoniū,& in alio caſu.ſ. ſi verū iura
uit videatur auctor periurii, & adulterii eccleſia non dat, nec
denegat licentiam ɔ̄hendi,ſed relinquit ſuæ conſcīę,& hic eſt
ſenſus huius c.Sed oppo.& vr̄,ꝙ poſtq̄ delatum fuit iuramen-
tum iſti mulieri,ꝙ iudex debuerit ferre ſententiam pro ea,qa
7 † poſtquam eſt iuratum, nihil amplius dēt quæri.l.non erit.§.
dato.ff.de iureiu.& ſ̄.eo.& ſi Chriſtus. vbi dicitur,ꝙ iuramen-
tum eſt finis omnis controuerſię,& gl.ibi in verbo,controuer
ſiæ.dicit, ꝙ iuramentum hēt vim tranſactionis, & maiorem
auctoritatem,q̄ ſn̄ia,& probatur in l.ii.ff.e.So.Io.An. dicit,ꝙ
iſte tex.non loquitur in iuramēto deciſorio, de quo loquitur
c.fi.j̄.e.ſed loquitur de confeſſione mulieris facta in ſuis poſi
tionib.quas poſuit cum iuramento,iuxta no.in c.cum in poſi
tionib.e.ti.in vi.ſed D.Ab.dicit,ꝙ poteſt ēt intelligi in iuramē
to de veritate dicenda,de quo in c.ex literis.ſ̄.eo.forte.n.iudex
exegit ab iſta muliere de veritate dicenda, q̄ confeſſa fuit ad-
uerſarium eſſe maritum ſuum,talis enim cōfeſſio preiudicat
confitenti,non autem poteſt prodeſſe,quia regulariter cōfeſ-
8 ſio†non valet ad proprium commodum confitentis, xiiii.q.
ii.in prin.cum ſi.& iſte etiam intellectus eſt verus. Nunquid
autem illi qui iurauit de cal. vel de veritate dicenda poſſit de-
9 ferri † iuramentum deciſorium in ſupplementum probatio-
nis,quidam dixerunt, ꝙ non,quia aut idem iurat, & ſecundū
iuramentum eſt ſuperfluum. Aut iurat contrarium,& tunc
nullus erit effectus, niſi ꝙ de periurio conuincatur, de teſtib.
ſicut.ſed Hoſt.dicit,ꝙ licet vtrūque iuramentum ſit de verita-
te.Primum tamen ſolum fuit præſumptiuum.Secundum ve-
rum diffinitiuum, mutata igitur ſpecie non eſt ſuperfluum il-
lud iterare,ad hoc de teſti.veniens.ii.alias ſequeretur ſecundū
ipſum,ꝙ in nulla cā,in qua de veritate eſt iuratum,vel poſitū
& reſponſum, eſſet deferendum aliud iuramētum ad deciſio
nem litis,& idem ſequeretur in cauſis, in quib.eſt iuratum de
calumnia vt non eſſet deferēdum iuramentum deciſoriū, qa
æque præiudicat iuramentum de credulitate,ſicut de pietate,
vt ſ̄.e.ex literis.vnde concludit Hoſ.ꝙ iuramentum deciſoriū
ſiue diffinitiuū.de quo in c.fi.j̄.e.pōt deferri ēt,vbi iuratum eſt
de calu.vel de veritate dicēda,nec dēt ꝑſumi,ꝙ dicat ɔ̄riū eius
quod primo dixit,ar.in c.ſ̄.de pręſump.& j.qō.vlt.ſancimus.&
cum iſta opi.Hoſt.tranſeunt hic Ioan.An. & Butri. In gl.pri
ma, vult ergo gl.iſta,ꝙ in cā matrimoniali non poſſit deferri
iuramentum in ſupplementum probationis dato,ꝙ ſit ꝓba-
tum matrimonium per vnum teſtem oī exceptio. maiorem,
& pondera etiam gl.in fi.quia non vult,ꝙ deferatur iuramen
10 tū in ſupplemētū ꝓbationis,†niſi qn̄ cā eſt modica & de hoc
vlti. videbimus.j̄.e.c.fi.Sed quo ad primū.ſ.ꝙ ī cā mr̄imoniali
non

ADDITIO.

a ¶Adde D.Ab.in c.venerabilem.pe.col.de ele.& in c. quanto. ſupra eo.

non deferatur iuramentum, in ſupplementum probationis tenuit etiam glo.in l.iii.§.quacunq͂ue.ff.eo.ti.& eſt articu.ſatis dubius.Sed vt habeas articulum clarum facio quinque caſus. Primus eſt, an debeat deferri iuramentum in ſupplementum probationis,ſi conſtat de alio matrimonio. Secundus caſus eſt,an ſi non conſtat de alio matrimonio poſſit deferri iuramentum voluntarium. Tertius,an poſſit deferri iuramentũ neceſſarium reo. Quartus, an poſſit deferri actori. Quintus,an ſi de matrimonio conſtat, ſed eſt probatum ſemiplene impedimentum,puta cõſanguinitas, vel ꝙ habeat aliam vxorem,nunquid probanti impedimentum debet deferri iuramẽtum inſupplementum probationis. Venio ad primum ca-

11 ſum,ſ.quãdo conſtat de alio matrimonio,&†per vnum teſtẽ probatur,ꝙ prius contraxit cum alia, & hoc caſu omnes Docto.tenent,ꝙ non eſt deferendum iuramentum in ſupplemẽtum probationis,pro hoc facit no.dictum Vinc.ꝙ ſequuntur communiter Docto.in c.ii.de clan.deſpon.vbi dicit, ꝙ matrimonium publicum ſemper præiudicat clandeſtino, etiam ſi pro matrimonio clandeſtino ſit vnus teſtis,& fama,& confeſſio mulieris. Venio ad ſecundum caſum,ſ.quando non cõſtat de alio matrimonio,& quæritur,an poſſit deferri iuramẽ-

12 tũ†voluntariũ,& in hoc caſu Ia.Bu.& Bart.& Pau.de Ca.in l.iii.§.quacunque.ff.eo.diſtinxerunt,ꝙ aut quæritur,an iuramẽtum poſſit deferri actori qui ſtat pro matrimonio,& dicendũ eſt,ꝙ poteſt & debet deferri, ex quo alia pars conſentit,quia videtur confiteri ſub conditione,ſi ille iurauerit.l.qui iuraſſe.ff.eo. Aut quæritur, an debeat deferri iuramẽtum voluntariũ illi qui ſtat contra matrimonium,& dicendum eſt, ꝙ non,q̃a non dependet a poteſtate partium diſſoluere matrimonium, vt in c.ſuper eo.infra de eo qui cogno.conſan.vxo.ſuæ. Sed D.Abb.reprobat rationem Bart. quia dato,ꝙ deferatur iuramentum contra matrimonium,tamen quandocunque conſtabat de matrimonio iuramentum retractabitur,vt in ca.lator.& in c.conſanguinei.de re iudi.& hoc dicit hic Hoſtien.& Docto. Item dicit, ꝙ contra Bar. videtur tex.in c.atteſtationes.de deſpon.impu.ſed tu dic,ꝙ ſalua reuerẽtia D.Ab. quod male reſpondit Bart.nec c.atteſtationes. facit ad propoſitum, quia loquitur in iuramento neceſſario, quod defertur reo ad purgandam ſuſpicionem,quia eſt contra eum,& iſtud eſt magis iuramẽtum purgationis,quam deciſiuum, ſeu diffinitiuũ, Bar.autem loquitur in iuramento voluntario,quod defertur a parte parti,vel a iudice conſentiente vtraque parte.Item ratio D.Abb.non eſt bona,quia Bart. ſe non fundat in iſto, ſed ſe fundat in hoc, quia matrimonium non poteſt diſſolui de voluntate partium, vnde ſicut partes non poſſunt matrimonium diſſoluere mutuo conſenſu, vel ſuper eo tranſigere,vt in c.vlti.de tranſa.ita pars non poteſt deferre, vel conſentire, quod deferatur iuramentum alteri parti ſtanti contra matrimonium,quia videretur velle diſſoluere matrimonium,ſi aduerſarius iuraſſet matrimonium non eſſe contractum, vnde ſicut non poteſt expreſſe diſſolui matrimonium, ita non poteſt tacite diſſolui,vnde tene opi.Bar.quicquid dicat D.Ab.verum eſt tamen,ꝙ Do.Abb.in alio membro voluit intelligere Bart. quando de matrimonio conſtat plene, & contra ipſum allegat aliquod impedimentum, quod tamen nõ probat.ſed tu dic,ꝙ Barto.loquitur,quando de ipſo vinculo matrimonii dubitatur,vt quia de eo non conſtat, & eodem modo loquitur Ia.Bu.& Pau.de Caſt.quorum opin.mihi placet,nam licet reo ſtanti contra matrimonium iudex poſſit deferre iuramentum purgationis,vt in c.atteſtationes.de deſpon.impu.non tamen poteſt deferre iuramentum deciſiuum de voluntate aduerſarii,quia partes mutuo conſenſu non pñt matrimoniũ diſſoluere,& hoc modo intelligas Barto. Venio ad tertium

13 caſum, ſ.† an iuramentum neceſſarium poſſit deferri reo in cauſa matrimoniali,quando de matrimonio dubitatur,& dicendum eſt,ꝙ ſic,quia de hoc eſt tex.in preall.c. atteſtationes. de deſpon.impu.& D.Abb.dicit, ꝙ illud eſt iuramentum purgationis, quia iuramentum non defertur reo in ſupplementum probationis,cum non habeat aliquid probare,ſed defertur ad purgandam ſuſpicionem,quę eſt orta cõtra eũ, & hæc opi.mihi placet,& pro ea eſt tex.& pro ea videtur tex.in ca.fi. ad fi.ſ.eo.vbi dicitur, ꝙ præſumptione faciente pro actore iudex poteſt deferre iuramentum reo ad oſtendẽdum ſuam innocentiam,& ſic patet,ꝙ illud eſt iuramentũ purgationis,& in hoc D.Ab.melius dixit,ꝗ Bu.in c.fi.ſ.eo.vbi dixit, ꝙ iuſm purgationis, vel iuramentum neceſſarium poteſt deferri reo q̃ alias venit abſoluendus. Nam eſt iuramentum purgationis licet ſit neceſſarium, inquantum defertur altera parte contra dicente,& hoc tenet Bar.in l. admonendi.in pen.col.ff.eod.& dicit Do.Abb. ꝙ poteſt deferri tale iuramentum reo,etiam ſi actor minus, quam ſemiplene probaſſet, & dicit de hoc eſſe caſum in c.atteſtationes.de deſpon.imp. hoc etiam probatur in c.fi.ſ.eo.vbi ſimpliciter dicitur,ꝙ pręſumptione faciente ꝑ actore iudex debet deferre iuramentum reo, ad ſuam innocẽ-

14 tiam oſtendendam,nulla autem† præſumptiõe faciente pro actore nullum iuramentum debet deferri reo, vt ibi probat̃, & dicit D.Abb.ꝙ hoc ſentit.Ioan.And.in c.j.de clan.deſpon. Sed tu dic,ꝙ hoc etiam tenet Bar. in d.l.admonendi. in pe. colum. Venio ad quartum caſum,ſ. an ſi actor probauit ſemiplene matrimonium, nec de alio matrimonio conſtat ſit ei deferendum iuramentum in ſupplementum probationis, & in hoc ſunt opi.nam hæc glo.& in l.quacunque.ff.eo.tenet

15 †quod non ſit deferendum iuramentum actori in ſupplementum probationis,idem tenet D.Car.& Bu.in c.fi.ſ.eo.idem tenet Spe.in ti.de iuramẽti delatione.§.j. ver. ſi autem ſit ciuilis. idem dicit Bal.in l.bonæ fidei.C.de re.cre.& iureiu.hic autem dicit,ꝙ hoc eſt arbitramentum,an deferatur ſtanti pro matrimonio,ſed non ſtanti contra matrimonium,allegat not.in l. iii.§.pactum quod.ff.eo.Phi. etiam & Hoſt.in c.fi.ſ.eo.tenent, ꝙ iuramentum poſſit deferri in ſupplementum probationis, & cum iſta opi tranſit Io.An.hic.& in d.c.fi.& iſtud latius examinat in ſumma eo.ti.ſub rubrica.de aſſertorio iuramento.§. ſuper quibus.§.quod de cauſa monachationis. vſque ad fin.illius §.vbi dicit,ꝙ melius & tutius eſt tenere, ꝙ deferatur iuramentum ei qui aſſerit matrimonium eſſe contractum,ſi habet vnicum bonum teſtem committendo tamen arbitrio iudicis,an ſit deferendum,vel nõ.nam & ſi valde diues eſſet maritus & potens,& nobilis, & mulier pauper,ſed pulchra cum petẽs in maritum haberet vnum bonum teſtem, & omni exceptione maiorem deberet ei mulieri quãuis pauperi, & honeſtæ ſacramentum deferre, maxime aliis adminiculis interuenietibus,puta ſi eam ſæpe de ſtupro ſolicitaſſet, vel ſi haberet vnum bonum teſtem qui deponeret, ꝙ iuraſſet eam certo tempore ducere in vxorem, & ex confeſſione vtriuſq; conſtaret,ꝙ copula carnalis fuiſſet ſubſecuta,puta quia teſtis dicit,ꝙ vnus annus eſt lapſus,ꝙ eam iurauit ducere in vxorem,& vir confitetur, ꝙ a vi. menſibus citra cognouit eam carnaliter, & hoc dicit eſſe verum,niſi cum alio contraxiſſet, quia tunc non deberet recedi a matrimonio,de quo conſtat.niſi primũ plene probetur,& no.bene verba Hoſtiẽ. dum dicit maxime aliis adminiculis interuenientibus,quia vult,ꝙ etiam non interuenientibus aliis adminiculis poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis probant per vnum teſtem, & idem dicit hic,& in c.fi.ſ.e. hanc eandem opi.ſequitur D. Ab.

16 dicit tamen hoc fore relinquendum arbitrio† diſcreti iudicis qui conſideratis omnibus qualitatibus,& circunſtantiis perſonarum,& cauſæ deferret,vel non deferret iuramentũ,quid.n. ſi actor eſt optime vitę,& habet vnum probatiſſimum teſtem de contractu matrimonii,vel forte habet duos,quorum vnus non eſt omnino integer,& ſic habet plus,quam ſemiplenam probationem,certe ſatis poteſt recurri ad iuramentum, nam nullus text. dicit, iuramentum non eſſe deferendum in cauſa ardua,ſed iura dicunt, ꝙ iudex poteſt inſpectis circunſtantiis cauſę,& perſonarum iuramentũ deferre actori,vt patet ſ. eo.c.fi.§.j.poteſt ergo ſemper iudex,quando circũſtantiæ cauſę,ſeu facti,& qualitas perſonarum ſuadent hoc iuramẽtum deferre,& dicit,ꝙ optime facit id quod habetur in ſimili.in c. cum cauſa.de rap.& gl.no.in c.vidua.de regul.ſed ſ.inducam. iſta opi.ſemper mihi placuit,& ſemel in facto obtinui. Aduerte tamen vt clarius intelligas, quod quandoque actor in-

17 ſtat pro matrimonio†& habet plus, quam ſemiplenam ꝓbationem,& hoc caſu eſt minus dubitabile,quod iudex poſſit ei deferre iuramentum in ſupplementum probationis,idem qñ ambo litigantes ſunt paris conditionis,vel agens eſt ſuperior, facit c.ſuper eo.ſ.de teſti.Sed maius dubium eſſet, ſi eſſet inferioris conditionis,& haberet vnum teſtem pro ſe omni exceptione maiorem,tamen etiam hoc caſu crederem ei iuramẽtum poſſe deferri in ſupplementum probationis,& hoc ſenſit Hoſ.in ſum.in loco pal.& hoc probo trib.rationib.Prima eſt,

18 ꝙ ius tradit rẽm,ꝙ ĩ quacũq; cã ẽt ardua põt deferri†iuſm, vt patet in l.ii.§.quacunq;.ff.eo.& licet ille tex.loquat̃ in iuſo voluntario, tñ rõ eius eſt gñalis.ſ. ꝙ oĩs cã põt decidi iuſo,ẽt facit.l.in bonæ fidei.C.de reb.cred.& iureiu.vbi tex dicit,ꝙ in omnibus cõtractib.bonę fidei,& ĩ certis aliis cauſis põt iudex deferre iuſm cã cognita, vnde põdera illum tex.dum dicit,ꝙ in certis aliis cauſis iudex põt deferre iuſm,& ſic nullã cãm excipit,vnde gl.ii.ibi dicit,ꝙ non ſolũ illa l.cõprehẽdit ꝯtus ſtricti iuris,ſed ẽt delicta,& quaſi delicta,q̃a ſuper oĩb.põt iuſm deferre,& ita intelligit gl.illam & alle. pd.l.iii.§.quacunq;.ff.e. & l.Marcellus.ff.rerum amo.ad idem l.admonendi.ff.eodem. vbi tex.dicit,ꝙ iudices ſolent ſępe in dubiis cauſis exigere ius iurandum,vnde cum ille ll.generaliter loquant̃ dẽnt intelligi ſecundum præd.l.iii.§.quacunque,vbi generaliter diſponitur, quod poſſit deferri iuramentum in quacunque cauſa, etiam ſi agitur de ſtatu perſone, vel actione pœnali. Secunda ra-

19 tio eſt†matrimonium eſt res fauorabilis, & in dubio pro matrimonio

trimonio eſt iudicandum,vt in c.fi. de re iudi. & in c. videtur.
qui matrimo.accuſ.poſ. ergo cum agatur de fauore,debet iu-
dex deferre iuramentum in ſupplemẽtum probationis, quia
hoc tendit ad fauorem matrimonii cui eſt fauendum. Ter-
20 tia ratio in dubiis tutior † via eſt eligenda,vt in cap.iuuenis.de
ſpon.& in ca.primo.de ſcru.minus autem periculum ſeu pec-
catũ,eſt quod feratur ſententia pro matrimonio,vbi non eſt
matrimonium,quã quod feratur contra matrimonium, vbi
eſt matrimonium,ideo iudex in dubio debet eſſe magis pro-
nus ad deferendum iuramentum in ſupplementum probatio
nis quam ad ferendam ſententiam contra matrimonium,qa
non eſt peccatum, quod efficiantur coniuges, vbi non ſunt,
ſed bene eſſet graue peccatum,ſi ſepararẽtur ab inuicem, vbi
eſſet matrimonium, & quod vterque cum alio, vel cum alia
21 contraheret, vnde de duobus malis † minus eſt eligendum,
xiii.diſtin.c.duo.& c.Nerui.facit c. licet ex quadam.in fi.ſupra
de teſti. Ex quibus concludo,quod iudex poteſt deferre iura
mentum in ſupplementum probationis illi qui ſemiplene p-
bauit matrimonium,ſi circunſtantia facti,& conditio perſo-
nę hoc ſuadeat,vt in ca.fi.in fi.infra eod. Venio ad quintum
caſum,ſ.quando conſtat de matrimonio,ſed diſputatur de ali
quo impedimento, & in hoc dicit D.Abb. quod aut quęritur
an poſſit deferri iuramentum voluntarium,& hoc caſu dicit,
quod poteſt deferri illi qui ſtat pro matrimonio ,ſed non illi,
qui ſtat contra matrimonium, quia ſicut non poteſt fieri ex-
22 preſſa † tranſactio contra matrimonium,vt in c.fi.de tranſact.
& in c.ſuper eo.de eo qui cogno.conſang.vxo. ſuę.ita nec ta-
cita per delationem iuramenti, quia non eſt recedendum a
matrimonio,niſi per veras probationes,vt in ca. licet ex qua-
dam.in fi.ſupra de teſtib.& dicit D.Abb.quod hoc caſu poſſet
ſaluari opin.Bar.in l.iii.§.quacunque.ff.eodem.ſed tu dic,vt di
xi in primo caſu. Aut quæritur, an iudex poſſit deferre iura
mentum neceſſarium,& in hoc dic, quod reo qui ſtat de ma-
trimonio abſque dubio poteſt deferre, iſtud tamen erit iura-
mentum purgationis,vt ſupra dixi in tertio caſu. Actori au
tem qui contra matrimonium,qui plene non probauit impe
dimentum, dicit D.Abb.poſſe deferri, prout ſupradixi ſupra
in præcedenti articulo.dicit tamen,quod iudex non poteſt de
ferre,niſi præſumptiones pro aſſerente impedimentum, ſint
multum vrgentes,ſed ego dubito, an hoc caſu poſſit deferre
iuramentum, quia vbi de canonico impedimento non pro-
batur in dubio ſemper eſt iudicandum pro matrimonio, de
quo vide quod dixi in c.licet ex quadam. & facit quod dixi ſu-
pra in primo caſu. ex his poteſt decidi ſimilis quæſtio.ſ.an in
23 † cauſa monachationis[a] poſſit deferri iuramentum,& in hoc
Do.in l.ii.§.quacunque.ff.eo.ita tenuit Cyn.in l.in bone fidei.
C.eo. vbi dicit Moderniores tenere iuramentum non deferri
in cauſa monachationis, quia vinculum auctoritate Dei im
primitur,& Cy.hoc dicit ſibi placere.Sed Bu.in d.c.fin.dicit,ꝙ
iuramentum voluntarium poteſt deferri ſtanti pro monacha
tione,ſed non ſtanti ꝯ monachationem,quia partes nullo cõ
ſenſu poſſunt præiudicare ſibi, ſeu diſoluere vinculum ſpiri-
tuale,& iſtud idem dixit Bar.in l.iii.§.quacunque.ff.eo.In iura
mento autem neceſſario dicit,quod poteſt deferri reo qui aľs
eſt abſoluendus, actori autem qui ſemiplene probauit dicit
But. quod non debet deferri iuramentum in ſupplementum
probationis,& ſic in hoc tenet opi.Cy.iſtam eandem opin.te
net Spe.in ti.de iuramenti delatione.§.j.verſi.ſi autem.Sed D.
Abb.tenet,ꝙ poſſit deferri pro glo.in d.c.vidua.de regu.& per
tex.in c.cum cauſa.de rap.Sed ſi vis tenere opi.But.& Spe.quæ
videtur communis potes reſpondere ad illum tex.& dicere,ꝙ
ibi illa mulier ſtabat pro matrimonio ſpirituali contra carna
le vnde ſtatur eius confeſſioui contra matrimonium ſpiritua
le pro carnali,& idem eſſet in confeſſione cõtra matrimoniũ
carnale, quia ſi ſtans pro matrimonio carnali contra ipſum
confiteretur valeret confeſſio,& de hoc eſt tex.in c.atteſtatio-
nes.de deſpon.impu. vbi ſtatur confeſſioni mulieris quæ age-
bat pro matrimonio,quod remanſerit virgo,licet interuene-
rit nixus ad copulam.non ob.gl.fi.in c. vidua.quia ibi nõ fuit
facta expreſſa profeſſio, ſed illa vidua ſumpſit velamen, ex
quo orta fuit præſumptio profeſſionis tacitę, vnde ſtatur eius
ſacramento,ꝙ impoſuerit ſibi velamen ea intentione,vt poſ
ſit deponere,ſi habet bonas pręſumptiones,& ſit perſona ho
neſta,vnde ibi non conſtabit, niſi pręſumptiue de monacha-
tione,& ideo ex contrariis præſumptionibus, cum iuramẽto
poteſt tolli talis præſumptio, & hoc modo poteſt intelligi gl.
in d.c.vidua.alias dicendum videretur, ꝙ ſtatim cõtra mona-
chationem non deberet deferri iuramentum in ſupplemen-
tum probationis,ad ipſam diſſoluendam;pro monachatione
autem bene poſſet deferri ſi eſſet facta probatio ſemiplena,
24 quia eſt eadem ratio, † quę eſt in cauſa matrimoniali,& hoc
vltimum tenet Hoſ.in ſumma eo.tit.ſub rubrica de aſſertorio
iuramento.§.& ſuper quibus.ver.quid de cauſa monachatio-
nis.vnde in hoc fac quatuor concluſiones.Prima ſit iuramen
tum voluntarium poteſt deferri ſtanti pro monachatione,nõ
autem ſtanti contra monachationem. Secunda cõcluſio,
reo qui eſt abſoluendus poteſt deferri iuramentum purgatio-
nis,dic tamen, ꝙ quandocunque poſtea conſtabit de mona-
chatione illud iuramentum non obſtabit,& ſententia ſecun-
dum illud lata eſt reuocanda. Sed Hoſ.vbi ſ̃.Io.An. & Doc.
facit finitatis.j̃.de frig.[& male Tertia concluſio,admittitur
25 iuramentum † in ſupplementum probationis ꝯ monachatio-
nem,quę orta eſt ex tacita profeſſione,vt in c.vidua.iuncta gl.
fi.de reg.facit c. cum dilecti. de accu. Extra illum caſum nõ
debet deferri iuramentum in ſupplementum probationis cõ
tra monachationem,de qua conſtat, vt dixi in primo caſu,&
hoc caſu poteſt intelligi opi.Cy.& Spe.quam ſ̃.recitaui. Quar
ta concluſio,ſtanti pro monachatione poteſt deferri iuramẽ
26 tum † in ſupplemẽtum probationis, ſicut poteſt deferri ſtanti
pro matrimonio in fauorem matrimonii eiſdem rationibus,
hoc tenet Hoſ.ſ̃.& D.Ab hic. In glo.ii.hæc glo.non indiget
ſuppletione,niſi in fi.dum opponit de l.naturaliter.§. nihil cõ
mune.ff.de acq.poſ.vbi dicitur, ꝙ ille qui incepit rẽ vendica-
re poteſt venire ad ĩterdictum vti poſſidetis,ſed Bu.dicit,ꝙ ibi
fuit aſſertio, & de facto alieno in quo potuit errare, hic autẽ
interuenit iuramentum ſuper facto proprio, de quo poterat
eſſe certa,vnde ne veniat contra iuramentum pro quo pręſu
mitur,ex quo iurauit eccleſia non dat licentiam,ſed D.Ab.di
cit,ꝙ ibi nulla eſt contrarietas, quia quis poteſt agere rei ven
27 dicatione † prætextu detentionis,vt in l.officium.ff.de rei ven.
& in c.examinata. de iudi. vnde poteſt nunc agere interdicto
vti poſſidetis ratione poſſeſſionis alias de quo D. Ab.ſe remit
tit ad c.paſtoralis.& in c.cum dilectus.de cau.poſ.& propr.hęc
autem mulier non poteſt excuſari a contrarietate,vnde in p-
prio facto agens prius iurauerit ſe cum illo contraxiſſe, nunc
autem petendo licentiam cõtrahendi cum alio, dicit prorſus
oppoſitum, nam ſi verum iurauit non poteſt contrahere cũ
alio,quia matrimonium primum legitime ꝯctum,non obſtã
te,ꝙ alius tranſiuerit ad alia vota non diſſoluitur,niſi morte
interueniente,vt xxxii.q.vii.c.j.& ii.& ideo quia eccleſia dubi
tat, an iurauerit verum, vel falſum aſſumit mediam viam,vt
hic dicitur.Sed nunc fortiter opponitur,ex quo enim hæc mu
lier iurauit non deber admitti volens venire ꝯ confeſſionem
28 propriam maxime iuratam, † quia quod quis ſua voce dilu-
cide eſt proteſtatus non poteſt ſuo teſtimonio in eodem ca-
ſu illud infirmare,vt in c.per tuas.ſ̃.de probat.& in l.generali-
ter.C.de non nu.pecu.ſo.Inn. dupliciter intelligit,ſed tene ſo-
lutionem quam tetigi in primo nota.ſ.ꝙ iſta confeſſio fuit re
probata,& contra eam fuit ſententiatum.ante enim reproba
tionem, vel ſi ſecundum eam fuiſſet pronunciatum non lice
ret contrauenire,vt in contrario,niſi prout notatur in c. fi.de
confeſſis.& in c.cum venerabilis.de excep. & iſtam ſolutionẽ
quam communiter ſequuntur Doc.dicit D. Ab.eſſe notandã
29 ſinglr. ex qua habes caſum,in quo licet venire ꝯ † confeſſio
nem ẽt iuratam,& eſt rõ, nam ex quo iudex illam nõ recipit
nec pars approbauit,nõ poteſt ſuper illa ſe fundare,nec coge
re partem ad obſeruãtiam,vt in reg. ex eo quod. lib.vi.& in c.
cum olim.de cenſi.& tenet gl.xxx.q.v.§.is ita.& in auth.itẽ poſ
ſeſſor.C.q po.in pi ha.& pro hoc facit gl.no.in c.cũ veniſſent.
in gl.iii.de eo qui mit.in poſ q̃ dicit,ꝙ ſi appellans facit aliquẽ
actum ex quo inducit renũciatio applonis,ſi aduerſarius ꝯdi
xit illi actui non põt allegare applonem eſſe deſertam. & ex
his decidit qõ q̃ Spe. remittit inſolutã in ti. de excep.§.viſo.in
ii.col.verſi.ſed qd e ꝯuerſo.vbi dicit,ꝙ ſi qs dicit ſe recepiſſe x.
mutuo p qb.dedit certã rẽ in pignus creditori, & offert illa x.
Creditor aũt negat,& mutuũ,& pignus.ſed debitor in iudicio
pbat,& ꝯctũ,& pign⁹ datũ, & ſic creditori ꝯdẽnat ad reſtõnẽ
pignoris q̃rit,an illa x.q̃ debitor obtulit poſſit repetere,& ſu-
pradicta faciũt,ꝙ nõ,ex quo.n.debitor nõ recipit ſuã negatio
nẽ,imo ꝯriũ pbauit,& ẽt iudex ꝯdẽnauit ipſum ad reſtõnẽ pi
gnoris,& ſic ſua negatio fuit reprobata,& p iudicẽ, & p partẽ
non tenet ſtare ſuæ negationi, & ſic põt creditor illa x.petere
& iſtã opi.ſeqt hic Bu.q̃ ſatis determinat p pdicta,limita tñ iſtũ
tex.vt dixi ĩ j.no.Ex his dicit Bal.ꝙ licet qs fuerit ꝯfeſſus in aliũ
tñ ſi abſolutus fuit p ſnĩa diffi.ſublata eſt ꝯfeſſio, & infamia ꝯ
cta ex ipſa ꝯfeſſione, qđ dicit eſſe menti tenendũ.hoc aũt põt
pcedere qñ a tali ſnĩa fuit appellatũ, vel aliter tranſiuit in rẽ
30 iudicatam,ex quo not.ꝙ † ſnĩa abſolutoria illius qui fuit ꝯfeſ-
ſus valet,hoc aũt puto eſſe intelligenddum, quando cõfeſſio
aliquo modo poteſt excuſari,alias ſententia non valeret tan-
quam lata contra notorium,per ea quæ dicit Innn.in cap.fra
ternitatis.

ADDITIO.

a ¶De monacho.Vide Bar.Bellen in addi ad D.Ab.in fi.qui refert Hoſ hic infra allega.qui tenet.quod poſsit def rri iuramentum.

1 ternitatis.infra de frig.& male.nam †confeſſio facit delictum notorium,vt in c.cum olim.in fine. infra de verborum ſigni. no.glo.in capitulo manifeſta.ſecunda quæſt.prima.& in cap. ſuper eo.ſuper gloſ.ſecunda de teſti. cogen.& in capitulo noſtra.de cohabitatione clericorum & mulie.vñ vt dictum Bal. poſſit ſaluari , intellige ipſum , quando confeſſio eſt talis quæ poteſt aliquo modo excuſari,argumen.in ca.cum dilectus.infra de accuſ.alias non procederet dictum eius. Vltimo quæ
32 ro pro declaratione tex. quid debeat iudex facere†ſi mulier licet volens contrahere petant licentiam,quod banna ponantur, iuxta formam capituli cum inhibitio.de clande. deſpon? Solu.Hoſtien.dicit,quod epiſcopus debet illam monere ad continentiam,argumen.capitu.diſcretionem.de eo qui cogn. conſangui. vxoris ſuæ. ſed ſi non poteſt illam inducere debet facere banna publicari cum proteſtatione huius decr. ſcilicet quod per hoc non intendit dare,nec negare licentiam contrahendi, ſed relinquendi eam ſuæ conſcientiæ, & ſubdit, quod non debet denegare banna, quia denegando præambula cõ-
33 tractus denegaret†contractum,quod eſſet contra iſtum text. ſed Ioann.And.dixit,quod licet proteſtatio prædicta ſit vtilis, tamen non eſt neceſſaria,allegat l.non videtur.ff.de iudi.vult dicere, quod per poſitionem bannorum non videtur dari licentia,quia banna non ponuntur ad dandam licentiam, ſed potius,vt mihi interdicatur ſi ſubeſt aliqua cauſa legitima, & cum his tranſeunt hic But.& hęc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Iurans ſeruare ſtatuta,non tenetur ſeruare ſtatuta de nouo edita.*
2 *Clericus non tenetur ſtatuta eccleſię ſeruare, niſi de obſeruando iuret.*
3 *Statuta habent coactiuam virtutem ſua propria virtute.*
4 *Iurans ſtatuta edita ſeruare poteſt compelli ad ſeruandum etiam illa,quæ de nouo edita ſunt.*
5 *Clericus licite iurat ſeruare ſtatuta eccleſiæ ſuæ.*
6 *Iuramentum generale non debet extendi ad illicita.*
7 *Actus in quo certa forma requiritur,non poteſt ad aliud extendi, ſpecifica forma non repetita.*
8 *Succeſſorem quis poteſt obligare per pactum,non autem per iuramentum.*
9 *Notarius debet conficere inſtrumentum ſecundum conſuetudinem ciuitatis,nam illud quod eſt de conſuetudine videtur eſſe mandatum.*
10 *Bona obligans ſua,nedum præſentia, verum etiam futura videtur obligare.*
11 *Pactum,& tranſactio non extenduntur ad incogitata.*
12 *Indefinitiua loqutio extenditur ad futura.*
13 *Iurans ſeruare ſtatuta ad nouum etiam extenditur, quia cenſentur nouũ & vetus vnum, & idem*
14 *Statutorum nomine videntur intelligenda quæ reperiuntur in volumine ſtatutorum.*
15 *Paria ſunt aliquid tacite,vel expreſſe agi.*
16 *Iuramentum addit quodammodo maius vinculum.*
17 *Expreſſio vbi requiritur notabilis , non refert an aliquid exprimatur expreſſe nominatim,an vero per relationem.*
18 *Vere an is deponat,qui dicit, dicam veritatem per iuramentum quod feci arti,& ſic an deponat iuratus.*

## CAP. XXXV.

1 CLericus Qui iurauit ſeruare ſtatuta edita & poſtea per illud iuramentum aliter non iurando promiſit ſeruare† ſtatuta poſt ea edita,non tenetur ex iuramento ad ſtatuta nouiter edita ſeruanda. hoc dicit ſecundum domi. Abb.vel ſecundum Bal.iuramentum pręſtitum ſuper præſens non extenditur ad futura. Not.primo ex text. quod clericus
2 non tenetur ſeruare ſtatuta†eccleſiæ,niſi iuret, vel promittat illa ſeruare,ſed contrarium eſt verum,vt in ca.vt animarum. de conſtitu.in vi.& in ca.ſecundo.& in capitu.quod ſuper his. de maiorit.& obedien.hoc etiam tenet ſanct.Thom.q.xcviii. ar.ſecundo.& fi.vbi dicit,quod canonicus qui iurauit ſeruare ſtatuta edita in aliquo collegio,licet non teneatur ex iuramẽto ad ſeruandum ſtatuta futura, niſi tempore iuramenti habuit intentionem ſe obligandi ad omnia ſtatuta pterita & fu-
3 tura,tamen tenetur ea obſeruare†ex ipſa vi ſtatutorum,quia habent coactiuam virtutem.i.poteſt quis compelli,vt ea. ſtatuta obſeruet,ex quo ſunt facta,licet non ſint iurata, & idem dicit de illo,ꝗ efficitur ciuis de nouo alicuius ciuitatis,nã licet non obligetur,quaſi ex iuramento ad ſeruanda ſtatuta,quę ciuitas iurauit ſe obſeruaturam,tenetur tamen ex quadam fidelitate ad ipſa ſeruanda, ex qua obligatur , vt ſicut ſit ſocius bonorum ciuitatis,ita etiam fiat particeps onerum. No.duo
4 ex verbis ſan.Thom.primo,quod iurans† ſeruare ſtatuta edita poteſt compellli ad ſeruandum ſtatuta poſtea edita , licet non iurauerit,nec promiſerit illa obſeruare. Secũdo, quod ciuis de nouo creatus non incurrit periurium , vel quaſi ſi non ſeruat ſtatuta, quę ciuitas iurauit ſeruare , poteſt tamen compelli ad ea obſeruanda,quia ſicut eſt particeps bonorum ciuitatis , ita debet eſſe particeps onerum, & hoc not.facit ad ea quę dixi in c.veritatis.ſupra e.ti. Secundo not. ſecundum
5 D.Abb.quod clericus†licite iurat ſeruare ſtatuta eccleſiæ ſuæ & idem dicit de epiſcopo,argu.viii.q.iii.Artaldus. Quid autem ſi in volumine ſtaturorum reperiantur aliqua illicita,dic vt in c.primo.eodem ti.in vi.vbi eſt bo.tex.& ibi dicitur,quod intelligitur, quod habuit intentionem iurandi obſeruare ſtatuta,quæ ſunt licita,nam ille tex.in fine dicit, quod iuramentum generale de ſeruandis ſtatutis ſub quacunque forma verborum ſit præſtitum itelligitur de ſtatutis licitis, & libertati eccleſiæ non obuiantibus, & quotidie allegatur iſte text.quod
6 † iuramentum generale non debet extendi ad illicita. Vltimo no.quod in his in quibus exigitur notabilis,& formabilis expreſſio ad concludendam obligationem non ſufficit conſenſus cum relatione ad illud,quod alias fuit pręſtitum, & ſic nõ ſunt paria,quid exprimi per ſe, vel er relationem ad aliud vbi exigitur certa forma,& ſic limita l.aſſe toto.ff. de hære.inſti.& l.inſtitutio talis.ff.de condi.inſti.& ex hoc infert Butri.ꝙ
7 vbi in actu † certa forma exigitur non poteſt actus de pacto pręſtitus extendi ad aliud illa forma ſpecifice non repetita,& dicit, quod hoc facit ad multa . Et ex hoc infert,quod ſi quis poſt ſtipulationem ex interuallo dicat conſentio per eandem ſtipulationem tibi dare centum non obligabitur ex ſtipulatione,& idem dicit in teſtamẽto,& ſimilibus,dicit tamen, quod hoc procedit , quando hęc verba proferuntur ex interuallo, alias videretur ineſſe,vt in c.officium.de elect.& in l.lecta.ff.ſi cer.peta.idem dicit hic Io.An.in verbo,promittens, & in verbo poſtmodum.nam in verbo, promittens dicit literam procedere,niſi iſta ſtatuta eſſent facta incontinenti,& allegat iura allegata per Bu.in verbo,autem poſtmodum,dicit literam not.quia talia ſtatuta fuerunt facta ex interuallo,& ſic Butri. habet illud a Io.An.& per iſtum tex.Io.An.in addi. Spec.in ti. de iureiuran.ad fi.dixit,quod ſi ſubditus, qui primo iurauit illud iuramentum poſtea extendat ad alia non tenebitur ad alia virtute iuramenti , ſicut per pactum,poteſt quis obligare
8 †ſucceſſorem,non tamen per iuramentum. ſupra eodem veritatis, nam iuramentum non extenditur ex ſimplici conſenſu,ſed exigitur expreſſa iuratio, quaſi forma obligandi ſit de ſubſtantia,vt hic notabiliter probatur melius, quam alibi, & ex hoc infert Butr.quod ſi detur licentia notario,vel iudici,vt extendat inſtrumentum,prout vult,quod non poterit addere ſtipulationem,vel iuramentum ſi formaliter non interceſſit, quia non poſſunt hęc ſuppleri ſimplici conſenſu cum habeat certam formam,& idem dicit hic dominus Abb. ſed remittit ad no.per Barto.in l.ex ea parte. ff. de verborum obligationi. & latius per eum in l.inſtitutio talis.ff. de hęred.inſti.vbi Bart. examinat,quam poteſtatem habeat ſapiens,quando partes dicunt,quod notarius debet conficere inſtrumentum ſecundũ
9 conſilium ſapientis,dic tamen,quod†notarius debet conficere inſtrumentum ſecundum conſuetudinem ciuitatis,nam illud quod eſt de conſuetudine videtur eſſe mandatum a partibus,licet non exprimatur,de quo vide Bar.in dicta l.ex ea parte.& in l.prius.§.primo.ff.de aqua plu.arcen.& per Io.And.in Spe.de inſtru.edi.§.inſtrumentum.ver.quid ſi a contrahentib. vbi etiam ipſe tractat quam poteſtatem habeat ſapiens,quando eſt commiſſum,vel in contractibus, vel in vltimis voluntatibus,vt inſtrumentum,vel teſtamẽtum fiat ad ſenſum ſapientis,ſed tene menti iſtud dictum Bu.& D.Ab.In glo.diuide ipſam in duas partes.In prima aſſignat rationem tex.adducendo ſimilia.In ſecunda opponit,& ſoluit.Secunda ibi,ſed licet. In prima parte pro eius expeditione opponitur d.l.ſi.C. quæ
10 res pignor.obli.poſ.vbi patet,quod ſi quis †obligat bona ſua nedum videtur obligare præſentia bona,ſed etiam futura, ad idem de priuile.quia circa.vbi priuilegium epiſcopale de non ſoluendis decimis poſſeſſionum quas priuilegiati habebãt tẽpore conceſſionis priuilegii,ſed et poſſeſſionum poſtea acquiſitarum.gl.forte ſentiens hoc ꝯrium dicit, ꝙ iurm.ideo nõ extenditur ad futura ſtatuta, quia de ipſis non fuit veriſiſr cogitatum,quia iurm non extenditur ad ea,quæ veriſiſr non ſunt
11 cogitata,vt in c.veniens.& in c.ad noſtram.iii.§.e.ſic etiam pactum,†& tranſactio non extenditur ad incogitata.ff. de trãſa. l.cum Aquiliana.& l.qui cũ tutorib.hoc enim iurm non fuit pſtitum,niſi de pſtib. vnde non extenditur ad futura ſtatuta, vnde nudo conſenſu non potuit poſtea extẽdere iurm ad ſtatuta,ꝗ poſtea fuerunt edita,& hoc mõ dẽt intelligi gl.Hoſ.autem magis rñdet ſpecifice ad cõtrarium,dicit.n.ꝙ procedit in fauorabilib.ſed extẽdere iurm eſt odioſũ,& piculoſũ,& eodẽ mõ rñdet ad alia iura,ꝗ dñt,ꝙ locutio indefinita †.extẽdit ad futura,vt in l.ſi.ſeruitus.ff.de ſer.vrb.pd.de quo plene p Bar.in

l.ſi

l.ſi ita.ff.de auro & argento lega.& per Doct.in capitulo quia
circa.de priuile.vbi dixi, dominus autem Abb.dicit bene eſſe
notandum.hoc dictum Hoſtien. ex quo habetur, quod iura-
mentum eſt ſtricti iuris, & quod non de bet de facili extendi
propter periculum periurii,idem dicit Caſp. Cal. in cap. cum
contingat. ſupra eodem. ſed Ioan.And.& Butri.dicunt,quod
ſolutio Hoſtien.non eſt bona ad iura prædicta,quia loquun-
tur in promiſſione ſimplici, ſeu indefinita, ſed in caſu huius
capituli non iurauit ſimpliciter ſeruare ſtatuta edita,ſed iura-
uit ſeruare ſtatuta edita, vnde verbum edita poſitum in iura-
mento ſoluit iura allegata,in contrarium facit.ff.de verb.ob-
liga.l.cum ſtipulamur.& ex hoc infert D.Ab. quod Ioan.An.
& Butr.ſentiunt,quod ſi iuraſſet ſeruare ſtatuta ſimpliciter,q̃
obligaretur etiam ad ſtatuta edenda,ſed meo iudicio hoc nõ
ſentiunt,ſed ſolum ſentiunt,quod iſte tex.loquitur in caſu di-
uerſo,quia in contrariis locutio fuit indiffinita,hic autem re-
ſtrinxit ſe ad ſtatuta edita,non autem dicunt Ioan.And.& Bu
tri.quod ſi iuraſſet ſimpliciter ſeruare ſtatuta, quod obligare-
tur ſeruare ſtatuta futura,immo Butr. expreſſe determinat cõ
trarium in primo no.vbi dicit, quod iuramentum de ſeruan-
dis ſtatutis eccleſiæ refertur ad ſtatuta ſubſiſtentia ſecundum
tempus iuramenti, & non ad ſtatuta poſtea edita. Domin⁹
autem Abb.diſtinguit,quod aut illa ſtatuta quæ poſtmodum
fiunt,non ſunt multum præiudicialia, & tunc iuramẽtum de
ſeruandis ſtatutis ſimpliciter extenditur ad ſtatuta poſtea edi-
ta,argumen.l.fin.C.quæ res pigno.obliga.poſ.& quod ibi not.
nam quamquam periurium ſit in ſe grauiſſimi præiudicii de-
bemus attendere id ad quod iuramentum principaliter obli-
gat,ſed ad ſtatuta fienda, quę ſunt modici præiudicii, ſicut ſi
obligo bona mea ſimpliciter veniunt etiam futura, quia in
obligatione bonorum agitur de modico prꝗiudicio, & dicit,
quod ita ſenſit Barto.in l.cum ſtipulamur. & in l.ſi ſtipulatus
fuerim.ff.de verborum obliga.& dicit verum, quod Bart. hoc
ponit ĩ terminis in dicta l.cum ſtipulamur.vbi dicit, quod aut
quis iurat ſeruare ſtatuta edita,& tunc non extendit̃ iuramen
tum ad futura, ex quo reſtrinxit ſe ad ſtatuta edita,& ita intel
ligit iſtũ text. aut iurauit ſimpliciter ſeruare ſtatuta,& tũc ſta-
tuta poſtea ſimpliciter edita ſunt multum prꝗiudicialia iuran
ti,& iuramentum non extenditur ad ea,aut afferunt modicũ
p̃iudiciũ iuranti, & tunc iur̃m extenditur ad futura,argu.prę
di.l.fi.C.quæ res pigno.obliga.poſ.Bald. autem hic iſtum arti-
culum plene diſputat arguendo ad vtranque partem, & in ef-
fectu concludit, quod aut quis iurat ſeruare ſtatuta facta, &
fienda,& tunc tenetur ad futura ſtatuta ſeruanda. Aut iurat
ſeruare ſtatuta edita,& tunc non tenetur ſeruare ſtatuta fien-
13 da. Aut ſimpliciter iurat† ſeruare ſtatuta,& idem concludit
niſi nouum ſtatutum veniret ad declarationem veteris ſtatu-
ti, vel niſi deſcenderet ad tacita ratione antiqui ſtatuti, quia
tunc vetus, & nouũ cenſerentur eſſe vnum,& idem ſtatutũ,
vt in Authen.de fi.ante do.inſtru.natis.§. fina. & per hanc ra-
tionem infero,quod etiam ſi iuraſſet ſeruare ſtatuta edita ob
ligaretur ad ſeruandum tale ſtatutum,quia non cenſetur no-
uum ſtatutum,ſed antiquum. Sanct. Thom.in pręallega.quæ
ſtione xcviii. articulo ſecundo. in fine. licet loquatur in iura-
mento de ſeruando ſtatuta edita per rationem,quam allegat
videtur ſentire idem in iuramento de ſeruando ſtatuto ſim-
pliciter. Dicit enim, quod canonicus qui iurat ſeruare ſtatuta
edita non tenetur ex iuramento ad ſeruandum futura,niſi in-
tenderet ſe obligare ad omnia ſtatuta edita, & futura,licet te-
neatur ea ſeruare ex ipſo, quod ſtatuta, quæ habent coacti-
uam vritutem, & ſic vult Sanct. Thom. quod licet iurans ſit
obligatus ad ſeruandum ſtatuta futura, non teneatur ad futu
ra ſtatuta ex iuramento, niſi habuerit animum ſe obligandi
ad omnia ſtatuta futura,vnde ſanct. Thom. ponderat ſolum
iuramentum, non autem ipſa ſtatuta, nam vult,quod dato,
quod ſtatutum futurum obliget iurantem ad obſeruantiam,
non tamen iuramẽtum obligat, niſi habuerit animum ſe ob-
ligandi ad futura,& profecto,iſtud mihi videtur verius,quam
14 diſtinctio Barto.quam ſequitur D.Abb.nam ille qui iurat† ſer
uare ſtatuta videtur intelligere de illis, quę ſunt in volumine
ſtatutorum, non autem de ſtatutis nõdum conditis, vnde ſi-
cut pactum,& tranſactio non extenditur ad futura, vt in l.cũ
Aquiliana.ff.de tranſactio.& in aliis iuribus alleg.in glo.& in
l.quod Seruius.& ibi per Bartol.ff.de conditio.ob cauſam. ita
etiam iuramentum non debet extendi ad futura ſtatuta ea-
dem ratione, nec video rationem dr̃iæ, an quis iuret ſeruare
ſtatuta edita,vel an iurent ſeruare ſtatuta ſimpliciter,quia etiã
hoc caſu videtur cogitaſſe de ſtatutis, quę ſunt in volumine,
15 non autem de ſtatutis futuris,† paria autem ſunt aliquid taci-
te,vel expreſſe agi,vt in l.cum quid.ff.ſi certum petatur.& iſtã
opin.ſenſit glo.ſi bene aduertis,nam licet gloſ.loquatur in iu
ramento de ſeruando ſtatuta edita,tamen per rationem,& iu
ra quę allegat, aperte ſentit idem ſi iuratum fuiſſet ſeruare
ſtatuta ſimpliciter, & hoc aperte ſentit glo.ſi bene conſideras
eius verba,& etiam aperte tenet Hoſtien.& But. in primo no.
& Bald.hic qui iſtam quæſtionem plene diſputat,& meo iud-
cio, idem ſentit ſanct. Thom. in loco pręallegato in ratione
quam allegat, licet loquatur in iuramento de ſeruando ſtatu
ta edita. Iuramentum enim eſt magni pręiudicii, vt dixi in
rubrica huius tituli,& in capitulo tua nos. & in capitulo & ſi
Chriſtus.ſupra eodem. hinc eſt, quod ſi quis metu inducitur
ad iurandum illud quod tenetur ſeruare etiam ſine iuramen
to,poteſt petere abſolutionem a iuramento, vt dixi in capitu
lo ad noſtram. el terzo. ſuper prima gl. & in capitulo petitio.
ſimiliter ſuper prima glo.ſupra eodem.vnde tene iſtam opin.
tanquam ueriorem & cõmuniorem. In ſecunda parte glo.
no.iſtam gloſ.ſed Ioan.And.dicit,quod hæc æquiparatio pro-
cedit quo ad genus, non autem quo ad quantitatem reatus,
vult dicere,quod quantum ad obligationem non eſt differen
tia,quia vterque obligat̃,& vterque tranſgrediens peccat, ſed
reſpectu quantitatis delicti magis peccat ille, qui venit con-
tra iuramentum,& ideo maiori pęna afficitur,quia iuramen
16 tum† addicit maius vinculum,de conſangui.& affin.ſuper eo.
& in capitulo prætor.ii. de ſpõ. & vide quę dixi ſupra eodem.
debitores. vbi dixi poſt ſanct. Thom. quod ſtrictiori vinculo
quis ligatur iuramento, quã ſimplici promiſſione,ideo ſi con
trauenit magis peccat,de quo dic,vt ibi dixi. Extra glo.opp.
contra tex.videtur enim, quod licet non teneatur vigore pri-
mi iuramenti, debet tamen ligari ratione ſecundi,nam ꝑmit
tendo per primum iuramentum iurauit per creaturam,quod
iuramentum valet, ſupra eodem. & ſi Chriſtus. huius timore
Ioan.Cal.dicit,quod licet iſte tranſgrediendo nouum ſtatutũ
non faciat contra primum iuramentum,tamẽ quia rem crea
tam,vel pactum adiicit iuramento iſte clericus debet dici per
iurus.ad hoc ponderat tex.in fin. ex debito pręſtiti iuramenti,
quaſi velit dicere, quod nõ obligatur ex vigore primi iuramẽ
ti,ſed bene vigore ſecundi,ſed Butriga.& dominus Abb.diſtin
guit concordando, quod aut ille qui primo iurauit agit nunc
extendere primum iuramentum ad obſeruantiam alterius a-
ctus,non autem de nouo iurare, vt quia dicit volo teneri vir
tute primi iuramenti,vel promitto per idem iuramentum,&
tunc non fit extenſio ratione prædicta, nec etiam tenetur ex
nouo iuramento,quia hoc non intendit, & hoc probat aper-
te iſte tex.dum dicit,quod promiſit, non autem dicit,quod iu
rauit hoc etiam aperte ſenſit glo.prima,dum dicit,quod licet
non teneatur ſeruare ſtatuta poſtea edita virtute iuramenti te
netur cauſa ex ſua promiſſione, & dum poſtea arguit, quod
Deus non facit differentiam inter ſimplicem loquelam, & iu
ramentum,& ſic intelligit,quod ſecunda fuit ſimplex promiſ
ſio,non autem iuramentum idem ſenſit Archi.in capitulo ne
quis.22.qõ. ſecunda.aut intendit nunc iurare adhibendo pri-
mum iuramentum,& tunc dicit D.Abb. quod hoc poteſt cõ
ſiderari tripliciter, vno modo quod intendat iurare per pri-
mum iuramentum,& tunc inducitur iuramentum,ſicut ſi di
ceret iuro per euangelia,vel per ſanctum Petrum,& hoc caſu
procedit opin.Io.Cald. Tertio modo poteſt conſiderari,q̃d
intendat per relationem ad primum iuramentum exprimere
formam ipſius prioris iuramenti, vt ſi dico iuro per primum
iuramentum.i. ſecundum formam, ibidem expreſſa, & tunc
etiam dicit,quod obligatur ex nouo iuramento,non quod ex
18 tendatur antiquum,quia etiam, vbi requiritur † notabilis ex-
preſſio nõ refert,an aliquid exprimatur expreſſe nominatim,
an vero per relationem ad aliud, puta condemno,vel abſol-
uo,prout in actis continetur, vel prout continetur in tali in-
ſtrumento,allegat no.in cap.penu.de iud.& Innocen. in capi-
tulo ſecundo.de libel.obla.& l.penul.C.de ſen.quæ ſine certa
quanti.profer.& in capitulo cum venerabilis.infra de except.
Tu autem vide Bart.in l.ait pręt or.§. primo. & in l.iudex.in fi.
ff.de re iudi.dicam in d.ca.cum venerabilis.vnde concludit D.
Abb.quod ſi poteſt conſtare in foro conſcientię,vel iudiciali,
quod iſte intendebat nouiter iurare obligabitur ex iuramen-
to,ar.ſupra eodẽ & ſi Chriſtus ſicut etiam dicitur in voto,de
quo dic,vt in capitulo literaturam. infra de voto.& per Inno-
cen.in capitulo ex parte. de cenſib. & in capitulo porrectum.
de regularibus. In dubio autem dicendum eſt, quod vide-
tur voluiſſe iurare ſi expreſſit verbum iuro, vel conſimile, &
hoc modo eſt limitandus, iſte textus. Item dicit Ioannes
Andre. quod iſte textus facit pro prouincialibus, vt aſſeren-
do aliquid per iuramentum, quod fecerunt domino non
ſunt periurii, licet illud ſit falſum. Baldus autem inducit
ad queſtionem mercatoris, qui in introitu matriculæ
iurauit artem fideliter exercere, qui demum prædictus in
18 teſtem in quadam cauſa dicit, dicam † veritatem per iura-
mentum quod feci arti, quod non videatur deponere iura
tus. hoc autem inteligo eſſe verum, niſi eius intentio fuiſſet
iurare ſecundum illam formam ſecundum quam iurauit

in introitu matriculæ,vt proxime dixi, dicit etiam hic Ioann. And.quod aliqui dicunt per hunc tex.illum non deierare qui aliquid negat per iuramentum cal.quod a principio fuit propoſitum,quod dicit Io.An.eſſe falſum cum iuſm cal.extendatur ad totam cauſam,vt in auth.hoc ſacr̃m.C. de iura.calum. & idem dicit Io.An. vbi iuramentum extenditur ad futura,vt eſt iuramẽtum fidelitatis, vnde ſi dominus præciperet aliquid teneri ſecretum per vaſallum reuelando deieraret, licet tempore iuramenti illud non eſſet extortum, vel ſecretum tenendum,pro quo allego bonum tex.in capitulo breui. ſupra eodem.vbi de ſcholari, qui iurauit obedire rectori incurrit periurium dato,quod mandatum ſibi fiat diu poſt iuramentum mandato non paret,& iſta ſufficiant.

### SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis deciſorium delatum a iudice recuſari non poteſt, ſecus ſi a parte.*
2 *Iuramentum iudiciale a parte parti delatum recuſari poteſt.*
3 *Iuramentum deferri poteſt in actione famoſa.*
4 *Relatio iuramenti non habet locum in iuramento neceſſario, nec extraiudiciali.*
5 *Iuramentum eſt duplex ſ.extraiudiciale, & iudiciale.*
6 *Iuramentum extraiudiciale eſt multiplex.*
7 *Actio oritur ex quolibet iuramento licito dummodo materia ſit ad hoc apta.*
8 *Actio non videtur oriri ex iuramento confirmatorio.*
9 *Executio, vt fieri poſſit requirit, quod debitum ſit liquidum.*
10 *Iuramentum habet vim tranſactionis, & maiorem auctoritatem.*
11 *Iuramentum eſt finis omnis controuerſiæ.*
12 *Præceptum iudicis ſolet fieri poſt obligationem contractam.*
13 *Iuramentum in quo eſt terminus expreſſus habet executionem paratam.*
14 *Iuramentum hoc non præſtatur ante obligationem contractam.*
15 *Reus remittens iuramentum neceſſarium nõ tenetur cauſam allegare quare non vult iurare, vnde ſatis eſt, quod in cauſa appellationis allegat.*
16 *Nolle iurare eſt nota manifeſte turpitudinis, & confeſſionis.*
17 *Confeſſus non habetur quis, niſi præceſſerit iudicis monitio.*
18 *Iuramentum delatum a parte in iudicio licite recuſari poteſt.*
19 *Iuramentum neceſſarium poteſt retractari propter nouas probationes, ſecus iuramentum voluntarium.*
20 *Iuramentum neceſſarium defertur ſine conſenſu partis.*
21 *Iuramentum iudiciale non poteſt retractari per probationes de nouo repertas.*
22 *Iuramentum neceſſarium, an poterit retractari per teſtes nouos.*
23 *Religio iuramenti eſt ne quis conuincatur de periurio.*
24 *Appellatio a iuramento, quod quis detulit non datur.*
25 *Relator omnis eſt delator, ſed delator non poteſt appellare a iuramento, ergo nec relator.*
26 *Subuenitur magis facienti actum ex neceſſitate, quam facienti ex voluntate.*
27 *Recuſans iuramentum, an a iuramento appellare poſſit.*
28 *Verba pro confeſſo, non important canonem latæ ſententiæ.*
29 *Actiones denegantur actori propter ſuam turpitudinem.*
30 *Procurator non poteſt deferre iuramentum, niſi habet ſpeciale mandatum.*
31 *Iuramentum neceſſarium poteſt licite recuſari.*
32 *Reſponſum videtur poſſe reuocari ſi præceſſit deliberatio.*
33 *Actor qui plene probauit habet iuſtam cauſam renunciandi iuramento.*
34 *Iudex tenetur ad iuramentum expurgationis, licet nihil contra eum probetur, ſi accuſetur de peccunia pro cauſa expedienda recepta.*
35 *Reus eſt abſoluendus ſine iuramento ſi actor nihil probauit.*
36 *Dictio, vero, eſt aduerſatiua, & in iure, & in facto.*
37 *Dictio, omnino, eſt vniuerſaliter negatiua.*
38 *Iurans aliquid præſtare dicitur.*
39 *Reus debet abſolui, vbi nulla præſumptio eſt pro actore.*
40 *Reus non audiretur volens deferre iuramentum, ſi actoris intentio eſſet fundata.*
41 *Iudex non debet defere iuramentum reo, niſi aliqua præſumptio ſit pro actore.*
42 *Iuramentum quando defertur a lege non poteſt referri, niſi eadem lege permittatur.*
43 *Delicta de quibus reus poteſt eſſe certus, & non actor enumerantur.*
44 *Iuramentum an in actione famoſa poſſit deferri.*
45 *Defertur iuramentum in defectum probationis, quia non requiruntur probationes clariores, vt in cauſis famoſis.*
46 *Iuramentum, an deferri poſſit in cauſa criminali in ſupplementum probationis.*
47 *Actio priuata, an admittat iuramentum in ſupplementum.*
48 *Actio pupillaris, quę competit cuilibet de populo, an recipiat iuramentũ in ſupplementum porbationis.*
49 *Iuramentum neceſſarium, an deferatur in actione populari.*
50 *Iuramentum, an deferri poſſit in crimine priuato.*
51 *Iuramentum, an deferatur ſuper crimine publico, & agitur ciuiliter de crimine.*
52 *Agendo ciuiliter de crimine poteſt deferri iuramentum.*
53 *Iuramentum in ſupplementum probationis non poteſt deferri, quando agitur ad pœnam priuationis beneficii.*
54 *Accuſator nunquid poſſit deferre iuramentum reo.*
55 *Cauſæ in quibus eſt licitum tranſigere, eſt etiam licitum iuramentum deferre.*
56 *Iuramenti delatio quando valet debet reus abſolui, nec amplius debet poſſe accuſari.*
57 *Delatio iuramenti accuſatori præiudicat, quia impedit, ne amplius appellationem proſequi poſſit.*
58 *Iudex an poſſit procedere ſuper primo proceſſu inchoato, quando accuſator impeditur a proſecutione appellationis.*
59 *Reus quando defert iuramentum accuſatori videtur confiteri ſub conditione, ſi accuſator iurauit.*
60 *Pena corporalis non infligitur abſque clara confeſſione, vel probationibus aptiſſimis.*
61 *Iuramentum neceſſarium, an in cauſa criminali deferri poſſit.*
62 *Accuſator deferens iuramentum reo an incidat in pęnam talionis.*
63 *Fama publica quę erat tempore accuſationis accuſatorem excuſat.*
64 *Pena Turpiliani eſt pœna quinque librarum auri.*
65 *Tranſigens ſuper crimine euitat pęnam calumnię, ſed incidit in Turpilianum.*

## CAP. XXXVI.

IVramentum. Iuramentum litis deciſorium a iudice delatum ſi
1 ne iuſta cauſa† recuſari non poteſt, delatum vero
a parte licite recuſatur, & refertur, niſi accuſatio
ſit famoſa.hoc dicit ſecundum D.Abb.vſque ad §. ſane. Di
uiditur iſtud princip.in tres partes. In primo tractat de iu
ramento neceſſario, quod ſcilicet defertur a iudice. In ſecũ
da tractat de iuramento iudiciali, quod defertur a parte parti.
In tertia tractat de relatione nõ facienda per reum in actio
ne famoſa. Secunda ibi, quamuis. Tertia ibi, nec liceat. No.
primo, quod iuramentum delatum a iudice parti non poteſt
recuſari, niſi iuſta cauſa interueniente. Not. ſecundo, quod
2 iuramentum iudiciale delatum† a parte parti poteſt recuſari,
& referri. Tertio not. quod iuramentum† poteſt deferri in
3 actione famoſa, licet reus cui illud eſt delatum non poſſit il
4 lud referre. Quarto not.ſecundum Bald.quod relatio† iura
menti non habet locum in iuramento neceſſario, nec extra
iudiciali, & dicit, quod hoc probatur hic, & per aduerſatiuã
quamuis, quę eſt poſita in tex. ſed iſte text. nullam facit men
tionem de iuramento extraiudiciali, ſed ſolum probat, quod
in iuramento neceſſario non habet locum relatio, ſed in iura
mento iudiciali ſic.Dictum tamen Bald. eſt verum, & de ipſo
eſt tex.in l.iuſiurandum quod ex conuentione. ff. eodem. vbi
patet, quod iuramentum extraiudiciale non poteſt referri, li
cet ille cui delatum eſt non teneatur iurare. In gloſſ.prima
pro euidentia dic ſecundum Hoſtien.& Docto.quod glo.me
5 lius dixiſſet, quod duplex eſt iuramentum, vnum eſt† extraiu
diciale, quod pars defert parti extra iudicium, & de iſto nõ lo
quitur hic, aliud eſt iuramentum iudiciale, & iſtud eſt duplex
quia quandoque defertur a iudice altera parte contradicen
te, vel non conſentiente, & ſimiliter poteſt deferri non cõſen
tienti, quia non poteſt ille cui eſt delatum iuſm illud recuſare
ſine iuſta cauſa, vt hic, & ideo apponitur neceſſarium, quod
deferri poteſt partibus non conſentientibus. Quandoque ve
ro vna pars defert alteri iuramentum in iudicio, & iſtud ap
pellatur voluntarium, vnde ille cui eſt delatum poteſt illud
referre, niſi actio ſit famoſa, & de iſto etiam loquitur hic in ſe
cundo reſpon. & ſic iſte tex. tractat de iuramento iudiciali, ta
men vt intelligatur glo. ego ſequor eius ordinem, & ipſam di
uido in quinque partes. In prima tractat de iuramento extra
iudiciali. In ſecunda de iuramento neceſſario. In tertia de iu
ramento iudiciali. In quarta ponit differentiam inter iuramẽ
tum neceſſarium, & inter voluntarium. In quinta quis poſſit
deferre iuramentum. Secunda ibi, neceſſarium. Tertia ibi, iu
diciale. Quarta ibi, & non. Quinta ibi, item procurator. In
prima parte glo. dicit dominus Abb. quod iſte text. implicite
fecit mentionem de iuramento extraiudiciali, ſcilicet a con
trario ſenſu, dum dicit, quod ſi pars defert parti iuramentum
in iudicio poteſt licite recuſari, ac referri, quaſi dicat, quod ſi
eſt extraiudiciale non poteſt deferri, nec eſt referri, niſi proce
dat ex partium conuentione, ſed mihi magis placet ſenſus
gloſ.cum qua tranſeunt communiter Doctores, etiam ſi vo
luiſſet aliquid diſponere ſuper iuramento extraiudiciali, hoc
expreſſiſſet, argumen. capitu. ad audientiam. de decim. vnde
non

non credo, ꝙ iſto tex. habuerit intentionem aliquid diſponen
di de iuramento extraiudiciali. Sed potius illud relinquendi
6 diſpoſitioni iuris communis, & dicit D. Ab. † ꝙ iuramentum
extraiudiciale eſt multiplex. nam quoddam eſt iuramentum
aſſertorium, quoddam obligatorium, ſeu promiſſorium, vt
quando per iuramentum aliquid promitto. Et de his duobus
iuramentis facit mentionem gl. iii. in c. ſi vero. ſ. eo. & ibi dixi
ſuper ea tetigi etiam poſt S. Tho. in rubr. huius tituli. Quod
dam vero eſt iudiciale confirmatorium, quod eſt quando qs
iurat non contrauenire contractui. de quo in ca. cum contin-
gat. ſ. eo. & in c. ii. de pact. in vj. & in c. licet mulieres. de iureiu.
in vj. & in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. Sed
quærit D. Abb. vtrum ex quolibet iſtorum oriatur actio de iu
re canonico, & dicit ꝙ licet non ſit ꝓprie materia noſtra ta-
men credit, ꝙ de iure canonico ex quolibet iuramento lici-
7 to† oriatur actio dummodo materia ſit ad hoc apta mouerī,
quia ius diuinum, & canonicum mandat iuramenta ſeruari,
vt patet ſ. eo. debitores. & c. & ſi Chriſtus. & c. cum contingat.
Sed vbi ius mandat aliquid obſeruari datur actio. l. ſtatuas. ff.
de acquir. rer. domi. & l. vna. ff. de condi. ex lege. & allegat. cap.
penul. in c. liberū. de ſepul. & ī c. ſi canonici. in ver. reſtituēt. de
offi. ord. in vj. quæ dicunt, ꝙ ſicut quando a iure ciuili induci-
tur noua obligatio, nec exprimitur quę actio ſit danda daī
cōdictio ex lege. Ita quando de iure canonico inducitur obli
gatio noua, nec exprimitur quę actio competat, debet dari
condictio ex canone. Ego tamen puto, ꝙ ex iuramento con
8 firmatorio† non oriatur aliqua actio quando contractū con
firmat, quia tunc oritur actio ex pacto, vel contractu confir-
mato iuramento, vt in c. ij. de pact. in vj. & ibi no. Io. And. dixi
in c. cum contingat. ſ. eo. Et de hoc. ſ. an oriatur actio ex iura-
mento dic vt plene habetur in c. cum veniſſent. j. de inſtit. ad
quod D. Ab. ſe remittit. Et ſubdit D. Ab. ꝙ Bar. fuit in mira-
bili opin. in l. ii. ff. eo. vbi dixit ꝙ iuramentum litis deciſorium
interpoſitum extra iudicium ſuper contractu habet executio
nem paratam, & per hoc dicit ꝙ ſi in inſtrumento debiti con
tinetur qualiter debitor vel promiſſor detulit iuramentū cre-
ditori ſuper contentis in inſtrumento, qui iurauit ea vera eſſe
quod iſtud inſtrumentum etiam de iure communi debet ha-
bere executionem paratam, & dicit, ꝙ miratur ꝙ conſuetu-
do hanc praticam non introduxit, ſed D. Ab. dicit, ꝙ iſtud di-
ctum viſum fuit aliquibus legiſtis nimis durum, & quod ſibi
nunquam placuit, quia iura ciuilia, quę dant actionem iura-
mento litis deciſorio loquuntur in iuramento iudiciali, &
dicit ꝙ hoc innuit. l. actori. C. eo. & l. ſi duo patroni. ff. eo. ti. &
allegat no. per Bar. in l. iiij. §. ſi ex conuentione. ff. de re iud. vbi
9 vbi Bar. dicit, ꝙ ad hoc, vt poſſit fieri † executio requiritur ꝙ
debitum ſit liquidum, & quod ad illud ſe extendat iudicis offi
cium, ſicut in ſententia, & in confeſſione facta in iudicio, &
in iureiurando, & ꝙ iudicis officium ſe non extendit ad ea
quæ ſunt liquidata ab ipſis partib. extraiudicialium. facit. l. ii.
C. de excep. rei iudi. & l. minor xxv. annis. ff. de euic. Sed aduer-
te, quia Bar. ibi no. dicit, ꝙ iuramentum debet deferri in iudi
cio, ſed ſimpliciter loquitur de iuramento, & ſic debet intelli
gi tam de iuramento iudiciali, quam extraiudiciali. nam ad
iuramentum extraiudiciale ſe extendit officium iudicis, quia
10 iuramentum habet vim tranſactionis, † & maiorem authori
tatem quam ſententia, vt in l. ij. ff. eo. nec puto eſſe verum, ꝙ
ex iuramento extraiudiciali non oriatur actio, & ꝙ non ha-
beat executionem paratam, nec legiſtæ dubitant, quin iura-
mentum extraiudiciale habeat executionem paratā pro hoc
allego bon. tex. in l. j. ff. eo. vbi etiam loquens tam de iuramē-
to extraiudiciali quam iudiciali, dicit ꝙ eſt maximum reme-
dium finiendarum litium, idem probatur in l. non erit. §. da-
to. eo. ti. vbi tex. dicit generaliter ꝙ dato iuramēto non aliud
quæritur q̃ an iuratum ſit. vnde ille tex. loquitur generaliter
de quolibet iuramento ad idem ſ. eo. & ſi Chriſtus. vbi dicitur
11 ꝙ iuramentum eſt finis omnis† controuerſiæ, & ibi dicit D.
Ab. ꝙ debet intelligi de controuerſia, tam iudiciali, quā extra
iudiciali, & ibi dixi. Vnde Bal. in l. j. C. eo. reprobat dictū Bart.
per aliam rationem dicit, ꝙ ad hoc vt iuramentum deciſiuū
habeat robur pariendæ actionis, & habendæ executionis de
bet deferri, & præſtari poſt obligationem contractam, quia
eſt de peccato, ſed ſi defertur & præſtatur in ipſo contractu vi
detur deferri, & pręſtari ante obligationem contractam, &
tempore quo contrahebatur, ſeu quando contractus erat in
fieri, & ſic nō poteſt habere vim iuramenti deciſorij. Sed Pau.
de Caſt. in l. j. ff. eo. ſequitur dictum Bar. & reſpondet ad ratio
nem Bal. quia ſi ratio eſſet vera non valerent inſtrumēta gua
rentigiata. i. præcepta facta in inſtrumentis confeſſionatis, qa
12 pręceptum† iudicis, ſolet fieri poſt obligationem contractā,
vt in l. ſi debitori. ff. de iud. & ſimiliter confeſſio iudicialis ſolet
fieri poſt obligationem contractam, & tamē ſi tempore quo
celebratur inſtrumentum debitor confitetur, & notarius ei
præcipit, ꝙ ſoluat in termino expreſſo in inſtrumento talē
13 inſtrumentum† habet executionem paratam, & pro hoc di-
cit D. Pau. ꝙ ſibi ſatis placet dictum Bart. & dicit ipſum tenen
dum menti, quia ſi in loco inſtrumenti, ꝙ inſtrumenta habe
rent executionem, & aliquis vellet, ꝙ haberet debet facere cō
cipi inſtrumentum modo prædicto, quia de iure communi
habebit executionem in quocunque loco, ſed ſi velles reſpō-
dere ad rationem. D. Pau. de Caſt. potes dicere, ꝙ inſtrumenta
guarentigiata habent executionem paratam ex forma ſtatu-
torum, vel ſecundum conſuetudinem Tuſciæ, nos autem lo-
quimur de iure communi circunſpecta conſuetudine, vel ſta
tuto, tamen mihi placet dictum Bar. per aliam rationem, qa
14 non eſt verum, ꝙ † ante obligationem contractam præſtetur
hoc iuramentum ſi iuratur in contractu modo prędicto, prę‑
cedit enim obligatio ſuper qua præſtatur iuramentum, ſicut
dicimus quando ſuper contractu in continenti præſtatur iu-
ramentum de non contraueniendo, inuenit enim contractū
pręcedentem ſm ordinē rei geſtę quem contractum iuramē
tum confirmat, vt in c. cum contingat. ſ. eo. & in c. ij. de pac. in
vj. vnde idem dicendum eſt in iuramento aſſertorio eadem
ratione, quia aſſerat contenta in contractu eſſe vera, & ſic tā
ſecundum ordinem rei geſtæ quā ſecundum ordinem intelle
ctus contractus pręcedit, vnde intelligitur eſſe deciſorium li-
tis quę poſſet moueri ſuper contractu pręcedente, & eadem
ratione dicendum eſt ſi iuramentum defertur ipſi debitori, vt
quia dicatur in inſtrumento, ꝙ creditor detulit iuramentum
ipſi debitori, ſeu ꝓmiſſori, qui iurauit omnia narrata eſſe ve-
ra, ex tali enim iuramento oritur actio contra ipſum iuran-
tem, & habet executionem paratā contra ipſum, & hoc tene
15 menti. In ſecunda parte glo. dic, ꝙ quando reus† recuſat iu-
ramentum neceſſarium non cogitur allegare cauſam, quia
non vult iurare vnde ſatis eſt, ꝙ in cauſa appellationis alleget
& probet cauſam propter quam recuſauit iurare, & hoc pro
batur in l. generalr. §. primo. C. eod. & ibi hoc tenet Bar. Ex
quo infertur ꝙ recuſans iurare, poteſt appellare ſi iudex non
admittit recuſationem dato, ꝙ non alleget cauſam recuſatio
nis, ſed poſtea ſi vult obtinere in cauſa appellationis neceſſe
habebit cauſam recuſationis allegare, & probare, & hęc no.
quia multum declarat iſtum tex. in primo reſpon. dum loqui
tur de iuramento neceſſario. In tertia parte gloſ. Aduerte,
quia glo. multum intricat, vnde pro eius expeditione opponi
tur. de l. manifeſte. ff. eo. vbi dicitur, ꝙ manifeſte turpitudinis
16 & confeſſionis eſt, † nolle iurare, nec iuramentum referre, qđ
eſt contra iſtum tex. dum dicit, ꝙ poteſt licite recuſari, ac refer
ri. Et gl. reſpondet trib. modis, Primo modo illa l. manifeſte ha
bet locum quando reus refert iuramentum actoris, qui ſibi
illud detulerat. nam neceſſe habet iurare, alias denegabitur
actori actio, & perinde habebitur, ac ſi reus iuraſſet. Vnde iſte
videtur ſenſus, ꝙ ille cui eſt delatum iuramentum poſſit illud
referre, ſed ille cui eſt relatum nō poteſt illud recuſare, ex quo
enim illud primo detulit, non debet recuſare relationem, ſed
licet iſta ſol. ſit vera in ſe, tamen non conuenit contrario, nā
illa l. dicit ꝙ manifeſte turpitudinis eſt nolle iurare, nec iura-
mentum referre, & ſic loquitur in eo cui iuramentum eſt de-
latum qui ad alterum tenetur. ſ. iurare, vel referre. Secunda
ſolutio eſt, ꝙ illa l. loquitur poſt iuramentum ſuſceptum. hic
autem text. loquitur antequam iuramentum eſt ſuſceptum.
Tertia ſol. eſt, quod iſtud c. corrigat illam l. & D. Ab. hic mul-
tum inſtat, ſed in effectu dic ꝙ vera ſolutio eſt, ꝙ antequā iu-
dex approbat delationem iuramēti, & mandauerit iurari nō
tenetur ille cui eſt delatum iuramentum iurare, vel referre, vt
in l. generaliter. C. eo. quia non debet eſſe in poteſtate aduer-
ſarij me compellere, ad iurandum, vel ad referendū iuramen
17 tum, facit optime. c. ii. de confeſſ. in vj. vbi† quis non habetī pro
confeſſo niſi pręcedat monitio iudicis poſtquam iudex autē
approbauit delationem iuramenti, & mandauit iurari, non
poteſt ille cui delatum eſt iuramentum recuſare, ſed debet vł
iurare, vel referre iuramentum, & hoc modo loquitur. d. l. ma
nifeſte. & ſic concordat cum iſto c. & probatur in d. l. genera-
liter. C. eo. & iſtud tenet hic Hoſt. & Io. And. & Bar. & Pau. de
Caſt. in d. l. manifeſte. & Bal. hic, & communiter Doc. Ex quo
18 ſequitur concluſio, ꝙ quis licite† iuramentum recuſat, ſibi de
latum a parte in iudicio, antequam iudex approbet delatio-
nem iuramenti, & mandat eum iurare, ſed poſt approbatio-
nem, & pręceptum iudicis de iurando tenetur, vel iurare, vel
referre, & hoc modo intellige iſtum tex. in ij. reſpon. hoc ta-
men intellige ſecundum But. & D. Ab. niſi ſubeſſet iuſta cau-
ſa non iurandi, quia tunc non teneretur, nec iurare, nec refer
re, qa ſi iuramentum neceſſarium poteſt recuſari ex iuſta cau
ſa, vt in primo reſpon. huius c. fortius iudiciale debet poſſe re
cuſari ex iuſta cauſa. In quarta parte glo. no. bene glo. quia
19 iuramentum † neceſſarium poteſt retractari propter nouas
probationes, ſed non iuramentum voluntarium, & ratio dif-
ferentiæ

ferentiæ eſt, quia iuramentum iudiciale, ſeu voluntarium ha-
bet vim tranſactionis, videtur enim pars deferens tranſigere
ſi alia pars iurauerit. tranſactio autē non infringitur prætextu
probationum nouiter repertarum, vt in l. ſub prætextu. C. de
20 tranſact. † iuramentum vero neceſſarium defertur ſine con-
ſenſu partis, & ſic non poteſt habere vim tranſactionis, & qa
fertur ſententia ex probatione non integra ſine partis conſen
ſu iura permittunt, vt ex probationibus nouiter repertis poſ-
ſit retractari quod eſt actum vigore talis iuramenti, vt in d. l.
admonendi. ff. eo. Et D. Abb. remittit ſe ad aliqua pulchra di-
cta quæ dixit in c propoſuiſti. de probat. Sed Hoſtien. & Ioan.
21 And. limitant primum membrum glo. ſ. dum dicit, † ꝙ iura-
mentum iudiciale, vel voluntarium non poterit retractari
propter probationes de nouo repertas. Nam fallit in caſu. l. vl
timæ. C. eo. ſ̃. cum quis petit legatum, & teſtamento non ap-
parente hæres defert iuramentum ſibi quia iurat ſibi legatū
eſſe factum, & poſtea reperto teſtamento apparet nihil ſibi
fuiſſe relictum, nam hoc caſu non prodeſt iuranti, vt ibi dici-
tur, & ratio eſt ſecundum Phi. quia iuramentum habet vim
tranſactionis, vt ff. eo. l. ii. ſed tranſactio non poteſt fieri niſi in
ſpectis, & cognitis verbis teſtamenti, vt in l. de his. ff. de tranſa.
& in l. j. ff. quemadm. teſta. aper. Secundo fallit vbi vertitur
periculum animæ per partes non remiſſibile, vt dixi ſ̃. eo. mu
lieri. Et ex hoc no. ꝙ vbicunque imminet peccatū per partes
non remiſſibile ſententia lata ſecundum iuramentum iudi-
ciale, ſeu voluntarium poteſt retractari, ratio eſt, quia ſuper
his non poteſt fieri tranſactio non retractabilis, vt in c. fin. &
quod ibi no. de tranſact. merito ſi poſt iuramentum conſtat
de contrario debet fieri retractatio iuramenti, & dicit D. Ab.
ꝙ hæc ratio eſt tenenda menti. Item no. bene gl. dum dicit,
ꝙ iuramentum neceſſarium poteſt retractari propter proba
tiones de nouo repertas, nam hęc glo. non facit vim inter ſpe
cies probationis, tamen tex. in l. admonendi. ff. eo. dicit ꝙ iura
mentum neceſſarium poterit retractari per inſtrumenta de
nouo reperta. Vnde Bald. ibi. in fi. cōmenti mouet quæſtio-
22 nem, an poſſit † retractari per teſtes nouos. & ibi poſt glo. di-
ſtinguit, ꝙ aut cauſa eſt talis in qua non admittitur reproba-
tio per teſtes, exemplū qñ quis vult probare contra confeſſio
nem propriam, vt in l. generaliter. C. de non num. pec. & hoc
caſu clarum eſt, ꝙ non debent admitti teſtes de nouo reper-
ti, cum non poſſit fieri probatio niſi per ſcripturam. Aut
eſt cauſa in qua poteſt fieri probatio per teſtes, & tunc Bar. di
ſtinguit, ꝙ aut teſtes fuerunt examinati, & publicati in prima
cauſa, & tunc non poterunt teſtes produci, quia publicatis at
teſtationibus non eſt licitum producere teſtes ſuper eiſdem
capitulis, vel directo contrariis, vt in c. fraternitatis. ſ̃. de teſti.
& in cle. ii. eod. ti. non obſtat. c. veniens. ii. ſ̃. de teſti. quando lo-
quitur quando ad aliud agitur nunc quam primo, nos autem
loquimur quando agitur ad idem. Aut teſtes non fuerunt
examinati in prima cauſa, & tunc teſtes de nouo reperti pote
runt produci ad retractationem iuramēti, & iſtam diſtinctio
nem Bar. ſequitur hic. D. Abb. licet But. dicat, ꝙ indiſtincte de
bet admitti retractatio per teſtes de nouo repertos, ſed tu te-
ne diſtinctionem Bar. quam ſequitur D. Ab. ſed contra prædi-
cta opponitur. de l. diuus. ff. de re iudi. & de eod. ti. C. ſi ex falſis
inſt. vbi patet ꝙ ſententia retractatur per nouas probationes
etiam ſi non ſint de nouo reperta, præmiſſa tamen reſtitutio
ne in integrum aduerſus ſentētiam, & dixi in c. licet cauſam.
ſuper gloſſ. ij. ſ̃. de probat. ſol. Iſtud contrarium tangit Pau. de
Caſt. in l. admonendi. ff. eo. & dicit, ꝙ in hoc eſt ſpeciale pro-
23 pter religionem † iuramenti, vt quis non cōuincatur de periu-
rio niſi per inſtrumenta de nouo reperta, & quando ſenten-
tia non fundatur in falſo iuramento, ſed in aliis falſis proba-
tionibus, tunc poteſt rectori per quæcunque inſtrumenta, vel
teſtes etiam de nouo non reperta, & dicit hoc eſſe tenendum
menti, quia eſt neceſſarium ad intellectum illius legis admo
nendi. ff. eo. Vlterius pro declaratione iſtius gl. quærunt Doc.
an poſſit appellari a ſententia prætextu iuramenti. de qua q.
habetur per glo. & Doc. in l. generaliter. C. eo. ſed diſtingue ſe-
cundum Ioan. And. & Doc. hic, ꝙ aut lis deciditur vigore iu-
ramenti neceſſarij, & poteſt appellari ab illa ſententia, vt in l.
24 admonendi. ff. eod. Aut vigore iuramenti iudicis, & tunc † ſi
ille cui delatum eſt iuramentum iurauit clarum eſt, ꝙ aduer-
ſarius qui iuramentum detulit non poteſt appellare, quia ſuo
conſenſu videtur eſſe tranſactum, quod intellige niſi ageret
de peccato per partes non remiſſibili, vt ſ̃. dixi, ſed ille cui iu-
ramentum delatum eſt non iurauit, ſed illud retulit deferen-
ti, & ille iurauit in hoc eſt dubiū, nunquid ille qui retulit poſ-
ſit appellare, & Ioan. & Azo dixerunt quod nō, quia omnis
25 † relator eſt delator, ſed delator nō poteſt appellare, ergo nec
relator. Pla. autem tenuit contrarium cuius opi. approbat
hic Ioan. And. & ratio differentiæ eſt, quia delator ſponte de-
tulit, relator autem non, quia ad alterum tenebatur. ſ. aut iu-
26 rare, aut referre, conſtat, aūt † ꝙ plus ſubuenitur illi qui facit
actum ex neceſſitate q̃ qui facit ex voluntate. l. ſi fideiuſſor, §.
ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog. no. gl. in c. ab arbitris. de offic. de-
leg. in vj. & iſta opinio eſt communis, vt dicit hic Butr. Sed D.
Abb. dicit, ꝙ debet limitari & reſtringi poſtquam iudex ap-
probauit delationem iuramenti, & mādauit ꝙ iuraret. Secus
ſi ante approbationem iudicis illud voluntarie retuliſſet de-
ferenti, tūc enim non poſſet appellare, & hoc modo poſſent
concordari opiniones Azo, & Placen. Et ex his inferunt But.
27 & D. Abb. an ille qui recuſat † iuramentum poſſit appellare,
& in hoc dicunt, ꝙ aut ille cui defertur iuramentum recuſat
iurare non obſtante probatione, & mandato iudicis, & talis
poteſt appellare. Sed niſi oſtendat coram iudice appellationis
iuſtam cauſam recuſationis iudex ad quem confirmabit ſen-
tentiam primi iudicis, vt probatur in d. l. generaliter. C. eo. di-
cit tamen Bar. & Pau. de Ca. in l. manifeſte. ff. eo. quod neceſſa
rium eſt, quod iudex ante condemnationem pronunciet eū
hæredem pro confeſſo, quia hæc pœna non infligitur ipſo
iure, ſed requiritur pronunciatio iudicis. Immo ſi contumax
moraretur ante pronunciationem iudicis hæc pœna non
trāſiret ad hæredem, vt in l. eius qui delatorem. & ibi per Bar.
28 ff. de iur. fi. Et ex hoc no. ꝙ hęc verba † pro confeſſo non im-
portant canonem latę ſententiæ, ſeu pœna non incurritur
ipſo iure, ſed requiritur ſententia iudicis, ſeu eius pronuncia-
tio, de quo vide glo. in c. ii. in ver. pro confeſſo. de confeſ. in vj.
& in c. fi. in glo. fi. & ibi per Doc. ſ̃. de iur. cal. Aut ille cui iura-
mentum fuit primo delatum retulit illud deferenti, & ille nō
vult iurare, & hoc caſu, vt dicit glo. in præcedenti parte ſentē
tia formatur pro reo, ac ſi iuraſſet, nec poteſt appellare, quia
ex quo a principio deferendo eligit deciſionem per iuramen
tum, non debet illud ſibi relatum recuſare, vt in d. l. generali-
ter. ſed dicit D. Ab. hoc eſſe verum niſi illud ex iuſta cauſa re-
cuſaret, pone exemplum aliquis in archa paterna reperit in-
ſtrumentum debiti quod faciebat ſemiplenam probationē,
& non valens aliter probare detulit iuramentum reo, & ille
ſibi refert iuramentum certe licite illud recuſat, ne cogatur
ſubire anceps periurium. arg. in l. Marcellus. ff. rerum amo. &
quod ibi no. Bar. & in l. videamus. ff. de in lit. iur. Et ex his con
clude, ꝙ ſiue actor, ſiue reus recuſet iurare, ſiue iuramentum
ſibi delatum, ſiue relatum, niſi iuſta cauſa ſubſit reus haben-
29 dus eſt pro confeſſo. Actori vero propter † ſuam turpitudinē
debēt denegari actiones, ideo l. manifeſtę. ff. eod. dicit, ꝙ mani
feſtę turpitudinis, & confeſſionis eſt nolle, nec iurare, nec iu-
ramentum referre. verbū autem turpitudinis, refertur ad acto
rem, verbum vero confeſſionis, ad reum, vt dicit ibi Bar. in v.
parte glo. vide bo. tex. in c. qui ad agendum. de procu. in vj. vbi
30 patet ꝙ procurator † non poteſt deferre iuramentum niſi ha-
beat ſpeciale mandatum, vel generale cum libera. In gl. ni
ſi iuſta cauſa. no. bene iſtam gloſſ. quia iuramentum neceſſa-
31 rium poteſt licite † recuſari quando ille cui delatum eſt dubi-
tat de veritate facti. Ex hoc colligit Bal. ꝙ probabilis igno-
rantia facit ꝙ quis non tenetur ſubire iuramentum, & ſubdit
ꝙ etiam ſi eſſet iuramentum iudiciale non teneretur ſubire,
vel referre: dicit tamen Bald. ꝙ debet cauere, ne petat tempus
ad deliberandum, quia ſi acceptaret terminum cogeretur prę
ciſe reſpondere. l. ius iurandum, & ad pecunias. ff. eo. nec poſ-
32 ſet ſecundum eum reuocare † reſponſum ex quo pręceſſit deli
beratio, vt no. in c. ex literis. de diuor. Ego tamen credo, ꝙ ſi
facta diligenti inquiſitione adhuc remaneret dubius non te-
neretur iurare ne incurrat anceps periuriū. facit l. videamus.
ff. de in lit. iur. ſed dic, ꝙ aliæ ſunt iuſtæ cauſæ propter quas qs
non tenetur ſubire iuramentum, ſiue ſit iuramētum iudicia-
le, ſiue neceſſarium, quas vide per Bar. in l. manifeſte. ff. eo. &
inter alias eſt vna cauſa generalis, quia vbicunque quis non
poteſt conueniri, vel habet legitimam exceptionem non te-
netur ſubire iuramentum. Item dicit hic Bald. ꝙ vbicunque
quis non tenetur reſpondere poſitioni nō tenetur etiā ſubire
iuramentum, nec referre, & ponit exemplum in iuramento
delato ſuper impertinentibus, vel ſopitis. ff. eod. l. ſi duo patro
ni. §. Iul. ſcribit. ver. nec pati. ff. eod. vbi tex. dicit, ꝙ iudex ex offi
cio non debet pati, ꝙ quis reſpondeat ſuper impertinentibus,
& idem Bal. ꝙ ille tex. eſt aureus. dicit etiam hic Ioan. An. poſt
33 Pe. & Ab. quod eſt iuſta cauſa actori † recuſandi iuramentum
ſi recuſat, quia plene probauit, vt in c. ii. ſ̃. de proba. & reo eſt
iuſta cauſa recuſandi iuramentum ſi actor nec probauit etiā
præſumptiue. & ſic Pe. & Ab. & Ioan. And. volunt, quod quā
do actor nihil probat, nec aliqua eſt pręſumptio pro eo quod
reus non tenetur iurare ſi iudex ei deferat iuramētū, & iſtud
etiam ſenſit Ioan. And. ſuper tex. in ver. pręſtiterit. in verſ. ſeq.
nam dum tex. dicit, quod ſi actor omnino in probatione de-
fecerit reus debet obtinere etiā ſi nihil præſtiterit exponit. i. ſi
non iurauerit, & dicit ꝙ iſta expoſitio magis conuenit literę,
q̃ aliæ expoſitiones quæ ibi fiunt per Doct. idem dicit Innoc.

dicit

dicit tamen qđ hoc fallit quando iudex accuſatur accepiſſe
34 pecuniam pro cauſa expedienda,quia tenetur præſtare†iura
mentum purgationis etiam ſi nihil probetur contra eum, vt
in Auth.vt lit.iurando.col.ix.iſtud idē ſequitur But. ſuper pri·
ma glo.tenet etiam Spec.in ti.de iuramenti dela. §.j.ver.ſinau
tem actor,& firmauit etiam glo.in l.admonendi.in gl.fi.C.eo.
quæ dicit,ꝙ aut actor plene probauit,& tunc reus dēt condē-
nari.Aut actor nihil probauit, & tunc reus eſt abſoluendus
35 ſine†iuramento, vt in l.qui accuſare.C.de edendo.niſi in caſi-
bus in quibus.l.defert reo iuramentum ad purgationem ſuā,
vt in l.præſenti.§.ſicubi.C.de his qui ad eccl. confug. & in l.fi.
C.de fide inſtru.& in l.fi.§.licentia. C.de iure deli. & in Auth.
de fide inſtru.§.ſi tamen quiſquam.Aut ſemiplene, & recurri
tur ad iuramentum neceſſarium.iſtam opi.etiam ſenſit Bart.
in pręal.l.in bonæ fidei,& clarius in l.admonendi.in 3.colum.
verſ.oppono quod cauſa non poſſit eſſe dubia,& in 4.colum.
verſ.expediti de contrariis. veniamus ad materiam vbi dicit,
ꝙ aut actor nihil probat,& tunc reus abſoluitur. Aut pro·
bat plene,& reus condēnatur.Aut probat ſemiplene,& tunc
deuenitur ad iuramentum neceſſarium,& iſta opi. probatur
meo iudicio in hoc c.melius q̃ alibi, quia primo dicitur ꝙ ſi
actor omnino in probatione defecerit, reus debet obtinere,
etſi nihil præſterit, poſtea autem dicitur præſumptione vero
faciente pro illo reo poteſt deferri iuramentum &c. No.di·
36 ctionem†vero,quæ eſt aduerſatiua,& debet aduerſari in iure,
& in facto.l.ſed ſi lege.ff.de pet.hæred.& in l.j.ff.ne quis eum,
& in l.qui vſumfructum. ff.de verborum obligat. vt ergo ad-
uerſetur in iure,& in facto neceſſe eſt intelligere.verſic. ſane.
dum dicit ꝙ ſi actor omnino in probatione defecerit,ꝗ nihil
omnino probauit,ita ꝙ nulla præſumptio eſt pro eo. nā ver·
37 bum omnino eſt vniuerſale†negatiuū,vt dixi in c.& ſi Chri-
ſtus.§.eo.in glo. in ver.omnino. & in gloſſ.& ibi per Bart.in l.
græce.§.illud.ff.de fideiuſ.item eſt neceſſe exponere verbum ſi
38 nihil præſtiterit.i.dato ꝙ non iurauerit.Ille enim†qui iurauit
aliquid præſtat, quia præſtat ipſum iur̃m,& ita etiam exponit
Ioan.And.quæ expoſitio eſt facienda, vt verba intelligantur
ſecundum ſubiectam materiam.l.ſemper.in ſtipulationibus.
ff.de verborum ſignificatio.& in cap.ex literis. cum ibi no.de
ſpon.vnde verſic. præſumptione vero,optime venit aduerſati
ue in facto,& in iure.in facto, quia ibi loquitur quando præ·
ſumptio eſt pro actore. ver.ſane. loquitur quando nulla præ-
ſumptio eſt pro reo.Item aduerſatur in iure, quia ibi reus ab-
ſoluitur ſine iuramento,ſed in ver.pręſumptione vero,debet
deferri iuramentum, vnde meo iudicio hic apertiſſime pro-
39 batur,† ꝙ vbi nulla eſt pręſumptio pro actore reus debet ab-
ſolui ſine iuramento,& iſtam opin.ſequitur etiam D. Ab. &
ſic dicit limitandam.l.manifeſtæ. ff. eo.& dicit D.Abb.ꝙ hoc
eſt no.quia multi decipiuntur credentes,ꝙ generaliter aduer-
ſarius,vel iudex poſſit deferre iuramentum. Sed Pau.de Caſt.
in d.l.manifeſtę.dicit,ꝙ illa l.in ſimilibus.habet locum quādo
actor vult deferre iuramentum reo,antequam conſtet ꝙ ipſe
acta non probauerit, vt quia nondum ſunt examinati teſtes
quando vult deferre iuramentum reo,tenetur enim tunc reꝰ,
vel iurare,vel iuramentū referre, poſtquam vero teſtes eſſent
examinati,& publicus proceſſus, & ſic apparet intentionem
rei fundatam non poſſet actor ipſum compellere ad iurādū,
ſed deberet ſimpliciter abſolui. & dicit, ꝙ hoc multum ſibi
placet, & ꝙ habet æquitatem, quia econuerſo ſi intentio
40 actoris eſſet fundata non audiretur †reus volens deferre iura
mentum actori,vt in l.in contractibus.§.illo C.de non nume.
pecu.& in c.ii.ſ̃.de proba.pro iſta opin.allego bon.tex. in l.tu·
tor.in prin.ff.eod.vbi tex.dicit, ꝗ tutor deferens iuramentum
omnibus probationib.deficientibus audiendus eſt ad idem.l.
cum de indebito.§.in omnibus.ff.de proba.vbi tex. dicit,ꝙ il·
le cui probandi onus incumbit, poteſt deferre iuramentum
aduerſario ſuo de veritate dicenda dūmodo prius iuret de ca
lumnia,dicit tamen,ꝙ ille cui defertur,habet facultatem refe
rendi iuramentum. no. illa verba cui probandi onus incum
bit,quia ex hoc infertur,ꝙ ante quam faciat aliquam proba·
tionem poteſt reo deferre iuramentum. Et ex his cōclude,
ꝙ aut loquimur de iuramento neceſſario, & tunc iudex non
41 debet ipſum deferre †reo niſi aliqua pręſumptio ſit pro acto-
re,vt hic.dic tamen ꝙ ſufficeret minus quam ſemiplena pro-
batio,ad hoc vt reus teneatur ſubire iuramentum purgatio-
nis,vt dixi poſt D.Ab.in c.mulieri.ſ̃.eo. ad hoc,quod not.Bal.
in c.1.§.item ſi vaſſallus.in iii.col.de contro.inueſtiturę vbi re-
ſpondendo ad l.qui accuſare C.de edendo.dicit, ꝙ non tenet̃
actor,vel reus iurare non exiſtentibus indiciis,& vide glo. ibi
quæ incipit per guardiam,& gloſſ.in c.2.in ver. cognitio.ſi de
feudo vaſſallus ab aliquo interpellatus fuerit. Iſtud in termi-
nis tenet Bar.in l.admonendi.in penult.col.ff.eo. & But.& D.
Ab.hic in §.ſeq.Aut loquimur in iuramento iudiciali, & tūc
ante publicas atteſtationes licitum eſt actori, vel reo deferre
iuramentum, & tenetur ille cui eſt delatum iurare, vel refer-
re,vt in l.manifeſtæ.& in l.tutor.ff.eo.& in l.cum de indebito.
§.in omnibus.ff.de proba.poſtquam vero ſunt publicę atteſta
tiones,& conſtat actorem nihil probaſſe non poteſt deferri iu
ramentum reo.ſecus ſi aliqua pręſumptio ſit pro eo. & idem
econuerſo ſi plene probauit non poteſt ei reus deferre iura-
mentum,vt in c.ii.de proba.Hoſt.tamen in ſumma.eo.ti. ſub
rubrica de iuramento aſſertorio.§.j.ver.vel poſſet aliter intel-
ligi,dicit ꝙ l.manifeſtæ.ff.eo.dum dicit ꝗ manifeſtæ turpitudi
nis eſt nolle iurare, vel iuramentum referre,debet intelligi qn̄
pręſumptio exiſtenti pro deferente iuramentum, ſed ſi non
eſt aliqua præſumptio pro deferente, tunc poteſt indiſtincte
recuſare iuramentum,quia non committit aliquam turpitu·
dinem ex quo non eſt pręſumptio pro deferente, ſed dic, ꝙ
quādo actor defert iuramentū ante publicationē proceſſus
præſumptio eſt pro ipſo, & ideo tenetur reus iuramentum
ſubire,ſed quādo ſunt publicę atteſtationes, & apparet acto-
rem nihil probaſſe,tunc procedit dictum Hoſt.dum dicit, ꝙ
reus poteſt indiſtincte recuſare iuramentum quando non eſt
pręſumptio pro deferente, ſemper enim adeſt pręſumptio do
nec conſtet actorem nihil probaſſe, ſeu omnino in probatio
ne defeciſſe,& hoc tene menti.In ea.gl.in fi.ibi pręter iuramē
tum de calumnia vult dicere glo.quod iuramentum cal.non
excludit iuramentum veritatis.i.non obſtante, ꝙ ſit iuratum
de cal. nihilominus poteſt deferri iuramentum deciſorium,
quia ſunt diuerſa, & de hoc dixi in c.mulieri.ſ̃.eod. In gl. in
verbo, famoſa.diuide ipſam in duas partes.In prima parte gl.
exemplificat tex.& aſſignat rationem, quia in actionibus fa-
moſis iuramentum non debet referri. In ſecunda parte gloſſ.
quęrit an deferens iuramentum teneatur de calumnia iura-
re. Secunda ibi,item & illud ſcias.In prima parte gloſſ.not.
42 ipſam,dum dicit ꝙ quando iuramentum defertur a lege†tale
iuramentum non poteſt referri niſi eadem lege permittatur.
Idem dicit Hoſtien.in ſumma.eod.tit.rubrica ſub iuramento
aſſertorio.§.j.ver. ſunt tamen caſus plures,idem videtur dice-
re hic But.ſed quo ad q.glo.Bar. in l.lex Cornelia. §. hac lege.
ff.de iniur.aſſignat aliam rationem,dicit enim ꝙ ſunt quædā
43 † delicta de quibus reus poteſt eſſe certus non ēt actor, vt de
furto,& iſto caſu reus non poteſt, nec deferre,|dēt iuramentū
actori,vt in l.Marcellus.ff.rerum amot.aliqua ſunt delicta in
quibus vterque poteſt eſſe ęqualiter certus,vt iniuria facta de
dię in facie, & tunc iuramentum poteſt ęqualiter deferri, vel
referri.ar.in l.delatum.C. eod. ſed ſi diceretur facta iniuria de
nocte,vel retro,vel per proiectionem lapidis a lōge. Ita quod
actor non poteſt eſſe certus, & tunc non habet locum rela·
tio iuramenti,vt in d.l.Marcellus.ff.rerum amo. & idem dicit
Bar.in l.ius iurandum.& ad pecunias.§.ait pętor.ff.eo.vbi ſpe
cialiter loquitur in terminis huius.c.ſ. an in actionibus famo-
ſis habeat locum relatio iuramenti,& diſtinguit, vt ſ̃.dixi iſtā
diſtinctionem ſequuntur But.& D.Abb.& aſſignat D.Abb.ra
tionem,quia ratione coniecturata debemus legem reſtringe
re & ampliare ad limites rationis,vt no. in l.non dubium. C.
de ll.no.Bar.in l.item quęritur.§.qui impleto.ff.loc. Et ex hoc
infert D.Abb.ad limitationem omniū prędictorum.ſ.vt tunc
ei liceat cui primo iuramentū eſt delatum illud referre, quan
do deferens eſt,vel debet eſſe veriſimiliter informatus,ſicut is
cui defertur,alias lex eſſet impoſita verbis, & non rebus con-
tra c.commiſſam.de elec.in vj.quilibet enim de facili referret
iuramentum illi quem ſcit non eſſe informatū ad iurādam,
vt ſic releuetur ab onere iurandi, & hoc tene menti, quia
multum limitat & declarat iſtud c.ſed forte dices, ꝙ hoc eſt ꝯ
iſtum tex. qui vult ponere ſpecialitatē in actione famoſa vo·
lens,ꝙ in eis non liceat iuramentum referre, vnde non videt̃
eſſe aliqua ſpecialitas in eis ſi illud quod dicit D.Ab.eſt verū,
ſed reſponde,quod iſte tex. loquitur ſecundum communiter
accidentia,quia in actionibus famoſis cum deſcendant ex de
licto,vel ex dolo reus,communiter eſt melius informatus, q̃
actor quia de facto ſuo debet eſſe certus,ſi tamē contingeret,
ꝙ in aliis actionibus actor non eſſet certus, & reus ſic, & idē
dicendum eſſet ſicut in actionib.famoſis. Item ſi contingeret
in actione famoſa qđ actor eſſet,ita certus ſicut reus poſſet re
ferri iuramentum in actione famoſa,ſicut in alia, & hoc mo
do declara iſtum tex.Sed reſtat dubitatio nunquid in actione
44 famoſa†poſſet deferri iuramentum in ſupplementū ꝓbatio·
nis? & in hoc videtur eſſe cōmunis opi.quod non, nec obſtat
iſte tex.quia loquitur in iuramento iudiciali,ſecus in iuramē
to neceſſario, & iſtud tenet Spe.in ti.de iuramenti delatione.
ver.vt autem.& ver.ſeq.Idem tenet hic But.& D.Ab.& Bald.
hic.& in l.bonę fidei. C.eod. & per hoc infert, quod in cauſa
vſuraria non poteſt deferri iuramentū in ſupplementū ꝓba·
tionis, tum quia intentatur delictum, tum quia omnis vſura·
rius poſtquam eſt detectus eſt infamis, vt in l. impuberū ſenꝰ.
C.ex qui.cau.in fa.irrog.pro hoc facit,quod not. Cyn.in d.l.in
bonæ

bonæ fidei, vbi dicit, ſecundum Iac. de Are. & Doct. moder. ꝙ
in cauſis ciuilibus in quibus exiguntur perſpicuę probationes
non debet deferri iuramentum in ſupplementum probatio-
nis, ſed Hoſt. in ſumma. eo. ti. ſub rubrica ſub iuramento aſſer
torio. §. ſuper quibus. ver. iuratur etiam in famoſis, & in rubr.
de iureiu. §. quot ſunt ſpecies. ver. aliud iudiciale indiſtincte di
cit, ꝙ poteſt deferri iuramentum in cauſis famoſis, & idem di
cit hic. dicit enim ꝙ in omni cauſa poteſt deferri iuramentum
ſiue ſit realis, ſiue perſonalis, ſiue ſit actio pęnalis etiam ſi aga
tur de condictione, vel de iniuria perſonę, vel an mulier ſit ꝑ-
gnās, vel debeat fieri miſſio in poſſeſſionem, an nē: ſiue agāt
de quacunque alia cauſa, ſeu actione. allegat. ff. eo. l. iij. §. qua-
cunque. & l. iuſiurandum. & ad pecunias, & iſtam opi. magis
ſpecifice firmat Bar. in l. admonendi. in antepenul. col. verſ. itē
dicunt quędam, ff. eo. vbi dicit quoſdam dicere, ꝙ in cauſis fa
45 moſis non defertur iuramentum † in ſupplementū probatio-
nis, quia in eis requiruntur probationes luce meridiana cla-
riores propter periculum famæ, vt in l. ſciant. C. de probat. &
in l. j. §. exigit. ff. de edendo. & in l. prætor edixit. in princ. ff. de
iniur. ſed Bar. dicit ꝙ hoc eſt contra caſum multarum legum,
vt patet. in l. nam & poſtea. §. ſi damnetur. ff. eod. & contra l.
furti. §. qui iuſſu. ver. ſed ſi iure iurando. ff. de his qui not. infa.
& contra l. lex Cornelia. §. hac lege. ff. de iniur. & iſtam opini.
puto veriſſimam, & probatur per iſtum tex. ſi recte inſpiciatꝛ,
nam in principio dicit generaliter, quod iuramentum poteſt
deferri a iudice, nec excipit aliquam cauſam, deinde loquitur
de iuramento iudiciali, & dicit, ꝙ poteſt recuſari & referri ni-
ſi actio ſit famoſa, quia tunc non poteſt accuſari, nec referri,
deinde in §. ſane. declarat quando & cui iuramentum neceſ-
ſarium ſit deferendum per iudicem, & nullibi excipitur cau-
ſa famoſa, & profecto ſi in cauſa non poſſet deferri hoc iura-
mentum text. hoc expreſſiſſet ſicut expreſſit, ꝙ iuramentum
iudiciale non poteſt referri in cauſa famoſa, ad hoc. de deci.
ad audientiam. & C. de caduc. tollen. l. j. §. ſin autem a deficien
tis. ad hoc etiam bene facit. l. nam & poſtea §. ſi damnetur. ff.
eo. vbi dicitur ꝙ ſi quis damnetur poſt iuramentum delatum
in cauſa famoſa eſt infamis, tamen ille tex. loquitur quando
iuramentum fuit delatum reo, & ſimiliter loquitur. l. furti. §.
qui iuſſu. ff. de his qui no. in fa. tamen eadem ratione eſt dicen
dum ꝙ poſſit deferri, & tolli ex quo eſt expreſſum, ꝙ in omni
cauſa indiſtincte poteſt deferri iuramentum, nec reperitur in
hoc aliqua facta exceptio, non enim reperies aliquem text. q̃
dicat ꝙ iuramentum non poteſt deferri in ſupplementum ꝓ-
bationis in cauſa famoſa, immo reperies iura quæ dicunt ꝙ
poteſt deferri, licet loquantur quando reus iurauit, ſed tamē
illa iura ſe ad hunc caſum non reſtringunt, vnde conclude, ꝙ
aut quæritur an in actione famoſa poſſit deferri iuramētum
reo ad abſolutionem faciendam, & dicendū eſt, ꝙ ſic, & nul-
lus hoc negat probatur in d. l. furti. §. qui iuſſu. verſ. ſed ſi iure
iurando. ff. de his qui no. infa. & pro hoc facit, quia etiam in
cauſa criminali poteſt deferri iuramentum reo, vt ꝫ. dicam.
Aut quæritur, an poſſit deferri actori in ſupplementum pro-
bationis, vt reus condemnetur, & videtur eſſe communis opi
nio, quod non quam tenet glo. fi. in regula cum ſint. in vj. ſed
Hoſtien. & Bar. tenent contrarium quæ opinio eſt verior, &
probatur per iſtum tex. & per rationem quam ſ. dixi, & habes
modo iſtum articulum plenius declaratum q̃ faciant hic Do
ctor. Ex his infertur ad aliam quæſtionem in qua Doc. mul
46 tum variant. ſ. an in cauſa † criminali poſſit deferri iuramentū
in ſupplementum probationis, & iſtam q. ponunt hic Doct.
& Spec. eo. ti. ſ. de iuramenti delatione. ver. vt autē. & Doct. in
l. in bonæ fidei, C. eod. & Bar. in l. ii. ff. eod. & in l. eum qui. §. in
popularibus. eod. ti. & in l. maritus. ff. de queſtionib. Et D. Ab.
hic in iſta q. effundit multa verba, ſed vt hic articulus clarius
intelligatur diſcurro per caſus. Primus eſt, quando eſt actio
47 priuata, † & in hac dicit Bar. ꝙ locus eſt delationis iuramenti,
alleg. l. iii. & l. ſi duo patroni. §. Iulianus. ff. eo. hoc tamen intel-
lige niſi talis actio ſit famoſa in qua dic, vt ſ. dixi. Secundus
48 caſus eſt, quando eſt actio popularis † quæ competit cuilibet
de populo, & hoc caſu ſi actio efficitur propria ipſius actoris
poſt lit. conteſt. vt quia agit ad commodum proprium quod
eſt quando condemnatio debet ſibi applicari, vt in l. ſi cui. ff.
de verborum ſignific. & hoc caſu dicit Bar. ꝙ actor poteſt de-
ferre iuramentum reo ante lit. cont. & poſt dummodo defe-
rat bona fide, vt in l. nam & poſtea. §. ſi is. ff. eo. ſecus ſi collude
ret cum reo, quia tunc non valeret ratio iuramenti, vt eſt tex.
in d. §. in popularibus. Item ſecus ſi actio popularis non dare-
tur ad commodum agentis, ſed alterius, quia tunc per delatio
nem iuramenti non poteſt alteri præiudicari, ſicut nec per pa
ctum, vt in l. iii. §. ſi cum reus. ff. ſi cum libe. ho. exhi. Quid
autem ſi actio popularis haberet cauſam manentem. verbi
gratia. egi contra tex. quia habebas in domo tua aliquid ap-
penſum quod poterat nocere tranſeuntib. detuli tibi iuramē-
tū tu iuraſti te non habere appenſum, & poſt iuramentum
adhuc retines appenſum? de hoc dic, vt per Bart. in d. §. in po-
pularibus, & aduerte, quia Bar. loquitur in iuramento iudicia
49 li. Nunquid autem † iuramentum neceſſarium poſſit defer-
ri in actione populari. Bar. ibi ſentit ꝙ ſic. Sed tu dic, ꝙ aut
talis actio popularis non eſt famoſa, & tūc poteſt deferri acto
ri, vel reo ſecundum. §. ſane. ſed ſi eſſet famoſa diſtingue, vt di
xi in articulo pręcedenti. Tertius caſus eſt, quando agitur cri-
50 minaliter de † crimine priuato, & hoc caſu Bar. dicit, ꝙ anteq̃
perueniatur ad iudicium poteſt accuſator deferre iuramentū
reo, vt in l. iii. in prin. ibi pęnali. ff. eo. & in l. iure iurandi. §. ſi pa
ciſcar. ff. de pac. ſed poſtq̃ deuētum eſt ad iudicium accuſator
non poteſt deferre iuramentum reo, quia non poteſt deſiſte-
re, vt in l. & in priuatis. & in l. ſi quis repeteret. & fi. ff. ad Turp.
& hoc etiam ſequitur hic D. Ab. & hoc intelligas ſecundum
quod dicam. ꝫ. quando quis accuſatur de crimine publico, q̃a
vbicunque in tali cauſa poteſt deferri iuramentum eadem ra
tione quando crimen eſt priuatum. Quartus caſus eſt, quan
51 do quis accuſatur de crimine publico, & † agitur de crimine
ciuiliter, & hoc caſu Bar. in d. l. maritus. ff. de quæſtionibus te-
net, ꝙ poteſt deferri iuramentum in ſupplementum proba-
tionis, vt in l. iii. ibi pęnali. & in l. ſi duo patroni. §. Iul. ff. eod.
Sed D. Ab. tenet contrarium, & allegat glo. in ca. tam literis. in
gloſ. ii. ſ. de teſti. quę expreſſę tenet, ꝙ quando agitur de crimi
ne ciuiliter non poteſt deferri iuramentum in ſupplementū
probationis, & reſpōdet ad iura allegata per Bar. quia loquū-
tur in iuramento deferendo a parte non a iudice, tamen dicit
poſſe concordari opiniones, quia aut condemnatio non eſt
multum præiudicialis, vt quia agitur ciuiliter ad condemna-
tionem pecuniæ, nec ex tali condemnatione ſequitur infa-
mia, & tunc procedit opi. Bar. Aut ex tali condemnatione ſe-
quitur infamia, & tunc procedit opin. Bal. in d. c. tam literis. &
dicit D. Ab. ꝙ Hoſt. ibi videtur hoc ſentire dum limitat illam
gloſ. niſi ageretur ciuiliter ad pecunię condemnationem
quaſi ſecus ſi innueret aliud perſonale præiudicium, puta in-
famia. dicit etiam D. Abb. ꝙ reſpectu condemnationis pecu-
niariæ, debet fieri diſtinctio præmiſſa. ſ. an condēnatio ſit mul
tum pręiudicialis, vel non. Sed aduerte quia D. Abb. non ha-
buit bene ſenſum Hoſt. in d. c. tam literis. quia non fuit ſenſus
Hoſt. ꝙ vbi ſequitur infamia non poſſit deferri iuramentum
in ſupplementum probationis cum ipſemet teneat tale iura-
mentum poſſe deferri, vt ſ. dixi. ſed eius intentio fuit dicere, ꝙ
ſi agitur pecunialiter de crimine poſſit deferri iuramentum
in ſupplementum probationis, quia ſi agitur ad priuationem
beneficij. licet dicatur agi ciuiliter, vt in c. per tuas. in fi. ꝫ. de ſi-
mo. non tamen poteſt deferri iuramentum in ſupplemētum
probationis, & hoc modo debet intelligi glo. in d. c. tam lite-
ris. quia dictum c. in hoc caſu loquitur, vnde ſecundum opin.
Hoſt. debet diſtingui, ꝙ aut agitur de crimine ciuiliter ad pœ-
nam pecuniariam, & tunc poteſt deferri iuramentum in ſup-
plementum probationis, aut agitur ad priuationem benefi-
cij, & tunc non debet deferri, & hoc modo loquitur gl. in d. c.
tam literis. vnde Hoſt. & Bar. concordant, dic etiam ꝙ cōcor-
dia D. Abb. non eſt de mente Bar. quia Bar. in l. admonendi. ff.
eo. tenet ꝙ in actione famoſa poteſt deferri iuramentum in
ſupplementum probationis, vnde in hoc cōſidera tres caſus.
Primus eſt, quando agitur ad pęnam pecuniariam, nec ex cō
demnatione ſequitur infamia, & tunc quādo agitur ciuiliter
52 de crimine poteſt deferri † iuramētum in ſupplementum pro-
bationis, ſed hoc intellige D. Abb. niſi condemnatio ſit mul-
tum præiudicialis, ſed de hoc dicam in §. ſane. vbi dicam, an
in cauſis ciuilibus magnæ quantitatis debeat deferri iuramē-
tum in ſupplementum probationis. Secundus caſus eſt, quan-
do agitur ad pœnam priuationis beneficii, vel ad aliam pœ-
53 nam q̃ pecuniariam, & non poteſt † deferri iuramentum in
ſupplementum probationis, & hoc modo loquitur glo. in ca.
tam literis. Tertius caſus eſt, quando ex tali condemnatione
ſequitur infamia, & in hoc caſu ſunt opiniones de quibus di-
xi in pręcedenti articulo. Quintus caſus principalis eſt, quādo
agitur criminaliter, & quæritur de iuramento voluntario de-
54 ferendo hoc eſt dicere, nunquid accuſator † poſſit deferre iu-
ramentum reo, vel econuerſo, & in hoc caſu Iac. But. & Bart.
in l. maritus. ff. de quæſtionibus. & in l. iii. §. quacunque. ff. eod.
diſtinxerunt, ꝙ aut accuſator vult deferre iuramentum reo,
& non poteſt, quia non remittere pœnam applicandam fi-
ſco, videtur enim agere cauſam fiſci. vnde quemadmodum
procurator qui agit cauſam alterius non poteſt deferre iura-
mentum, vt in l. ius iurandum quod ex conuentione. §. fi. ff. e.
& in c. qui ad agendum. in fi. de procur. in vj. Ita etiam accuſa
tor qui agit cauſam fiſci ad vtilitatem fiſci non poteſt tale iu-
ramentum deferre. ſed D. Abb. dicit, quod Bart. eſt intelligen-
dus in caſibus in quibus non eſt licitum tranſigere. In caſi-
55 bus autem, ſiue in criminibus † in quibus licitum eſt trāſigere

licitum

licitum etiam erit deferre iuramentum reo, quia iuramentũ
habuit vim tranſactionis, vt in l.ii. ff.eod.no.gloſſ. ſ.eod. & ſi
Chriſtus.ſuper verbo, controuerſia. in quibus autem caſibus
liceat tranſigere de crimine, dic vt in l.tranſigere. C. de tranſ.
& in c.fi.eo.ti.& ii.q.iii.præuaricator. ver.in omnibus.in text.
& glo.ſed aduerte ne decipiaris, quia aut quæritur, an reus iu
rans ex delatione actoris debet abſolui a iudice propter tale
iuramentum, & dicendum eſt ꝙ non, etiam ſi tale ſit crimen
in quo licite poſſit fieri tranſactio, aut quæritur an iudex poſ
ſit procedere ſuper proceſſu inuocato poſt delationem talis
iuramenti, & dicendum eſt ꝙ non ſi eſt tale crimẽ, ſuper quo
poſſit fieri licite tranſactio, alias non obſtante delatione ta
lis iuramenti procederet contra reum ſuper proceſſu incoa-
to, ſed alius poterit accuſare de hoc crimine etiam ſi ſit tale
crimen in quo licite poſſit fieri tranſactio, vt in l.qui cętu. §.
fi.ff.ad l. Iul.de vi publica.no.glo.& Bar.in d.l.tranſigere.ideo
Ia. But.& Bar.vbi ſ.indiſtincte dixerunt ꝙ accuſator non po-
teſt deferre iuramentum reo, quia per illud præiudicatur fi-
ſco, quominus poſſit ab alio accuſari.nam ſi valeret delatio
56 iuramẽti reus deberet †abſolui, nec amplius poſſet ab alio ac
cuſari, vt in c.de his.de accu.niſi in duobus caſibus quos not.
glo.penult. in c.cum dilecti.de elect.no. etiam gl.in d.c. de his.
de accu.vnde Iac.But.& Bart.loquuntur de iuramento deferẽ
do reo ad fi.vt abſoluatur, & hoc modo debet intelligi Pau.
de Caſt.in l.ii.ff.eo.vbi dicit, ꝙ accuſator non poteſt deferre
iuramentum reo, vt probet ſe innocentem quominus etiam
ſi iuret, alius poſſit eum accuſare, vel probare eum nocentẽ,
57 licet præiudicet ipſi †accuſatori, vt non poſſit amplius accuſa-
tionem proſequi vt in l.ſi maritus. § ſi negauerit.ff.de adulte.
ſed dic ꝙ etiam vbi eſt talis cauſa in qua tranſactio non eſt li-
cita, repellitur accuſator a proſecutione accuſationis propter
ſuam turpitudinem, vt dicit Bart.in d.§.ſi negauerit. & in d.l.
58 tranſigere.ſed ſi quæritur an iudex †poſſit procedere ſuper pri
mo proceſſu inchoato puto, ꝙ procedat diſtĩctio D.Ab. quia
aut eſt crimen in quo tranſactio eſt licita, & tunc iudex non
poteſt procedere ſuper primo proceſſu, & ſic erit neceſſariũ
tertio volenti accuſare, facere reum citari & porrigere libel-
lum accuſationis de nouo, & nouũ proceſſum inchoare, ac
ſi nunquam fuiſſet accuſatus. Aut eſt crimen in quo tranſa-
ctio non eſt licita, & tunc dato, ꝙ reus iurauerit ex delatione
accuſatoris.tertius poterit proſequi accuſationem, & proceſ-
ſum inchoatum, licet ipſe accuſator qui detulit iuramẽtum
debeat propter ſuam turpitudinem repelli, & hoc de primo
membro diſtinctionis. Bar.ſ.quando accuſator defert iuramẽ
59 tum reo. In ſecundo autem membro .ſ. quando † reus defert
iuramentum accuſatori.dicunt Ia.But.& Bar.ꝙ valet delatio
iuramenti, quia reus videtur confiteri ſub conditione ſi accu
ſator iurauerit.l.qui iuraſſe.circa fi.ff.eod.ſed confeſſio eſt pro
batio luce clarior.& ſic ſi accuſator iurat debet reus condem
nari tanquam crimen confeſſus fuerit.Sed D.Abb.tenet con-
trarium, quia reus videtur deferre iuramentum accuſatori
ſub quadam confidentia. Item reus deferendo iuramentum
accuſatori videtur ſubmittere corpus ſuum dicto aduerſarii,
quod videtur poſſe fieri, quia nemo eſt dominus membro-
rum ſuorum.l.liber homo.ff.ad l.Aquil. & in c.contingit. de
60 ſen.excommunic.Item ad puniendum † aliquem corporali-
ter, & maxime capitaliter requiritur clara confeſſio, vel pro-
bationes apertiſſime, ita vt reus vix crimen negare poſſit. l. j.
ff.de quæſtionibus, & in l.qui ſententiam.ff.de pęnis.Item a ſẽ
tẽtia lata in cauſa capitali quilibet poteſt appellare etiã reo
inuito, quia non poteſt conſentire iniuſtę condemnationi,
vnde eadem ratione non debet ſe poſſe ſufficere iuramento
aduerſarii, ſed concordo opiniones, quia Bar. debet intelligi
quando crimini eſt imponenda pœna pecuniaria, quia reus
in ea poteſt ſibi præiudicare, & ſic poteſt deferre iuramentum
ad ſui præiudicium, ſicut in qualibet alia cauſa ciuili. opinio
autem D.Abb.procedit quando eſſet imponenda pœna cor
poralis, tunc enim procedunt rationes ſuæ, & ita diſtinguit
Pau.de Caſt.in l.ii.ff.eod. Sextus caſus eſt, an in cauſa crimi-
61 minali deferri †poſſit iuramentum neceſſarium de quo loqui
tur iſte tex.& in hoc dicit Bar. ꝙ poteſt deferri reo ad abſolu-
tionem, vt in l.præſenti.C.de his qui ad eccl.confug.Accuſato
ri vero ad condemnationem non poteſt deferri, quia requirũ
tur probationes lucę meridiana clariores, vt in l. ſciant. C.de
probat.canonizata.ii.q.viii.ſciant.& in hoc vltimo caſu con-
cordant omnes Doct.ſ.Spe. in ti.de iuramenti dela.ver.vt au-
tem.& Hoſtien.in ſumma.eo.ti. ſub rubrica de iuramento aſ-
ſertorio.§.ſuper quib.ver. quid ſi criminaliter. agitur & Doc.
in l.in bonæ fidei.C.e.vbi per Cy.in prima q.& per alios Doc.
Idem dicunt Doct.hic quam opin. ſequuntur etiam hic But.
& D.Ab.& modo habes iſtum articulum melius declaratum
q̃ faciant Doct.hic. Sed circa prędicta dubitatur nunquid ac-
62 cuſator deferens iuramentum reo † incidat in pœnam talio-
nis, de qua in l.Athletas.§.calumniator.ff.de his qui not.infa.
& intellige primo quando reus iurauit ſe crimen non com-
miſiſſe Ioan.Andr.hic tenet, ꝙ non tenet in pœnam talionis
ex quo non grauauit reum onere probandi ſe innocentem,
vnde debet releuari a pęna talionis.ar.in l.eum.ff.eo.& C. de
plus petit.l.i.& in c.ſi beneficia.de præben.in vj.ſed Butr. dicit,
ꝙ hoc procedit in iuramento voluntario & iudiciali delato
a parte, & in hoc caſu proprie loquitur.Ioan.And. in neceſſa-
rio autem actor non releuabitur a pœna, quia fecit quicquid
potuit, & non probauit niſi ſemiplene probaſſet crimen, vel
infamia præceſſiſſet.alleg.no.in c.ii.de calum.& in c.cum dile
cti.de elect.D.autem Abb.dicit, ꝙ non excuſatur accuſator a
pœna calumniæ niſi apertiſſimis documentis excludatur prę
ſumptio calum.alleg.bon.tex.in c.j.ad fi.de elect.in vj.dicit ta
63 men, ꝙ †fama publica quæ erat tempore accuſationis contra
accuſatum excuſat accuſatorem a pœna calumniæ, & dicit
ꝙ hoc notanter dicit Bar. in l.ii. C.ſi ſeruus.ad decu.aſpiraue-
rit.lib.x.ar.illius l.& l.i.C.de teſta.& dicit ꝙ hoc eſt euidentiſſi
mum documentum, & idem dicit in ſemiplena probatione,
& ſimilibus, & ſic ſequitur limitationem Butr.ſed quantum
ad præcedens dictum .ſ. quando accuſator detulit iuramentũ
reo, ꝙ excuſetur a pœna calumniæ.dicit D. Ab. ꝙ non euitat
64 †pœnam Turpiliani, quæ eſt pœna quinque libr.auri, vt in l.
præuaricationis. in fi.ff.de pręuari.quia negari non põt quin
deferendo iuramentum ab accuſatione deſtiterit.in l.ab accu
ſatione.ff.ad Turpil.vbi dicitur, ꝙ ille videtur deſiſtere qui cõ
ponit cum aduerſario, non punietur ergo pœna cal. ſed pœ-
na Turpiliani quæ eſt pecuniaria, tamen etiam efficitur infa-
mis, vt in l. præuaricationis.in fi.cum l.ſequen.ff.de pręuarica.
& ad prędicta D.Abb.allegat.no.per Bar.in l.tranſigere. C.de
tranſactio.vbi dicit, ꝙ licet tranſigens ſuper crimine euitat
65 pœnam cal.non tamen euitat pęnam Turpiliani, vnde idem
dicendum eſt in delatione & ſuſceptione iuramenti cum ſit
quędam tranſactio.ff.eod.l.ii.in ſecunda parte glo. bene dicit,
& non indiget aliqua ſuppletione, & hęc ſufficiant in iſto
principio.

## *SVMMARIVM.*

1 *Actore nihil probante reus abſoluitur.*
2 *Actor nil probans non poteſt reo inuito deferre iuramentum.*
3 *Teſtis vnus dicitur facere præſumptionem.*
4 *Verbum, ſemiplena probatio, non reperitur in iure expreſſum.*
5 *Iuramentum non debet deferri de neceſſitate actori, vel reo, ſed in arbitrio iudicis conſiſtit.*
6 *Neceſſitati non ſubiicitur quodcunque iudicis poteſtati relinquitur.*
7 *Iudex arbitrari debet an actori, vel reo deferat iuramentum.*
8 *Reo exiſtente perſona vili, an iuramentum purgationis ſit ſibi deferendum.*
9 *Actor qui probare non potuit, non debet reo deferre iuramentum.*
10 *Iuramentum reo non defertur, niſi actor petat.*
11 *Actor quando dicatur nihil probaſſe.*
12 *Sententia lata contra actorem qui nihil probauit tranſit in rem iudicatã, nec poteſt amplius retentari.*
13 *Reus abſolui interlocutorie ab obſeruatione iudicii debet, cum actor non probauit ſufficienter.*
14 *Terminus appellationis habet vim peremptorii dati ad probandum.*
15 *Tempus compromiſſi de conſenſu partium aſſignatum tria operatur.*
16 *Terminus ad probandum debet dari poſt litem conteſtatam.*
17 *Sententia arbitri non valet lata in abſentia partium ſine citatione.*
18 *Termino non ſtatuto non poteſt dici actorem non probaſſe.*
19 *Abſolutio ab obſeruatione iudicii non datur in appellatione, quia per deſertionem appellationis ſententia tranſit in rem iudicatam.*
20 *Reus poteſt facere aſſignari terminum actori infra quem in cauſa procedat.*
21 *Sententia poteſt ferri in vltima die & hora iuriſdictionis.*
22 *Terminus in cauſa ſtatutus habet vim peremptorii.*
23 *Via cenſetur præcluſa probationibus, quando princeps iubet infra certum terminum cauſam ad ſe remitti.*
24 *Iudex deferre iuramentum quando debeat actori.*
25 *Iuramentum cui defertur in ſupplementum probationum debet eſſe omni exceptione maior.*
26 *Teſti quæ conueniunt etiam in iurante in ſupplementum ſunt attendenda.*
27 *Iuramentum non defertur ei qui alias periurauerit.*
28 *Iuramentum in ſupplementum eſt deferendum illi qui ſemiplene probauit.*
29 *Reo defertur iuramentum reliquis omnibus paribus exiſtentibus.*
30 *Reus in exceptionibus eſt actor.*
31 *Iuramentum eſt deferendum reo ſecundum canoniſtas.*
32 *Probans minus quam ſemiplene non iurat in ſupplementum probationis.*
33 *Capitula ſunt facienda quod reus eſt magis boneſtus, quam actor propter delatio-*

*delationum iuramenti.*

34 *Iurans debet eſſe omni exceptione maior.*
35 *Circumſtantiæ quæ ſunt conſiderandæ in actore & reo pro delatione iuramenti.*
36 *Conditio perſonæ qualiter conſideretur.*
37 *Natus ex bonis & legalibus parentibus præſumitur bonus.*
38 *Vita præterita facit præſumere quem bonum vel malum.*
39 *Pauperes facilius deierant, quam diuites.*
40 *Iura magis credunt diuitibus.*
41 *Rerum magnitudo & paruitas colligitur ex qualitate perſonarum, nam quandoque parua res eſt magna, & magna eſt parua, ſecundum ſtatum nobilitatis.*
42 *Iudex poteſt deferre iuramentum tam in cauſa magna quam parua cum lex non excipiat.*
43 *Cauſæ graues æquiparantur criminalibus cauſis.*
44 *Factorum qualitas eſt conſideranda in iuramenti delatione.*
45 *Iuramentum in ſupplementum probationis non defertur in cauſa vſuraria.*
46 *Illegitimum eſſe eſt quædam infamia.*
47 *Probatio legitima dicitur illa quæ fit per teſtes omni exceptione maiores.*
48 *Solennitas teſtamenti eſt indiuidua.*
49 *Conditio debet perfecte, non imperfecte impleri.*
50 *Teſtis vnus non probat famam ſimpliciter.*
51 *Tormenta non poſſunt infligi per vnum teſtem.*
52 *Defectus etiam modicus impedit ſemiplenam probationem vnius teſtis.*
53 *Teſtis vnus facit ſemiplenam probationem, quando duo faciunt plenam.*
54 *Sequentia declarantur ex præcedentibus.*
55 *Creditur aliquando propter mortem teſtium, atteſtantib. quod alias non crederetur*
56 *Sententia antiquitus lata valet licet acta non reperiantur.*
57 *Inſtrumentum tertii ſi continet aliquid ad commodum facit ſemiplenam probationem.*
58 *Teſtis vnus quando faciat ſemiplenam probationem.*
59 *Probatio quæ fit in teſtamentis, fit de iure naturali vel gentium, & de iure ciuili propter ſolennitates.*
60 *Solennitas eſt de iure poſitiuo, & eſt indiuiſibilis.*
61 *Teſtis deponens ſuper facto facit ſemiplenam probationem.*
62 *Probatio plena quando non extinguit ſemiplenam.*
63 *Petens iuramentum, ei non eſt deferendum quia pro ſuſpecto habetur.*
64 *Iudex poteſt impartiri officium ſuum etiam non petitum vbicunque ſibi conſtat de coram ſe actitatis.*
65 *Actoris intentio & officium eſſe debet cauſam vincere.*
66 *Errores omnes qui concernunt cauſam principalem poſſunt purgari.*
67 *Scriptura priuata an probet plene vel ſemiplene.*

§. Sane. Quia ſ.dixerat de iuramento deferendo a iudi-
ce, vel a parte. Sed ne aliquis crederetur hoc iu-
ramentum indiſtincte poſſe deferri. ſubiicit hunc. §. in quo po
nit. no. & ſolemnem determinationem, & hoc dicit ſecundũ
1 D.Abb. Actore† nihil probante reus eſt abſque omni one-
re abſoluendus, ſi vero præſumptio eſt pro reo defertur reo iu
ramentum, vel ipſi actori conſideratis circunſtantiis perſona-
rum & cauſę, & poteſt diuidi in duas partes. In prima ponit,
quod debet facere iudex quando actor omnino nihil proba-
uit. In ſecunda qualiter procedere debeat quando pro actore
eſt aliqua pręſumptio. ſecunda ibi, pręſumptione vero. No.
primo & ſi nihil quod actor nihil probans non poteſt reo in
2 uito† deferre iuramentum, ſed reus debet abſolui ſimpliciter
abſque eo ꝙ iuret. hoc probat illud verbum, & ſi nihil res. nã
vt faciat ad titulum, debet intelligi etiam ſi non iurauerit, &
hoc ſentit hic gloſſ. fin. de quo plene dixi in princ. huius c. ſu-
per glo. in verbo, niſi iuſta cauſa. ſecundo no. ꝙ reus non te-
netur aliquid probare, ſed actore non probante debet abſol-
ui. concordat. c. i. ĩ. vt eccl. benefi. & l. qui accuſare. C. de eden-
do. & l. fi. C. de rei vendi. & vj. q. v. c. fi. tertio no. iuncta glo. fi. ꝙ
3 vnus teſtis† dicitur facere præſumptionem. D. autem Ab. alle-
gat bo. tex. in c. ſuper eo. §. j. ſ. de teſti. vbi dicitur ꝙ vnus teſtis
facit præſumptionem non modicam, & dicit illum tex. no. ad
4 ĩ. dicenda. Quarto no. ſecundum Bal. ꝙ hoc verbum † ſemiple
na probatio non reperitur in iure expreſſum. iſte enim tex. nul
lam facit mentionem de ſemiplena ꝓbatione, & dicit ꝙ hoc
vocabulum ſemiplena probatio non reperitur in aliquo tex.
expreſſum ſicut non reperitur ſemiplena vſucapio, vel ſemi-
plenum teſtamentũ, vel aliud indiuiſibile. C. de teſta. l. ſi vnus.
& idem dicit in l. in bonæ fidei. C. eo. ti. pro hoc facit prædictũ
c. ſuper eo. §. j. ſ. de teſt. vbi tex. dicit ꝙ vnus teſtis facit pręſum-
ptionem non modicam, non autem dicit ſemiplenam proba
5 tionem. Quinto no. iuramẽtum non eſſe deferendum † ex ne-
ceſſitate reo, vel actori etiam pręſumptione faciẽte pro acto-
re, ſed iudex habet arbitrari ex circunſtantiis cauſæ, & perſo-
narum, & pro hoc facit verbum poteſt poſitum. in text. nam
6 quicquid iudicis poteſtati relinquitur non † ſubiicitur neceſ-
ſitati. l. non quicquid. ff. de iudi. & in l. j. C. quomodo & quãdo
iudex. & in c. conſuluit. de offic. deleg. & hoc videtur voluiſſe
Hoſtien. qui dicit ꝙ hoc eſt arbitrarium nedum in cui deferẽ
do iſtud iuramentum, ſed etiam an deferatur. ſed Io. Andr. di-
cit, quod quidam habentes verbum oportet, in l. in bonę fi-
dei. C. eod. tenent contrarium. ſed ipſe dicit ſe habere verbũ
poteſt in illa l. in ſuo libro, & ſic concordat huic c. & ſic Ioã.
And. videtur tranſire cum opin. Hoſtien. Sed Docto. iuris ciui
lis in d. l. in bonæ fidei. & Bar. in d. l. admonendi. in fi. comẽti. te
nent contrarium, & veritas eſt ꝙ in d. l. in bonæ fidei. eſt ver-
bum oportet, & ideo ſi iudex non defert iuramentum vbi ne
ceſſaria ad hoc concurrunt poterit appellari, & iſtud placet
domino Ab. & meo iudicio hoc operę probatur in d. l. in bo
næ fidei. dum dicit, ꝙ cauſa cognita, iureiurando res decidi
oportet. ſi ergo debet interuenire cauſæ cognitio in deferen-
do iuramentum non relinquitur meræ voluntate iudicis ad
iſtum tex. reſpondet. D. Abb. ꝙ eſt arbitrium in cui deferendo
7 iſtud† iuramentum. ſ. an deferat actori, vel reo. non autem an
deferatur, & ſic iſte tex. debet reduci ad terminos illius. l. in bo
næ fidei. But. vero dicit ſibi placere. opin. legiſtarum in iura-
mento neceſſario opi. vero canoniſtarum in iuramento pur-
gationis de quo hic. ſ. quando eſt ſemiplene probatum, vel quã
ſumus in cauſa criminali in quá purgationes ſunt arbitrariæ
D. Abb. reprobat vltimum. ſ. inquantum loquitur Bu. de cau-
ſa criminali, quia purgationes non ſunt arbitrariæ niſi quo
ad neceſſariũ compurgatorũ, & dicit ꝙ ſic loquitur. c. omnib.
ii. q. v. facit. c. ii. & c. inter. ĩ. de pur. can. & ii. q. v. presbiter ſi a ple
be, ſed nec præcedens dictum mihi placet. ſ. quando actor mi
nus quam ſemiplene probauit ſit arbitrarium, an reo deferat
iuramentum purgationis, quia ergo tenetur ipſum deferre,
vt probatur in tex. & hoc ſentit Bar. in l. admonendi. in penul.
col. ad fi. vbi dicit, ꝙ quando actor probauit minus quã ſemi-
plene nunquam ſibi defertur iurametum in ſupplementum
probationis, ſed primo caſu defertur iuramentum ad purga-
tionem ſui. allegat iſtud c glo. tamen in l. in bonæ fidei. ad fin.
glo. ma. dicit, ꝙ iudex quando neutri defert iuramentum, &
idem dicit Bal. hic, & in l. qui accuſare. C. de edendo. Sed hoc
intellige quando ſubeſt iuſta cauſa neutri deferendum iura-
mentũ. Sed moueo vnum dubium, quod ſi reus contra
8 quẽ † eſt minus quam ſemiplena ꝓbatio, eſt perſona vilis, an
ſibi ſit deferendum iuramentum purgationis? dic ꝙ ſic, quia
delictum vel infamia non excuſat eum ab onere iurandi, vt
in c. literas. de præſumpr. & ibi dixi ſuper gl. fi. quam reproba-
ui, quia tenet contrarium, hoc etiam probatur in c. cum in
cauſis. de maio. & obed. Quod autem ſi iudex crederet, vel
ſciret eum iuramentum falſum, vt quia ſcit actorem fouere
9 iuſtitiam, licet probare non potuerit hoc caſu† dicendum, ꝙ
non deberet deferre iuramentum reo. ar. c. ille qui hominem.
22. q. v. vbi dicit, ꝙ ille qui facit aliquem iurare quem ſcit fal
ſum iuraturum vincit homicidam, facit glo. in d. l. in bonæ fi-
dei. & Bald. quem. ſ. alleg. Sed hoc intellige niſi actor peteret,
quod deferret ei iuramentum, tunc enim iudex nõ peccaret,
licet ſciat eum iuraturum falſum, pro hoc allego Sanc. Tho.
q. 98. ar. 4. vbi facit differentiam an priuata perſona exigat iu-
ramentum, & tunc ſi ſcit eum iuraturum falſum, vt quia ſcit
eum feciſſe contrarium eius quod iurat, & tunc talis cogens
iurare homicida eſt, quia impreſſit manum illi quem cogit iu
rare, vt ſuo periurio ſe interimat, & hoc modo loquitur. c. ille
qui hominem. 22. q. 5. Aut perſona publica cogit iurare ad
petitionem alterius ſecundum quod ordo iure exigit, & tunc
non videtur eſſe inculpa ſi ipſe iuramentum exigit, ſiue ſcit
eum iurare falſum, ſiue verum, qa non videtur ipſe exigere iu
ramentũ, ſed ille ad cuius inſtantiam exigit, & ex hoc habes
ſingularem limitationem ad illud. c. ille qui hominem. nam
debet intelligi quando perſona priuata exigit iuramentum,
vel facit illud exigi per iudicem ſecus in iudice, vel in alia per
ſona publica quę defert iuramentum ad inſtantiam alterius
ſecundum ordinẽ iuris, quia tũc non peccat, licet ſciat illum
cui defertur iuraturũ falſum, & ex his infero, ꝙ quãdo actor
minus quam ſemiplene probauit iudex debet deferre iuramẽ
tũ reo, licet ſit vilis perſona, vel infamis, ſed ſi ſcit eum falſum
10 iuraturum non debet deferre niſi actor† hoc petat, & hoc te-
ne menti. In gl. fin. quia alię fuerunt expeditæ in princ. huius
cap. diuide ipſam in ii. partes. In prima glo. arguit tacite cõtra
17 *Iudex poteſt cum bona conſcientia punire illum, qui eſt in eodem crimine dummodo crimen iudicis non ſit notorium.*
18 *Criminoſus, qui repellitur a iudicando non debet repelli a proſecutinoe iuris eccleſię.*
19 *Promoueri per ſurreptionem eſt res pernicioſa.*
20 *Infamis poteſt eſſe procurator.*
21 *Beneficia plura poſsidere non poteſt eſſe non notorium.*
22 *Bannitus non poteſt accuſare bannitum.*

## CAP. IX.

1 APoſtolicæ. Habens plura beneficia† non
excipit de pluralitate contra
alium.hoc dicit ſecundum Ioan.And.& commu
niter Doct. Diuiditur in duas partes. In pri-
ma decişum exordium. In ſecunda mandatum.
Secunda ibi,mandamus. iſta decret. eſt valde difficilis quo ad
intellectũ,& redditur adhuc magis difficilis pp dicta Docto-
rum,& Butri.dicit quod hæc decre. ſemper ſibi viſa eſt fortis,
2 & intricata. No.primo ar.ſecundum D.Abb.quod † per in
ueſtituram factam in abſentia beneficii non acquiritur poſ-
ſeſſio ipſius beneficii,de quo in c.ii.de conſue.& in c.tranſmiſ
ſa.de electio.& vide'bo.glo.in c.auctoritate.infra de inſtitutio.
ſed dic,quod licet iſtud notabile ſit verum,in ſe tamẽ iſte tex.
potius probat contrarium, quia pręſupponit iſtum inueſtitũ
eſſe in poſſeſſione, licet non pacifica. Aliud enim eſt nullo
modo poſſidere,& aliud non pacifice poſſidere,facit ca.com-
miſſa.§.prima.& quod ibi not. in gloſſ.in verbo,pacificam.de
electio.in vi. vnde Butri.colligit hic ar. ex iſto tex.per oppoſi-
tum,ſ.quod per inueſtituram transfertur poſſeſſio,ſed iſte tex.
meo iudicio hoc non probat,quia licet dicat ipſum fuiſſe in-
ueſtitum,tamen non dicit, quod per inueſtituram acquiſiue-
rit poſſeſſionẽ,vnde poteſt eſſe,quod aliter acquiſierit poſſeſ.
vt quia fuit inductus in poſſeſſione per executorem, & ſic ẽt
debet iſte tex.intelligi,quia tex non dicit, quod fuerit inueſti-
tus inpræſentia ſecundi, ſed quia fuit inueſtitus de præben-
da per Papam.i.quod Papa contulit ſibi præbendam,& neceſ
ſarium eſt intelligere, quod Papa inueſtiuerit eum in abſen-
tia rei,cum res eſſet ſita in loco diſtante a ciuitate Romana,
vbi reſidet Papa,Ideo per talem inueſtituram non fuit acqui-
ſita poſſeſſio,vnde iſtę tex.debet intelligi,quod per executorẽ
vel per alium inductus fuit in poſſeſſionem, & hoc modo de
clarando iſtum tex.probabitur notabile D. Abb. Secundo
3 no.†quod quis poteſt eſſe pluris in diuerſis ſcdis eccleſiis,ꝙ in
intellige iuxta no. in c.gratia.de reſcriptis.in vi. & in clemen.
gratię.eodem titu. Tertio no. quod quis non poteſt in altę
4 rius perſona † reprehendere, quod in ſua putat æquum.con-
cor.c.cum omnes.de conſti.& xxxii. q. vii.nihil iniquius.cum
tribus ſequen.& xxv.diſtin.c.fi.& iii.q.vii.iudicet. In glo.hęc
glo.eſt facta metu contrarii.c.ſi quis presbyterorum, & quod
ibi no.de reb.ecc. non alie.vbi patet, quod etiam is qui malę
5 † alienauit poteſt nomine eccleſiæ alienata repetere,immo
etiam ſi iuraſſet non contrauenire, vt dicit glo.in c. primo.in
verbo,contractum.de reſtitu.in integr. in vi. Item prætextu
criminis, vel excõicationis non repellitur quis a defenſione
eccleſiæ ſuæ,vt in c.dilecti.infra eo.ideo iſti debuiſſent ſaltem
admitti ad excipiendum nomine eccleſiæ contra iſtum impe
trantem,& gloſſ.propter iſta, & ſimilia contraria ponit duas
opiniones.Prima fuit Vincen. Secunda fuit Ioan. & Tanc.
Sed poſtea glo.in fi.ſequitur opi.Vincen.ideo glo.poteſt diui-
di in tres partes.In prima recitat opin. Vinc. In ſecunda opin.
Tancr.& Ioan.tenentium contrarium. In ſecunda approbat
opin.Vin.Secunda ibi,Tan.& Ioan.dicebant. Tertia ibi,vide
tur mihi,quod Vinc.melius dixerit. Venio ad primam par-
tem,in qua recitat opin.Vincen.dicebat enim Vin.quod plu-
6 rales† in beneficiis non admittuntur nomine proprio,ſed be-
ne nomine eccleſiæ ſuæ, non plurales vero admittuntur ad
contradicẽdum nomine proprio, & nomine eccleſię,ad iſtũ
tex.reſpondet dupliciter.Primo, quod iſti non fuerunt admiſ
ſi nomine eccleſiæ, qua Papa Cęleſtinus ex certa ſcĩa iſti pro
uiderat.i.iſtum ſciens habere alia beneficia ei prouiderat. Se
cunda ſolutio eſt, quod hęc exceptio non fuit admiſſa, quia
iſte Tan.erat confirmatus,& poſſeſſionẽ beneficii adeptus,&
ſic non habebat locum exceptio,cum nihil iures iſte peteret,
ſed quid facti,ſ.vt libere poſſideret,pro hoc ca. conſtitutus.&
quod ibi no.de appella. Sed D.Abb.impugnat vtranque ſo
lutionem,& quo ad primam dicit,quod non procedit,quia li
7 cet†collatio facta ex certa ſcientia excludat ſurreptionem nõ
tamẽ inducit diſpenſationem circa pluralitatem bonorum,
vt in c.non poteſt.§.fi.de pręben.in vi.& in clemen. ſi Roma-
nus.iuncta glo.in verbo,validam.eodem titu. hic autem non
obiiciebatur de ſurreptione,ſed quod obtinebat beneficium.
in alia eccleſia. Item quia hæc ſolutio diuinat ad tex.nec tex.
ſe fundat ſuper iſta raitone,ſed quod iſti obiiciẽtes laborabãt
eodem morbo,iſta ſecunda ratio D.Abb.mihi placet,ſed pri-
ma non, ex quo enim certa ſcientia tollit ſurreptionem per
conſequens valebit impetratio ipſius beneficii,licet prima be
neficia vacent,ex quo in eis non intelligitur diſpenſatum, ni-
ſi intelligatur D.Abb.quod ratione pluralitatis eſſet factus in
habilis,nam tunc illa inhabilitas non tollitur per certam ſciẽ
tiam,ſicut nec per motum proprium,vt dicit glo.pręal. in di-
cta clemen.ſi Romanus.hoc tamen pro nunc non firmo,ſed
vide ea quæ ſcripſi.ſupra de tranſactio.vbi declaraui quid ope
retur certa ſcientia Papę. Secundam etiam ſolutionem gl.
reprobat hic D.Ab.quia litera ſe nõ firmat ex eo,ꝙ iſte non
fuerit adeptus poſſeſſionẽ beneficii,ſed ex eo, quod opponẽ-
tes erant plurales, ex ratione enim deprehendimus mentem
diſponentis,de verborum ſignifica.præterea c.intelſia. & in l.
cum pater.§.dulciſſimis ff.de lega.ii.& in l.quod dictum. ff. de
pactis.Expeditus de prima parte,capio ſecundam in qua glo.
recitat opi.Ioan.& Tan.qui tenuerunt,quod nec nomine ec-
cleſiæ, nec nomine proprio poſſunt canonici opponere,nec
8 etiam illi qui nõ habent plura beneficia,quia †expedit eccle
ſię habere plures clericos,vt eam poſſint melius defenſare, ſi-
cut & Imperium,& fiſcus magis abundat, quando habet ſub
ditos locupletes,vt in Authen. vt iudices ſine quoquo ſuffra.
§.primo.columna ſecunda.& plus dicunt,quod etiam illi qui
non ſunt plurales non poſſunt opponere,quia alii conſeque
rentur per ipſos, quod per ſe non poſſent conſequi,quod eſſę
non debet.ff.de bon.liber.l.quęritur.& xlvi.diſt. ſicut non ſuo.
Item arguunt a ſufficienti partium enumerare dicentes,quod
aut iſti elegerunt alios plurales,aut electi ſunt a pluralib.mo-
do ſi alios elegerĩt tali exceptioni renunciare videntur,de cõ
ſti.cum acceſſiſſent.& de præben.pro illorum.ſed ſi ſunt electi
a talibus hanc exceptionem non poſſunt obiicerę, quia indi-
gnum eſt, vt illi admittantur ad repulſionem quorum repel-
luntur auctores,de teſti.licet ex quadam.ſed Ioan.And. dicit,
quod iſta non eſt ſufficiens diuiſio, quia potuit eis prouideri p
ſuperiorem. Item potuerunt eligere alios qui non erant plu-
rales,tunc ſecus ex poſt facto ſunt facti plurales,& de hoc re-
mittit Ioan. And.ad dicta per ſe, infra eodem. cum venerabi-
lis.in glo.quaſi dicat ver.quid ſi admitto.Item dixerunt Ioan.
& Tanc.quod ſi aliquis in reſcripto non fecit mentionem de
beneficio ſuo,quod c.non poteſt obiicere de falſitate.i.de ſur
reptione reſcripti,cum eis non competat talis exceptio, & ta
9 men reſcriptum †non valet,ſed tamen valet,quantum ad hoc
vt non poſſit opponi,argumen. de pręben.pro illorum.plerũ
que enim datur actio ei,qui non poteſt agere eo, quia reo nõ
competit exceptio.ff.ſi ſeruitus vendi.l.loci.§. penul. & ſupra
quod metus cauſa.ad audientiam.& ſupra titu.proximo cap.
debitores. ſed iſtud vltimum non eſt verum, quia per iſtum
tex.non prohibetur opponi exceptio ſurreptionis, vel nulli-
tatis prouiſionis, vel nullitatis reſcripti, ſed ſolum prohibet
plurales opponere exceptionem de pluralitate,& ita intelxit

Inno.

Inno.iſtum tex.hic in ver.dicunt quidam. & Ioan. And.dicit,
quod iſta opi.ſibi placet,& per hoc Io.& Tan. male dixerunt
dicentes,quod plurales non poſſint opponere de ſurreptione
contra reſcriptum , quia iſte textus hoc non prohibet,ſed ſo-
lum prohibet opponi exceptionem pluralitatis,& ſic iſte tex.
non eſt extendendus vltra terminos ſuos.Item D.Abb.repro-
bat principale dictum Ioan.& Tan.dum dicunt, ꝙ eſt vtile ec
cleſię haberet plures inſtitutos in beneficiis,&c.qa pluralis in
beneficiis non poterit deſeruire eccleſiæ, ſicut ſi haberet tan-
tum vnum beneficium,vt patet in c.quia nonnulli. & c.rela-
tum.de cleri.non reſi.facit,quod no.in c.fin.de reſcrip.in vi.&
per Ioan.de Ligna.in clemen.gratiæ.eodem tit.vbi dicit quod
10 libet beneficium† exigere ſingulem clericum.facit c. conque-
rente.de cleri.non reſi.Item contra hanc opi.Ioan.& Tan. fa-
cit iſta litera a contrario ſenſu quę innuit eos , qui non ſunt
plurales in beneficiis eſſe admittendos. In tertia parte gloſ
in hac parte glo.approbat opi.Vinc.ſ. vt non plurales admit-
tantur nomine proprio, & nomine eccleſiæ. Pluralis vero
nomine eccleſiæ tantum , quia vtilitas eccleſiæ in hoc procu-
ratur,& ideo audiendus eſt opponens , quia iuſte ſic opponit
procurando vtilitatem eccleſię,quia ſi iſte habens plura bene
11 ncia† reciperetur eccleſia lęderetur cum non poſſit continuā
reſidentiam facere,ad quam de iure communi tenetur, fauo
re enim eccleſiæ, & propter vtilitatem eius ſtatutum fuit, vt
clerici debeant in eccleſia reſidere. Nec obſtat ratio Ioan.&
Tanc.ſ.quod ſi iſti receperunt alios habentes plura beneficia,
non poſſint amplius hanc exceptionem opponere, nam hoc
non eſt verum,ſi enim male fecerunt non ſequitur, quod po-
ſtea,idem facere debeant,quia licet renunciauerint exceptio-
ni ſuæ contra vnum non renunciant contra alios, quia res in
12 ter† alios acta aliis non prodeſt,nec nocet,vt in c.pen.de re iu-
di.cum ſimili.& ſaluando lec.Vinc. poſſet dici ad iſtum tex.ꝙ
iſti non fuerunt admiſſi, quia ſe opponebāt nomine proprio
non nomine eccleſię, & hoc ſenſit hic Bald.dicit enim , quod
aut mandatum dirigitur canonicis , & eſt vera opin.Ioan. &
Tanc.quia cum eccleſia non trahatur in iudicium, nec nomi
netur in iudicio,non poteſt excipi nomine eccleſiæ,nam hoc
mandatum directum fuit in executione facti,aut mandatum
dirigitur in receptione iuris ipſi cap.& tunc dicit Bal.quod eſt
vera opin.Vin.vt ſupra de reſcrip.eam te.hic autem dirigeba-
tur in exceptione facti, quia iſte iam erat inſtitutus per Papā,
& ſic vult Bald. quod aut nuda facta collatione canonicatus
Papa mandat aliquem recipi in canonicū, & in fratrē, & tūc
quia iſta receptio eſt iuris etiam plurales poſſunt excipere no
mine eccleſiæ,aut poſt collationem factam eum recipi in ca-
nonicum,& in fratrem,& tunc quia iſta receptio eſt facti non
poteſt excipi nomine eccleſię,facit quod no.Innocen. in cap.
eam te. præal. vnde in hoc caſu plurales non admittuntur ad
excipiendum,& ſic Bald.ſequitur opin.Vincen. quam etiam
tenet glo.Sed huic intellectui opponitur, quia ex quo retine-
re plura beneficia ī ſe eſt illicitum Papa ſaltem ex officio ſuo
debuit hunc repellere, argumen.eius quod no.in c. primo.de
13 offi.vica.vbi dicitur,quod† iudex debet lacerare libellum, ſi vi
det ius non competere actori, & maxime hoc eſt dicēdum in
iſtis ſpiritualibus in quibus iudex ſupplet ex officio, vt in c.cū
nobis olim.& c.cum dilecti.de elect.& in ca.cum veniſſent.in
fi.de inſtit.Sed D.Abb.reſpondet ſaluando iſtum intellectum,
quod hic non conſtabat,quod pluralitas eſſet illicita,quia in
14 multis caſibus † licitum eſt habere multa beneficia incom-
paſſibilia.iuxta no.in c dudum.ii.de elect.& in c. gratia. de re-
ſcrip.in vi.& per Innocen. in c.cum iam dudum. de præbend.
facit c.licet epiſcopus.de præbend.in vi. Papa autem noluit
inueſtigationem ſummere,ſed iſtos ſe opponentes excludare
ex generali ratione,quia non debent reputare reprenſibile,&
illicitum in perſonis aliorum, quod in ſe reputabant licitum
& honeſtum,vt in c.omnes.de conſti.& xxii.q.v.l.niſi iniqui⁹.
cum tribus ſequen.Bar.autem in l.cum mulier.ff. ſolu. matri.
intellexit iſtum tex.quod iſti canonici excipiendo de plurali-
tate certabant de lucro captando,vt ſic haberent pinguiores
portiones, ideo repelluntur per replicationem paris delicti,
& pro hoc facit ille tex. Sed iſte intellectus Bar.non diſertab
intellectu glo,quia ſi tractabant de lucro captando , ergo no-
mine proprio comparebant,& non nomine eccleſię. Ioann.
autem And.attingit aliam lectu.hic in princip.glo.ſuę,quæ in
cipit,quid ſi ꝯferri mandaſſet, & ipſam latius declarat D.Car.
dicit enim,quod iſti opponentes erant rei volūtarii , & ſic nō
debebant admitti,vbi prius legitimarent eorum perſonas,cū
in multis tales excipientes conueniant cum actoribus , iuxta
no.per Innocen.in c. ſuper eo.de elect. Illegitimus autem ac-
15 cuſator† non debet admitti,de accu.c.primo.ſecus ſi eſſent ne
ceſſarii,quia tunc admitterentur ad defenſionem eccleſiæ, &
ſic intelligit.ī.eodem.dilecti.& ſic dicendum eſt in c. huius gl.
dum deducit contrarium propter quod mota fuit iſta gloſ.
ſed D.Abb. reprobat iſtam lect.quia ſi verſatur damnum vel
vtilitas eccleſię canonici nunquā dicuntur rei voluntarii cū
teneantur defendere iura eccleſiæ quorum intereſt,ne ecleſia
depauperetur,vt notanter dixit Innocen.in ca. ſuper his.infra
de accu.& quę no.infra eodem,dilecti.ſed dic,quod Ioan.An.
iſtam lect.non firmat,licet eam tetigerit.nam in fi.glo. prædi-
ctæ tranſit cum opi. Innocen.qui in effectu tenet opi.gl.D.ve-
ro Abb.ponit aliam,& quam lect.dicens, quod nec nomine
proprio,nec nomine eccleſię illi,qui ſunt plurales debent ad
mitti ad opponendum contra perſonam, etiam ſi vtilitas ec-
cleſię verſaretur,quia non videntur moueri bono zelo , non
enim debent nomine eccleſię reputare iniquum in aliorum
perſonis,quod in propriis reputant ęquum,vt probatur in ca.
omnes de conſti.ſecundum vnam lecturam communiter ap
probatam,debebant enim iſti a ſe incipere.ff.de nego.geſt.l.ſi
pupilli. & alibi iudicet ille de aliorum errore q nō agit eadē
quę in alio putat punienda.iii.qō. vii. iudicet. & c.poſtulatus.
& dicit,quod iſtum intellectum ſenſit Innocen. in c.intellexi
mus.infra de adulte.Alios vero non plurales dicit admitti ad
opponendum,quia in eis ceſſat ratio,in qua ſe fundat litera,
& iſtud vltimum.ſ.quod non plurales admittantur tenet etiā
Vincen.gloſſator. & communiter Docto. ſed iſte intellectus
D. Ab. eſt contra communem ſententiam , nec mihi placet,
16 quia ſi exceptio etiam† eiuſdem criminis non repellit a proſe
cutione iuris eccleſiæ, vt in c. ſi quis presbyterorum. de rebus
eccle.non alie.& in c.dilecti.cum ibi no.infra eodem. Eodem
modo non debet repelli pluralitas beneficiorum , nec obſtāt
iura allegata per D. Abb. quia loquuntur in diuerſis caſibus,
& ſimiliter ca.iudicet.& ca.poſtulatus,vt q.vii.loquuntur quo
ad hoc,vt iudex habeat integritatem,quam debet habere qui
libet iudex,& vt cum bona cōſcientia, & abſque peccato poſ
ſit condemnare delinquentes,ſi tamen non eſſet talis,vt quia
eſſet in eodem crimine nihilominus valeret ſententia,& pro
ceſſus factus per eum,iuxta no.per Innocen.& Docto.in cap.
ſciſcitatus.ſupra de reſcrip. & per eundem in c. cum ſuper. de
17 offi.delega.vnde San.Thom.ii.ii.q.xl.art.ii.tenet,quod † iudex
poſſit cum bona conſcientia punire illum qui eſt in eodem
crimine,dummodo crimen iudicis non ſit notorium, dicit ta
men,quod debet cum humilitate, & timore iudicare . Alle-
gat Aug.in lib.de ſermone Dei,vbi dicit, ſi inuenimus nos in
eodem vitio eſſe congemiſcamus , & ad pariter puniendum
inuitemus,ſecus ſi crimen iudicis eſſet publicum, quia nō de
bent iudicare eos,qui ſunt in eiſdem , vel minoribus crimini-
bus,& allegat Griſo.Matthei.vii.c.ſuper illud.Nolite iudicare.
de quo tamen dic,vt in d. c.ſciſcitamus. hoc tamen non facit
18 ad propoſitum,quia licet criminoſus repellatur a† iudicando
non tamen debet repelli a proſecutione iuris eccleſię,vt infra
eodem.dilecti.& d.c.ſi quis presbyterorum.vnde tene dictum
Vincen.& glo.quod communiter tenetur. Innocen.autem
hic dicit,quod aut reſcriptum peccat in ſurreptione, vel dici-
tur de prouiſionem eſſe nullam,& tunc pluralis debet admit
ti , quia non excipitur contra perſonam , ſed contra reſcri-
ptum,vel contra collationem,nec obſtat iſte tex. quia loqui-
tur,quando opponitur contra perſonam de pluralitate bene
ficiorum,in quo caſu tantum procedit iſtę tex.& iſtam hic ap
probat Ioann. And.& ſequitur etiam Butri. & hoc tene,licet
D.Abb.hic dicat, quod etiam contra reſcriptum nō poſſunt
opponere illi qui eodem morbo laborant.i. qui obtinent be-
neficia per reſcripta ſurreptitia,non poterit opponere de ſur-
reptione ſecundum eum,ſed hoc communiter non tenetur,
quia iſte tex.non habet locum, niſi quando opponitur exce-
ptio pluralitatis,& ita dicitur per Docto.reſtringitur , plus di-
cit Hoſtien.quod ſi eſſet notorium,iudex repelleret ex officio
propter periculum animæ, argumen. infra eodem.exceptio-
nem,& remittit ad no.in c.primo.de officio vic.& dicit,quod
ſi ſurreptio eſſet occulta poſſet inquirere veritatem , quia res
19 eſt pernicioſa exceptio,quod quis per ſurreptionem † promo-
ueatur.ſupra de electio.cum dilecti.& in regula prima. lib. vi.
Aut opponitur contra impetrantem de pluralitate,& in hoc
Innocen.diſtinguit de cuius diſtinctione facias tres caſus. Pri-
mus eſt,quando etiam expedit eccleſiæ, quod plurales admit
tantur ad opponendum , puta quia propter paupertatem de-
ſeritur eccleſia , vel quia clericus eſt omnino inutilis , & o-
neroſus,& talis qui non poſſet,nec ſciret ſeruitium facere ec-
cleſię , & tunc plurales admittuntur ad excipiendum etiam
aliis inuitis,ſecundum Innocen. & Hoſtien. argumen. in d.c.
ſi quis presbyterorum.de rebus eccl.non alienan.ad fi. Et ex
hoc patet,quod ſequuntur opi.Vincen. & gl.ſ. quod plurales
debeant admitti nomine eccleſię,quando hoc expedit eccle-
ſiæ. Secundus caſus eſt, quando agitur de intereſſe commu
ni,puta ne communis præbenda.i. quam de communi reci-
pit minor efficiatur illo recepto,pone exemplum , omnia in
communi colliguntur, & in fine anni redditus diuiduntur in

ter

ter canonicos hoc enim caſum pluralis proſequens intereſſe
commune.ſ.ne redditus ſuæ prębendę, & aliarum prębenda-
rum minuantur nō debet admitti, vt hic. Tertius caſus eſt,
quando pluralis proſequitur intereſſe proprium, puta quia
ſua ſpecialis præbenda, per hoc minuitur, ſeu detrimentum
patiť,& tunc prębendalis admittitur, quia nullus quantumcū
que criminoſus repellitur a proſecutione iuris proprii, vt no.
in c.prçcedenti.allegat Innocen.l.licet.ff.de mino.facit ff. ad l.
Falcidiam.l.quod de bonis.§.ex donationibus.& l. ſi quis mā-
dato.ff.de nego.geſt. Inquantum autem dixi pluralem repel
li prætextu intereſſe communis, dicit Innocen.hoc eſſe verū
quando venit,tanquam quilibet de eccleſia,ſecus ſi eſſet con
ſtitutus procurator ab aliis,quia tunc poſſet proſequi intereſ-
20 ſe commune,licet eſſet pluralis,quia etiam †infamis poteſt eſ
ſe procurator.Inſtitu.de excep.§.fi.de quo dic,vt in cap. impe-
ratorum.in vltima glo.ſupra de iuramento calum. & per Do
ćto. ſuper ea. & ſecundum diſtinćtionem Innocent. intellige
gloſſ. huius capituli. Extra glo. opponitur contra tex. &
videtur,quod etiam plurales non debuiſſent admitti ad exci-
piendum,cum iſte iam fuiſſet adeptus poſſeſſionem, vt patet
in tex.debuiſſet enim agi, non autem excipi,vt not.in capitu.
conſtitutus.infra de appellationibus.& in capitu.accedens.de
accuſationib. Innocen.ſoluit,quod contrarium non proce
dat,quod excipitur de ſurreptione,vt in c.cum olim.de acqui.
poſſeſſio.& proprie.D.autem Abb.hic in fi.dicit,quod hęc ſo
lutio eſt bona in ſe, quia tunc prorſus negatur ius conſtitutū
inſtituto, ſed non congruit huic capitulo, quia hic non op-
ponebatur contra reſcriptum, ſed contra perſonam, vt ipſe
met Innocen.ſupra dixit,vnde dominus Abb.dicit poſſe dici,
quod hæc exceptio poteſt admitti in eo caſu, in quo de iure
admitti poteſt, vt puta, ſi tale erat beneficium, quod de iure
non poterat retineri cum ſecundo, ſi enim admittitur exce-
ptio criminis cum infamia contra prouiſum, vt in dićto cap.
accedens.multo fortius exceptio notoria,argumen.de officio
vica.& c.primo.& quod ibi no.& in capi.ad decimas.de reſtit.
ſpoliato.in vi.& no.bene iſta. ex quibus infertur,quia non po
21 teſt†eſſe non notorium, quod quis poſſideat plura beneficia
pro hoc allego gloſſ.no.liiii.diſtin.ſi ſeruus.in verbo,per trien
nium.dum dicit,quod clerici ſunt in publico,& quod mona
chi latent,& illam glo.no.pro extenſione,cap.quanto.de trāſ
latio.prælato.dum ibi dicit, quod non poteſt eſſe non noto-
rium epiſcopum tranſiuiſſe ad alium epiſcopatum, vt idem
dicatur in clerico tranſeunte ad beneficium,quod no. & hoc
etiam eſt de mente Doćt.hic dum dicunt,quod non poteſt eſ
ſe non notorium, quem tenere plura beneficia.Bald autem
in c.prçcedenti,per iſtum tex.dicit, quod bannitus non poteſt
22 accuſare bannitum,†de quo dic,vt per Bart. in l.cum mulier.
ff.ſolu.matrimo.Item arguit,quod ille qui non ſoluit collećtā
non poteſt alteri opponere exceptionem collećtæ non ſolu-
tæ,& quod ille qui vadit de noćte contra formam ſtatuti nō
poteſt accuſare alium tranſeuntem de noćte, nec contra eū
teſtificari. Itē arguit,quod illa quę nubit infra annum lućtus
non poteſt alteri ſimiliter nubenti opponere de infamia, vel
de inhabilitate ſuccedendi,ſed de hoc vide quæ ſcripſi in cap.
penu.& vlt.infra de ſecundis nuptiis.Item arguit,quod ſi duo
pariter delinquunt non petendo tutorem pupillo, vnus non
poteſt alium accuſare.Item arguit,quod ſi duo tenent appen
ſum ante domum aliquid, quod poteſt nocere tranſeun-
tibus,non poteſt vnus alterum accuſare, nam illa regula quę
dicit,quod non poſſum,vt ipſe,poſum,vt quilibet de populo,
nō habet locum,vbi quis repellitur doli exceptione, & amo
uetur per iſtud cap. vide tamen quæ notantur in dićta l.cum
mulier.ff.ſoluto matri.& quę dixi in c.pen.& vlti.ĵ.de adulte.
& hęc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex debet ſtatuere terminum ad dilatorias proponendas,poſt quem excipientem non audiet.*

2 *Iudex debet ſtatuere terminum generalem ad omnes dilatorias, cum poſſit abbreuiare terminum a lege ſtatutum.*

3 *Ius præfigit terminum litis conteſtandę ſine iudicis miniſterio.*

4 *Papa quandoque ad inquiſitionem alicuius ius nouum edit.*

5 *Papa vbi reſpondet ad conſultationem cenſetur reſpondere de iure.*

6 *Terminus pręfixus ad excipiendum, in dubio intelligitur peremptorius.*

7 *Termini in dubio an cenſentur peremptorii.*

8 *Termino elapſo pars nullatenus debet audiri.*

9 *Temporis futuri tractus non ſpectat ad iudicem.*

10 *Iuramento ſtatur in dependentibus a conſcientia.*

11 *Præſumptio vehemens tollit aliam præſumptionem, & inducit contrariā præſumptionem.*

12 *Iuramento vt credatur ignorantia allegantis requiritur.*

13 *Paria ſunt aliquid de nouo ſcire, vel quod ſuperuenerit facultas probandi.*

14 *Peremptoriæ dilationes opponūtur poſt litem conteſtatam.*

15 *Terminus non poteſt pręfigi ſine cauſę cognitione ad proponendas peremptorias.*

16 *Præiudiciū maius vertitur in omiſſionem peremptoriarum, quam dilatoriarum.*

17 *Iuramento nunquid eodem modo ſtetur, quando quis vult opponere exceptionem peremptoriam poſt terminum,ſicut quando vult opponere dilatoriam.*

18 *Verba ſunt interpretanda contra eum,qui legem potuit aptius dicere.*

19 *Spoliationis exceptio inquantum aſſumit naturā dilatoriæ ad repellen debet opponi ante litis conteſtationem.*

20 *Exceptio peremptoria, licet opponi poſſit ante litis conteſtationem tutius men opponitur poſt.*

21 *Exceptio an opponatur,vt peremptoria,an vt dilatoria.*

22 *Actum faciens tanquam alius reputatur vt alius.*

23 *Exceptio peremptoria,an poſſit opponi poſt concluſionem in cauſa.*

24 *Iudex ſuſpectus poſt concluſionem in cauſa non poteſt recuſari.*

25 *Proteſtatio in generali non ſufficit,ſed debet eſſe ſpecialis de reſeruatis exceptionibus competentibus.*

26 *Iudex recuſatus,an poſſit præfigere terminum ad opponendas exceptiones declinatorias.*

27 *Ordo proponendarum exceptionum dilatoriarum.*

28 *Excipiens nunquam videtur renunciare exceptionibus contrariis.*

29 *Exceptio propoſita ſimpliciter videtur ſolenniter proponi.*

30 *Iudex propoſita exceptione iuriſdictionis, prius debet diſcutere,an ſit iudex, quam in cauſa ſe impediat.*

31 *Termino ſtatuto a iudice ad omnes dilatorias proponendas, omnes dilatoriæ,tam contra iudicem,quam contra alios debent proponi.*

32 *Iudex qui propoſuit terminum ad dilatorias, cum vere non ſit iudex, an poſſit poſt terminum oppoſitiones recipere de ſua incompetentia.*

33 *Iuriſdictio acquiritur iudici,quando ſpecifice pronunciauit eſſe iudicem cōpetentem.*

34 *Terminus hominis ſubrogatus termino iuris cenſetur eſſe idem quod terminus iuris.*

35 *Declinatoria iudicis quęlibet,eſt dilatoria.*

36 *Exceptio recuſationis eſt declinatoria.*

37 *Taciturnitas nihil operatur,ex quo non poteſt fieri iudex.*

38 *Contractus reſultante in eadem exceptione, volens non admittitur ea vti.*

39 *Reus proponens duas exceptiones contrarias, & ad ipſum pertinet onus vtranque probandi,poteſt vtranque ſimul opponere.*

40 *Præſcribit nemo rem ſuam,neque ius quod habet.*

41 *Exceptiones vbi ſunt contrariæ onus probandi incumbit partim actori,& partim reo.*

42 *Replicationes contrariæ vtrum ſimul proponi poſſint.*

43 *Termino elapſo non per hoc perditur actio.*

44 *Exceptio veniens ad notitiam non poteſt opponi poſt litem conteſtatam ſecundum gl.*

45 *Ignorantia facti eſt quando ignorabum iudicem eſſe conſanguineum partis,nam poſtea certificatus poſſum eum recuſare.*

46 *Ignorantia iuris probabilis excuſat.*

47 *Excipere volens in cauſa appellationis an audiatur.*

48 *Terminus ſtatutus ab homine reſtringitur ad inſtantiam,eſt enim qędam comminatio ſe non extendens ad cauſam appellationis.*

49 *Dilatorriæ non appoſitæ ante litem conteſtatam non poſſunt opponi in cauſa appellationis,& caſus ponit.*

50 *Induciæ ad probandum exceptiones dilatorias an dari debeant reo petēti, & interim comparenti,& per quatuor caſus diſcurrit.*

51 *Terminus datus ad reſpondēdum libello intelligitur etiam tacite datus ad opponendas declinatorias, & dilatorias.*

52 *Terminus præfixus ad reſpondendum libello eſt viginti dierum.*

53 *Reus indiſtincte poteſt petere ſibi aſsignari terminum,etiam quod nullam exceptionem opponat,ſecundum Bu.*

54 *Cautela iudicis eſt in citatione includere tenorē libelli, & præfigere terminum ad reſpondendum libello,& ad dilatorias proponendas.*

55 *Terminus ad cuius petitionem debeat præfigi,ſ.actoris,an rei.*

56 *Iudex an ex eo officio ſuo poſſit dilatoriam opponere poſt lapſum termini, in caſibus in quibus poteſt ex officio ſupplere.*

57 *Termini iudiciales, licet excludant partem non tamen excludunt iudicem.*

58 *Iudex poteſt compellere procuratorem ad exhibendum mandatum vel caueadum de rato.*

## CAP. IIII.

1 PAſtoralis. Iudex ſtatuere debet †terminū ad omnes dilatorias proponendas poſt quē exceptionē non audiat,niſi in tribus caſib. hic exceptis. hoc dicit. Diuiditur iu duas partes.In prima ponitur conſultatio. In ſecunda reſponſio. Secunda ibi,inquiſitioni tuæ. In ſecnnda facit tria. In prima ponitur

ponit decretum. In ſecunda pœnam. In tertia tres caſus exce-
ptos. Secunda ſecundæ ibi, ita quod. Tertia tertię ibi, niſi for-
2 te. No. primo, quod iudex debet ſtatuere terminum † gene-
ralem ad omnes dilatorias proponendas, ex quo infertur, ꝙ
iudex poteſt abbreuiare terminum ſtatutum a iure ſine iudi-
cis miniſterio, nam ad proponendas dilatorias ius præfigit ter
3 minum † litis conteſtationis, vt in c. inter monaſterium. infra
eodem. & in l. ſi. C. de excep. & tamen iudex poteſt abbreuia-
re, vt hic & ad hoc allegauit iſtum tex. Bart. in l. ſecunda. ff. de
re iudi ſed D. Abb. dicit, quod iſte tex. poteſt adduci in contra
rium, quia iudex hoc facit auctoritate huius conſtitutionis,
vt patet ibi decernimus, ſed de hoc dicam Deo dante in capi.
cum ſit Romana. de appella. Secundo not. ibi, inquiſitioni
tuæ, iuncto verbo, decernimus, quod verbum exponit Hoſt.
& Ioan. And. i. generalem conſtitutionem promulgamus, ꝙ
quandoque ad inquiſitionem alicuius Papa reſpondet, & ta-
4 men edit † ius de nouo, quod dicit D. Abb. eſſe intelligendum
quando conſtitutio non venit ad pręiudicium litis pendentis
ne obſtet quod habetur in Auth. factæ nouæ conſtitutiones,
& quod habetur in c. fin. vt litis penden. Et ex hoc dicit D.
Abb. eſſe limitandum, quod no. in c. conſultationi. de tempo.
ordi. & in c. ex tua. de filiis presbyterorum. in quibus gl. dicũt,
quod vbi Papa reſpondet ad conſultationem intelligitur rę-
ſpondere de iure, & per conſequens intelligitur declarare ius
antiquum, vult dicerere, quod illæ glo. procedunt, niſi in tali
reſponſione apponeretur verbum promulgatorium noui iu-
ris, vt eſt verbum decernimus, de quo vide glo. in clemen. ge-
neralem. in verbo, decernimus. de ætate & qualita. tene enim
etiam ſi Papa reſpondet conſultationi intelligitur promulga
re ius nouum, & hoc no. pro intellectu illarum glo. quę quo-
5 tidie allegant, † quod vbi Papa reſpondet ad conſultationem
intelligitur reſpondere de iure, quia illud eſt verum, niſi illi re
ſponſioni apponatur verbum noui iuris promulgatorium,
quia tunc non intelligitur de iure reſpondere, ſed nouum ius
edere Tertio no. ibi, tex. tunc quod, denotat extremitatem
6 temporis, quod † terminus pręfixus ad excipiendum in dubio
intelligitur peremptorius, etiam ſi verbum peremptorius nõ
exprimatur, & hoc tenet hic Hoſtien. allegat c. conſuluit. de of
ficio deleg. & idem dixit gl. in clemen. pri ma. in verbo, perem
ptorio. eodem titu. & Specu. in titu. de dila. §. primo. ver. exce-
ptorię. & ver. ſequen. vbi etiam tractat, quid ſi dies vltima ter-
mini ſit feriata. & de hoc vltimo in c. ſi. de feriis. & de hoc an
7 terminus † in dubio intelligatur peremptorius, vide Bar. in l. ſi.
de feriis. & plene per Innocen. in c. conſuluit. de officio deleg.
& in c. ad pætitionem. de accu. & tetigi. in c. vltra tertiam. §. de
teſti. Quarto no. regulam, & tres caſus exceptos a regula.
8 Secunda enim eſt, † quod poſt lapſum termini pars nullate-
nus debet audiri volens opponere exceptiones dilatorias, fal-
lit primo ſi pars fuit proteſtata in termino, quod intellige gl.
iii. & ex hoc dicit Bald. quod proteſtatio fingit illud, quod po
ſtea fit eſſe factum retro. Fingitur enim propter proteſtationẽ
quæ fit poſt terminum, fieri infra terminum allegat Bal. l. Mo
deſtinus. ff. de ſolu. & l. ſi fideiuſſor. in princip. ff. qui ſatiſda. co
gan. & l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope. no. nun. & l.
ii. C de his qui per metum iu. non app. Secundus caſus exce
ptus eſt, ſi exceptio ſit de nouo orta, ex quo no. Bal. quod ter-
minus ad excipiendũ nõ intelligit de exceptionibus ad deſcẽ-
dentibus de futuro, argu. in l. item eorum. §. quod ſi actor. ff.
quod cuiuſque vniuerſi. no. & ratio eſt ſecundum eum, quia
9 † tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicem. l. j. §. j. ff. de
vſur. & l. non quemadmodum. ff. de iudi. Tertius caſus exce
ptus eſt, quando exceptio erat prius orta, ſed de nouo deue-
nit ad notitiam rei, & iſtud quod de nouo peruenit ad noti-
10 tiam probatur per iudicem, vt dicit tex. Ex quo no. † quod † in
dependentibus a conſcientia ſtatur iuramento. Sed Bald. di-
cit hoc verum, niſi communis fuiſſet fama de exceptione, q̃
nouiter opponit, tunc enim non crederetur iuramento, ſcili-
cet quod nouiter perueniſſet ad notitiam, allegat Bart. l. ſi tu-
tor. C. de peric. tuto. Idem dicit ſi eſſet, pręſumptio de ſcientia
11 quia † vehemens præſumptio tollit aliam, & inducit contra-
riam præſumptionem. C. de in integrum reſti. l. diuus. & in l. ſi
mater. C. ne de ſta. defun. Docto. etiam hic tenent, quod vbi fa
ctũ eſſet notũ, ſeu publicum, quod non debet credi iuramen
to aſſerentis nouiter ad notitiam pęrueniſſe. Idem dicunt,
quando exceptio ſurgeret a facto proprio, vel a facto quod
debuit indagare, vt in c. innotuit. de elect. iuncta glo. in verbo
ignorantiam. & in c. nulli. de elect. in vi. Idem vbi aduerſarius
probaret aliqua, ex quibus præſumeretur ſcientia. nam in
iſtis caſibus non credetur iuramento aſſerentis exceptionem
nouiter ad notitiam ſuam perueniſſe, vt in dicto c. inntouit
12 & in dicto c. nulli. vbi patet, quod adhoc, vt credatur † iuramẽ
to allegantis ignorantiam requiritur, quod vitium, vel defe-
ctus fuerit latẽs quoniã veriſimilis potuerit ignorare, & iſtud
etiam tenet hic But. & D. Abb. qui dicunt, quod in iſtis caſib.
non ſtatur iuramento volentis opponere exceptiones dila-
torias. Et D. Ab. addit ad iſtum tex. Quartum caſum, videlicet,
ſi de nouo ſuperuenit facilitas probandi ea quæ orta erant tẽ
13 pore dilationis, ſeu termini. paria † enim ſunt, quod aliquid de
nouo ſciatur, vel quod ſuperueniat facultas illud probandi,
vt probatur in c. vt circa. ver. niſi aliquid. de electio. in vi. & di
cit, quod hoc ſentit Pau. in clemen. conſtitutionem. eodem ti.
addit etiam D. Abb. Quintum caſum, ſ. quando vult propone
re exceptionem contrariam, illi quam primo propoſuit, quia
non potuit a principio ſimul proponere exceptiones contra
rias, vt dicit glo. in c. cum dilectus de relig. domi. & xiii. q. j. §. j.
ver. ad hoc. in glo. in verbo, aſſerentis, & de hoc dicam latius
in glo. ſuper verbo audiantur. In glo. prima hæc glo. poteſt in-
telligi dupliciter. Primo an ſtatuto termino ad proponendas
dilatorias poſſint peremptorię exceptiones opponi, & iſte in-
14 tellectus non habet dubitationem, quia peremptoriæ † oppo-
nuntur poſt litis conteſta. & non ante, vt in c. primo. de li. con
teſta. in vi. Iſte autem terminus pręfigitur ante litis conteſta.
Secundo modo poteſt intelligi, quod non obſtante termi-
no pręfixo ad proponendas peremptorias poſſunt ipſe perem
ptoriæ nihilominus proponi poſt lapſum termini, & ita intel
lexit Butri. iſtam glo. non tamen reddit rationem huius decr.
ſed remittit ad no. infra eodem. c. exceptionem, vbi gl. ſimpli-
citer dicit peremptorias poſſe opponi, ſed ad concluſionem
in cauſa. in hoc autem ſunt opiniones, & communiter Doc.
tenent, quod diſtinctio iſtius tex. habeat locum in perempto-
riis exceptionibus, quam opin. tenet hic Innocen. & Hoſtien.
& Spe. eodem ti. §. dicto. ver. vtrum. Dyn. autem in regula in
dultum. dicit, quod hoc eſt verum, ſ. quod poſſit præfigi termi
nus ad opponendas peremptorias tñ interuenit cauſæ cogni-
tio, alias ſecus, & D. Abb. ſequitur hanc opi. ſ. quod ſine cauſæ
15 cognitione † non poſſit præfigi iſte terminus ad proponendas
peremptorias, & dicit hoc procedere, tam reſpectu actoris, q̃
reſpectu rei, vnde dicit, quod actori poteſt pręfigi terminus
ad omnia munimenta cauſę producenda, vt in cap. coram. &
quod ibi no. de reſti. in integr. & in c. auditis. de procurato. ſed
non ſine cauſæ cognitione, argu. in l. diffamari. C. de ingen. &
manu. & in l. Titia. ff. de accu. & quod no. Innocen. in cap. con
querente. de offi. ordin. & dicit hoc probari in clemen. ſæpe. in
ver. nos vſum huiuſmodi de verborum ſigni. per locum a ſpe
ciali ibi enim permittitur ſpeciale in cauſis ſummariis, vt iu-
dex poſſit aſſignare terminum partibus ad producendum om
nia acta, & munimenta, de quo tamen dubitat ibi glo. in ver
bo, partes. Item dicit, quod non debet de facili recedi a regulis
iuris, quę volunt, quod vſque ad coluſionem in cauſa poſſint
monumenta produci, & allegationes nouiter fieri. de fide in-
ſtrumen. cum dilectus. & de teſti. cum veniſſent. vnde dicit idẽ
dicendum in reo, nam cum habeat a iure facultatem propo-
nendi peremptorias vſque ad concluſionem in cauſa, vt in l.
peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſ. non debet ſine cauſa ita
arctari, nam ſi idem eſſet in peremptoriis, quod in dilatoriis
tex. iſte de vtriſque dixiſſet, facit ad c. audientiam. infra de de-
ci. & l. j. §. ſi a deficientis. C. de cadu. tollen. & aſſignat aliam ra
16 tionem, quia cum maius † præiudicium vertatur in omiſſione
peremptoriarum, quã in omiſſione dilatoriarum cautius in
eis procedendum eſt, de elect. vbi periculum. lib. vi. & per hoc
concludit, quod non ſubſiſtente cauſa arctandi procedit di-
ctum iſtius glo. & ſic in effectu, vult D. Abb. quod iudex cum
cauſæ cognitione poſſit aſſignare terminum ad proponendas
omnes peremptorias, ſed non ſine cauſę cognitione. Idẽ vide
tur ſentire hic Bu. dicit tamen, quod in dubio debet præſumi,
quod interuenerit cauſæ cognitio, & in l. ab ea parte. ff. de pro
bationi. Sed debitum circa hoc nunquid eodem modo ſte
17 tur † iuramento, quãdo quis vult opponere exceptionem perẽ
ptoriam poſt terminũ, ſicut quando vult opponere dilatoriã,
D. Abb. allegat D. de Ro. deciſio. xxix. qui dixerunt, quod non
debet ſtari iuramento partis propter grauitatem pręiudicii,
& dicunt ſic fuiſſe ſentẽtiatum, licet fuiſſent varii in opinioni
bus. Pau. autem circa hoc diſtinguit in clemen. conſtitutio-
nem. de elect. ſed D. Abb. dicit, quod ſibi placet, quod ſtetur iu
ramento, quia ſi rigor iſtius tex. extenditur ad peremptorias
debet extendi ęquitas, & dicit hoc probari in ca. vt circa. & in
c. nulli. de elect. in vi. & dicit, quod non eſt curandum de gra-
uitate præiudicii, quia licet admittatur ad excipiendum, &
ad probandum non tamen per hoc habetur pro probato, vn
de ipſa admiſſio in ſe eſt modici præiudicii. & vide omnino
quæ dixi in c. cum dilectus. ſupra de fide inſtrum. & quod no.
glo. in d. clemen. ſæpe. in verbo, non obſtante. de verbo. ſigni.
Sed circa prædicta quæritur nunquid pręfixo termino ad ꝓ-
ponendas dilatorias eo lapſo poſſint opponi exceptiones mi
xtę, quæ poſſunt opponi ad proceſſum, & ad merita cauſę, de
quibus in c. primo. de li. conte. in vi. & per Bar. in l. conquere-
batur,

batur.ff.iudi.ſol.& in l.nam.& poſtea.ff.de iureiuran. & Spec.
ponit iſtam q.in titu.de dila.§.j.verſi. item quęritur.& allegat
pro & contra,& relinquit diſpoſitioni,ſed Ioan.And.in addi.
plene proſequitur,& finaliter reſidet, quod ſi eſt ſtatutus ter-
minus ſecundum formam iſtius capituli, ſ. ad proponendas
dilatorias exceptiones mixtę poterunt opponi cum non ſint
proprie dillatorię,& in nomine diuerſificant, & dicit, quod
hoc maxime eſt dicendum, quia cum talis ſit terminus ordi-
natus ad excludendum ius alterius,& ſic odioſus eſt ſtricte in
18 telligēdus,†& quia verba ſunt interpretanda contra eum qui
legem potuit apertius dicere,vt in regula contra eum.lib.vi.&
in l.veteribus.ff.de pactis. dicit tamen, quod volendo tenere
ſ. quod non audiatur poſt terminum quod tamen ſibi non
placet,poſſet diſtingui, quod aut opponitur in vim dilatoriæ,
vt quia opponit actorem non audiendum, vel ab agendo re-
pellendum, vel ſe ab inſtantia abſoluendum, vel reſcriptum
non valere, quia peremptoriam talem tacuit,vel ſimilia, &
tunc cum proponit illam, vt dilatoriam poteſt habere locū
hæc decre.cum enim aſſumat priuilegia dilatoriæ aſſumere
debet,& cenſuram.infra eodem.cum inter. & de ſtatu mona.
recolentes. facit quod no.in c.ex conſtitutione.de reſti.ſpolia.
19 vbi† exceptio ſpoliationis inquantum aſſumit naturam dila-
toriæ ad repellendum,debet opponi ante litis conteſta. facit c.
cum dilectus.de cauſa poſſeſ.& proprie.& maxime,quia non
debet plus operari hoc priuilegium contra naturam perem-
ptoriarum, quam ius commune, quo ad alias dilatorias, ad
hoc de priui.c.j.lib.vi.vult dicere,quod hoc priuilegium,quod
poſſint opponi ante litis conte.contra naturam peremptoria
rum non debet plus operari,quā ius commune, quod vult di
latorias opponi infra terminum pręfixum per iudicem, nam
priuilegium non debet tollere ius commune.i.tales exceptio-
nes quę opponuntur in vim dilatoriarum non debent poſſe
opponi poſt terminum datum ad opponendas dilatorias, qa
cum ſint oppoſitę, tanquam dilatorię debent excludi per la-
pſum termini,ſicut mere dilatorię excluduntur.Ex quo enim
opponuntur tanquam dilatorię debent conformari iuri com
muni,facit de verbo.ſigni.ex parte. Aut opponuntur in vim
peremptoriarum ante litis conte.vt quia excipiens concludit
perpetuum ſilentium eſſe imponēdum actori, vel abſolui ab
eo quod petitur, vel diffinitiue pronunciari ſe non teneri ad
illud quod petit actor,vel ſimilia,& tunc nō obſtat lapſus ter-
mini, talis enim exceptio eſt peremptoria quamquam pri-
uilegiata in tempore opponendi,& dicit, quod non eſſet ab-
ſurdum hunc caſum numerari inter caſus,in quibus ſentētia
poteſt ferri lite non conteſt.& dicit Bu.quod eſt tutius,vt eui-
tentur opiniones,& vt abſoluatur in principali,quod propo-
natur talis peremptoria poſt litis conteſta. & dicit, quod hoc
firmat Ioan.An.in ti.de ſen.prola.§.nunc dicendum.in princ.
& no.bene verba Ioan.And.& But.in quantum volunt,quod
poſſit opponi exceptio peremptoria ante lit. conteſta.ad effe-
20 ctum,vt excipiens abſoluatur diffinitine,licet ſit†tutius,vt op
ponatur poſt litis conteſt.de quo tamen dic,vt in c.j.de li.con
teſta.in vi.& cum iſta diſtinctione tranſit hic Bu. ſed D. Abb.
tenet contrarium,ſ.quod etiam ſi opponatur talis perempto
ria in vim dilatorię nihilominus poteſt opponi poſt terminū
ad proponendas dilatorias,quia qualitercunque opponantur
iſtę exceptiones ſemper ſunt peremptorię, licet ex priuilegio
habeant effectum dilatoriarum.Item dicit, quod poſt litis cō
teſta.tales exceptiones indiſtincte poſſunt opponi, quia licet
ante litis conte.habeant vtranque naturam,tamen poſt lit.cō
teſta.non poſſunt habere,niſi naturam peremptoriarum, nō
enim poſſunt amplius opponi ī vim dilatoriarum, ex quo lis
eſt conteſta.iſtud vltimum credo veriſſimum, & eſt de mente
Ioan.And.hic dum dicit,quod tutius eſt, quod proponantur
poſt litis conte.ad hoc vt abſolutio fiat a principali.de quo ſu
pra dixi,ſed quo ad primum dictum mihi magis placet diſtin
21 ctio Ioan.And.cum qua reſidet Bu.ſ.an opponantur †vt perē
ptoriæ an vt dilatoriæ, ſi enim opponuntur, vt dilatoriæ de-
bent etiam infra terminum præfixum ad opponendas dilato
rias opponi, ex quo quātum ad iſtum effectum aſſumunt na
turam dilatoriarum,facit in ſimili c.a collatione.de app.in vi.
vbi ſi epiſcopus facit aliquid, vt canonicus in illo actu iudica-
tur,vt canonicus,non tanquam epiſcopus, vnde ab eo quod
fecit,tanquam canonicus poteſt appellari ad ipſum, tanquā
22 ad epiſcopum,ſeu pręlatum,vnde ſicut ibi ille qui facit †actū
tanquam alius reputatur,vt alius, non tanquam ipſe,ita etiā
quando exceptio peremptoria opponitur in vim dilatoriæ de
bet quantum ad facultatem opponendi iudicari,vt dilatoria
& regulari eiſdem regulis, quibus regulantur dilatoriæ, facit
32 c.eccleſia.vt litis penden.c.ſed circa prędicta dubitatur, an†ex
ceptio peremptoria poſſe opponi poſt concluſionem in cau
ſa,licet ſi de nouo eſt orta,But.hic,& D.Ab.allegat D.de Ro.
deciſi.xxx.qui dicunt, quod etiam exceptio de nouo ſuperue
niens non poteſt opponi poſt concluſionem in cauſa,allegat
no.in c.auditis.de procur.& dicunt hoc eſſe verum,niſi euidēs
cauſa moueat iudicem ad talem exceptionem admittendam
vt in c.paſtoralis.in fi.de cauſa poſ.& proprie.in fi.& dicit Bu.
quod idem ſentit Ioan. An.in capit.cum dilectus.eodem ti.&
hoc modo limita iſtum text.dum dicit, quod exceptio de no
uo ſuperueniens poteſt de nouo opponi, nam debet intelligi
niſi ſuperueniat poſt concluſionem in cauſa, quia tunc non
poſſet opponi, niſi appellaretur a ſententia diffinitiua, quia
tunc in cauſa appellationis poſſet opponi, & idem dic,ſi poſt
concluſionem in cauſa deueniret ad notitiam iudicem eſſe
24 ſuſpectum, †nam non poſſet recuſari, ex quo iam eſt in cau-
ſa concluſum,vt no.in c.accedens.infra vt li.non conte. Item
aduerte dum gl. dicit,quod exceptio excommunicationis po
teſt quandocunque opponi etiam lapſo termino,de hoc vide
optimum tex.iuncta glo.in verbo,non obſtante. in clemen.j.
eodem ti.vbi patet,quod etiam ſi eſt pręfixus terminus perem
ptorius nominatim ad opponendum exceptionem excom-
municationis,nihilominus poteſt opponi in qualiber parte li
tis. In glo.in verbo,proteſtatę.no.iſtam glo. quod non ſuffi
25 cit†proteſtatio generalis,ſ. reſeruatis mihi exceptionibus cō-
petentibus,ſed debet eſſe ſpiritualis proteſtatio,quia in ea de
bent nominatim exprimi exceptiones quas proteſtans inten-
dit opponere,alias eſſet inutilis prouiſio huius decre.& idem
tenet hic Hoſti.& Spe.eodem ti.§.ii.ver.ſed illud.& §.ſed viſo.
ver.ſed qualiter,& quando.glo.dicit, quod poteſt opponi ex-
ceptio recuſationis contra iudicem Doct.mouent.q.an iudex
26 †recuſatus poſſit præfigere terminum ad oponendas exceptio
nes declinatorias,& dillatorias,& Hoſtien.& Ioan.An.hic di-
cunt,quod ſic, tum quia ſuū eſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdi-
ctio.de reſcrip.ſuper literis.& ff.de iudi.l.ſi quis ex aliena.tum
quia ſi hoc non poſſet pars ſucceſſiue illas opponere, & per
hanc viam protellaretur iudicium contra mentem, & verba
huius conſtitutionis,& contra talia poteſt iudex etiam recuſa
tus prouidere,de app.legitima.libro vi.facit de diuor. quanto.
& dicunt, quod excipiens de hoc non poteſt conqueri, quia
infra terminum aſſignatum poterit proponere omnes exce-
ptiones. Primo contra iudicem. Secundo contra reſcriptum.
Tertio contra aduerſarium, & iuxta ordinem propoſitionis
poterit illas proſequi,allegat de proba.c.quoniam contra fal
27 ſam.& de re iudi. c.inter.& no.iſtum ordinē proponendi †ex-
ceptiones dilatorias, quia primo debet proponi exceptio
contra iudicem, & dicit hic Bald. quod prima in ordine eſt
exceptio ſuſpicionis. Secunda vero eſt exceptio iudicis incō
grui,vel in competentis,dicit tamen,quod ille,qui allegat iu-
dicem ſuſpectū debet proteſtari, quod per hoc non intendit
eum aprobare,tanquam iudicem legitime delegatum,ne per
28 dat,alias declinatorias fori,poſtea dicit,quod excipiens †nun
quam videtur renunciare exceptionibus contrariis,vt dicit gl.
ſing.in l.nemo ex his.ff.de regu.iur.quaſi dicat,quod exceptio
ſuſpicionis, & exceptio iudicis incompetentis ſunt exceptio-
nes contrarię, quia exceptio ſuſpicionis pręſupponit eum iu
dicem competentem, licet ſuſpectum, ſed exceptio incom-
petentię negat eum eſſe iudicem, & per hoc dicit Bald. quod
proponens,vnam ex iſtis exceptionibus, non videtur renun-
ciare alteri,etiamſi nihil proteſtetur,& hoc credo eſſe verum
pretextu pręſumptæ renunciationis, ſed non reſpectu lapſus
termini ad proponendas declinatorias, & dilatorias, de quo
ſtatim dicam.& dicam etiam in glo.ſequen.ſic ergo vult Bal.
quod exceptio ſuſpicionis debet eſſe prima. Secunda,exce-
ptio iudicis incompetentis. Tertia,exceptio contra reſcri-
ptum, puta quod ſit ſurrepticium. Quarta,contra aduerſa-
rium, puta quod ſit excommunicatus, vel quod eius interſit
vel contra procuratorem aduerſarii, puta quod non poſſit eſ
ſe procurator,vel quod non habeat mandatum,& eodem or
dine tales exceptiones ſunt proſequendæ,& dicit hic Bald. ꝙ
29 dato,quod ſimpliciter proponerent†nihilominus viderentur
proponi ſolenniter,& ſub ordinato modo,nam ordo ſcriptu
rę non eſt attendendus,allegat no.per Bar.in l. quidam conſu
lebat.ff.de re iud.& per Innocen.in c.inter monaſterium.j.de
re iudi.& vide Bald.in l.exceptionem.C.de proba.in iii.col.in
fi.vbi dicit,quod illa exceptio,tu non es iudex competens præ
cedit exceptionem ſuſpicionis, & falſi procuratoris. Item di-
cit,quod exceptio falſi procuratoris præcedit exceptionem ſu
ſpicionis, quia vbi ſit procurator non poteſt compromittere.
de iſta exceptione ſuſpicionis in arbitros, dicit etiam Bal. ibi
quod ſi ſunt propoſitæ ordine ſucceſſiuo,ſeu gradatim, quan-
do proponuntur eodem tempore,vel immediate vnam poſt
alteram,ſecus ſi ex interuallo,& ſic limitat Bart. in d.l. quidā
conſulebat. ſed iſtam communem ſententiam. ſ. quod iudex
qui fuit recuſatus ſuſpectus, vel contra ſuam iuriſdictionem
exceptum poſſit hunc terminum aſſignare reprobat hic D.
Ab.quia ex quo oppoſita eſt exceptio contra iuriſdictionem
iudicis

30 iudicis†non debet ſe impedire de principali, niſi prius diſcu-
tiatur an ſit iudex,vt in c.cum ſpeciali.infra de app. & in c.ſu-
ſpicionis.de offi.deleg. Inſurgeret en im quædam contrarie-
tas,ſ.quod negem illum iudicem, vel dicam eum ſuſpectum,
& ad terminum per ipſum prçfixum proponam omnes dila-
torias mihi competentes.facit ſecundum eum, quod no.Inn.
in c.ſolicitudinem.de ap.& l.ad ſolutionem.C.de re iu. Ratio
enim quę militat in tota cauſa militat etiam in prçfixione ter
mini,& ſi eſt iudex mihi ſuſpectus poſſet me grauare in præ-
fixione termini,ſed communem opi.ſenſit glo.in c.quoniam
contra falſam in verbo,exceptiones.ſupra de prob. quæ dicit,
quod ſi iudex ſtatuit terminum ad omnes dilatorias proponē
das debent proponi omnes dilatoriæ,tam contra iudicem,q̃
contra alios, & primo debet procedi ſuper recuſatione iudi-
cis pendentibus aliis quouſque expedita ſit queſtio recuſatio-
nis: modo ſi eſſet vera opi.D.Abb.ſi vult recuſare iudicem ſu
ſpectum non deberet proponere alias exceptiones dilatorias
ſed ſolam exceptionem ſuſpicionis,vnde tene communē opi
nionem,quam etiam illa glo.ſenſit.Non obſtant rationes D.
Abb.quia non eſt verum,qnod reſultet contrarietas,qa prius
eſt procedendum ſuper ſuſpicione, vel ſuper incompetentia
iudicis cum intelligantur propoſitę,tanquam tractandę ordi
ne ſucceſſiuo.Si enim probabitur ſuſpicio,vel incompetentia
vlterius non procedetur,ſed ſi apparebit eum eſſe iudicem cō
petentem, vel non ſuſpectnm procederetur coram eo ſuper
aliis exceptionibus, & ſic aliæ exceptiones intelliguntur pro-
poſitæ conditionaliter,ſ.inquantum ſit incompetens,vel non
ſuſpectus.Vnde non video, quod reſultet aliqua contrarietas,
non obſtat alia ratio dum dicit,quod ſi eſt ſuſpectus,ꝙ poſſet
grauare in præfixione termini,nam Do.præſupponunt,quod
terminus prçfixus ad proponendas dilatorias ſit iudex com-
petens,alias poteſt ab eo interponi appellatio,nec etiam ne-
ceſſarium procedere ad recuſationem,vt in ca.j. de dila.vnde
tenet opin.communem. Sed iuxta prędicta quæro quid ſi is
32 qui ſtatuit terminum † ad proponendas dilatorias in veritate
non erat iudex nunquid poſt terminum poſſit opponi, quod
non ſit iudex competens?Spe.eodem ti.§.nunc videndum.ver.
quid ſi terminus.& ver.quid ſi iudex.videtur velle,quod poſſit
opponi poſt terminum,& idem dicit ī omni exceptione,quæ
reddit iudicium rectio nullum,argu.in c. in noſtra.de procur.
& pro hoc facit, quia ſi non erat iudex non potuit præfigere
terminum,nec ex præfixione termini videtur ſe pronunciaſſe
iudicem competentem,nam ad hoc vt acquiratur iuriſdictio
33 requiritur,quod ſpecifice pronunciet ſe eſſe iudicem compe-
tentem,vt notabiliter dixit Innocen.in c.ii. de dila. Bu.autem
diſtinguit,quod aut ſtatuit terminum ad proponendas dilato
rias,& poterit proponere declinatoriam allegando iudicem
incompetentem,quia non intelligitur terminus ad hoc fuiſſe
præfixus.aut ſtatuit terminum ad proponendas dilatorias, &
tunc poſt terminum non poterit opponi, & pro hoc D.Abb.
allegat clemen.j.de except.vbi text.facit mentionem de prçfi-
xione termini ad opponendas declinatorias, & dilatorias, ſi
enim indiſtincte poſſet opponere, nihil operaretur prçfixio
termini reſpectu dilatorię,& dicit, quod ille tex.optime facit
pro opinione Spe.ſ.vt prçfixio termini ad dilatorias proponē
das,non extendatur ad declinatorias, nam hæ duę exceptio-
nes ponuntur,vt diuerſę in d.cle.ſed D.Abb.in hoc non perſi
ſtit,& dicit, quod melius poteſt ſic diſtingui, quod aut is qui
querebat ſit pro iudice erat talis quem conſenſu meo pote-
ram mihi iudicem facere,& tunc non potero poſt terminum
opponere declinatoriam,quam ſcienter omiſi, videor enim
illi renunciaſſe, & hoc probat iſto modo iſta præfixio termi-
nini de qua in tex.habet vim litis conteſtationis, quo ad ex-
cludendam oppoſitionem exceptionum dilatoriarum, & de
clinatoriarum,vt hic pro hoc facit quod no.Inn.in c.ex ratio
34 ne.de appella,vbi dicit,quod terminus † hominis ſubrogatus
in locum termini iuris cenſetur eſſe idem,quod terminus iu-
ris,facit c.cum ſit Romana.& c.perſonas.de appel ſed poſt ter
minum iuris.ſ.litis conteſtationis non poteſt opponi declina-
toria,vt in c inter monaſterium.de re iudic.ergo nec poſt ter-
minum hominis, & dicit non eſſe faciendam vim, an fuerit
ſtatutus terminus ſimpliciter ad proponendas dilatorias, an
35 vero ad proponendas declinatorias, quia quęlibet†declinato
ria iudicis eſt dilatoria, vt probatur in d.c. inter monaſteriū.
de re iudi.facit iii.q.iii.offeratur.& dicit,quod ſatis videtur in-
nuere hoc iſte tex.cum mandet iſtum terminum præfigi, ne
cauſarum terminatio prorogetur,quę quidem ratio vendicat
ſibi locum tam in declinatoria,quam in dilatoria, alias non
ſufficienter ſubrogaretur iſte terminus in locum conteſtatio
nis,contra c.maiores.in prin.de bap.& contra c.eccleſia. vt li
te penden.nec obſtat d.cle.quia ibi ad maiorem cautelam ex
primitur de declinatoriis,& hoc mihi placet, & hoc ſenſit ēt
36 iſta gloſſ. dum facit mentionem de†exceptione recuſationis,
quæ eſt declinatoria.idem ſenſit Hoſtien.& Ioan. And. ſuper
tex.in verbo,a iudice. Aut eſt talis iudex quem pars non pōt
facere iudicem, & tunc poſt lapſum termini poteſt oppone-
re contra iudicem. Immo etiam poſt ſententiam poteſt alle-
37 gare illum non iudicem allegando nullitatem, quia taciturv
nitas nihil operatur,ex quo non poteſt fieri iudex, ad hoc q̄d
no.Ioan.And.in regula ſcienti.lib.vi.& glo.in l.j.C.vbi de cri-
mine agi opor.& in clemen.j.in fi.glo.fin.de ſequeſtra.poſſeſ.
& fruct.& in clemen.prima de re iudic.Vnde ſi poteſt opponi
de incompetentia iudicis poſt ſententiam multo fortius poſt
lapſum termini,& hoc caſu procedit dictum Spe.& ex his po
teſt addi ſextus caſus in quo poteſt opponi dilatoria non ob-
ſtante lapſu termini. In gl.in verbo,audiantur.diuide ipſam
in duas partes.In prima glo.tractar,an poſt terminum poſſint
opponi exceptiones contrarię.In ſecunda,an poſt lapſum ter
mini poſſit deduci per viam agendi illud quod non fuit op-
poſitum infra terminum per viam excipiendi. In prima par
te Butri.dicit,quod contrarietas non excuſat cum poſſit reus
opponere exceptiones contrarias cum diſtinctione,puta op-
pono iſtam exceptionem,vel illam,vel vnam pure,vel alterā
ſub conditione,vt regula nullus pluralibus.lib.vi. ſed D.Ab.
hic multum inſtat,tandem reſidet cum diſtinctione Barto. in
l.nemo.ff.eodem. Ex qua facias tres concluſiones. Prima
38 eſt,ſi reſultat contrarietas in eadem † exceptione non admit
titur volens ea vti.l.j.§.ſed ſi alius.ff.quando appella.ſit.puta ſi
reus vult eandem exceptionem opponere nomine ſuo,& no
mine alieno,non poteſt fieri idem actus nomine proprio, &
39 mine alieno. Secunda concluſio,ſi† reus proponit duas ex-
ceptiones cōtrarias, & ad ipſum pertinet onus probandi vtrā
que,poteſt vtranque ſimul opponere,vt in c.auditis.& c. cum
olim.de præſcrip.puta ſi opponit exceptionem præſcriptionis
ad idem c.cum perſonę.de priuile.in vi.iſtę enim exceptiones
ſunt contrarię,ſi enim exemptus ſum per priuilegium nō poſ
40 ſum præſcribere exemptionem,quia † nemo præſcribit rem
ſuam,neque ius quod habet,ſed rem alienam,vel ius alterius.
tamē probatio vtriuſque exceptionis pertinet ad excipientē,
41 ideo poſſunt ſimul proponi. Tertia cōcluſio,vbi†exceptio
nes ſunt contrariæ onus probandi vnam incumbit actori, &
onus probandi aliam incumbit reo ordine ſucceſſiuo. Exē-
plū,nego pecuniam mihi numeratam. Item dico,quod tibi
ſolui,nam quatenus nego pecuniam mihi mutuatam incū-
bit actori onus probandi, quatenus autem dico, quod ſolui
incumbit mihi onus probandi,& ſic reſultaret quędam con-
trarietas etiam in ordine probandi,ideo non debent admitti
tales exceptiones ſimul propoſitę,ſed D.Ab.dicit hoc eſſe ve-
rum, niſi vna proponatur pure altera conditionaliter, puta
nego pecuniam mihi mutuatam, & ſi apparet te mihi mu-
tuaſſe dico me ſoluiſſe,& iſta fuit theorica.glo.in l.ſi quidem.
C.de excep.& l.non vtique.ff.eodem ti.vbi etiam per Bar.hoc
tamen puto intelligendum, niſi eſſet talis contrarietas q̄ im-
pediret concurſum omnino contrariarum exceptionum etiā
conditionaliter,puta ſi proponens exceptiones contrarias cō
uinceretur ex tali propoſitione de mendacio,& iſta fuit theo
rica Dy.in dicta regula nullus pluribus in vi.vbi dicit, quod ſi
illud quod ponitur in vna exceptione non poteſt concurre-
re cum eo,quod ponitur in alia,non poſſunt nec ſimul, nec
ſucceſſiue proponi,quia reus conuinceretur de mendacio, al
legat auth.contra qui propriam.C.de non nu.pecun.& l.j.ff.ſi
qua.pau.fec.di.& l.quoties.§.prętor.ff.de noxalib.non enim
dēt ad admitti allegādū turpitudinē ſuā,vt in c.inter dilectos.
42 de dona.Vtrum autem†replicationes contrariæ poſſint ſimul
proponi.Bar.in d.l.nemo.in fi.ſentit,quod idem ſit dicendum
prout dicitur de exceptionibus contrariis. & dicit D. Abb. ꝙ
ex his apparet,quod glo.non bene dicit, quia reus ſatis poteſt
proponere exceptiones contrarias,ſicut ſupradictum eſt. Itē
poteſt vnam proponere, & de aliis proteſtari, & ſeruabitur
hoc mō mens huius cap.& etiam verba. In ſecunda parte gl.
poteſt hæc glo.dupliciter intelligi.Primo, quod ſtatuto termi
43 no ad agēdum non propter ea perditur actio †lapſo termino
& iſte intellectus non eſt verus, quia in effectu perditur actio
ſicut exceptio,vt in l.diffamari.C.de inge. & manu. & in l.Ti-
tia.ff.de accu.& in c.lator.qui fi.ſint leg. & in c. conquerente.
de offi.ordina.vbi per Innocen.& dicit D.Abb.quod non cre-
dit gloſſ.habuiſſe hunc intellectum cum ſentiat contrarium
in ſequentibus. Secundo poteſt intelligi, quod ſtatuto ter-
mino ad exceptiones proponendas non perdatur actio.ſ. ſur-
gens ex illa materia,ex qua poterat excipi, & iſtam glo. ſic in
telligit Ioan.And.& Doct.vt dicunt hic But.& D. Abb.& po
nunt exemplum in ſolutione de qua poteſt excipi,& agi,vt in
c.ſecundo.de ordi.cogni. nam ſi in termino præfixo ad dilato
rias proponendas ſpoliatus non excipit, non impeditur pro
pter hoc deducere ſpoliationem per viam agendi,qa ad aliud
nunc agitur.idem in ſimili notant Docto.in d.c.ii.& Fede.de

Sen.

Sen.conſilio ſuo xvi.& Ioan.And.in regula mora.lib.vi. & di
cunt Fede.de Sen.& Io.And. quod ſtatuto termino ad propo
nendas exceptiones contra ſubreptitie promotum poterit agi
lapſo termino, vt remoueatur etiam ab illo cui terminus fuit
ſtatutus, & maxime quando promotio fuit nulla.ad hoc de
appel.conſtitutus.& idem dicunt hic Butr.& D.Abb. In glo.
in verbo,de nouo.Aduerte,quia iſta gl.reſpicit ſecundum ca-
ſum in textu exceptum. ſ. quando exceptio eſt de nouo orta
poſt lapſum termini,& dicit,quod exceptio tex. habet locum
etiam ſi ſit orta poſt litis conteſta.per c. inſinuante. de officio
delega.vbi etiam idem tenet glo. & Innocen.& de hoc etiam
eſt tex.& glo.in l.ii.C.de conſor.eiuſ. litis.ſed Innocen.in ca.ii.
de ordi.cog.hoc voluit limitare dicens, quod ſi ſuper materia
exceptionis nouiter ortæ eſt prouiſum de remedio agendi,
non poteſt poſt litis conteſtatio. excipi, pone exemplum
ſi quis poſt litis conteſt. eſt ſpoliatus, nam poteſt petere dire-
cte ſe reſtitui,ſed Ioan.Cal.in c.fi.e.ti.tenet contrarium per re-
gulę qui ad agendum.in vi.& hęc opi.placet D.Ab. per iſtum
tex. qui indiſtincte admittit exceptionem ortam poſt termi-
num,nam iſte terminus ſubrogatur in locum litis conte. vt ſu
ſupra dictum eſt. In glo.in verbo,poſt litis conte. iſta glo.re
ſpicit tertium caſum exceptum in tex. ſ. quando excipiens iu-
rat,quod exceptio nouiter peruenit ad notitiam poſt termi-
num, quod poteſt eam opponere non obſtante lapſu termi-
ni,& iſtam glo.diuide in tres partes.In prima colligit,quod iu
ramẽtum eſt legitima probatio,de quo dixi in c. pręſentium.
ſupra de teſtib. In ſecunda an exceptio veniens ad notitiam
poſt litis conteſt.poſſit opponi.In tertia, an ſufficiat ignoran-
tia iuris,an vero requiratur ignorantia facti.Secunda ibi, ſed
quid ſi poſt litis conte. Tertia ibi circa fin.& quod dicit hic.
44 In ſecunda parte glo.hæc gloſſ.ſentit, quod†exceptio veniens
ad notitiam poſt litis conteſta.non poſſit opponi. Sed Innoc.
& Hoſtien.hic tenent contrarium,ẽi ſentit Goffre.in ſumma
huius ti.§.ſciendum.& Spe.in titu.de recuſatione.§.fi.& glo.in
l.exceptionem.C.de proba.& glo.& Archi.iii.qõ.vi. exceptio.
ſed But.& D.Abb. diſtingunt concordando opi.quod aut po-
teſt imputari negligentia quare non oppoſuit debito tempo-
re,& tunc procedit iſta glo.quæ hoc ſentit,dum dicit,quod ab
initio debuit inquirere de huiuſmodi dilatoriis, quia vigilan-
tibus,& non dormientibus iura ſubueniunt. Item dum dicit,
quod facilitati,& negligentię ſuę imputari debet,facit c.inno
tuit.de elect.& c.nulli.in verbo,ſimiliter.de elec.in vi. Aut nul
la negligentia poteſt imputari,& tunc procedit opi.contraria
ſ.quod poſſit opponi poſt litis conte.& dicit D.Ab. quod hoc
modo etiam diſtinguit Ioan.Cal.in c.fina.de ordin.cognition.
45 In tertia parte glo.intellige glo.quod ignorantia†facti eſt quã
do ignorabam iudicem eſſe conſanguineum partis, nam po-
ſtea certificatus de conſanguinitate poſſum eum recuſare,ni-
ſi negligentia,vel culpa poſſit imputari, vt puta ſi erat noto-
rium,vel famoſum,quod iudex eſſet conſanguineus partis ad
uerſæ.Ignorantia vero iuris eſt,quãdo ſciebam ipſum conſan
guineum, ſed ignorabam ipſum poſſe propter hoc recuſari,
tunc enim mihi eſt imputandum ſecundum gloſſ.& idem ſe-
quitur hic Ioan.An.& Ioan.Cal.in c.fi.de ord.cogn.& D.Ab.
hic,& etiam But.qui tamen hoc limitat, niſi eſſet probabilis
dubitatio iuris, nam tunc poſſet proponere poſt terminum,
allegat no.per Bar.in l.quod Nerua.ff.depoſiti & in c.cum ſpe
ciali.de appella.tu vide no.per D.Do.poſt Ioan. And in c.j.ſu-
per glo.in verbo,probabiliter.in capitu. j.de poſtula. præla. in
46 vi.vbi etiã tenet,quod probabilis ignorantia†iuris excuſat, &
per hoc dicit But.quod error extrauagantis excuſat,allegat c.
paſtoralis.de fide inſtru.& quod no.Barto.in l.cum prolatis.ff.
de re iudi.& ſic dicit debere intelligi Spec. eodem ti.§.nunc vi
dendum.ver.quod ſi iudex. Ex quo conclude,quod nedum
error iuris probabilis excuſet non opponentem infra termi-
num,ita quod eo lapſo admittitur ad opponẽdum. Sed dubi
tatur circa iſtam glo. nunquid poſt lapſum termini audiatur
47 volens opponere in cauſa†appellationis,Butri.dicit, quod ſic
per c.cum Ioannes, de fide inſtrumen. & per l.per hanc.C.de
tempo.appella.& per no.in c. fraternitatis. ſupra de teſti.nam
48 † terminus ſtatutus ab homine reſtringitur ad inſtantiam,eſt
enim quædam comminatio non ſe extendens ad cauſam ap
pellationis.c. comminatus,vel epiſtolas,per totum.& allegat
no. per Ioan. Monachum in capitu. cupientes. §. quod ſi per
viginti. in verbo, priuatos. & ibi Archidiaconus, & Ioannes
An.in ver.plenam,& eiuſdẽ Arc.24.q.3.de illicita. & gl.in c. fi.
in verbo, vltra decendium.de appel.in vi.& Ioan.An.ibi ſuper
tertia glo.Sed D.Ab.tenet contrarium,quia iſte terminus qui
ſtatuitur a iudice ad proponẽdas dilatorias ſuccedit loco ter
mini,ſ.conteſtationis litis,ergo debet etiam cenſeri eodem iu
re cum illo,vt no.Innocen.in c.ex ratione.de appella.ſicut er-
49 go in cauſa† appellationis,non licet proponere dilatorias nõ
oppoſitas ante litis conte. vt notabiliter probatur in l.ita de-
mum.C. de procur. ita non debet opponere dilatoriam omiſ
ſam in hoc termino,nam vt dicit Bar.in dicta l.ita demum.ap-
pellatio reſtituit cauſam ad eum ſtatum in quo erat poſt litis
conteſt.vt hic probatur,ſed iſte terminus habet vim conteſta-
tionis,quo ad excluſionem dilatoriarum, ergo non reſtitui-
tur appellãs poſt appellationem ad ſtatum cauſę, in quo erat
ante lapſum termini.Item ſi bene põderetur ratio literę mili-
tat tam inſtantia cauſę principalis, quam inſtantia cauſę ap-
pellationis,ergo idem debet eſſe,vt in clemen.ii. de teſti.& re-
ſpondet D.Abb.ad iura in contrarium allegata dicens, quod
procedunt in termino peremptorio ſtatuto ad probandam
exceptionem peremptoriam, vel intentionem principalem,
ſed nos loquimur in termino præfixo ad dilatorias proponẽ-
das,cuius effectus non reſſumitur per appellationem, vt ſ. di-
xi.ſed Bu.hic ſenſit ar.D.Abb.nam dicit,quod l. ita demum ꝓ
cedit in termino iuris qui per appellationem non reſcinditur
ſed quæſtio noſtra loquitur ĩ termino ſtatuto ab homine qui
reſcinditur per appellationem, vt autem intelligas iſtum ar-
ticulum facias tres caſus. Primus eſt,quando ſignatus eſt ter
minus ad opponendam peremptoriam, vel ad probandam
intentionem principalem,& hoc caſu planum eſt,ſecundum
omnes,quod poterit in cauſa appellationis proponi exceptio
peremptoria per reum, vel probari intentio principalis per
actorem, quia ſtatuitio talis termini non extenditur ad cau-
ſam appellationis. Secundus caſus eſt, quando appellatum
eſt elapſo termino ꝑemptorio ad opponẽdas dilatorias poſt
tamen litis conteſt.in cauſa principali, & in hoc etiam cõcor
dant omnes,quod non poſſit opponi dilatoria in cauſa appel
lationis. Tertius caſus eſt, quando eſt appoſitum ante litis
conte.elapſo tamen termino ad opponẽdas dilatorias,& in
hoc eſt diſcordia inter Bu.& D.Abb.quia Bu.vult,quod poſſit
opponi exceptio dilatoria in cauſa appellationis, etiam la-
pſo termino ſtatuto per iudicẽ a quo. Nec obſtat l. ita demũ.
C.de procur. quia loquitur,quando eſt lapſus terminus iuris,
ſed nos loquimur in termino hominis. D. autem Abb.tenet
cõtrarium,quia terminus hominis ſubrogatur in locum ter
mini iuris.Mihi autem videtur verior opi. Bu. quã etiam ſen
tiunt Doct.per ipſum allegati, ex quo enim apppellatum eſt
ante litis conte.illa ſtatuitio termini facta per iudicem a quo,
non debet ſe extendere ad cauſam appellationis. Ex quo eſt
mutatus iudex,facit l.oratione.ff.de feriis.& conſuluit. de offi.
deleg.nec eſt verum, quod ſtatuitio termini habeat vim litis
conteſtationis,quo ad omnia, ſed ſolum quo ad hoc vt exci-
piens non audiatur poſt terminum,& ſic iſta ſtatuitio termi-
ni non debet ſe extendere ad cauſam appellationis, licet litis
conteſtatio,quę eſt terminus iuris ſe extendat ad cauſam ap-
pellationis,vnde tutius eſt tenere opi.But.quam etiam ſentiũt
Docto.per eum allegati. Extra gl.quæro de aliquibus,& pri
mo,an ſi iudex a principio non præfixit terminum,ſed ſtatuit
terminum reo ad deliberandum,an velit cedere, vel conten-
dere,iuxta id quod habetur in authen.offeratur.C. de litis cõ-
50 conte.canonizata.iii.q.iii.offeratur. Reus vero† comparens
in termino petit inducias ad proponendũ exceptiones dilato
rias,an dari debeant tales induciæ?In hoc Bu.& D.Abb.mul-
tum inſtant.Tu autem diſcurre per quatuor caſus. Primus
eſt,quando reus comparet in termino præfixo ad reſponden-
dum libello,& petit terminum ad opponendas dilatorias,&
declinatorias,& hoc caſu Inn.Hoſ.Bu.& D.Ab.tenent, quod
51 non debet dari terminus,quia †terminus datus ad reſpondẽ-
dum libello intelligitur etiam tacite datus ad opponendas de
clinatorias,& dilatorias,& hoc tenet Barto.in l.j.in prin.ff. de
edendo. Secundus caſus eſt,quando ante finem termini ſta
tuti ad reſpondendum libello reus comparet, & hoc caſu di-
cit Butri.quod debet aſſignari ſibi terminus ad opponendum
52 exceptiones dilatorias,dummodo non excedat†terminum ꝑ
fixum a iure ad reſpondendum libello,qui eſt viginti dierum
vt in d.auth.offeratur.& hoc etiam tenuit Spe. in tit.de dila.§.
nunc videamus.verſi.in ſumma,qui dicit,ꝙ iudex non poteſt
aſſignare terminum ad proponendas dilatorias, qui excedit
terminum viginti dierum,de quo in d.auth.offeratur,quia ter
minus iſte venit ad abreuiationem licitum, vt hic dicitur.Vn
de non debet operari contrarium,ſ.protractionem litiũ, ſed
D.Abb.hic tenet contrarium,quia auth.offeratur,non loqui
tur de termino ad proponendas dilatorias,ſed de termino ad
deliberandum,an velit cedere,vel litẽ conteſtari,vel iudicem
recuſare,vel aliam exceptionem opponere,non autem tene-
tur vigore illius termini proponere omnes dilatorias, ſimul
ita quod poſtea non audiatur, quia poſſet eſſe magni preiu-
dicii propter magnitudinem cauſæ,& per hoc dicit hunc ter-
minum fore arbitrarium,ar.in l.j.ff.de iure delibe.& in ca.j.de
dila.cum ibi nota.ſed iſta ratio D.Abb.mihi non placet,quia
cum litis conteſtatio ſit terminus excluſiuus dilatoriarum, vt
in c.inter monaſterium.de re iudic. per conſequens terminus
preiu-

prçfixus ad litem conteſtandam intelligitur præfixus ad op
ponendas dilatorias,vnde dic melius,quod terminus dictorũ
viginti dierum poteſt breuiari,& prorogari per iudicem ex cã
cum detur interueniente miniſterio iudicis, hoc tenet Bart.
& Docto.in d.authen.offeratur.C.de litis conte.ſicut ergo po
teſt terminus dictorum viginti dierum qui datur ad litem cõ
teſtatam per iudicem prorogari.i.longior dari,ita etiam ex cã
poteſt dari longior dilatio,quã ſint viginti dies, in alio etiam
diſcrepat D.Abb.ab eo quod dicit Bu.dicit enim,quod ſi reus
non opponit aliquam exceptionem dilatoriam,ſed etiam pe
tit ſibi terminum aſſignari ad proponendas dilatorias, quod
non debet audiri,niſi iudex ex iuſta cauſa viderit hoc eſſe cõ
cedendum, quia poſſet malignari petendo terminum cauſa
ſubterfugii cum nullã forte habeat exceptionem dilatoriam.
vnde cum iſtud cap. veniat ad abbreuiandas lites, non debet
eſſe cauſa prorogandi,& dicit D.Abb.quod idem ſentit Spec.
in dicto §.in ſumma.ſed mihi placet opin.Butri. ſcilicet quod
53 reus†indiſtincte poſſit petere ſibi aſſignari terminum etiam ſi
nullam exceptionem opponat per iſtum tex. qui loquitur in
diſtincte,& idem ſentit hic Bald.dicit enim, quod etiam reus
actore non inſtante poteſt petere ſibi aſſignari terminum ad
opponendas dilatorias, ſi enim vult ſe arctare mos ei geren-
dus eſt.l.circa cum.ff.de probation. Fateor tamen, quod iu-
dex debet aſſignare maiorem terminum, quã ſit ille in quo
debet fieri litis conte.niſi ex cauſa, vt ſupradixi,& ſi præſum-
ptio,ſeu ſuſpicio malitię ſubeſſet poſſet iudex exigere iuramẽ
tum malitiæ,vt in c.fin. de iuramen.calum.in vi. Tertius ca
ſus eſt, quando reus a principio non ſtatuito ſibi aliquo ter-
mino cõparet a principio petens ſibi terminũ aſſignari ad di-
latorias proponendas, & hoc dicit Guil.Naſo. & Ioan.And.
in d.ver.in ſumma in addi.quod ſi nullam dilatoriam propo
nit,iudex debet ſtatuere ſibi terminum infra quem proponat
dilatorias,& reſpondeat libello,& cum his tranſit hic D.Ab.
& ſic ſentiunt,quod ſi reus a principio opponit exceptionem
dilatoriam, quod iudex debeat ſtatuere terminum ad illam
proponendam,nõ aũt ad aľs dilatorias proponendas,ex quo
enim iam eſt ꝓpoſita dilatoria eſt aliqua præſumptio, quod
reus velit protelere litem. & per conſequens ſufficit,quod ad
exceptionem propoſitam probandam aſſignetur terminus.

Quartus caſus eſt, quado reus in termino præfixo ad litem
conteſtatam proponit aliquam dilatoriam, & hoc caſu dicit
D.Abb.quod ſi petit terminum ad proponendum omnes,aľs
dilatorias iudex non debet denegare,immo ex officio ſuo po
tius debet indigere,quia poſſet reus ſucceſſiue proponendo ꝓ
bare dilatorias prorogare iudicium cui prorogationi obuia
tur ſi terminus ſtatuitur ad omnes dilatorias proponendas,
nam tex.in d.auth.offeratur.non dicit,quod reus debet oppo
nere omnes dilatorias,ſed dicit,quod poteſt in termino præfi
xo ad reſpondendum libello recuſare iudicem, tanquam ſu-
ſpectum. ſicut ergo poteſt in termino prçfixo ad reſponden-
dum iudicem recuſare,ita poteſt etiam aliam dilatoriam pro
ponere,& hoc modo limita Innocen.& Hoſtien,hic, dum di
cunt,quod reus non poteſt petere terminum ſibi aſſignari ad
dilatorias proponendas, nam debent intelligi, quando reus
comparet in termino ſibi aſſignato, & nullam exceptionem
opponit,& ſic intelligẽ quod dixi ſupra in princi.caſu. Et ex
54 his D.Abb.dat cautelam iudici, vt†iudex in citatione inſerat
tenorem libelli,& præfigat terminum ad reſpondẽdum libel
lo,& ad dilatorias proponendas,& remittit ad no. per ſe.in c.
ij.de dilatio.Et ex his infertur ad cuius petitionem debeat præ
55 figi†terminus,de quo in tex.& dicendum eſt ſecundum Doct.
quod debet præfigi ad petitionem actoris, in cuius fauorem
prĩcipaliter emanauit hæc prouiſio,ſed dic,quod poteſt prçfi
gi etiam ad inſtãtiam rei in caſibus ſupradictis.Item iudex ex
officio poteſt hunc terminum prçfigere, quia boni iudicis eſt
lites dirimere,& maltiis obuiare, l. quidam extimauerit. ff. ſi
cer.peta.& in c.fi.de dolo.& contu. & hoc ſequitur etiam hic
D.Abb.& allegat Spe.in d.ver. in ſumma. Vltimo queritur
56 †an iudex ex officio ſuo poſſit dilatoriam opponere poſt lap-
ſum termini in caſibus, in quibus poteſt ex officio ſupplere,
& Bu.& D.Abb.hic dicunt,quod ſic,& allegat bon. glo.ii.q.j.
in primis.in verbo.quærendum.quæ dicit, quod iudex ex offi-
cio ſuo poteſt inquirere de condictione teſtium, etiam poſt-
quam pars excluſa eſt ab opponendo contra perſonas teſtiũ,
57 ex qua glo.poteſt colligi,quod iſti termini†iudiciales, licet ex
cludant partem. non tamen excludunt iudicem, pro hoc vi-
detur bonus tex.in ca. cum Ioannes.de fide inſtrumen.& vide
glo. no.in c.j.in ver.abſentia.in fi.de elec.in vi.quæ dicit, quod
licet pars non poſſit opponere contra procuratorem poſt litis
conte.iudex tamen poteſt opponere, & compellere procura-
58 torem†ad exhibendum ſibi mandatum, vel ad cauendum de
rato,ſi dubitatur de mandato.D.etiam Ab.allegat Arch.xxij.
q.ii.in ſumma.qui dicit,quod licet pars poſt terminum nõ poſ
ſit excipere, poteſt tamen exceptionem prius propoſitam de-
clarare,quia ille qui declarat nihil agit,l.hæredes palam.§.ſed
ſi notam.ff.de teſta.facit c.cum dilecti.de accu.vbi eſt tex.not.
facit etiam quod no.Inno.in c.per inquiſitionem.de election.

Docto.etiam hic, alias quæſtiones examinant,ſed quę dixi
videntur ſufficere. De exceptione autem dilatoria ſolutio-
nis,& ſimilibus videbimus.j.eo.exceptionem.

## *SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus excipere,& appellare,omnemque ſuam defenſionem facere poteſt,non autem reconuenire poteſt.*

2 *Nocentem abſoluere minus malum eſt, quam innocentem condemnare.*

3 *Excommunicatus per procuratorem comparere poteſt.*

4 *Excommunicatus an perſonaliter ſe defendere poſſit.*

5 *Iudices omnes ſuper cauſa delegati,ſi fuerint ſuſpecti poſſunt delegari vt ſuſpecti.*

6 *Iuriſdictio iudicum aliorum ceſſat per mortem vnius ex delegatis.*

7 *Suſpectus poteſt recuſari coram collega,vel collegis.*

8 *Excommunicatus alium impugnare directe, vel indirecte non permittitur.*

9 *Declinatoria omnis iudicii,maxime quando iudex recuſatur dici poteſt defenſio.*

10 *Exceptio fundatur ſuper æquitate.*

11 *Defenſio eſt de iure naturali.*

12 *Exceptiones aliquæ dicuntur odioſæ, & quæ ſint fauorabiles,alibi remittitur.*

13 *Iudicium non debet claudicare.*

14 *Acceptio perſonarum,an ſit peccatum mortale.*

15 *Papa in dubio cenſetur velle committere cauſam iudici, & quando dicatur facere ex certa ſcientia.*

16 *Motus proprius,& ſcientia certa principis, probantur ex literis eius,& non aliter.*

17 *Priuilegium,ſeu indulgentia Papæ,an per teſtes probari poſſint.*

18 *Differentia inter motum proprium,& certam ſcientia principis.*

19 *Vno conceſſo videntur omnia ſimul fore conceſſa.*

20 *Reconuentio non eſt extenſio,ſed impugnatio, & quod vbi prohibetur conuenntio intelligitur etiam probita reconuentio.*

21 *Commiſſio facta a Papa in iudicem ſuſpectum ex certa ſcientia, an valeat.*

22 *Iniuriæ non debent naſci vbi iura naſcuntur*

23 *Recuſatio iudicis eſt de iure naturali.*

24 *Princeps ſine cauſa non poteſt tollere ea,quæ ſunt iuris naturalis.*

25 *Papa non habet licentiam peccandi, nec poteſtatem mandandi alteri, vt peccatum committat.*

26 *Excommunicatus in caſibus,in quibus poteſt eſſe in iudicio, an poſſit petere ſententiam pro ſe ferri,& diſcurritur per caſus.*

27 *Sententia allegta iniuſta,excommunicatus debet abſolui incontinenti, & poſtea debet diſputari,an iuſte fuerat condemnatus.*

28 *Excommunicatus exiſtens in iudicio, vt reus an poſſit petere ſententiam pro ſe ferri.*

29 *Excommunicatus non videtur admittendus ad excipiendum,quia reus in exceptionibus eſt actor.*

30 *Appellatio eſt quædam defenſio principaliter inſtituta ad remouendum grauamen.*

31 *Excommunicatus nunquid poſſit eſſe in iudicio ſemper,vt reus,& an appellare poſſit.*

32 *Defenſio tamen mera indiſtincte permittitur excommunicato.*

33 *Excommunicatus agens contra reum fugitiuum,debet audiri.*

34 *Interruptio omnis naturalis prodeſt omnibus,non ita ciuilis.*

35 *Præſcriptio an interrumpatur per actum nullum.*

36 *Excommunicatus contra quem fuit facta immiſsio in poſſeſſionem ob contumaciam,an petere poſsit poſſeſsionem reſtitui durante excommunicatione vbi diſtinguitur.*

37 *Excommunicatus petendo reſcindi factum quod eſt contra ſe, vel poſſeſsionem reſtitui dicitur actor.*

38 *Excommunicatus an valeat indiſtincte appellare.*

39 *Excommunicatus an poſsit proſequi appellationem per aduerſarium interpoſitam,eo non proſequente,vbi diſtinguit.*

40 *Appellans extra iudicium, ſi poſtea excommunicetur, an apellationem proſequi poſsit.*

41 *Appellatio extraiudicialis, proprie & ſtricte loquendo non eſt appellatio.*

42 *Excommunicatus poſt abſolutionem,an poſsit appellare,& reſtitutionem petere ad appellandum.*

43 *Excommunicatus poteſt ab actu iudiciali appellare.*

44 *Actus iudicis,an valeat contra excommunicatum, & an poſsit petere illud retractari.*

45 *Proceſſus factus contra excommunicatum eo non vocato eſt nullus, nec excommunicato iuramentum defertur.*

46 *Decimę non ſunt ſoluendę presbytero parochiali ſacramenta non exhibenti.*

47 *Decimæ*

47 *Decimæ debentur in recompenſatione ſacramentorum.*
48 *Sententia lata a iudice ſuſpecto, an ſit reuocanda, probata ſuſpicione.*
49 *Surreptio non vitiat literas ad lites ipſo iure.*
50 *Proceſſus factus poſt recuſationem iudicis, an ſit nullus ipſo iure remittit.*
51 *Compenſans videtur quodammodo agere.*
52 *Defenſio omnis reſeruatur excommunicato.*
53 *Excommonicatus repellitur a iudicio, quatenus alium ſtimulat.*
54 *Exceptio peremptoria non poteſt opponi poteſt ſententiam quę tranſit in rem iudicatam.*
55 *Fdeiuſſor excommunicati nunquid poſsit debitum compenſare.*
56 *Exceptio perſonalis reo competens ad fideiuſſorem non extenditur.*
57 *Officium iudicis an excommunicatus implorare poſsit ſuper exceptione, vt ea proabata imponatur actori ſilentium.*
58 *Lucratur ſatis, qui ſatisfacit ſuæ voluntati.*
59 *Excommunicatus non poteſt proſequi iniuriam propriam, quia iura indiſtincte repellunt.*
60 *Exommunicatus an poſsit donationem inſinuare, vel bonorum poſſeſsionẽ agnoſcere.*
61 *Actus auctoritatis ſunt interdicti publice excommunicatis ipſo iure vbi plures actus enumerantur.*
62 *Reſcriptum impetratum ab excommunicato non valet.*
63 *Iudex poteſt ex officio excipere, & excommunicatum repellere.*

## CAP. V.

CVm inter. Excommunicatus excipere ap
pellare,& omnem ſuam defen
1 ſionem facere poteſt,ſed†reconuenire nõ poteſt.
hoc dicit.Communis diuiſio.Secunda ibi,inquiſi
tioni. In tex.ibi,& nobilem virum.ſ.ſe defenden
tem,& ſic erat reus.Item ibi, duos ex vobis habeat ſuſpectos,
intelligi debet,quod expreſſit cauſam legitimam inſcriptis de
officio delegati.ſuſpicionis,de app.cum ſpeciali.& eo.ti. legiti
ma.in vi.Hoſt.Item ibi, cum eſſet vinculo excommunicatio-
nis aſtrictus.ſ. ipſe nobilis cuius procurator in cauſa compar-
uerat,ſeu comparebat.Item ibi,& infra formabatur qõ an ad
mittenda eſſet quęſtio de parte ipſius nobilis.Item ibi,claudi-
care. Claudicaret autem iudicium ſi audiretur impugnatio
& non defenſio.Item ibi,quia ſic condemnaretur multotiens
abſoluẽdus,ſenſus eſt,quod ſi liceret actori impugnare,& reo
non liceret ſe defendere multotiens condemnaretur abſoluẽ-
dus propter non admiſſas defenſiones ipſius rei,quod ferri nõ
2 debet, immo minus malum eſt†nocentem abſoluere, quam
innocentem condemnare.l.abſentem.ff.de pę.Item ibi,qua ra
tione in verbo, vno eodemque negocio &c. quaſi dicat ſi ex-
communicato non eſt deneganda iuſta ſententia, nec apppel
latio ei interdicenda, ſi contra iniſtitiam condemnetur nulla
ratione in eodem negocio debẽt ei ſubtrahi alia legitima ſuf
fragia,quaſi dicat , ex quo aduerſitatis ratio non occurrit,idẽ
ius eſſe debet.argu.C.de liberis p̃ter.l.j.ſ̃.de conſangui.& affin.
tua.Item in fine.ibi,ad impugnationis materiam. loquitur de
impugnatione quæ fit per viam recõuentionis. No. primo,
3 quod excommunicatus †poteſt conueniri, & reſpondere per
4 procuratorem. An autem poſſit perſonaliter † interuenire in
ſua defenſione,dic vt in c.intelleximus.dę iudi.vbi Doct.com-
muniter tenent,quod ſic,& probatur in iſto capit. dum dicit
quod legitima defenſio non eſt deneganda excommunicato,
nec obſtat verbum debet poſitum in dicto c.intelleximus,q̃a
ibi denotat honeſtatem , non autem imponit neceſſitatem,
vt ibi dicunt Docto. Not. ſecundo,quod duos ex vobis ha-
bebat ſuſpectos, &c.quod omnes iudices delegati poſſunt de
5 legari,vt ſuſpecti quando†aliquis ex eis eſt ſuſpectus,ſed D.Ab.
dicit,quod hoc eſt intelligendum,quando ille qui non eſt ſu-
ſpectus non poteſt procedere abſque ſuſpecto,ſicut enim ceſ-
6 ſat iuriſdictio†aliorum per mortem vnius,vt in c. vno delega
torum.de officio deleg.ita per ſuſpicionem,& eſt ratio, & ra-
tio rationis eſt,quia exercitium iuriſdictionis competit omni
bus delegatis non inſolidum,vt no.glo.& Docto.in c. pruden
tiam.de offi.deleg.& hoc intelligas,quando cauſa eſt ſimplici
ter delegata pluribus,ſecus ſi eſſet facta delegatio cum clauſu
la,quod ſi omnes,vel quod ſi ambo intereſſe non poſſunt,&
7 tunc † ille qui eſt ſuſpectus poteſt recuſari coram collega ,
ſeu collegis,vt in c.ſi contra vnum. de officio delega.in vi.vn-
de hoc caſu non recuſantur omnes , ſed ſolum ille qui eſt ſu-
ſpectus,& idem ſi eſſent dati plures delegati cum clauſula al-
ternatiua,vel omnes,vel duo,vel vnus de cauſa cognoſcat,vt
probatur in ç cum plures. de officio delegati. Tertio no.re-
gulam,quod excommunicatus poteſt vti omni legitima de-
8 fenſione,Impugnare†vero alium directe,vel indirectę nõ po-
teſt & hoc vltimum colligitur in fine capituli. Quarto not.
9 quod omnis declinatoria † iudicii maxime,quando iudex re-
cuſatur vt ſuſpectus poteſt dici defenſio. Quinto no. quod
eſt ſuſpectum coram ſuſpecto iudice litigare,concor.l. apertiſ
ſimi.C.de iudi.& iii.q. v. quia ſuſpecti.vbi eſt bonus tex. Se-
10 xto no.ſed ęquitas:quod†exceptio fundatur ſuper æquitate p̱
hoc facit,quia exceptio eſt defenſio,vt hic,& in l.exceptio. ff.
11 eod. Defenſio vero†eſt de iure naturali, vt in cle.paſtoralis.
de re iudi.Sunt tamen aliquę exceptiones quę ſunt odioſę, vt
12 exceptio Macedoniani hinc eſt, q̃ per errorem ſoluens nõ re
petit.l.qui exceptionem.ff.de condi.indebi. & de his exceptio-
nibus,vide bo glo.in c.ſi diligenti de foro compe.in glo.mag.
quæ declarat quæ dicantur exceptiones fauorabiles,& q̃ odio
13 ſę,& an illis poſſit renunciari. Septimo not. † quod iudiciũ
nõ debet claudicare. Claudicaret autem vbicunque iudex
penderet ad alteram partem fauore vel odio perſonæ,licet ſit
diſparitas inter perſonas, hoc probat iſte tex.dum vult , quod
iudex non magis pendeat ad vnam partem , quam ad aliam
dato,quod reus ſit excommunicatus,quia in iudicio non de-
bet eſſe acceptio perſonarum,de iudi.nouit. Et generaliter,
14 vtrum acceptio † perſonarum ſit peccatum,vide San.Thom.
ii.ii.qõ.63.quaſi per totum.& vltimo articulo tractat de acce-
ptione perſonarum in iudiciis,& concludit,quod eſt peccatũ,
& allegat prouerbiorum xviii.c.vbi dicitur accipere perſonã
in iudicio non eſt bonum,ſed ego allego Leui.19.c. vbi dicit.
non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum po-
tentis iuſte iudica proximo tuo,facit tex.14.q. v. forte vbi vo
catur diabolica ſuggeſtio ſi quis ſubtrahit diuiti auaro & cu-
pido,vt det eleemoſinã pauperib. in iudiciis ergo debet vni-
cuique,quod ſuum eſt non habita acceptione perſonarum.
15 Octauo no.q̃ Papa† in dubio non cẽſetur committere vel
le cauſam iudici, niſi appareat eum facere ex certa ſcientia.
Quando autem dicatur facere ex certa ſcientia dic, quando
hoc exprimit in literis,vt dicit glo.fi.in cle.ii. de reſcrip.& in c.
ſtatutum in verbo,literarum.de reſcri.in vi. idem dixit Bal. in
c.cum eccleſiaſticæ.ſ̃.e.vbi dicit,q̃ de certa ſcientia, & de mo-
tu proprio fieri debet expreſſa mentio in literis,& quod ſi nõ
apparẽt ex tenore literarum literę peccãt in ſtilo,& in vulga-
ri forma,nec aliter,quam per literas poteſt probari motus vel
16 certa†ſcientia principis,quia aliter literę ſunt imperfecte cum
nihil ſubſtantiale debeat omitti in literis,allegat c.ſi motu p̱
prio.de prębend.in vi.dic tamen,quod ſi princeps faceret gra-
tiam oraculo viuę vocis,& non per bullam poſſet certa ſcię-
tia probari per teſtes allegat l.omnium C. de teſta. & dicit,q̃
ita ſentit Oldra.in ſuis conſiliis.Sed hoc vltimum pendet ab il
17 lo articulo, an indulgentia, †vel priuilegium Papæ poſſit per
teſtes probari.ſed quo ad primum D.Do.in dicto c. ſtatutum.
de reſcrip.ſuper glo.in verbo,literarum.in fin.refert D.de Ro.
qui tenuerunt,quod certa ſcientia Papæ poſſit probari per te
ſtes,& ſi de ea non fiat mentio in literis , nec obſtat c.ſi motu.
proprio.de præben.in vi.quia loquitur de clauſula motus pro
18 prii,& ratio differentiæ eſt inter certam † ſcientiam principis,
& motum proprium,videlicet,quod nullus porrexit ſupplica
tionem Papæ,talis autem negatiua eſt in probabilis.l.actor.C.
de proba.& ii.q.viii. ſcientia. & voluntas Papæ nullam conti-
net negatiuam , ſed ſimplicem includit affirmatiuam,quæ eſt
probabilis propter quod concludunt,quod certa ſcientia po-
teſt probari,etiam ſi non exprimatur in literis , & ita dicunt
ſeruatum fuiſſe , & cum eis tranſit dominus Domi. in loco
præalleg. Opi.tamen gl communiter tenetur , ſcilicet quod
non poſſit probari certa ſcientia,niſi de ea fiat mentio in lite
ris. Dicit tamen hic dominus Abb. quod vbi ex literis quę
in reſcripto exprimuntur , patet de certa ſcientia Papæ hoc
ſufficit,allegat Innocen. in dicto capitulo ſtatutum. & Ioan.
And. in capitulo nonnulli. ſupra de reſcriptis. ſed ego allego
glo.in dicto capitulo ſtatutum. in verbo , literarum. quę hoc
dicit expreſſe,& ex illa gloſſ not.dominus Domi.quod vbi ex
tenore reſcripti apparet Papam hr̃e notitiam facti , & impe
dimenti a iure introducti,dicitur ſcribere ex certa ſcientia,
etiam ſi non ſit in reſcripto, quod illud concedat ex certa ſcię
tia , & dicit ſe vidiſſe propter hoc ſaluatum quoddam reſcri-
ptum in quo Papa committebat cauſam inter Petrum , &
Martinum Mutinenſem diœce.Abbatis ſancti Proculi Bono
nię, nam ex quo exprimebat impedimentum , ſcilicet quod
actor , & reus erant eiuſdem diœce. & iudex alterius videba-
tur certificatus de impedimento, & per conſequens voluiſſe
tollere ius commune quo ad illam cauſam. Item dicit do-
minus Abb.quod quando Papa gerit aliquem actum, ex cer-
ta ſcientia perinde eſt,ac ſi diceret ſe velle facere ex plenitudi
ne poteſtatis, ſi plenitudo poteſtatis requiritur in illo acto. al
legat gl.in capitulo ad hęc. de reſcriptis.facit quod no.in capi
tulo ex multiplici. de decimis. & in capitulo primo.de conſti.
in ſexto.& de hoc plene dixi in capitulo primo. de tranſactio
19 nibus. Nono no.in verſi.qua rationem, quod vno † concei
ſo videntur oĩa ſimul fore conceſſa.facit c.cũ dilecta. de cõfir.

vti vel inuti.& quod no.glo.in l.j.C.de condi.indebi.& in l.illud.C.de ſacroſan.ecc & de hoc plene dixi in c.j.de officio ordinarii.vbi examinaui,an conſtitutio comprehendens vnum caſum extendatur ad alium caſum, vbi eſt eandem ratio, & ibi etiam declaraui,quod ſi eſt poſita dictio taxatiua tantum, vel ſolummodo extenſio debeat fieri ad caſum ſimilem diuerſum vbi eſt eandem ratio.dic,vt ibi dixi. Vltimo no. ꝙ re
20 conuentio† non eſt extenſio,ſed impugnatio,& quod vbi prohibetur conuentio intelligitur etiam probita reconuentio, nam reconuentio eſt ſecunda conuentio,vt in ca.primo,& ii. de mutuis peti.& in c.ii.de ordi.cogni.Ioan. autem And.dicit per iſtam decretalem,quod ſi excommunicatus conuenitur, vt tradat rem quam vendidit,quod poteſt excipere precium ſibi non fuiſſe ſolutum,& per conſequens ſe non teneri ad tradendum.l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio.emp. de quo per eum, & in c.primo.de pact.& in c.ſi vere.de ſentē.excommu. & ita tranſit Bu.& idem dicit D.Abb.in pen.colum. ad fi.& dicit,ꝙ idem no.in c.ii.de pact.Bal.autem hic in penultima columna effundit multa verba,tandem dicit,quod illud nō eſt proprie agere,nec excipere,ſed onus ipſius contractus,vt in l.cum eo eorum.C.de ſenten.& interlo.omnium iudi. Excommunicatus autem non tenetur in plus, nec aliter quam dicta forma, & natura contractus,& ſic in effectu Bald.ſequitur opi.Ioan. And.licet vtatur aliis verbis,ſed meo iudicio magis proprie loquitur Ioan.An. quia licet vnus contractus venditionis ſit,ꝙ venditor tradit rem,& quod emptor ſoluat precium, nec teneatur excommunicatus adimplendum contractum, niſi aduerſarius impleat pro parte ſua, tamen ſi conuenitur ad rem tradendam per viam exceptionis pretii non ſoluti repellit aduerſarium, & ſic excommunicatus dicitur proprie excipere, ex quo conuenitur. Sed quæro vlterius pro declaratione tex.
21 an† ſi Papa committit cauſam iudici ſuſpecto ex certa ſcientia valeat commiſſio. Hoſtien. hic. & poſt eum Ioan. Andr. in verbo,non committat.dicunt,quod ſic per c.ex parte.ii. de officio delega.dicunt tamen,quod non decet Papam hoc facere,quia ſic de facili grauari, & condemnari poſſet innocēs, quod eſſet iniquum,ſupra de probat. quoniam.non enim de
22 bent naſci iniurię,vnde iura naſcuntur.de accuſat. qualiter & quando.el primo.& ita etiam reſidet hic Butr.D. Ab. ꝙ idem tenet Innocen.in c.extranſmiſſa.de foro compe.Ipſe vero diſtinguit, quod aut Papa committit cauſam cuius deciſio dependet a poteſtate ſua,& tunc procedit dictum Hoſt. & Doc. facit quod no.in c.venientes.de iureiu.aut non depēdet a poteſtate ſua,puta quia agitur de ſtatu perſonæ,vel de rebus temporalibus inter laicos pro quo allego no.dictum Innocen.in c.inquiſitioni.in fi.de ſenten. excomm. vbi dicit,quod ſi Papa præcipiat laico qui non ſit de ſua iuriſdictione,nec ratione ꝑſonæ,nec cauſæ,nec alia ratione non tenetur ei obedire, licet ſi eum excommunicaret deberet ſeruare excommunicationem, quia eccleſia militans eſt in poteſtate Papæ, & ad eius mandatum debent ſacramenta miniſtrari, vt nullus contra eius mandatum debet ſacramentis ſe immiſcere, modo ad propoſitum,dicit D. Abb. quod ſine cauſa non poterit Papa committere cauſam iudici ſuſpecto parte reluctante, quia re
23 cuſatio† iudicis eſt de iure naturali,vt probatur.iii.q.v.quia ſuſpecti.& in ca.ſecundo requiris.in fi. de appell. Ea vero quæ
24 ſunt de iure naturali per principem† ſine cauſa tolli non poſſunt,vt in clemen.paſtoralis.de re iudi.& inſti.de iure natura. gentium & ciu.§.ſed naturalia.& dicit, quod hoc videtur ſentire gl.ſecunda in fi.in c.de hoc.de reſcrip.In dubio autem dicit forte cauſam eſſe præſumēdam in principe, iuxta no.in c. quæ in eccleſiarum.de conſti.& per Legiſtas.in l.fina.C.ſi cōtra ius vel vti.pub.& dicit,quod ad hanc diſtinctionem debet reduci dictum c. ex parte ii. ſupra de officio delega. Sed ego plus puto,quod etiam in dependentibus a poteſtate Papæ nō poſſit abſque iuſta cauſa cauſam committere iudici ſuſpecto, & quod ſi aliter facit commiſſio non valeat,nam probet cauſam delinquendi,ſ.quod iudex ſuſpectus ferat ſententiam in-
25 iuſtam,& quod grauet partem iniuſte, ſed Papa† non habet licentiam peccandi,nec poteſtatem mandandi alteri, vt peccatum committat.xl.diſtin.c.primo.xxiiii.q. ii.legatur ad hoc quod no.Innocen.in d.c.inquiſitioni.in fine.vbi dicit, quod ſi præceptum Papę continet peccatum, vel ex pręcepto iniuſto ꝑſumatur ſtatum eccleſiæ perturbari,vel forte alia mala euētura,tunc peccat obediēs Papæ, vnde cum ex delegatione Papæ facta iudici ſuſpecto cauſetur peccatum non debet valere talis delegatio. Vnde ego nō diſtinguendo in qua cauſa fiat commiſſio dicerem,quod aut Papa confidit de ſcientia iudicis,quod recte iudicabit, licet ſit conſanguineus alterius ex litigantibus,vel eſt ſimilis cauſa ſuſpicionis, qua non obſtantę Papa iudicat eum cui delegat cauſam recte iudicaturū propter legalitatem,de quo eſt informatus,etiam tunc valet delegatio,& ita in dubio debet pręſumi quando apparet delegationem eſſe factam tali ex certa ſcientia. Vbi autem conſtaret,quod ſine iuſta cauſa Papa delegaſſet tali, puta ſi conſtaret quod nedum eſſet conſanguineus, ſed etiam malę famæ, & criminibus irretitus, tunc dicerem, quod non valeret talis delegatio,etiam ſi apparet de certa ſcientia Papæ per ſupradicta. Et no.verba D.Abb.dum dicit,quod dicto c.ex parte.de officio delega.in quo dicitur,quod Papa ex certa ſcientia poteſt tollere legitimas exceptiones debet intelligi,quādo ex tali cauſa quæ dependet a poteſtate ſua,de quo dic, vt ibi. Se-
26 cundo quęro,nunquid excommunicatus † in caſibus in quib. poteſt eſſe in iudicio poſſit petere ſententiam pro ſe ferri, & Butri.in quodam notabili ſenſit,quod ſic. Sed D.Ab.diſtinguit, ex qua diſtinctione fac tres caſus. Primus eſt, quando excommunicatus eſt in iudicio, vt actor ĩ caſu in quo poteſt, vt puta in cauſa abſolutionis, quod eſt quando petit ſe abſolui ab excommunicatione tanquam iniuſta, & hoc caſu procedit dictum Bu.ſecundum eum, ratio eſt,quia ex quo ius permittit,vt poſſit agere pro cauſa abſolutionis, videtur etiā permittere,vt ſententiam poſſit petere,& in hoc caſu proprie loquitur iſte tex.in verſi. porro. Sed tu dic,quod poteſt etiam intelligi,quando eſt in iudicio,vt reus, & eſt in cauſa abſolutionis,quia pro eo eſt ferenda ſententia abſolutoria a petitione aduerſarii,& ita intellexit iſtum tex.Ioan.An. in verbo,abſolutionis.dum exponit.i. quia abſoluendus eſt ab impetitione actoris,& iſtum intellectum ſenſit etiam Bu.in d.notabili, & credo ipſum eſſe veriorem per ea quę ſequuntur in tex. ſequitur quod ſi contra iuſtitiam condemnetur, quod non debet denegari appellatio,& ſic loquitur non de ſententia excōmunicationis,ſed de ſententia ſuper petitione actoris,ſiue ab
27 ſolutoria,ſiue condemnatoria.Præterea † vbi ſententia excōmunicationis allegatur iniuſta debet abſolui incontinenti & poſtea debet diſputari,an fuerit iuſte,vel iniuſte cōdemnatus de hoc eſt tex.in c.per tuas.de ſenten.excommu.& in ca. cum contingat.de officio deleg. & ideo melior eſt intellectus Ioā. An.quem etiam ſentit Butr. Secundus caſus eſt, quando excommunicatus eſt actor in iudicio in caſu in quo nō poteſt, & tunc in qualibet parte iudicii poteſt repelli etiam iudicis officio,vt infra eodem.exceptionem.& in c.pia.co.tit.in vi.& in
28 clemen.prima.eodem ti. Tertius caſus eſt,quando† excommunicatus eſt in iudicio,vt reus,& hoc caſu dicit Do. Abb.ꝙ non poteſt petere ſententiam pro ſe,quia nihil poteſt in iudicio petere,licet iudex ex officio ſuo poſſit eum abſoluere ſi videt actorem non probaſſe,& per hoc dicit,quod ſi actor oblato libello negligit proſequi non valet ipſe excommunicatus petere ipſum actorem compelli ad agendum, iuxta autē quod ſemel.C.quomodo & quando iudex.& quod no.glo.in c.ii.in fi.glo.magnę.de lib.obla.quia excommunicatus ſolum poteſt ſtare in iudicio,quatenus ab alio ſtimulatur, ne reportet commodum de ſua malitia, quę ratio ceſſat actore non proſequente,& remittit ad no.in c.intelleximus.de iudi. Tu autem aduerte,quia aut actor non proſequitur litem cęptam & puto quod dicat verum Do.Abb. quia petitio, quod actor compellatur ad proſequendum habet inſtar cuiuſdam impugnationis,quæ eſt interdicta excommunicato, licite poteſt petere ſe abſolui a petitione actoris,& hoc non. In gl.prima, diuide ipſam in teres partes.In prima glo.ampliat tex.aſſignādo rationem,quare excommunicatus poteſt excipere, & appellare. In ſecunda parte opponit,& ſoluit. In tertia quęrit, & reſpondet.Secunda ibi,item qualiter.Tertia ibi, ſed quid ſi excommunicatus. In prima parte glo.pro eius expeditione opponit de l.in exceptionibus.ff.de proba. vbi dicitur,ꝙ reus
29 † in exceptionibus eſt actor, & ſic videtur, quod excommunicatus non debet admitti ad excipiendum, ſed glo. formaliter non reſpondet ad contrarium.D.autem Abb.dicit,quod reus efficitur actor in exceptione quo ad onus probandi non autē eſt proprie actor,quia non petit ſibi aliquid adiudicari, & dari,ſeu fieri.ſed ſolum intendit actorem repellere in totū, vel in parte a petitione ſua.l.exceptio.ff.e.& in c.ij.de or.co.& ſic defendit ſe aduerſus actorem, omnis aūt defenſio ſibi reſeruatur,vnde ſm gl.eadem defenſio competit excommunicato q̃ competit non excōicato,ꝑꝑ ꝙ dicit,ꝙ excommunicatus pōt
30 repellere,& applonem proſequi,quia † applo eſt q̄dam defenſio principalr inſtituta ad remouendū grauamen illatū ꝑ iudicē,vt in c.ſuggeſtū.in fi.ĩ.de ap.& in l.j. ff. de ap.Multa aūt q̃ non licent excōicato,colligit Io.An.in reg.dolo.facit in Mer. ver.iiii.& in parte ſeq.colligit multa q̃ licet excōicato, tñ pro declaratione huius partis duo ſunt videnda. Primo nunq̄d
31 † excōicatus ſemꝑ poſſit eſſe in iudicio,vt reus.Secūdo, an indiſtincte poſſit appellare, & applonē ꝓſequi. Circa primū Inn.multū ĩſtat,& dicit,ꝙ aut excōicatus eſt reus neceſſarius, & tūc pōt eſſe in iudicio,& vti qualibet defenſione, & de tali reo loqͣ̃ iſte tex.& dr̃ neceſſarius, qñ actio dirigit̃ ꝯ eū,vel ſpāliter vocat̃ ad iudiciū.Iudiciū.n.reddit̃ ĩ inuitū.l.inter ſtipulā-

tum.

tem.§.i.ff.de ver.ob. Aut comparet vt reus voluntarius, &
tunc non eſt audiendus, & dicitur voluntarius ſecundum eũ
quando non neceſſitatur per iudicem venire ad iudicium, ſed
ipſe voluntarie venit forte pro ſuo intereſſe particulari, vel ꝑ
intereſſe communi.exemplum in auth.ſi omnes.C. ſi vt ſe ab
hæred. abſti.vbi patet, ꝙ cum minor petit ſe reſtitui aduerſus
aditionem hæreditatis vocantur creditores generaliter, nõ au
tem ſpecialiter, poteſt etiam poni exemplum, in ca. veniens.
el ij.de teſti.dicit tamen Innocen.ꝙ ſi in libello ſpecificaretur
certa perſona, vt quia minor, vel eccleſia petit reſtitui contra
ſententiam latam contra ſe pro Petro, vel quia damnoſa eſt
hæreditas propter debita patris, vel propter rem ſibi legatam,
& tunc petrus veniens debet audiri etiam excommunicatio-
ne non obſtante, quia videtur reus neceſſarius, ex quo eſt ſpe
cialiter citatus, & contra ipſum ſpecialiter videt̃ dirigi actio.
Dicit tamen, ꝙ aliqui dicunt etiam hoc caſu ipſum repellen-
dum propter excommunicationem. Butri. autem dicit tertiũ
non eſſe admittendum, ſi acta non præiudicant ipſi, vel etiã
ſi præiudicant, non tamen priuatur iure ſuo, vel eccleſię ſuę,
alias cum ſtimuletur a ſententia quæ ei præiudicat poterit ap
pellare, quia tunc eſt reus neceſſarius, & hoc dictum tenuit
Hoſt.j̃.eodem.dilecti.& ſentit etiam Inn.in c.ſuper his.j̃.de ac
cu.facit quod dicam.j̃.in appellatione extraiudiciali, & idem
concludit D.Abb.dicens, ꝙ aut iſte comparens pro ſuo inte-
reſſe, vult aliquid conſequi, & non admittitur, quia eſt mere
voluntarius, vt in c.pia.eo.ti.in vi. Aut vult euitare præiudi-
cium, & grauamẽ ſibi imminens, niſi comparcat, & debet au-
diri, ſic eſt videre in appellatione, nam ad appellandum non
moleſtatur per iudicem, ſed ſolo pręiudicio ſentẽtię.eſt enim
32 mera†defenſio quæ indiſtincte permittitur excommunicato,
vt hic, & vide quod de hac materia no.j̃.eo.dilecti.& hęc pro
cedunt, quando timet pręiudicium ſibi inferendum, vel illatũ
per iudicem, ſecus ſi grauaretur extraiudicium per perſonam
priuatam, quia tunc ſecundum D.Abb.non debet audiri con
querens etiam ſi petat reſtitutionem, tanquam ſpoliatus, vt
no.in c.ii.de ordi.cogni.no.glo.pe.in c.ex inſinuatione, de pro
cura.& xxiii.di.in nomine domini.in glo.in verbo, audientiã.
quæ incipit, hic omnes caſus.in fi.& Inno.in c. cum noſtris.de
conceſ.præben.no.in c.dilectus.de reſcrip.ratio diuerſitatis eſt
ſecundum D.Abb.Primo caſu.ſ. quando vult euitare præiudi
cium, ſeu grauamen iudiciale ſe defendit, nec intendit princi-
paliter conſequi, vt hic. In ſecundo vero caſu vult conſequi
& alium impugnat, ideo non auditur, nec eſt ſibi pręiudiciũ
irreparabile ſi non audiatur, quia obtenta abſolutione pote-
rat agere. In iudicialibus vero, niſi audiretur de pręſenti non
poſſet poſtmodum agere obſtante tranſitu ſententiæ in rem
33 iudi.& per rationem prædictam dicit D.Ab.ꝙ ſi †reus eſſet fu
gitiuus excommunicatus deberet audiri, quia tunc reus ſtimu
latur ex imminenti pręiudicio, & poteſt dici quędam defen-
ſio iure ſui, & dicit Hoſt. eſſe æquiſſimum, & allegat l.ait præ-
tor.§.ſi debitorem.ff. de his quę in frau. credi.& l.nullus.C.de
iudi.vbi patet, ꝙ in defectum iudicis poteſt quis ſibi ius dice-
re. Quid autem ſi res eſt tempore peritura, D.Abb.dicit, ꝙ
non debet audiri, niſi prius faciat ſe abſolui, & hoc expreſſe
tenet Hoſt.j̃.eodem.ſignificauerunt.vbi dicit, ꝙ etiam ſi actio
excommunicati ſit tempore peritura non per hoc debet ad-
mitti, & ſi de facto fuerit admiſſus, ꝙ non valet etiam quo ad
interrumpendam pręſcriptionem, vnde dicit ſe putare, ꝙ nul
la ciuilis interruptio habeat iuuare excommunicatum argu.
ff.de regu.iu.l.quod quis.& in c.j.de poſtu. præla. Naturalis ve
34 ro interruptio†quæ omnibus prodeſt, vt in l.naturaliter.ff.de
vſucap.etiam excommunicato proderit, ſed D.Ab.dicit, quod
primum dictum ſibi non placet, ſ.quod non valeat iudicium
quo ad interrumpendam præſcriptionem, ſi excommunica-
tus de facto fuit admiſſus, quia omnia geſta coram ordinario
tenent antequam repellatur, vt in ca.pia. de exceptionibus.in
vi. Sed ſi iudicium eſſet agitatum coram delegato impetrato
tempore excommunicationis poſſet dubitari, quia geſta co-
ram tali delegato non valeat, vt in capit. primo. de reſcriptis.
in vi. vnde dicit, quod tunc eſſet incidere in dubitationem, an
35 per actum†iudicialẽ nullum interrumpat̃ pręſcriptio. de quo
remittit ad titulum de pręſcrip. Tu autem de hoc vide But.in
l.accuſaturus.ff.de adulte.& Bart.& Docto.in authen. offera-
tur.C.de litis conteſta.& in capit.illud. de præſcrip. vbi dicam,
& vbi etiam per D.Abbatem. Sed iuxta prædicta quæritur, an
36 †excommunicatus contra quem fuit facta immiſſio in poſſeſ
ſionem ob contumaciam, nunquid durante excommunica-
tione poſſit petere poſſeſſionem reſtitui? & Ioan. And.tangit
iſtam quæſtionem in capitu. quoniam frequenter.§. quod ſi
ſuper.vt lite non conteſta.& remittit ad Specu. in titu.de con
tuma.§.fi.ver.ſed pone reus.vbi Specu.tenet, quod non poſſit
petere durante excommunicatione, quia agere dicitur, alle-
gat c.excommunicamus.§.credentes.de hereti. & idem ſentit
Ioan.And.in c.qua fronte.de appel.& Hoſt. in ca.ex parte.de
verbo.ſigni.Barto.vero in l.de pupillo.§.fi.ff.de ope.no.nunc.
diſtinguit, quod aut reus venit principaliter ad ſubeundam
defenſionem, & in conſequentiam ad recuperandam poſſeſ-
ſionem, & debet audiri, quia eſt reus attento principali, vt
in l.ſi pupillus.§.fi.ff.de priuil.credi.& in ca.quoniam frequen
ter.§.in aliis.ſupra.vt lite non conte. Aut principaliter petit
37 ſcindi, ꝙ factum eſt contra ſe poſſeſſionem†reſtitui, & dicitur
actor, arg.in l.in omnibus.ff.de iudi.vnde omnia iura loquen
tia de actore habent locum in iſto, & ſic vult eum non debe-
re audiri hoc vltimo caſu, & idem dicit hic Butri. ſed D.Abb
etiam in hoc vltimo caſu dicit eum debere audiri, quia venit
ſtimulatus ex facto iudicis, & ſic eſt reus neceſſarius quemad-
modum enim reus, vt ſe defendat poteſt appellare aduerſus
ſententiam, vt hic, & infra eodem.c.pen. ita & quia iſte graua
tur per immiſſionem, & interlocutoriam iudicis poteſt com-
parere, & allegare defenſionem ſuam, & petere grauamen re
uocari, maxime ſi tenet ne per lapſum anni immiſſus efficia-
tur verus poſſeſſor, & ſic hic Butri.ſequitur etiam Iac.de Are.
& Pau.de Ca.in l.de pupillo.§.fi.ff.de ope.no.nuncia. & diſtin
guit ibi Pau.de Caſt.pro declaratione, quod aut excommuni
catus, vel bannitus qui repellitur ab agendo fatetur tenutam
bene latam in ſui contumaciam, & nunc vult purgare contu
ciam, & ſatiſdare de iudicio ſiſti, & refundere expenſas, & tũc
habet locum opi.Iaco.de Are.& Barto.quia principaliter ve-
nit ad ſe defendendum a prima citatione, & hoc probatur in
l.ſi pupillus.& in l.fin.ff.de priuile.credito. Aut excommu-
nicatus, vel bannitus impugnat tenutam, quia dicit eã datam
ipſo non citato, nec offert ſatiſdationem de iudicio ſiſti, nec
expẽſas, pone exemplum, dicit ſtatutum Florentiæ, quod ille
qui obtinuit tenutam in bonis debitoris poſſit facere fieri ꝓ-
ceptum omnibus tenentibus illa bona de eis dimittendis, vel
relaxandis, vnde ego, quod obtinui tenutam, facio tibi fieri
præceptum. Tu comparens volens te defendere a præcepto
& dicis, quod non debes parere, quia tenuta eſt nulla cum fue
rit facta te non vocato, & tunc non impugnas principaliter,
ſed in conſequentiam, & adhuc debet reus admitti, aut nullo
præcepto facto dubitas comparere, & dicis tenutam etiam
nullam, & tunc videris actor, & non defenſor, & poſſum tibi
obiicere exceptionem excommunicationis, vel banni, vel ꝙ
non ſoluiſti factiones communis, & quod non debes audiri
agendo ex forma ſtatuti, & per hoc dicit Pau.de Ca.tutius eſſe
quod expectetur, quod fiat præceptum, quia tũc reus indiſtin
cte admittetur, & iſta opinio videtur mihi rationabilior, ex
quo enim nullo pręcepto ſibi facto petit reuocari tenutam
cenſetur eſſe actor. Nec obſtat illud, ꝙ dicit D. Abb.de appel-
latione, quia eſt periculum, ne ſententia tranſeat in rem iudi-
catam, ideo excommunicatus admittitur ad appellandum, &
ad appellationem proſequendam, ſecus quando eſt facta miſ
ſio in poſſeſſionem, quia ſuper proprietate in perpetuum au
ditur, & ſuper poſſeſſione auditur vſque ad annum, vnde eſt
imputandum ei, quia non facit ſe abſolui, & ex his habes de-
claratum iſtum articulum. Venio nunc ad ſecundum mem
38 brũ videlicet, an excõmunicatus†valeat indiſtincte appellare
& in hoc dic, ꝙ aut quęritur de appellatione iudiciali, aut ex̃
iudiciali. Primo caſu dic, ꝙ excommunicatus ſemper poteſt
appellare eo caſu quo poteſt non excommunicatus appella-
re, & poteſt appellationem proſequi etiam ſi fuerit actor ori
ginarius, vt in c.ſignificauerũt.j̃.e.ratio eſt, quia ad actum ap
pellationis venit neceſſitatus ſtimulo ſententiæ, poteſt etiam
ſuper appellatione literas impetrare etiam non facta men-
tione de excommunicatione, vt probatur j̃.eo.c.fi. & in ca.j.
de reſcrip.in vi.vbi patet, ꝙ literę impetratę ab excommuni-
cato valet ſuper excommunicatione, vel ſuper cauſa appella
tionis. An autem excommunicatus poſſit appellationem
39 †interpoſitam per aduerſarium proſequi aduerſario non pro
ſequente, Io.An.& D.Do.in ca.pia.e.ti.in ſexto. determinant.
ꝙ non, quia reſpectu proſecutionis excommunicatus non ſti
mulatur cum rata maneat ſñia pro eo lata aduerſario non ꝓ-
ſequente.j̃.de ap.perſonas.& c.cum ſit. & hoc etiam ſequitur
hic D.Ab. In ſecundo aũt caſu, ſ.qñ quęritur pro appłone ex-
traiudiciali, in hoc Inn.fuit varius, quia hic tenuit, ꝙ excom-
municatus non admittit̃, quia talis appło eſt ad cãm prouo-
catio, vt in c.cũ ſit de ap.& ſic hẽt vim conuentionis, ꝙ excõ
municato interdicit̃, vt hic, ꝯrium ſentit Inn.ĩ c.dilecti.de ma.
& ob.Io.An.& D Do.in c.pia.concordant dicentes, ꝙ aut ap-
pellatio eſt mere extraiudicialis, & tunc procedit dictum Inn.
hic. Aut non eſt mere extraiudicialis, & ꝓcedit illud quod
dicit Inno.in d.c.dilecti.& ponit Io.An.& D.Do.exẽplũ in eo
q appellat ab executore volente alicui ꝓuidere de beneficio,
nã talis appło non eſt mere extraiudicialis, ideo excõmunica
tus admittitur. Butri. autem hic dicit, quod primum dictum
Innocẽ. procedit quando appellatur a grauamine de futuro,

ſecus ſi appellat a grauamine de pacto, quia tūc debet audiri cum ſtimuletur a grauamine, maxime vbi eſt grauamen poſſeſſionis. Sed dominus Abb. hoc dictum reprehendit, quia talis appellatio eſt omnino extraiudicialis cum ſit ad cauſam prouocatio, nec obſtat grauamen imminens circa poſſeſſionem, cum non poſſit petere reſtitutionem, etiam ſi fuerit ſpoliatus, vt ſupra dixi, nec in hoc caſu ſe defendit, ſed potius vult alium impugnare, & poterit obtenta abſolutione agere cum nullum ſibi, quo ad hoc fiat præiudicium, vnde dicit domin' Abb. ſimpliciter tenendam diſtinctionem Ioan. And. quam etiam equitur Do. Domi. vt dixi, & per hęc dicta dicit Bald. quod ſi quis appellat a tutela, vel ab aliis minoribus, iuxta l. hi qui ad ciuilia. C. de appellation. quod non obſtante excommunicatione poterit proſequi, quia prouocatus eſt, & eſt grauatus, quia & ſi non appellat tanquam reus, tamen tanquam oppreſſus, & dicit, quod hæc appellatio non eſt mere extraiudicialis, quia appellatur a grauamine illato per ſuperiorem.

40 Quid autem ſi appellat extraiudicium, † & poſtea excommunicatur an poterit proſequi appellationē? & intellige, vt quæſtio procedat, quando appellatio eſt mere extraiudicialis. Innocen. diſtinguit, quod aut negocium eſt delatum ad ſuperiorem ante excōmunicationem, puta quia poſt appellationē, & ante excommunicationem grauatus fuit in eo, ſuper quo appellauit, maxime ſi arripuit iter eundi ad curiam ante excommunicationem, & poterit dictam appellationem proſequi. 8. queſtione nona. c. re uera. & quia generaliter iura dicūt excommunicatum poſſe appellationem proſequi, infra eodem. capitu. fina. & quia iudicium, vel cauſa apellationis iam excepta eſt, de officio delega. c. gratum. & capit. cum cauſam. Aut ante excommunicationem non fuit grauatus, & per cōſequēs appellatio non habebat effectum, nec negocium erat translatum ad ſuperiorem, & non poterit hoc caſu proſequi appellationem. refert tamen alios dicentes, quod excommunicatus indiſtincte talem appellationem proſequi poteſt, & dicit Ioan. And. quod Legiſtę allegant hanc gloſ. Innocen. ad quæſtionem de bannito, qui ante bannum cęperat agere, & poſtea fuit bannitus, Bald. ſimpliciter dicit, quod excommunicatio non repellit a proſecutione appellationis interpoſitæ ante excommunicationem. Butr. autem tenet primam diſtinctionem, Innocen. & reddit rationem inter primum & ſecundum caſum dicens, quod quando ſuperuenit grauamen ſe defendit ſtimulatus, quod non eſt ante grauamen, ideo repellitur, & loquitur ſecundum opin. ſuam, quæ habet, quod excōmunicatus poſſit appellare a grauamine pręcedenti, ſed non a futuro, & excommunicatus antequam grauaretur debet repelli a proſeqnutione appellationis. D. autem Abb. indiſtin-
41 cte tenet excommunicatum repellendum, quia † appellatio extraiudicialis nō eſt proprie, & ſtricte loquendo appellatio, ſed eſt potius quędam prouocatio ad cauſam, vt dicit tex. in d. c. cum ſit. Nec grauamen ſuperueniens mutat naturam appellationis, ſed eam viuificat, & facit eam vires reſumere, vbi primo erat quaſi cōditionalis, & pendebat a futuro grauamine, hinc eſt, quod appellatus non tenetur regulariter comparere in termino præfixo per appellationem, ſed eſt neceſſe, quod ad ipſius inſtantiam iudex citet aduerſarium, vt dicit glo. in d. capitu. cum ſit. & no. Innocen. in c. dilecti. de maio. & obediē. & ſic cum appellans extraiudicium ſemper teneat locū actoris ſemper poteſt repelli prætextu excomunicationis etiam ſuperuenientis, vt in c. prudentiam. ver. ſexta. de officio delega. & infra eodem. c. exceptionem. & in c. pia. eodem titulo, in vi. Nec obſtat cap. fin. infra eodem. ſuper quo ſe fundat Innocen. quia loquitur de appellatione iudiciali, nam tunc appellare, & appellationem proſequi poteſt, quia aliter ſententia tranſiret in rem iudicatam, & ſic proprie ſe defendit appellando, & appellationem proſequendo, ſed nos loquimur in appellatione extraiudiciali, & in grauamine per partem inflicto extraiudicialiter, quo caſu ceſſant rationes prędictę cum poſſit poſtmodum, quādocunq; proſequi grauamen per viam querelę, de appella. concertationi. libro vi. nec obſtat grauamen pręcedens, quia ſępe grauatur excommunicatus extraiudicium, & tamen non poteſt agere, vnde excommunicatus ſpoliatus nō poteſt petere reſtitutionem, vt ſupradixi, licet ſpoliatio ſit priuilegiata in multis, vt in c. fin. de ordi. cogni. cum ibi notatis.

42 Secundo quęro iuxta prędicta † nunquid excommunicatus poſt abſolutionem poſſit appellare, & petere reſtitutionem ad appellandum? Innocen. hic, & in c. prudentiā. de officio delega. loquitur vario modo, ſed Hoſt. hic dicit, quod non debet reſtitui in integrum, licet aliud ſit in abſentiam cauſa reipublicę, vel detento iuſto impedimēto, vt in l. ſed & ſi. ff. ex quibus cau. maio. & in l. Papinianus exuli. ff. de mino. ſed Hoſten. in ca. ſignificauerunt. infra eodem, dicit, quod ſi excommunicatus petit reſtitutionem ex clauſula generali expreſſa tali cā qua probata, niſi ei ſubueniretur condemnaretur innocens, vel immineret periculum animæ eſt ſubueniendum ei, vt in c. ex literis. de reſti. in integ Butri. & D. Ab. diſtinguunt, ſed ego referam ſolam diſtinctionem D. Abb. cum addi. But. & facio duos caſus. Primus eſt in facilitate appellandi ab actu iudiciali, & hoc caſu ſi non appellat infra decem dies non debet reſtitui ad appellandum, ſiue excommunicatio ſit iuſta, ſiue in-
43 iuſta, quia eſt ei imputandum, quia non appellauit cum † excommunicatus poſſit ab actu iudiciali appellare, infra eodē c. fi. ſed dicit D. Ab. hoc eſſe verum, quando prætendit impedimentum ex capite excommunicationis, ſecus ſi prętendit aliud impedimentum ex cauſa probabili, & hoc modo procedit dictum Hoſt. infra eodem. ſignificauerunt, de quo ſupra dixi. Secundus caſus eſt in appellatione extraiudiciali, & ſi ſumus in caſu, in quo excommunicatus poſſit appellare dicēdum eſt idem, vt in appellatione iudiciali, ſed ſi ſumus in caſibus, in quibus excommunicatus non poteſt appellare extraiudicialiter, vt eſt regulariter, & tunc ſi poteſt audiri per viam querelę, iuxta c. concertationis. de app. in vi. non poteſt petere reſtitutionem in integrum ad appellandum, ſed ſi tempus agēdi ſit elapſum, & ſic cōcurrit præſcriptio contra excommunicationem, & tunc ſecundum Bu. ſi eſt iniuſte excommunicatus poteſt petere reſtitutionem in integr. aduerſus talem præſcriptionem, niſi fuiſſet in mora petendi abſolutionem, quo caſu currit tempus cum effectu a tempore culpæ, & non a tēpore ſententiæ, ſed ſi eſt iuſte excommunicatus debet denegari reſtitutio, niſi voluiſſet petere abſolutionem, & non potuiſſet, nec obſtat delictum pro quo fuit excommunicatus, quia delictum non dat cauſam reſtituendi, ſed impedimentum petendi abſolutionem, vt in c. quia diuerſitatem. de conce. præb. facit l. Papinianus exuli. ff. de mino. & idem eſt dicendum, quādo agitur de præſcriptione aliorum iurium, & quæritur, an excommunicatus poſſit petere reſtitutionem, & vide de hoc in d. c. quia diuerſitatem. Tangit etiam incidenter Inno. in præ-
44 dicta quęſtione, an valeat actus † iudicis contra excommmunicatum, & an poſſit illud petere retractari, & Inn. dicit, ꝙ actus tenet, nec excommunicatus poteſt petere actum retractari q̃uis nō fuerit vocatus, vel admiſſus, quamuis non excommunicatus poſſit dicere actum nullum, ſupra de procu. in noſtra, cum ibi no. D. Abb. dicit dictum Inn. intelligendum, quando non agebatur directe cōtra excommunicatum, puta petebatur confirmatio electionis, vel in caſu, authē. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hære. abſti. vel ſimili, ſecus ſi proceſſum fuiſſet contra ex-
45 communicatum † eo nō vocato, quia tunc actus eſſet nullus, vt in c. omnia. & in c. caueant. iii. q. ix. & in c. inter quatuor. de maio. & obed. pro hoc facit illud c. vbi omnis legitima defenſio reſeruatur excommunicato, ergo debet citari, vt ſe defendat, ſed tu dic, ꝙ excommunicatus non auditur, allegans nullitatem ſententiæ, vel nullitatem actus, ex quo nunquam trāſit in rem iudi. & hoc tenet Ioan. An. infra eo. ca. fi. vbi dicam, & hoc etiam ſenſit Pau. de Ca. in prædi. l. de pupillo. §. pe. dum dicit, ꝙ excommunicatus non poteſt petere tenutam denunciari nullam, quia facta fuit eo non vocato, & hoc modo poteſt verificari Inn. ꝙ licet actus ſit nullus, non tamen excommunicatus poteſt allegare nullitatem. In ſecunda parte gl. no. ipſam, & dicit hic Bal. ꝙ etiam excommunicatus debet iurare, dum reſpondet poſitionib. aduerſari, quia per tale iuramentum non acquiritur ei ius, ſed præſtatur ad malitiam conuincendam, facit c. cum in eccleſiis. de ma. & ob. vbi per iuramentum compellitur promittere obedientiam cum iuro, di-
46 cit tñ Bal. ꝙ excommunicato non poteſt deferri † iuramentū in ſupplementum probationis, de quo in c. fin. de iureiu. ſicut ēt non pōt teſtificari, vt in l. fin C. de fideicom. quia excommunicato denegatur fauor iudiciorum, vnde nō ſubiit iuſm honoris pro hoc vide bo. tex. in c. decernimus. de ſen. ex. in vi. vbi excōicatus repellitur a teſtimonio, & a patrocinio, quia non pōt eſſe aduocatus, & no. bene verba Bal. quia excommunicato debet denegari fauor iudiciorum, licet æquitas non negēt vt hic. Item dum dicit gl. ꝙ excommunicatus non debet ingredi ſancta, vide gl. 33. q. iiii. vir cum propria. & j. q. j. q. ſtudet. & dixi in c. a nobis. in vlti. no. ſ. e. In iii. parte gl. idem dixit gl. in c. quiſquis. 84. di. & in c. nullus. & de hoc ēt ibi per Archi. & in Spe. de pet. & poſ. §. fi. in fi. & ver. xxi. ſed Vin. & Ho. dicunt hoc eſſe verum inquantum cōueniatur ab excōmunicatore, qui eum iniuſte excommunicauit, vel ab alio qui fecit eum iniuſte excommunicari, ſecus ſi conueniretur a tertio, ar. in ca. frequens. de reſti. ſpo. in vi, & ita tranſeunt communiter Doc. & idem dicit D. Ab. qui dicit hoc fuiſſe de mēte iſtius gl. & dicit eſſe ſingulariter no. ꝙ quis poteſt petere reſtitutionem illorū iurium quę proprie, nec poſſideri, nec quaſi poſſideri pñt, ſed quodammodo concernunt ſtatutum perſonæ, & dicit, ꝙ hoc facit ad materiam. c. querelam. de electionib. & ad hoc Butri. & D. Abb. allegant Lap. ſua allegatione. lxxi. verſic. ſed pone.
47 vbi dicit, quod ſi presbyter † parochialis non exhibet ſacramēta parochianis,

ta parochianis, ſicut debet, & ſicut ſolitus erat facere, ſi petit
decimas, vel alia iura parochialia poterit parochianus exci-
pere, quod non exhibet ſacramenta, ſicut prius, & quod eum
priuauerit exhibitione ſacramentorum, & hoc maxime ve-
rum eſt, quia decimę † debentur in recompenſatione ſacra-
mentorum, vt in capitulo veniens. ſupra de tranſactionibus.
& hoc ſequuntur Butrig. & dominus Abb. quę tene menti,
quia facit contra illos qui tenent plura beneficia incorpo-
ralia ex diſpenſatione Papę, & non faciunt eis debite ſer-
uiri, nec præberi ſacramenta eccleſiæ quemadmodum de
iure tenentur, nam parochiani nō tenentur ad ſoluendas
decimas, nec ad alia iura parochialia, ex quo non præbentur
eis ſacramenta, ſicut debent de iure præberi, & ſicut alii recto
res ſoliti erant facere, quod no. In gloſſa in verbo, de certa
ſcientia, hęc glo. duo vult. Primo, quod ſententia lata a iudice
ſuſpecto poteſt retractari, ſi poſt ſententiam fuerit detecta ſu-
ſpicio, quia literæ ſic obtentę nullam conferunt iuriſdictio-
nem, de quo in capitulo ad audientiam. de reſcriptis. Secū-
do colligit, quod reſcriptum quod non emanauit de certa
ſcientia Papę eſt ſuſpectum de falſitate, ſed vide gloſſ. notā. in
capitulo communem quæ inter vos. in glo. fina. ſupra de teſti.
& quod ibi dixi. ſed quo ad primum dictum gloſ. inquantum
dicit, quod literę per quas committitur iuriſdictio iudici ſu-
ſpecto nullam conferunt iuriſdictionem, & remittit ad capi-
tulum ad audientiam. de reſcriptis. Butri. dicit, quod ibi not.
quia ſurreptio non vitiat literas ad lites ipſo iure, & ſic literæ
ſubreptitiæ ipſo iure conferunt iuriſdictionem, ſed quantum
48 ad principale dictum, ſcilicet † an ſententia lata a iudice ſu-
ſpecto ſit reuocanda probata ſuſpicione tranſit cum gloſſ. &
idem ſentit glo. tertia, quęſtione quinta. quia ſuſpecti. in verbo
canonice. in fine. quod dicit, quod licet iudex non ſit recuſa-
tus, tanquam ſuſpectus, ſi tamen probatur ſuſpicio retractan-
dum eſt, quod factum eſt per talem iudicem, & has glo. fuit ſe
cutus dominus Abb. in capitulo ſi quis contra clericum. in
nona columna. de foro competenti. ſed hic tenet contrarium
dicens, quod nec in ordinario, nec in delegato, ex hac ſola
cauſa poteſt ſententia retractari, quia non ſequitur iudex fuit
ſuſpectus, ergo tulit iniquā ſn̄iam. ſi. n. credebat iniquā ſn̄iam
debuit appellare, vnde ſibi imputet, ſi ſn̄ię acquieuit, ↄ. de re
iud. qđ ad conſultationem, facit quod no. in c. cum I. & A. de
re iudica. & in capitulo ſicut. de teſtib. & ad iſtum textum re-
ſpondet, quod Papa non committit cauſam iudici ſuſpecto
ex certa ſententia, ſcilicet quin recuſari poſſit, iuriſdictionem
tamen confert ex eo, qdod parte non recuſante tenet ſenten-
tia, vt in capitulo inſinuante. de officio delegati. & in capitu-
lo inter monaſterium. de re iudica. quod non eſt, ſi iudex nul-
lam iuriſdictionem recepiſſet, ſed aduerte, quia dominus Ab.
non formaliter reſpondet ad iſtum textum, dum dicit, quod
non eſt intentio Papæ committere cauſam iudici ſuſpecto,
nam tex. procedit indiſtincte, quia non eſt veriſimile, quod Pa
pa committeret cauſam tali ſi ſciret eum ſuſpectum, ſed dic,
quod non tamen propter hoc reſcriptum eſt nullum ipſo iu-
49 re, quia ſurreptio † non vitiat literas ad lites ipſo iure, & ſic ip-
ſo iure conferunt iuriſdictionem, & valet proceſſus, niſi exci-
piatur, vel appelletur, vt no. in capitulo cęterum. & in capitu-
lo ad audientiam. de reſcriptis. & iſtam ſolutionem ſenſit hic
Butri. quæ melior quam ſolutio domi. Abb. Sed quo ad prin
cipale dictum ego concordarem glo. prædi. & dominus Abb.
qui fuit ſibi contrarius hoc modo, nam aut pars ſcit ſenten
tiam contra ſe latam, & non appellat, & tunc procedit illud,
quod dicit dominus Abb. aut pars fuit abſens, & ſentētia fuit
lata contra procuratorem, qui ignorabat iudicem eſſe ſuſpe
ctum, & nunc ad partem deuenit notitia, quod iudex qui tulit
ſententiam erat ſuſpectus, & vult probare ſuſpicionem noui
ter detectam, & hoc caſu debet audiri, ex quo talis exceptio,
quę habet proceſſum reiterare de nouo peruenit ad notitiā.
idem ſi pars contra quam eſt lata ſententia appellaret, & pē-
dente appellatione detegeretur ſuſpicio, & hoc modo poteſt
proce dere hic glo. & glo. in dicto capitulo quia ſuſpecti. & do
minus Abb. in dicto capitulo ſi quis contra clericum. An
50 autem proceſſus † factus poſt recuſationem ſit ipſo iure nul-
lus, dicam infra de appellationibus. cum ſpeciali. vbi Docto.
tangunt. In gloſſ. fina. hæc glo. in effectu vult, qnod excom-
51 municatus non poſſit compenſare, quia ille qui † compenſat
videtur quodammodo agere. l. amplius nō peti. ff. rem ratam
haberi. Immo ſecundum gloſſ. ſi aduerſarius excommunica-
tus non repelleret iudex ex officio debet eum repellere. vt in-
fra eodem, c. exceptionem. in fi. ſed in hoc ſunt opiniones, ta
men communiter ſequuntur gloſſ. & ipſam etiam ſequitur
Barto. in l. amplius non peti. in fine. ff. rem ratam haberi. & al
legat Innocen. hic qui iſtam opin. tenet. & idem dicit tenere
Oldra. & Iacob. de Are. Dominus autem Abb. hic diſtinguit.
ex qua diſtinctione facias duos caſus. Primus eſt, quando
aduerſarius confitetur debitum, & acquieſcit compenſationi,
& tunc debet admitti compenſatio, nec iudex ex officio de-
bet repellere compenſationem, quia excommunicatus non
agit, ſed potius ſoluit, & non refert qualitercunque ſatisfa-
ciat. l. ſi rem. ff. de pignora. actione. & hoc etiam tenet hic Ho
ſtien. Secundus caſus eſt, quando aduerſarius negat, & non
acquieſcit compenſationi, & tunc dicit, quod de rigore iuri,
procedit opin. gl. & ſcribētiū quæ videtur magis communis,
ſed de æquitate dicit eſſe admittendam compenſationem
cum ſit quædam defenſio cum ideo non ſoluat, quia impedi
tur ex facto aduerſarii, ſi enim actor ſibi ſolueret iſte excom-
municatus ſibi ſatisfaceret, & impeditur per ipſum actorem
quominus ſibi ſatisfaciat, & allegat Barto. in dicta l. amplius
non peti. vbi concludit non incidere in periurium qui iurauit
ſoluere ſi compenſat ratione prædicta, & hoc dicit magis eſ-
52 ſe iuri, & rationi conſonum † cum omnis defenſio reſeruetur
excommunicato, vt hic, & ad l. amplius non peti. reſpondet,
quod ibi conſideratur effectus compenſationis, quia damnifi
53 cat partem contra pactum de non petendo, ſed † excommuni
catus repellitur a iudicio, quatenus alium ſtimulat, ſed ſi ſti-
mulatur admittit volens ſe defendere, vel compenſando, vel
alio modo, & idem tenet hic Butri. ſed dominus Abb. non
bene reſpondet ad l. amplius non peti, vbi probatur, quod ille
qui promittit non petere compenſando incidit in pœnam il-
le qui compenſat dicitur petere. Nec obſtat argumen. domi.
Abb. dum dicit, quod ille qui compenſat videtur ſoluere.
Nam fateor, quod videtur ſoluere, ſed per hoc non ceſſat,
quin videatur petere a qua petitione repellitur excommuni-
catus. Item excommunicatus compenſando non videtur eſſe
reus neceſſarius, quia nec compenſatio concernit actionem
propoſitam per aduerſarium, nec ſibi præiudicatur quomi-
nus in alio iudicio poſſit petere debitum, quod vult compen
ſare, vt in l. ſin autem. §. primo. ff. de nego. geſtis. & in l. quod in
diem. ff. de compen. pro hoc allego gloſ. penultima. in capitu.
54 ſuborta. de re iudicata. quæ dicit, quod exceptio † peremptoria
non poteſt opponi poſt ſententiam quæ tranſit in rem iudi.
vt in l. ſecunda. C. ſententiam reſcindi nō poſ. ſed bene poteſt
peti debitum, de quo oppoſita fuit compenſatio, quia non in
telligitur pronunciatum ſuper compenſatione, niſi expreſſe
ſuper ea eſſet pronunciatum, quia exceptio compenſationis
non concernat actionem propoſitam, ſed exceptio perempto
ria bene concernit actionem propoſitam. Ideo intelligitur ſu-
per ea pronunciatum eo, quod pronunciatum fuit ſuper
principali. iuxta no. in capitulo primo. de ordine cognitio. &
in l. prima. C. de ordin. iudicio. & ideo concludendum, quod
ex quo exceptio compenſationis non concernit actionem
propoſitā per actorem, & in alio iudicio poteſt illud deduce
re per viam agendi, quod non dicatur excommunicatus reus
neceſſarius, immo magis cenſeatur eſſe actor, iuxta prædi-
ctam l. amplius non peti. & pro hoc facit, quod dicit hic Bal.
in tertia columna. nam dicit, quod coram arbitro non poteſt
opponi exceptio compenſationis, quia habet vim reconuen
tionis, quę non poteſt fieri coram arbitro, vt in capitulo cum
dilectus. de arbitris. & idem dicit Bald. in l. neque. C. de com-
penſa. ſi ergo compenſationis exceptio habet vim reconuen
tionis excommunicatus non debet eam poſſe opponere, vt
in hoc capitulo in fine. & hoc innuit dicta l. amplius non pe-
ti, dum dicit, quod ille qui compenſat videtur petere, & hoc te-
ne. Sed quæro præſuppoſito, quod excommunicatus non
55 poſſit compenſare nunquid ſaltem fideiuſſor † excommuni-
cati poſſit debitum compenſare, ſi eſt conuentus a creditore
rei excommunicati? & hoc tenuit, quod non, quia per hanc
viam prouideretur excommunicato. Sed Ioan. And. & com-
muniter Doctores tenent contrarium dicentes, quod ſi debi
tum eſt compenſabile fideiuſſor indiſtincte poſſit compenſa
re excommunicatione principalis non obſtante. Mouetur,
quia ius permittit fideiuſſ. ſoluere de ſubſtantia debitoris. l. ſi
procuratorem. §. ſi ignorante. ff. manda. ille autem qui com-
penſat ſoluit, vt ſupradictum eſt, nec obſtare debet excommu
nicatio fideiuſſori habēti cauſam oneroſam. l. apud Celſum.
56 §. ſi cum legitima. ff. de doli. exceptio. Item exceptio † perſona-
lis competens reo non extenditur ad fideiuſſorem. ff. eodem.
l. exceptiones. multo minus exceptio perſonalis contra reum
debet nocere fideiuſſori, vt in regula odia. libro ſexto. & hanc
opin. ſequitur hic Butri. & dominus Abb. Vltimo quęro
57 nunquid excommunicatus poſſit implorare officium iudicis
ſuper exceptione, vt ea probata imponatur ſilentium actori
ſicut poteſt non excommunicatus, iuxta not. in l. ſi conten
dant. ff. de fideiuſſoribus. & in l. Aurelius. §. ſi centum. ff. de lib.
lega. & Butri. hic recitat Federi. de Senis conſilio ſuo 277. qui
dicit, quod ſic, & hanc opin. ſequitur Butri. quia quicquid
agit excommunicatus ordinat ad finem defenſionis, adducit
capitulū lator. qui filii ſint legi. Dato enim, quod prouocet

ad iudiciū tñ totū hoc venit ad defenſionem, quia nihil pe-
tit, vel impugnat, niſi vt abſoluatur, ſed hoc dictum im-
probat dominus Abb. primo per iſtum text. qui permittit de-
fenſionem excommunicato, quando impugnatur ab actore
impugnante reus excommunicatus non poſſet ſe defendere,
quia ſic multotiens condemnatur abſoluendus, iſta eſt ratio
in qua ſe fundat tex. quę ceſſat actore non agente. Item
58 quis ſatis † lucratur, quando ſatisfacit voluntati ſuæ, vt
not. in leg. penultima. ff. de condictio. ob cauſa. non debet
ergo admitti quando ipſe prouocat ad iudicium propter ra-
tiones quas ponit tex. in capitulo pia. de exceptionibus. in vi.
quando enim venit vt reus neceſſitatur ab alio reportet com
modum de ſua malitia, vt in capi. intelleximus. de iudic. Ideo
tunc non ſatisfacit voluntati, ſicut implorando officium
iudicis ſuper ſua defenſione, quia tunc iudicium non exerce-
tur in ſui odium, ſed potius ad eius commodum, & pro hoc
allegat dominus Ab. Federicum de Senis conſilio ſuo cxi. vbi
95 dicit, quod excommunicatus † non poteſt proſequi iniuriam
propriam, quia iura indiſtincte eum repellunt, facit capitulū
a nobis. ſupra eodem. vbi idem dicit Ioann. Andr. & dominus
Abb & ibi dixi, & dicit Federicus de Sen. in loco præallega.
quod excommunicatus non debet admitti, niſi in caſibus in
iure expreſſis. Caſus autem iſte non eſt in iure expreſſus ſi be-
ne ponderetur iſte tex. & dictum capitulum intelleximus. de
iudic. & opinio domini Abba. mihi placet per iſtum textum
in fine, vbi dicitur, quod ſola defenſio permittitur excommu
nicato, eo quod non poteſt aduerſarium impugnare, ſed in
caſu noſtro reus impugnaret actorem, ergo non debet admit
ti, niſi prius faciat ſe abſolui. Nunquid autem excommuni
60 catus poſſit donationem † inſinuare, vel bonorum poſſeſſio
nem agnoſcere, Bald. hic arguit pro & contra, tandem dicit,
quod excommunicatus nihil poteſt petere, ſed ſuum animū,
bene poteſt declarare, ſicut in contractibus, quaſi velit dicere,
quod quando petitur bonorum poſſeſſio non requiritur,
quod aliquid petatur a iudice, ſed ſufficit, quod coram eo fiat
agnitio poſſeſſionis, vt in l. fina. C. qui admit. ſimiliter, quan-
do fit inſinuatio donationis non requiritur decretum iudi-
cis, ſed ſola pręſentia, vt in l. Modeſtinus. & ibi de hoc notat
Barto. ff. de donationibus. ideo excommunicatus poteſt agno
ſcere, & donationem inſinuare. Item dicit Bald. quod tutor
excommunicatus poteſt facere inuentarium, & namciſci ad
miniſtrationem tutelæ per decretum iudicis, & interponere
auctoritatem in contractibus, licet non poſſit contentioſe
agere in iudicio, & remittit ad nota. in capitulo pia. de excep.
in ſexto. & hoc dicit Bald. in fine Comenti, & mihi placet il
lud, quod dicit Bald. de inuentario, ſed inquantum dicit de de
creto iudicis, & de auctoritate tutoris interponenda in con-
tractibus, idem Bald. in l. prima. in quarta columna. verſiculo
vnum tamen omiſi. C. de iur. & facti ignoran. ſentit contra-
rium. Dicit enim, quod ſi excommunicatus interponit de-
cretum in aliquam alienationem, vel in aliquo contractu de
cretum eſt nullum, & idem dicit in qualibet auctoritate, vn-
de dicit, quod tutor, & curator excommunicatus non poteſt
auctorizari, idem dicit in quolibet officio publico, & ciuili,
vnde notarius excommunicatus non poteſt conficere inſtru
menta, & dicit, quod hæc omnia notat Ioannes And. in capi
tulo pia. in nouella. eodem titu. in ſexto. Et an valeat inſtru
mentum notarii excommunicati, vide glo. in capitulo decer-
nimus. de ſententia excommunicationis. in ſexto. Dicit au-
tem Bald. in dicta l. prima. quod hæc omnia ſunt intelligen-
da in publice excommunicato, non autem in eo cuius ex-
communicatio probabiliter ignoratur, vt probatur in capit.
ad probandum. de re iudica. & allegat Bald. glo. notabilem in
Authen. de tabellionibus. §. primo. columna quarta. quæ dicit
quod inſtrumenta facta a tabellione occulte depoſito valent,
61 & concludit Bal. quod quidam ſunt † actus auctoritatis, & iſti
ſunt interdicti ipſo iure publice excomunicatis, tam in iudi
cio, quam extra iudicium. Quidam ſunt actus iuriſdictio-
nis, & idem. Quidam vero ſunt actus adminiſtrationis rei
publicæ, & iſti non ſunt interdicti, quin poſt factum valeant,
vt ſunt ſunt contractus, & per hoc dicit, quod matrimonium
non interdicit excommunicatis, ſicut nec factio teſtamenti,
allegat no. per Ioan. And. in nouella. in dicto capitulo decer-
nimus. de ſententia excommunicationis. in ſexto. Quidam
ſunt actus impetrationis, et iſti ſunt interdicti, excommunica
62 to, vnde † reſcriptum impetratum ab excommunicato non
valet, vt in capitulo primo. de reſcriptis. in ſexto. Quidam
vero ſunt actus iudiciorum, & iſti non ſunt interdicti excom-
municato, niſi excipiatur, vt in capitulo pia. eodem titulo. in
63 ſexto. Dic tamen, † quod iudex poteſt ex officio excipere, &
excommunicatum repellere, vt infra eodem. exceptionem.
in fine. & hæc verba Bald. nota. licet proprie non concernant
iſtud capitulum. ſed magis capitu. ad probandum. de re iudic.
nam iſte tex. loquitur quando excommunicatus comparet in iudicio, non autem loquitur de decreto, vel auctoritate interpoſita ab excommunicato, & per hoc dico, quod ſi tutor excommunicatus faceret interponi decretum per iudicem, quod teneret interpoſitio decreti, ex quo iudex non eſt excommunicatus, argumen. in capitulo pia. de exceptionibus. in ſexto. & vide Ioann. And. & domi. Domi. in dicto capitulo pia. vbi ponunt, qui actus ſint permiſſi, & qui actus ſint interdicti excommunicato, & per Ioann. And. in regula dolo. facit in Merc. libro ſexto. Et iſta ſufficiant in iſto capitulo. Sequitur cap. cum venerabilis.

## SVMMARIVM.

1 *Reus fateri non cenſetur ſi excipiat de pmutatione facta rei de qua petitur, nec per hoc dominum fuiſſe actorem.*
2 *Exceptio falſi etiam poſt ſenteniam opponi poteſt.*
3 *Libellus in acceſſoriis poteſt eſſe generalis.*
4 *Permutatio non valet per epiſcopum facta ſine conſenſu ſacerdotum.*
5 *Eccleſia vna poteſt permutari cum pluribus.*
6 *Permutatio plurium eccleſiarum vna an poſsit fieri iure tituli.*
7 *Diſpenſatio non tranſit in tertiam perſonam.*
8 *Eccleſia vna poteſt permutari pro alia, & aliis rebus.*
9 *Verbum, concedo iunctum contractui de ſua natura importat translationem dominii.*
10 *Verbum, cedo importat translationem vtilium actionum.*
11 *Epiſcopus licet non ſit dominus rerum eccleſiæ, habetur tamen loco domini.*
12 *Tutor bene adminiſtrans habetur loco domini.*
13 *Epiſcopus fundat ſuam intentionem de iure communi ſuper eccleſiis ſuæ diœceſis reſpectu iurium ſpiritualium, non temporalium.*
14 *Epiſcopi occupantes bona presbyterorum morientium male faciunt, quia illa bona pertinent ad eccleſiam.*
15 *Tranſcriptum debet cum originali concordare.*
16 *Reus excipiendo non videtur fateri intentionem actoris, licet actor poſsit ſe fundare in inſtrumento ab eo producto.*
17 *Eccleſia non debet puniri ſi procurator, vel prełatus falſauerunt inſtrumenta.*
18 *Delictum prælati non nocet eccleſiæ.*
19 *Sententia debet eſſe certa, vel per ſe, vel per relationem ad aliud.*
20 *Proprietas ex poſſesſione non probatur, vbi proprietas principaliter eſt deducta in iudicium.*
21 *Inſtrumento reuocato, pars quæ illud produxit poteſt reuocare tacitam cōfeſsionem ſurgentem ex productione inſtrumenti, in ea parte in qua reperitur falſum.*
22 *Iudex poteſt ex officio ſupplere allegando notoriam falſitatem inſtrumenti.*
23 *Similitudo quo ad aliquid ſufficit pro teſtibus concordandis.*
24 *Confeſsio facta a procuratore, & deliberate non pręiudicat.*
25 *Sententia non poteſt ferri, niſi prius lis fuerit conteſtata.*
26 *Pignoratitia directa quæ, & quę contraria.*
27 *Matricula notariorum, & ſcholarium quid probent.*
28 *Differentiæ inter actionem bonæfidei, & actionem ſtricti iuris.*
29 *Vſuræ non veniunt ex mora in contractibus ſtricti iuris.*
30 *Vſurę, an hodie ceſſent in contractibus bonæ fidei ſaltem de iure canonico.*
31 *Vſuræ an poſsint peti vt intereſſe.*
32 *Dolus ipſo iure vitiat contractum bonæfidei ſecundum Bal. non autem contractum ſtricti iuris.*
33 *Dolus tamen incidens in contractu bonęfidei, non operatur quin mero iure valeat.*
34 *Intereſſe nō venit in obligationibus ſtricti iuris, ſi rem dari eſt in obligatione.*
35 *Dare eſt facere alium dominum per traditionem.*
36 *Intereſſe venit in defectum rei, vbi declaratur.*
37 *Extranea non veniunt ex natura actionis.*
38 *Permutatio non contrahitur, vbi res alterius datur ex cauſa permutationis. ſecundum gl.*
39 *Nemo dat quod non habet.*
40 *Re euicta per alium, qui rem perdidit, habet regreſſum contra perdentem ſecundum Ab.*
41 *Dominium eſſe tranſeundum in dubio præſumitur actum, de natura permutationis.*
42 *Venditio valet etiam ſi tradatur res aliena.*
43 *Dare idem eſt quod dominium transferre.*
44 *Regreſſus nunquid detur aduerſus primum beneficium ſi quis permutat vnum beneficium cum pluribus, & alterum euincatur.*
45 *Exceptio eadem non debet operari contrarios effectus.*
46 *Excipiens non videtur confiteri ſecundum gl.*
47 *Verba prolata in iudicio abſque intentione confitendi, non inducit confeſſionem.*
48 *Negans factum non poteſt ſe in eo fundare.*
49 *Replicans non videtur confiteri intentionem aduerſarii.*

*Confeſſionem*

50 *Confeſſionem, an quis poſſit pro parte acceptare cum limitationibus ſuis.*
51 *Producens videtur confiteri contenta in inſtrumento, in quo aduerſarius poteſt refundare, nam probatur in iudicio producta efficitur communis.*
52 *Reſponſio debet referri ad illud quod principaliter continetur in poſitum.*
53 *Poſitionis effectus eſt, vt ponens videatur confiteri.*
54 *Affirmatum de vno de contrariis videtur in alio negari.*
55 *Negans intentionem actoris nunquid poſtea de hoc excipere poſſit.*
56 *Negans factum deinde conuictus, non debet audiri, licet excuſet pro defenſione factum.*
57 *Falſans inſtrumentum debet perdere cauſam ſecundum gl.*
58 *Delictum prælati nocet eccleſiæ de mero iure in iudicialibus.*
59 *Committens falſum circa teſtes non perdit cauſam, licet puniri poſſit.*
60 *Clericus propter delictum falſi, & beneficio, & ordine priuari debet.*
61 *Producens inſtrumentum falſum, vel minus ſolemne, an ſecundum illud iudicandus eſt, & per caſus diſcurritur.*
62 *Doloſe producit qui ſcienter falſum producit inſtrumentum.*
63 *Iudex quando poteſt ferre ſententiam ſecundum inſtrumentum falſum.*
64 *Acta producta ab vna parte in quantum faciunt pro ſe, poſſunt a iudice tamen inhiberi, quatenus faciunt contra producentem.*
65 *Reprobatio inſtrumenti poteſt fieri non tanquam falſi, ſed tanquam minus ſolemnis.*
66 *Reſcriptum reprobatum, tanquam ſubreptitium remanet authenticum reſpectu narratorum.*
67 *Productio inſtrumenti facta cum proteſtatione, quod produco in ea parte, quod facit pro me tantum, an iuuet hæc proteſtatio.*
68 *Nullum in veritate, vel opinione tractu, temporis non confirmatur.*
69 *Sententia lata per falſas probationes contra præſentem, an mero iure teneat.*
70 *Sententia tenet donec per iudicem retractetur.*
71 *Sententia lata contra abſentem ex falſis inſtrumentis eſt nulla.*
72 *Sententia infra quantum tempus poſsit retractari, & plures modos refert.*
73 *Accuſatio criminis de iure ciuili tollitur per ſpacium viginti annorum.*
74 *Accuſatio de iure canonico nunquam tollitur.*
75 *Actione in factum agitur ad intereſſe.*
76 *Eccleſiæ in diæceſi poſitæ ad diœceſanum ſpectant, etiam in temporalibus.*
77 *Redditus particularium eccleſiarum ſunt deputati, ad vſus, miniſtrorum.*
78 *Epiſcopus agens pro eccleſia, vel capella ſibi ſubiecta, debet agere nomine eccleſiæ, vel capellę, non autem nomine proprio.*
79 *Epiſcopus poteſt petere rationem adminiſtrationis eccleſiarum ſuæ diœceſis.*
80 *Patronus an poſsit petere eccleſiam cum pertinentiis ſuis.*
81 *Patronus agens debet exprimere in libello ius quod habet, & ſi habet ius patronatus debet illud exprimere.*
82 *Electio petinet ad collegium quando eccleſia eſt collegiata.*
83 *Ius patronatus non acquiritur, niſi ædificatione, fundatione, vel dotatione.*
84 *Laici an poſsint ex coſuetudine, vel præſcriptione ſibi acquirere ius præſentandi.*
85 *Electus, ſiue inſtitutus, an debeat renunciare ſi populus ſit in ſcandalo.*
86 *Sententia in qua exprimuntur articuli contenti in authenticis inſtrumentis, tanquam incerta non valet.*
87 *Ille a quo petitur ius epiſcopale debet petere illud exprimi in libello ab aduerſario.*
88 *Sententia poteſt certificari ex inſtrumentis non productis in iudicio, ſecundum Inn.*
89 *Sententia lata, vt in conſilio continetur, an valeat.*
90 *Verbum, condemno, & abſoluo non refert an exprimantur, ſeu per verba idem importantia intelligantur.*
91 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
92 *Mens iudicis eſt condemnare de preſenti.*
93 *Sententia ex quibus actis debeat certificari.*
94 *Sententia lata per hæc verba condemno in eo quod eſt probatum, & abſoluo in eo quod non eſt probatum, an valeat.*
95 *Producens inſtrumentum falſum ſcienter poteſt de falſo accuſari, ſecundum Inno.*
96 *Cauſa qualibet etiam iniuſta excuſat a dolo.*
97 *Admittens aliquem ad vnum officium, an ſi præſentetur ad aliud officium poſsit illum repellere ab eo.*
98 *Iudex criminoſus impetratus a me, ſi producatur in teſtimonium contra me, an poſsim vt criminoſum repellere.*
99 *Scholaris approbatus in rectorem, poterit nihilominus in examine reprobari.*
100 *Epiſcopus dicitur ſtudii cancellarius, & ad eum non approbare Doctorẽ, ſed pronunciare approbatum & collaudare.*
101 *Probatio dubia recipit interpretationem a confeſsione partium.*
102 *Intentio actoris, non fundatur ex rei exceptione, nec declaratur dubia actoris probatio ad ipſius commodum.*

## CAP. VI.

1 CVm venerabilis. Si reus a quo † res petitur, excipiat de
permutatione ipſius rei facta cum actore, nõ fa
tetur per hoc actorem fuiſſe dominum. Et exce-
ptio falſi etiam poſt ſententiam poteſt opponi.
hoc dicit ſecundum Ioan. And. & communiter Docto. vel ſic
ſecundum dominum Abb. Excipiens non videtur fateri ea,
2 quę includuntur in exceptione. hoc primo. & † exceptio falſi
etiam poſt ſententiam poteſt opponi. hoc ſecũdo, & vltimo.
Diuiditur in duas partes principales. In prima ponitur fa-
cti, & proceſſus narratio. In ſecunda diffinitio. Secunda ibi,
intelleximus. In textu ibi, in ſpiritualibus, & temporalibus
quod in ſpiritualibus obtinet in temporalibus ſuccumbit, vt
patet in fine capituli. Item ibi, ipſius intentione fundata,
quo ad temporalia, quia in ſpiritualibus fundata erat de iure
communi, vt patet in fine capitu. ſecundum Hoſtien. ſed Ioã.
And. dicit, quod non erat fundata intentio epiſcopi, nec in
ſpiritualibus, nec in temporalibus, quia adhuc non erat pro-
batũ eccleſiam eſſe in diœceſi. Item ibi, per ꝓpere. i. quaſi ni
mis ſubito, vel cito. concordat xxiiii. quęſtione tertia. de illici
ta, ante medium. Item ibi, quoddam exhibens inſtrumen-
tum. ſcilicet non originale, ſed tranſumptum, vt infra patet.
Item ibi, cambium. ideſt permutationem, & alludit vulgari.
Item ibi, Sabinen. epiſcopum dic, quod ſic erat in tranſum-
pto, non tamen in originali, vt infra patet. Item ibi, & infra.
hoc eſt quamuis epiſcopus ſic allegaret tamen adhuc aliter
ſuum ius fundare noluit Hoſtien. Item ibi, & alia bona eius,
ſcilicet eccleſię quam petebat. Item ibi, diutius, ideſt aliquã
to tempore non erat, præſcripſerat, vt patet in fi. Item ibi, epi-
ſcopale ius, in quibus hoc conſiſtat, habetur in capitulo con
querente. & in capitu. dilectus. ſupra de officio ordina. Not.
3 primo ex tex. quod in acceſſoriis † poteſt libellus eſſe genera-
lis, nam iſte epiſcopus petiit eccleſiam Sancti Viti cum ſuis
poſſeſſionibus, & pertinentiis non facta ſpecificatione ipſa-
rum, de hoc plene per Innocen. in capitulo tanta. de exceſſi.
prælato. & quod comprehendatur nomine pertinentiarum,
dic vt in capitulo cum ad ſedem. de reſtitutione ſpoliatorum.
Secundo not. ibi, cum ſuorum ſacerdotum aſſenſu, quod
4 non valet † permutatio, ſeu alienatio ſine conſenſu ſacerdo-
tum. Sed Ioan. And. hic exponit ſacerdotum, ideſt canonico-
rum, quia ſoli canonici faciunt capitulum, vt no. in capitulo
ſecundo. de inſtitutio. ſine epiſcoporum autem conſenſu non
valet permutatio, ſiue alienatio, vt in capitulo primo. & in
capitulo tua. infra de his, quę fiunt a præla. & in clementina
ſi vna de rebus eccleſiis non alienan. & ibi vide glo. in verbo
conſentiente, quæ dicit, quod prȩlatus non poteſt ꝑſcribere,
vt ſine conſenſu capituli poſſit alienare. Tertio no. ibi, præ-
dictam eccleſiam Sancti Viti pro quibuſdam eccleſiis, &c.
5 quod vna † eccleſia † poteſt permutari cum pluribus, & ad hoc
ſolet allegari quotidie iſte tex. tamen hic loquitur, quando
a permutatio fit iure proprietatis.[a] Nunquid autem poſſit fie
6 ri † iure tituli, Ioan And. dicit, quod ſic, & dicit, quod vidit hoc
ſępe obſeruari, facit, quod notatur in capitulo ſecũdo. de mu-
tuis petitio. illud tamen capitulum parum facit, ſed dictum
Ioan. And. communiter tenetur, vt dicit hic dominus Abb. &
idem tenet Ioan. Cald. & Butri. qui dicunt hęc vera, quando
talia beneficia permutantur cum vno, poſſint ſimul teneri,
iuxta no. in capitulo gratia. de reſcriptis. in ſexto. ſecus ſi non
poſſent ſimul de iure teneri, vt quia erant incompatibilia ſu
per quorum retentione fuit diſpenſatum per ſuperiorem,
nam tunc ſecundum Ioan. Cald. talia beneficia non poſſunt
7 permutari, † quia diſpenſatio non tranſit in tertiam perſo-
nam, idem dicunt Butrigarius, & dominus Abbas, & al-
legant capitulũ ſane. de priuilegiis. & ſeptima quęſtione pri-
ma. petiſti. Quarto not. ibi, & rebus aliis, quod vna ec-
8 cleſia † poteſt permutari pro alia eccleſia, & aliis rebus, ſed
dicit dominus Abbas, quod ſi verbum, & rebus aliis intelligi-
tur, ſ. ſpiritualibus litera eſt clara, ſi vero intelligitur de rebus
temporalibus

ADDITIO.

a ¶ Quod plures eccleſiæ poſſunt permutari cum vna iure tituli. Vide D. Do. in c. j. de re. permu. in vi.

temporalibus obſtat c.ad quæſtiones.de rerum permutatio.
Sed domi.Abb.dicit,quod hoc cap.procedit,quando eccleſię
permutantur iure proprietatis, quia pmutantur velut quæ
dam temporalitas, argumen. capituli primi. de eo qui mit-
tit in poſſeſſio.ideo admixtio temporalium non nocet c.vero
ad quæſtiones ſecundū eum loquitur quando fit permutatio
ratione tituli.ſed mihi videtur,quod ille tex.loquatur de per-
mutatione quæ fit iure proprietatis,& etiam poſſeſſiones am
barum inuicem permutari poſſint,non tamē permutari poſ-
ſunt poſſeſſiones cum eccleſiis,quia temporale nō poteſt per
mutari cum ſpirituali,& ideo vt ibi dicitur permutatio eccle-
ſiarum fieri debet de per ſe, & permutatio poſſeſſionum de
per ſe,& ſi poſſeſſiones alterius plus valent,debet fieri recom
penſatio in pecunia,& propter ſuſpiciones ſimoniæ vitandas
contractus non debent ſimul commiſceri,vt ibi dicitur, vnde
iſte tex.debet etiam hoc modo intelligi, quod eccleſia ſancti
Viti fuit permutata pro quibuſdam eccleſiis, & rebus aliis in-
telligendo, quod permutatio eccleſiarum fuit facta de per ſe,
& permutatio rerum de per ſe, vel poteſt intelligi, ꝙ iſte res
de quibus fit mentio in tex.pertinebant ad ipſas eccleſias cum
quibus facta fuit permutatio, nam aliquādo permutatur vna
eccleſia cum ſuis redditibus, cum alia eccleſia cum ſuis reddi
tibus,& tunc ſufficit vnicus contractus permutationis. Ita lo-
quitur hic,aliquando vero eſt neceſſarium, quod altera pars
refundat pecuniam,vel aliud temporale, quia redditus ipſa-
rum non ſunt ęquales,& tunc procedit ad quæſtiones,tunc.n.
ne videatur pecunia,vel res temporalis data pro eccleſia quę
eſt ſpiritualis,debent eccleſię permutari de per ſe,& poſſeſſio-
nes de per ſe,vt recompenſatio pecunię fiat pro ipſis poſſeſſio
nibus,nō autem habito reſpectu ad eccleſiam,cuius ſunt poſ-
ſeſſiones,& hoc modo intelligitur,c.ad quæſtiones.de re. per.
Quinto no.ibi,in cauſa bñficiū duxit veſtro monaſterio cō
9 cedendam,ꝙ†verbum credo iunctum contractui de ſui natu
ra importat translationem dominii,debet intelligi,ꝙ per illū
verbum concedo.etiam transferatur dominium,& ſic pp ver
ba præcedentia, vel ſequentia ampliatur virtus iſtius verbi,
concedo,nam ſecundum ſtrictam ſignificationem,eſt differē-
tia inter verbum,cedo,& concedo,quia verbum concedo im
portat mandatum, ſeu conceſſionem exercitii. Cedo au-
10 tem†importat translationem vtilium actionum, vt no gloſ.
& Bar.in l.fi.ff.de dona. vnde hic, quia verbum concedo fuit
adiunctum contractui permutationis importat translationē
dominii,ad idem eſt bo.tex.in cap.Titius.& ibi Bal.ſi de feud.
fue.contro.vbi dicit,ꝙ vbi titulus eſt habilis verbum cōcedo
in iuribus incorporalibus importat trāslationem vtiliū actio
num. In rebus vero corporalibus translationem dominii.
plus voluit Bar.in l.vxori.§.fi.ff.de leg.iii.quod in dubio verbū
concedo importat donationem,& dicit D.Abb.quod hoc eſt
verum,niſi ex circunſtantiis dicatur contrarium,vt ſi quis cō-
cedat ęquum petenti eum in commodatum,nam non cenſe-
tur voluiſſe donare ęquum,ſed magis cōmodare, facit quod
no.glo.in l.cum quid.ff.ſi certum pet. Sexto no. ibi loco do
11 mini rem, quod licet † epiſcopus non ſit dominus rerum ec-
cleſiæ,vt in c.ii.de don.habetur tamen loco domini,vnde per-
mutat ſicut dominus,vt hic dicitur,idem dicendum eſt in quo
12 libet alio prelato, nam etiam tutor † cum bene adminiſtrat
habetur loco domini,ſed cum male adminiſtrat loco furis.ff.
pro empto.l.qui fundum.§.ſi tutor.dicit tamen D.Abb. quod
epiſcopus non debet per hoc exigere ſeruitia mere ſeruilia,
quia ſcriptum eſt,non vt donantes in clerum rem.x.qō.iii.c.j.
in fi.ſed vide meliorem tex.xcv.diſtinctio.eſto ſubiectus. Se
13 ptimo no. quod licet epiſcopus fundet intentionem † de iure
communi ſuper eccleſiis ſuę dioece. reſpectu iurium ſpiritua-
lium,non tamen quo ad temporalia, & hoc probat notabili-
ter iſte tex.in fi.ſimilem tex.hēs infra de religio.domi.cum ve
nerabilis.& iſtos tex.tene menti. Ex quibus habes, quod epi-
copus non poteſt diſponere de rebus eccleſiarum ſuę dioece-
ſis ad libitum,niſi aliud ſibi competat de iure ſpirituali,etiam
ſi eccleſiæ vacent,vt in c.pręſenti.de officio ordin.in vj.& hoc
14 no.contra epiſcopos†qui occupant bona presbyterorum mo
uentiū dicētes ea quæſita intuitu eccleſiæ,nam male faciunt,
quia cum eccleſia non ſit ſubiecta,quo ad temporalia illa bo
na pertinent ad eccleſiam,& no.ad epiſcopum,& idem dicē-
eſt in abbate reſpectu prioratuū,& eccleſiarum ſibi ſubiecta
rum,vt in clemen.prima. de ſupplenda negligentia prælato
rum.poteſt tamen epiſcopus, vel alius prælatus pręſcribere,
quod alias eccleſias habet ſubiectas quo ad temporalia, vt
notabiliter probatur,fuiſſet enim eccleſia iſta adiudicata in
temporalibus huic epiſcopo ſi probaſſet præſcriptionem, de
quo dic vt in c.vt ſuper.de rebus eccle.non alienan..& in clem.
prima.& ibi bona glo.in verbo ad menſam.de exceſſ. prælat.
& per Ioan.And. in regula qui contra.in Mercuria.lib.ſexto.
15 Octauo no. quod ſi tranſcriptum diſcordat † ab originali
ſtandum originali,concor.c. quoniam contra.de probationi.
16 Nono no.quod licet reus excipiens†non videatur fateri in
tentionem actoris,tamen ſi producit inſtrumentum, vel ali-
quam ſcripturam ad probandam ſuam exceptionem poteſt
actor in ea ſe fundare,ratio eſt,quia vtendo inſtrumentis facit
illa eſſe communia.l.prima.§. edenda ſunt omnia.ff.de eden.
& in capitulo G.perpetuus.cum ibi no. de fide inſtrument. &
in capitu.cum olim.de cenſi.vnde dicit hic Hoſtien.quod iſta
regula quæ hic colligitur parum prodeſt,quia ſuper exceptio
ne,& replicatione fiunt poſitiones,ponens autem videtur cō
fiteri,vt dicit glo.in capitulo primo.in fi.gl.magnę. de confeſ.
17 in ſexto. Decimo nota,quod eccleſia † non debet puniri ſi
procurator,vel pręlatus falſat inſtrumenta,& quando procu-
rator falſat ideo nō nocet eccleſię,quia non videtur habere
mandatum ad illicita,l.ſi procurator.ff.de condi.indebit.cum
ſimilibus. Falſitas autem commiſſa per prælatum, ideo nō
18 nocet eccleſię,quia † delictum pręlati non nocet eccleſiæ, vt
in regula delictum.libro ſexto. Vndecimo no.ibi, illis dum
taxat exceptis,quę per authētica ſcripta ei noſcuntur eſſe ſub
19 tracta,quod ſufficit † ſententiam fore certam, vel per ſe,vel
per relationem ad aliud,de quo vide Barto. in l. ait prętor. §.
primo.ff.de re iudica. Duodecimo no. in fin.ibi,aliquanto
20 tempore poſſediſſe,quod ex poſſeſſione non probatur † pro-
prietas, vbi proprietas principaliter eſt deducta in iudicium,
de quo dic,vt in capitulo.cum ad ſedem.de reſtitutione ſpoli.
& per Barto.in l.quidam in ſuo.ff.de condi.inſtitu. Decimo
21 tertio no. quod reprobato † inſtrumento de falſo poteſt pars
quæ produxit inſtrumentum, reuocare tacitam confeſſio-
nem ſurgentem ex productione inſtrumenti in ea partem q̄
reperitur inſtrumentum falſum, ſi enim inſtrumentum pro-
ductum non fuiſſet probatum falſum non potuiſſet produ-
cens reuocare confeſſionem ſurgentem ex productione. Et
ex hoc infertur, quod reprobans inſtrumentum de falſo non
poteſt ſuper eo ſe fundare,nec ſuper tacita confeſſione ſurgē-
te ex productione inſtrumenti. Vltimo no. quod iudex po-
22 teſt†ex officio ſupplere allegando notoriam falſitatem inſtru
menti,maxime ad commodum publicum, licet fuerit falſa-
tum per producentem, propter ea enim hic allegauit ex offi
cio falſitatem inſtrumenti ad commodum monaſterii, licet
procurator monaſterii illud produxiſſet. In glo.prima,Ioā.
And.dicit,quod capitu.præterea.el primo, ſupra de tranſacti.
non ponit ſimilem caſum per omnia, quia ibi reus condem-
natur hic abſoluitur,& hoc idem eſt, quia ibi fuit expreſſe cō
feſſus,hic excipiendo propoſuit,vnde intellige gloſ. quod ibi
eſt caſus ſimilis, quo ad narrationem facti, ſed diſſimilis quo
ad deciſionem caſus, & hoc dicit dominus Abb. eſſe notan-
23 dum† pro teſtibus qui dixerunt aliquam rem eſſe ſimilem cō
cordandis,ſcilicet vt non exigatur omnimoda ſimilitudo,ſed
ſufficiat ſimilitudo,quo ad aliquid, & remittit ad nota. per ſe
in capitulo translato.de conſtitutio. & in capitu.cum dilecta.
de confirmatione vtili vel inuti. In glo.ſecunda,pro eius ex
peditione app.nam videtur,quod ex iſta confeſſione rei pote
rat epiſcopus actor ſuam intentionem fundare, vt in dicto ca
pitulo pręterea.& in capitu.per inquiſitionem. de electionib.
huius timore contrari glo ponit duas ſolutiones. Prima eſt,
quod epiſcopus non bene allegabat,quia huiuſmodi litis cō-
teſtatio repentina non præiudicabat monaſterio.Ex qua ſolu
24 tione not.quod † confeſſio facta a procuratore,& deliberate
non præiudicat,& hoc tenet glo.in capit.apud miſercordem.
xxii.quæſtione prima.& in capitu.fi.in verbo,iuſta.de iureiur.
in vi.quæ dicit, quod confeſſio poteſt incontinenti reuocari,
ſiue ſit facta in ſcriptis,ſiue ſine ſcriptis,facit quod dicit gl.no.
in ſimili in capitulo ex literis.de diuor. quod dicit,quod con-
feſſio facta calore iracundię poteſt reuocari, ſed dicit domi-
nus Abb.quod licet hæc ſolutio ſit vera in ſe non procedit
quo ad iſtum textum.ex quo enim non fuit reuocata, ſed da-
batur perſeuerantia debebat valere,vt in dictis iuribus, & in
capitulo pręterea.de teſtibus cogend.vnde forte gloſ. tranſiuit
ad ſecundam ſolutionem, ſcilicet quod hic excipiendo ſub
conditione reſpondit,ſed per oppoſitionem exceptionis non
fit litis conteſtatio, vt in capitulo dudum. el ſecondo. de ele-
ctionibus.de quo vide tex.& glo. in capitulo ſecundo. de litis
conteſtatio.in ſexto.nam glo.ibi dicit,quod aut excipiens ſtat
in meris terminis exceptionis, vt quia contra petitionem
actoris excipit de pacto de non petendo, vel de præſcriptio-
ne,vel alia exceptione peremptoria, vel dicit ſe non teneri re-
ſpōdere libello,ex eo,quod factum ſibi pactum de non peten
do rem,& tunc per talem reſponſionem non fit litis conteſta
tio. Aut reus reſpondet directe libello,puta quia petit ſe ab
ſolui cum ſibi factum fuerit pactum de non petendo ; &
tunc per talem reſponſionem fit litis conteſtatio, modo
ad propoſitum procurator monaſterii directe reſpondit pe
titioni epiſcopi dicens eum non poſſe vendicare prædictam

eccleſiam propter permutationem factam, & ſic non ſtetit
in meris terminus exceptionis vnde facta fuit hæc litis conte-
ſtatio, & hoc etiam patet, quia iſte tex. appellat eam reſpõſio-
nem non autem ſimpliciter vocat eam exceptionem, hoc ẽt
vlterius patet, quia ſi non fuiſſet lis conteſtata, non potuiſſet
25 ferri † ſententia diffinitiua, ſed Papa tulit hic ſententiam diffi-
nitiuam, vt patet. Ergo facta fuit lit. conteſtatio. & Innocen.
hic intelligit, quod fuit facta lit. conteſt. licet text. ſuper hoc ſe
non fundet, vnde dic ꝙ hæc confeſſio non præiudicat, quia
emanauit excipiendo, vt ſupra dixi, & dicam in glo. ſuper ver.
fuiſſe. In glo. in verbo, bonæ fidei. diuido ipſam in duas par
tes. In prima parte quærit, quot ſunt actiones bonę fidei. In
ſecunda quare dicantur bonæ fidei, quia regulariter omnes
actiones ſunt ſtricti iuris exceptis illis quæ enumerãtur, in §.
actionum. Inſtit. de act. quas etiam gloſſ. hic enumerat, & in-
ter alias enumerat actionem pignoratitiam, in qua Petr. &
Abb. dicunt, quod datur pignoratitia directa, & contraria.
26 † Pignoratitia enim directa datur debitori ſoluto debito
ad recuperandum pignus. Contraria vero datur creditori,
ſi res aliena, vel alii obligata fuit ſibi pignorata, & de iſta eſt
tex. in l. tutor. §. contrariam. ff. de pigno. act. Sed hoc debet in-
telligi quãdo creditor ignorabat rem pignoratam eſſe alienã,
vel obligatam vel morboſam, ſecus ſi ſciuiſſet, vt ibi dicitur,
ſed ad gloſſ. Hoſti. & Ioan. Andr. addit actionem ex ſtipulatu
pro dote quæ etiam eſt bonæ fidei, vt dicitur in d. §. actionum.
ſeu in §. fuerat. qui ſequitur. §. actionum. Et ex hac gl. arguit
But. ꝙ probatur aliquem eſſe notarium, vel ſcholarem, vel
27 bannitum ex eo quod eſt deſcriptus in matricula † notariorũ
vel ſcholarium, vel bannitorum, & eodem modo probatur
negatiua. ſ. ꝙ non ſit notarius, vel ſcholaris, vel bannitus. Si. n.
non inuenitur deſcriptus in matricula ex hoc probatur, ꝙ
non eſt ſcholaris, vel ꝙ non eſt notarius, vel ꝙ non eſt banni
tus, & de hoc dixi in c. quoniam. contra de probat. vbi allega-
ui Ioan. Andr. An autem matricula probet dixi in ca. primo.
28 de prob. In ſecunda glo. hæc glo. † ponit tres differentias in-
ter actionem bonæ fidei, & ſtricti iuris. Prima eſt, quia in
actionibus bonæ fidei veniunt omnia quæ equum eſt venire,
ſed in actionibus ſtricti iuris non venit niſi illud ꝙ ſtricte exi-
git natura actionis, vnde non veniunt in contractibus ſtricti
29 iuris † vſuræ ex mora, niſi ſpecialiter ſint permiſſæ, vt in l. iii.
C. de vſuris. ſed in contractibus bonæ fidei veniunt vſuræ ex
mora, vt in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. emp. & in l. mo
ra. §. in bonæ fidei. ff. de vſur. Sed Ioan. And. dicit, quod illud
quod dicit gloſſ. procedit ſecundum leges, non autem ſecun
dum canones, & quod forte etiam Hoſ. dicit ſecundum leges
non procedit dictum gloſſ. & remittit ad no. in c. iii. j̃. de vſur.
vult dicere, quod quia Imperator in Auth. de eccleſia. titulis.
promittit ſeruare quatuor concilia inter quę eſt concilium
Nicenum, quod prohibet vſuras videtur hodie vſuræ prohibi
tæ etiam de iure ciuili, & hoc tenet gloſſ. in d. cap. iii. j̃. de vſur.
Sed Doct. hoc communiter reprobant, vt ibi dixi, de quo
etiam vide D. Abb. in c. cum ſit. de foro compet. ſed quantum
30 ad principale dictum gloſſ. ſ. † an in contractibus bonæ fidei
ceſſent hodie vſuræ ſaltem de iure canonico Bal. hic, & Butr.
& D. Ab. dicunt, quod aut vſuræ petuntur vt vſurę, & tunc ceſ
ſat hodie ſaltem de iure canonico, & hoc modo intellige Io.
31 And. Aut petuntur † vt intereſſe, & tunc quatenus intereſt
poſſunt peti licite, & hoc voluit gloſ. notabilis in l. curabit. C.
de act. emp. & in c. conqueſtus. j̃. de vſur. facit c. dilecti. de foro
competen. & c. peruenit. fideiuſſo. cum ſimili. & ꝙ Innocent.
no. in c. ſacro. de ſenten. excommunicat. vbi dicit, quod ſi pe-
cuniam dari eſt in obligatione habet ratio lucri ceſſantis, qđ
eſt bene notan. ſecundum D. Abb. ſed Bar. in l. non vtiq;. in fi.
ff. de eo quod cer. loco. & in l. j. C. de ſentent. pro eo quod in-
tereſt. hoc intelligit quando creditor eſt perſona quæ conſue-
uit lucrari, & ſic lucrum perdidit propter moram debitoris,
& de hoc dixi plene poſt D. Ab. in capit. conqueſtus. j̃. de vſur.
vbi ea quę ſ̃. tetigi plenius declarantur, ſed aduerte inquantũ
gloſſ. dicit, quod quilibet contractus cenſetur bonę fidei, quã-
tum ad hoc, vt bona fides debeat ſeruari in quolibet contra-
ctu dicit Bal. magiſtralius ꝙ ideo appellantur contractus bo-
næ fidei, quia quo ad ſui eſſentiam requirunt bonam fidem.
Contractus vero ſtricti iuris, quo ad ſui eſſentiam non requi
runt bonam fidem, ſed ſolum quo ad iuſtitiã vult dicere Bal.
32 quod † dolus ipſo iure vitiat contractum bonæ fidei, non autẽ
contractum ſtricti iuris de quo in l. eleganter. ff. de dolo. & in
c. cum dilecta. j̃. de emp. & vendi. & ſic vult dicere Bal. ꝙ ideo
dicuntur bonæ fidei, quia ad ſui eſſentiam & validitatem re-
quiritur bona fides, quod non eſt in contractibus ſtricti iuris,
quia ad ipſorum eſſentiam non requiritur bona fides, ſed ſo-
lum quo ad iuſtitiam, ſed tu dic, quod licet iſta verba ſint ma
giſtralia, tamen meo iudicio non ſunt vera, quia quando do-
33 lus † incidit in contractu bonę fidei, contractus mero iure va-
let. l. Iulianus. §. ſi venditor dolo. ff. de acti. emptio. no. gloſſ. in
cap. cum dilecti. j̃. de empti. & vendi. & ſic doctrina Bald. non
procederet generaliter, ſed ſolum quando dolus dat cauſam
contractui. Item l. bonam fidem. C. de actio. & obliga. quę eſt
allegata per gloſſ. quod in quolibet contractu deſideratur bo
na fides, vnde dictum gloſſ. eſt verius. Secunda differentia eſt,
34 quia in actionibus ſtricti iuris non venit † intereſſe ſi rem da-
ri eſt in obligatione. l. vbi autem non apparet. ff. de verborum
obligat. & in l. ſi quis ab alio. §. j. ff. de re iudi. ſed iſta omnia ve
niunt in actionibus bonæ fidei. l. j. ff. de action. empti. & Bal.
hic allegat glo. quam dicit ſingularem in §. actionum. Inſt. de
ac. quę dicit, quod in contractibus bonę fidei ſuccedit obliga
tio ad intereſſe, non autem in contractibus ſtricti iuris, ſed D.
Ab. hic dicit, quod hæc differentia poteſt intelligi dupliciter.
primo, quod in actionibus ſtricti iuris non venit intereſſe. i.
non liberatur reus ſoluendo intereſſe quando rem dari eſt
in obligatione, ſecus quando rem tradi, vel factum eſt in obli
gatione, & iſte intellectus eſt verus in ſe, & probatur in iuri-
bus ſ̃. allegatis, & eſt ratio diuerſitatis, quia ſi preciſe compel-
leretur ad factum, vel ad rem tradendam, quę conſiſtit in fa-
cto eſſet quędam ſpecies ſeruitutis, quod iura abhorrent. l. Ti
tio. ff. de condic. & demon. facit quod no. glo. in l. cum antiqui
tas. C. de vſufruc. non ſic cum rem dari eſt in obligatione, q̃a
35 † dare eſt facere alium dominum per traditionem, vt in §. ſic
itaq;. Inſti. de act. hoc enim non conſiſtit in puro facto hanc
rationem aſſignat Bar. in l. ſtipulationes. non diuiduntur. ff. de
verborum obligat. vbi pleniſſime proſequitur iſtam materiã
D. autem Ab. dicit, quod licet hoc dictum ſit verum in ſe, nõ
tamen iſte intellectus conuenit materiæ noſtrę, quia ex hoc
ſequeretur, quod in contractibus bonę fidei dando intereſſe,
quis liberaretur quod eſt falſum, vt in. l. ſi is qui commodati.
ff. commodati. & in l. exempto. ff. de actio. empti. no. in c. cum
Ioannes. de fide inſtrumentorum. vnde D. Ab. ponit ſecundũ
intellectum dicens, quod in actionibus ſtricti iuris venit inte
reſſe ſi factum, vel rem tradi eſt in obligatione, & peti poteſt
intereſſe, quod intellige poſt moram, vt d. l. ſtipulationes non
diuiduntur. ver. Celſus & ibi hoc tenet gloſſ. & Bar. & Dyn. in
regula mora. lib. vj. ſed ſi rem tradi eſt in obligatione intereſ-
ſe non eſt in obligatione, nec poteſt peti etiam poſt mortem,
ſed debet peti ipſa res, & reus debet condemnari ad ipſam rẽ.
Sed poſt condemnationem per officium iudicis fiet execu-
tio in intereſſe, in actionibus vero bonæ fidei, dicit quod ipſũ
intereſſe non eſt in obligatione, vt poſſit peti, ſed debet peti
36 res, & † in defectum venit intereſſe, & dicit ꝙ hoc probatur in
d. l. exempto. ff. de actio. empt. vbi text. dicit, quod nihil magis
congruit bonæ fidei, quã id pręſtari quod inter contrahentes
actum eſt. Sed tu dic, ꝙ iſte tex. non loquitur quando merum
factum eſt in obligatione, ſed loquitur quando pręcedit titu-
lus habilis ad transferendum dominium. de quo per Bar. in l.
i. eod. titu. & pleniſſime in d. l. ſtipulationes non diuiduntur.
Bal. autem hic dicit, quod etiam ſi rem dari eſt in obligatione
ſuccedit obligatio ad intereſſe in contractibus bonę fidei per
gloſſ. in d. §. actionum. & hoc tenendo poteſt reſponderi ad il
lud dicit D. Ab. aliud enim eſt quęrere, an actor poſſit petere
intereſſe ſiue rem dari, ſiue rem tradi, ſit in obligatione quã-
do eſt contractus bonæ fidei, & hoc caſu loquitur gloſſ. ſecun
dum Bal. in §. actionum pręd. & aliud eſt quærere an reus li-
beretur ſoluendo intereſſe, & tunc non liberatur, ſiue rem da
ri, ſiue rem tradi ſit in obligatione quando traditio non eſt
metu facti, de qua loquitur l. j. & l. exempto. ff. de actio. empt.
ſed circa hoc me non extendo, quia hęc materia eſt relinquẽ-
da legiſtis, de qua in l. ſtipulationes non diuiduntur præalleg.
& dicit Bal. hic vnum notabile verbum. ſ. quod ſi in inſtrumẽ
to eſt permiſſum intereſſe, tunc in omni obligatione ſuccedit
intereſſe conuentionale, non ſic tamen vt fiat nouatio, ſed vt
actor poſſit eligere. ſ. an agit ad intereſſe conuentionale, vel
ad rem, & hoc no. Aduerte tamen inquantum glo. dicit, ꝙ
in contractibus bonę fidei, quandoque non veniunt rupta, &
Cęſa. ff. de act. emp. l. fundi. §. ſi rupta. nam rupta dicuntur cer-
ta, vel arena, & ſimilia, Cęſa dicuntur arbores cęſę talia non
veniunt ex quo non ſunt pars fundi, vel domus ex quo ſunt
ſeparata a ſolo. Tertia differentia eſt, quia in actionibus bonę
fidei multũ exhuberat officium iudicis, & pinguius ſuccurri
tur, quam in aliis, & propter has differentias illę actiones vo-
cantur ſtricti iuris, & iſte bonę fidei. Deinde gloſſ. opponit
d. c. eccleſia Sutrina. de cauſa poſ. & proprie. vbi dicitur, quod
in iudicio veniunt ea de quibus actum non fuit vt venirent,
& idem dicitur in l. ſolemus. ff. de iudic. nam debet intelligi de
37 his quę poſſunt comprehendi ex natura actionis, nam † extra
nea non veniunt, vt in l. non poteſt videri. ff. de iudic. Et ex his
habes iſtam gloſſ. declaratam, & habes gloſſ. conſimilem. in
d. §. actionum. Sed quærit D. Ab. ad quem effectum iſte alle
gauit, quod permutando cõputatur in contractus bonę fidei,
& dicit

& dicit ꝙ non poteſt colligi ſolutio ex tex. ſed forte voluit di-
cere, quod cum permutatio ſit contractus bonę fidei debe-
bat iſte Abbas agnoſcere bonam fidem, & credere eccleſiam
iſtam pertinere ad epiſcopum cum contrahebat permutatio
nem. Dicit tamen, ꝙ non multum refert qualiter hoc intelli-
gatur. In glo. in verbo, loco domini. Aduerte inquantum hic
38 gl. vult ꝙ † permutatio non contrahitur vbi res alterius datur
ex cauſa permutationis, debet intelligi quando volentes per-
mutare vtantur verbis denotantibus translationem dominii
puta dabis mihi æquum, & ego dabo tibi Codicem, nam tūc
non valet permutatio, & de hoc eſt tex. in l.i.ff. de rer. permu.
& ratio eſt, quia non dominus tradendo rem alienam nō fa-
39 cit alium dominum, quia † nemo dat, quod non habet. l. tradi
tio. ff. de acquiren. rer. domin. & i.q. vii. Daibertum. nam pro
non dato habet, quod ab illo datur qui de iure dare non pōt
de iure pat. quod autem ſecus ſi volentes permutare vterent
verbis ſapientibus puram facti traditionem. Puta ego accipiā
Codicem tuum, & tu Digeſtum meum, & tu trades mihi li-
brum tuum, vel ſimilibus verbis denotantibus puram facti
traditionem, nam tunc contrahitur permutatio, etiam
ſi tradatur res aliena, quia ſatisfactum eſt verbis contrahen-
tium, & iſtam theoricam ponit Bar. in l.i.ff. de rer. permut. &
hoc modo debet limitari iſte text. & gloſſ. nam procedit niſi
volentes permutare vtant̄ verbis ſapientibus purā facti tradi
40 tionē. Dicit tñ D. Ab. quod euicta re † tradita per alterum ille
qui rem perdidit habet regreſſum contra perdentem, ſicut in
contractu venditionis obſeruatur, de quo tamen dic, vt nota
tur in ll. ff. & C. de rerum permu. Dicit etiam D. Abb. quod
41 in dubio † cenſetur eſſe actum, vt transferatur dominium, qa
hoc eſt de natura permutationis. arg. l.i. ff. de rerum permut.
& idem ſentit hic Bal. in iii. colum. in verbo, cambium. Dicit
enim ꝙ permutatio ſecūdum propriam eius naturam requi-
rit translationem dominii, vel ꝙ per vſucapionem recōcilie-
tur. l. fi. ff. de cond. ob tur. cauſam. & in l.j. ff. de rerum permut.
Emptio tamen, & venditio non requirit hoc ex propria natu
ra. vt l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. & eſt ratio differentiæ ſecundum
eum, quia permutatio eſt cōtractus innominatus do vt des,
& ideo debet impleri per id quod verbum ſonat. ff. de præſcr.
l. naturalis. §. i. & concludit ꝙ ſemper videtur actum de pleno
iure transferendo niſi ad aliud ius ſit facta relatio, allegat de
contrahenda empt. l. qui tabernas. Conclude ergo, ꝙ non
valet permutatio, ſi res eſt aliena, niſi permutantes vſi fuerint
verbis ſapientibus puram facti traditionem, tamen tūc ſi res
data ex cauſa permutationis euincitur, poteſt agi de euictio-
ne ſicut obſeruatur in contractu vēditionis, venditor autem
42 non tenetur facere emptorem dominum, & ſic valet † vendi-
tio etiam ſi tradatur res aliena, vt in l. rem alienam. & in l.
ſi ita diſtrahatur. §. j. ff. de contrahen. empt. Si tamen quis per-
mittere, dare fundum, alteri tenetur transferre dominium,
43 vt dicit tex. in d.l. ſi ita diſtrahatur. §. i. ratio eſt, quia † dare idem
eſt quod dominium transferre. Et in § ſic itaq;. Inſti. de act. &
hoc no. tu canoniſta pro declaratione terminorum. Et ex
prædictis infert D. Ab. ad quæſtionem duorum permutantiū,
beneficia quorum alter non habebat ius in ſuo beneficio, &
dicit quod nulla contrahitur permutatio, & quod non acqui
ritur aliquod ius recipienti beneficium non pertinens ad per-
mutationem, quia non contrahitur permutatio cum nō ha-
bēte ius, cum ſaltem videatur tacite actum, vt aſſignet ſuum
beneficium, & non alienum, & quia etiam ſuperior non intē
dit conferre ei ius niſi loco beneficii ſui, & dicit ꝙ ita conclu
dit per iſtas rationes, & alias rationes. Federi. de Sen. in tract.
permu. q. cx, & dicit quod in iſto caſu non curaret de varieta-
te verborum, de qua ſupra dixit. ſ. an verba ſapiant iuris tran-
ſlationem, & puram facti traditionem, quia propter rationes
allegatas indiſtincte videtur actum, vt permutet beneficium
ſuum, & non alienum: dicit tamen quod propria authoritate
non debet redire ad beneficium ſuum, quia licet non tenue-
rit permutatio, valuit tamen renunciatio vnde abſq; autho
ritate ſuperioris, non debet proprium beneficium repetere,
de quo remittit ad Fed. de Sen. in d. tractatu. q. cv. & ad Ioan.
And. in cap. vnico. de rerum permu. in vj. & allegat text. no. in
c. ſi beneficia. de præben. eo. lib. qui tamen tex. videtur proba-
re, ꝙ poſſit redire ad prius beneficium propria authoritate,
ſed dic, vt ibi notaui. & iſta eſt communis concluſio. ſ. quod
non poſſit reuerti propria authoritate. idem per omnia dicit
hic But. in prin. huius c. in penul. notabili. & allegat D. de Ro.
concluſione 380. & 385. dicit tamen D. Ab. ꝙ agens pro bene
ficio permutato non tenetur probare permutantem ſecum
habuiſſe ius in beneficio, ſed ſufficit, ꝙ probet illum habitū,
& reputatum pro tali, & fuiſſe in poſſeſſione illius beneficii,
& allegat D. de Ro. deciſ. 382. qui ita determinant, quod dicit
eſſe not. facit quod notant Innocen. in ca. veniens. de verbor.
44 ſignifi. in vj. Quid autem ſi quis † permutat vnum beneficiū
cum pluribus, & alterum euincatur, nunquid poſſit habere
regreſſum ad primum beneficium? D. de Ro. tenent ꝙ ſic de-
ci. 380. dicunt tamen, quod non requiritur authoritas ſupe-
rioris, & ꝙ eſt opus noua collatione. allegat no. in c. inter cęte
ras. de pręben. & in ca. cum vniuerſorum. de rerum permuta.

In gloſſ. in verbo, fuiſſe hæc gloſſ. in effectu vult, quod pro-
curator fuerit confeſſus excipiendo, is autem qui excipit q̄q̄
confiteatur factum comprehenſum in exceptione, non ta-
men confitetur tacite comprehenſum in ipſa exceptione.
Exemplum, excipio de permutatione per hoc enim bene fa-
teor permutationem interueniſſe inter me & te, quia expreſ-
ſe hoc dico, ſed non fateor ꝙ res vere ſpectaret ad te, quia po
tuit fieri permutatio de facto, & potuit eſſe quod ad te res il-
la non pertinuerit vnde cum proponam factum excipiendo,
& repellendo te ab intentione tua non debet dici, quod ego
45 confitear intentionem tuam, ne vna & eadem † exceptio ope
retur contrarios effectu contra. c. maiores. de præben. Conſu-
luit tamen gloſſ. ad omne dubium euitandum, vt quis exci-
piat ſub conditione, vt ſi volo excipere de pacto de non petē
do ſub hac forma excipiam, dico te mihi non mutuaſſe, & ſi
probaretur contrarium, dico te mihi feciſſe pactum de nō pe
tendo, & idem dicit de excipiente de interruptione cōtra prę
ſcriptionem, & in coniuge excipiente de conſanguinitate cō-
tra coniugem eam vendicantem, & ſimilibus. non enim po-
teſt aduerſarius ſe fundare ſuper illa exceptione, & idē tenet
hic Innocen. Dicit enim, ꝙ aut quis confitetur intentionem
aduerſarii, & tunc ſibi præiudicat adeo, quod contra ſuam cō
feſſionem nō poteſt aliquid dicere, niſi probaret errorem an-
te ſententiam, & de hoc dic, vt plene habetur in c. fin. de con-
feſſ. Aut non confitetur, ſed ſolum excipiendo proponit, &
tunc non poteſt dici, quod confiteatur, nec quod credat qui
omnem excipit, non credit, nec diſcredit, immo potius dubi-
tat, & quaſi inter diuerſiſſima ducitur. hanc opinio. ſ. quod
46 † excipiens non videatur confiteri, firmat etiam gloſſ. in regu
la exceptionem. lib. vj. Et aſſignat triplicem rationem. Prima
eſt, quia hęc non eſt intentio excipientis, immo ad eius oppo
ſitum ordinatur intentio ipſius excipientis. ſ. ad puniendam
intentionem aduerſarii. l. j. ff. de excep. ergo oppoſitum opera
ri non debet. l. cum falſa. § fi. ff. de cond. & demon. & in l. lega
47 ta inutiliter. ff. de leg. primo. Secunda, quia verba † prolata
in iudicio abſque intentione confitendi confeſſionem non
inducunt. ff. famil. erciſc. l. qui familia. Tertia ratio, quia ea-
dem exceptio non debet inducere contrarios effectus. de pro
cur. tuæ. & ſic non debet operari repulſionem, ſeu impugna-
tionem intentionis aduerſarii, & ipſius confirmationem, &
hanc opin. ſequitur Iac. de Are. & Pe. & Cy. in l. exceptionem.
C. de probat. Sed gl. in l. non vtique. ff. eo. tenet quod excipiēs
videatur confiteri. Idem tenet Dy. in d. regula exceptionem,
hanc eandem opin. tenet Spec. eod. tit. §. illud. ver. quid ſi reus
& ver. quid ſi debitor. vbi dicit ꝙ excipiens confitetur niſi re-
ſpōdeat ſaluo iure ſuo, & hoc modo intelligit iſtum tex. Bar.
no. in d.l. non vtique. ff. eo. voluit concordare opi. dicit enim,
quod aut actor ex toto negat exceptionem rei, & ſuper illa
non poteſt ſe fundare per l. cum de indebito. ff. de proba. & in
regula ex eo. li. vj. exemplum, dicis me obligatum occaſione
mutui, excipio, quod feciſſes mihi pactū de nō petendo. Tu
hoc negas, certe non potes dicere intentionem tuam eſſe fun
datam ex verbis exceptionis meæ, quam negas. Aut actor cō
fitetur factum, ſed negat ius puta, quia confitetur ſe feciſſe pa
ctum de non petēdo. Sed dicit illud non valere ratione mino
ris ætatis, vel alia ratione, & tunc poteſt ſe fundare in confeſ-
ſione ſurgente ex exceptione rei, ex quo totaliter eam nō ne
gat, mouetur per l. quem. ff. de his qui not. infam. Sed D. Abb.
dicit, quod hæc opinio Bar. eſt contra iſtum text. quia epiſco-
pus hic confitebatur permutatione interceſſiſſe, vt colligi-
tur clare ex tex. ſed eam impugnabat forte ex defectu alicuius
ſolennitatis, & tamen nō potuit fundare intentionem ſuam
ſuper illa exceptione, niſi dicat̄ quod iſte procurator nō exce
pit pure, ſed conditionaliter, & ita intellexit iſtum tex. gl. iſta,
& Spe. vbi ſ. ſed D. Ab. dicit, quod pro primo dicto facit ratio
iſtius literæ, quia Papa in decidendo non fundauit ſe ſuper cō
ditione, ſed ſimpliciter ſuper exceptione, & ad l. quoniā alle-
gatā per Bar. reſpondet ꝙ non probat, quia loquitur in tranſi
gente ſuper crimine, quia tranſigendo videtur crimen confi-
teri, videtur enim feciſſe metu probationis futuræ, & ſic non
loquitur in excipiente, quia excipiendo videtur repellere intē
tionem aduerſarii cum intendat aduerſarium repellere ab in
tentione ſua. Tu autem dic, ꝙ Bar. fuit ſibi contrarius, quia in
l. decem. ad fi. commenti. ff. de verborum obligati. expreſſe te-
net contrarium illius, quod dicit in d.l. nō vtique. Dicit enim
quod ſi ego dico, quod actor qui nunc petit debitum me libe
rauit, & ipſe confitetur liberationem, ſed negat ſolēnitates de
bitas interueniſſe, & ſic liberationem nullam, quia nō poteſt

ſe fundare

48 ſe fundare in mea exceptione,ſicut enim ille qui negat†factũ
non poteſt in eo ſe fundare,ita etiam ille qui negat ius,ſeu ſo
lennitatem non poteſt in facto ſe fundare cuius ſolennitatẽ
negat.allegat l.poſt legatum.ff.quibus vt indi.& l.cum de inde
bito.ff.de probat.Et ſic Bar.directe dixit contrarium,ſed tamẽ
aduerte, quod communiter canoniſtæ tenent, ꝙ non poſſit
ſe fundare in exceptione rei etiã ſi velit ſtare exceptioni ipſi⁹
rei,nec eam impugnare.& iſtam opin.credo eſſe veriorem,ſi
enim excipiens non videtur confiteri, vt probatur hic, & in
d.regula exceptionem cum ſimilibus non poteſt aduerſarius
ſe fundare in confeſſione quę non eſt facta, vnde tene com-
munem opin.quicquid dixerit Bar. Tamen vt clarius intel-
ligas facias tres caſus principales.primus eſt,quando exceptio
totaliter negat intentionem aduerſarij,vt eſt exceptio nõ nu-
meratę pecunię, vel quando negatur contractus fuiſſe cele-
bratus,& tunc planum eſt ꝙ excipiens non videtur confiteri,
& in hoc concordant omnes. Secundus caſus eſt, quando
non negat totaliter intentionem aduerſarij, vt eſt exceptio
pacti de non petendo,vel exceptio præſcriptionis & ſimiles,
& excipiens non excipit pure, ſed conditionaliter,puta,dico
te mihi non mutuaſſe,& ſi probares te mutuaſſe, dico te mi-
hi feciſſe pactum de non petendo,& hoc etiam caſu ſecundũ
omnes excipiens non videtur confiteri, ſed gloſſ.in d. regula
exceptionem, dicit quod iſta practica non eſt tuta. ſi veritas,
vel conſcientia eſt in oppoſitum,quia docet mentiri.facit, ꝙ
not.gl.in c.j.in gl.ma.poſt princ.de confeſſ.in vj. Tertius caſus
eſt,quando exceptio pure, & ſimpliciter opponitur, puta ſi
contra vendicantem rem opponam exceptionem præſcri-
ptionis,& hoc etiam caſu communiter tenẽt Doc. quod exci
piens non videatur confiteri,& hoc probatur hic, & in d. re-
gula exceptionem,& in l.non vtique.ff.eo.& quod dicitur de
49 exceptione,idem dicendum eſt de replicatione, quia etiã†re-
plicans non videtur confiteri intentionem aduerſarij, & hoc
tenet glo.in d.regula exceptionem.& Bu.& D.Abb.hic, ratio
eſt ſicut ſe habet exceptio ad actionem.Ita ſe habet replicatio
ad exceptionem,quia replicatio eſt exceptio exceptionis. l. ii.
ff.de except.& dixi in c.a nobis.s̃.eod.ſed But.hic ponit v.limi
tationes,Prima eſt,quando confeſſio eſt ſeparata ab exceptio
ne.verbi gratia,dico te mihi mutuaſſe, & ꝙ poſtea feciſti pa-
ctum de non petendo, vel dico eccleſiam fuiſſe ſubiectam,
ſed dico fuiſſe factam tranſactionem,vel permutationẽ, hoc
enim caſu poteſt aduerſarius ſe fundare in cõfeſſione expreſ-
ſa,& de hoc eſt caſus in c.præterea.ii.de tranſact.& ſentit Ioã.
And.ſuper prima gloſſ.& ratio eſt, quia hæc regula procedit
quando actor vult ſe fundare in verbis exceptionis conſecuti
uis,& incluſis in ipſa exceptione, ſecus ſi verba ſint ſeparata
ab exceptione,quia in illis poteſt actor ſe fundare, licet non
poſſit ſe fundare in exceptione.ſed D.Abb. hoc intelligit,niſi
actor ex toto negaret exceptionem, quia tunc non poſſet ſe
fundare etiam in eo quod cõtinetur explicite in exceptione.
& pro hoc facit,quod no.Bar.in d.l.non vtique.ff.eodem. ſed
mihi non placet illud,quod dicit D. Ab.nam ex quo cõfeſſio
poteſt ſeparari ab exceptione poteſt actor ſe fundare ĩ expreſ
ſa confeſſione,& ſic poteſt confeſſionem approbare, & exce
ptionem impugnare,& hoc ſentit Bar.in d.l.x.in fin.ff.de ver.
oblig.dicit enim,quod actor nõ poteſt ſe fundare in exceptio
ne rei,ſiue neget factum,ſiue neget ſolẽnitatem,ſed dicit hoc
eſſe verum niſi expreſſe contineretur confeſſio in inſtrumen
to,quia tunc inſtrumentum probaret debitum pręceſſiſſe, li-
cet liberatio non valeret.allegat.no.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Gri
ſogonus.eod.ti.Optime facit,quod no.Bar.in l.Aurelius.§.idẽ
50 quęſiit.ff.de lib.leg.circa illum articulum.ſ.an†quis poſſit cõ-
feſſionem pro parte acceptare,& pro parte reprobare,de quo
etiam per Doct.in cap.ex parte decani.s̃.de reſcriptis.& in ca.
cum veniſſent.de Inſtit.vnde conclude quicquid dicat D. Ab.
ꝙ ſi in exceptione cõtinetur explicita confeſſio poteſt aduer-
ſarius acceptare confeſſionem,& impugnare exceptionem,
& de hoc eſt tex.in d.c.pręterea.de tranſact. Secunda limita
tio eſt,quando ex verbis exceptionis non introcluſę, ſed præ-
gnantis,vel tacitę aduerſarii vult ſe fundare.verbi gratia,con-
tra actorem rem vendicatem reus excipit,quod ipſam condu
ctam habet ab eo per decennium, actor vero vult acceptare
ſolum quo ad hoc quod conductam tenuit,certe, ſecundum
Butr. poteſt ſe fundare, ſed Do. Abb. ponit exemplum,Cla-
rius,& ad hoc allegat tex.no.in c.ex parte decani. de reſcript.
vbi reus opponens contra reſcriptum aſſerensq; ipſum eſſe
impetratum per falſum procuratorem,eo quia eum reuoca-
uit ante impetrationem reſcripti tenetur probare reuocatio
nem procuratoris,& quod reuocatio peruenerit ad eius noti
tiam ante impetrationem reſcripti,ſi enim negaſſet ſimplici
ter illum qui impetrauit fuiſſe procuratorem incubuiſſet ꝓ-
batio aduerſario,ꝙ ille qui impetrauit fuiſſet verus procura-
tor, ſed quoniam excepit eum fuiſſe falſum procuratorem,
quia eum reuocauit, tenetur probare reuocationem, & ſic
aduerſarius potuit ſe fundare in verbis ſuæ exceptionis.ſ. ꝙ
fuerit procurator, cum enim aſſeruit ſe reuocaſſe procurato
rem per conſequens videtur fuiſſe confeſſus,ꝙ eum cõſtitue-
rit procuratorem,& in tali confeſſione potuit aduerſarius ſe
fundare.Ita quod valuiſſet impetratio reſcripti niſi probaſſet
reuocationem mandati,& hoc modo inducas illum text. &
pro hoc D.Ab.allegat rationem, quia regula eius quod poni
tur explicite in ipſa exceptione reus non habet aliquã excu-
ſationem hinc eſt,ꝙ ſi excipiendo negaret,& poſtea ſuper il-
lo concurrerent pateretur pœnam mendacii.l.fi. ff.de rei vẽ.
& in auth.contra qui propriam.C.de non numer.pec. & iſta
limitatio differt a præcedenti, quia illa habet locum quando
reus confitetur pure intentionem actoris, iſta autem quando
in verbis exceptionis reus explicite confitetur intentionem
aduerſarii in vtraque tamen idem iuris eſt, & hæc limitatio
procedit etiam,ſi actor acceptaret ſolam confeſſionem rei,&
negaret exceptionem,vt dixi in præcedenti limitatione. Ter
tia limitatio eſt,quando actor vult ſe fundare ſuper facto ꝓ
vt eſt in facto,ſed non prout eſt in iuris effectu. Exemplum,
actor agit ex maleficio infamante reus opponit exceptionẽ
tranſactionis.nam videtur fateri factum.i. maleficiũ, ex quo
ſequitur infamia.l.quoniam. ff.qui not.infa.ſed iſta limitatio
non placet D.Ab.nec obſtat illa l. quia non loquitur in exci-
piente,ſed in tranſigente, & loquitur quando conſtat de fa-
cto.i.de maleficio obiecto. ſed nos loquimur quando nullo
modo conſtat de facto,niſi ex eo, quod iſte ſimpliciter exci-
pit,& iſta limitatio depẽdet ab illo quod s̃.dixi. ſ.an quis poſ-
ſit ſe fundare in exceptione aduerſarii affirmando pactum
contentum in exceptione, & negando iuris ſolennitatem,
& ſubdit Butri. quod non obſtat ſupradictis.l.ſi quidem.C.de
excep.vbi datur conſilium reo,quod non opponat exceptio-
nem ante fundatam intentionem actoris, quia illud conſiliũ
nõ datur, quaſi ante opponendo videatur confiteri intentio
nem aduerſarii, ſed datur ne reus ſe grauet ſuperfluo onere
probandi,quia forte actor non probauit. Quarta limitatio
eſt,quando ſuper exceptione fit probatio,vt quia producitur
inſtrumentum ad probãdum exceptionem. nam producens
51 †videtur confiteri contenta in inſtrumento in quo aduerſa-
rius poteſt ſe fundare,quia immediate,quod probatio produ
citur in iudicio,efficitur communis.l.j. §.edenda ſunt omnia.
ff.de edendo.& in cap.ix.perpetuus.de fide inſtrument.& hoc
probatur hic,quia ſi inſtrumentum non fuiſſet probatum fal
ſum,potuiſſet iſte epiſcopus ſe fundare in inſtrumẽto produ-
cto per procuratorem monaſterii, vnde quotidie allegat iſte
tex.cum dicto Innocen.quod producens inſtrumentum vide
tur confiteri contenta in inſtrumento, & idem dicit Inno. in
c.cum olim.de cenſi.& Bar.in l.poſt legatum.ff.quibus vt ind.
ſed hic in penult.col. dicit quod hoc eſt verum quo ad uerba
expoſitiua contenta in inſtrumento.ſecus quo ad uerba enũ
ciatiua,quia producens inſtrumentum non videtur confiteri
verba enunciatiua in eo contenta, & idem dicendum eſt in
poſitione,vt dicit Spe.in ti.de poſitionibus.§.vii. verſ.xi.verbi
gratia,ſi pono ꝙ Petrus filius Martini promiſit mihi x.videor
ſolum ponere & affirmare promiſſionem, non autem quod
ſit filius Martini,& idem dicit But.in cap.j.de plu.peti.& dicit
52 idem in reſponſionem ad poſitionem, quia†reſponſio debet
referri ad illud, quod continetur principaliter in poſitione,
non autẽ ad illud quod continetur demonſtratiue,ſeu enun
ciatiue,vnde dicit ꝙ ſi pono,ſic dico,ꝙ mutuaui x.Petro,cu-
ius es hęres, & tu ſimpliciter confiteris, videris ſolum confi-
teri de mutuo,nõ autem quod ſis hęres, & ad hoc optime fa
cit,quod no.Bar.in l.ſi cui.§.ſi a filio.ff.de leg.primo.vbi dicit,
quod ſi accuſatus de adulterio commiſſo cum Seia vxore Ti
tij reſpondendo accuſationi dicat ſe cognouiſſe dictam Seiã
carnaliter,non per hoc videtur confiteri, ꝙ ſit vxor Titii,niſi
confeſſus fuiſſet omnia contenta in accuſatione eſſe vera,
quia tunc refertur ad ea quæ in ea continẽtur principaliter,&
etiam acceſſorie.ſ.per modum qualitatis.ar.l.fi.ff.de fideic.lib.
& hoc dictum Bar.ſequitur Bal. in c.ii.de mutuis per.dicit ta-
men ꝙ per hoc non eſt facta litis cõteſtatio ſuper adulterio,
quia nec fuit confeſſus,nec negauit adulterium,& per hoc di
cit,ꝙ aſſeſſores debent cauere ne admittant talem translatio
nem,hoc eſt dicere ꝙ debent compellere,ꝙ declaret in reſpõ
ſione,an ſit vxor Titij.vide etiam quod notat Bal.in c. ſecus.
s̃.de teſti. Quinta limitatio eſt, quando ſuper exceptione fit
poſitio,quia tunc poteſt aduerſarius ſe fundare ex tacita con
feſſione reſultante ex confeſſione,allegat Butr. Spec.eod.ti.§.
viſo.ver.eſt igitur valde.& Hoſt. hic, qui dicit ꝙ hodie iſta re-
gula.ſ.ꝙ exceptionem obiiciens nõ videatur confiteri eſt inu
tilis,quia communiter de exceptione, vel replicatione fiunt
poſitiones,facit quod no.gl.ma.in fi.in cap. primo. de confeſ.
53 in vj.quæ dicit,quod†effectus poſitionis, eſt vt ponens videatur
confiteri,

confiteri,probatur in c.vlti.de iureiur.in vj.& hoc no.& nūc
habeo.iſtum caſum de facto. Quidam confeſſus fuit in in-
ſtrumento publico, ſe recepiſſe quinquaginta ducat. & dum
litigaret cum debitore ſuper illis quinquaginta ducat.debitor
a quo creditor in inſtrumento confeſſus fuit ſe recepiſſe illos
quadraginta ducat. facit poſitionem ꝙ illos quinquaginta
ducat. non poſuit ad computum, ſiue calculum creditor ve-
ro reſpondendo poſitioni reſpondit non credo, ſeu non cre-
dit, nunc creditor vult allegare illam confeſſionem factā in
inſtrumento ſimulatam, debitor dicit, ꝙ non poteſt allegare
illam confeſſionem ſimulatam,cum in iudicio confeſſus fue
rit illos quinquaginta ducat. ſe recepiſſe , nam reſpondendo
negatiue poſitioni negatiue,videtur contrarium affirmaſſe ,
& per conſequens affirmatiue dixiſſe illos quinquaginta du-
cat.fuiſſe poſitos ad calculum,optime facit ad hoc,quod no.
Bal.in l.j.C.de diuer.reſc.vbi dicit,ꝙ illud quod affirmatur de
54 vno† ex contrariis videtur de alio negari,& idem econuerſo,
vt in c.non ne.de præſcrip. & dicit ꝙ hoc facit ad reſponſio-
nem poſitionum.ſ.quod ille qui negat vnum contrariorum
videtur affirmare reliquum,& econuerſo , & dicit hāc doctri
nam tenendam menti.facit,quod dixi in c.ea te.& in c.intel-
lecto.in prin.gloſſ.ſ.de iureiuran.modo dicit debitor ꝙ perin
de debet haberi, ac ſi dixiſſet credo dictos quinquaginta duc.
poſitos fuiſſe ad computum,ſed ſi ita dixiſſet videretur tacite
fuiſſe confeſſus confeſſionem non eſſe ſimulatam,ergo eadē
ratione reſpondendo negatiue ad poſitionem negatiuam,qa
talis reſponſio videtur affirmatiua,vt ſ.dixi.& dicit quod po-
teſt acceptare confeſſionem inquantum confeſſionem confi
tetur factam in inſtrumento eſſe veram , & non ſimulatam ,
eam reprobare inquantum dicit dictos quinquaginta ducat.
fuiſſe poſitos ad calculum ſiue computum , quia iſta ſunt di-
uerſa capitula.ſ. quod receperit quinquaginta ducat.& ꝙ eos
poſuerit ad computum cum iſta duo non fiant eo tempore
ſed diuerſo iuxta theoricam Bar.in l.idem quæſiit. ff.de lib.le.
ga.& per Doct.in locis ſ.alleg.nec obſtat quod no.gloſ.in l.ii.
§.quod obſeruare.C.de iura.calum .ſ.quod reſpondens nega-
tione prępoſita , puta non credit non intelligit confiteri , &
idem no.gloſſ.in c.ii.in ver.ſciat.de teſti.in vj.& dixi in c.ex li
teris.ſ de iureiur.ſed reſponde,quia ille gloſſ.loquuntur quan
do præcedit interrogatio.Bal. autem quando præcedit poſi-
tio ratio differētię,quia interrogans non confitetur,ſed bene
ponens,& ideo quia reſponſio debet eſſe conformis poſitio-
ni,ſicut ponens intelligitur confiteri illud quod ponit,ita etiā
reſpondens,quæ ratio ceſſat in interrogatione,facit quod no
tat Ioan.And.in cap.fina.de iureiur.in vj. qui dicit quod dans
articulos non videtur confiteri contenta in ipſis, poteſt & ſe-
cundo modo reſponderi,ꝙ illę gloſſ.loquuntur quando quis
interrogatur de facto alieno , ſecus ſi de facto proprio quod
no.& adde ad ea quæ dixi in d.c. ex literis.& quia iſte caſus de
facto dependet corā me.vlterius me non extendo. Nunquid
55 autem negans intentionem† actoris poſſit poſtea excipere,de
hoc remittit ad Spe.eod.titu.§.viſo.in princip.& dicit quod in
ver.ſequentib.ponitur materia huius glo.Sed de hoc.ſ.an ne-
gans intentionem aduerſam,deinde conuincatur de menda-
tio poſſit poſtea excipere.allego duos bo.tex.in l.cum de inde
bito.ff.de probatio.& in auth.contra qui propriam.C.de non
nume.pecu.& ibi Bar.dicit ꝙ ſi pro negatione pęna imponit
non auditur quantum ad euadendam pœnam , vt probatur
in d.auth.contra qui propriam,& l.fi.ff.de rei vend. ſed quan
tum ad cauſam principalem bene auditur , vnde talis poteſt
excipere contra intentionem actoris,& hoc probatur in iuri
bus pręalleg.optime facit.c.j.§.item ſi vaſſallus. de controuer.
56 inueſti.& per hoc dicit Bar.vbi ſ.ꝙ ſi aliquis † negat ſe feciſſe
homicidium , vel ſe percuſſiſſe aliquem, & poſtea conuictus
dicit ſe feciſſe ad ſui defenſionem nō debet audiri quantum
ad pœnā negationis. ſi per negationem imponeretur aliqua
pœna , ſed tantum ad pœnam principalis delicti bene debet
audiri,de hoc etiam tangit Bal.in d.§.item ſi vaſſallus. & hęc
tene menti,quia ſunt quotidiana. In gloſſ. in verbo, per vi-
57 tium.cum ſequen.hæc glo.in effectu vult ꝙ falſans† inſtrumē
tum debet perdere cauſam , ſed ideo hic eccleſia nō perdidit
cauſam,quia delictum perſonæ nō debet nocere eccleſia,nec
obſtat c.tum ex literis.de reſtitu.in integ.quia ibi totum capi
tulum fuerat in culpa.Et ex iſta glo.no.tria.primo, ꝙ delictū
prælati,& capituli nocet eccleſiæ,idem dicit glo. in c. ii.in iii.
gloſſ.de ord.cogni. Secundo, ꝙ etiam in iudicialib. delictū
ſoluens pręlati non nocet eccleſiæ.ſed gloſſ.in regula delictū.
lib.vj.tenet contrarium per cap.cum olim.de cenſi. Potes di-
58 cere ꝙ nocet eccleſiæ delictum† pręlati in iudicialibus mero
iure,& ita intelligatur gloſſ.in regula delictum,ſed non in ef
fectu,quia eccleſia poteſt petere reſtitutionem in integrum .
Ita loquitur hic de quo dic,vt in c.j.de dolo & contum.vbi ge
neraliter tractatur,an & quando delictum prælati , vel deli-
ctum prælati & capituli noceat eccleſiæ. Tertio no.ex gloſ.
ꝙ committens vitium falſitatis debet perdere cauſam , ſi eſt
talis falſitas quæ cauſæ præiudicet,& cum iſta gloſ. tranſit Io.
And.& But.ſed Bar.in l.in fraudem.§.quotiens. ff.de iure fi. ꝑ
illum text.dixit, ꝙ hoc procedit in eo q falſat acta iudicialia,
59 ſecus ſi committeret falſum† circa teſtes,vel inſtrumenta , qa
tunc non deberet perdere cauſam , licet aliter de falſo poſſit
puniri,vt in l.qui agnatis.ff.de except.& iſtud etiam tenuit gl.
in l.j.C.de formulis.quæ ita intellexit d.§.quotiens.ſ. ꝙ loqua
tur in cauſa fiſci,vnde Bal.hic dicit, quod in tribus caſibus ꝓ-
pter falſitatem quis perdit cauſam. Primus eſt,quādo quis fal.
ſat reſcriptum principis,pro quo facit c.licet.& c. ad falſario-
rum.de cri.fal.Secundus eſt , quando cōmittitur falſitas in cā
fiſca.vt in d.§.quotiens.ſecundum vnum intellectum. Ter-
tius eſt,quando falſantur acta cauſæ, puta ſi quis falſaret ſcri-
pturas atteſtationum, vel alia acta iudicialia.D.autem Abb.
hic tenet quod falſans acta iudicialia,non debet perdere cau
ſam,licet alias de falſo poſſit puniri . allegat l. diuus . cum ibi
no. ff.de re iudica. vbi patet quod producens falſas probatio
nes non perdit cauſam , licet ſententia lata vigore talis pro-
bationis debet retractari per reſtitutionem in integ.ſed tu dic
ꝙ ibi non loquitur in eo qui falſauit acta iudicialia,ſed in ꝓ-
ducente falſos teſtes,vel falſa inſtrumenta.Item D.Ab. reſpō-
det ad c.cum olim.de reſcriptis.allegatum in glo.ꝙ ibi ille cle
60 ricus fuit priuatus beneficio propter delictum † falſi,propter
quod nedum poteſt priuari beneficio, ſed etiā deponi ab or-
dine,& detrudi in monaſteriū,vt dicit tex.in ca. ſi epiſcopus.
quinquageſima diſtin.Sed tu dic, ꝙ iſta reſponſio non eſt bo
na,quia non mandauit ibi priuari omnibus beneficiis.ſed ſo-
lum impoſuit ſilentium ſuper eccleſia quæ petebatur , vnde
ibi non fuit actum, vt puniretur crimine falſi, alias debuiſſet
priuari omnibus beneficiis,& ſic ille tex.facit pro opin iſtius
glo.facit etiam c.cum olim.ii.de offic.delega.vbi Papa noluit
audire illum,qui violauit ſigillum iudicis delegati,vt punire-
tur in eo in quo peccauit , licet ibi proprie non fuerit cōmiſ-
ſa falſitas cum non violauerit acta iudicialia, ſed ſolum ape-
ruerit,& perlegerit.Ita intellexit Bar.illū tex.in l.qui teſtamē-
tum.ff.de falſis.& idem quo ad hoc dicit D.Ab. ad c.tum ex li
teris.de reſti.in integ.vbi probatur dictum glo.ſecundum vnū
intellectum.D.Abb.reſpondet ꝙ ſecundum alium intellectū
magis communem niſi facit , quia Papa ibi tulit ſententiam
contra eccleſiam credens,ꝙ inſtrumentum per eccleſiā pro-
ductum eſſet falſum,& ſic ꝙ nihil probaret, ꝙ tamē nō erat
verum.ſ.ꝙ eſſet falſum vnde non tulit ibi ſententiam punien
do eccleſiam,ſed credens eccleſiam nullum ius habere ex de
fectu probationis,ſed D.Abb.non bene reſpondet ad ca.tum
ex literis.quia dato ꝙ intellectus quem recitat ſit magis com-
munis; tamen ſecundum alium intellectum qui non repro-
batur per Doc.probat dictum glo.& de hoc ibi dixi,ad iſtum
autem tex.reſpondet,quod non probat quod quis debeat ca-
dere a cauſa propter delictum falſitatis,ſed quod ſi cauſa non
fuiſſet ecclesię debuiſſet iudicari ſecundum illum trāſumptū,
quia ponendo in ipſo, quod ille fuit epiſcopus Sabinenſis ,
videtur confiteri,quod ille epiſcopus de quo fuerat facta mē
tio in originali fuerit Sabinen. tu autem tene quod falſans
acta iudicialia , debet cauſam perdere, vt dixi,& iſta opinio
communiter tenetur.Et hinc ſumpta occaſione D.Abb. exa-
61 minat ſuper hac gloſſ.illud quod dicit hic.Innocen.ſ.an† pro-
duceus inſtrumentum falſum,vel minus ſolenne debeat iudi
cari ſecundum illud.Et in hoc diſcurre per caſus . Primus ca-
ſus eſt quando quis ignoranter produxit inſtrumētum,ꝙ po-
ſtea probatur falſum , & ſit regula ꝙ non debet ſecundum il-
lud iudicari,quia ex quo produxit ignoranter . non debet ex
hoc puniri , nec aduerſarius poteſt ſe fundare ratione tacite
confeſſionis ſi aliquid ibi non continetur in fauorem ſuum ,
quia illa tacita confeſſio quę reſultat ex productione inſtru-
menti eſt ei cohęrens, vnde ſublato inſtrumento tāquā prin
cipali tollitur etiam tacita confeſſio tanqua acceſſoria,videt
enim quis confiteri quatenus inſtrumentum probat, & non
aliter,& hoc tenet hic Innoc.& Bart. in l. poſt legatum. ff.de
his quib.vt indig. & hoc procedit ſecundum eos,etiam ſi pro
ducens inſtrumentum fuiſſet expreſſe confeſſus,omnia & ſin
gula contenta in inſtrumento eſſe vera, nam ex quo confeſ-
ſio eſt applicata,& relata ad inſtrumentum videtur confiteri
quatenus inſtrumentum probat,& non aliter facit.c.fraterni
tatis.& quod ibi no.ſ.de hæret. ſecus dicunt ſi confeſſio ema-
nauit nulla habita mentione de priuilegio,ſeu inſtrumento,
quia tunc reprobato inſtrumento,vel priuilegio nihilominꝰ
valet confeſſio,ratio poteſt eſſe, quia ex ſeparatis non fit illa
tio.l.Papinianus exuli.ff.de mino.& in c.ii.de transla.prælato.
cum ſimili.ſed dicit D.Abb.hoc eſſe limitandum ,ſecundum
no limitationem quam ponit Bar. in d.l.poſt legatum.quam
dicit non allegari per canoniſtas.dicit enim Barto.quod licet

hoc

hoc caſu reprobato inſtrumento confeſſio non corruat, tñ ſi confitens vult reuocare confeſſionem ratione erroris hoc poterit allegando illud priuilegium reprobatum, quod fuit cauſa illius confeſſionis, & ſic ſufficiet illud inſtrumentum reprobatum ad probandum errorem confeſſionis. allegat. l. cum poſt. C. de iur. & fac. igno. & D. Abb. dicit hoc eſſe not. allegat no. in ſimili in c. fi. de do. & contu. & in l. qui ſolidum. ff. de leg.
62 ii. Secundus caſus eſt, quando quis ſcienter & doloſe† producit inſtrumentum falſum, & in hoc caſu Inn. ponit duas opi. contrarias. Prima eſt, quod nulla ſpecialitas eſt in eccleſia, qa etiam ſi priuatus producit inſtrumentum falſum eo probato falſo non debet condemnari ad illud quod continetur in inſtrumento. Alia eſt opini. contraria, in qua Innoc. reſidet. ſ. ꝙ ex quo ſcienter producit inſtrumentum falſum ferenda eſt ſententia contra ipſum in eo in quo inſtrumentum facit contra producentem, & ſic condemnabitur perinde, ac ſi inſtrumentum non eſſet falſum, & ex hoc dicit D. Abb. poſſe colligi intellectum ad iſtum tex. inquantum dicit, quod delictum perſonæ non debet præiudicare eccleſiæ, nam in alio tale inſtrumentum probauiſſet contra producentem, licet probaretur falſum. Ex quo no. caſum in quo iudex † fert ſententiã
63 ſecundum inſtrumentum falſum. Butr. autem dicit, ꝙ non tam ex viribus inſtrumenti, quam in pœnam ſcienter producentis inſtrumentum falſum debet ferri ſententia contra producentem, alias eſſet iniqua. D. autem Abb. diſtinguit, ꝙ aut inſtrumentum continet falſum indiuiduum, & tunc ſi aduerſarius vult recipere pro ſe, debet etiam recipere contra ſe, vel ſaltem iudex ex officio debet conſulere producenti. Ex quo aduerſarius ſe fundat ſuper illo. ar. in regula ex eo. lib. vj. & in c. cum olim. de cenſi. & dicit ꝙ ſic debent intelligi no. per Inn. ibi, & per Bar. in d. l. poſt legatum facit, quod no. Bal. in l. j. C. vt quæ deſunt aduo. parti iu. ſupp. vbi dicit ꝙ iudex poteſt ſupplere ex actitatis coram ſe licet partes, hoc non poſſint oppo-
64 nere, & pro hoc dicit, ꝙ ſi vna partium dicit produco† acta inquantum faciunt pro me, iudex tamẽ poteſt indicere actis etiam quatenus faciunt contra producentem, quia conſtat ſibi iudici, & ad prædicta alleg. D. Ab. illud quod no. Ioan. An. in confeſſione continente vnum capitulum indiuiduum, vt in c. j. de confeſſ. in vj. & Bar. in l. Aurelium. §. idem quæſiit. ff. de lib. leg. & dicit ſic eſſe intelligendum Bart. in l. ſi conſul. ff. de adopt. vbi dicit, ꝙ ſi not. in facto proprio ſcripſit inſtrumẽtum, & producit illud in iudicio ſi pars vult recipere pro ſe, tenetur etiam recipere contra ſe. nam debet intelligi ſecundũ D. Abb. quando inſtrumentum continet vnum factum indiuiduum, aut inſtrumentum continet plura facta ſeparata, & tunc dicit procedere dictum Innocen. hic. ſ. ꝙ poſſit aduerſarius ſe fundare in inſtrumento illo, nõ in pœnam, vt dixit Bu. ſed quia videtur fateri omnia contenta in inſtrumento fore vera ex quo ſcienter illud produxit, vnde ſicut in confeſſione expreſſa poteſt aduerſarius recipere illud, quod facit pro ſe, & reiicere illud quod facit contra ſe, vt notant Ioan. An. & Bar. vbi ſ. ita in hac confeſſione tacita maxime in odium doloſi, & dicit ꝙ hoc clare probat iſta litera, nam in originali inſtrumento dicebatur, quod epiſcopus Theodoſius ꝑmutauit cũ monaſterio, nec dicebatur ꝙ eſſet epiſcopus Sabinen. procurator vero monaſterii doloſe appoſuit in tranſumpto ab originali, ꝙ erat epiſcopus Sabinen. ſed poſtquam epiſcopus fundauit intentionẽ ſuam ex illo inſtrumento tranſumpto dicebatur, ꝙ non proderat epiſcopo, quia in originali non dicebatur quod eſſet epiſcopus Sabinen. ſed epiſcopus replicabat quod hoc non poterat allegari, quia ex quo procurator hoc appoſuit confeſſus videbatur quod erat epiſcopus Sabinen. & reſpondetur per Papam, ꝙ delictum perſonæ &c. nec obſtat ſi diceretur ꝙ ex quo epiſcopus recipiebat inſtrumentum ꝓ ſe, quod debebat etiam recipere contra ſe, & ſic ſtare permutationi factæ per prędeceſſorem, vt in c. cum venerabilis. de cẽ ſi. nam ſecundum Innoc. inſtrumentum forte non cõtinebat omnia ſubſtantialia permutationum, quia forte non interuenerat conſenſus ſuperioris, nec alia quæ requiruntur in alienatione rei eccleſiaſticæ, de quibus xii. q. ii. ſine exceptione, & in c. nulli. de reb. eccl. non alie. & in cap. primo. eod. titu. in vj.

Tu tamen dic, ꝙ dictum But. eſt verum, & probatur in iſto tex. a contrario ſenſu, ſi enim priuatus produxiſſet inſtrumentum falſum ſcienter in pœnam falſitatis debuiſſet iudicari ſecundum illud inſtrumentum, & ſic crimen committentis falſum, facit vt reprobato inſtrumento non corruat illa tacita confeſſio quæ reſultauit ex productione inſtrumenti. ſ. inquãtum inſtrumentum producendo videtur confeſſus, ꝙ omnia contenta in inſtrumento eſſent vera, & hoc modo intellige Innocen. Tertius caſus eſt, quando producto inſtrumento
65 reprobatur per† aduerſarium non tanquam falſum, ſed tanꝗ minus ſolenne, vt puta, quia defecit conſenſus canonicorũ vbi neceſſario debebat interuenire, vel charta non eſt ſufficiens ad probandum illud ad quod inducitur, & in hoc caſu Innocen. eſt ſibi contrarius, & D. Ab. multum ſe inuoluit, ſed in hoc videtur reſidere, quod aũt producens ſcienter producit inſtrumentum minus ſolenne, vel contineret factum ſibi notum, & tunc ex quo produxit videtur confiteri omnia cõtenta ibi eſſe vera, nec poteſt ab hac tacita confeſſione deſiſtere, licet poſtea probetur illud inſtrumentum etiam eſſe minus ſolenne. ar. in ca. ab excommunicato. de reſcript. cum ibi no. Aut continet factum ſibi veriſimiliter incognitum, & tunc aut inſtrumentum eſt authenticum, ſed reprobatur ex defectu intrinſecæ ſolennitatis, puta, quia non interuenit in alienatione conſenſus canonicorum, eſt tamen inſtrumentũ in ſe publicum, & authenticum; & hoc caſu aduerſarius põt ſe fundare in illo inſtrumento, & hoc probatur hic, quia niſi in tranſumpto fuiſſet commiſſa falſitas, potuiſſet iſte epiſcopus ſe fundare in illo tranſumpto, licet allegaret permutationem non eſſe ſolenniter factam, vel alio reſpectu non valere, & pro hoc facit no. dictum Ioan. Andr. in c. fin. de iureiur. in vj. vbi dicit, ꝙ ſi aduerſarius meus impetrauit reſcriptum contra me in quo narrauit aliqua facientia pro me poſſum illa facientia pro me in alio iudicio allegare, & approbare, licet il-
66 lud reſcriptum † reprobauerim tanquam ſubrepticium, quia per hoc reſcriptum non deſinit eſſe authenticum reſpectu narratorum. Aut inſtrumentum non eſt authenticum, & tunc non probat, non enim videtur quod aduerſarius poſſit pro ſe inducere ex quo non approbauit illam chartam, tanꝗ authenticam, ſecus ſi approbaret tanquam authenticam, ſed ex alio vitio intrinſeco reprobaret. Et in hoc caſu vltimo potes facere tres concluſiones quas per te ſummas. & dicit hic Innocen. ꝙ ſi per talem chartam minus authẽticam aliquid fuerit iudicatum, quod tam iudex qui tradit ſententiam, quã aſſeſſor qui conſuluit, quam litigator pro qua ſententia fuit lata tenentur admittere eandem chartam contra ſe condennato agente contra ipſos, quia idem ius ex eadem charta eſt ei ſeruandum, quod contra ipſum fuit ſeruatum, & dicit But. hoc dictum eſſe no. quia extendat titulum, quod quis iuris, ad
67 iudicantem, & aſſiſtentem. Nunquid autem ſi produco† inſtrumentum proteſtando, ꝙ produco in ea parte in qua facit pro me, & nõ vltra iuuet hæc proteſtatio? & allegat D. de Ro. concluſione cclxxvi. qui dicunt quod ſi inſtrumentum eſt cõfectum ad petitionem ſolius aduerſarii proteſtatio iuuat, qa ſcriptum ad mei prǽiudicium mihi non præiudicat, ſecus ſi inſtrumentum eſt confectum ad petitionem mei producẽtis, quia tunc non valet talis proteſtatio, vt in c. cum olim. de cenſi. & in l. ſcripturæ. C. de fide inſtromentorum. & in c. imputari. eo. ti. & ibi dixi, & no. iſta verba Butr. & D. de Ro. Ex quibus habes, ꝙ vbi quis producit inſtrumentum ad petitionem ſui confectum, non poteſt illud producere cum proteſtatione inquantum faciat pro ſe, & non vltra, ſecus ſi ſit confectũ ad petitionem aduerſarij. vnde ſeruat practica quãdo aliquis producit inſtrumentum, vel aliquam ſcripturam, quod aduerſari⁹ dicit ſe illud reproducere in parte, & partib. pro ſe facientibus, quod no. & hic caderet an producens inſtrumentũ poſſit allegare aliquid contra inſtrumentum, vel illud impugnare de falſo, de quo ĩ. dicam. In glo. vlt. no. ex glo. ꝙ illud
68 quod eſt nullum † quo ad veritatem, & quo ad opinionem tractu temporis non confirmatur, ſed illud quod eſt nullum quo ad veritatem, aliquid tamen quo ad opinionem, tractu temporis poteſt confirmari, non vt in veritate teneat, ſed vt precludatur via dicendi nullum. & dicit D. Abb. in hoc iſtam glo. eſſe no. & Ioan. And. multum inſtat hic circa iſtam materiam de qua plene dixi in c. licet cauſam. ſ. de proba. vnde breuiter duo ſunt videnda. Primo, an ſententia lata per falſas probationes mero iure teneat. Secundo ĩ. quantum tem-
69 pus poſſit retractari. Circa primum dic, ꝙ aut ſententia † eſt lata contra præſentem, & tenet mero iure, vt in l. diuus. ff. de re iud. & in l. iii. c. ſi ex falſis inſtrumentis. non obſtat l. qui agnitis. alleg. in glo. quę iſtam glo. fecit ceſpitare, quia ibi ſolum dicitur, quod non poteſt excipi de re iudi. contra volentem agere de falſo quo minus examinetur queſtio falſi ſententia, ta-
70 men tenet† donec per iudicem retractetur de fide inſtrumentorum. accepimus, aut ſententia eſt lata contra abſentem ex falſis inſtrumentis, ſeu allegationibus dolo preſentis, & tunc
71 ſententia eſt nulla, † vt in l. ſi pretor. §. Marcellus. ff. de iudic. & ibi hoc tenet glo. & Bar. & vide Innoc. in c. cum Bertoldus. de re iud. & in c. cum dilectus. de reſcriptis, Quo ad ſecundum. ſ.
72 ĩ. quantum tempus poſſit† ſententia retractari, dic quod de falſo poteſt v. modis agi, nam aliquando ille contra quem eſt lata ſententia vult eam facere retractari, & tunc ſiue ſit actor, ſiue reus debet petere reſtitutionem in integrum infra quadriennium, vt in l. diuus. ff. de re iudic. & iſte eſt primus modus agendi. Secundus modus eſt, quãdo vult accuſare criminalit. vt aduerſarius puniatur tanquã falſarius, & tunc dẽt accuſatio

inſtitui

inſtitui.ſ.xx.annos,vt in l.querelam.C.de falſis. quæ in hoc caſu loquitur,non autem quando agitur ad effectum retractandi ſententiam,& dicit D.Abba. quod communiter dicitur, ꝙ Papa hic ponit falſam allegationem, & contigit propter variè nota.in d.l.querelam.& dic quod regulariter hoc procedit
73 in quocunque crimine, quia de iure ciuili† communiter tollitur accuſatio criminis per xx.ann.& vide bon.glo.in d.l.querelam.quæ tamen dicit ꝙ per officium iudicis poteſt inquiri vſque ad xxx.an. quia tanto tempore durat officium iudicis, ſed Bal.hic ad fin.dicit ꝙ Doc. communiter reprobant illam glo.quia ſi tollitur remedium accuſationis, quod eſt ordinarium, multo fortius debet tolli remedium inquiſitionis, qđ eſt extraordinarium. Item quia præſcriptio tetigit delictum, & abſorbet eius vincula.ff.de iniur.l.ſed ſi vnius.§.ſi ante iudicem,ſed tu dic quod hoc procedit de iure ciuili. De iure autē
74 canonico quis poteſt accuſari etiam vſque† ad mille annos, vt dicit gloſſ.ſingul.xxxiii.q.ii.admonere in ver pnīa.quæ incipit ar.quod in fi.ipſius gl. Tertio modo, poteſt agi ciuiliter
75 †actione in factum ad intereſſe, & tunc vſque ad xxx. an.poteſt agi,quia tanto tempore durat quælibet actio perſonalis. l.ſicut.C.de præſcr.xxx.ann. Quarto modo,poteſt excipi,puta contra petentem executionem ſententiæ, ꝙ poteſt excipi de falſo,& hęc facultas excipiendi durat perpetuo.l.curę.in fi. ff.de doli.exce.no.in c.querelam. præallegato. Quinto modo, poteſt deduci falſitas per viam replicationis, verbi gratia contra actorem agētem,opponitur exceptio rei iudicatę,ipſe autem replicat,ꝙ eſt lata per falſos teſtes, vel per falſa inſtrumenta,& iſta replicatio poteſt perpetuo opponi, ſicut exceptio poteſt perpetuo opponi,facit quod no.Ioan.And.s.co.a nobis,& intelligas prædicta de falſitate probationum, ſi aūt reſcriptum delegati, vel inſtrumētum procuratoris eſt falsū, dic vt in c.ſuper literis.de reſcriptis.& in ca.in materia.de procurat. Extra glo.opponitur contra tex.multis modis, & pri-
76 mo, ꝙ de iure communi eccleſiæ† ſitę in diœceſi pertineant ad diœceſanum,etiam in temporalibus,vt in c. epiſcopum.x. q.j.vbi patet quod epiſcopus poteſt petere adminiſtrationem temporalem. Item epiſcopus poteſt agere pro temporalibus pertinentibus ad eccleſiam,vt in c.fin.de ſucceſſ.ab inteſta. & D.Abb.adducit tex.no.in c.cum ad ſedem.de reſti.ſpol.vbi patet quod epiſcopus fundat intentionē ſuam etiam ſuper hoſpitali,& ſuper omnibus poſſeſſionibus ad illud pertinentib. ſol.dic,ꝙ aut epiſcopus dicit temporalia eccleſiæ ad ſe pertinere.ſ.vt illius redditus poſſit conuertere ad vſus proprios, &
77 de eis diſponere ad libitum ſuum, & non poteſt, quia† redditus particularum eccleſiæ ſunt deputati ad vſus miniſtrorū, & ad alia neceſſaria ipſarum eccleſiarum,vt in ca.paſtoralis. de his quæ fi. a pręlat. adeo ꝙ etiam ſi vacat eccleſia non pōt epiſcopus illius redditus ſibi appropriare,ſed debent conuerti in vtilitates eccleſiarum,vel futuris ſucceſſoribus reſeruari,vt in c.pręſenti.de offic.ord.in vj.facit quod no.in cap.ſi propter tua debita.de reſcrip.lib.vj. aut vult fundare intentionem ſuā ſuper temporalibus quæ pertinent ad iuriſdictionem, & protectionem eccleſię,& vt exigat adminiſtrationem redditu um eccleſiæ, & hoc caſu loquuntur contraria,& his reſpectib. ꝓcedit libellus epiſcopi,ſi petit tēporalia eccleſię ſibi ſubiectæ, & hoc notanter dicit Innocen.in d.cap. tum ad ſedem. dę reſtitutio. ſpoliato. Dicit etiam hęc Innocen. quod vacante eccleſia,vel quando non ſupereſt alius, tunc epiſcopus habet illam defendere,& pro illa agere,vt in c.fi.de ſucceſſ.ab inteſt. Sed D.Abb.dicit, quod etiam eo non vacante epiſcopus poteſt pro ea agere,vt in c.fi.de ſucceſſ.ab inteſt.& dicit hoc probari in c.nouerint.& in c.regenda. x.q.j.& quod no.in clem.j. de reſcriptis.& de hoc remittit ſe ad c.cum deputati. de iudic. vbi tractat an ſi epiſcopus & rector eccleſiæ immediatus concurrant quis illorum debet conferri,ſed tu vide tex. & glo.& Bar.in l.ſancimus.C.de ſacroſanct.eccleſ.vbi dicit quod quan-
78 do† epiſcopus agit pro eccleſia, vel capella ſibi ſubiecta non debet agere nomine proprio, ſed nomine illius eccleſiæ, vel capellæ ſicut quando perſona coniuncta agit pro coniuncta. l.ſed & hęc.circa prin.de procur. & dicit ꝙ eodem modo quilibet ſuperior poteſt agere pro rebus eccleſiæ ſubditorum.Itē etiam Bar.ꝙ ſi concurrent rector illius eccleſię, & ſuperior, puta epiſcopus,vel abbas rector eccleſiæ debet pręferri, quia eius principaliter intereſt,ar.l.ii.§.fi.cum l.ſequen.§.final. ff.de adult.dicit etiam hic Innoc.ꝙ ſi eccleſia non habet patronū, eſt libera,& ad epiſcopum pertinet ponere ibi rectorem, & hoc dicit verum,ſi non eſt collegiata,nec in parochia alteri⁹ eccleſiæ,dicit tamen,quod aliqui dicunt, quod epiſcopus nō ponat rectorem,ſed potius populus pręſentabit.ſed dicit Inn, quod hoc non cauetur aliquo iure, & Hoſtien. dicit hoc eſſe verum niſi ad populum ſpectaret ius patronatus.de elect.c.2. & c.querelam.& ibi per Ioann. Andr. ſuper verbo, populus.
79 No.quatuor ex verbis.Inno.Pimo,ꝙ† epiſcopus poteſt petere rationem adminiſtrationis eccleſiarum ſuę diœc.ſed ipſe dicit hoc eſſe verum exceptis eccleſiis in quibus clericus eſt patronus,de quo remittit ad c.in Lateranenſi. de prębend. & ad c.cum & plantare.§.in eccleſiis.de priuil.vbi etiam vide Innoc.qualiter ſit exigenda ratio per epiſcopum, vel per patronum eccleſiaſticum an ſit opus, quod clericus particulariter aſſignet quid & quantum expedit pro ſuo victu, puta quantū emit pro carnibus & piſcibus ſingulo die, & ſic de ſingulis,vi
80 de Innocen.& Doct.ibi.Tangit etiam hic Innocen.an† patronus poſſit petere eccleſiam cum pertinentiis ſuis, & videtur dicere,quod ſi eſt patronus laicus, quod non procedit talis libellus,ſed debet perdere ius patronatus, & idem dicit ſi clericus ſuccederet laico in iure patronatus, ſed ſi clericus ex fundatione eſt patronus dicit, quod tutius eſt quod nō det talem libellum,ſed quod petat ius patronatus, vel qđ petat rationē adminiſtrationis ſibi reddi quæ petitio nō ſolū cōpetit patrono,ſed etiam illi qui habet ius adminiſtrandi. Fatetur tamen, quod in patrono eccleſiaſtico procederet libellus peto eccleſiam cum pertinentiis,ſed Hoſt.hic tenet contrarium dicens, ꝙ per petitionem de qua loquitur text. poteſt exigi ratio adminiſtrationis, ſed petenda eſt ipſa ratio adminiſtrationis in genere,vel in ſpecie, & dicit, ꝙ neceſſe eſt exprimi qualiter, ſiue ex qua cauſa hęc petat vtrum.ſ.patronus, vel vt alius ſic enim formandus libellus,vt reus poſſit deliberare,an velit cedere,vel contendere,vt patet ex no.de libel.ob.c.ii.& iii.ſed ſine hac declaratione deliberare non poſſet,de quo remittit ad c.cum ad ſedem.de reſt. ſpo. Ex quo conclude,ꝙ patronus,
81 vel alius† agens,debet in libello exprimere ius quod habet,& ſi habet ius patronatus,debet illud exprimere in libello, ſed ſi competit rationem adminiſtrationis exigere, licet illud in libello exprimere, non autem ſufficeret petere eccleſiam cū ſuis pertinentiis ſecundum Hoſt.cum quo tranſit Ioan.And. & But.Secundo no.ꝙ quando eccleſia eſt collegiata electio
82 †pertinet ad collegium.c.Et ex hoc dicit Hoſti. quod epiſcopus in collegiatis eccleſiis non ponit miniſtros, ſed ad collegium pertinet electio de quo de elec.c.primo. & c.cum terra. & c.cum eccleſia Vulterana.& pro hoc facit,quia etiam legatus non poteſt conferre eccleſias collegiatas,vt in c.iii. de off. deleg.in vi.dic tamen,quod tanquam epiſcopus habet confirmare electionem,etiam ſi ſit facta electio in eccleſia collegiata religioſorum,ad hoc D.Ab.allegat bo.tex.cum gloſſ. xviii. q.ii.c.j.& xvi.q.vii.omnes baſilicę.& xvi.q.vlti. aggregatio. Et de hoc no.in d.c.j.de elect.& in c.cum eccleſia Vulterana. eo ti.& vide bo.gl.in c.quamquam.de elc.in vj.dicit tamen Hoſ. poſſe competere epiſcopo de conſuet.ius conferendi in eccleſia collegiata,vt in c.ii.de reſtit.in integr. Tertio no. ex verbis Innoc.ꝙ ſi eccleſia ſita eſt in parochia alterius, epiſcopus nō ponit ibi miniſtrum,ſed rector eccleſiæ præſentat, & epiſcopus inſtituit,facit quod no.de in repatr.ſignificaſti.Rectore autem parochię negligente epiſcopus ponet rectorem, ſeu miniſtrum,de quo remittit Hoſt.de eccle.ędi. ad audientiam. & Hoſt.ibi & hic approbat dictum Innocen.& Ioan.An. etiam ita hic tranſit & But.& idem firmat Ioan.And.in c.i.de capel. mo.in vj.ſed D.Ab.reprobat iſtam opin.& dicit ꝙ iſtę cōmunis error emanauit per illud c.ad audientiam.quod loquitur quando eccleſia parochialis contulit de ſuo ad ędificationē, & dotationem capellę,dedit enim ibi omnes obuentiones il
83 lius villę,ſecus ergo quādo nihil de ſuo contulit,quia ius† patronatus non acquiritur niſi ędificatione fundatione, vel dotatione,vt no.gl.xvj.q.vii.quia mentis, & de hoc plenius per D.Abb.in d.ca.ad audientiam.vbi etiam Bu.tenet illud,quod dicit hic D.Abb.licet hic tranſeat cum dicto Innoc. Quarto no.ꝙ etiam vbi eccleſia non habet patronum,populus nō habet ius pręſentandi rectorem ſed collatio pertinet ad ordi
84 narium. An autem† ex conſuetudine,vel pręſcriptione poſſint laici acquirere ius præſentandi, vide no. per Doct.in cap. querelam.s.de elect.& plenius per Ioan.And. in regula quod alicui in mer. in vj.dicit tamen D.Ab. ꝙ epiſcopus debet conari inquantum poteſt deputare rectorem cum beneplacito populi.ar.lxj.diſt.nullus inuitis,& lxii.d.c.j.facit c.quod Dei timorem.de ſta.mo.vbi idem no. D.Ab. Vtrum autem ſi po-
85 pulus† eſt in ſcandalo tenentur elect. ſeu inſtitutus renunciare electioni,vel collationi,vide glo.in d.c.j.lxii.diſt. & Innoc. in c.niſi cum pridem.de renunc. Secundo opponitur,quod
86 hęc ſententia† in qua exprimuntur articuli contenti in authēticis inſtrumentis tanquam incerta non valet, vt in l. j. & per to. C. de ſententiis quæ ſine cer.quant. profe.Innoc. hoc contrarium ſoluit tribus modis. Primo, quod Papa in ſententia licet in tex.non dicatur diſtinxit hęc inſtrumenta certis nominibus,vel circumlocutionibus, ita quod conſtabat de quibus inſtrumentis ſententia faciebat mentionem quod ſufficit ad certitudinem.ar.s.de teſti.licet ex quędam.& ff.ſi cer. pet.l.certum.Secunda ſolutio Innoc. eſt quod iſte tex. loquitur de inſtrumentis

ſtrumentis productis in ipſo iudicio in actis publicis, vel capi
tulis ſpecificatis in actis, & ſic ex parte actorum certificabat̃
ſententia quod fieri poteſt.C.de ſententiis.quæ ſi.cer. quan.ꝑ-
fer.l.penult.& vlt. Tertia ſolutio Innoc.eſt quod hęc capitu
la in nulla parte actorum erant expreſſa,ſed debebat eis adhi
beri fides indubitata, quia erant inſcripta in inſtrumentis au
thenticis, quibus adhibetur fides indubitata, vt in c.i.& ii.de
fide inſtrum. Et ex his Innoc.conſulit,quod ille a quo peti-
87 tur ius epiſcopale†petat illud exprimi ab aduerſario in libel-
lo,vt in c.conquerente. de officio ordin.alias ſi iudex ſimpli-
citer nulla exceptione facta adiudicet ius epiſcopale condem
natus tenebitur de cętero exhibere omnia iura epiſcopalia,
quamuis velit probare ſe exemptum, ſuper aliquibus capitu
lis per priuilegium, vel præſcriptionem præcedentem ſenten
tiam,vt ſ̃.tit. proxi.cum olim.dicit etiam Innoc. ꝙ iudex pru-
denter facit ſi quãdo conſtat ei quod aliquis habet in aliqua
eccleſia iura epiſcopalia, tamen de aliquibus capitulis dubi-
tat ſi ſic pronũciat, adiudicamus tibi in tali eccleſia iura epi-
ſcopalia exceptis his quæ per authentica inſtrumẽta, vel aliũ
modum legatum,ſunt ſubtracta,vel ſic,exceptis talibus capi-
tulis, de quibus nobis plene non conſtat,vt hic & ſ̃.ti.primo.
auditis,& c.cum olim.& c.veniens.& ſ̃.de relig.dom.conſtitu
tus.& c.cum venerabilis. ſecundum Innocen. & dicit Ioann.
Andr.ꝙ omnia hæc verba ponit Hoſtien.in d.c.cum venera-
bilis,& remittit ad Spec.in tit.de ſententiis.§.qualiter.in ii.col.
No.ex ſecunda ſolutione Innoc.quod ſententia poteſt certi-
ficari ex inſtrumentis productis apud acta, & de hoc dicam
infra dum declarabo ex quibus actis ſententia debet certifica
ri. Sed ex tertia ſolutione Innocen.no.contrarium.ſ.ꝙ ſen-
tentia poteſt certificari etiam ex inſtrumentis etiam in iudi-
cio non productis,de quo ſtatim dicam. Tertio no. ex verbis
Innoc. ꝙ quando epiſcopus petit ſubiectionem in eccleſia
valet ſententia, adiudicamus tibi ius epiſcopale in tali eccle-
ſia,licet aliter iura epiſcopalia non exprimantur,de quo vide
Innocen.in c.conquerente.de offi.ordin.& per D.Abb.in c.ii.
de libel.obl. vbi iſtum articulum declarat. & operatur ſecun-
dum Innoc.iſta ſententia effectum,vt ille contra quem eſt la-
ta,non poſſit allegare ſe exemptum in aliquibus capitulis per
priuilegium,vel pręſcriptionẽ, vel alio modo niſi iudex exce
pit aliqua capitula in ſententia, vt ſuperius dixi.Circa autem
88 †ſecundum dictum Inno.ſ.ꝙ ſententia poſſit certificari ex in-
ſtrumentis non productis in iudicio, ipſe idem Innoc.tenuit
contrarium in c.ii.in fi.de libel. obl. vbi dicit, ꝙ ſententia dẽt
eſſe certa in ſe,vel per acta.ff.de re iud.l.ait prætor. §.j. & in l.
j.C.de ſen.quæ ſi.cer.quant. profe. Butr. autem hic dicit, ꝙ
aut quæritur ex quibus actis ſententia poſſit certificari, & di-
cit ꝙ non poteſt certificari niſi ex actis eiuſdem inſtantiæ.al-
legat Ioan.And.in Spec.de ſententiis. §.qualiter.ver.ſed pone
iudex. Aut quæritur, an exceptio facta in ſententia poſſet
certificari per acta non producta, vel per inſtrumenta non
producta,& dicendum eſt quod ſic,quia iudex poteſt excipe-
re de dubitabili cum non declaret exceptionem,ſed ſuper ea
proteſtetur. ſed D.Abb.dicit, ꝙ hoc dictum poſſet procedere
quando iudex exciperet certa capitula, quia ſatis eſt ſententiã
eſſe certam in principali, in quo fit condemnatio, & dicit ꝙ
ſic videtur intelligere Spe.in ti.de ſententiis.§.qualiter. ver.qđ
ſi peto. Quando autem exceptio eſt vaga,& generalis,vt hic
erat,nec poteſt certificari ex actis,tunc incertitudo exceptio-
nis reddit principale incertum,non enim apparet hic,nec ex
actis apparere poterat in quibus articulis facta fuit condem-
natio,ideo dicit,ꝙ iſte tex. procedit in iudiciis vniuerſalib.ſeu
generalibus in quibus multa ſunt ſpecialia,vt plene dixit in c.
ii.de lib.ob.& dicit ꝙ iſtum intellectum ad iſtum d.capitulũ,
& ad c.cum venerabilis.de reli.do.ſenſit hic Innocen. notabi
liter.& ſ̃.retuli,& iſtum intellectum ſenſit etiam Ioan.Andr.
in addi.Spe.in præalleg.verſ.ſed pone iudex. vbi dicit,quod in
particularibus iudiciis non valet ſentẽtia niſi ſit certa per ſe,
vel poſſit certificari per acta eiuſdem inſtantiæ, & per hoc di-
cit ꝙ non valet talis pronunciatio, vt talis iudex pronuncia-
uit in tali cauſa ex quo talis pronunciatio non eſt producta
in actis,ſecus dicit in vniuerſalibus iudiciis, ſeu generalib. vt
hic,& idem dixit Bar.in l.ait prætor.§.j. ff.de re iudi. vbi dicit,
ꝙ ſi iudex condemnat reum, vt reſtituat illud quod habet ex
teſtamento, vel codicillis męuii,ꝙ valet ſententia ſi fideicõ-
miſſum erat vniuerſale, ſecus ſi legatum particulare eſſet fa-
ctum in teſtamento,vel codicillis,quia tunc oportet, ꝙ appa
reat in aliqua parte actorum,quod receperit,vel fuerit cõfeſ-
ſus ſe recepiſſe illud, quod fuit ſibi relictum in teſtamento,
vel codicillis,& ſic Bar. vult ꝙ ſententia non poſſit certificari
per relationem ad aliquod inſtrumentum niſi illud continea
tur in actis quando iudicium eſt particulare, ſed quando iudi
cium eſt vniuerſale valeat.ſententia etiam ſi illud inſtrumen-
tum ad quod fit relatio non ſit productum in iudicio,quia in
executione poterit probatio fieri Et iſta inducunt Doc. ad q.
quotidianam.ſapiens aſſumptus fuit ad conſulendum in cer
ta cauſa qui conſuluit reum condemnandum, iudex vero le
cto conſilio pronunciauit hoc modo. Pronunciamus in
89 omnibus & per omnia,vt in conſilio continetur an valeat†ta
lis ſententia, & legiſtę plene examinant in l. j. C.ſi aduerſus.
lib.& plenius per Ioan.And.in Spe.de excep.§.viſo.ver.porro
in Italia.& Spec.ibi ponit bonam praticam per quam euitã-
tur varie opi.de quibus ſtatim dicetur.& ibi eum vide, ſed in
q.principali.Bar.in d.l.j.tenet ſententiam non valere,quia cõ
ſilium dicit condemnandum iudex, ergo ſequendo formam
conſilii,refert etiam ſe ad futuram,& ſic de pręſenti non con
demnat, nec abſoluit.contra l.quid tamen.ff.de arbit. & l. ait
pretor.ff.de re iud.Ioan.And.in loco pręallega.poſt multa di-
ſtinguit inter ſententiam diffinitiuam, & interlocutoriam di-
cens,quod ſententia diffinitiua non valet interlocutoria ve-
ro ſic,ſed Pet.& Cy.& Ioan.Faſioli de Piſis.in d.l.j. C.ſi aduer.
lib.dicunt,ꝙ etiam ſententia diffinitiua valet.allegant.l.ſi fun
dus.C.de reſcind.vend.& l.quæro.ff.de ędil.edic.idem tenet Ia.
But.in l.fi.C.vbi & apud quem,dicens,ꝙ illa verba ſic debent
exponi,pronuncio,vt in conſilio continetur.ſ.condemnãdo,
vel abſoluendo,vt in conſilio continetur. Idem tenet Iac. de
Are.in d.l.j.dicens hoc eſſe tenendum,vt res potius valeat, q̃
pereat.ff.de verb.obl.l.quotiens.& in c. Abbate.de verb.ſigni.
non obſtat,quod verbum condemno, vel abſoluo non ſit
expreſſum in conſilio, nec in ſententia, quia æquipollens eſt
expreſſum.non ob etiam ſecundum Butr.c.penul.de iureiur.
quia ibi exigitur formalis expreſſio verborum,ideo non ſuffi
90 cit mentalis. In ſententia autem non exigitur formalis†ex-
preſſio illius verbi condemno,vel abſoluo,ſed ſufficiunt quę
cunque verba expreſſe,vel tacite hoc importantia.& iſtã opi
nio.ſ.ꝙ valeat ſententia, etiam ſequitur hic Bu.& Bal.in d.l.j.
mouetur quia verba conſilii diriguntur ad iudicem,ideo ſunt
91 de futuro.ſed iudex debet pronunciare de pręſenti,quia†alias
ſententia non eſſet conformis libello.allegat.d.l.ſi fundus. C.
de reſcind.vend.& iſtam opin.dicit D.Ab. communiter tene
ri,& ipſe etiam eam ſequitur mouetur, quia maxime in ſen-
tentiis debemus conſiderare mentem potius q̃ verba. Mens
92 †autem iudicis eſt condemnare de pręſenti, quia alias nõ eẽt
ſententia vnde interpretatio debet fieri, vt conueniat rei de
qua agitur,pro quo allegat tex.ſatis.no.in c. in his. de verbor.
ſignifi.qui optime facit coniuncta l.ait pretor.§.j.ff.de re iud.
93 Ex quibus†autem actis ſententia debeat certificari Io. An.
tãgit in d.ver.ſed pone iudex.ſed Bar.in l.iii.C.quę ſentẽtia ſi.
cer.quan.profe.& in l.ait prętor.§.j.ff.de re iudic.diſtinguit, ꝙ
aut iudex retulit ſe ad certa acta,& tunc non eſt vis quę facit
illa acta dummodo ex illis verba ſententię poſſint certificari.
puta ſi iudex dicit cõdemno te in eo, quod petitum eſt, vel in
quantitate quæ continetur in poſitionib.ſeu articulis. Aut
non retulit ſe ad certa acta, ſed generaliter dixit condemno
te ad id,quod debes,& tunc oportet conſtare ex actis proba-
toriis,& dicit D.Ab.quod Bar.bene loquitur,quia ex aſſertio
ne facta in libello non conſtat illum debere,ſed ſolũ ex actis
probatoriis,& ꝙ talis ſententia valeat eſt tex.iuncta gloſ.in l.
quid tamen.ff.de arbit.& ſic D.Ab.ſequitur diſtinctionẽ Bar.
idem dicit hic But.in vltima char. in prima col. Quod aũt
94 ſi iudex dicat cõdemno te.in†id quod eſt probatum, & in eo
quod nõ eſt probatum te abſoluo,vide Bart.in d.l.ait pretor,
§.j.ff.de re iudic.Item quid ſi iudex dicit condemno te in *x.* &
ſic dicta condemnatio eſt in plus, vel minus quam deberet ex
forma ſtatuti ex nunc reduco ad debitum quãtitatem, de iſta
q.vide Bar.in l.iudex poſtquam.in vlt.q.ff.de re iudic. & de his
quæſtionibus,vide etiam D.Pe.de Anch.in regula ea quæ.lib.
vj.Tertio opponitur contra tex.quod iſte procurator mona-
ſterij qui produxit inſtrumentum non debuerit contra illud
audiri,vt in c.cum olim.de cenſi.facit quod no.in c.imputari.
de fide inſtrumentorum.& in l.ſcripturę.C.de fide inſtrumen.
ſoluit Innocen.ꝙ licet producens inſtrumentum non poſſit
illud redarguere de falſo,vt in contrario poteſt tamen dicere
quod contra ipſum non facit, ita dicebat hic procurator mo
naſterij.nam allegabat quod in inſtrumento authentico non
erat verbum Sabinen.ſed D.Abba.dicit,quod hoc non ſoluit
contrarium,quia reſpectu tranſumpti,quod procurator mo-
naſterii produxerat.allegabatur falſitas,vt dicitur in tex.vnde
ipſe dicit,quod eſt ſpeciale fauore eccleſię,vt dicitur in litera,
quia delictum perſonæ nõ debet nocere eccleſiæ, dicit etiam
ꝙ dictum Innoc.non eſt indiſtincte verum, quia debet diſtin
95 gui,an†ſcienter quis producat inſtrumẽtum falſum. & proce-
dit dictum Innocen.ſcilicet,vt non poſſit contra illud allega-
re falſitatem cum poſſit de falſo accuſari & puniri.l.ſi qui fal-
ſum.C.de falſis.& in l.ſi vteris.C.de fide inſtrumentor. & eiuſ
dem rei,cuius nomine poſſum de falſo accuſari. Alium accu
ſare non poſſum iuxta regulam poſitam in l.apud antiquos.
C.de

C.de fur.& iſtam theoricam ponit Bar.in d.l. poſt legatum. Aut produxit ignorãter, & tunc Bar.dicit,& poſt eum D. Ab. ꝙ ille qui produxit poteſt illud inſtrumentum dicere falſum, vt probatur in d.l.poſt legatum.& dicit D.Abba. hoc probari in l.qui ignorans.ff.de falſis.& ſubdit ꝙ hoc debet intelligi in probabiliter ignorante. Ego autem credo, ꝙ etiam ſi ignorãtia non eſſet probabilis.nihilominus poſſit allegare inſtrumẽ
96 tum falſum, quia†quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat a dolo,vt in l.igitur.ff.de liberali cauſa. & in l.j. in fi.ff.ad l.Flauiã. de plagi.no.Bar.in l.iuſte.ff.de acquir.poſſ.& in l.j.§.non autẽ. ff.ſi quis teſta.lib.eſſe ius fuerit. Et ex prædictis infert Inn. ꝙ ex quo ſemel aliquem approbaui ad aliquod officium non poſſum eum amplius reprobare reſpectu eiuſdem officii, & ponit exemplum in illo quem produxi in teſtem,vel impetraui iudicem,quia non poſſum amplius eum recuſare,ſi producitur in teſtem,vel impetratur in iudicem contra me.iii.q.iii. ſi quis teſtibus.& iii.q.viii.cuius in agendo. Sed dicit Innocen. hoc procedere quando ego volo reprobare ex cauſa quæ ex me procedit ſecus ſi cauſa procedat ex alio, verbi gratia induxi patrem tuum in teſtem,vel habui in iudicem cõtra aliquẽ. modo tu inducis eum contra me in teſtem, vel impetraſti eũ iudicem cõtra me.ex hac enim cauſa bene eum reprobabo, & etiam recuſabo,quia pater tuus eſt,iſta enim cauſa non ex me,ſed ex te procedit, idem ex noua cauſa procedente ex me poſſum illum recuſare,vel reprobare,vt in cap.inſinuante.de offic.deleg.& in c.paſtoralis.cum ibi no.s. e. Sed iuxta iſtud quærit Innocen.quod ſi admitto aliquem ad vnum officium,
97 †nunquid poſſum ipſum repellere ab alio officio ſi præſentetur mihi ad aliud officium, & in hoc reſpondet Innoc. quod aut aliud officium eſt tale in quo perſonæ conſimiles admitterentur,& non poſſum eum repellere niſi de nouo aliquid acciderit. Aut eſt tale officium in quo requiruntur perſonę diſſimiles,& tunc talis non eſt admittendus,quia non ſequit, ꝙ ſi eſt ſufficiens ad minus officium ſi vocetur ad maius debeat ad illud ſufficiens reputari,vt patet xii.diſtin.nos conſuetudinem,& de elec ſcriptum.§.penult.& fin. cum ibi notatis, & per hoc dicit, ꝙ ſi impetraui aliquem criminoſum in iudi-
98 cem†ſi deinde contra me producatur in teſtem,poſſum eum repellere a teſtimonio prætextu criminis, ſed non poſſum eũ repellere pretextu infamiæ,& eſt ratio diuerſitatis,quia criminoſus poteſt eſſe iudex, ſed non teſtis, vnde non ſequitur ꝙ ſi eum approbaui in iudicem per hoc in teſtem videar approbaſſe, ſed cum infamia repellat a iudicando, & a teſtimonio eundem quem non reputaui infamẽ ad iudicandũ non debeo reputare infamẽ ad teſtificandum, & dicit ꝙ hæc omnia poſſunt colligi in l.ſi vxor.§.fi. ff.de adulter.& quod no.in ca. nulli.ſ.de accu.& in c.accepimus.ſ.de ęta. & qualit. vbi habet vtrum epiſcopus poſſit eum quem ordinauit repellere.Et iſta faciunt quod quis non poſſit venire contra factum ſuum, de quo in c.noſti.de elect.& in c.diuerſis fallatiis. de cler. coniug.
99 Et ex hoc infert D.Ab. ꝙ licet †ſcholaris ſit approbatus in rectorem ſtudii,non per hoc concluditur, ꝙ non poſſit reprobari in examine.ſ.quando examinatur ad finem doctoratus, quia iſtud eſt diuerſum officium. nam illiteratus poteſt eſſe iudex dummodo habeat peritiam cauſarum, vt in l. certi iuris.C.de iudi.& no.gloſſ.in c.ſciſcitatus. ſ.de reſcriptis non tamẽ Doctor,vt in l.magiſtros.C.de profeſſ.& medi.& in l.vna. C.de profeſſ.qui in vrbe conſtan.lib. xii.nec ſtatutũ vniuerſitatis diſponens,ꝙ rector non poſſit reprobari eſt validum,quia hoc non eſt in poteſtate ſtatuentium. Doctores enim in approbando ſunt,vt teſtes & cancellarius ſtudii confert honorẽ doctoratus loco principis,vt in cle.ii.de magis.facit,quod no. Bar.in proœmio fforum,& plene per D.Abb.in c.propoſuiſti de probat.& hoc no. quia alias in hac ciuitate magna fuit qõ. inter Doct.collegii,& epiſcopum, quia nolebãt ꝙ epiſcopus conferret doctoratum,ſed ꝙ declararet, & pronunciaret approbatum per Doctores eſſe Doctorem. Determinatum aũt fuit per illuſtriſſimum dominium Venetiarum,quod ad Doctores collegii ſola approbatio, & reprobatio pertinere,
100 †Ad epiſcopum vero, qui eſt ſtudii canzellarius pertineret collatio ipſius doctoratus,& ita ſeruatur nunc de facto, quia poſtquam eſt facta approbatio per Doctores epiſcopus, vel eius vicarius ſequens iudicium Doctorum ei confert doctoratum.Limitat etiã D.Abb.dictum Innoc.in quantum dicit, quod approbatus in vno officio non poteſt reprobari in eo, vel in ſimili officio,dicit enim ꝙ hoc procedit reſpectu priuati qui eum approbauit,vel tolerauit in vno officio, ſed reſpectu ſuperioris non procedit indiſtincte quia ſuperior poſſit illum examinare eum eſt transferendus ad aliud officium.ar.in l.magiſtros.& quod ibi not.C. de profeſſ. & me. & dicit quod hoc videtur velle Ioan.And.poſt Vinc.in c.ſcriptum. de elec. ſuper glo.in ver.pręſumptiones,facit quod not.Bar.in l. ſed & reprobari.ff.de excu.tuto. vbi dicunt ꝙ quidam ſcholares Pe-
ruſii doctorati in alienis ſtudiis non fuerunt admiſſi pro Doctorib. in propria ciuitate, ſed iterum fuerunt examinati, & multi ex ipſis reprobati.& ſic vult Bar.quod approbatio facta non preiudicet ſuperiori illius, qui fuit approbatus quin poſſit ipſum iterum examinare, & reprobare ſi eſt indignus. de hoc etiam no.in c.accepimus.de æta.& quali.Vltimo opponitur contra tex.de ca.cum Ioannes.de fi.inſtru. vbi patet quod
101 probatio†dubia recipit interpretationem a confeſſione partium,ſed hic procurator monaſterii propoſuerat, quod permutatio fuerat facta cum epiſcopo Sabinen. ergo originale faciens mentionem de epiſcopo Theodoſio debebat intelligi,ꝙ ille Theodoſius,fuerat epiſcopus Sabinen. D.Ab. ſoluit dupliciter. primo, quod hic non fuit facta mentio de epiſcopo Sabinen.in forma confeſſionis ſicut fuit factum in d. c. cũ Ioannes.ſed in forma exceptionis,vt colligitur ex litera.Et ex hoc infert D.Ab.ſingulariter dictum quod dicit ſe neſcire ali-
102 bi.ſ.quod ex rei†exceptione non ſolum non fundatur intentio actoris, immo nec declaratur dubia prolatio actoris ad ipſius commodum,& idem dicit ſi reus aliquid ponit in articulis, quia articulans non videtur confiteri ea quæ ponit in articulis,vt no.Ioan.And.in c.cum in poſitionibus.& ibi etiã D.Do.de iureiur.in vj.& hæc ſolutio mihi placet, quia tex.dicit,ꝙ epiſcopus non potuit ſe fundare in exceptione procuratoris monaſterii.ſ.ꝙ ille Theodoſius epiſcopus fuerit epiſcopus Sabin.quia excipiens non videtur confiteri. Secundo ſoluit D.Ab.ꝙ hęc confeſſio erat fundata ſuper falſo inſtrumento,vnde ſicut falſitas non nocet monaſterio,ita nec confeſſio illa. Sed tu aduerte, quod hæc ſolutio non eſt bona, ſi enim in exceptione fuiſſet expreſſe confeſſus non potuiſſet iuuari monaſterium ex falſitate. Ex quo etiam ante productionem inſtrumenti fuerat confeſſus,& ideo Papa dicit, quod epiſcopus non poteſt ſe fundare in exceptione, quia excipiens non videtur confiteri.non poteſt etiam ſe fundare ex productione inſtrumenti quaſi producendo videatur confiteri contenta in inſtrumento,quia reprobato falſo inſtrumento etiam confeſſio corruit.& iſte eſt verus intellectus iſtius tex.vnde prima ſolutio D.Abb.mihi magis placet.Et de materia huius cap.vide in c.cum olim.ſ.de cenſi.& per Bar.in d. l.poſt legatum. ff. de falſis.Et quod no.Ioan.And.& D.Do.in cap.fin.de iureiur. lib.vj.& hęc ſufficiant.

## SVMMARIVM.

1 *Appellans coram iudice appellationis propter exceptionem nõ admiſſam, probare debet exceptionem eſſe veram.*
2 *Dietę computantur a finibus diœceſis non a loco habitationis citati.*
3 *Citatus vltra duas dietas an comparere & excipere coram iudice debeat.*
4 *Allegans loci diſtantiam illam probare tenetur.*
5 *Iter conſiderari debeat an per aquas, vel per terram.*
6 *Vię terreſtres frequentius conſiderantur tempore hyemali.*
7 *Termini diœceſum diſtinguuntur melius per terram, quam per aquas.*
8 *Exceptio ſimpliciter admiſſa intelligitur in quantum probetur, & non aliter.*
9 *Varia ſunt admittere exceptionem ſimpliciter, vel admittere ſub conditione.*
10 *Locus non tantum conuentionis hodie reſpicitur verum etiam commiſſionis.*
11 *Commiſſio facta vltra vnam dietam, non infirmat citationem, atque proceſſum.*
12 *Iudex deputatus in ciuitate non poteſt procedere extra ciuitatem.*
13 *Executio non debet fieri appellatione pendente.*
14 *Iudex in cauſa appellationis debet ſuperſedere ex quo in locum primi iudicis ſucceſſit. vbi intellectus huius capituli examinatur.*

## CAP. VII.

OLim. Qui propter exceptionem non admiſsã appellat coram iudice appellationis pro-
1 bare†debet exceptionem eſſe veram,hoc dicit ſecundum Ioan.And.& communiter Doc.ſed poſſet etiam aliis modis ſummari ſecũdum diuerſos intellectus, de quibus non curo,quia alii intellectus expedientur ſuper vltima glo.In prima ponitur appellãtis querela. In ſecunda prouiſio. ſecunda ibi, diſcretioni veſtræ. No. primo ex tex. ibi
2 extra ſuam diœce. ꝙ dię†dietę a quibus prohibetur quem trahi, non computantur a loco habitationis citati, ſed a finibus diœc.concordat ca.nonnulli.ſ.de reſcriptis. & clarius ibi hoc tenent Doct. hodie vero quis non poteſt trahi vltra vnã dietam,vt in c.ſtatutum.§.cum verbo.& §.cum autem. de reſcript.in vj.& etiam ibi probatur, ꝙ computatio vnius dietæ ſit a fine diœc. vt patet in d. §.cum vero. ibi vltra vnam dietã a fine ſuæ diœceſis,valeat ſi conueniri. & vide ibi glo.in ver. dietm,

dictam. quæ incipit olim dicebamus, quæ dicit quod
computanda eſt hic dieta a fine diœce. domicilij etiam ſi
agatur actione reali, quam gloſſ. nota. ſecundo nota.
practicam procedendi cum quis citatur vltra duas dietas.
nam debet hoc proponere coram iudice, & ſi non audi-
3 tur debet appellare. Nunquid autem † teneatur com-
parere & excipere coram iudice. Goffred. Hoſtienſ. & Do
ctor. concludunt, quod ſi dubitatur an citatio ſit facta
vltra duas dietas, vel an literę ſint impetratæ de conſenſu pro
curatorum quas partes habebant in curia tenetur citatus cõ
parere, ſed ſi nullum eſt dubium non tenetur comparere, &
hoc modo intellige Doctor. in c. nulli. de reſcriptis. vbi dicunt
ꝙ citatus debet ire ad allegandum priuilegium ſuum, & lo-
quuntur quando quis citatur vltra duas dietas. nam debent
intelligi quando eſt dubium, ſecus ſi conſtaret impetrationẽ
factam vltra duas dietas, & nullum conſenſum interueniſſe
in tali impetratione, nam vbicũque eſt notorium quod cita
to competit exceptio declinatoria non tenetur comparere,
vt in l. non videtur. ff. de iudi. no. Innocen. in cap. ſecundo. de
dila. & gloſſ. in cap. ſuper literis. in gloſſ. fina. de reſcriptis quæ
videtur loqui quaſi in terminis noſtris, & idem no. glo. fin. in
cap. veniens. de accuſ. & idem tenet gloſſ. iii. q. ii. ſi quis epiſco-
pus. & eſt bon. tex. in clem. paſtoralis. §. Piſana. quoque ciuitas.
de re iudic. & no. Ioan. And. in regula ſcienti. in mercur. lib. vj.
Ad iſtum tex. reſponde, quod factum erat dubium, & hoc pa
tet quia tenetur probare ad iuſtificandum appellationem ſe
fuiſſe tractum vltra duas dietas. † Vltimo no. ſecundum Bald.
4 ꝙ ille † qui allegat diſtantiam loci debet eam probare, ſed
pro declaratione iſtius tex. quæro de aliquibus. Et primo nun
quid proceſſus teneret ſi citatus non compareret, & dicendũ
eſt, quod ſic ſi res eſt dubia, quia reſcriptum tenet mero iure
licet competat exceptio iuriſdictionis eliſiua, vt ſatis colligi-
tur ex dicto c. nõnulli. de reſcriptis. hodie vero proceſſus eſſet
mero iure nullus, vt probatur in d. c. ſtatutum. in fin. Secundo
5 quæro quid ſi vna † dieta eſt a loco iudicis citantis per aquam,
& per terram ſunt quatuor dietę, vel econtra. Goffr. & Hoſt.
& Doctor. dicunt ꝙ conſideranda eſt via vſitatior & commu
nior, & quæ frequentior eſt. ar. 50. diſtin. ſępe. & ff. ad l. Aqui.
l. ſi putator. & in c. ex literis. ij. de homicidio. & ff. de fluminib.
l. j. dicunt tamen Goffr. & Hoſtien. quod frequentius conſide-
6 rantur vię † terreſtres maxime tempore hyemali in quo ſolet
eſſe periculoſa nauigatio, & ſępe incerta. C. de offic. rectoris
7 prouin. l. ciuitas. Item † termini diœceſum melius diſtinguun-
tur per terram, quam in mari, vel in aquis, facit optime quod
no. Spec. in titu. de citatione. §. j. poſt princ. & de limitibus pro
bandis, dic vt probatur in c. ex literis. & in ca. cum cauſam. de
probat. Item per iſtum tex. dicit Pet. eſſe notandam caute-
lam, quod quando pars proponit exceptionem propter quã
ſi non admittatur timeat iudex, ꝙ appellabit, vt iudex dicat,
& ego admitto hanc exceptionem ſi probata fuerit. nam per
hoc præcluditur via tali appellationi, & ſi exceptio non erit
probata, non cenſebitur admiſſa, nec poterit appellare. ſed di
cit Ioan. Andr. quod ſalua pace eius, iſta non eſt magna ſubti
litas, & ita etiam dicit Butr. vult dicere, quod etiam ſi iudex
8 non apponat conditionem, ſed ſimpliciter admittat † exce-
ptionem intelligitur eam admittere inquantum probetur, ali
9 ter non, vnde iſta ſunt † paria admittere exceptionem ſimplici
ter, vel admittere ſub cõditione ſi probata fuerit, quia in vtro
que caſu excipiens non probans habeť pro non excipiente,
& debet condemnari in expenſis, vt in c. finem litibus. de do.
& contum. In gloſſ. j. Ioan. Andr. & Doct. dicunt, ꝙ gloſ. be-
ne loquitur ſecundum iſta iura, hodie vero non ſolum debet
10 inſpici † locus conuentionis, ſed etiam commiſſionis, vt in d.
cap. ſtatutum. §. cum vero. & §. ſequen. Sed D. Abb. dicit, quod
etiam hodie poteſt procedere, quia ſi eſt deputatus in certa
diœceſi, circa illam diœc. poteſt ſe appropinquare, vt proba-
tur in d. c. ſtatutum. §. in nullo. vbi tex. ſolum dicit, ꝙ iudex nõ
debet citare, nec cognoſcere de cauſa ſibi commiſſa extra ci-
uitatem, vel diœc. in quibus eſt deputatus iudex delegatus, &
ſubdit, quod non ſolum videtur facta commiſſio in certo lo-
co quando in reſcripto exprimitur diœce. iudicis, ſed etiam ſi
dicatur in tali loco commoranti. de hoc eſt tex. no. in cap. fin.
de rerum permutati. per quem tex. dicit ibi Ioan. An. & Doc.
quod ſi aliquis datur iudex delegatus in loco in quo non ha-
bet domicilium, debet dici committimus cauſam tali in tali
loco commorãti. puta, committimus cauſam Alexan. cano-
nico Vincentino Paduæ commoranti, & niſi illa verba po-
nantur in reſcripto non poterit iudex delegatus cognoſce-
re de cauſa in loco in quo trahit moram alias ſic, & hoc te-
ne menti, quia ſępe videbis in practica. Et ego ſępe fui impe-
tratus iudex in hac ciuitate, & quia illa verba Papæ commo-
ranti non fuerunt expreſſa in reſcripto, nolui in cauſa proce-
dere, quia tale reſcriptum eſt ſubrepticium, vt dicunt Doctor.
in dicto capitulo final. de rerum permutat. videtur ergo eſſe
concluſio domi. Abba. quod dummodo iudex non exeat diœ
ceſ. in qua eſt iudex deputatus, quod etiam hodie procedat il-
lud, quod dicit iſta gloſſ. & ſic videtur ſentire, quod ſi eſt fa-
11 cta commiſſio vltra vnam † dietam, quod valet citatio, &
etiam proceſſus, ſi iudex reſtringit ſe ad vnam dietam, dum-
modo non exeat fines diœceſ. in qua eſt deputatus. ſed hoc vi
detur ꝯ text. in dicto §. cũ vero. vbi ponderatur ipſa commiſ
ſio, & ibi dicitur quod cauſa non debet committi vltra vnam
dietam, & ſic ibi non ſolum ponderatur cõuentio, ſed etiam
ipſius cauſę commiſſio, vt ibi dicitur, & in fin. dicitur quod
omnia obtenta in contrarium, ipſo iure nõ tenent, & ſic vi-
detur ibi probari iuncto fine illius capituli, quod commiſſio
facta vltra vnam dietam ipſo iure nõ valeat, & hoc eſt quod
voluit hic Ioann. Andr. dum dicit, quod hodie non ſolum
inſpicitur locus conuentionis, ſed etiam locus commiſſionis,
& idem ſequitur hic Butr. Et ex hoc infertur, quod ſi cauſa eſt
commiſſa in ciuitate in qua iudex reſidet, & talis ciuitas di-
ſtat a fine diœceſ. illius contra quem eſt facta impetra-
tio vltra vnam dietam, non poterit iudex ſe conferre ad
diœceſ. illius ciuitatis ad hoc, vt procedat in loco exiſtenti, in-
12 fra dietam, quia ſi iudex † eſt deputatus in ciuitate non poteſt
procedere extra ciuitatem, vt probatur in dicto capitulo ſta-
tutum. §. in nullo. ſed ſi eſſet deputatus in certa diœceſ. tunc
quia locus commiſſionis eſt tota diœceſ. ſufficit, quod iudex
procedat in loco qui non diſtet a fine diœceſ. illius contra
quem eſt facta impetratio vltra vnam dietam, & hoc modo
poſſet procedere opinio dom. Abb. ſed tamen dicerem, quod
vbi eſt cauſa commiſſa in diœceſ. quod locus commiſſionis
debet intelligi locus non diſtans vltra vnam dietam, & per
hoc concludo, quod hodie ad hoc vt valeat impetratio ne-
ceſſarium eſt, quod fiat commiſſio infra vnam dietam, vt
probatur in dicto capitulo ſtatutum. §. cum vero. in fine illius
§. iuncto fin. illius capitu. de reſcriptis. in ſexto. Et ex hoc con-
clude, quod de iſto iure ſufficiebat, quod ille contra quem
eſt facta impetratio non traheretur vltra duas dietas, licet
commiſſio eſſet facta vltra duas dietas, & ſic de iſto iure non
inſpiciatur commiſſio, ſed conuentio, hodie vero requiri-
tur, quod commiſſio fiat infra vnam dietam, & ſic hodie nõ
ſolum inſpicitur conuentio, ſed etiam commiſſio, & hoc mo
do intelligas iſtam materiam. In gloſſ. ſecunda. de hoc ple-
ne dixi in capitulo ex parte. de teſtib. & dicam etiam in capi-
tulo interpoſita. infra, de appellat. In gloſſ. vlti. ſic ergo glo.
intelligit iſtum text. quod propter exceptionem non admiſ-
ſam fuit appellatum, & delegatus appellatione non obſtan-
te excommunicauit iſtum V. & fuerunt impetratæ literæ ab
aduerſario ſuper executione excommunicationis ad iſtos de
quibus fit mentio in ſupraſcriptione coram quibus V. pro-
poſuit exceptionem ſuam, & quia non audiebatur conque-
ſtus fuit Papę, & Papa mandat eis, vt dicitur in litera, & licet
iſte intellectus communiter teneatur domi. Abba. ipſum re-
probat, quia ſi Papa ſcriberet executoribus, non mandaret
eis vt decernerent appellationem eſſe legatam, quia hoc non
pertinet ad eorum officium, ſed ſolum habent cognoſcere,
an debeant exequi ſententiam, vel ſuperſedere executioni, vt
in capitulo de cętero. infra, de re iudica. Item appellatione
13 pendente non debet fieri † executio ſententiæ latæ poſt appel-
lationem a grauamine, cum grauamen dependeat ab illa ap-
pellatione. in capitulo non ſolum. de appellatio. in ſexto. &
per hoc dicit quod ſi factum contigiſſet, vt recitat gloſſ. Papa
non mandaſſet vt executores cognoſcerent de appellatione
aliquo modo, ſed vt ſuperſederent in euentum cauſæ appel-
lationis, & dicit quod miratur quod gloſſ. & Docto. hoc non
ponderauerint, vnde Petr. & Abb. ponunt alium intellectum
ad iſtum tex. quod ſi exceptio ordinatur ad excludendam iu-
riſdictionem iudicis propter cuius non admiſſionem appel-
lari, quod tunc iudex appellationis debet ſuperſedere, quia iu
dex appellationis facere debet illud, quod facere debebat iu-
dex principalis in cuius locum ſubrogatur, alias appellans
obtinendo ſuccumberet, & reportaret contra ſuam intentio-
nem, & ſic intelligunt quod iſti quibus ſcribitur erant iudices
appellationis, nec obſtat contrarium allegatum in gloſſ. quia
procedit quando exceptio propter quam apponitur non ve
nit ad declinandam, & extinguendam iuriſdictionem iudi-
cis, ſed concernit intentionem actoris, tunc enim cum iudex
appellationis ſuccedat in locum primi iudicis, debet iuſtifica
ta appellatione cognoſcere de cauſa principali ſicut poterat
iudex, vnde quando exceptio extinguit iuriſdictionem iudi-
cis, ſicut primus iudex coram quo oppoſita fuit exceptio debe
14 bat ſuperſedere, nec in cauſa procedere. Ita etiam † iudex in
cauſa appellationis debet ſuperſedere ex quo in locum pri-
mi iudicis ſucceſſit, & dicit domi. Abba. quod iſta lectu. eſt
vera ad iſtum textum, & notabilior. Idem ſequitur hic

Butri. & dicit quod idem ſentit Specul. in titu. de appellatio. §.qualiter.ad fin.verſicu.penultim. ſed Petr. & Abba. contra iſtum intellectum opponunt de capitulo ex parte ſecunda. & d.capit.ſignificante. de appellat.& non ſoluunt,ſed ad primũ,ſcilicet ad c.ex parte.But.dicit,quod illi non fuerunt meri iudices appellationis, quia eis fuit commiſſa cauſa principalis,ſed D.Abba. aliter ſoluit, ſcilicet quod illi iudices non fuerunt dati contra appellantem, ſed contra filios in quos erat actio dirigenda.nam mater allegauit tutelam eſſe finitam, & dicebat quod ipſa non debebat conueniri,ſed filij,& quia iudices exceptionem nolebant admittere appellauit, & Papa ibi mandat iudicibus appellationis, quod debeat reuocare attentata poſt appellationem, & quod debeant cognoſcere de cauſa principali,ſcilicet inter actorem & filios illius mulieris, vnde ibi iudices delegati cognoſcunt de cauſa principali ratione cõmiſſionis ſibi factæ, & ita etiam potuiſſet facere hic Papa,ſi voluiſſet ſed noluit de facto ſupplere, & mihi magis placet ſolutio But.quia cum ibi fuerit commiſſa cauſa principalis inter actorem & filios, cum tamen ſola mater appellaſſet non fuerunt meri iudices appellationis ad capit.ſignificante.Bu.reſp ōdet,quod ibi exceptio erat dilatoria temporis, non autem iuriſdictionis, & iſtum intellectum tene menti pro limitatione cap.vt debitus.de app.& iſta ſufficiant.

*S V M M A R I V M.*

1 *Exceptio excommunicationis vel periurii non debet aliquem a defenſione ſuæ eccleſiæ ſummouere.*
2 *Excommunicatus &*
*Periurus poſſunt ſe opponere electioni de indigno factæ in ſua eccleſia.*
3 *Excommunicatus & periurus non ſunt priuati titulo ſui beneficii.*
4 *Excommunicatus aliter agendo quam pro defenſione repelli debet.*
5 *Criminoſi a multis repelluntur.*
6 *Actus publici ſunt infamibus interdicti.*
7 *Replicatio non admittitur quando ea probata exceptio nihilominus remanet efficax.*
8 *Appellare poteſt pars quando admittiur exceptio non legitima.*
9 *Replicatio quæ non releuat replicantem non eſt admittenda.*
10 *Reus neceſſarius hoc ipſo quod eſt vocatus & tractus in iudicium,videtur habilitatus & approbatus per aduerſarium.*
11 *Excommunicatus poteſt ſe opponere pro eccleſia ſua contra petentem confirmationem etiam ſi voluntarie veniat.*
12 *Laicus quilibet futurus ſubiectus,videtur ſe opponere poſſe contra petentem confirmationem.*
13 *Criminoſus non poteſt agere contra electum petendo electionem caſſari.*
14 *Excommunicatus futurus ſubditus poteſt ſe opponere confirmationi faciendæ.*
15 *Reus citatus per aduerſarium amplius repelli non poteſt prætextu inhabilitatis.*
16 *Replicatio an admittatur contra exceptionem doli.*
17 *Replicatio admittenda debet detrahere exceptioni aduerſarii.*
18 *Conditio poſſidentis in pari cauſa turpitudinis eſt melior.*
19 *Crimina paria mutua compenſatione tolluntur.*
20 *Replicatio vbi inficit exceptionem,& coadiuuat intentionem agentis contra dolum conceditur.*
21 *Replicatio datur contra doli exceptionem,ne communis malitia vni proſit & alteri noceat.*
22 *Replicatio quando non admittitur contra exceptionem.*
23 *Actor non poteſt replicare contra exceptionem rei ex quo eum citando approbauit eius perſonam.*
24 *Replicatio banniti contra bannitum non admittitur.*
25 *Iudex ex ſuo officio etiam nullo excipiente poteſt repellere perſonas indignas ad teſtimonium.*
26 *Statutum auferens defenſionem nunquid valeat,cũ nec bannito, nec excõmunicato,nec quantumcunque criminoſis ſit auferenda.*
27 *Statutum quod bannitus poßit impune offendi nunquid valeat.*
28 *Sententia lata in fauorem banniti nunquid valeat ſtante ſtatuto quod bannitus non audiatur ne agendo,nec ſe defendendo.*
29 *Bannitus quando habeatur pro mortuo.*
30 *Iudicium omne requirit has tres perſonas, ſcilicet actorem reum, & iudicem*
31 *Paria ſunt non eſſe,vel eſſe inhabiliter.*
32 *Paria ſunt denegare alicui licentiam agendi fauore perſonæ, vt non agat ſine curatore,& denegare propter odium,vt in bannito.*
33 *Statutum ſimpliciter denegando audientiam non conſtituit in banno.*
34 *Proceſſus factus cum eo, cui per ſtatutum denegatur, audientia non valet.*
35 *Sententia lata ex cauſa, non obſtante exceptione propoſita, valere poteſt.*
36 *Iura loquentia de excommunicato non habent locum in bannito ſecundum Iac.de Arena.*
37 *Teſtis cui opponitur crimen, vel infamia an poſſit replicare contra illum, quod etiam ſit criminoſus.*
38 *Hæreticus poteſt eſſe teſtis contra hæreticum,&*
*Iudeus contra iudæum.*
39 *Infamis poteſt opponere contra teſtem de infamia.*
40 *Calor iracundiæ,an excuſet ab iniuria.*
41 *Reus purgatur non relatione criminis,ſed innocentia.*

## C A P. VIII.

Dilecti. Per exceptionem excommunicationis,vel periurij a ſua,vel eccleſiæ defen
1 ſione quis†repelli non debet,hoc dicit ſecundum
Ioan.Andr.& communiter Doctor. diuiditur in
duas partes.In prima ponit petitionem appellantis. In ſecunda,dat iudices.In tex. ibi,circa fin. ſuper replicatione præmiſ-
ſa,ſcilicet excommunicationis & periurij.Item ibi, ad noſtrã
audientiam appellatum, ſcilicet per ipſos canonicos. Not.
primo,quod excommunicati vel periurii poſſunt ſe oppone-
2 re contra electionem factam de indigno † in ſua eccleſia, &
quod eccleſia, & quod poſſunt opponere electo, illa eadem
crimina quib.tenentur irritati. Ex quo infertur,quod excõ-
3 municatus & periurus non eſt ipſo iure priuatus.ti.† ſui bene-
ficij,de quo dixi in c.querelam.s̃. de iureiur. Secundo no.ꝙ
dicto petenti confirmationem, vel agenti contra reſiſtentes,
poſſunt excommunicati & periurij defendere eccleſiam, &
opponere contra electum. Tertio no. per locum a ſpeciali
quod periurium repellit quem ab agendo,hinc enim dicitur
quod non repellitur quis a defenſione ſuæ eccleſiæ, ergo ali-
4 ter agendo,†debet repelli,ſed Ioann.Andr. dicit, quod periu-
rium non impedit agentem,ſed bene petentem confirmatio
nem,quia periurium repellit ordinandum,vt in cap. fin.s̃.de
tempor.ordin.& teſtem,vt ſupra de teſt. teſtimonium D. au-
tem Abb.dicit,quod periurium non repellit niſi quemadmo
5 dum alia crimina.†nam criminoſi a multis repelluntur,vt in
cap.primo.& in capitu. cum dilectus.de accu.vnde criminoſi
etiam non poſſunt aliquem denunciare, vel accuſare, vt in
iuribus præallega. hic autem admittuntur, quia defendebant
eccleſiam propriam, & ſecundum hoc procedit argumentũ
a ſpeciali,nam certum eſt quod criminoſi & infames poſſunt
ius ſuum proſequi,vt dixit glo.in cap.a nobis.ſupra eod.& in
ca.teſtimonium.s̃.de teſti. Et vtrobique dixi, ſed non poſſunt
6 proſequi ius publicum,quia actus † publici ſunt infamib. in-
terdicti,ſed hoc fallit quando defendit propriam eccleſiam,
vt hic. An autem ſuſpenſus ab officio & beneficio poſſit
7 agere dicetur in cap. ſequen. Quarto no. ꝙ†replicatio non
admittitur quando ea probata exceptio nihilominus rema-
net efficax. concordat c. a nobis.s̃.eod. Et ex hoc infert,quod
quis non debet admitti ad probandum quod probatum non
releuat.concordat.c.cum contingat.de offic.deleg.& l.ad pro
8 bationem.C.de probat.Vltimo not.ꝙ vbi admittẽ exceptio
non legitima poteſt pars appellare. hic enim replicatio nõ le
gitima fuit admiſſa propter quod fuit appellatũ.replicatio au
tem eſt exceptio contra exceptionem,vt dixi s̃.eo.a nobis.&
9 huius eſt ratio de qua dixi in præcedenti.no. quia †replicatio
quæ non releuat replicantem non eſt admittenda, iudices tamen conſueuerunt admittere exceptiones conditionaliter
inquantum admitti debeat, & non aliter. Quid autem operetur dicta proteſtatio,vide Bar.in l.ille a quo.§.ſi de teſtamẽ
to.ff.ad Trebellia.& dixi in cap.de teſti. s̃.de teſtib. In gloſſ.
ii.illud quod dicit hæc gloſſ. abſque dubio procedit quando
excommunicatus ſpecifice citatur ad inſtantiam electi,quia
tunc eſt reus neceſſarius,ſed dubium eſt an electo petente cõ
firmationem poſſit excommunicatus non citatus ſe oppone-
re contra ipſum ad impediendam confirmationem,& Innocen.hic,& ſupra eo.cum inter.tenet quod non,& ad iſtam deciſ.reſpondet quod loquitur in reo neceſſario,& dicit, ꝙ hoc
probatur in text.ibi ipſos coram delegatis a nobis traxiſſet in
cauſam,reus enim voluntarius.primo debet firmare ſuam ꝑ-
10 ſonam. Reus † vero neceſſarius hoc ipſo,quod eſt vocatus,
& tractus ad iudicium,videtur habilitatus & approbatus per aduerſarium.allegat.de iudic.intelleximus. & l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de verb.obligat.Hoſt.vero hic,& in d. c. cum inter. tenet contrarium, & adducit iſtum tex.quod iſti canonici ſe oppoſuerunt contra electum, antequam impetraret iudices delegatos,& ſic erant rei voluntarij.& ponit caſum de epiſcopo tranſlato ad alium epiſcopatum, cui per canonicum opponitur crimen cum infamia ad impediendam poteſtatẽ cõtra quem ille tranſlatus replicat excommunicationem,& dicit Clementẽ iiij. determinaſſe,ꝙ replicatio non elidat exceptionẽ licet reus ſit volũtarius prouocans & nõ prouocatus. vnde dicit diſtinctionẽ Inn.de reo volũtario,& neceſſario nõ

procedere,

procedere,nec iure probari,& ſubdit,quod ſi quis vellet eam ſubſtinere neceſſe eſſet eam dicere talem volentem repellere, malum eſſe reum neceſſarium. Quod enim grauius & intolerabilius & periculoſius eſt, quam detur lupus loco paſtoralis diſſipator loco cultoris homicida pro medico,tyrannus pro defenſore, inimicus pro aduocato: Certe nihil eſt grauius, vt patet de electio. nihil.& capit. ne pro defectu. & de reſtitutione ſpoliatorum.conquerente.& xl.diſtinctio.nulli.Item cum excommunicato reſeruetur exceptio contra iudicem ſibi datum in cauſa particulari, vt patet ſupra eo. cum inter.fortius debet concedi exceptio excommunicato contra ordinarium qui eſt perpetuus, & ſic agitur de minori prę iudicio,& Ioann.Andr.hic allegat Specul.in titulo de actore. §.primo.verſicul.item quod eſt excommunicatus: vbi dicit,
11 quod curia ſeruat opini.Hoſtien.ſcilicet, quod† excommunicatus poſſit ſe opponere pro eccleſia ſua contra competentem confirmationem etiam ſi voluntarie veniat, ſed contra hoc Ioan.Andr.opponit.d.c.exhibitã.de iudi.vbi patet, quod electus poteſt opponere de excommunicatione contra petẽtes excõicationẽ electionem caſſari, ſed dicit poſſe dici,quod ſi excommunicatus prouocat electum ad iudicium petens electionem caſſari,& tunc debet repelli per exceptionem, vt in contrario. Si vero electus petit confirmationem,& tunc excommunicatus etiam ſi ſpõte veniat,debet admitti ad excipiendum,maxime quia confirmationem neceſſario precedit edictum per quod citantur volentes ſe opponere, vt patet in capitulo fina.de electionib.in vj. ſed Butr. & domi.Abba.hic dicunt,quod Innocen.non aliter ſenſit,vt patet ex his quę notauit in capitulo ſuper his.in ſecunda colum. infra, de accuſ. vbi dicit, quod criminoſus non admittitur contra petentem confirmationem niſi ſua interſit,puta quia talis electus ſit futurus ſuus prælatus, vel ſi talis opponens eſt patronus nemini ius ſuum proſequenti obſtat exceptio criminis. argumen.iii. quæſt.vj.omnibus.& dicit domi.Abba.quod ponderanda eſt ratio Innocen.quia vult quod excipiens contra prælatum futurum ſuum, nedum dicatur eccleſiam ſuam defendere, ſed etiam ius ſuum proſequi.Excommunicatus autem non repellitur a proſecutione iuris ſui quando eſt reus, vnde dicunt D. Abba.& Butr.quod Innocen.in dicto capitulo cum inter eſt intelligendus quando excommunicatus,vel criminoſus excipit tanquam vnus de populo contra petentem confirmatio-
12 nem.& dicit domi.Abba.poſſe forte† attentari,quod quilibet etiam laicus futurus ſubiectus ſit admittendus contra petentem confirmationem,non obſtante replicatione criminis ꝑpter rationes ſupradictas.facit capit.audacter.in fin.viij.quæſt. j.allegat etiam no.per Ioan.And.in capi.pia.eodem titulo.in vj.vbi concordando Innocen.dicit, quod admittitur excommunicatus appellans extra iudicium quando ex omiſſione appellationis aliquod præiudicium poteſt ſibi generari. In caſu autem noſtro generaretur præiudicium huic excommunicato ſi non poſſet ſe opponere contra petentem confirmationem,quia obtenta cõfirmatione mitteretur electus in poſſeſſionem,& tunc durius repelleretur iuxta ea quæ notantur in capitulo ſecundo.de teſtib.vnde fac tres concluſiones. prima ſit concluſio. Excommunicatus, vel criminoſus non
13 poteſt agere contra electum petens† electionem caſſari,vt in cap.exhibita.ſupra,de iudi. Secunda concluſio electo peten
14 ti confirmationem,poteſt criminoſus, † vel excommunicatus etiam voluntarie ſe opponere, & impedire electionem confirmari.Si talis erat futurus ſuus prelatus ſi fuiſſet confirmatus,& hoc procedit ſecundum D.Abba. etiam ſi talis pręlatus eſt laicus:nam laicus eius futurus ſubditus poteſt voluntarie ſe opponere contra eum petentem confirmationem.

Tertia concluſio excommunicatus, vel criminoſus proſequẽs intereſſe commune tanquam vnus de populo non põt repelli prætextu excommunicationis,& ita intelligatur Innocen.in capit.cum inter.§.eod.facit optime,quod dixi in ſimili in cap.cum eccleſiaſticæ. ſupra eod. Quarta concluſio, vbi
15 reus† citatur per aduerſarium, amplius non poteſt repelli prætextu inhabilitatis, quia quamprimum vocatur ad iudicium videtur eius perſona approbata,vt poſſit in iudicio contendere,ex quo ad inſtantiam aduerſarij eſt citatus. Iſtam theoricã ponit Innocen.ſupra eod.cum inter.& Bart.in l.cum mulier. ff.ſolu.matrimonio. In gloſſ.vlt.hæc gloſſ. in effectu exami
16 nat articulum,an contra† exceptionem doli, ſeu criminis admittatur replicatio,& propter ipſam quotidie allegatur iſtud cap.ad hoc. & concludit quod replicatio admittitur quando ea non admiſſa excipiens remaneret in lucro. exemplum, in l.cum mulier.ff.ſoluto matrimonio. & in capitulo penult.de adulter. Repellitur vero replicatio ſi ea admiſſa agens remaneret in lucro,& hoc modo loquitur.l.apud Celſum.§. Marcellus.ff.de doli exceptione.& de hoc etiam eſt caſus hic,quia ſi replicatio iſtius electi fuiſſet admiſſa, reportaſſet commodum de delicto ſuo,quia fuiſſet confirmatus,& ſic tam in admittendo,quam in denegando exceptionem eſt eadem ratio ſcilicet ne alter remaneat in lucro,& alter in damno. Butr. autem dicit,quod ad hoc vt replicatio admittatur neceſſariũ
17 eſt, quod † replicatio detrahit exceptioni, ſeu quod exceptionem elidat quemadmodum eſt neceſſarium ad hoc, vt exceptio admittatur quod detrahit actioni, ſeu quod actionem elidat,& hoc ſenſit gloſſ.penult.in l.ii.ff.de except. quæ dicit, quod exceptio excludit actionem & replicatio exceptionem, & hanc doctrinam expreſſius ponit Ioan.And.in capitu.a nobis.§.eo.vbi dicit quod replicatio ſemper elidit exceptionem, licet exceptio non ſemper elidat actionem, quia interdum opponitur exceptio dilatoria, vel declinatoria quę non concernit actionem propoſitam,ſed opponitur contra iudicem, vel contra reſcriptum,vel contra perſonam aduerſarij, & ſic ſola exceptio peremptoria concernit, & elidit actionem propoſitam,non autem exceptio dilatoria, & eo adiuuat intentionem replicantis,modo dicit But. quod ſi replicatio coadiuuat ius agentis,& detrahit iuri excipientis admittitur,alias repellitur vnde ſi te dolo induxi ad permittendum, tu vero me dolo induxiſti ad remittendum.nam licet replicatio doli inficiat replicationem, non tamen coadiuuat ius agentis, quia dato quod dolus inficiet remiſſionem non propter hoc remanet promiſſio efficax, quia dolus qui interuenit in ipſa promiſſione inficit ipſam promiſſionem, & ſic omnimodo remanet ꝓmiſſio inefficax, ſimiliter ſi excommunicatus agit, & reus opponit contra ipſum de excõmunicatione, & actor contra eum replicat, quod eſt excommunicatus non debet admitti talis replicatio, quia non coadiuuat actionem. nam excommunicatus ab agendo repellitur, vnde dato quod per replicationem exceptio, adhuc propter excommunicationẽ deberet repelli actor ab agendo,ponit etiam But. exemplum quãdo actor & reus ſunt in pari cauſa turpitudinis. puta,agis contra me ad repetendum quod turpiter ſoluiſti.Ego excipio quod ſponte ſoluiſti,tu replicas, quod turpiter ſoluiſti iſta re
18 plicatio non debet admitti, quia in pari † cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſſidentis,vt in l.penult.ff.de condic.ob tur.cauſam.& in regula in pari.li.vj.Quia ergo ius vult,quod fiat compenſatio propter parem turpitudinem replicatio nõ elidit exceptionem,& in his caſibus procedit illud quod dicit gloſſ.ſcilicet quod contra exceptionem doli non detur replicatio,vbi autem per replicationem remaneret ius agentis,nõ infectum tunc contra exceptionem doli daretur replicatio. Exemplum,mulier petit dotem,vel petit aliquem in virum. vir contra ipſam excipit de adulterio, mulier autem replicat de adulterio viri,hęc replicatio inficit exceptionem,quia pa
19 ria crimina mutua compenſatione tolluntur,& quia per replicationem paris adulterij eſt ſublata,ſeu eliſa exceptio adulterij ius agendi remanet non infectum,vt in ca.intelleximus. de adult.& in l.cum mulier.ff.ſolu.matri. Pone aliud exemplum,pluralis petit ſe recipi in eccleſia, opponitur contra eũ de pluralitate,ipſe vero replicat quod opponentes etiam poſſident plura beneficia,& ſic replicatio elidit exceptionem ꝓpter mutuam compenſationem, & ius petentis ſe admitti in eccleſia remanet illęſum, vnde quia exceptio eſt ſublata per replicationem,& ius agentis remanet non infectum,debet recipi in eccleſia,& hoc modo loquitur.cap.cum eccleſiaſticę.
20 §.eod.vnde hæc ſit regula,vbi replicatio inficit† exceptionem & coadiuuat intentionem agentis contra exceptionem doli datur replicatio,vbi autem replicatio non inficit exceptionẽ non coadiuuat intentionem agentis,contra exceptionem doli non datur replicatio. & ſi diceres quando hoc poteſt perpẽdi? Reſpondeo,quod nõ poteſt dari certa doctrina, ſed poteſt perpendi ex natura exceptionis conſideratis his quæ infra dicentur,& iſtam materiam tangit Innocen.in capitu.intelleximus.de adulter.& aliquid poſuit in ca.ſi quis presbyterorum. de reb.eccleſ.non alienan.& Bart.& Bald.poſt Iacob. de Are. & Iacob.Butri. examinant iſtam materiam in l. cum mulier. & in l.viro.ff.ſoluto matrimonio. vnde domi. Abba. primo ponit duas regulas poſitas per Bart.in d.l.cum mulier. deinde ex ipſis infert ad tres quæſtiones. Tertio ponit diſtinctionem in hac materia. Venio ad primum,& prima regula eſt,quod vbi agens certat de damno vitando, excipiens vero de lucro
21 captando contra exceptionem doli admittitur† replicatio,ne communis malitia vni proſit, & alteri noceat,& de hoc potes ponere exemplum in ſecunda regula quam ſupra poſui, ſcilicet quando replicatio doli inficiat exceptionem,& coadiuuat ius agendi. Secunda regula eſt quando excipiens tractat de damno vitando,replicans vero de lucro captando, vt in caſu huius capituli.nam ſi replicatio admitteretur replicãs conſequeretur lucrum ex delicto ſuo, quia delictum ſuum non impediret electionem confirmari,& excipiens pateretur damnũ,qa repelleretur a iudicio,& idem qñ actor & reus ſũt

in pari cauſa, quia tunc magis eſt fauendum reo excipienti, quam actori replicanti, vt in regula in pari. libro ſexto. ideo
22 contra exceptionem non†admittitur replicatio, & in hoc potes ponere, exempla quæ poſui. ſ. poſt But. in prima regula. Et iſtas duas regulas etiam ſenſit hic gloſſ. & per hęc dicit Iacob. But. & Bar. quod ſi cauetur ſtatuto quod non valeat ipſo iure contractus non ſoluta gabella, & nos ſimul contraximus, & gabellam non ſoluimus, & poſtmodum tu petis a me rem, q̈ tibi vendidi. Ego excipio quod contractus non valet, quia nō ſoluiſti gabellā. Tu replicas, quod ego etiam non ſolui, & determinant Iacob. But. & Bar. quod exceptio non debet admitti, quia quilibet eſt in pari cauſa, vt in l. apud Celſum. §. Marcellus. ff. de doli except. dicit etiam quod ratio eſt, quia excipiens certat de damno. Replicans de lucro, ex quo enim peto fundum quem poſſides certo de lucro, & tu excipiens de gabella non ſoluta certas de damno vitando, & ſic non poſſum replicare, quod nec tu ſoluiſti, ſed hic ratio allegata per Iaco. Bu. & Bart. mihi non placet, quia ex quo contractus venditionis eſt onerosus ex vtraque parte, quia ſicut venditor tenetur tradere rem, ita emptor ſoluere pretium, & ſic vnus non tractat de damno, vel de lucro magis quam alius, vnde Butr. hic in fi. cōmenti hoc ſentiens, licet non explicet dicit, quod ratio vera eſt, quia replicatio non inficit ius excipiendi, nec coadiuuat ius agendi, quia meum non ſoluere gabellam, nec validat cōtractum ex parte tua, nam ex tua non ſolutione vitiatur contractus, ex mea vero non ſolutione non validatur cōtractus, quia ſolutio gabellæ, quam debet facere venditor, non concernit vtilitatem emptoris, ſed tertij, vnde non fit hinc inde compenſatio, & remittit ad no. in Spec. eo. tit. §. fi. ver. ſed nunquid. & D. Ab. etiam aſſignat iſtam rationem videlicet de l. fi. §. penult. ff. de eo per quem fac. eſt. licet eum non alleget, nec But. nec D. Ab. dicit enim quod aut contractus eſt nullus ipſo iure, propter non ſolutionem gabellæ, & tunc iudex ex officio ſuo debet reum abſoluere quamuis pars non poſſit opponere. allegat. l. vbi pactum. C. de tranſac. ſed tu dic, quod etiam reus poteſt opponere ex quo contractus eſt nullus, & in hoc melius dixit Bart. poſt Iac. Butr. in d. l. cum mulier. cuius opin. ſequuntur hic Butr. & D. Abba. & idem Ange. in Authent. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. itaque ideo. & ſtatim ipſum referam, aut contractus propter non ſolutionem gabellæ nō eſt ipſo iure nullus, & tunc contra excipientem de gabella, nec ſoluta admittitur replicatio, quia fit hincinde compenſatio, & ita etiam diſtinxit Ange. in dicto. §. itaque. ideo dicit quod aut ſtatutū dicit quod ſi gabella non fuerit ſoluta, non poſſit peti executio contractus; & tunc ſi contra petentem executionem contractus, excipiatur de gabella non ſoluta, & ipſe replicet, quod nec ipſe ſoluit gabellam non debet admitti exceptio, quia non poteſt aduerſarium increpare de eo in quo ipſe incidit, quia non debet vti beneficio legis, qui in legem committit. Aut ſtatutum annullat contractum, & tunc quia nullitas non opponitur contra perſonam agentis, ſed contra ipſum contractum debet audiri excipiens, & ſic non debet admitti replicatio, & dicit quod pro hoc optime facit. l. ſi non fuerit. ff. de iureiur. intellige ergo Bart. in d. l. cum mulier & But. & D. Abba, hic quando ſtatutum ipſo iure annullat contractum propter non ſolutionem gabellæ, & ſic etiam loquuntur, ſecus ſi ſtatutum ipſo iure non annullaret contractum, quia tunc contra exceptionem deberet admitti replicatio, vt dicit Bart. & Ange. vbi ſ. Item dicit Bar. in d. l. cū mulier. limitando illud quod dixi, quod quando excipiens certat de lucro, quod repellitur exceptione paris criminis, ſeu paris doli, nam hoc eſt verum quando opponitur exceptio doli poſt lit. conteſta. ad merita cauſæ. ſecus ſi opponitur contra perſonam, quia tunc non eſt querendum de lucro, quam cito enim facit actor reum citari ſtatim, facit eum habilem ad iudicium, quia videtur eum approbare, ideo reus poteſt opponere contra perſonam actoris, quia reus cum ſit neceſſarius, non videtur approbare perſonam actoris. Actor vero
23 †non poteſt replicare contra exceptionem rei ex quo eum citando approbauit eius perſonam. allegat ad hoc Innocen. in c. cum inter, ſ. eod. dicit tamen hęc vera niſi actor eſſet domeſticus, vel familiaris rei, quia tunc reus non poſſet excipere contra perſonam actoris cum ipſum antea tolerauit ex familiaritate. allegat. c. nulli. ĩ. de accu. ſed illud c. loquitur ſpecialiter in epiſcopis, vnde non habet locum in aliis, & hoc tenuit gloſſ. in capitu. a nobis. in fine. ſupra eod. & Innocen. reſtringit illum tex. dumtaxat ad cubicularios, quia precipitur epiſcopus, vt eos habeat honeſtos & graues, 2. quæſtio. 7. cum paſtoris. Secus in aliis clericis familiaribus ipſi epiſcopo, quia tales bonus prelatus interdum tolerat propter ſcandalum vitandum, & hoc eſt bene notandum ſecundum D. Abb. Secunda eſt queſtio pone ſtatutum dicit, quod bannitus poſſit impune offendi. Titius offenſus accuſat offendentem reus vero excipit, quod potuit eum offendere, quia erat bannitus accuſator vero replicat, quod etiam ipſe accuſatus qui eum offendit erat & eſt bannitus, & Iacob. de Are. & Bart. in d. l. cum
24 mulier. dicunt quod †non admittitur replicatio banni, quia accuſatus eſt reus neceſſarius. bannito autem datur defenſio non autem alterius impugnatio, vt in l. ſeruus. ff. de accuſatio. & dicit Bar. de hoc eſſe caſum hic, & hoc ſequuntur hic But. & D. Abb. ſed circa hoc dubitatur quod ſi ſtatutum diſponat ꝗ bannitus non audiatur, nec agendo, nec excipiendo, & Titius agit contra Sempronium, & Sempronius excipit Titium eſſe bannitum, & ſic non debere audiri agendo. Titius vero replicat, quod etiam ipſe Sempronius eſt bannitus, & ſic quod non debeat audiri excipiens, quod fiet. non enim iudex poteſt audire vnum ex eo quin incidat in ſtatutum, & Bart. poſt multa concludit iudicium non procedere, quia qua ratione non debet audiri reus excipiens, eadem ratione non debet audiri actor agens ex quo vterque eſt bānitus, & iudex ratione banni debet vtrūque repellere, & ſic non procedit iudicium. & hęc opinio placet D. Abba. quia actor poteſt repelli per officium iudicis. ad hoc quod no. Innocen. in cap. intimauit. de teſtib. vbi dicit iudicem †ex ſuo officio poſſe etiam nullo excipiente repellere perſonas indignas ad teſtimonium, vt in l. quos prohibet. ff. de poſtulan. & idem dicit D. Abb. in aliis actibus iudicialibus, vt patet. ĩ. eod. exceptionem. in fi. & bon. tex. cum gloſſ. not. in cap. querendum. & in capi. ſi qui ſunt. & c. alieni. ii. q. vii. in quibus patet, quod iudex ex officio poteſt repellere perſonas inhoneſtas & inhabiles, etiam ſi pars ſit excluſa a facultate opponendi. Sed Barto. reuocat in dubium
26 nunquid ſtatutum tollens defenſionem †valeat cum nec bannito, nec excommunicato, nec quantumcunque criminoſo ſit auferenda defenſio, vt ſ. eod. cum intereſt enim de iure naturali. quæ per principem tolli non poteſt, vt in clement. paſtoralis. de re iudic. & in hoc Barto. diſtinguit, quod aut eſt defenſio voluntaria, vt quando fit proclama, ſi quis vult talem defendere, vel ſuſcipere iudicium in ſe, & iſta poteſt tolli per ſtatutum, aut eſt neceſſaria, & iſta non poteſt tolli per ſtatutum, & dicit quod hoc tenet Innocen. ſupra eod. cum inter, ſed But. hic dicit, quod hoc dictum Bart. non eſt verum, quia ius defendendi inductum eſt a ſtatuto, id eſt a iure poſitiuo, & ideo per ſtatutum poteſt tolli. allegat. vero. in ſimili. per Innocen. in cap, in noſtra. de iniur. & no. per Doctor. in capi. quæ in eccleſiarum. de conſti. & dicit poſſe dici, quod licet tollatur exceptio poſitiua non tollitur naturalis æquitas defenſionis. & ſic vult Butr. quod exceptionem inductam a iure poſitiuo poſſit ſtatutum tollere non autem defenſionem, quia conſiſtit in equitate naturali, ſed D. Abb. hic allegat Bal. in d. l. cum mulier. qui latius diſtinguit, dicit enim quod quędam eſt defenſio in qua reus nihil agit, ſed ſolum negat intentionē actoris, & iſta non poteſt tolli per ſtatutum, vnde regula quæ dicit quod actore non probante reus debet abſolui, vt in l. qui accuſare. C. de edendo. & in c. fi. ſ. de iureiur. non poteſt per ſtatutum tolli. Quædam eſt defenſio in qua reus vult aliquid conſequi, & tunc ſi illa eſt de iure naturali, non poteſt per ſtatutum tolli. puta ſi reus proponit quod homicidium commiſit ad ſui defenſionem, vel aliquid ſimile allegat. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. & capit. dilecto. de ſenten. excommun. in vj. & dicit D. Abb. quod iſte eſt proprie caſus. clem. paſtoralis. de re iudica. Aut eſt de iure ciuili, vt eſt exceptio preſcriptionis, vel rei iudicatę, vel ſimilis. & iſta poteſt tolli per ſtatutum. ar. viii. diſt. quo iure, facit. auth. qui ſupplicio. C. de preci. impera. off. ciuilis enim ratio ciuilem rationem tollere poteſt, vt in §. ſed naturalia. Inſtitu. de iure naturali gent. & ciuil. facit quod no. gloſſ. in l. quotiens. C. de preci. Imper. offer. Et ex his habes intellectum ad d. clem. paſtoralis. quia non debet intelligi in qualibet defenſione, ſimile in appellatione quę apponitur defenſio, vt ſ. eod. cum inter. & ĩ. de appell. ſuggeſtum. & tamen appellatio poteſt tolli per principem, vt in cap. ſuper quæſtionum. de offi. dele. & in l. j. ff. a quib. appellare non licet, & ipſe idem Bartol. in l. prima. ff. quod vi aut clam. dicit quod ſtatutum poteſt diſponere quod nulla exceptio, ſeu defenſio admittatur, & quod tunc non poſſit implorari etiam officium iudicis, quia omnis defenſio eſt excluſa. dicit tamen Bartol. quod hoc caſu ſoluens poteſt repetere; de quo dic, vt ibi per eum, & ſic debet limitari illud quod dicit hic D. Abb. Dicit etiam D. Abb. quod circa prædicta dubitatur nunquid valeat
27 †ſtatutum quod bānitus poſſit impune offendi, & dicit quod ſic allegat Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & Ioann. Andr. in addi. Specu. in titu. de conſtitu. Sed tu vide Docto. in capitu. quę in eccleſiarum. de conſti. vbi examinant iſtum articulum, & tetigi in c. & ſi Chriſtus. §. quędam. ſ. de iureiur. circa declarationem regulæ, ſcilicet, an præcepta negatiua obligent ſemper, & ad ſemper. Sed circa prędicta moueo vnum dubium non factum per Doctor. ſcilicet an ſtan-

te

28 te † ſtatuto quod bannitus non audiatur,nec agendo, nec de-
fendendo,nunquid valeat ſententia lata in fauorem banniti,
& Bald. in titu.de pace conſtan.ff.ſi quis autem. dicit quod ſic
niſi ſit talis bannitus,quod habeatur pro mortuo, vel niſi iu-
dex ferat ſententiã in contemptum legis ſiue ſtatuti. Quan
29 do autem†bannitus habeatur pro mortuo,dic vt per Bart. &
Doctor.in l.prima.C.de hęred.inſtituen.vbi Bar.videtur dice-
re,quod ſi bannitus poſſet impune offendi, tunc habet pro
mortuo, & ſic non valeret ſententia lata in fauorem banni-
ti,ſed Ioan.Andr.in Spe.in titu.de ſententiis.§.iuxta. ver.item
eſt nulla ratione litigatorum, refert diſputationem Iaco. de
Are.qui format q.ſuper ſtatuto diſponente,quod bannito nõ
debet reddi ius,ſed audientia denegari vbi facit tres caſus. Pri
mus eſt,quando error eſt expreſſus in ſententia, vt puta con-
demno Titium dare x.Sempronio bannito,& tunc ſententia
eſt nulla,vt in c.j.de re iudic. cum ſimilib. Idem dicit ſi iudex
tulit ſententiam in fauorem banniti ex iure contemptu qua
ſi exceptio non eſſet valida.allegat l.j.§.ii.ff.de feriis. Secun
dus caſus eſt,quando exceptionem non habuit pro probata,
vel bannum ęſtimauit nõ rite latum, vel ipſum eſſe de bãno
exemptum,& tunc valet ſententia.arg.ff.de re iudic.cum pro
latis.& C.de fide inſtrumentorum.l.fina.& ff.de nego.geſt.l.ſi
autem.§.ſi quocunque modo,& ff.de compenſ. quod in diẽ.
§.j.vnde dicit eſſe inſpiciendam cauſam quę mouit iudicem
ad iudicandum pro bannito,& dicit quod hoc poterit ſciri ex
qualitate diſceptationis factę circa exceptiones.allegat. l. fin.
ff.de iureiuran. Tertius caſus eſt,quando exceptio non fuit
oppoſita, & hoc caſu dicit iudicium eſſe retro nullum, quia
contra formam ſtatuti,& ſic contra.l.factum.ff.de ll. l.contra
legem.ergo irritum.C.de ll.non dubium. & C. de ſacroſanct.
30 eccleſ.l.iubemus. §.ſane. † Item in omni iudicio requiruntur
actor,& reus & iudex, vt in c.forus.ver.in omni.de verbor.ſi-
gnific.ſed hic deficit ille qui actoris officio fungi poteſt, quia
31 paria†ſunt non eſſe,vel eſſe inhabilem. ff.quod cuiuſq; vniu.
l.j.§.fi.& ff.ad Velleia.l.quis.§. ſi conuenit. iſte autem non ha-
bebat executionem officij actoris,ergo &c.Item dicit, quod
32 iſta ſunt paria.ſ.†denegare alicui licẽtiam agendi fauore per-
ſonæ,vt patet in minore,qui non poteſt agere ſine tutore,vel
curatore,vel denegare propter odium quod in bãnito,& hoc
probat per rationem contrariorum, quia contrariorum ea-
dem eſt diſciplina,vnde dicit quod ſicut iudicium eſt nullum
in fauorem minoris,quando agit ſine tutore vel curatore,ita
debet eſſe nullum in odium banniti, cui denegatur licentia
agendi,& dicit,ꝙ fortius iudicium debet eſſe nullum,vt in re
gula odia.lib.vj.allegat etiam l.non id.c.j.§.j.ff.de iud.& l.quo
tiens.ff.ſi quis cau.& cum eo tranſit Ioan.Andr.in loco præal
leg.format etiam ibi q.an ſi ſtatutum prohibeat bãnitum ad
ſui vtilitatem contrahere valeat remiſſio,vel pactum factum
bannito,vel donatio facta bannito, hoc eſt quęrere an ſi ſta-
tutum prohibeat contractum,videatur non ſolum prohibe-
re contractum ex quo oritur obligatio vtrunque,ſed etiã cõ-
tractum ex quo ex altera parte tantum oritur obligatio,vide
per Ioan.And.in pręd.addi.ſed quo ad pręcedentem q. quęro
33 quod ſi†ſtatutum ſimpliciter denegat alicui audientiam, nõ
tamen conſtituit eum in banno,puta ſi ſtatutum dicit,quod
non ſoluens gabellam, non audiatur in aliqua cauſa anteq̃
ſoluat,& Bal.in loco pręalleg. dicit quod ſententia lata in fa-
uorem talis valet,ſed contrarium videtur ſentire Iac. de Are.
in pręalleg.diſput.nam videtur velle ex rationibus quas alle-
gat,quod vbi ſtatutum denegat audientiam, vel ius reddi, ꝙ
ſententia non valeat,& iſtam opi. ego credo veriorem, quia
ex quo per ſtatutum aliquis totaliter excluditur a poteſtate
agendi non valet ſtatutum ad eius vtilitatem ſi talis fuit ad-
miſſus, licet poſſit valere ad informationem iudicis, ſi eſt ca-
ſus in quo iudex poſſit ex officio procedere,de hoc eſt tex.iũ-
cta glo.in verbo,totaliter.& in verbo,excludentes.in c.cupiẽ-
tes.§.cæterum.de elect.in vj.quas gloſ.multum not.ibi D.Do.
Et ex his fac tres concluſiones.Prima eſt,ſi per legem, vel ſta-
34 tutum†alicui denegatur audientia,vel mandatur quod ius ſi-
bi non reddatur proceſſus factus cum tali non valet, nec ẽt
ſententia ſi error iuris eſt expreſſus in ſententia, vel ſi eſt lata
in contemptum iuris,vel ſtatuti. Fallit quando reperiretur
expreſſum proceſſum ex hoc non vitiari, vt patet in excom-
municato,vt in c.pia. eod.titu. in vj. Secunda concluſio, ſi
35 exceptio fuit oppoſita,& ipſa non obſtante lata fuit† ſenten-
tia pro tali, cuius non debet reddi valet ſententia ſi ex aliqua
cauſa poteſt iuſtificari,ita quod non appareat expreſſus error
iuris,nec lata in contemptum, & hoc poterit deprehendi ex
actis,ſeu ex proceſſu. Tertia concluſio, ſi nulla fuit oppo-
ſita exceptio non valet proceſſus,vel ſententia lata in fauorẽ
illius cui debet denegari audientia,& ius non reddi inquantũ
proceſſus concernit commodum ſuum,licet poſſet valere ad
informationem iudicis in caſibus in quibus iudex poteſt ex
officio procedere,& has concluſiones no. Et ex hoc patet,
36 quod† iura loquentia de excommunicato non habent locũ
in bannito,& hoc tenuit Iaco.de Are.cum quo tranſit Ioan.
Andr.vbi ſupra.licet dicat Albericum Galeoti arguiſſe,quod
iura loquentia in excommunicato habent locum in banni-
to,ſed poſtea arguit in contrarium, & non ſoluit. Et vt patet
ex ſupradictis Iac.de Are.cum quo tranſit Ioann.Andr. tenet
contrarium,nam proceſſus factus cum excommunicato nõ
oppoſita exceptione excommunicationis valet, vt in ca. pia.
eod.titu.in vj.ſed proceſſus factus cum bannito non valet, vt
ſupra dixi. Ex quo ſequitur, quod iura loquentia de excõ-
municato non habent locum in bannito, & hoc tene men-
37 ti. Tertio,circa prędicta quæro nunquid†ſi ille contra quem
teſtis producitur excipit de crimine,vel de infamia contra te-
ſtem,an teſtis poſſit contra eum replicare, quod etiam ipſe
eſt criminoſus,vel infamis.gloſſ.in l.iii.l.Iulia.ff.de teſtibus. vi-
detur ſentire quod ſic,ſed Barto.in d.l.cum mulier. in fine.te-
net contrarium.nam excipiens tractat de damno vitando, er
go non debet admitti replicatio paris criminis per ea quæ ſu
pra dixi. Item teſtis non facit aliquid principaliter parti, ſed
adhibetur vt faciat fidem iudici, ſed iudex propter infamiam
partis non habet maiorem fidem teſti vili & infami, & hoc
etiam tenuit Innocen.in ſimili.in cap.intelleximus. de adult.
& gloſſ.in cap.teſtimonium.ſupra,de teſtib.& in cap.a nobis.
ſ̃.eodem.ſed contra hoc facit.l. quoniam.C.de hęreti.vbi pa-
38 tet quod † hæreticus poteſt eſſe teſtis contra hęreticum,& iu-
dęus contra iudęum,& hoc etiam probatur in capit. non po-
teſt.& cap.ſequen.& cap.ſi hęreticus.ii.quęſt.vii.ſentit gloſſ.in
cap.iudęi.de teſtib.ſed Bart.reſpondet, quod tales ſunt ſolum
odioſi ratione proprij delicti,& proprie malitiæ quæ malitia
ita reſpicit alium infamem etiam eiuſdem infamiæ ſicut non
infamem.Bar.tamen in l.in arena. C.de inofficioſo teſtamen
to.tenuit quod infamis non poſſit opponere contra teſtem
de infamia,ſed quod iudex ex officio ſuo poſſit eum repelle-
re,& allegat Guliel. de Cunio qui ita dixit. argument. l.quos
prohibet. ff. de poſtu. Sed primum dictum eſt verius, quod
ſequitur hic D.Abb.& Butr.in d.capitu.teſtium. Ideo tene, ꝙ
39 etiam † infamis poteſt opponere contra teſtem de infamia,
vel de crimine,& hanc opin.etiam ſequitur Ang.in d.l.in are
na,quicquid dixerit ibi Bar.& ex his ſumus expediti de ſecun
do.venio ad tertium,ſcilicet ad diſtinctionem quam facit hic
D.Abb.& in hac diſtinguit duo membra.Primum eſt,quãdo
exceptio,vel replicatio concernunt idem factum vel diuerſa
facta habentia eundem effectum, ſeu concernentia idem fa-
ctum. Exemplum, in diuerſis adulteriis viri & mulieris con-
cernentibus idem matrimonium, & in hoc debet diſtingui,
vt ſ̃.dixi,ſcilicet an excipiens tradet de damno vitando,vel de
lucro captando,vel an replicatio elidat exceptionem, & co-
adiuuet intentionem agentis, vel an non elidat,nec coadiu-
uet intentionem agentis quæ ſ̃. ſunt declarata. Secundum
membrum eſt,quando exceptio, & replicatio concernunt di
uerſa crimina,ſeu diuerſa facta,& hoc caſu exceptio non tol
litur per replicationem, ſed quilibet agit de ſuo facto. exem-
plum,tu dediſti mihi damnum in vna re,& ego in alia, tu fe-
ciſti mihi iniuriam, & ego tibi aliam, nam non fit hinc in-
de compẽſatio, ſed vterque noſtrum de facto debet puniri ad
hoc.l.quemadmodum.§.ſi nauis.ff.ad l.Aquil. Specul.in titu.
de accuſatore.§.j.ver.quod ſi te vocaui latronem,& idem ſen
tit Innocen.in d.cap.intelleximus. dicit tamen Specul.vbi ſu-
pra vnum dictum valde notabile.dicit enim quoſdam dicere
quod ſi dicto vel facto feciſti mihi iniuriã, propter quod ego
prouocatus intuli tibi iniuriam, quod ex hoc non ſum con-
demnandus.arg.l.j.§.cum arietes.ff.ſi quadrup.paup. fec.dica-
tur,& quia quod calore iracundię fit calumnia caret.ii. q. iii.
40 §.notandum.ſed D.Abb.dicit,quod hoc non † credit ex toto
eſſe verum, quia calor iracundiæ non excuſat ab iniuria, vt
in l.ſi non conuitij.C.de iniur.& ibi plene per Cyn. l.ſi ex pla-
giis.§.tabernarius.ff.ad l. Aquil. dicit tamen ꝙ mitius eſt pu-
niendus,quia iuſto dolore motus intulit iniuriã. allegat text.
no.in l.ſi adulterium.§.Imperatores.ff.de adulte.Sed ego in c.
ſicut ex literis. ſ̃. de iureiuran. ſecutus fui hoc dictum Specul.
per tex.in d.§.notandum.in fi.ii.q.iii.vbi tex.dicit,quod in con
ſultus calor iracundiæ vitio caret, & per hoc nulla pœna ei
irrogari debet,& eſt ſimilis tex.in l.j.poſt princip.§.quęri poſ-
ſit.ff.ad Turpillia.modo ſi nulla pœna tali debet irrogari, ſe-
quitur quod non poteſt agi contra eum actione iniuriarum,
ſed dicit D.Abba.quod prædicta procedunt regulariter, nam
quandoque in odium certi delicti admittitur exceptio vel re
plicatio in diuerſis factis ſeparatis,vt in c.quia fruſtra.de vſur.
vbi patet,quod non auditur volens repetere vſuras, niſi vſu-
ras per ſe extortas prius reſtituat. Sed Innocent. in capitulo
intelleximus. de adulteriis. dicit quod illud eſt ſpeciale in
odium fœneratoris, nam regulariter licet quis committat

contra vnam legē, non propter hoc priuatur beneficio alia-
rum legum, vel eiuſdem legis in diuerſis factis, vnde ſtultum
eſſet dicere ſecundum eum, quod ſi filiusfam. mutuauit pecu
niam filiofam. & ſic commiſit contra Macedonianum ſena-
tuſconſultum, quod non iuuetur Macedoniano, ſi alter ſibi
mutuauit pecuniam, dicit tamen notanter, quod ſi quis com
mittat in illam l. per quam datur ſibi exceptio quod remoue
bitur ab exceptione, & dicit ſic poſſe intelligi c. cum eccleſia
ſticæ. §. eo. ſecundum vnum intellectum, quod eſt no. ſecūdū
D. Abb. Item ſupra dicta diſtinctio procedit quando agitur ci
uiliter de crimine, ſecus ſi ageretur criminaliter, quia tunc nō
obſtat replicatio, vel exceptio alterius criminis, quia non rela
41 tione criminis, ſed innocentia reus† purgatur, vt in l. neganda.
C. qui accu. non poſſunt canonizata. 3. q. 11. neganda, de quo
plene per Bar. in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. admittitur tamē
exceptio criminis connexi non vt accuſator repellatur, ſed
vterque probato crimine puniatur. vt ſi maritus accuſat vxo
rem de adulterio, & vxor excipit de lenocinio, admittitur .n.
& habet effectum cuiuſdam accuſationis, & iſte eſt caſus no-
tabilis in l. ij. §. ſi putatur. ff. de adult. de quo dicendum eſt, vt
ibi plene notatur, & per Arch. in d. l. neganda. Et hæc ſufficiāt
circa iſtam materiam, vide tamen quæ dixi in d. cap. intellexi
mus. de adult. Scias tamen, quod Innoc. hic tractat materiā
quando committitur vt citentur omnes qui ſe volunt oppo-
nere alicui facto qualiter debeant citari, & quia parum vtilis
eſt hæc materia D. Abb. eam prętermittit, & ſimiliter ego.

*SVMMARIVM.*

1 *Abſolutio ad cautelam fit cum propter exceptionem ſuſpenſionis ordinatio retardatur.*
2 *Iudex non debet officium ſuum non petitum interponere.*
3 *Iudex poteſt abſoluere ab excommunicatione licet excommunicatus non petat, vbi impeditur ordinatio eccleſiæ.*
4 *Abſolutio ad cautelam non ſolum poteſt fieri in ſententia excommunicationis, ſed etiam in ſententia ſuſpenſionis.*
5 *Cautio præſtatur in abſolutione ad cautelam ab excommunicatione.*
6 *Iudex poteſt infligere cauſam ſuſpenſionis ex culpa coram ſe commiſſa.*
7 *Excommunicari per crimen quis non poteſt niſi ſit contumax & incorrigibilis.*
8 *Ius eligendi annectitur ordini non autem beneficio.*
9 *Suſpenſione durante quis non poteſt poſſidere ſed bene tanquam procurator poteſt agere.*
10 *Suſpenſus a beneficio poteſt eligere, licet non debet intereſſe communibus negociis.*
11 *Suſpenſus a beneficio non debet habere redditus beneficii, cum pro eo agere non poſſit.*
12 *Suſpenſus a beneficio non poteſt eligi in illa eccleſia vbi eſt ſuſpenſus.*
13 *Suſpenſus a beneficio debet officiare eccleſiam, alias poteſt compelli per ſuperiorem.*
14 *Suſpenſus ab officio tantum, an poſſit eligere, & alia negocia exercere, et per caſus examinatur.*
15 *Suſpenſus ab officio, & beneficio ſimul qualiter conſideretur.*
16 *Suſpenſus a beneficio tantum cenſetur ſuſpenſus a fructibus præbendæ.*
17 *Abſolutio ad cautelam poteſt peti quandocunque ſententia allegatur nulla, ſiue ex defectu iuriſdictionis, vel alia iuſta cauſa.*
18 *Abſolutio ad cautelam ad quem effectum fiat.*
19 *Abſolutio ad cautelam debet fieri præſtita cautione de parendo mandatis, poſtmodum diſputabitur ſuper veritate cauſæ excommunicationis.*
20 *Quis poſſit abſoluere ad cautelam.*
21 *Delegatus Papæ an poſſit abſoluere ad cautelam.*
22 *Petens abſolutionem an videatur fateri ſe excommunicatum.*

## CAP. IX.

APoſtolicę. Si per exceptionem ſuſpenſio-
nis contra quam replicatur de
1 nullitate† ordinatio eccleſiæ retardetur fit abſolu
tio ad cautelam. hoc dicit. Diuiditur in quatuor
partes, in prima ponit exceptionem. In ſecunda replicationē.
In tertia relaxationis cauſam. In quarta relationem. Secun-
da ibi, quas licet. Tertia ibi, ne tamen. Quarta ibi, ſententias
ipſas. No. primo, ſecundum D. Ab. vnam cauſam legitimā
propter quam poteſt fieri abſolutio ad cautelam, cum .ſ. alle-
gatur nullitas ſententię cenſuræ, & ex dilatione retardatur ꝓ-
uiſio, ſeu alia vtilitas eccleſiæ, & dicit D. Abb. ꝙ hoc vltimum
ponderatur hic quo ad hoc, vt iudex tales ſententias ex offi-
cio ſuo relaxet, nam ad commodum principaliter priuatum,
2 non debet† iudex officium ſuum nō petitum interponere, vt
in l. ad peremptorium. ff. de iudi. not. Inno. in c. ad noſtram. ii.
§. de iureiur. & ſic dicit poſſe intelligi tex. cum gloſſ. no. in c. ſi-
gnificaſti. de eo qui dux. in ma. quam polluit per adul. vbi con
cluditur qđ abſolutio non eſt cōcedenda non petenti. ceſſan-
te ergo vtilitate eccleſiæ iudex non debet ex ſuo officio ſentē-
tiam relaxare etiam ad cautelam, ſed debet procedere ſuper
veritate cauſę, & ſi conſtiterit de nullitate ſententiæ iudex de-
bet eam pronunciare nullam, alias abſoluere non ad caute-
lam, ſed ſecundum quod ius exigit, ad hoc allegat quod not.
glo. in ſimili in delegato. in c. ſolet. in glo. iij. de ſententia exc.
in vj. ſed ſi pars petit ſe abſolui ad cautelam allegando nulli-
tatem, & pręſtando cautionem de ſtando iuri, debet iudex
abſoluere etiam ſi ex dilatione non impediatur prouiſio ec-
cleſiæ, vt in d. cap. ſolet & quod ibi no. Ioan. Andr. & ſeruato
quod ibi habet, & ſic D. Abb. intelligit iſtum tex. de abſolutio
ne ad cautelam quę fit ex officio iudicis etiam parte non pe-
tente. Et ex hoc infert notabiliter, ꝙ vbi imminet vtilitas ec-
3 cleſię, ſeu vbi impeditur ordinatio eccleſię, poteſt† iudex ab-
ſoluere ab excommunicatione, licet excommunicatus non
petat ſe abſolui, bene facit. c. veniens. in fi. ii. §. de teſti. & quod
ibi dixi. Et ſic D. Abb. dicit limitandum dictum c. ſignificaſti.
& hoc dicit eſſe notandum, ſed tu vide quod ibi dixi. ſecundo
4 no. ſecundum Bu. & D. Abba. ꝙ † abſolutio ad cautelam non
ſolum fieri poteſt in ſententia excommunicationis, ſed etiā
poteſt fieri in ſententia ſuſpenſionis, vt hic probatur eſt enim
eadem ratio. In iſta ſicut in illa vt patebit ex ĩ. dicēdis, & dicit
D. Abba. quod quemadmodum in abſolutione ad cautelam
5 ab excommunicatione pręſtatur† cautio, vt d. capitu. ſolet. ita
quando fit abſolutio ad cautelam a ſuſpenſione, vt eſt tex. no
tabilis. in c. venerabili. de ſenten. excommunica. & dicit iſtum
tex. debere intelligi, ꝙ iſti canonici pręſtiterūt cautionem, ſal
tem iuratoriam de parendo mandatis iudicis ſi cōſtiterit eos
fuiſſe culpabiles in eo, pro quo latę fuerint dictę ſentētiæ, ſed
antequam veniam ad glo. contra tex. opponitur de ſuperflui-
tate. nam primo dicit de ſententia ſuſpenſionis deinde dicit
de ſententia amotionis a beneficiis; iſta autem verba viden-
tur idem importare. huius timore contrarij Innoc. & Ioann.
And. in verbo, ſuſpenſionis. dicunt ꝙ verbum ſuſpēſionis, po-
ſitum in tex. intelligitur de ſuſpenſione ab officio. verbū vero
amotionis a beneficiis, intelligitur de ſuſpēſione a beneficiis,
& per hoc differt a precedenti, & ſic verbum amontio hic
accipitur pro ſuſpenſione, & dicit hic Innocen. quod iudex
6 poteſt ex culpa coram ſe commiſſa infligere pœnam ſuſpen-
ſionis, arg. ff. de pęnis. l. moris. & l. fi. & dicit quod iudex poteſt
ſine magna ſolennitate & ordine reuocare hanc pœnam, ad
hoc, de reg. iur. c. j. no. bene hęc verba Innocen. quod iudex ex
culpa coram ſe commiſſa, poteſt infligere pœnam ſuſpenſio
nis, & ſic vult Innoc. quod immediate ex delicto, vel ex cul-
7 pa poſſit quis ſuſpēdi, licet pro crimine quis non poſſit† excō-
municari niſi ſit contumax, & incorrigibilis, vt in c. nemo. xi.
q. iii. & iſtam differentiam inter ſentētiam excommunicatio-
nis & ſuſpenſionis poſuit clarius Innocen. in capitu. primo de
exceſſ. prelat. Dicit etiam Innocent. quod ex quo quis eſt ſu-
ſpenſus a beneficio licet ſuſpenſio ſit temporalis non debet
intereſſe communibus eccleſiæ negociis, & dicit hoc eſſe no-
ta dignum, & cum eo tranſit Ioann. Andr. & ſequitur etiam
D. Abba. in fin. penult. colum. ſed Butr. hoc reprobat, quia ſu-
ſpenſio a beneficio, non priuat poteſtate eligendi, vt in capit.
cum Vintonien. iuncta gloſſ. quæ incipit no. quod. de electio.
& infra dicam. Et iſta ratio multum facit contra iſtud dictum
Innocent. nam ſi admittetur ad electionem eadem ratione
debet admitti ad alia negocia communia, ſed reſpondet ſal-
8 uando Innocen. quod † Ius eligendi annectitur ordini ſeu offi
cio, non autem beneficio, vnde conclude quod ſuſpenſus a
beneficio debet vocari ad ea quæ ſibi competunt ratione of-
ficii, non autem ad ea quæ ſibi competunt ratione beneficij
a quo eſt ſuſpenſus; & hoc modo ſalua dictum Innoc. quod
communiter tenetur per Doctor. in gloſſ. prima. Aduerte an-
te omnia, quod iſte tex. habet duos intellectus. Primus, quod
excipiebatur contra iſtos canonicos, vt repellerentur ab ele-
ctione facienda coram Papa, ſcilicet vt non pręſtarent vo-
cem in electione, & ita intelligit iſtum text. gloſſ. iſta. in fine.
& iſtum intellectum etiam ſequitur Innocent. ſed Hoſtienſ.
intellexit iſtum text. quod iſti canonici proſequebantur ele-
ctionem factam petēdo confirmationem, & oppoſitum fuit
contra eos quod erant ſuſpenſi, vt repellerentur a iudicio. ex
hoc intellectu no. ꝙ ſuſpenſus non poteſt intereſſe in iudicio
tanquam actor etiam proſequendo vtilitatem eccleſię, & ex
hac gl. no. plura. primo, quod ſuſpenſus ſuſpenſione iuris pōt
eligere, & proſequi electionem, ſed intelligas gl. de ſuſpenſio-
ne quę fit propter minorem excommunicationem .ſ. quādo
quis participauit cū excommunicato nomine talis poteſt eli-
gere, ſed non eligi, vt in c. ſi celebrat. de cler. exc. mi. Secundo,
ꝙ ſuſpenſus ab officio & beneficio non poteſt agere nomi-
ne proprio pro iuribus eccleſiæ, nec in ſpiritualibus, nec in
temporalibus licet poſſit agere tanquam procurator nomine
eccleſiæ. Tertio no. ex gl. ꝙ quis non poteſt agere pro eo, qđ
non

non poteſt poſſidere, & ex hoc dicebant Petr. & Abba. quod laicus non poteſt eſſe procurator in cauſis ſpiritualibus, ſed hoc eſt falſum hodie, vt patet in c.j. de procu. in vj. Et gl. debet intelligi quando vult agere iure proprio, nam glo. ita ſe declarat, nam dicit, ꝙ ſuſpenſus ab officio, & beneficio non poteſt
9 agere nomine proprio, quia durante † ſuſpenſione nõ poteſt poſſidere, ſed bene tanq̃ procurator poteſt agere, iſta glo. hoc modo eſt allegãda. ſ. ꝙ quis nõ poteſt proprio nomine agere pro eo, ꝙ poſſidere nõ poteſt, ſed bene nomine alieno, Bu. autem dicit, ꝙ ſuſpenſus a beneficio non poteſt agere pro eccleſia iure ꝓprio, quia eſt priuatus adminiſtrõne, & ſic ſua nõ intereſt, vt no. de ele. cum Vinton. ſuſpẽſus vero ab officio ſm eum poteſt agere pro temporalib. quia non eſt priuatus adminiſtratione temporalium, & dicit ꝙ poteſt etiam alias cauſas ſpirituales deducere in iudicium quæ nõ annectũtur adiri excipit autem cauſam electionis quam ſuſpenſus ab officio non poteſt facere, quia dependet ab officio, nec etiam pro ea agere nomine proprio, quia ſua non intereſt. D. autem Abb. intelligit Bu velle ꝙ ſuſpenſus a beneficio non poſſit eligere, ſeu intereſſe electioni ad dandum vocem in ea, ſed Butr. hoc non dicit, ſed ſolum dicit, ꝙ eſt ſuſpenſus ab adminiſtratione temporalium, & quod non poteſt agere pro beneficio nomine proprio, nõ autem dicit, ꝙ non poſſit dicere vocem in electione, immo vt ſ. dixi. dum refert dictum Inno. ꝙ ſuſpenſus a beneficio non debet intereſſe communib. negociis eccleſiæ
10 expreſſe dicit, ꝙ † ſuſpenſus a beneficio poteſt eligere, & allegat. c. cum Vintonien. de elect. iuncta glo. quæ incipit no. ꝙ & idem dicit gl. in c. cupiẽtes. §. cæterum. in ver. beneficiis. de elc. in vj. Ipſe autem D. Ab. dicit ꝙ ſuſpenſio operatur ad limites ſuſpenſionis, vnde ſi aliquis eſt ſuſpenſus, ab officio & beneficio non poteſt agere nomine proprio, tanq̃ beneficiatus pro iurib. ipſius beneficii, nam tantum debet operari ſuſpenſio tẽporalis quo ad tempus quantum perpetua in perpetuum. ar. in l. quæ de tota. ff. de rei vendi. & in c. at ſi clerici. de iudi. Et
11 ex hac glo. infert, ꝙ † ſuſpenſus a beneficio non debet habere redditus beneficij cum pro eo agere non poſſit, quod eſt minus, facit 32. diſt. preter, modicam tamen ſuſtentationem hr̃e poterit ſi non habet vnde viuat, vt dicit gl. p̃eall. in d. c. ca. cum Vintonien. & idem dicit gl. in cle. vt hi qui. de æta. & qualit. in verbo, dimidia. facit, quod no. gl. in c. paſtoralis. in fi. de app. & dicit D. Ab ꝙ hoc eſt verius, q̃ illud q̃d dixit Aegidius in ca. ꝑuenit. de fideiuſ. vbi dixi quod ſuſpenſio a beneficio refertur ad quotidianas diſtributiones, & non ad corpus præbendæ, & ad illum tex. reſpondet D. Ab. quod intelligitur de ſuſpenſione a redditibus patrimonii, pro quo optime facit tex. in c. q̃d multa. de præben. & remittit ſe ad ibi no. vnde de hoc dic, vt in d. c. peruenit. ſed quo ad propoſitum neceſſarium dic, quod ſuſpenſus a beneficio intelligitur ſuſpẽſus quo ad corpus præbendæ, & vide gl. no. in cle. 2. in ver. ſuſpenſus. de vi. & hon. cle. quæ ſentit quod ſuſpenſus a beneficio intelligatur ſuſpenſus quo ad fructus prębendæ, & quo ad quotidianas diſtributiones, dicit tamen quod ſi interim ſuſpenſus a beneficio fructus perciperet non eſſet irregularis, de quo etiam vide gl. fi. in c.
12 is cui. de ſen. exc. in vj. dicit tamen D. Ab. quod † ſuſpenſus a beneficio non poteſt eligi in illa eccleſia vbi eſt ſuſpenſus, & dicit de hoc eſſe caſum ſingularem in ca. per inquiſitionem. de elc. & hoc tenet gl. in d. c. cupientes. in d. §. cęterum. in ver. beneficiis. de ele. in vj. Omnia vero alia ſpectantia ad officiũ poterit exercere, ſiue ſint ſpiritualia, ſiue tẽporalia, & hoc ſentit gl. p̃eall. dum dicit quod ſuſpenſus a beneficio debet officiare
13 † eccleſiam, alias poteſt compelli per ſuperiorem, & idem no. gl. in d. c. cum Vintonien. de elc. quæ incipit no. quod, quæ plus dicit, quod omnia negocia tam ſpiritualia, quam temporalia poſſunt exercere, & quod debent etiam eccleſiam officiare, & quod modicam ſuſtentationem debent habere de redditibus beneficii, ne ex toto egeant, dicit tamen D. Abb. quod de negociis pertinentib. ad beneficiũ non poterat ſuſpenſus agere ex quo ab ipſo beneficio eſt ſuſpenſus, & ſic eſt reſtringenda gl. in d. c. cupientes. & in d. c. cum Vinton. vt concordet cũ iſta, & facit ratio. c. paſtoralis. in fi. de app. & quod dicit hic Inno. dum dicit, quod ſuſpenſus a beneficiis tempore ſuſpenſionis non debent intereſſe communib. negociis eccleſię. Et ex ſupradictis habes quod iuris ſit in ſuſpẽſo ab officio, & beneficio, vel in ſuſpenſo a beneficio tantum. Quid autem ſi
14 eſt ſuſpenſus ab † officio tantum, & in hoc dicit D. Abb. quod non poteſt eligere, nec eligi, nec agere pro electione, vt in ca. cum dilectus. de conſue. vbi plene de hoc, nec alia poteſt exercere, quę ſunt deputata ordini, vt in c. j. de re iudi. in vj. & in c. ne pro defectu. de elect. Spectantia vero ad beneficium exercere poteſt, vt in c. presbyterum. 28. di. & in ca. ſtudet. 50. diſtinct. & dicit hoc eſſe intelligendum niſi quis eſſet ſuſpenſus ab officio pro tali cauſa quę in conſequentiam includeret ſuſpenſionem beneficij, quod quando ſit declarat glo. no. in d. c. cupientes. in gl. magna. de pœnis. Et ad materiam vide quod no. in c. ſicut. de coha. cle. & mu. & in c. cũ bonæ. de æta. & qua. & dicit hæc no. quia alibi non ita declarantur iſte articulus, ſed meo iudicio Bu. in paucis verbis ipſum hic declarat, & ſ. retuli, nec D. Abb. plus dicit in effectu licet effundat multa verba, vnde
15 conclude tres caſus. Primus, quando eſt ſuſpenſus † ab officio, & beneficio, vel quando ſuſpenſio ab officio trahit ſecum ſuſpenſionem a beneficio, & talis ſuſpenſio repellit tam in ſpiritualib. quã in temporalibus, nec poteſt agere pro beneficio a quo eſt ſuſpenſus, nomine proprio licet poſſit agere tanquã procurator, & iſtum caſum ponit hic glo. noſtra. Secundus caſus eſt, quando eſt ſuſpenſus ab officio tantum, & tunc repellitur ab omnibus quæ ſunt deputata ordini, vnde non poteſt eligere nec eligi, nec etiam proſequi cauſam electionis facte de alio nomine proprio, licet poſſit tanquam procurator admitti ſi habet mandatum, cauſas vero temporales poteſt agere, quia non eſt ſuſpenſus ab adminiſtratione temporaliũ, poteſt etiam exercere ſpiritualia quę non annectuntur ordini, ex quo a beneficio non eſt ſuſpenſus. Tertius caſus eſt, quã
16 do eſt ſuſpenſus † a beneficio tantum, & talis intelligitur ſuſpẽſus tam a fructibus prębendæ, quam a quotidianis diſtributionibus, quamuis contrafaciens non incurrat irregularitatem.

Modicam autem ſuſtentationem debet habere, nec talis pro beneficio agere poteſt, nec intereſſe communibus negotiis eccleſię, vt dicit hic Innocen. nec eligi poteſt in eccleſia in qua eſt ſuſpenſus, eligere autem poteſt & omnia alia exercere quæ pertinent ad ordinem, ſeu ad officium, & iſta eſt concluſio in hac materia. In gl. fi. Inn. hic tractat de abſolutione ad cautelam. Et primo quando ſit concedenda abſolutio ad cautelam. ſecundo ad quem effectum. Tertio, quis poſſit ad
17 cautelam abſoluere. Quo ad primum dic, quod abſolutio † ad cautelam poteſt peti quandocunque ſententia allegatur nulla, ſiue dicatur nulla ex defectu iuriſdictionis, vt quia proferẽs non erat ſuus iudex, vel quia dicit eam latam poſt appellationem, vel aliam iuſtam cauſam nullitatis allegat. nam ſemper eſt abſoluendus niſi apponatur, quod ſit excommunicatus pro manifeſta offenſa, vt in c. ſolet. de ſent. excom. in vj. & dicit Innoc. quod hęc videtur probabilior opinio quam Oldr. ſ. quam poſuit in d. c. ſolet. ſ. quod in duob. caſibus tantum haberet locum abſolutio ad cautelam. ſ. quando quis allegat ſe excommunicatum poſt appellationem, vel intolerabilem errorem in ſententia contineri, & ſic quando prętenditur nullitas in altero duorum caſuum prędictorum, ſed communior & verior opinio eſt, quod habeat locum abſolutio ad cautelam quandocunque ſententia excommunicationis allegatur nulla, ex quacũque cauſa nullitas allegetur, nec obſtat quod ſolum duo caſus exprimantur in d. c. ſolet. & in c. venerabilibus. co. ti. quia ſunt expreſſi cauſa exempli. Et exempla non reſtringunt regulam, vt in c. j. ne cle. vel mo. Venio ad ſecundũ
18 ſ. ad quem effectum fiat † abſolutio ad cautelã, & Inn. & Doc. ponunt vij. effectus abſolutionis talis. Primus eſt, quando fit ad cautelam illius qui petit ſe abſolui. ſ. ne fiat prẹiudicium illi qui abſoluitur, ſi interim ſe immiſceret adminiſtrationi temporalium, vel ſpiritualium, talis enim abſolutio operatᷣ, quod nullum patiatur prẹiudicium ſi interim do nec diſcutit de veritate cauſę adminiſtrationis immiſcuit ſe adminiſtrationi, vnde ſecundum Inn. fit abſolutio ad cautelam illius qui eã petit, vt tute, & cum bona conſcientia, & abſq; periculo poſſit ſe immiſcere vnde debebit abſolui pręſtita cautione de parendo mandatis eccleſiæ, & † poſtmodum diſputabitur ſuper
19 veritate cauſę excommunicationis, & ſi fuerit repertus culpabilis, compelletur ſatisfacere, vt in ca. venerabil. ꝟ. de ſent. exc. alias in totum debet abſolui, & ſine cautione, ſeu iuramento de parendo mandatis eccleſiæ debet abſolui, ſeu liberari. Secundus effectus abſolutionis ad cautelam eſt, quia alius poſt abſolutionem poſſunt ſecure communicare in ſacramentis, & in aliis, vt in cap. fi. de cleric. excomm. min. & in cap. ſacris. quod me. cauſa. Et hoc caſu fit ad cautelam aliorum. Tertius effectus, quia fit ad cautelam opinionis ſuæ. ſ. ne lędatur propter infamiam excommunicationis. Quartus, ad cautelam gerendorum, ſcilicet ne actus per ipſum geſti retractentur prętextu excommunicationis. Quintus ad cautelam aliorum, ſcilicet ne aliis fiat præiudicium ex tali abſolutione, quia non debet fieri prẹiudicium abſolutio ad cautelam, nec eius aduerſariis quominus facta ordinatione eccleſię de cauſa ſuſpenſionis, & aliis dicant quicquid velint. Sextus effectus eſt ad cautelam eccleſiæ, ſcilicet ne diu vacet, vt hic. Septimus effectus, quia interdum fit ad ſubuentionem probandę veritatis, & potius quo ad hominem quam quo ad Deum, ſicut illa quam curia confert ambaſciatoribus ad ipſam venientib. quandiu ſunt in curia, vt interim poſſint adire pręſentiam Papæ quę denegatur excommunicatis, & tractare de reconciliatione illorum quorum ſunt legati de

quo dixi in ca.veniens.ii.in fi.ſ.de teſti.Et dicit Hoſtien. ꝙ etiã
poſſunt inueniri alii effectus abſolutionis ad cautelã quos ſtu
dioſus per ſe indagare poterit,& de hoc plenius habeť in d.c.
20 ſolet. Quo ad tertium.ſ.quis† poſſit abſoluere ad cautelam
Innoc.dicit ꝙ quilibet iudex poteſt abſoluere ad cautelam a
ſententiis latis a ſe,vel authoritate ſua, ſecus dicit in ſentẽtiis
ab aliis latis,quia non poteſt abſoluere niſi in caſibus qui no
21 tantur in c.ad reprimendam.de offi.ordi.Et an†delegatus Pa-
pe,vel alterius abſoluere poſſit ad cautelam vide gloſ.iii.in d.
c.ſolet,quæ eſt in ver.ſuperiorem, & dicit D.Ab.ꝙ vbi fit men
tio de abſolutione nunquam intelligitur de abſolutione ad
cautelam niſi addiiciatur verbum ad cautelam.allegat glo. in
22 c.capitulum.in fi.glo.vlt.de reſcriptis.Nunquid aut petens†ab
ſolutionem videatur fateri ſe excommunicatum, dic vt per
Doct.in c.venerabilem.ſ.de elect.& per Bar.& Doct. in l. de-
cem.ff.de verb.obl.& hæc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſcriptum impetratum ab excommunicato in cauſa appellationis valet.*
2 *Collegium poteſt excommunicari.*
3 *Excommunicatus poteſt impetrare reſcriptum, non facta mentione excõmunicationis.*
4 *Proceſſus mentio an debet fieri in reſcripti impetratione.*
5 *Iudex appellationis qualiter pronunciare debeat.*
6 *Reuocatum per modum attentati poteſt iterari ſi appellatus vincit.*
7 *Res non afficitur per actionem quæ dirigitur in rem, ſed in perſonam, quia perſona poteſt condemnari re alienata*
8 *Regula appellatione pendente &c. non ſolum reſpicit iudicem, ſed etiam partem, ne aliquid innouetur in cauſa.*
9 *Lis non minus pendet pendente appellatione, quam faciebat ante appellationem.*
10 *Appellatio ſolum reſcindit effectum pronunciati, & deuoluit cauſam ad maiorem iudicem.*
11 *Appellatione extraiudiciali reuocantur attentata poſt appellationem.*
12 *Appellatione iudiciali non poteſt fieri reuocatio alienationis per titulum nil nouari appellatione pendente, ſed bene per titulum vt lite pendente, ſi præceſſit citatio.*
13 *Fieri quæ poſſunt pendente cauſa principali, etiam in cauſa appellationis poſſunt.*

## CAP. X.

1 DIlectæ. Valet reſcriptum†ab excommunica-
to in cauſa appellationis impetratũ,
licet in eo de excommunicatione mi.nulla ſit fa-
cta mentio.hoc dicit.Diuiditur in ii.partes. in pri
ma ponitur appellãtis narratio, In ſecunda appellationis cõ-
miſſio.ſecunda ibi,quo circa. No.primo,ibi excommunica
2 tionis ſententia &c.ꝙ collegium†poteſt excommunicari,hic
enim lata fuit ſententia in ſingulos de collegio hoc eſt in ſin
gulas moniales.idem probatur in ca.ſequenti. ſed de hoc dic,
vt in c.Romana.§.in vniuerſitatem.de ſent. excommu. in vj.
3 Secundo no.ꝙ excommunicatus†poteſt impetrare reſcri-
ptum in cauſa appellationis etiam non facta mentione de
excommunicatione concordat.c.fin. ĵ.eod.& c.j. de reſcript.
in vj.Ex quo enim excommunicato permiſſum eſt appellare
per conſequens ei concedendum eſt iudicem impetrare ſup
cauſa appellationis alias ei parum prodeſſet appellare, ſi ap-
pellationem non poſſet proſequi ad hoc.ſ. e.cum inter.& ĵ.
eo.c.fi.& dicit D.Ab.quod hoc procedit etiam ſi pro aliis cau
ſis fuiſſet excommunicatus, & dicit hoc clarius probari in d.
c.cum inter.& in d.c.fi.& ibi bo.tex.probatur etiam in c. j. de
reſcriptis.in vj.vbi dicitur ꝙ reſcriptum impetratum ab excõ-
municato ipſo iure non valet,niſi in cauſa excommunicatio
nis,vel appellationis,& ſic ibi eſt tex.ꝙ reſcriptum impetratũ
ab excommunicato in cauſa appellationis valet,licet de excõ
municatione non ſit facta mentio. Tertio no.in verbo,nõ
4 facta mentione, ſecundum Goff.ꝙ licet fieri debeat†mentio
in reſcripto de proceſſu, vt in c.inter monaſterium.de re iud.
& de ſerie negocii,vt in c.ſuper eo.de cohab.cler.& mu.Item
de rebus ſuper quibus eſt mota lis.de do.& contu.c.ii.Item de
exceptione oppoſita in primo iudicio,vt in c.in noſtra. de ꝓ-
cur. De his tamen quæ fiunt, vel innouantur poſt appella-
tionem non eſt facienda mentio,cum enim per appellationẽ
receſſum ſit a iudice non tenetur appellans ſcire,quod ipſe fa
ciat,vnde non facta mentione de illis valet reſcriptum,vt hic
& in c.bonæ.de confir.vti.vel inuti.& per illam deciſ.dicit hic
Phili, ꝙ ſicut non eſt neceſſe facere mẽtionem de literis quę
ſunt nullæ,vt probatur in d.c.bonæ, ita non eſt neceſſe facere
mentionem de excommunicatione quæ eſt nulla vt hic, &
no.bene iſta verba Goff.cum quibus tranſeunt Doct. ſ. quod
non eſt neceſſe facere mentionem in reſcripto, de innouat.
poſt appellationem, & ratio quia validitas illius innouatio-
nis pendet ab euentu appellationis,vt in c.non ſolum.de ap-
pel.in vj. & ſic Papa literas omnino conceſſiſſet etiam ſi ſci-
uiſſet innouationem fuiſſe factam, ergo ceſſat omnis ſurre-
ptio,vt in c.ſuper literis.de reſcriptis. Opponitur autem con
tra text. nam videtur quod Papa non debuerit dare reſcri-
ptum iſtis monachis appellantibus cum expreſſerint cau
ſam iniuſtam ſoluit.Innocen.dicens,ꝙ ſi expreſſiſſent qualita
tem excommunicationis, & quomodo moniales proſeque-
bantur appellationem ſuam non habuiſſent literas,vnde im-
petrauerunt in genere dicendo, ꝙ iudices non admiſerant
exceptionem excommunicationis contra moniales agentes,
vel contra reſcriptum,vnde literæ iſtę habuerunt bonam for
mam,ſed ſubreptitiam. Opponitur ſecundo in eo,quod Pa-
pa mandat ſimpliciter reuocare attentata poſt appellationẽ,
non enim videtur indiſtincte de iure hoc eſſe faciendum, vt
in c.non ſolum.de appell. in vj, vbi patet ꝙ attentata non de-
beat reuocari niſi probata veritate grauiminis. ſol. Innocen.
fatetur contrarium,& dicit quod iſtę tex.eſt ſupplendus per il
lum.ponit etiam formam libelli,quam dat appellans a ſentẽ
tia,verbi gratia,peto domine iudex reuocari quicquid factũ
eſt poſt talem ſententiam contra me latam a qua appellaui,
& per vos prohiberi iudici a quo, ne aliquid attentet contra
me occaſione illius ſententiæ,quãdiu pendent tempora cau
ſæ appellationis meę,& quamdiu per vos fuerit appellatio diſ
finita,& dicit quod iudex etiam ex officio debet hoc facere,
nec obſtat illud quod communiter conſueuit dici .ſ.quod iu-
5 dex†appellationis ſolum debet pronunciare bene, vel male
appellatum.C.de appel.l.cos. quia illud eſt verum principali-
ter.Iure autem acceſſorii hanc petitionem admittere debet.
facit de offic.deleg.c.primo.& c.prudentiam.§.fi.dicitur tamẽ
quod ſi poſtea appellatio iudicabitur non legitima, reuoca-
buntur prima attentata. Et de hoc remittit Ioan.And.ad d.c.
non ſolum.in gloſſ.4.& in gloſſ.vlt.in fi.& hoc multum not.
6 hic Bal.Et ex hoc dicto Innocen.colligit, ꝙ † reuocatum per
modum attentati poteſt iterari ſi appellatus vincit, & quod
factum ſine ordine poteſt poſtea fieri cum ordine, nam illud
attentatum poſt appellationem a diffinitiua fuit contra iuris
ordinem attentatum,& tamen ſi appellatus vincit,iterum de
bet reuocari,ſeruato iuris ordine,& hoc eſt quod voluit dice
re Bal.dicit etiam Ioan.And.quod ille qui dat libellum ſuper
cauſa appellationis,in quo etiam petit reuocari attentata an
te omnia debet eſſe cautus,vt non conteſtetur litem ſuper cã
appellationis,ſed ante faciat reuocari attentata, & hoc conſi
lium ponit Spec.in ti.de appel.§.penul.ad fi. & ſe remittit Ioã.
And.ad c.non ſolum.in verbo,ante omnia.de appellat. in vj.
& ibi vide Ioan.And.& D.Do.qui plene hoc examinant. di-
cit vlterius Innocen.quod licet nihil ſit innouandum appella
tione pendente,ſi tamen agitur actione perſonali,vt actione
ex empto,vel conſimili,ſi res petita alienetur alienatio tenet,
nec obſtant iura quæ dicunt, ꝙ nihil debet innouari appella
tione pendente,vel quod appellatione pendente ſtatus cauſę
non debet immutari,quia in actione perſonali non mutatur
7 ſtatus cauſæ,nec præiudicatur appellationi,quia†res non affi
citur per actionem quę non dirigitur in rem, ſed in perſonã,
quia perſona poteſt condemnari re alienata,ſicut ſi non eſſet
alienata,nec obſtat illud quod habeť in Auth.vt nulli iudicũ.
§.pręcedenti & ſequen. collat. ix. vbi prohibetur poſitionem
rei petitæ ab vno litigantium in alium transferri, quia prohi-
bitio illa reſpicit iudicem,& nõ litigatores, vt ibi patet, & ſic
regula illa.ſ.appellatione pendente,nihil eſt innouandum,de
bet intelligi quando innouatio fit per iudicem,ſecus ſi per li-
tigantem,vbi vero agitur actione reali Inn.fatetur ꝙ non va-
let alienatio,non ea ratione,quia pendet appellatio,ſed quia
8 res eſt litigioſa Hoſti.vero dicit,quod illa regula † appellatio-
ne pendente non ſolum reſpicit iudicem, ſed etiam partem
ne videlicet aliquid innouent in cauſa in præiudiciũ aduerſa-
riorum ad minus violenter, nec eſt mirum ſecundum eum,
quia etiam nulla lite, vel nulla appellatione pendente non
datur licentia parti inuadendi poſſeſſio. quam alia pars te-
net,vel circa illam inferendi aliquam violentiam, immo ius
hoc prohibuit expreſſe,vt patet.C.vnde vi.l.ſi quis in tantam.
& in l.extat.ff.quod me.cau.& xvj.q.vj.c.j.Fortius ergo intelli
gitur prohibitum appellatione pendente. Et de materia li-
tigioſi remittit Hoſt.ad c.eccleſia vt li. pet.ſed Ioan.Andr. re-
mittit ad c.cum M.in gloſſ.diuerſa.& glo.ſequen. ſ.de conſti.
& ad c.dudum.ij.in glo.nunquid.ſ.de elect. Eſt ergo differẽ
tia inter Innocen.& Hoſtien.quia Innocen.vult ꝙ regula quę
dicit appellatione pendente nihil eſſe innouandum habet lo
cum in iudicem non autem in parte,ſed Hoſti.vult ꝙ habeat
locum,& in iudice,& in parte aliquid innouante, ſeu attentã
te,& cum opinione Hoſt.tranſit Io.An.& But & D.Abb.pro

opinione

opinione Hoſtien. allegat tex.cum glo.in l.Chyrographis. §.
fi.ff.de admini.tuto.vbi dicitur, ꝙ iudex relegauit quendam
ademptis ſibi bonis,& cauſa appellationis pendente condē
natus alienauit illa bona deinde confirmata fuit ſententia
contra ipſum appellantem,& reuocata fuit alienatio per ip
ſum facta,& glo.ibi dicit,ꝙ ratio,quia appellatione penden
te non debet fieri illa alienatio,& ꝙ reuocatio fit officio iu
dicis,idem vult gloſ.fin.ff.de his qui no. infa.& dicit D.Abb.
ꝙ dicta l.Chyrographis.iuncta glo.dupliciter videtur facere
contra opi.Innocen.Primo,inquantum vult, ꝙ remedium
illius ti.nil nouari appellatione pendente habet locum con
tra innouationem partis. Secundo,quia fit reuocatio alie
nationis,licet perſonaliter ageretur contra reum. Tandem
D.Abb.diſtinguit,ꝙ aut appellatur extraiudicium, aut in iu-
dicio. In primo caſu dicit, ꝙ abſque dubio habet locum
regula prædicta contra innouata per partem,& hoc proba-
tur in c.bonę.ſupra delec.& ibi per Innocen.& per eandem
in c.dilecti.de maio.& obe.& in c.ex parte.de reſcrip.& hoc
caſu procedit opinio Hoſtien. In ſecundo autem caſu,ſci
licet quando appellatur in iudicio dicit,ꝙ procedit opin. In
nocen.ſ.ꝙ innouata reuocentur non per remedium illius ti.
nil nouari appellatione pendente, ſed per remedium titu. vt
9 lite pen.quia non minus lis pendet,† pendente appellatione
quam faciebat primo ante appellationem, vt in l.ita demū.
C.de procura. vbi patet, ꝙ effectus litis conteſtationis durat
etiam poſt interpoſitam appellationem, & pro hoc allegat
tex.optimum in c.cum teneamur. de appel. vbi patet,ꝙ ſin-
gula pars pendente appellatione ſpoliat aliam, vel eam tur-
bat in poſſeſſione,tale attentatum eſt reuocandum,& ratio
differentiæ inter appellationem iudicialem, & extraiudicia-
lem eſt ſecundum D.Abb.quia appellatione extraiudicialis
dirigitur ad partem,vt nihil innouet, & ideo operatur effe-
ctum ſuum contra partem innouantem, & hoc dicit eſſe in
telligendum, quando appellatur extra iudicium contra par-
tem,non autem quando appellatur a iudice. Iudicialis vero
dirigitur ad iudicem, nam appellatio iudicialis eſt de mino-
ri iudice ad maiorem prouocatio.l. prima.ff.de app. & vide
bo.glo.in.c.ii.in verbo,officiali.de conſue.in vi.vnde per ap-
pellationem agit appellans ſuſpendere iuriſdictionem pri-
mi iudicis, & cauſam deducere ad iudicem ad quem, vt in c.
ſi.a iudice.de ap.in vi. Contra vero partem nihil agitur,facit
ca.interpoſita §.ſane.de app.ideo illud remedium nil nouari
appellatione pendente fuit principaliter inductum contra
iudicem cuius iuriſdictio fuit ſuſpenſa per appellantem, di-
cit etiam,quod dictum Innocen.eſt verum, inquātum dicit,
quod ſi agitur perſonali non debet fieri reuocatio alienatio
nis factę appellatione pendente,per id,quod no.idem Inno.
in c.cum M.de conſti.& licet ibi loquitur quando alienatio
fit pendente prima inſtantia, idem tamen eſt dicendum in
cauſa appellationis, quia quod poteſt fieri in prima inſtātia
poſt litis conteſta. poteſt etiam fieri in cauſa appellationis,
vt in l.ita demum.C.de procur.& quod ibi no.Bar.& in cap.
10 cum Ioannes.de fide inſtrumen. Appellatio enim †ſolum
reſcindit effectum pronunciati, & deuoluit cauſam ad ma-
iorem iudicem,vt in c.veniens. de iureiuran. pro hoc allego
tex.no & ibi Bar.in l.poſtquam. §. Imperator ff. vt lega.non
ca.vbi dicitur,ꝙ illud quod poteſt fieri pendente primo iudi
cio poteſt etiam fieri pendente appellatione,& ſic Bar.ibi li-
mitat illam regulam nil nouari appellatione pendente,quia
non procedit in his,quę poſſunt fieri pendente cauſa princi
pali,ad l.Chyrographis.ff.de admini.tuto.D.Abb reſpondet
tribus modis. Primus eſt, ꝙ bona ibi affecta per ſententiam,
quę fuerat lata ſpecifice ſuper illis bonis,facit l.commiſſa.ff.
de public.nam per talem alienationem mutabatur ſtatus li-
tis contra tit. vt lite pendente. Ideo debuit fieri reuocatio,&
hoc modo negat Innocen. ſed quando agitur pure actione
perſonali bona,non ita afficiuntur etiam per ſentētiam,ſed
ſolum præcipitur,ꝙ debet rem tradere, de quo tamen dicen
dum eſt,vt in l.j.ff.de acti.emp.& in l.ſtipu.non diui.ff.de ver
borum obli.D.Abb.de hoc remittit ad c. cum Ioannes.de fi
de inſtrumen. Secunda ſolutio eſt, ꝙ ſi non fuiſſet reuo-
cata alienatio nō potuiſſet perſona cōdemnari, ſicut prius.

Tertia ſolutio eſt,ꝙ illud eſt ſpeciale in fiſco in cuius frau
dem fuit facta alienatio, faciunt plene no.c. poſt contractū.
ff.de donati.dicit tamen, ꝙ prima ſolutio eſt ſubtilior. Et
ex prædictis fac quatuor concluſiones. Prima eſt,ꝙ vbi ap
11 pellatio eſt extraiudicialis reuocantur †attentata poſt appel
lationem per regulam nil nouari appelltione pendente, &
hoc quando appellatio fit contra partem,ſecus ſi adpelletur
a iudice. Ex hoc ſequitur, ꝙ ſi quis appellat a collatione
facta per epiſcopum,vel ab alio actu extraiudiciali, & dein-
de ſpolietur per aduerſarium,quod non poterit peti illud at
tentatum reuocari,ſed neceſſarium eſt, quod petat ſe reſti-
tui ſeruato ordine iuris,vt in c.olim.de reſt. ſpolia.cum trib.
ſequen.ſecus ſi appellaſſet contra partem, quia tunc poſſet
petere illud attentatum. Secunda concluſio, ſi appellatur
12 in iudicio,ſeu†ſi appellatio eſt iudicialis non poteſt fieri re-
uocatio alienationis per ti.nil nouari appellatione penden-
te,ſed bene per ti.vt lite pendente.ſi preceſſit citatio,de quo
vide bo.tex.iuncta glo.vt lite penden.hoc tamen fallit,quan
do limitaretur ſtatus cauſæ litis, vt quia appellans pendente
appellatione ſpoliaretur re ſuper qua eſt lis,vt in ca.cum te-
neamur.de appel. Tertia concluſio,ſi agitur perſonali va-
let alienatio facta pendente appellatione,nec debet reuoca
ri,ex quo etiam pendente cauſa principali talis alienatio po
terat fieri, & ex hoc infertur. Quarta concluſio, ſ. quod
13 ea quæ poſſunt fieri † pendente cauſa principali poſſint etiā
fieri in cauſa appellationis, nec in eis habet locum regula
nil nouari appellatione penden.vt in d.l.poſtquam. §.Impe
rator. ff. vt lega.non cauea. In gloſſ.vltima, quia aliæ ſunt
clarę,diuide ipſam in duas partes. In prima ponit intellectū
tex.In ſecunda opponit, & ſoluit.Secunda ibi,ſed iſte. Pro
expeditione primæ partis etiam opponitur, nam dicitur in
tex. quod iſti iudices debent procedere iuxta tenorem prio-
ris mādati directe ad priorē de Gernemoe,& ꝯiudices ſuos,
ſed contra illud mandatum non fuit primum, ſed tertium
hic enim emanauerunt quatuor commiſſiones. Prima ad
abbatem ſancti Benedicti impetrata per monachos in cau-
ſa principali. Secunda commiſſio fuit facta ad priorem de
Angleſia ad petitionem monialium appellantium. Tertia,
fuit directa ad priorē de Gernemoe ad petitionem mona
chorum appellantium. Quarta fuit directa ad declarandum
Linconien.ad petitionem monialium terum appellantiū,
& hæc fuit vltima,in qua Papa mandat,quod iuſtificata ap-
pellatione ex parte monialium debeat procedere iuxta te-
norem prioris mandati directi ad priorē de Gernemoe,ſed
iſtud non fuit primum mandatum, ſed ſecundum,quia pri-
mum mandatum fuit directum ad Abbatem ſancti Benedi
cti,hęc glo ſoluit,quod licet ſit tertium reſpectu primi man
dati.Tamen reſpectu vltimi dicitur eſſe primum. Fuit enim
primum reſpectu illius vltimi, facit quod habetur in ſimili
in c.Ioſeph.de verborum ſigni.& dicit dominus Abb.hoc eſ
ſe notandum pro teſtibus concordantis. In ſecunda parte
glo.iſtam glo.ſequuntur communiter Doctores, licet Hoſt.
dicat contrarium,& dicit Ioan.And.quod quartus iudex da
tus ſuper appellatione interpoſita a tertio ſi inuenerit male
appellatum remittit cauſam ad tertium, niſi detulerit appel
lationi, & ſi inuenerit bene appellatum in eius locum ſuc-
cedit,& faceret,quod ille debebat facere,ſed ille debebat co
gnoſcere de appellatione interpoſita a ſecundo,vnde hoc fa
ciet quartus, & ſi inuenerit a ſecundo male appellatum re-
mittit ad ſecundum,ſed ſi cognoſcet a ſecundo bene appel-
latum cognoſcet de eo, de quo debebat cognoſcere ſecun-
dus in cuius locum ſucceſſit. Secundus autem debebat co
gnoſcere de appellatione interpoſita a iudice primo, vnde
de hoc in eum caſum cognoſcet quartus, & ſi inuenerit ma
le appellatum remittet ad primum ſi bene reuocato graua
mine cognoſcet de cauſa principali,& dicit, quod poſito,ꝙ
narrata in tex. ſint vera, ſcilicet quod iſte moniales fuerint
excommunicata a primo iudice poſt appellationem legiti-
mam pronunciabitur per moniales bene appellatum a ter-
tiis iudicibus,& deinde cognito de appellatione interpoſita
a ſecundis per monachos pronunciabitur ipſos monachos
male appellaſſe,& remittetur cauſa ad ſecundos,qui cogno
ſcent de appellatione interpoſita per moniales ſuper princi-
pali,ſed dominus Abb.dicit, quod non oportet nos in hoc
fatigare quia Papa mandauit huic decano, vt iuſtifica-
ta app.procederet iuxta tenorem commiſſionis factæ prio-
ri de Gernemoe.Iō inſpicienda,& ſequēda erat illa forma,
argumen.in ca.cauſam.ſupra de reſcriptis.dicit tamen,quod
ſi de nouo inciderent iſte appellationes procedendum eſſet,
vt hic habetur in gloſ. niſi aliud haberet forma commiſſio-
nis,vt hic.& iſta ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Actor originarius etiam per exceptionem excommunicationis nō debet repelli a proſecutione appellationis.*

2 *Papa non ſemper memoratur de his quæ in facto conſiſtunt.*

3 *Capitulum poteſt excommunicari.*

4 *Archiepiſcopus in collegiata eccleſia etiam ſeculari non fundat intentionem ſuam ſuper collatione libera.*

5 *Superiore non confirmante electionem poteſt appellari ad ſuum ſuperiorem.*

6 *Sententia recipit appellationem pro parte, & pro partę confirmationem.*

7 *Reus dicitur quicunque ſuccumbens in cauſa.*
8 *Appellatio immutat naturam cauſæ in aliquo, non in omnibus.*
9 *Appellatus in cauſa appellationis eſt reus, cum appellans ſit actor.*
10 *Sententię forma præſumitur talis qualis erat contentio inter partes.*
11 *Victor quandoque in cauſa principali poteſt appellare reſpectu condemnationis expenſarum omiſſæ, & caſus ponit.*
12 *Appellatio dehoneſtare dicitur iudicem.*
13 *Appellatio interponitur ſententię, ne in quacunque inſtantia obſtet exceptio rei iudicatæ.*
14 *Appellatione practicę eſt, vt dicatur appello in parte & partibus &c.*
15 *Appellari quando debeat ab abſolutione principali, & a condemnatione expenſarum.*
16 *Expenſis non petitis in libello, nunquid poſsit appellare propter omiſſā condemnationem expenſarum.*
17 *Iudex ſi omittat quæ facere poteſt ex officio non datur appellatio.*
18 *Iudex omittens condemnationem expenſarum non petitā non tenetur de ſuo ſatisfacere.*
19 *Petere aliquid noui in appellatione non ſpectat ad iudicem appellationis.*
20 *Expenſę quæ nō fuerunt petitæ in cauſa principali, poſſunt peti in cauſa appellationis.*
21 *Actor originarius debet admitti ad appellandum, & ad proſequendum appellationem.*
22 *Actor in cauſa principali, eſt etiam actor in inſtantia appellationis, & ideo ſi repellitur in principali poteſt etiam repelli in cauſa appellationis.*
23 *Iudex non poteſt cognoſcere de cauſa appellationis qui recognoſcat de principali.*
24 *Exceptio excommunicationis eſt multum priuilegiata, & poteſt opponi in qualibet parte litis.*
25 *Proteſtatio iudicis, ſ. quod non intendit condemnare, non valet, quia eſſet contra iuris determinationem.*
26 *Excommunicatus an poſſit agere ſaltem ad interruptionem pręſcriptionis ſi actio tempore ſit peritura.*
27 *Procurator in cauſa principali, ſi appellauit a ſententia contra ſe lata, & poſtea fuit excommunicatus, an poſsit proſequi appelationem.*
28 *Reuelare ſecretum, an quis teneatur ad pręceptum ſuperioris.*
29 *Procurator appellans extraiudicium, & principalis ratificauit appellationem, nunquid poſsit proſequi cauſam, ſi eſt excommunicatus.*
30 *Mandatum non præſumitur datum ad proſequendam appellationem, per ratificationem domini factam ſuper apellatione.*
31 *Excommunicatus, an poſsit petere ſententiam latam contra ſe pronunciari nullam.*
32 *Petens laudum reduci ad arbitrium boni viri, an poſsit repelli prætextu excommunicationis.*
33 *Excommunicatus an poſsit petere reſtitutionem in integrum.*
34 *Excluſi a participatione eccleſiæ repelluntur ab omni fauorabili legum auxilio.*
35 *Vinculum omne conſuetudinis, vel iuramenti ceſſat ex quo inducitur animarum periculum.*
36 *Turpitudinem propriam allegans etiam admittitur pro periculo animæ*

## C A P. XI.

Significauerunt. Per exceptionem excommunicatio
1 nis a proſecutione appľonis, † etiā originarius
actor repelli nō debet. hoc dicit. & eſt caſus ſingularis, quatenus dicit de actore ſecūdum D.
Abba. Diuiditur in duas partes. In prima ponit querelam
appellationis. In ſecūda inſtruit iudicem a quo. Secunda ibi
mandamus. In tex. ibi, Mediolanen. erat ordinarius loci ad
quem ſpectabat confirmatio Ioann. And. Item ibi, ipſis. ſ. capitulo. Item ibi, cauſam dicimur commiſiſſe, iſtud ponitur
2 in reſcriptis, quia non ſemper memoramur Papa, † de his
quæ in facto conſiſtunt, xxiii. diſtinctione. pręterea. Ioannes
An. Item ibi, electionē ipſorū. ſ. de capitulo facta de petēdo.
Item ibi, ius eligendi ad ipſum capitulum pertinere, ex hoc
patet quod erat quæſtio ad quem pertinebat electio. Item
ibi, partem aduerſam. ſ. archiepiſcopum, vel ab ipſo inſtitutum, vel vtrunque. Item ibi, cauſam ipſam vobis obtinuere
committi ſupple facta mente de vtraque appellatione, alias
reſcriptum eſſet ſubreptitium, ſupra de reſcriptis. ex parte. &
infra de appel. bonæ. j. & dicit hic Ioann. And. quod iſti non
computato archiepiſcopo ſunt ſecūdi iudices, eo vero computato ſunt tertii iudices. No primo ex tex. quod capitulū
3 poteſt † excommunicari, concor. c. pręcedens. de quo dic, vt
hodie habetur in c. Romana. §. in vniuerſitatem. de ſenten,
excommu. in vi. Secundo no. quod in collegiata eccleſia,
4 etiam ſeculari archiepiſcopus non fundat † intentionem
ſuam ſuper collatione libera, ſed dum taxat ſuper confirmatione, electio vero ſpectat ad collegium, ad hoc ca. primū. de
elect. & xviii. q. ii. c. j. iuncta gloſ. de quo dic, vt plene habetur
in d. c. j. & in c. cum eccleſia Vulterana. de elec. & tetigi ſupra
eodem. cum venerabilis. Tertio not. quod quando ſupe
5 rior non vult electionem confirmare poteſt † appellari ad
ſuum ſuperiorem, & ratio eſt, quia tempus non eſt præfixum ſuperiori ad confirmandum, ſeu inſtituendum, vt dicit
D. Abb. poſt D. de Ro. in c. ii. de conceſ. præben. Ideo cum ius
inſtituendi, vel confirmandi, non ſit per negligentiam ad
alium deuoluendum neceſſarium eſt recurrere ad remediū
6 appellationis. Quarto no. ibi, a qua ſententiam partes ad
ſedem apoſto. appellantes, quod † ab eadem ſententia in diuerſis articulis poteſt quis pro parte appellare, & pro parte
confirmare, nam vtraque pars appellauit a ſententia iſtius
propoſiti, quatenus erat contra ipſam. Vltimo not. quod
etiam originarius actor dicitur ſe defendere in cauſa appellationis, ita quod nō repellitur prætextu excommunicationis a proſecutione appellationis. Et ex hoc colligit Bal. ꝙ
7 quilibet in cauſa ſuccumbens dicitur † reus, licet fuerit actor
originarius, & ſic appellatio facit de actore originario reum
quo ad legitimationem perſonę, & ſic appellatio in aliquo
immutat naturam cauſæ, ita colligit hic Bald. Et aduerte,
8 quia non ſine miniſterio dixi, quod appellatio † immutat in
aliquo naturam cauſæ, nam quo ad cauſam principalem
non immutatur natura cauſæ, de quo vide Bar. in l. hi qui ad
ciuilia. C. de app. & per Innocen. & But. in c. coram. in iii. col.
de officio deleg. & in c. in pręſentia. de renun. & per D. Abb.
in c. per tuas. de appel. Glo. tamen in c. ſi a ſub delegato. in gl.
fi. de officio delega. in vi. dicit, quod appellans in cauſa appellationis eſt actor, licet in cauſa principali fuerit reus, & idem
ſentit glo. in clemen. ſi appellationem. in glo. mag. in fine. de
9 appel. quæ dicit, quod appellatus eſt reus † in cauſa appellationis. Appellans vero actor, ſed dic, quod appellans cenſetur eſſe actor inquantum trahit aduerſarium coram iudice
ad quem, & inquantum debet infra tempus a iure præfixū
proſequi cām appellationis, quatenus ſe defendit cōtra grauamen iudicis eſt reus, & ita loquitur hic, de quo vide in locis præall. In glo. prima, hęc glo. ſentit duplicem intellectū.
Primus eſt, quod indignitas fuit cauſa, quare archiepiſcopus electum non confirmauit, ſed glo. videtur iſtum intellectum reprobare, quia appellatio fuiſſet iniuſta, ſed potes
eum ſaluare, quod recuſauit confirmare electum propter in
dignitatem tamen iniuſte, quia erat electus dignus, iſte tamen intellectus non conuenit literę, quia vt patet ex ſententia in qua fuit pronunciatum ius eligendi pertinere ad capitulum, quæſtio erat ſuper iure eligendi. Fruſtra enim iudex
appľonis pronunciaſſet ſuper iure eligendi, ſi in libello nō
fuiſſet deductum, cum ſententia debeat eſſe conformis libello, qualiter, & quando. de accu. & de ſimo. licet Hely. cum ſimili. & bene facit c. inter dilectos. ſupra de fide inſtrumē. vbi
10 patet quod forma ſententiæ præſumitur qualis erat contentio inter partes, & hoc no. expreſſius glo. in c. audita. de reſti.
ſpolia. Vnde ſecundus intellectus glo. communiter tenetur,
ſcilicet quod archiepiſcopus prætendebat ius eligendi ad ſe
ſpectare, & non ad capitulum. In glo. ii. not. iſtam gloſ. in
11 quantum vult, quod victor † in cauſa principali poſſit appellare reſpectu cōdemnationis expenſarum omiſſæ, licet pars
victa ab illa ſententia appellauerit Pet. tamen & Abb. hic tenent contrarium dicentes, quod propter hoc capitulum appellare non potuit per l. omnem honorem. C. quomodo ꝑ
uo. non eſt neceſ. Sed Ioan. And. hic ſe remittit ad Spe. in tit.
de appel. §. in quibus, ver. xxiiii. & ver. ſequentibus. & iſtum
articulum hic late examinant Butri. & D. Abb. vnde diſcurre per caſus. Primus eſt, quando condemnatio expenſarum
eſt in totum omiſſa, & hoc caſu ſi pars victa appellauit non
poteſt victor ex eo ſolo appellare, quod omiſſa fuerit condemnatio expenſarum, quia per appellationem aduerſarii
poteſt conſequi reformationem expenſarum, vnde non de
12 bet appellando † dehoneſtare iudicem, & hoc procedit etiā
ſi pars victa quæ appellauit non proſequatur appellationē,
eſt enim ius acquiſitum appellatio, vt poſſit illam inuito appellatore proſequi, & iſte verus caſus in d. l. omnem honorem. licet glo. ibi, aliter ſentiat, & hoc ibi tenet Barto. & Do.
de Rota deciſi. cccxli. & Spe. in dicto §. in quibus. ver. xxiiii.
cum ver. ſequentibus. & Ioan. And. in addi. ibi & Butri. & D.
a Abb. hic.[a] Aut victus non appellauit, & tunc victor poteſt
appellare, ſumus enim tunc extra caſum dicta l. omnem
honorem. & ſi diceremus contrarium ſequeretur abſurdum
quod eſſet in poteſtatem illius contra quem eſt lata ſenten
tentia, vt faciat, quod victor perdat expenſas factas in lite
non

A D D I T I O.

a ¶ Idem tenet Alex. in c. vna ſententia. infra de ap.

non appellando a ſententia, & eſſet etiam in optione iudi-
cis non condemnare victum in expenſis, l. properandum.
C. de iudiciis, & contra capitulũ calumniam. de pœnis.
& hanc partem tenet Bartol. in dicta leg. omnem hono
rem. & domini de Rota, & Speculato. vbi ſupra, & Butrig.
& d. Abb. hic. Secundus caſus eſt, quando iudex condem-
nat reum in principali, & eum expreſſe abſoluit ab expẽſis,
vel condemnat in minori quantitate quã deberet, & hoc ca
13 ſu dicit Bu. quod neceſſarium eſt, †quod actor appellet, quia
niſi ſuſpenderet ſententiam per appellationem, inquacunq;
inſtantia illam proſequeretur obſtaret exceptio rei iudicatę,
nec poſſet releuari ex appellatione aduerſarii cum per illam
non ſuſpendatur abſolutoria ab expenſis, & ſic dicit poſſe
intelligi iſtum tex. & glo. ſed D. Abb. diſtinguit, quod aut vi-
ctus appellat a ſententia quatenus facit contra eum, & tunc
dicit, quod oportet victorem appellare reſpectu expenſarũ,
ſiue eum abſoluerit, ſiue condemnationem expenſarũ omi
ſerit, quia non reperitur ſententia ſuſpenſa, niſi quatenus fa
cit ꝯ appellantem, ad hoc facit, quod no. in ſimili. in ca. cum
olim. de cẽſi. & ideo niſi victor appellet non poterit poſtea
aliquid dicere. Aut victus ſimpliciter appellat a ſententia,
& tunc indiſtincte poteſt victor conſequi reformationem
expenſarum, quia ſimpliciter appellatio a ſententia ſuſpen-
dit totam ſententiam, vt in ca. Raynutius, & Raynaldus. de
teſt. & ſic dicit debere intelligi. l. omnem honorem. pro hoc
ego allego Bar. in l. appellanti. ff. de appel. vbi dicit, quod quã
do appellatio continet plura capitula, quod aut appellatur
determinate ab vno capitulo, & appellatio nõ porrigitur ad
alia capitula, niſi ſint connexe, arg. l. etiam. §. primo. ff. de mi
no. Aut appellatur ſimpliciter, & in dubio appellatio re-
fertur ad omnes partes ſententiæ, vt probatur, in d. l. appellã-
ti. & pro iſta diſtinctione facit quod no. But. & D. Abb. in ca.
cum Ioannes. in fi. de fide inſtrumen. vbi dicunt, quod ad pe-
titionem appellantis iudex poteſt reformare ſententiam, li
cet ſolus aduerſarius appellauerit, niſi appellans ſe reſtrinxiſ
ſet appellando, quatenus ſententia contra ipſum facit, & nõ
14 vltra † ſicut communiter ſeruat hodie practica, quia ap-
pellantes conſueuerunt dicere, quod approbant ſenten-
a tiam in parte, & partibus[a] facientibus pro ipſis, & in partib.
facientibus contra ipſos, dicunt eam iniuſtam, & iniquam,
& ab ea tanquam iniuſta appellant, & no. incidenter vnum
dictum D. Ab. quod ſupra non recitaui, qui vult, quod quã
do iudex omittit condemnationem expenſarũ, videtur ab-
abſoluere illum contra quem fert ſententiam, per no. in l. j.
C. ſi aduerſus rem iudic. & per Innocen. in c. cum inter de re
iudic. vbi vide. Tertius caſus eſt, quando actor ſuccumbit
in principali, & in expẽſis, vt quia iudex reum abſoluit a pe-
titione actoris, & condemnat actorem in expẽſis, & hoc ca-
15 ſu dicit Butri. quod debet appellare ab vtraque, ſ. †ab abſolu
tione in principali, & a condemnatione expẽſarum, qa vna
per aliam non ſuſpenditur, & dicit, quod hoc no. Arch. in c.
fi. in gl. fi. de appel. in vi. & idem dicit in reo ſi condemnatur
in principali, & in expenſis, nam neceſſarium eſt, quod ab
vtraque appellet ſecundum eum, ſed D. Abb. dicit, quod Ar
chi. non ſic loquitur, prout eum allegat Butr. loquitur enim
Archi. quando condemnatio expenſarum fuit facta ente dif
finitiuam ſententiam, forte ſuper aliquo articulo, ſi enim cõ
demnatus non appellauit, & lapſum eſt decendium, non po
terit in appellatione diffinitiuam illam condemnationem
proſequi, quia illud grauamen non eſt cõiunctum negocio
principali, vt probatur in d. c. ſi. de app. in vi. immo plus ſoluit
Innocen. in c. ſępe. de appel. quod ſi iudex pronunciat ſuper
aliqua exceptione contra proponentem, licet tunc eum cõ
demnauerit in expenſis, non poterit poſtea appellare, ſi poſt
decendium fit condemnatio, quia iſta eſt executio primæ ꝓ-
nunciationis, & per hoc dicit D. Abb. quod ſi in eadem ſen-
tentia iudex condemnauit in principali, & in expenſis ſatis
eſt ſimpliciter a ſentẽtia appellari, quia vnica poteſt dici ſen
tentia, licet contineat plures articulos, vnde ſuſpenditur pro
pter appellationem. Ego in pręcedenti caſu allegaui Bar.
in l. appellanti. ff. de appel. qui dicit, quod appellatio ſimpli-
citer facta refertur ad totam ſententiam, licet contineat plu
16 res articulos. Sed iuxta prædicta quæro, † quid ſi expenſæ nõ
fuerunt per actorem petitæ in libello, nunquid poteſt appel
lare propter omiſſam condemnationem expenſarum? & vt
quæſtio procedat, intelligas, quod ſumus in caſu, ĩ quo poſ-
ſit appellari, ſi fuiſſet petita condemnatio expẽſarum, & Bu.
hic allegat D. de Ro qui concludunt, quod ſic, quia iudex ex
officio ſuo debebat condemnationem facere. l. ædes. §. item
ſciendum. ff. de ædil. edict. Item quia iura dicunt, quod victus
eſt condemnandus victori in expenſis, vt in c. calumniam.
de pę. dicunt tamen, quod quidam fuerunt in contraria ſen
tẽtia, vt ibi refert collector deciſionum, ſed cum prima opi.
ſ. quod poſſet appellari tranſit hic Bu. Sed D. Abb. tenet ſe
cundam opi. ſ. quod non poſſit appellari, & ad hoc allegat
notabile dictum Spec. in titulo de officio iudicis. §. impedit.
17 crica prin. vbi dicit, quod vbicunque †iudex poteſt aliquid fa
cere ex officio, ſi non facit non poteſt ex hoc appellari, idem
dicit Pet. & Hoſt. & Ioan. And & communiter Docto. infra
c. proximo. Ratio eſt, quia iudex nõ tenetur impẽdere of
ficium ſuum ad commodum priuatum, ſi non poſtulatur,
vt in l. iii. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. no. In-
nocen. in c. ad noſtam. ii. ſupra de iureiuran. allegat etiam il-
18 lud, quod communiter dicitur, ſ. quod ſi iudex †omittat con
demnationem expenſarum non tenetur de ſuo ſatisfacere ſi
non fuit petitum, ſecus ſi fuit petitum, hoc no. gloſ. & Doct.
in c. ſi. de reſcrip. & Bar. in d. §. hoc autem iudicium. & in l. ꝓ-
perandum. §. ſinautem. C. de iudi. & in l. omnem honorem.
C. quando prouo. non eſt neceſ. & quod non poſſit appella-
ri, quando expenſæ non fuerunt petitæ, ſentit Specu. in d. §.
in quibus ver. ſed quid de rigore iuris. Imputãdum eſt enim
ſibi ſi non petiit condemnationem expẽſarum, magis enim
debuit ſibi proſpicere, quam expectare proprium motum
iudicis, nec obſtat ſm D. Ab. ſi diceretur, ꝙ in cauſa appel-
lationis poteſt opponi non oppoſitum, & probari non pro
batum, vt in l per hanc. C. de temp. ap. & in c. cum Ioannes.
de fide inſtrumen. quia licet ob iſtas cauſas poteſt appellari,
19 †non poteſt tamen aliquid de nouo peti, quia hoc non ſpe-
ctat ad iudicẽ appellationis. ii. q. vi. in fi. & in l. cos. C. de app.
& vlterius dicit, quod ſi diceret, ergo iſte ex toto perdat ſum
ptus cum ſibi non competat aliquod remedium, vt in l. ter-
minato. C. de fruct. & lit. expen. & in l. bonæ fidei. C. de vſuris.
reſponde, quod eſt ſibi imputandum, quare non petiit, arg.
in l. iii. C. de poſthu. & ſic dicit eſſe limitandum ea quę dicta
ſunt ſupra, nam vbi dictum, ſ. quod poteſt appellare victor
propter omiſſam condemnationem expenſis, debet intelli-
gi, quando expenſæ fuerunt petitæ per eum, dicit tamen D.
Abb. quod ſi pars victa appellauerit poterit iudex ad quem
habere conſiderationem expenſarum, licet non fuerint peti
tę. In primo iudicio, quia cum ſuccedat in locum primi iudi
cis, ſicut ille poterat ex ſuo officio condemnare. ita iſte facit
quod no. D. de Ro. in deciſio. cclx. vbi dicunt, quod propter
appellationem alterius partis iudex appellationis poteſt re-
formare ſententiam etiam in fauorem appellantis, quia ſuc
cedit loco primi iudicis, facit quod no. Bart. in l. ſi expreſſim.
ff. de appell. vnde ſequitur appellatus ex perſona appellantis
quod ex propria perſona conſequi non poterit, ſimile in l.
petendæ. C. de in integ. reſti. & in c auctoritate. de conceſ. præ
ben. in vi. & dicit D. Ab. prędicta eſſe notanda, quia faciunt
ad multa. Et ex prędictis videtur ſentire D. Abb. quod nõ
poſſit petere quis condemnationem expenſarum in cauſa
appellationis, ſi non petiit in cauſa principali, ſed ego credo
contrarium, quia iſtud c. non eſt omnino nouum; ſed pen-
det ex veteri cum ſit acceſſorium ad petitionem principalẽ,
iuxta no in c. fraternitatis. ſupra de teſtib. & in l. per hanc. C.
de tempo. appel. Pręterea ex quo iudex appellationis poteſt
condemnari expenſis, vt dicit idem D. Abb. & ſic officium
iudicis appłonis ad illas ſe extendit; ergo etiam pars poteſt
hoc petere in cauſa appellationis, & hoc clare colligitur ex
regulis quas ponũt Bar. & Bal. in d. l. per hanc. dum declarãt
quod dicatur circa omnino nouum, vel ex veteribus pende
re, de quo dixi in d. c. fraternitatis. Et ex his ego concludo,
20 quod licet †victor non poſſit appellare propter omiſſam cõ
demnationem expenſarum, ex quo eas non petiit, poteſt ta-
men eas petere in cauſa appellationis, & ſi iudex appellatio
nis omitteret condemnationem ex penſarum poſſet appel
lare, eo caſu quo poteſt appellari, quando iudex cauſę prin-
cipalis omittit condemnationem expenſarum. In glo. in
verbo defenſio, diuide ipſam in quatuor partes. In prima po
nit intellectum literę. In ſecunda contra illum opponit, &
ſoluit. in tertia. ĩ quarta quęrit, & reſpondet. Secunda ibi, ſed
actor excommunicatus. Tertia ibi, ſecus videtur. Quarta ibi,
ſed quid facient iudices. pro expeditione primæ partis oppo-
nitur de contrarietate literę. Quia primo innuitur iſtos ca-
nonicos fuiſſe actores, & tamen poſtea tex. videtur velle op-
poſitum dicendo, quod excommunicato reſeratur defen-
ſio, ſed glo. tenet primum. ſ. quod erant actores, quia petebãt
electionem ſuam confirmari, & quia dicebant ius eligendi
archipresbyterum ad ſe pertinere, & non ad archiepſcopũ,
& ſubdit glo. quod in iſtis certum obtinuit. In tertia autẽ
petitione ſuccubuit, ſ. inquãtum capł̃m petebat partem ad-
uerſarii condemnari in expenſis, vel fructus perceptos ab in
ſtituto

ADDITIO.

a ¶In parte, & partibus. Adde Alexan. Imo. conſilio cxxxvi. in fine. ſecundi volu-
mini.

ſtituto per archiepiſcopum,de quo tangit glo.pręcedens.iſta
enim fuit tertia petitio in qua capitulum ſuccubuit,& quod
capitulum eſſet actor,patet quia in tex.dicitur,quod iudices
pronunciauerint partem aduerſam non eſſe cogendam ad
reſpondēdum illis de capitulo,& ſic patet, quod erant acto
res,& iſtum intellectum,etiam tenet hic Innocen. quem di-
cit hic probari in text.quia capitulum primo egit coram ar-
chiepiſcopo petēdo confirmationem Petri quem elegerāt,
& appellauit ab ipſo,quam appellationem fuit ſecundo pro
ſecutus coram præpoſito. Tertio egit coram Abbate ſancti
Saluatoris,& eius collegiis petens ſententiam abſolutoriam
latam pro aduerſario retractari,& ſic patet, quod illi de ca-
pitulo erant actores. In ſecunda parte glo.hæc gloſ.in effe-
ctu vult,quod ex quo ſententia lata fuit contra illos de capi
tulo intelliguntur eſſe rei.Veniunt enim ad appellandum ſti
mulati ex ſententia,quæ alias tranſiret iñ rem iudi. ideo præ
textu excommunicationis non debent repelli, ne ius eorū
pereat,ex hac ſolutione colligitur illud quod dixi in ſumma
21 rio,& in vltimo nota.ſ.quod etiā actor originarius †admitti
debet ad appellandum,& ad proſequēdam appellationem,
& iſtud etiam tenet hic Innocen.Dicit enim hic expreſſum,
quod non ſolū reus originarius, ſed etiam actor originarius
poteſt appellationem ſuam proſequi, nec repellitur per ex-
ceptionem excommunicationis,nec obſtat infra cap. proxi.
vbi dicitur,quod hæc exceptio poteſt opponi ī qualibet par-
te litis,quia illud eſt verum,niſi ſit cauſa appellationis, arg.
huius decret.& dicit hoc eſſe mirabile,quia ſi actor origina-
rius proceſſiſſet in cauſa, etiam vſque ad ſententiam poteſt
tunc contra eum excipi,& repelli,ne iudex ad ſententiam ꝓ
cederet cum ſit excommunicatus, & tamen ſententia lata ꝯ
ipſum a qua appellauit a proſecutione appellationis nō po-
teſt repelli,ſed hoc ideo eſt, quia ante ſententiam contra ip-
ſum latam ſi repellitur nullum damnum fit ei per iudicem
occaſione ſententiæ,quæ adhuc lata non eſt, & ibi non lędi
tur æquitas iudicantis,ſed poſtquam per ſentētiam ius q̄ſitū
eſt alteri parti ſibi damnum irrogaretur, niſi appellare poſ-
ſet etiam appellationem proſequi,& ſic æquitas iudicii lęde-
retur,& abſurdum,immo per iniquum eſſet, ſi reo forte in-
iuſte vincēte negaretur actori, victo defenſio appellationis,
vt patet ex notatis ſupra eodem.c.cum inter.Hoſtien.autem
tenet hic contrarium,dicit enim, quod actor in cauſa prin-
22 cipali non auditur proſequēs appellationem,quia †actor in
principali eſt etiam actor in inſtantia appellationis,ideo ſi-
cut repellitur in principali, ſic etiam debet repelli in cauſa
appellationis,& ſubdit,quod ſi tanto tempore remaneat ex-
communicatus infra quod potuerit,& debuerit appellatio-
nem proſequi ſibi imputari debet.ff.de mino.l.cum manda
to.& C.de donationibus.ff.de tranſactio. l. cum donationis.
nam ex quo lapſum eſt tempus,nec ſubeſt iuſta cauſa ſubue
niendi rata manet ſententia,vt in Authen.de his, qui ingre.
ad app.§.hoc quoque ſancimus.colum.v.& ii.q.vi. ſi quis ap
pellet,& in c.conſtitutus.§.fi.infra de appel. Ad iſtam decret.
reſpondet,quod non debet audiri inquātum appellatio fuit
interpoſita a ſententia qua fuit facta denegatio confirmatio
nis electionis,quia in hoc caſu erat actor, ſicut non audire-
tur in cauſa principali,ſed fuit interpoſita eo reſpectu, quo
appellauerunt ab inſtitutione Zepi,reſpectu cuius non dicū
tur originarii actores,ſed rei quo reſpectu debuerunt indiffe
renter audiri,cum in eo ſint proprie defenſores nō actores,
ſed Ioan.And.tenet primam opi.& placet etiam Butri.& D.
Abb.& idem tenet Archi.in ca.pia.de excep.in vi.nec obſtat
c.per tuas.de ſenten.excommu.vbi dicitur, quod appellatus
a ſententia debet petere ſe abſolui,aliter repellitur a proſe-
cutione appellationis, nam ille text.debet intelligi,quando
appellatio ſpecifice fuit interpoſita in cauſa excommunica-
tionis in qua dicendo ſe appellaſſe, fatetur ſe ligatum meri-
to contemnit ſi non facit ſe abſolui,nec ſententia excōmu-
nicationis ſtimulat,quia non tranſit in rem iudic.iſte autem
text. & ſimiles loquuntur, quando pręceſſit ſententia ſuper
alio quę tranſibat in rem iudicatam,& ſic ſtimulabat,nec fa
tebatur ſe excommunicatū, vnde debet admitti ex quo pro
ſequitur grauamen per iudicem inflictum,vnde contra talē
non admittitur exceptio excommunicationis. In iii.parte
glo.intellige glo.quod non valet ſententia lata per actore in
effectu,quia non poterit pro ea agere durante excommuni-
catione,ſed poſt abſolutionem poterit peti illius executio,vt
dicitur in fine. glo.& hoc probatur in c.pia parum. ante fin.
de exceptio.in vi.& hoc eſt verum,niſi fuiſſet lata per delega
tum impetratum per excommunicatum,vt in c.j.de reſcrip.
in vi. In quarta parte glo.hęc gl. in effectu refert duas opi.
Prima eſt,quod caſſetur ſententia de pręſenti, & ſic releue-
tur grauamen,ſed condemnatio differatur in inuentum ab-
ſolutionis, quia non debet ferri ſententia pro excommuni-
cato. Secunda eſt opi.in qua videtur glo.reſidere,ꝙ etiam
feratur condemnatoria pro excommunicato, quia non cō-
ſtat ipſum eſſe excommunicatum cum aduerſarius non de-
beat admitti ad probādum,ex quo ipſe aduerſarius eſt actor
in cauſa appellationis,& ſic non poteſt dici, quod ſententia
feratur pro excommunicato.No.tamen rationem glo. quia
videtur ſentire,quod ſi conſtaret ipſum eſſe excommunica-
tum non deberet fieri condemnatio pro eo. Hoſtien.autem
tenet, quod indiſtincte repellatur, ſed Ioann. And.dicit,ꝙ
aut appellatur a diffinitiua,& tunc iudex appellationis,nedū
debet caſſare ſententiam, ſed etiam condemnare reum, q̄a
cauſa appellationis eſt commixta cum cauſa principali,nec
23 poteſt iudex † cognoſcere de cā appellationis,quin cogno-
ſcat de cauſa principali,pro hoc facit, quod not. Bartol.in l.
eos.C.de appel.vbi dicit,quod ex eo, quod iudex appellatio
nis pronunciat bene appellatum per actorem videtur reū
condemnare,licet Barto.in l.cum apud.in prin.ff.iudi.ſolui.
videatur velle,quod non ſufficiat pronunciare eſſe bene ap-
pellatum,niſi etiam reus expreſſe condemnetur, de quo di-
cam in c.cū cauſa.j.de re iudi. vbi iſte arti. examinat̄ ꝑ Doc.
aut eſt appellatum ab interlocutoria,& tunc Ioan.Andr.di-
cit,quod ſi iuſtificata appellatione proſequatur cauſam prin
cipalem,tunc obſtat exceptio excommunicationis, q̄a tunc
non opponitur appellationi,ſed negocio principali, ſed Io
Cal.tenet opi.gloſ etiam ſi eſt appellatum a diffinitiua,quia.
ex quo poteſt ſeparari articulus condemnatorie ab ipſa caſ-
ſatione ſententiæ non ſubeſt cauſa, quare hoc prohibitum
permittatur ratione exceſſus, cum non ſequatur neceſſario
ad permiſſum,& ſeparari poſſit,vt in c. cum inter. ſupra eo.
Dicit tamen, quod ſimpliciter caſſando ſententiam vi-
deretur reus actori in principali, quia de excommunicatio-
ne legitime eſt facta ſibi fides.huic opinioni videntur aſſenti
re domini de Ro. ſua deciſio. ccxxxix. qui plus dicunt,quod
pro reo contumace non poteſt ferri ſententia adiudicato-
ria,licet poſſit ferri abſolutoria,allegat no.in c.cum inter. ſu
pra eodem. & leg. quamuis. C. de adulteriis. in ratione ſui,
& infra de ap.per tuas. & pro hoc facit,quia appellatus quo
ad aliqua videtur eſſe actor quo ad proſequendam appella-
tionē,pro hoc vide bon glo.in l.ſi a ſubdelegato. in gloſ.fin.
de officio delega.in vi.& dixi ſupra in vltimo nota.But. autē
hic in v.colum.dicit ſe putare opi.Cald. eſſe veram,ſi reus a
principio opponit excommunicatum non audiendum in-
quantum velit obtinere ſententiam condemnatoriam, vel
declaratoriam.dicit etiam,quod non poteſt excommunica
tionem opponere poſt concluſionem in cauſa, facit de pro-
24 cura.auditis.ſed D.Abb.hoc reprehendit,quia †exceptio ex-
communicationis eſt multum priuilegiata,& poteſt opponi
in qualibet parte litis,vt infra c.proximo. & in clemen.i.co.
ti.vnde etiam poſt ſententiam poteſt opponi, vt in c. pia.co.
ti.in vi.& hoc tenet Spe.in ti.de renun.& conclu.poſt princi.
verſic.& ſcias.vbi tenet,quod exceptio excommunicationis
poſſit opponi poſt concluſionem in cauſa, & mouetur per
c.ſequens.& in d.cap. pia.in articulo vero principali dicit D.
Abb.quod de rigore iuris poteſt defendi opinio glo.quam ſe
quitur Ioan.Cald.quia in condemnatione, ſeu declaratione
ceſſat illa ęquitas grauaminis, quę fecit excommunicatum
audiri,ſufficit enim,quod ſibi prouideatur aduerſus iniquita
tem ſententiæ per eius caſſationem, nam conceſſum cōtra
regulas iuris ex neceſſitate durat quatenus vrget illa neceſſi
tas,ſeu cauſa,vt in c.ex tranſmiſſa.de præſcriptio. alia tamen
opin.ſcilicet Ioan.And.ſecundum eum videtur eſſe æquior
quia minus deuiat a regulis iuris,nam ſequendo opin.gloſſ.
& Io.Cald. ſententia fereretur per partes contra illud quod
habetur in l.in hoc iudicio.ff. famil. erciſ. & per Barto.in l.j.
C.ſi aduer.rem iudi.& pro opi. Ioan. And. adducit bon.tex.
in c. proximo. vbi certo caſu fit condemnatio expenſarum
in fauorem excommunicati, vnde fortius idem eſt dicendū
ī hoc caſu ſatis eſt ergo,quod executio,& commodum ſen-
tentiæ differatur in tempus abſolutionis,& hanc opin. puto
veram,quia iudex appellationis a diffinitiua non poteſt pro
nunciare ſuper appellatione.ſ.an ſit bene,vel male appella-
tum,quin pronunciet ſuper principali,quia iuſtitia, & iniu-
ſtitia appellationis reſpicit ipſam ſententiam latam in cau-
ſa principali, cum ergo non poſſit pronunciare ſuper appel
latione, quin pronunciet ſuper principali non debet poſſe
facere diuiſionem,vt in l.nemo poteſt.ff.de lega primo.cum
25 ſimilibus.†vnde proteſtatio iudicis, ſcilicet quod non inten
dit condemnare non valeret, quia eſſet contra iuris deter-
minationem,proteſtatio autem contra ius non valet, vt cle
men.gratię.de reſcriptis.& in c.cum M. de conſti. vnde tene
diſtinctionem Ioan.And.ſcilicet an appelletur a diffinitiua,
an ab interlocutoria. Extra glo.quęro de aliquibus, & pri
26 mo,† quod actio excommunicationem eſt tempore perititu-

ra,an

ra, an ſaltem poſſit ſolum ad interrumpēdam præſcriptio-
nem,& Hoſtien.hic.& Ioan.And.hic ſuper glo.vlt. in verbo
agere poſſit determinant,quod non,dicentes,quod nulla ci
uilis interruptio debet iuuare excommunicatum, arg.ff. de
regu.iur.in l.quod quis.& in c.primo.in ver.noſ.igitur.ſupra
de poſtula.præla.& in c.pia.de exceptio.in vi. Naturalis ve
ro interruptio quę omnibus prodeſt etiam ſibi proderit, &
ita tranſit Ioan.And.& etiam Bu. hoc autem intelligo,quā
do opponitur contra excommunicatum antequam fiat in·
terruptio, ſecus ſi poſt factam interruptionem repelleretur
ab agendo,quia tunc interruptio remaneret valida, nam ꝓ·
ceſſus factus cum excommunicato tenet,licet in ſequentib.
repellatur,vt in d.c.pia.de excep.in vi.intelligas ergo Hoſtiē.
quando excommunicatus petit ſe admitti ad interrumpen
dam præſcriptionem,& ante quę ſit facta interruptio repel-
litur ab agendo. Secundo quæro,pone, quod procurator
27 †qui egit cauſam principalem alicuius appellauit a ſenten-
tia contra ſe lata, & ſtatim ab aliquo competenti iudice eſt
excommunicatus, nunquid poteſt proſequi appellationem
Innocen.in hoc multum inſtat,ſed Ioan.An,tenet,quod nō
poſſit proſequi appellationem, etiam ſi fuiſſet datus procu·
rator ad proſequendam appellationem,& quod plus eſt, ēt
ſi iuraſſet de proſequendo appellationem vſque ad finem,
quia talis promiſſio debet intelligi ſtatu non mutato, vt in
c.quemadmodum.ſupra de iureiur. immo adhuc plus dicit,
quod etiam ſi expreſſe diceret promitto,quod proſequar ap
pellationem,etiam ſi contingat me excommunicari non va
leret promiſſio,quia eſt turpis propter periculum animarū,
& ſic non eſt obſeruanda,xxii.q. iiii. in malis.& de pact.c.ſi.
cum ibi no.& hoc etiam ſequuntur hic Butr.& D.Abb.qui
allegat,quod in ſimili no.Innoc.in c.qualiter,& quando.de
accu.in illa quæſtione, quando quis iurauit nulla ratione ſe
reuelare ſecretum,& poſtea producitur in teſtem,ſed tu om
nino vide ea quæ dixi poſt ſanctum Thom.in cap.ego N.ſu
per gloſ.in verbo, nulli pandam. de iureiuran.vbi declaraui.
28 an†quis teneatur reuelare ſecretum ad ſuperioris ꝑceptum,
dicit etiam D.Ab.quod non videt rationem, quomodo iſte
procurator tacite, vel expreſſe potuerit ſe obligare contra
iuris diſpoſitionem cum pactis priuatorum ius publicū im
immutari non poſſit,ſupra de foro compe.ſi diligenti. & ff.
de pact.ius publicum,nec valet proteſtatio ī contrarium,iu
xta no.in l.alimen.C.de neg.geſt.ſed aduerte, quia forte dice
res ſi excommunicatus admittitur ad proſequendum appel
lationem.Ergo eodem modo procurator. nam hoc non eſt
verum, quia excommunicatus non poteſt eſſe procurator
alterius,etiam ad defendendum,vt eſt tex.in c.poſt ceſſionē.
ſupra de probati. Et ex hoc deciditur alia quæſtio, quam
29 format hic Innocen.& Ioan.And. ecce aliquis appellat†no
mine alterius extra iudicium, & is cuius nomine appellatū
eſt ratificauit appellationem, nunquid appellatus poſſit eā
proſequi ſi eſt excommunicatus,& Innoc.dicit, quod non,
quia appellatio extraiudicium habet vim actionis, vt in ca:
cum ſit Romana.de appel.ſed tu dic, quod etiam ſi haberet
vim exceptionis non admitteretur procurator excommuni
catus,vt dixi. Dicit etiam Innocen.quod ſi non eſt excom-
municatus adhuc ſine mandato non poteſt proſequi appel
30 lationem, quia dominus pro † ratificatione appellationis
non videtur dediſſe mandatum ad proſequendum appella-
tionem,quia appellare,& proſequi ſunt diuerſa,vt in c. non
iniuſte.de procur.& in l.inuitus.C.de procura.hoc tamen in
telligit,niſi talis procurator eſſet de coniunctis perſonis quę
etiam ſine mandato admittuntur ad agendum,vt probatur
per no. in c. nonnulli. ſupra de reſcriptis. Quarta quęſtio
31 eſt, † an excommunicatus poſſit petere ſententiam latam
contra ſe pronunciari nullam, & proſequi nullitatem ſen-
tentiæ,& Hoſtien.dicit,quod ſic,ſed Ioan.And tenet contra
rium per c.j.de reſcriptis.in vi.vbi patet, quod excommuni-
catus non poteſt proſequi,niſi cauſam excommunicationis
vel appellationis,ſed But.hoc limitat dupliciter,primo,quā
do proſequeretur nullitatem per viam appellationis, quod
poteſt fieri,de iudi.exhibita.& de appel.dilecto. Secunda eſt
limitatio,quando ſentētia eſſet nulla quo ad veritatem, ſed
aliqua quo ad opinionem,vt quia reputaretur valida, vt ſu
ra eodem,cum venerabilis. quia tunc ſtimulatur opinione
ſententiæ,ſed iſta limitatio mihi non placet, quia iure non
probatur,& hoc etiam videtur velle hic D.Abb.in fi.Com-
menti.dicit enim, quod excommunicatus prouocans non
debet audiri,niſi quando præiudicium de prę́ſenti ſibi infer
tur ex ſentētia,puta cum ſententia mandatur executioni,
nam tunc poterit opponi de nullitate, & hoc etiam voluit
Ioan.Andr. poſt Hoſtien. nam dicit, quod exceptiones quæ
poſſunt opponi, ne ſententia mandetur executioni,de qui·
bus infra de re iudi. quod ad conſultationem. in fi.poterunt
etiam opponi per excommunicatum,vnde conclude,quod
per viam agendi non poteſt excommunicatus proſequi nul
litatem,niſi quando venit incidenter ad cauſam appellatio-
nis,iuxta no.in c.dilecto.de ap.& in l.prima. C.quando pro-
uo.non eſt neceſſ.& ibi per Barto.& in l.ſi expreſſim.ff.de ap
32 pel.& ex hoc infertur,an†petens laudum reduci ad arbitriū
boni viri poſſit repelli prætextu excommunicationis,& Bu.
hic tenet,quod non,quia defendit ſe aduerſus ſtimulum ar·
bitramenti,ſeu laudi,ſed D.Abb.tenet contrarium, & idem
tenet Bal.in c.cum inter.in fi.ſupra eodem.quia peten redu-
ctionem ad arbitrium boni viri agit,vel priſtina actione,vel
per officium iudicis.Nec oſtat ſi diceretur,quod reductio ad
arbitrium boni viri habet inſtar appellationis,vt in l.non di
ſtinguemus.§ cum quidam.ff.de arbitr.quia non habet vim
appellationis per omnia.Item ceſſat ratio propter quam ex
communicatus admittitur ad proſequendam appellationē;
quia laudum arbitratoris poteſt perpetuo retractari,qa non
tranſit in rem iudicatam,vt dixi in ca.Quintauallis.ſupra de
iureiurā.Sententia autem iudicis tranſit in rem iudicatam,
ſi non interponitur appellatio, & eodem modo, ſi non ſit
eius ꝓſecutio,vnde eſt diuerſa rō magis in vno caſu,quam ī
33 alio, ergo &c. Quinto quæro, †an excommunicatus poſ-
ſit petere reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam
a qua non appellauit.Hoſtien.hic dicit aliquos dicere, quod
ſic, & aliquos quod non. Ipſe vero diſtinguit, quod aut
petit̄ reſtitutio ex clauſula generali tali cauſa expreſſa qua·
probata,niſi ſubueniretur damnaretur innocens,vel periret
anima,& ſubueniendum eſt,argumen.in c.cum inter.§. pri-
mo.ſupra eodem.& ſupra de reſtitut. in integrum. ex literis.
Aut petitur reſtitutio ex ſolo fauore,& petens repellitur,cū
non conqueratur de iniquitate iudicis,vel de iniuſta ſenten
tia,argumen.ff.de mino.l.pręfecti.& dicit,quod æquitas hoc
34 ſuadet,vt hi qui ſunt excluſi a†participatione eccleſiæ repel
lantur ab omni fauorabili legum auxilio, vt in Authen.de
priuile.Doc.hre.ænul.non pręſtan.columna. viii.imputet er-
go ſibi ſi non appellauit,& But. hic in fine penul.colum.di-
cit,quod idem tenent D.de Rota ſua deciſio.462.qui tamen
dicunt, quod hoc eſt intelligendum, quando principaliter
petitur reſtitutio aduerſus ſententiam,ſecus ſi petitur reſtitu
tio ad appellandum,quia tunc excommunicatus deberet ad
mitti,quia eſt præambulum,quoddam per quod incidenter
petitur reſtitutio,quia omnia ordinantur in finem defenſio
nis,argumen.in l.oratio,ff.de ſpon. & hoc ſequitur hic Butr.
ſed D.Abb.hic in fine.indiſtincte ſequitur opi.Hoſtien. cum
qua etiam tranſit Ioan. And. non enim ſibi ſubueniendum
eſt ex mero fauore cū omni fauore carere debeat, vt citius
reſipiſcat,vt in c.pia.eodem titu.in vi. ſed mihi placet opin.
dominorum de Ro.& But. quia quando excommunicatus
petit ſe reſtitui ad appellandum conqueritur de iniuſta ſen-
tentia,vnde debet remitti iuxta doctrinam Hoſtien.& Ioan
And.dicit etiam Hoſtien.& Ioan.And.quod excommunica
tus admittitur ad retractandas ſententias cenſuræ, quia ver-
titur periculum animarum, propter quod non tranſit in rē
iudicatam.de appella.paſtoralis.& contra eas auditur etiam
allegans turpitudinem propriam,infra de re iudi. lator. & c.
35 tenor.& c.conſanguinei.Item omne vinculum †conſuetudi
nis, vel iuramenti ceſſat ex quo periculum animarum in·
ducitur,vt no.infra de præben.extirpandæ.idem dicit Bu.hic
in vlt.colum.& allegat Lap.allegatione ſua lvii.ſed D.Abb.
hic in fine.videtur ſintire,quod non audiatur excommunica
tus,niſi excipiat quando petitur reſtitutio executio talis ſen
tentię,& per hoc conſulit excommunicato,quod debeat ex
pectare tempus excommunicationis petendæ. Mihi autem
magis placet opin.Hoſtien.Ioan.An.& But.nam cauſa qua
re tales ſententię non tranſeunt in rem iudi.eſt vt peccatum
euitetur,& per conſequens,vt euitetur periculum animę,er
go eſt admittendus excommunicatus, quia vbi agitur de pe
riculo animarum vitando non poteſt agens repelli præte·
xtu excommunicationis, nec etiam prætextu turpitudinis,
36 quia etiam allegās propriam† turpitudinem admittitur vbi
agitur de periculo animæ vitando,de hoc eſt tex.in c. præte
rea.ii.de ſpon.no.glo.in ca.inter dilectos. in verbo,turpitudi
nem,quæ incipit,an quod.infra de dono.& ex hoc no.quod
quando ſententia non tranſit in rem iudicatam,excommu
nicatus admittitur nedum per viam appellationis,ſed etiam
per viam nullitatis,& querelæ, & hoc no. In gloſ.vltima,
idem dicit Phi.& Ioan.An.licet referat aliquos tenere con-
trarium quorum opi.reprobat,& ſequitur opin.glo.But. au
tem hic dicit, quod iſti iudices grauauerunt in repellendo
proceſſum vbi debebat procedi, & ideo vt grauamen repe
titur per oppoſitum ſit ad eos remiſſio,ad hoc de præbend.
dilectus filius.& dicit,quod ita not.Do. de Rota ſua deciſio-
ne 82.& ex hoc intellectu nota, quod vbicunque iudex gra-

nat in non procedendo , propter quod appellatur,iuſtificata appellatione debet fieri remiſſio ad ipſum iudicem a quo vt grauamen reparetur propter oppoſitum, ſed contra hoc facit c.præcedens.vnde tutius eſt ſequi intellectum Io. And. & hæc ſufficiant.

## *SVMMARIVM.*

1 *Reus obiiciens actori excommunicationem in qualibet parte litis auditur.*
2 *Communicatio cum excommunicato non fit ſine peccato.*
3 *Terminus ſimpliciter præfixus ad opponendum procedit quando excommunicatus eſt actor.*
4 *Exceptio etiam poſt terminum opponi poteſt periculo animæ imminente.*
5 *Omiſſio malitiæ cauſa facta, vel retardatio proceſſus requirunt condemnationem in expenſis.*
6 *Sententia condemnationis in expenſis poteſt aliquando pro excommunicato ferri.*
7 *Iudex poteſt ex officio ſupplere in publice notis.*
8 *Iudex poteſt opponere exceptionem ineptitudinis libelli, licet reus non opponat.*
9 *Reus an poſsit appellare in caſu, in quo iudex non repellit excommunicatum.*
10 *Iudex nūquid debeat pati actorem proſequi cauſam,quem repellere volebat, cum tamen inſtet reus vt agat.*
11 *Damnum pati ſatis dicitur ex quo illud aufertur,quod ſibi placet.*
12 *Reus omittens exceptionem excommunicationis in quibus expenſis ſit condemnandus.*
13 *Culpa non committitur ante moram,vnde non debet quis condemnari in expenſis.*
14 *Dilatoria eſt duplex,nam aliqua proponitur contra iudicem,aliqua vero contra reſcriptum.*
15 *Exceptio iudicis incompetentis , ante alias dilatorias præmitti debet.*
16 *Exceptionibus ſimpliciter propoſitis illa primo videtur proponi quę eſt contra iudicem.*
17 *Exceptio quæ opponitur contra iudicem , vt recuſationis poteſt opponi vſque ad litem conteſtatam.*
18 *Exceptio dilatoria quę dicatur.*
19 *Dilatoria exceptio eſt opponenda ante litis conteſtationem.*
20 *Dilatoria non poteſt opponi priusquam reus receperit libellum actoris ſi agitur ordinarie.*
21 *Exceptio dilatoria de nouo orta poteſt opponi poſt terminum.*
22 *Dilatoria quæ non fuit propoſita in cauſa principali, an poſsit opponi in cauſa appellationis.*
23 *Appellatio reſcindit,ſeu ſuſpendit ſententiam, & reponit litem in eo ſtatu in quo erat poſt litem conteſtatam.*
24 *Dilatoria ſolutionis non concernit ſolum proceſſum , ſed concernit negocium principale,& rem ipſam de qua agitur.*
25 *Verbum, oportet,neceſsitatem importat.*
26 *Exceptio ſolutionis poteſt probari poſt litis conteſtationem.*
27 *Iudex de ea re iudicare debet de qua cognouit.*
28 *Actio remanet non eliſa ex quo exceptio non opponitur.*
29 *Exceptio peremptoria,non poteſt a iudice opponi ad commodum partis licet de ea conſtet,niſi pars petierit .*
30 *Iudex illum repellere poteſt ab agendo , ex quo conſtat non habere ius agendi.*
31 *Iudex non poteſt exceptionem opponere quę non ineſt obligationi, antequam de ea ex actis notorie conſtet.*
32 *Exceptio peremptoria non poteſt opponi ante litis conteſtationem, licet de ea poſsit fieri proteſtatio.*
33 *Iudex non debet pati in notoriis,cauſam diuidi in iudicium.*
34 *Exceptio ſolutionis ante litem conteſtatam poteſt opponi quia per ſolutionem omnis tollitur obligatio.*
35 *Exceptio peremptoria,quando in cauſa appellationis poſsit opponi.*
36 *Peremptoriam poſſe opponi vſque ad concluſionem cauſæ quomodo intelligatur.*
37 *Exceptio peremptoria poſt ſententiam quę tranſiuit in rem iudicatam nō opponitur,& limitatur.*
38 *Exceptio ne quis teneatur vltra quam facere poſsit , poteſt opponi poſt ſententiam.*
39 *Exceptio compenſationis opponitur etiam poſt ſententiam , quia non impugnat ſententiam.*
40 *Exceptio precii ſoluti datur poſt ſententiam.*
41 *Exceptio falſi procuratoris poteſt opponi poſt ſententiam.*
42 *Exceptio nullitatis non eſt proprie exceptio,tamen impedit executionem ſententiæ.*
43 *Exceptio nullitatis poteſt opponi ad impediēdam executionem ſententiæ, quando excipiens in continenti ſe offert eam probaturus.*
44 *Exceptio Velleiani poterit etiam poſt ſententiam opponi.*
45 *Milites poſſunt opponere exceptionem poſt ſententiā,ſed an ad milites noſtri temporis extendatur,vide, & ſic ad ruſticos.*
46 *Minor per viam reſtitutionis in integrum poteſt opponere peremptoriam exceptionem.*
47 *Exceptio peremptoria an ex clauſula generali poſsit opponi poſt ſententiam.*
48 *Exceptio quæ poteſt opponi poſt ſententiam poterit opponi poſt quatuor menſes.*
49 *Statuto exiſtente,vt infra certum tempus ſententia mandetur executioni, nunquid poterit opponi, quod forma ſtatuti non fuerit ſeruata in ſententiando.*
50 *Exceptio excommunicationis , poſt concluſionem in cauſa etiam opponi poteſt.*
51 *Proceſſu exiſtente valido , an condemnatio expenſarum habeat locum, & num. 52.*
53 *Dolus non fit, neque iniuria ſcienti.*
54 *Dolus præponderatur culpæ.*
55 *Excommunicatio occulta an noceat.*
56 *Publice dicitur factum per iudicem,quod in loco ſolemni præſentibus officialibus eſt actum.*
57 *Notoria appellantur facta in iudicio.*
58 *Iudex poteſt ex officio excommunicatum repellere.*
59 *Iudex tenetur inquirere de habilitate,& inhabilitate actoris, ſeu accuſatoris.*
60 *Iudex poteſt producere ex officio teſtes in cauſa criminali,tam ad offenſam,quam ad defenſam.*
61 *Caſus in quibus iudex poteſt ex officio ponere exceptiones compenſationis expenſarum.*

## CAP. XII.

1 EXceptionem. Reus† in qualibet parte litis contra actorē excommunicationem obiiciēs auditur,& ſi maliciose diſtulerit in expenſis condemnatur,& dato,quod non excipiat, iudex publice excommunicatum repellat.hoc dicit. Diuiditur in tres partes. In prima ponit dictum quod dicit eſſe ſpeciale , & cauſam exprimit.In ſecunda iubet reum doloſum puniri. In tertia percipit ſine ope exceptionis publice excommunicatum repelli. Secunda ibi,qui ſi.Tertia ibi,excommunicatus autem. In tex.ibi,in dilatoriis proponendis.i.tempore opponendarum dilatoriarum,Goffre.Item ibi,in qualibet parte litis.ſ. principalis non appellans,vt ſupra c.proximo. No.primo,ibi,pe
2 riculum , quod non communicatur † excommunicato ſine peccato,& hoc procedit abſque dubio, quando excommunicatus eſt actor,& hoc modo loquitur iſte tex.in c.pia.eod. ti.in vi.. Quid autem ſi excommunicatus eſt reus,nūquid alii communicantes ſecum peccent?D. Ab.ſe remittit ad c. intelleximus.de iudi.ſed tu vide bo.glo.in capi.cum inter. in prima glo.ſupra eodem. Secundo no. vnam regulam notabilem quę poteſt colligi ex tex.ſecundum D. Abb.ſcilicet,
3 quod† terminus pręfixus ſimpliciter ad aliquid proponēdū, vel faciendum non præcludit viam ad faciendum , ſeu proponendum illud , ad cuius omiſſionem imminet animę periculum,& hęc eſt ratio,quia in cauſa matrimoniali ſententia non tranſit in rem iudicatam,vt in c.lator. & in c.conſan
4 guinei.de re iudi. Tertio no.quod exceptio† poſt terminū poteſt opponi,etiam ſi malitioſe opponatur quando immi
5 net periculum animę. Quarto no. quod ratione† malitiæ in omittendo quis condemnatur in expenſis , idem ratione retardati proceſſus,vt in l.non ignorat. C.de fruct. & litium expen.& per hoc dicit Bald. quod ſi aliquis vſque in finem litis differt producere inſtrumenta ſua non debet audiri , niſi refectis expenſis, quod dicit eſſe valde no. facit l. de rebus.ff. de arb.& quod no.Cyn.in l.licet.C.de iudi. Quinto no.ca
6 ſum notabilem in quo fertur† ſententia condemnationis expenſarum in fauorem excommunicati , & dicit Ioan And. quod iſte tex.facit optime ad no.in cap.proximo.ſ.vt pro excommunicato in cauſa appellationis poſſit ferri ſententia condemnationis ſuper principali, de quo ibi dixi. Dicit tamen hic Innocen. & placet communiter Docto. quod licet fiat condemnatio expenſarum executio differtur donec excommunicatus fuerit abſolutus, vel ſecundum eum eſt hic ſpeciale in pęnam rei, qui malitioſe diſtulit hanc exceptionem proponere,& ita tranſeunt Docto. ſed But.in c.ſi.infra eodem.approbat iſtud primum dictum, ſcilicet quod excōmunicatus non poſſit petere cōdemnationem expenſarū, niſi poſtquam fuerit abſolutus , & credo hoc eſſe verius.
7 Vltimo no.quod ī publice notis iudex† ex officio poteſt ſupplere,& ſic iudex poteſt iudicare de eo quod ſibi notum eſt, vt iudici licet pars non opponat.dicit tamen Do.Abb.quod etiam ſi non ſit publice excommunicatus, dum tamen poſſit probari excommunicatio,quod iudex poteſt eum ex officio a limine iudicii,etiam ſi pars non opponat, vt in l.quos

prohibet.

prohibet.ff.de poſtula.& eſt tex.cum glo.in c.quærendum.ii.
q.vii.& hoc procedit etiam ſi pars ob culpam ſuam non poſ
ſit excipere,vt eſt glo.no.in c.alieni.ii.q.vii.facit quod no.gl.
in c.primo.in verbo,abſentia. de electio.in vi.Bal.autem hic
dicit, quod aut ex facto noto iudici reſultat officium reſi-
dens in iudice, & tunc non eſt neceſſe,quod pars imploret,
ſed ſi reſidet in parte neceſſaria eſt imploratio. Quomodo
autem hoc poſſit cognoſci.Reſpondet Bald.quod ſi propo-
nitur per viam agendi intelligitur reſidere.l.iiii.§.hoc autem
iudicium.ff.de damno infecto.ſed ſi tendit ad defenſionem,
cuius ęquitas nota eſt iudici,tunç iudex poteſt ſupplere,vt in
8 l.fi.ff.de peti.hęred.& per hoc dicit,quod iudex†poteſt oppo
nere exceptionem ineptitudinis libelli, licet reus non oppo
nat,vt no.in l.doli.§.circa.ff.de doli excep. & remittit ad no.
per Cyn.in l.prima.vt quæ deſi. aduoc. partia. ſup. Vtrum
autem iudex poſſit opponere exceptionem parte non op-
ponente infra dicam. Sed quæro pone,quod iudex non re-
9 pellit ex officio excommunicatum,nunquid reus poſſit† ap
pellare?Pe.hic dicit,quod non,ſed Ioan.An.remittit ad Spe.
in ti.de officio iudi.§.impedit.circa prin.vbi Spec.dicit,quod
vbicunque iudex poteſt aliquid facere ex officio,ſi non facit
non poteſt appellari, quia iudex non tenetur impēdere offi
cium ſuum,niſi petatur, & hoc dictum ſequitur etiam hic
Bu.& D.Ab.et dicit ipſum eſſe ſingulariter notandum,facit
ad ea quæ dixi in ca. præcedenti.ſ.quod non poſſit appellari
propter omiſſam condemnationem expenſarum,ſi pars eas
10 non petiit in libello. Secundo quęro, † quod ſi iudex vult
repellere actorem qui porrexit libellum ab agendo,reus au
tem inſtat, vt agat, & proſequatur,iuxta authen.qui ſemel
C.quomodo & quando iu.& c.cauſa.de do.& cont.& quod
no.glo.in c.ii.in fi.glo.ma.de libel.ob. nunquid iudex debeat
eum compellere,vt proſequatur,& Innocen.dicit hic,quod
ſic,& dicit idem eſſe dicendum,etiam ſi reus nōdum fuit cō
uentus ab excommunicato,ſed timet ab eo conueniri, arg.
C.de inge.& manu.l.diffamari.& de officio.ordi.conqueren
te ſecundum vnam lect.& infra qui fi.ſint legi. lator.alias di
cit,quod illud quod eſt inductum in odium excommunica-
ti redundaret in ipſius fauorem, & quod inductum eſt in fa-
uorem non excommunicati rector quæretur in eius odium
contra l.quod fauore.C.de legi.& contra regulam,quod ob
gratiam.lib.vi.& cum Inno. pertranſeunt Ioan.And. & Bu.
D.autem Abb.dicit ſe dubitare,an hæc ſint vera,quia nō agi
tur de vtilitate partis tantum,ſed de vtilitate publica,hic eſt
quod parte non excipiente iudex debet ex officio ſupplere,
ergo non poteſt ſola voluntas rei impedire officium iudicis,
dicit tamen, quod reus poteſt prætendere aliquod intereſſe
procedit opi.Innocen.& dicit,quod videtur ſatis honeſtum,
quod excommunicatus agat,tunc per procuratorem, alias
procederetur contra eum, tanquam contra contumacem,
quia non legitime comparet in iudicio. ſed ego puto verio-
rem opin.Innocen.cum qua Doct. communiter tranſeunt,
nam ex quo reus inſtat, quod compellatur actor litem cœ-
ptam proſequi,vel de nouo agere,iuxta l.diffamari. cum ſi-
milibus.ipſe excommunicatus, tanquam ſtimulatus in iudi-
cio comparet,& videtur potius ſe defendere,quam agere,vn
de debet admitti ex quo ſtimulantur,arg. ſupra eodem.cum
inter.& ſemper poteſt dici, quod interſit rei actorem agere,
vel litem cęptam proſequi,ex quo hoc petit,ſatis enim quis
11 lucratur ex quo implet voluntatem ſuam, & ſatis †dicitur
quis damnum pati ex quo ſibi illud auffertur, quod ſibi pla
cet,vt no.glo.fi.in penult.ff.de condi.ob cauſam. not. etiam
in l.Paulus reſpondit creditorem.ff.de ſolu.ſatis ergo dicitur
reus damnum pati ſi ipſo petente actor non compellitur
ad agendum,vel ad proſequendum litem cœptam,& ꝑ hoc
tutius eſt tenere opin. Innocen. quam Docto.communiter
ſequuntur,nec puto,quod hoc caſu actor debeat compelli
ad conſtituendum procuratorem, licet honeſtum ſit, quod
conſtituat,nam ſi non vult conſtituere,ſed perſonaliter litē
proſequi non debet repelli,vt in c.intelleximus.cum ibi no.
12 de iudi. Tertio quæro,in quibus † expenſis hic reus omit-
tens exceptionem excommunicationis ſit condemnandus?
& Innocen.diſtinguit,quod aut excipiens probat excommu
nicationem contra actorem, & tunc reus condemnabitur
ad omnes expenſas factas per actorem ſuper principali, vel
ſuper aliis exceptionibus vſque ad tempus exceptionis ex
communicationis oppoſitæ. Ipſe enim expenſę ſunt fru-
ſtratorie factæ ex malitia rei differentis opponere exceptio-
nem excommunicationis,ſed non condemnabitur in expē
ſis factis in probanda exceptione excommunicationis,quia
in ea non vexauit actorem,ex quo illam probauit,quod ap
paret ex ſententia pro ipſo lata.C.de iudi.l.rem non nouam.
ſed D.Abb.dicit, quod debet condemnari in expenſis factis
a tempore quo fuit in mora obtinēdi excommunicationē,
13 nam†ante moram non fuit in culpa, & ſic non debet con.
demnari in expenſis,ar.in c.ii.de conſti.& in ca. cum dilecti.
in fi.de dolo & contu.& ponit D.Abb. exemplum in expen
ſis,quas actor fecit in citando reum,vel in porrigendo libel
lum,vel in ſimilibus, non enim tenetur reus illico obiicere
exceptionem excommunicationis, cum in multis caſibus
excommunicatus poſſit venire in iudicium, ideo potuit
reus ante omnia petere copiam libelli,argumen.in l.non vi
detur.& quod ibi no.ff.de iudi. & vt hæc poſſint procedere,
intelligas Inno.& Doct.in caſu in quo excommunicatio ip-
ſo iure vitiat proceſſum,vel ſecūdum tempora antiqua, vel
etiam hodie in caſu ſpeciali, ſ. quando reſcriptum eſt impe-
tratum ab excommunicato,vt in ca.i.de reſcrip.in vi.nam ſi
hodie talis exceptio opponeretur coram ordinario expen-
ſæ non eſſent inutiles,ex quo proceſſus valet,vt in c.pia.e.tit.
in vi.& ſic eſſent reſeruandæ in fine litis, vt in c.auditis.cum
ibi no.de procur. Aut reus excommunicationem non pro-
bat,& tunc reus ſolum condemnabitur in expenſis factis in
hac exceptione,quia aliæ expenſę litis nō ſunt inutiles acto
ri,& omnia valent,ac ſi exceptio propoſita non fuiſſet,vn-
de poterit actor proſequi negociū principale, & omnes ex-
penſas petere poterit in fine litis,vt d.c. auditis. de procurat.
In gl.prima,diuide ipſam in quatuor partes.In prima tra-
ctat de exceptionibus dilatoriis quę reſpiciunt proceſſum.
In ſecunda parte tractat de dilatoria ſolutionis, quæ reſpicit
negocium principale, ſeu rem de qua agitur.In tertia parte
tractat de exceptione peremptoria.In quarta de exceptione
anomalia. Secunda ibi,dilatoria ſolutionis.Tertia ibi,exce-
ptio vero peremptoria.Quarta ibi,eſt & alia dilatoria,& ha
bes gl.ſin.in l.exceptionem.C.de proba. In prima parte gl.
14 in hac parte glo.tractat de duplici†dilatoria, nam aliqua ꝓ-
ponitur contra iudicem,aliqua vero contra reſcriptum,ſiue
contra perſonam aduerſarii.Quo ad primam.ſ.quæ opponi
tur contra iudicem,gl.dicit,ꝙ hęc eſt ante omnia proponē-
da,& ꝙ ſi pars primo ponit alias dilatorias nō poteſt poſtea
iudicem recuſare,quia litigando coram eo ſuper aliis dilato
riis,videtur perſonam iudicis approbare,ad hoc de offi.dele.
inſinuante.& in hoc tene menti iſtam gloſ. & idem dicit gl.
in c.inter monaſterium.ſ.de re iudi.& Bar. idem ſequitur in
l.fin.C.de excep.& in l.non videtur.ff.de iudi.& in l.quidam.
conſulebat.ff.de re iudi.& in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdi.om.
iud.& idem dicit in exceptione iudicis incompetentis,dicēs,
ꝙ ſi reus primo opponeret contra libellum,vel contra pro-
curatorem non poſſet poſtea opponere, ꝙ eſſet iudex incō-
petens,quia videtur eum dicere, iudicem competentem ad
cognoſcendum, & pronunciandum ſuper exceptionibus ꝓ
15 poſitis,& ideo dicit,quod exceptio iudicis † incompetentis
debet ante alias exceptiones dilatorias pręmitti,& iſtam ſen
tentiam,etiam ſequitur hic Bal.dicens hoc eſſe no.dignum,
hanc eadem opi.ſequitur hic D.Abb.quia quemadmodum
producens teſtem videtur ipſius perſonam approbare,ita vt
de cætero ipſum reprobare non poſſit, vt in l.ſi quis teſtiū.
C.de teſti.& iiii.q.iii.ſi quis teſtibus.ita litigando coram iudi
ce ſuper aliis dilatoriis videtur ipſum approbare, facit c.inſi
nuante.de offi.deleg.& remittit ad d.c.inter monaſterium.ſ.
de re iudi.ibi iſte articulus plene examinatur, & dicit caute-
lam eſſe ad euitandas opi.ꝙ exceptio proponatur contra iu
dicem ſimpliciter,alię vero exceptiones dilatoriæ proponā-
tur ſub condictione.ſ.ſi apparuerit eum iudicem competen
tem,de quo vide gl.quæ ponit praticam in c. quoniam con-
tra falſam.in verbo,exceptiones.de proba. vel aliæ exceptio-
nes differantur,nec proponantur,niſi prius expedita cā recu
ſationis,& eſt in electione excipientis,an velit proponere ſo
lam exceptionem recuſationis,& alias exceptiones differre
donec illa expediatur,vel etiam alias exceptiones dilatorias
proponere in libello recuſationis ſub conditione, tamen ſi
apparuerit eum eſſe iudicem competentem. Dicit tamen
Bar.in d.l.quidam conſulebat.ff.de re iud.ꝙ etiam ſi omnes
16 †exceptiones proponantur ſimpliciter videtur illa primo ꝓ
poni quæ eſt contra iudicem,aliæ vero ſub condictione,arg.
in c.cauſam quæ.ſ.de reſcri.quę dicit D.Abb.eſſe no. & hoc
quo ad exceptiones quę opponuntur cōtra iudicem, alię ve
ro dilatorię poſſunt proponi vſque ad litis conte. niſi termi-
nus fuerit pręfixus per iudicem ad opponēdas dilatorias,qa
tunc non poſſent opponi poſt terminum,ſicut nec poſt litē
conte.niſi opponeret exceptio de nouo orta, vt probatur in
d.c.paſtoralis.ſ.eo.Aduerte tamen ne decipiaris, quia etiam
17 exceptio†quæ opponitur contra iudicem,vt eſt exceptio re-
cuſationis poteſt opponi vſque ad li.conteſt.de quo eſt caſus
in c.inter monaſterium.de re iudi.quod tamen debet intelli-
gi,vt ſ.dixi.ſ.niſi approbaſſet ante perſonam iudicis,vt quia
recuſatione omiſſa oppoſuiſſet alias dilatorias, quia tūc nō
poſſet iudicem recuſare,licet lis non fuerit conteſta. ex quo
enim

enim approbauit opponendo alias exceptiones, vt ſupra di-
xi,& per hoc conclude,ꝙ exceptiones dilatoriæ poſſunt op
poni vſq; ad litis conte.niſi terminus fuerit præfixus ad op-
ponendas dilatorias, quia tunc lapſo termino non poſſunt
opponi dato, quod lis adhuc non ſit conteſtata. Exceptio
vero contra iudicem non poteſt opponi, etiam ſi adhuc
terminus non ſit elapſus, ſi aliȩ exceptiones hac præter-
miſſa fuerint oppoſitȩ, vt ſupra dixi, & ex his habes iſtam
particulam gloſſȩ declaratam. Tamen vt habeas clariorē
doctrinam ad cognoſcendum(quæ dicatur exceptio dilato-
ria,dic, ꝙ omnis exceptio quȩ opponitur contra iudicem,
& quælibet exceptio repulſiua perſonæ ab agendo eſt dila-
toria,ſimile eſt videre in illo qui iurauit non accuſare, quia
vel repellitur ab accuſando,vt ī.de accu.veniens.Item quan
do exceptio concludit ineptionē formȩ requiſitæ a iure in
aliquo actu,vt quia opponitur formam non eſſe ſeruatam.
Item vbi exceptio concernit nullitatem agentis eſt dilato-
19 ria,& venit opponenda† ante litis conte.vt in ca.Romana.§.
ſi vero.de app.in vi.& iſta ſunt verba Ioan.Mo.quæ ſequitur
D.Do.in c.vt circa.verſi.ſi alioquin.de elect.in vi.Conſidera
tamen quod excep.quæ concludit formam in actu non eſſe
ſeruatum,vel nullitatem appellationis eſt etiam perempto-
ria, quia exceptione probata etiam corruit totalis intentio
aduerſarii,quia actus corruit, ex quo forma nō fuit ſeruata.
Item ſi non tenet appellatio ſententiæ tranſit in rem iudic.
vnde iſta duo exempla magis cōcernunt exceptionem perē
ptoriam,quam meram dilatoriam,& forte poſſent dici exce
ptiones peremptorie litis finit,q̄ poſſunt opponi in vim dila
20 toriæ.Item addit,quia exceptio† dilatoria non poteſt oppo-
ni priuſquam reus receperit libellum actoris, ſi agitur ordi-
narii, ſed ſi agitur extraordinarie, & ſine libello poteſt incō
tinenti opponi exceptio dilatoria,hoc tenet Spec.in ti.de ex-
cept.§.nunc videndum.ad ſi.verſi. illud quoque.no.dignum.
& hoc ſequitur hic Bu.& allegat Inno.in ca. conſtitutus.s̄.de
21 procur. Item inquantum glo.ſenſit,†ꝙ exceptio dilatoria
de nouo orta poteſt opponi poſt terminum, dic idem ſi no-
uiter peruenit ad notitiam,& hoc tenet gl. in c. exceptio.iii.
q.vi.& Inno.s̄.eod.paſtoralis.vbi dixi, & iſta ſit ſecunda limi
tatio ad ſecundam. Tertia limitatio eſt, quando exceptio
habet cauſam ſucceſſiuam,vt quia quotidie originatur, vel
continuatur,vt eſt exceptio,quod quis non audiatur, vel ꝙ
quis non trahatur ad iudicem,nam iſta poteſt qñcunq; pro-
poni,vt in c.dilectus filius I.ſaracenus.de reſcri.& in c.expar-
te tua.ī.de app.& iſtam limitationem ponit hic But. & alle-
gat Ia.But.in l.adulterium.C.de adulte. Quarto fallit ſecū-
dum eum, quia talis exceptio reddit iudiciū retro nullū,nā
licet ſit dilatoria poteſt qñcunque opponi, quia non vide-
tur opponi poſt litis conteſt.cum iudicium ſit nullum,& de
hoc poteſt poni in exceptione falſi procuratoris, de qua ī c.
in noſtra.s̄.de procu.& in l.licet.C.de procur.Sed quæro, vi-
22 detur quod †exceptio dilatoria,quæ nō fuit oppoſita in cau
ſa principali poſſit opponi in cauſa appellationis. Bu. & D.
Ab.dicunt,quod non,quia in cauſa appellationis durat effe
ctus litis conteſt.factæ in cauſa principali.l.ita demum C.de
procura.vbi eſt bo.tex.ibi ,enim dicitur,ꝙ exceptio procura
toria quæ non fuit oppoſita ante litis conte.in cauſa princi-
pali non poteſt opponi in cauſa appellationis. Vnde ibi eſt
tex.ꝙ dilatoria omiſſa in cauſa principali non poteſt oppo
ni in cauſa appellationis,& ibi etiam hoc no.Bar.Dicunt ta
men Bu.& D.Abb.ꝙ in illis caſibus in quibus exceptio dila
toria poterat opponi poſt li.conte. in cauſa principali pote-
23 rit etiam opponi in cauſa appellationis,quia †appellatio re
ſcindit,ſeu ſuſpendit ſentētiam , & reponit litem in eo ſtatu
in quo erat poſt litis conteſt.vnde ſicut exceptio dilatoria de
nouo orta, vel de nouo veniens ad notitiā pōt opponi poſt
litis conte.in cauſa principali,ita poterit opponi in cauſa ap
pellationis.Dicit tamē But.ꝙ debet opponi vſq; ad primum
actum,qui fit vel fieri ſolet poſt litis conte.& allegat gl.not.
in c.j.in verbo,abſentiam.de ele.in vi.& Inno.in c.præterea.
de dila.& in c.cum tu.de conſti.vbi per Doc.dicit etiam, ꝙ ſi
ſuperueniens de nouo poſt concluſionem in cauſa non poſ-
ſet opponi,vt in c.auditis.de procur.& de hoc dixi s̄.eo.paſto
ralis. vnde tali modo dicendum eſt in cauſa appellationis,
ꝙ ſi ſuperuenit de nouo, vel nouiter ad notitiam peruenit,
debet opponi ante primū actum qui fiat, vel ſolet fieri poſt
litis cōte. item ꝙ ſi ſuperueniret poſt contractum factum in
cauſa appellationis non poſſet opponi, & ex his habes expe
ditam primam partem glo. In ſecunda parte gl.dic ꝙ dila
24 toria ſolutionis†non concernit ſolum ꝓceſſum,ſicut exce-
ptio quæ opponitur contra iudicem , vel contra perſonam
aduerſarii,ſed cōcernit negocium principale, hoc eſt ipſam
rem,de qua agitur,vt ſi petis a me decem,& ego dico, ꝙ nō
teneor tribus ſoluere de hinc ad annum, vt quia fuit ſic

a principio conuentum,vel quia poſtea feciſti mihi pactum
de nō petendo, & gl.dicit,ꝙ hȩc exceptio debet proponi an
te li.conte. & poſtea probari poſtquam actor probauerit in
tentionem ſuam alleg. text. qui videtur ita dicere in l.exce-
ptionem.C.de proba.& iii.q.vi.§.exceptio.Inn.vero s̄.eo.pa-
ſtoralis.dicit,ꝙ aut exceptio ſolutionis opponitur ad proceſ
ſum,vt repellatur ab agendo,& tunc debet opponi, & ꝓba-
ri ante li.conteſta. ſicut ſeruatur in aliis dilatoriis,non enim
actor poteſt agere ante tempus.l.item quia.ff.de pact.& in l.
continuus.§.eoq; tempore.ff.de verb.ob.& in §.temporales.
inſti.de excep.Aut opponitur ad merita cauſȩ.ſ.ne reus con-
demnetur ad ſoluendū ante tempus, & in hoc ſunt opin.ſed
Bar.in c.exceptionem.C.de proba.dicit, ꝙ de conſilio eſt,ꝙ
exceptio ſolutionis opponatur ante li.conte.& ꝙ poteſt etiā
opponi,& probari poſt li conte.& iſtam opi.tenet hic Butr.
& D.Ab.qui dicit hanc opinionem communiter teneri, &
ꝙ eam tenet Ia.de Are.in l.exceptionem. & Inn. s̄.eo.paſto-
ralis.ſed forte in puncto iuris verior in opi.gl.quam etiam ſe
cuta fuit glo.in §.exceptio.iii.q. vi.& Hoſt.s̄.eo. paſtoralis.nā
hæc opi. videtur probari in d.c.exceptionem.vbi dr̄, ꝙ opor
tet exceptionem dilatoriam opponi ab initio,& ꝓbari poſt
25 quam nota monſtrauerit intentionem ſuam. Noto † verbū
oportet,quod ſecundum propriam ſignificationem impor-
tat neceſſitatem,vt dicit gl.in cle.attendentes.in princ.in ver.
debeant.de ſta.mo.licet quoniam importat honeſtatem , vt
eſt tex. cum gl.25.q.j.c.j. in iudicando. tñ non eſt recedendū
26 a communi opi.ſ.ꝙ†exceptio ſolutionis poſſit opponi,& ꝓ
bari poſt li.conte.aduerte tamen inquantum glo.dicit,ꝙ po
terat probari poſtquam actor fundauerit intentionem ſuā,
nam hoc debet intelligi antequam atteſtationes ſunt publi-
catȩ,quādo eſt idem articulus, ſecus ſi diuerſus, exemplū pri
mi.ſ.quando eſt idem articulus,actor ponit,ꝙ reus promiſit
ſibi dicere vſq; ad annum, reus vero poſt publicas atteſtatio
nes ponit,ꝙ promiſit vſque ad biennium, vel actor ponit,ꝙ
reus promiſit pure, reus vero,ꝙ promiſit in diem,vel ſub cō
ditione, nam non debet admitti ad probandum poſt publi-
catas atteſtationes ſuper intētionem actoris , quia eſt articu
lus directe ꝯrius . exēplū ſecūdi pone, ꝙ actor dicit, ꝙ reus
promiſit ſibi x.Reus vero dicit,ꝙ poſtea fecit ſibi pactum de
non petendo vſq; ad annum,vel biennium. Iſte enim eſt ar-
ticulus ſeparatus,vnde reus poteſt probare dilatoriam ſolu-
tionis poſt publicatas atteſtationes etiā vſq; ad concluſionē
in cauſa,vt voluit Inn.s̄.eo.paſtoralis.& hoc modo intellige
glo.iſtam dū dicit, ꝙ reus poteſt probare dilatoriam ſolutio
nis poſtquam actor fundauerit intētionem ſuam,& hoc ex
preſſe tenet Ioan.An.in Spe.c.ti.§.ii.in princ. & ſenſit Bar.in
auth.qui ſemel.C.de proba.& ſequuntur hic But. & D. Abb.
Sed circa prȩdicta dubitatur.Pone,ꝙ dilatoria ſolutionis nō
opponatur,ſed de ea conſtet per atteſtationes, vel inſtrumē-
ta,quid debeat facere.in d.l.exceptionem.& ī l. ſi vnus.§. pa-
ctus ne peteret.ff.de pac.& in l.cum qui ita.§.qui ita.ff.de ver
bo.ob.& in l.lecta.ff.ſi cer.pe.& Bu.hic, & D.Abb. diſtingūt
ꝙ aut obligatio inerat contractui,vt quia principalr̄ fuit cō-
uentum,vt ſolutio fieret poſt biennium, vel fuit appoſitum
pactum in continenti de non petendo ī. biennium , & tunc
quia hoc pactum ineſt illi obligationi, vt d.l.lecta.iudex dēt
illum condemnare ad ſolutionem in termino, quia de qua
27 re cognouit†iudex de ea debet iudicare.l.de qua re. ff.de iud.
& in c.cum ſuper.de cau.poſ.& propric.& in hoc caſu intel-
lige Inn.in d.c.paſtoralis.Hoſt.tamen ibi dixit, ꝙ iudex debet
reo duplicare inducias,vt in c.vno.de plus pe.ſed illud proce
deret,quando reus oppoſuiſſet exceptionem contra actorē
ād repellendum eum ab agendo,vnde Bald.in d. l. exceptio
nem.dicit,ꝙ quando pactum de non petendo fuit oppoſitū
ex poſt facto,& tunc iudex debet condemnare reum pure,
28 quia ex quo exceptio non opponitur, actio†remanet nō eli
ſa ſecundum Bar.& hoc modo intellige gl.in d.l.ſi vnus.§.pa
ctus ne peteret,quȩ incipit,in opponendo.ff. de pact.quæ di-
cit,ꝙ iudex non poteſt opponere exceptionem pacti de nō
petendo,quia neceſſarium eſt,qđ pars opponat, nam dēt in
telligi, qñ pactum non ineſt obligationi, & ex hoc habes,
29 ꝙ iudex † non poteſt oponere exceptionem peremptoriam
ad commodum partis non opponētis,licet de ea cōſtet,facit
l.iiii.§.hoc autem iudicium.ff.de d am.infec.& quod no.Inn.
in c.ad noſtram.ii.de iureiu.Bu.autem hoc colligit, ꝙ noto-
rium patens ex actis non excuſat ab oppoſitione exceptio-
nis,allegat no.in c.ii.s̄.vt lit.non conte. & cle.appellati.de ap
pel.& no.per Bart.in l.j.ff.de excep.ſed D.Ab.dicit,ſecus eſſe
ſi conſtaret nullum ius competere actori , quia nemo ſine
actione experitur.l.ſi pupilli.ff.de neg.geſt. vnde iudex debet
30 †repellere ab agendo ex officio,ex quo conſtat eum non ha
re ius agendi,& hoc voluit Inno.in c.j.de officio vic. allegat
& D.Ab.no.ꝑ Bar.in l.lecta.ff.ſi cer.pe.ſed tu vide gl. & Bart.

in l.

in l.vbi pactum.C.de tranſac. Et ex his conclude, q ſi exceptio non ineſt obligationi quæ de ea notorie cōſtet exactis,
31 †iudex non poteſt eam opponere, ſed debet reum condemnare. Dicit tamen Bu. q reus poterit opponere eam in cā appellationis, vbi vero conſtat notorie actorem ius agendi nō habere, iudex debet eum repellere ex officio, vt dicit Inno.in c.j.de of.vi.& gl.& Bu.in d.l.vbi pactum.C.de tranſact.

In iii.parte gl.in hac parte gl.tractat de exceptione peremptoria,& dicit, q non poteſt proponi ante lit.conteſtat.licet poſſit de ea proteſtari, ſed poſt li.conte. poteſt opponi vſque ad concluſionem in cā,& etiam poſt ſnīam in cauſa appellationis.Et ex hac parti glo.facias duas regulas. Prima eſt, q
32 exceptio peremptoria† non poteſt opponi ante li.cont.licet de ea poſſit fieri proteſtatio.Secunda regula exceptio peremptoria poteſt opponi vſque ad cōcluſionem in cauſa,ſed nō poſt cōcluſionem,& multo minus poſt ſnīam, niſi fuerit appellatum,& vtraque regula poteſt limitari. Et primo limito primam regulam.Prima ergo regula fallit in exceptionibus dilatoriis quę poſſunt opponi in vim dilatoriæ, vt ſunt exceptiones litis finitæ,de quibus in c.i.de li.conte.in vi.& in c.ſuper literis.de reſcri.intra quas numeratur exceptio ſurreptionis contra literas beneficiales,nam perimit iuriſdictionem, & gratiam,& per conſequens poteſt opponi ante lit.conte. & poſt hoc tenenet Inn.in c.paſtoralis.§.eo. & in c.cum ordines.& in c.conſtitutus.& in c.ſuper literis.§.de reſcrip.& hoc tenet gl.pe.in d.c.j.de li.conte.in vi.quę dicit, q quando exceptio perimit literas ad gratiam poteſt opponi ante litis conte.ſed & poſt,ſed ſi perimit literas tantum debet opponi ante li.conteſt.& non poſt. Secundo fallit,quando exceptio
33 †peremptoria eſt notoria, quia in notoriis nō debet iudex pati cām deduci in iudicium,vt eſt bon.text. in capitul. quoniam.de fid.præsbyte.& hoc tenet Specul.in titul.de except. §.dicto. verſicul. ſed pone datus eſt terminus.& Ioan. And. in dict.capitul.primo. de lit. conteſta. in vi. & iſtam limitationem ponit etiam D.Do.in capitul. vt circa. verſicul.alioquin.de ele.in vi.& D.Ab.in c.fi.de lib.ob. & eam ſequuntur Bu.& D.Ab.hic. Tertio fallit,quando exceptio peremptoria poteſt probari per inſtrumentum,& hoc tenet Io.An. in addi.Spe.ver.ſed an reus.c.ti.& ſequuntur hic Bu.& D. Abb. idem dicit D.Do poſt Io.Mo.in d.c.vt circa.verſi.alioquin.in vi.conclu.& D.Ab.in d.c.fi.de lib.ob. Quarto fallit, quando exceptio concurrit actori nudum ius competere, tunc.n. poteſt proponi ante li.conte.quia ſi nullum ius cōpetit actori, ergo non poteſt agere, quia nemo ſine exceptione experit, vt in d.l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.ge.& per conſequens non tenetur reus intrare iudicium,& hoc tenet Bar.in l.cōquerebatur.ff.iudi.ſol.& in l.nam & poſtea.ff.de iureiurā. & D.Ab.hic. Et ex hoc ſequitur, q exceptio ſolutionis†po-
34 teſt opponi ante li.conte.quia per ſolutionem omnis tollit obligatio, vt in ſti.quib.mo.tol.obliga.vnde quia nulla actio competit agenti, poteſt exceptio ſolutionis opponi ante litis conteſta. Idem dicas in exceptionibus per quas concluditur actum eſſe nullum, vt dicit D.Do.poſt Io.Mo.in d.verſi. alioquin.& poteſt poni exemplum in omnibus caſibus in quib. actor non habet poteſtatem agendi,& dicit hic D.Ab.quod Spe.c.ti.§.dicto.ver.hoc tamen fallit, ponit alias exceptiones quæ poſſent opponi ante li.conte. licet ſint peremptorię, allegat etiam Archi.iii.q.vi.exceptio.& dicas, q extra caſus exceptos quis non debet admitti ad opponendam exceptionē peremptoriam ante li.conte.etiam ſi offeratur probatio incontinenti, hoc tenet D.Ab.poſt Inn.& Hoſ.in d.ca.fi.de lib. ob.quod tene menti. Quod autem de exceptione feriarū, & de exceptione non nu.pec.c.plene, diui Adriani fideiuſſoris.ſ.vt prius conueniatur debitor quā fideiuſſor, q filius nō habet conſenſum patris, quod tutor non fecit inuētarium, vel non ſatiſdedit:an tales exceptiones debeant opponi ante li.conte.vel poſt:Io.An.remittit in Spe.c.ti.§.dicto. verſic. quid de exceptione feriarum.& ver ſe.Et ex his ſum expeditus de prima regula. Venio nunc ad ſecūdam regulam,& iſta regula habet tria dicta. Primum eſt, q exceptio peremptoria poteſt opponi poſt ſnīam in cā appellationis. Secundum eſt, q poteſt opponi vſq; ad concluſionem in cā. Tertium eſt, q non pōt opponi, nec poſt cōcluſionem, nec poſt ſnīam ſi non fuit appellatum. Quo ad primum, inquantū
35 glo.dicit,† q poteſt opponi in cā appellationis intelligas, niſi malitioſe diſtuliſſet opponere, quia tunc non poſſet opponere in cā appellationis,& hoc tenet gl. in c.inter monaſterium.§.de re iud.& ibi per Doc.& in c.ad audientiam. de reſcrip.& hoc placet Bu.& D.Abb. Quo ad ſecundum dictū
35 gl.ſ.q exceptio peremptoria pōt opponi† vſq; ad concluſionem in cā intelligas, quando articulus in quo cōtinet exceptio peremptoria eſt ſeparatus ab intentione actoris, ſecus ſi eſſet directe ꝓrius, quia tunc non poſſet ꝓbari per teſtes poſt publicas atteſtationes, per no.in c.fraternitatis.§.de teſt.& in cle.ii.e.ti.& hoc declara, vt dixi in præce.parte gl.circa dilatoriam ſolutionis,& hoc modo pōt ſaluari gl.in l. peremptorias.C.ſen.reſcin.nō poſ. quę dicit, q exceptio peremptoria non pōt opponi poſt publicatas atteſtationes. Quo ad tertiū
37 ſ.q exceptio peremptoria† non pōt opponi poſt ſnīam quæ tranſiuerit in rem iud.iſtud recipit aliquas limitationes. Prima eſt in exceptionibus, quę non impugnant ſnīam, ſed eā
38 modificant, vt eſt exceptio † ne quis conueniatur vltra quā facere poſſit, nam iſta pōt opponi poſt ſnīam ad modificandam executionem.l.Neſennius.ff.de re iud.& in l. ex diuerſo.§.fi.ff.ſo.ma.& in l.fi.ff.de fideiuſ. Exemplum maritus eſt condemnatus, vt reſtituat dotem vxori in executione opponitur exceptio, ne exigatur vltra quam facere pōt. Certe iſta exceptio non impugnat ſnīam, ſed limitat executionem, & idem dicas, ſi heres condemnatur ex contractu defuncti, nā pōt opponere in executione ſnīę, q non fiat exactio vltra vires hereditatis, quia inuentarium fecit,& hoc tenet Spec. in ti.de inſtru.edi.§.fi.ver.nunc dicamus.& ver.ſed nunquid heres.& idem dicit ibi Io.And.in addi.& Bal.in l j..C.de iuris & fact.ignorā.vbi dicit, q poſt ſnīam in executione pōt oponi de beneficio inuentarii, ar.ff.de cōfeſ.l.cum fideicommiſſū. mouetur, quia iſta confeſſio non eſt contra ſnīam, ſed ipsā modificat,& ad hoc allegat tex.in l.ſi ſoror.C.de colla.in ratione ſui.& ex hoc Inn.in c.ſuper ſoliatione.de ord.cogn.di-
39 cit, q† exceptio compenſationis pōt opponi poſt ſnīam, qa non impugnat ſnīam, de quo remittit Io.An.de fi. inſtru.cū Ioannes.in gl.fi.de quo vide bo.gl.in c.ſuborta.de iud.& idē dicit Inn.in d.c.ſuper ſpoliatione.de except.in hypothecariā. quo ad ius prælationis, alleg.ff.de re iud.l.in duobus.& idem dicit de exceptione criminum, quæ opponuntur contra electum,& hæc dicta Innocen. ſequitur But.hic, & idem dicas
40 de exceptione pretii† non ſoluti, nam ſi venditor cōdemnatur ad rem tradendam pōt in executione ſnīæ excipere de ꝑtio non ſoluto,& petere ꝑcium ſibi ſolui. l. fundus. ff. de reſcin.ven.& iſtam limitationem ponit Bald.in d.l.j.C.de iuris & fac.igno.& idem eſt dicendum in omnibus caſibus in quibus exceptio non impugnat ſnīam, ſed ipſam modificat, ſeu
41 limitat. Secundo fallit in exceptionibus† quæ concludūt iudicium eſſe nullum, vt eſt exceptio falſi procuratoris, vt ī c.in noſtra.de procur.& iſtam limitationem, poſuit hic Bu. quam etiam ſenſit iſta gl.in fi.& idem eſt dicendum vbicunque proceſſus allegatur nullus eadem rationē,& hoc tenuit Bal.in pręal.l.j.C.de iur.& fac.igno.& aſſignat rationem, qa ſemper dicitur a principio opponi cum proceſſus ſit nullus,
42 & ex hoc dicit, quod exceptio † nullitatis non eſt proprie exceptio,& ex hoc īfert, quod terminus ſtatutus a iudice, vel a ſtatuto municipali ad omnes exceptiones opponendas non comprehendit exceptionem nullitatis, quia ipſa aſſignatio termini eſt nulla ipſo iure, vnde non excludit venientē poſt terminum, quod dicit eſſe no.dignum. Et ex hoc infertur, q exceptio nullitatis impedit executionem ſententię,& hoc tenuit Ioan.And.in Spe.de ſententiæ executione.§.fi.ver. xvii. Sed dicit, quod hoc fallit, quando eſſet ſententia confirmata per duas alias ſententias per clemen. primā. de re iudic.in vi.tunc .n. non poteſt opponi de nullitate, niſi fuerit ſententia miſſa executioni, vt ibi dicitur Intelligas tamen inquā-
43 tum dixi, quod poteſt opponi† exceptio nullitatis ad impediendam executionem ſententiæ, quando excipiens incontinenti ſe offert probaturum nullitatem, alias non auditur, niſi prius facta executione ſententię,& ſi tantum vnica ſententia lata fuiſſet quæ in rem iudicatam tranſiuiſſet, de quo vide domi.de Rota deciſione lxvi.cum duabus ſequentibus.ſub titulo de nullitate ſententię,& quomodo proceditur, de quo etiam per Barto.in l.tertia.§.condemnatum.ff.de re iudicata. & in l. fina. C. ſi ex falſis inſtrumentis. Tertio fallit in exceptionibus quę oriuntur poſt ſententiam, vel in ipſa ſententia renouantur, vt in muliere condemnata pro alterius obligatione, nam quia in ipſa ſententia inter-
44 cedit, pro qua interceſſione iuuatur Velleiano, † poterit etiam poſt ſententiam opponere exceptionem Velleiani, lege quarta. §. ſi ex conuentione. ff. de re iudicata.& iſtam limitationem poſuit Bartol. in dicta leg. prima.C. de iuris, & facti ignorantia. quam ſequitur hic Butrigarius, & per hoc Ioannes Andreas in Speculato. de executione ſententiæ.§.fina.verſiculo 17.poſt.Guid.de.Suza.dicit, quod in executione ſententiæ poteſt opponi de pacto de non petendo facto poſt ſententiam, allegat de ædili.edicto. leg. quæritur. §.ſi venditor, vbi dicitur, quod remittentibus &c. item dicit, quod contra executionem ſententię obſtat exceptio quadraginta ann.tranſactorum poſt ſententiam. l.vltim.C. de pręſcrip.xl.ann.item dicit, quod contra petentem executionem obſtat exceptio ſolutionis. ſ. factæ poſt ſententiam, vt inſti.

45 vt inſtitu.qui mo.tolitur ob.in prin. Quarto fallit in †mili
te,qui poteſt opponere exceptionem poſt ſententiam,& de
hoc eſt caſus in d.l.prima.C.de iuris & fact. igno. Sed dubi
tatur, nunquid habeat locum illud periculum in militibus
noſtri temporis deferentibus aurum qui non militant,& Ia
co.de Raue.& Bart.& Bald.in dicta l.prima.C. de iur.& facti
igno.dicunt,quod nõ dicit etiam Bar.ibi in fi. quod miles cę
leſtis militiæ non habet hoc priuilegium, quia illud priuile-
gium eſt conceſſum militibus cõtra ius commune,vnde nõ
debet extendi.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.matri.dicit etiam Bar.
quod ruſticus non habet illud priuilegium,licet glo.ibi ſen-
tiat contrarium,& mouetur per eandem rationem,quia nõ
eſt neceſſarium legem priuilegiatorum extendere ad alias ꝑ
ſonas,dicit tamen,quod ſi ruſticus haberet iuſtam rationem
ignorantię poſſet reſtitui ex clauſula generali, ſi qua cauſa
mihi eſſe videbitur. Quinto fallit in exceptione Macedo-
nia.quę odio creditoris etiam poſt ſententiam poteſt oppo
ni.l.tam & ſi. ff. ad Macedonianum. & iſtam limitationem
ponit.Barto.in dicta l.prima,C.de iuris & facti igno. & Butr.
hic. Sexto, fallit in minoribus vigintiquinque ann. vel in
eccleſia quæ fungitur iure minoris, nam poſſunt per viam
46 reſtitutionis in integrum opponere † exceptionem perem-
ptoriã etiam poſt ſententiam,vt in l.minor vigintiquinque
annis omiſſam.ff.de mino.& in c.ſecundo,& tertio de reſti.
in integrum. Septimo, fallit in aliis qui petunt reſtitutio-
nem in integrum ex clauſula generali,vel ex iuſta cauſa ab
ſentię,vt in l.fina.ff.de reſtitu.in integ.& idem eſt dicendum,
quando opponitur exceptio contra ſententiam,quod eſt la
ta per falſos teſtes,vel falſa inſtrumenta,de qua in l. diuus.ff.
de re iudica.& in capitulo licet cauſam de prob. Et ex hoc
infert Butri.quod ſi non oppoſui exceptionem, quod nõ ha
bebam inſtrumentum quod reperi poſt ſententiam an poſ-
ſim petere reſtitutionẽ in integrum ex clauſula generali, vt
47 †opponatur exceptionem peremptoriam, & de hoc remit-
tit ad Ioan.And. in capitulo ſecundo. de purgatione vulga.
& in Specu.de executione ſententię.§.poſtremo. verſi. illud
autem.& ibi per Ioan.And.in addi.& de inſtrumen.edict. §.
poſtquam.verſi.quid ſi debitor.& verſicu.quid ſi ſolui.Tu vi
de Barto.in l.prima.C.de ſenten.aduer.fiſ.la.vbi tenet, quod
ſi non poteſt imputari culpa, quia inſtrumentum non pro-
duxit,quod poterit petere reſtitionem in integrum ex clau-
ſula generali,& idem dicit Butr.in capitulo cum Bertoldus.
de re iudica.vbi multos Doctores allegat, & de hoc dixi in c.
fraternitatis.in verbo,fornicatio.infra de frigidis. Octauo,
fallit,quando ex forma ſtatuti cauetur, quod alicui ius non
reddatur,nam etiam ſi pro eo ſit lata ſententia poteſt oppo
ni exceptio talis,& hoc tenet Ioan.An.ĩ Speculato.de execu
tione ſententiæ.§.fina.verſicu.xxviii.in addit.quæ incipit, nõ
debuit admitti,& dicit Guido.de Suza. & Guil. de Cunio in
ſuis quæſtionibus,ita determinaſſe,idem ſentit Bald.in dicta
l.prima. C. de iuris & facti ignoran. vbi dicit Martinum de
Fano diſputando tenuiſſe,quod exceptio banni poſſit oppo
ni poſt ſententiam,quia eſt odioſa,ſicut etiam exceptio Ma
cedoniani,in qua lex tacite reſtituit ad opponendum etiam
poſt ſententiam,l.tam & ſi. ff. ad Macedonianum. Nono
fallit in ſententiis,quę non tranſeunt in rem iudicatam, de
quibus in capitulo lator,& tenor.& conſanguinei. de re iu-
di.& aduerte,quia in omnibus caſibus, in quibus dixi exce-
48 ptionem †poſſe opponi poſt ſententiam poterit etiam oppo
ni poſt quatuor menſes qui dantur ad executionem ſenten
tiæ,& hoc tenet glo.& Barto.in l.ab executione.C. quorum
appella. non reci. Quid autem ſi vnum ſtatutum dat cer-
tam formam ſententiandi, & aliud ſtatutum iubet ſenten-
tiam mandari executioni infra certum tempus non obſtan
49 te aliquo ſtatuto,nunquid †poterit opponi,quod forma ſta-
tuti in ſententiando non ſit ſeruata? & Ioan.And. vbi ſupra
verſiculo xvii.allegat Roffre.& Guid.de Suza. & iura pro &
contra,& non decidit. Ego autem credo, quod debet ad
mitti exceptio,quod non ſit ſeruata forma ſtatuti in ſenten-
tiando,quia iſta exceptio concludit ſententiam eſſe nullam
& ſic debet admitti per ea quæ dixi ſupra in ſecunda falla.
vnde ſtatutum tale,ſcilicet quod debeat mitti executioni nõ
obſtante aliquo ſtatuto debet intelligi dummodo ſit ſerua-
ta forma ſtatuti in ſententiando, facit quod no. Barto.in l.
prima.ff.quod vi aut clam.& hæc tene menti.& dicit hic Bu
tri.quod caſus quos ponit Specula.in titulo de exceptione.§.
dicto verſiculo hoc tamen fallit,poſſunt reduci ad prędicta.

In quarta parte gloſ.dic,quod exceptio excommunicatio
nis †poteſt opponi etiam poſt concluſionem in cauſa, vt di-
cit Specu.in titu.de renuncia..& conclude.ſ.i.verſic. & ſcias.
regulariter autem poſt concluſionem in cauſa non admit-
tuntur aliquæ probationes, nec etiam aliquæ allegationes,
vt eſt tex.iuncta glo.in cap. cum dilectus. de fide inſtrumen,
not.Innocen.in cap.paſtoralis.de cauſa poſſeſſio. & proprie.
niſi magna ęquitas ſuadeat,vt dicit tex.in dicto cap. paſtora-
lis.ad finem.in glo.ſecunda.glo.iſta bene dicit, & facit ad il-
lud quod dixi in notabilibus.ſed D.Abb.dicit hanc glo. eſſe
intelligendam,quando exceptio excommunicationis oppo
nitur in vim dilatoriæ ad repellendum actorem ab agendo,
ſecus dicit ſi opponatur peremptorię ad infringendam ele
ctionem propter excommunicationem eligentium vel ele-
cti,quia tunc debet opponi poſt litis conteſt.ſicut aliæ perẽ
ptorię,allegat no.in clemen.prima.eodem ti. In gl. in ver.
bo,condemnandus,aduerte ad iſtam glo.quia vult, quod ſi
proceſſus valeret, quod non haberet locum condemnatio
51 †expenſarum,quia expenſę non eſſent inutiliter factę, & ꝑ
iſtum text. probatur,quod de iure antiquo proceſſus factus,
cum excommunicato non valebat hodie autem ſecus, per
c.pia.de excepti.in vi.& per hoc attento iure hodierno, dic,
quod aut iudex ferens ſententiam eſt excommunicatus, &
de hoc dic vt in c.ad probandum.de re iudic.aut excommu-
nicatio probatur contra partẽ,& tunc aut loquimur in reo,
& etiam de iure iſto valebat proceſſus,vt s. eodem. cum in-
ter.cum ſimilibus. Aut loquimur in actore, & tunc ſi ſu-
mus in cauſa appellationis dicendum eſt,vt in c.præcedenti.
aut ſumus in cauſa principali,& coram ordinario valent ge
ſta,vt in c.pia.de excep.in vi.vnde in ordinario nõ haberet
locum iſte tex.aut ſumus coram delegato impetrato per re
ſcriptum,& hoc caſu etiam hodie non valet proceſſus, vt ĩ
c.j.de reſcrip.in vi.vnde etiam hodie coram delegato poteſt
habere locum condemnatio expenſarum cum expenſę ſunt
proditæ. Sed circa glo.quęro, nunquid indiſtincte habeat
52 locum condemnatio † expenſarum data inualiditate pro
ceſſus,& Doc.dicunt,quod duo requiruntur.Primum eſt, ꝙ
reus malitioſe diſtulerit opponere,vt patet ex litera, & per
hoc dicunt Innocen.& Hoſt. quod ſi ex iuſta cauſa reus di-
ſtulerit,puta,quia non habebat tūc probationes paratas ceſ
ſabit hæc condemnatio expenſarum,& allegat Hoſ.l.argen
tarius.§.penultima.ff.de edendo.& cum eis tranſit Ioan.An.
& Butrig. & placet etiam domino Abb. qui ad hoc allegat
tex.in c.plerunque.ii.q.vii. Secundo requiritur,quod actor
ignorauerit ſe excommunicatum, vt puta quia abſens fuit
in remotis,argumen.in c.cum ſit.de appel.& quod reus hoc
ſciuerit,& malitioſe diſtulerit,vnde cum actor non deprehẽ
datur in aliqua culpa reus doloſus condemnatur in expenſis
actori bonę fidei,ar.in cap.apoſtolicę.de clerico excommu.
min.ſecus ſi actor ſciuiſſet ſe excommunicatum, quia tunc
ceſſabit hęc condemnatio expenſarum ſecundum Hoſtien.
Pet.& Io.And.quia vtrique reperitur in dolo, & dolus cum
dolo,& culpa,cum culpa compenſatur.l.ſi ambo.ff.de com
pen.& in l.ſi duo.ff.de dolo.& in cap.penultimo, & vltimo.
de adul.& cum hac opi.tranſit Bu. & tandem etiam D.Abb.
53 quia actori †ſcienti non fit iniuria neq; dolus,vt in regu.ſciẽ
ti.lib.vi.Item actor ſciens ſe excommunicatum,& nihilomi
nus ſe ingerens ſeipſum decipit. l.j.ff.de acti. emp. item quia
proceſſus erat nullus ſecundum hæc tempora, etiam ſi reus
nunquam oppoſuiſſet,ergo reus qui nunc excipit non lædit
actorem,immo potius conſulit,quia melius eſt more oppo-
nere,quã nunquam,& dic,ꝙ forte iſta pars eſt verior, & pro
fecto ab iſta opi.non eſt recedendum in iudicando, quia eſt
communis,ſed in puncto iuris,ego credo contrarium, quia
iſte tex.non ſolũ ponderat malititiam rei,& nil dicit de igno
rantia actoris, & communiter contingit, quod excommu-
nicatus hẽt notitiam excommunicationis, & ſi iſte text. de
beret reſtringi, & intelligi, quando actor ignorat ſe excom-
municatum raro haberet locum condemnatio expen-
ſarum,item dato, quod actor ſciat ſe eſſe excommunica-
tum agendo non eſt in dolo, ſed in culpa, dumtaxat reus
autem qui malitioſe deſtulit cã decipiendi ipſum actorem
54 eſt in dolo †Dolus aũt ꝑponderat culpę.l.itẽ ſi obſtetrix.ff.ad
l.Aq.& iſtas rões alle.ẽt D.Ab.ꝓ hac ꝑte ad quas nõ video
bonũ rñsũ.nec ob.ꝙ ꝓceſſus ſit nullus,q̃a hoc non obſtãte
reus qui admiſit actorẽ fatigari malitioſe dẽt ꝯdẽnari in ex
penſis,ar.cle.j.de reſcri.in iudicando cũ non eſt recedendum
a cõi opi.& ipſam tenendo dicit D.Ab.idẽ eſſe dicendũ, qñ
opponitur iudicẽ eſſe excõicatũ hẽt locũ ꝯdẽnatio expẽſa-
rũ,ſecus ſi ſciebat,vt in l.j.ff.de act.emp.In gl.in ver. publice.
55 diuide cã ĩ duas partes.In j.parte gl.tractat †an excõicatio oc
culta noceat.In ij.parte tractat,q̃s dicat̃ publice excõicatus.
ſecũda ibi,dico.In j. parte diſtingue,ꝙ aut excõicatio oppo
nit̃ ꝯ partẽ;& dic vt dixi in ꝑce.gl.In iudice aũt dic,vt ĩ c. ad
probandum.de re iudica. & per iſtam gloſſ. dicit Bald.quod
nullus præſumitur ſcire ea quę fiunt in ſecreto, & facit ad
quæſtionem de epõ qui ſecreto in camera ſua cõdemnauit
quendam notarium de falſo,quod nihilominus valeant in
ſtrumenta propter iniuſtum errorem recurrentium ad ipſi⁹
fidem

fidem,allegat glo.ſingu.in Auth.de tabel.§.pe.ff.de teſtam.l. cum lege.ibi ex officio. In ſecunda parte glo.Ioan.An.dicit,quod l.ſi vt proponis.C.quomodo, & quando iud. alleg. per gloſſ.parum facit,quia ſolum probat a contrario ſenſu, quod ſententia teneat,quando eſt lata in loco ſtatuto, non autem dicit,quod ſententia dicatur notoria,ſeu publica,ſed melius facit ſecundum eum l.in donationibus.in prin. & ꝙ ibi no.C.de dona.& in l.omnium. C. de teſta.Bal.autem hic
56 dicit,quod dicitur aliquid publice factum†per iudicem,quã do eſt factum in loco ſolenni præſentibus officialibus,vt in l.cum ſententiam.C.de ſen.& interlo.om.iudi.ſed Ioan. An. hic dicit finaliter tenendum illud quod no.glo. in cle.eos.in verbo,publice.de ſepul.quę reprobat iſtam.dicit enim,quod reſpectu aliorum non dicitur quis publice excommunicatus eo ipſo,quod eſt excommunicatus per iudicem in loco in quo iudicare conſueuerat pręſentibus partibus,& officialibus,vel altera parte abſente contumaciter, ſed ex qualitate fori multitudine, vel paucitate officialium aſtantium dicetur publice,vel non publice excommunicatus.Quantum ad ipſum excommunicatum tenet illud quod dicit iſta glo. ſ.quod ſufficiet ipſum eſſe excommunicatum ĩ loco in quo iudex iudicare conſueuerat aſtantibus partibus, & officialibus,vel altera contumaciter abſente,& cum iſta glo.tranſit etiam hic Bu.ſed D.Abb.dicit eſſe diſtinguendum,quod aut ignoratur de pœna incurrenda reſpectu communicantiũ ipſi publice excommunicato,& procedit glo.in d.clem. eos qui verba ſtricte debet capi, ne quis puniatur maxime ſine culpa,nã de facili non habetur notitia, de hoc quod iudex egit in bancho ſuo coram paucis, aut agitur reſpectu ipſius excommunicati,& tunc dicit,quod ſatis dicitur excommunicationem eſſe publicam,ſi excommunicatus fuit pręſens,
57 vel ad hoc citatus,quia quæ fiunt in iudicio dicuntur† notoria,vt in c.veſtra.& in c.fi.de cohab.cleri.& mul.immo illud quod conſtat ex probationibus,vt in c.cum olim. de verbo. ſig.pro hoc vide Innocen.in c.ex inſinuatione.in fi. ꝟ. de ap. vbi dicitur,quod notorium eſt illud, quod patet ex actis,& quod ex eis poteſt iudex appellationis procedere etiam parte abſente,& plus dicit D.Abb.quod etiam vbi agitur de incurrenda pœna in caſu illius cle.eos.reſpectu ſcientium ſufficit ſententiam eſſe latam prout dicitur in hac gloſſ.in dicta cle.videatur aliter ſentire,& male. Sed tu dic,quod D.Abb. non bene inſpexit illam glo.nam diſtinguit præciſe,prout diſtinguit D. Abb.ſ.ꝙ aut agitur reſpectu communicantium, aut reſpectu ipſius excommunicati,in fi.autem dicit, quod quando excommunicatus eſt occultus ipſum ſepeliens non incurrit pœnam illius cle.dato quod ſciret ipſum eſſe excõmunicatum,& in hoc bene dicit,quia illa cle.requirit,quod ſit publice excommunicatus, ſed ſi eſt occultus non poteſt dici publice excommunicatus ad hoc facit ca.ad probandũ. de re iudi. Dicit vlterius D.Abb.quod etiam ſi quis non ſit excommunicatus in iudicio,ſed extra iudicium,etiam ſi excommunicatio non ſit publica, dummodo poſſit probari,
58 iudex†poteſt ex officio repellere excommunicatum, & dicit,quod publicum hic accipitur, vt differat ab occulto, qa ſi probari non poteſt excommunicatus,licet in veritate ſit, debet iudex ſilere.ii.q.vii.plerunque.& vi.qõ. ii.ſi tantum.& placuit.quę iura ad hoc optime faciunt, vbi autem excommunicatio poteſt probari iudex ex officio ſuo debet repelle
59 re,quia† tenetur inquirere de habilitate, & de inhabilitate accuſatoris,ſeu actoris,vt ii.q.vii.cap. quærendum.& l.quos prohibet.ff.de poſtu.& l.ſi filiusfa.§.milites.ff. de procur. facit quod no.hic glo.vlti.& iura per ipſam allegatam,& dicit D.Ab.quod iudex ex officio poteſt teſtes recipere ad probãdam excommunicationem,allegat no.per Bart.in l. prima. in ſi.ff.de quęſtio.tu vide eum in l.ſi non defendatur.ff.de pœnis.& in l.ii.§.ſi publico.ff.de adulte.in quibus dicit, quod iu
60 dex in †cauſa criminali poteſt ex officio producere teſtes tã ad offenſam quam ad defenſam,de quo dixi in cap.cum clamor.ſupra de teſti. In glo.vlti.hæc glo.ponit multos caſus
61 in quib. iudex ſupplet† ex officio inter quos ponit exceptionem compenſationis expenſarum quam iudex poteſt facere,licet pars non petat,vt in l.vlt.ff.de peti. hęre.nam hoc eſt verum,vbi ſuadet naturalis æquitas, ne quis locupletetur cũ aliena iactura,vt ibi no.Bar.& in l.planc.eo.ti.& dicit Butri. quod hoc non eſt regulare,& quod poteſt procedere in delictis, in quibus iudex ſupplet ex officio,alia eſſet contra.l.qđ in diem.ff.de compen.& contra no.per Inno.in c.ad noſtrã. ii.ꝟ.de iureiu.& hæc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptio rei iudicatæ non competit reo abſoluto.*
2 *Rei iudicatæ exceptio quando ceſſat.*
3 *Deficiens poſſidere per dolum debet condemnari.*
4 *Deſiens poſſidere dolo is dicitur qui poſt libellum datum rem alienauit.*
5 *Offerre ſe liti quando quis dicatur.*
6 *Petitorio iudicio agens,ne fruſtra agat debet reum interrogaee an poſſideat,vel an dolo deſierit poſſidere.*
7 *Abſolutus ſimpliciter reus,nulla expreßa abſolutionis cauſa, qualiter præſumatur abſolutus.*
8 *Sententia lata contra actorem quia non probauit tranſit in rem iudicatam.*
9 *Abſolutio rei videtur pendere ex cauſa, quæ in actis expreſſa reperitur.*
10 *Reus citatus ad iudicium,ſi ceciderit a poſſeſſione, ân ex eadem inſtantia poſſit,quia deſiit poſſidere condemnari.*
11 *Petere vt procedatur ad diffini.ſententiam ratione fructuum expenſarũ & intereſſe,tam reus inuito actore,quam actor inuito reo poteſt.*
12 *Acceſſorium durat etiam ſine principali vt ibi.*
13 *Fructus non poſſunt peti quando reus deſiit poſſidere ante alitis conteſtationem.*
14 *Statuto exiſtente,vt victor victori in expenſis condemnetur omiſſa condemnatione expenſarum, poterunt peti expenſæ condictione ex ſtatuto.*
15 *Fructuum nomine nunquid veniant actiones quæſitę occaſione rei perẽptę.*
16 *Iudex qualiter ſententiam ferre debeat reperto reo non poſſidente.*
17 *Sententiæ proferendę forma traditur tam pro reo liberando, quam abſoluendo,& nu* 18.
19 *Actor ſi non probauerit condemnandus in expenſis eſt reo, qui abſolui debet.*
20 *Exceptio rei iudi.an obſtet,quando variatur finis agendi.*
21 *Sententia lata in ciuili an obſtet in criminali.*
22 *Quod habet locum in probationibus, an habeat locum in ſententia, ita quod præiudicat in vno præiudicet etiam in alio.*

## C A P. XIII.

1 ADuerſario. Non competit† exceptio rei iudicatæ reo abſoluto, quia non poſſidebat.h.d.& non diuiditur. Not.primo ex tex.ꝙ non competit exceptio rei iudicatæ,quando ceſſat cauſa propter quã eſt lata ſententia,licet idem corpus,vel quantitas petatur, & eadem ſit conditio perſonarum,& eadem cauſa petendi hic enim omnia iſta tria cõcurrebant,ſed quia abſolutio fuit facta ex eo,
2 quia reus ſine dolo deſierat poſſidere,non ob.exceptio † rei iudicatæ,quia ceſſat rõ ſñiæ,facit c.Odoardus.de ſo.cum ibi no.hinc dicit Gof.& Ioã.An.ꝙ ſi reus abſoluitur ante diem, vel condictionem ſi poſtea conueniatur adueniente die,vel condictione,non ob.exceptio rei iudi.vt in l.Grecæ.§.fi.ff.de pign.& in l.bouem.§.pe.& vlti.ff.de ędil.edi.idem dñt,ſi reus fuit abſolutus,quia actor inepte agebat, vt in c.examinatũ. de iudi.& in l.j.ff.ſi mẽſ.fal.mo.di.Secundo no.ibi ſine dolo,
3 ꝙ deſiens poſſideret† per dolum dẽt condemnari ac ſi poſſideret,& hoc probat iſte tex.a ꝯ̃rio ſenſu concor.l.ſinautem. §.j.ff.de rei ven.In gl.j.dic,ꝙ etiam ſi quis non poſſideat tp̃e litis conte.ſi tñ tempore ſñię reperitur poſſidere dẽt condẽnari ad rei reſtõnem,vt in l.ſi aũt.ff.de rei ven. & hoc ſequit̃ hic Bu. In gl.ij.diuide ipſam in tres partes, prout de tribus q̃rit.Secunda ibi,item ſi q̃s non poſſideat. Tettia ibi,item ſi agat ad exhibendũ. In ꝑ.parte gl.Bu.dicit.ꝙ aut conſtabat, ꝙ tp̃e li. conteſtat. poſſidebat, & tunc dicens ſe dolo nõ deſiiſſe poſſidere dẽt hoc probare,& hoc mõ ꝓcedunt, prima iura allegata in gl.aut nõ ꝯſtabat,ꝙ tp̃e li.conte. poſſideret, & tunc dicẽs reũ dolo deſiiſſe poſſidere dẽt hoc ꝓbare,& dicit Io.An.ꝙ hoc ꝓbatur ex ꝯiecturis,vt in c.ii.de renũ. in vi. ſed Bar.in l.qui petitorio.ff.de rei ven.dicit, ꝙ ꝓbatur reum
4 dolo†deſiiſſe poſſidere eo ipſo,ꝙ poſt datũ libellũ,vel poſtq̃ actor dixit ſe daturũ libellũ reus rẽ alienauit, vel poſſidere deſiit,alle.qđ no.in ſi.in l.Fulcinius.§.j.ff. ex q̃ cau.in poſ.ea. & dicit,ꝙ hoc tangit Dy.in l.ꝑ poſſeſſore.lib.vi.ſed Bal. hic ĩ fi.dicit,ꝙ ſi reus tp̃e primę citationis poſſidebat,& poſtea deſiit,ꝙ p̃ſumit̃ dolus,ex quo fuit amonitus, alle. qđ not. in l. apud Celſum.in prin.ff.de do.excep.& in l.ſi rẽ meã.ff. de excep.rei iud.& ſic intelligit iſtã gl.& ex hoc ꝯcludas, ꝙ ſi reus fuit citatus miſſo ſibi tenore libelli, & poſtea deſiit poſſidere p̃ſumitur dolo deſiiſſe poſſidere,vnde intelligas Bal. dum dicit,ꝙ ſi poſſidebat tp̃e primę citationis &c.ꝙ ẽt in citatorio erat inſertus libellus,vel ꝙ talia exprimebantur, ex quibus poſſit eſſe certus,an cedat, vel contendat, de quo vide bonam gloſ.in ſimili in clementi.ſecunda. in glo fina.vt lite pendente. Idem dicendum eſt ſi actor dixiſſet reo ſe daturum libellum, vel moturum litem contra ipſum ſuper tali re, tunc enim ſi poſtea deſineret poſſidere pręſu-

metur hoc doloſe facere, vnde dum gl. iſta dicit, quod ſi poſt
litis conte. deſinit poſſidere debet ſuppleri, quod idem eſt di-
cendum ſi poſt citationem vel libellum datum reo, vel poſt
quam ſciuiſſet actorem moturrum litem deſiiſſet poſſidere
non præſumitur dolus, niſi probetur, probabitur autem ex
coniecturis, vt dicit hic Ioan. An. In ſecunda parte glo. ad
uerte, quia glo. dum declarat quando dicatur ſe liti offerre,
5 Butri. & D. Abb. poſt ipſum dicit, quod dicitur ſe liti † offerre
quando in iudicio, vel extra iudicium dicit ſe poſſidere, vbi
autem non affirmat ſe poſſidere, ſed vocatus venit ad iudi-
cium, & aſſumpſit defenſionem nõ dicitur ſe liti offerre, ſed
potius ſe defendere, quia ex quo fuit vocatus tenebatur ve-
nire, cum iudicium reddatur in inuitum. l. inter ſtipulantẽ.
§. ſacram. ff. de verbo. obli. & in c. intelleximus. de iud. & hoc
eſt verum, niſi fuerit interrogatus an poſſideat, vt in l. qui pe
titorio. ff. de rei vendi. vbi dicitur, quod ille qui petitorio iudi
6 cio † experitur ne fruſtra experiatur debet reum interrogare,
poſſideat, vel an dolo deſierit poſſidere, & hanc opin. tenet
Spe. in ti. de interroga. act. §. ii. ver. ſed pone. & Bart. in l. is qui.
ſe obtulit. ff. de rei vendi. & Bal. in rubrica. infra de re iudica.
quod dicit D. Abb. eſſe notandum. In vlt. parte glo. no. iſtam
gl. in fi. quia quotidie allegatur, & inquantum gl. addit quar-
tum dic, quod glo. non procedit indiſtincte, nam illud quar-
tum requiritur, quando reus fuit abſolutus, quia non poſſi-
debat, quia tunc non ſufficiunt tria quæ glo. ſupra numera-
uit, ſed requiritur etiam illud quartũ, ſ. quod reus poſſideat
tempore ſententiæ, vbi autem reus abſoluitur, quia actor nõ
probauit, tunc ſufficiunt tria enumerata per gloſſ. nec iſtud
quartum requiritur, vnde ſi reus eſt abſolutus, quia actor nõ
probauit, etiam ſi tempore ſententię non poſſidebat, & po-
ſtea reperiatur poſſidere non poterit actor eum conuenire,
& ſic obſtabit exceptio rei iudic. idem ſi abſolueretur reus,
quia actor non probauit, & quia reus non poſſidebat, nam
obſtabit exceptio rei iudicatæ reſpectu ſecundæ cauſę alle-
gatę, tamen obſtat reſpectu primæ cauſæ, ſ. inquantum fuit
abſolutus, quia actor non probauit, nam vbi allegantur duę
cauſę, ſufficit alteram eſſe ſufficientem ad impediẽdum age
re, vt in §. affinitatis. inſti. de nup. & in l. ſi ventri. §. j. ff. de pri-
uile. credi. & hoc firmat glo. & Bart. per hanc rationem in l.
ſi quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudi. & ſequitur etiam
hic Bal. & D. Ab. & per hoc dicas, quod regulariter ſufficit,
quod tria concurrant de quibus in glo. niſi quando reus ab
ſoluitur, quia non poſſidet, quia tunc non ſufficiunt illa tria
ad hoc, vt obſtat exceptio rei iudic. & hoc modo intelligas
iſtam gl. Sed circa hoc dubitatur quid ſi reus fuit ſimpliciter
7 abſolutus, nec † apparet ex qua cã fuerit abſolut⁹ & ex qua
cauſa debeat præſumi eſſe facta abſolutio. Bar. poſt glo. in d.
l. ſi quis ad exhibendum. ff. de except. rei iudic. dicit, quod de-
bet inſpici, & coniecturari cauſa ſententiæ ex actis, vt in l. nõ
intelligitur. §. primo. ff. de iure fiſci. & in l. iii. C. de ſenten. quæ
ſine certa quanti. profe. & vide bo. glo. in c. audita. de reſtitu.
ſpolia. & ideo ſi apparret in actis, quod reus non poſſidebat
prẹſumitur ex iſta cauſa abſolutus, ſin autem apparet, quod
actor nõ probauit præſumitur abſolutus ex cauſa, q̃a actor
non probauit, in dubio autem Butri. dicit, quod prẹſumitur
abſolutus eo, quia reus non poſſidebat, quia hęc cauſa eſt le
uior, & in dubio debemus præſumere ſententiam eſſe latam
ex cauſa leuiori. l. ſi preſes. ff. de pœnis. & l. hæ enim cauſæ. ff.
de ſuſ. tuto. ſed D. Abb. diſtinguit, quia aut iudex abſoluit ab
impetitione actoris, & prẹſumitur abſolutus, quia actor nõ
probauit, nam hęc verba hoc important, vt in c. cum vene-
rabilis. §. eodem. cum ſimili. aut fuit abſolutus ab inſtantia
iudicii, & tunc dicit poſſe procedere opi. Bu. quod hoc facit
communis ſtilus iudiciorum, qui attendendus eſt, ar. in c. ex
literis. de conſti. nam quando reus abſoluitur, quia non poſ-
ſidet, vel quia actor inepte egit ſemper ſolet hoc exprimi in
ſententia, vt in c. examinata. de iudi. & pro opi. D. Abb. facit
quia ſententia in dubio intelligitur eſſe lata, quia actor nõ
probauit, vt dicit Bar. in l. Iul. ff. de condi. indebi. & in l. duob.
§. j. ff. de iureiu. & idem dicit Ang. in l. ex morte. C. ad l. Aqui.
Et ex prędictis conclude, quod ſi reus abſoluitur, quia non
poſſidet põt iterato conueniri, nec ſufficiũt tria numerata p
gl. ſ. quod ſit eadem res, eędem perſonę, & eadem cauſa petẽ
di, & iſta ſit prima concluſio. Secunda concluſio, ſi reus ab
ſoluitur, quia actor non probauit, vel quia reus nõ poſſidet,
& quia actor non probauit obſtat exceptio rei iudicatę cõ-
tra actorem volentem petere rem ex eadem cauſa, & hoc
caſu ſufficiunt tria numerata per glo. & hoc tenet gl. & Bar.
in d. l. ſi quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudi. & Bal. & Bu
8 tri. hic & D. Ab. Et ex hoc no. quod ſententia lata † contra
actorem, quia nõ probauit tranſit in rem iudi. ita quod am
plius non auditur etiam ſi velit poſtea probare, idem tenet
Bar. in l. Iulianus. in ii. columna. ff. de condi. indebi. & hoc te-
ne menti, ſi tamen ſuperueniſſet de nouo facultas probandi
ita ꝙ nulla poſſit imputari negligentia, ſeu culpa, quod il-
la probationes ante ſententiam non produxit poſſet petere
reſtõnem ĩ integrum aduerſus ſententiam propter probatio
nes de nouo repertas, vt dicit Barto. in l. j. C. de ſent. aduer. fiſ.
da. & Bu. in c. cum Bertoldus. de re iudi. & dixi in c. fraternita
tis ſuper glo. in verbo, fornicatio. infra de frigi. & tetigi in c.
pręcedenti. Tertia concluſio, ſi non apparet ex qua cauſa
9 actor fuerit † abſolutus præſumitur abſolutus ex cauſa quæ
apparet ex actis, & ſi apparet in actis: quod actor non proba
uit præſumitur abſolutus ex illa cauſa, & ſi apparet, quod
reus non poſſidebat prẹſumitur cauſa, vbi autem cauſa nõ
poteſt in actis deprehendi prẹſumitur abſolutus, quia actor
non probauit, niſi ſit abſolutus ab inſtantia iudicii, quia tũc
intelligitur abſolutus, vel quia non poſſidet, vel quia actor
inepte egit, & has concluſiones tene menti. Extra glo. D.
Abb. examinat aliqua dicta Innocen. qui poſuit ſuper rubri
ca infra de re iudi. & ipſa recitat Ioan. An. & But. in c. j. eo. ti.
& ponit Spe. in ti. de interro. actio. ver. verum. cum ſequenti-
bus. quę veniunt ad intellectum huius cap. & materię. Quę-
10 ro igitur ſi contingit † reum citatum ad iudicium cadere a
poſſeſſione rei ſuper qua agebatur, an ex eadem inſtantia
poſſit reus qui deſiit poſsidere condemnari, & ad quid, & In
nocen. & Doct. faciunt tres caſus. Primus eſt, quando reus
ante litem conte. cadit a poſſeſſione voluntarię cauſa mutã
di iudicii, & contra eũ habet locũ actio ex edicto. ff. de alie.
iu. mu. ca. facta. l. prima. & per totum. & dicit Bald. in rubri-
ca de re iudi. quod tria ſunt neceſſaria, ad hoc vt detur actio
ex illo edicto. Primo, quod dolo malo alienet. Secundo, ꝙ
cauſa mutãdi iudicii. Tertio, quod interſit aduerſarii, de quo
dic vt in c. ii. ſupra de alie. iudi. mutã. cauſa fac. vbi etiam per
glo. & Doc. idem ſi erat malę fidei poſſeſſor, & in mora reſti
tuendi, tenetur enim, etiam ſi res periret. ff. ſi cer. pet. l. quę te.
mihi. & l. periculum. & ff. de condi. fur. l. ſi pro fure. §. fi. & l. ſe.
& dicit Bald. in d. rubrica de re iudi. quod non ſufficit, ꝙ reus
ſe liti offerat, niſi etiam poſſeſſionem offerat, allegat l. quam
dicit ſingularem. ſ. l. ſi. ff. de condi. fur. idem ſi ſe liti obtulerit
cum non poſſideret. ff. de pe. hæredi. qui ſe obtulit. niſi etiam
actor ſciret ipſum non poſſidere, quia tunc a ſe ipſo decipi-
tur, & reus eſt abſoluendus. ff. de rei vendi. is qui ſe obtulit. &
duabus ll. ſequen. Secundus eſt, quando cecidit a poſſeſſio
ne poſt litis conte. & ſumus in caſu, quando agebatur actio-
ne perſonali, & hoc caſu etiam ſi ſine culpa ſua ceciderit a
poſſeſſione eſt procedendum contra reum etiam ex eadem
inſtantia, quia cum perſona, & non res obligata ſit non eſt
curandum, an cum culpa, vel ſine culpa interueniente poſ-
ſeſſione amiſerit. Tertius caſus eſt, quando reus conuenie
batur actione reali, & poſt lit. conteſta. deſiit poſſidere, & tũc
debet diſtingui an culpa ſua poſſeſſio. amittit, vel alias pro-
miſſionem ſeruare non poſſit, & tunc contra eum procede-
tur, & condemnabitur ad litis æſtimationem, vel ad intereſ-
ſe iuſtitia mediante, allegat l. de eo. §. ſi poſt iudicium. ff. ad ex
hiben. & ff. de euictio. l. ſi ſeruus. §. fina. in princi. & dicit Bal.
in prẹalleg. rubrica, quod iſta condemnatio fit officio iudi-
cis, allegat l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. & l. ſi fundus. §. in
vendicatione. ff. de pigno. aut deſiit poſſidere ſine culpa ſua,
& tunc reus eſt abſoluendus a cauſa principali, dicit tamen
Innocen. quod reus inuito actore, vel actor inuito reo † po-
11 teſt † petere, quod procedatur ad diffinitiuam ſententiam ꝓ
pter fructus, & expenſas ac intereſſe, & alia acceſſoria, & per
ſtipulationem de euictione ſi interceſſit. ff. de rei vendic. l. vti
que. & l. præcedenti. & ff. de euictioni. l. ſi ſeruus. & ff. iudica.
ſol. l. ſi ſeruus. & C. quomodo, & quando iudex. in authenti.
qui ſemel, & idem quo ad vltimum, ſcilicet quod reus, vel
actor poſſit petere, quod procedatur ad ſententiam diffiniti
uam propter ſtipulationem de euictione, tenet glo. in dicta
l. vtique. ff. de rei vendi. & no. bene verba Innocen. quia vult,
quod licet reus abſoluatur a reſtitutione poſſeſſionis nihilo
minus condemnatur ad fructus perceptos, & ad expenſas,
& ad omne intereſſe temporis prẹteriti, & ſic durat acceſſo-
12 rium † ſine principali, hoc probatur in dicta l. vtique. ff. de rei
vendi. vbi per glo. & Bart. & idem tenent Docto. in dicto ca
pi. primo. de re iudica. & ſequitur Bald. in rubrica illius titu-
li. ſed circa hoc quęrit dominus Abb. nunquid ſi ante litis
conteſtat. reus deſiit poſſidere ſine culpa poſſit actor petere
rem, & dicit, quod non, alias inepte peteret cum reus ſine
culpa deſiiſſet poſſidere, vt in dicta leg. vtique. & de hoc di-
xi ſuper prima parte gloſſ. ſecundę. vnde intellige prout ibi
dictum fuit. Sed quid ſi reus habet facultatem rei re-
ſtituendę, an poſſit conueniri rei vendicatione? vide
Bartol. in dicta leg. ſi minor. C. de iure fiſci. libro deci-
mo. qui dicit, quod non, niſi dolo deſiiſſet poſſidere,
& hoc quando agitur actione reali, ſed ſi agitur actio

ne

ne perſonali bene poteſt conueniri, quando habet facultatẽ
reſtituendi, de quo ibi per Bar. & vide Bal. in rubrica præall.
Dicit etiam D. Abb. quando ante li. conte. deſiit poſſidere, ꝙ
13 non poſſunt peti fructus† quando eſſent omnino acceſſorii
ad ipſam rem, & hoc voluerunt glo. & Bar. in d. l. vtique. facit
l. iiii. C. depoſiti. ſecus dicit D. Abb. quando non eſſent omni
no acceſſorii, ſed poſſunt peti principaliter ſicut ipſa res, vt
puta, quia percepiſti fructus ex re mea, iuxta no. per Bar. in l.
ex diuerſo. ff. de rei vendi. & per Innocen. in c. ii. de libel. obl.
& in c. tanta. de exceſ. prel. nam tunc re perempta ſecundum
D. Abb. poterunt peti etiam ſi ſit perempta ante litis conteſ.
ex quo poſſunt peti iure actionis, & remittit ad no. in iurib.
præal. Tu vide glo. & Bar. in l. non ſolum. ff. de rei vendi. & in
l. iii. §. ſi rem. ff. de lega. iii. quæ dicunt, quod quando expenſę
debentur iure actionis poſſunt peti poſt ſententiam, & per
14 hoc dicit Bart. quod ſi ſtatutum dicit, †vt victus victori con
demnetur in expenſis, quod ſi omiſſa fuit condemnatio ex
penſarum tempore ſententiæ poterunt expenſæ peti condi-
ctione ex ſtatuto, & idem erit dicendum eadem ratione in
petitione fructuum, cum ergo ex quo competit actio poſ-
ſint peti principaliter etiam ſublata actione ſuper re princi-
pali, eadem ratione re perempta debet poſſe petere fructus,
& expēſas, ex quo poteſt petere iure actionis, quod tene mē
15 ti. Nunquid autem nomine fructuum † veniant actiones
queſitę occaſione rei peremptæ, vt actio legis Aquilię, inter
dictum vnde vi, & actio furti, & conſimiles? Innocen. dicit,
quod ſic, & ſic reus ſuccumbens tenetur cedere actori tales
actiones, & hoc ſequuntur Docto. & etiam Bal. in pręal. ru-
16 brica. Sed quæro iuxta prædicta qualiter †iudex debet ſe ha
bere in ſententia ferenda ſi reus reperitur non poſſidere? &
in hoc dic, quod aut conſtat reum non poſſidere antequam
actor fundet intentionem ſuam, & tunc reus debet abſolui,
nec in aliquo pronunciatur ꝓ actore, & de hoc dicit D. Ab.
eſſe caſum in c. examinata. de iud. quod intelligit procedere,
niſi actor, vel reus inſtaret, vt procedatur ad ſententiam diſ-
finitiuam ꝓpter fructus, & alia acceſſoria, prout ſupra dixi.
Aut iam conſtitit de iure actoris, & tunc iudex debet pronū-
ciare etiam pro actore. ſ. pronunciando eum dominum, ex
quo probauit dominium, & de hoc eſt caſus ſecundum vnū
intellectum in l. ſi a te. §. primo. ff. de excep. rei iudic. & intan
tum valebit illa pronunciatio, & quod ſi poſtea reus reperi-
retur poſſidere illam rem mandabitur executioni ſententia
contra eum abſque alio iudicio nouiter incohando, & idē
no. Bar. in l. is qui ſe obtulit. ff. de peti. hęre. & hoc dictum ſe-
quuntur Bu. & D. Abb. qui tamen remittunt ad c. examina-
ta. de iudi. dicit etiam Innoc. & Docto. in d. c. j. de re iudi. ꝙ ſi
17 ſententia eſt ferenda pro eo iudex ſic ſententiabit, † abſolui
mus reum ab impetitione actoris, & condemnamus actorē
ei ad expenſas. & per hanc ſententiam actor habet regreſsū
de euictione contra eum qui ſibi vendidit rem in qua ſuc-
cubuit, ſi ſine ſua culpa cecidit a poſſeſſione, allegat ff. de eui
ctio. l. quidam ex parte dimidia. & l. euicta re. & l. ſi rem quā.
§. j. ſi vero ſententia eſt ferenda pro actore, vt quia probauit
dominium illius rei ſic pronunciabit iudex. Quia inuenim⁹
quod reus eſt in cauſa condēnationis ſi poſſideret, ideo con
demnamus eum ad fructus, & expenſas, ſed quia non poſſi-
det, nec culpa ſua deſiit poſſidere abſoluimus eum quantū
18 ad rem petitam. Dicit tamen, quod iudex† prius quam reus
abſoluatur debet facere, quod præſtet cautionem actori de
reſtituenda ſibi re ſi ad eum peruenerit. ff. de rei vē. l. ſi vero.
& ff. de eui. l. ſi ſeruus. ad fi. & ff. de ædi. edi. & l. redhibere. §. fi.
& dicit, quod per hanc ſententiam licet ſit reus abſolutus,
quia non poſſidebat habet tamen regreſſum ad euictionem
contra venditorem, vt infra de emp. & vendi. c. fi. ſed contra
hoc facit, quia emptor non habet actionem de euictione cō
tra venditorem, niſi euincatur poſſeſſorio, vt in l. habere li-
cere. ff. de euict. ſed Bal. in pręal. rubrica. tenet, quod illud pro
cedit, vbi poteſt fieri executio cōtra condemnatum, ſed hic
non pōt fieri, quia non poſſidet, & ex hoc ſequitur mirabile
ſecundum Bal. vbi ſupra, quod ſententia abſolutoria intelli
gitur condemnatoria reſpectu tertii contra quem datur re-
greſſus. Refert tamen Inno. alios dicere, quod iudex ſenten-
tiabit ſuper re petita non quod dicat ſimpliciter condemna
mus reum ad reſtitutionem rei, ſed addet, quando eam ha-
buerit, vel pronunciabit rem petitam eſſe actoris. l. ſi ſeruus.
ff. iudi. ſol. Sed primum dictum magis placet Inn. & cum eo
tranſit Spe. in d. §. ii. ver. qualiter. de interroga. ac. & ita etiam
tranſit Ioan. An. But. in d. c. j. de re iudi. D. vero Abb. dicit, ꝙ
ſatis poteſt teneri illud quod ſupra dixit ſ. an conſtet reū nō
poſſidere antequam fundet intentionem ſuam, & tunc reus
debet abſolui non facta aliqua pronunciatione pro actore,
aut conſtat reum non poſſidere poſtquam actor probauit
dominium, & tunc iudex debet pronunciare actorem eſſe
dominum, & abſoluere reum, quia non poſſidet, ſed tu dic,
quod etiā practica Inn. eſt bona, & ſic iudex poteſt ſeruare
quam practicam vult dummodo etiam ferat ſententiam ſu
per fructibus, & expenſis, & ſuper intereſſe ſi ſunt petitæ. Et
credo vlterius, quod Inno. bene probet opi. illorum, qui di-
cunt, quo iudex debet pronūciare rem petitam eſſe actoris,
& reum condemnare ad reſtitutionem rei, quando eam ha
buerit, ex quo enim non poſſidet tempore ſententię, nec do
lo deſiit poſſidere debet abſolui, qa nō l. poſſidet, vt in l. ſin.
autem. §. j. ff. de rei vend. & hic in glo. j. vnde dic, quod iudex
vel debet ſeruare practicā Inno. & pronunciare actorem eſ
ſe dominum, & reum abſoluere, quia non poſſidet, & eum
condemnare ad fructus, & expēſas, & ad intereſſe ſi ſunt pe-
19 tita, & per hoc dicas, quod aut ſententia eſt ferenda† pro reo
vt quia actor non probauit rem eſſe ſuam, & tunc iudex de
bet reum abſoluere ab impetitione actoris, & condmnare
ei actorem ad expēſas, & per hanc ſententiam poterit actor
agere de euictione contra eum qui vendidit ſibi rē in qua
ſuccubit ſi ſine culpa ſua a poſſeſſione cecidit, aut ſententia
eſt ferenda pro actore qui probauit rem petitam eſſe ſuam,
& tunc poteſt ſic pronunciare, pronunciamus rem petitam
eſſe actoris, ſed quia reus non poſſidet eum abſoluimus, ſed
quantum ad fructus, & expenſas eum condemnamus. vel ſer
uare praticam Innocen. dicendo inuenimus, quod re⁹ eſt in
cauſa condemnationis ſi poſſideret, ideo condemnamus eū
ad fructus, & expēſas, ſed quia nec dolo, nec culpa deſiit poſ
ſidere ipſum abſoluimus quantum ad rem petitam, ſed in
hoc caſu ſi poſſeſſio perueniret ad reum non poſſet ſenten
tia contra eum mitti executioni, quia iudex non pronuncia
uit rem eſſe actoris, & per hoc dicit Inno. priusquam abſol-
uatur iudex debet facere ipſum pręſtare cautionem actori
de re ſibi reſtituenda ſi ad eum peruenerit. Sed tenendo pri-
mam practicam nō eſt neceſſarium, quod præſtetur cautio,
quia ſententia mittetur excutioni contra eum abſq; aliquo
iudicio, ſeu nouo proceſſu, ex quo iudex pronunciauit acto
rem eſſe dominum, vt dicit Bar. in d. l. ſi a te. & ſupra dixi, &
dicit Innocen. quod per hanc ſententiam, licet reus ſit abſo-
lutus, quia non poſſidebat habet regreſſum de euictione cō
tra venditorem. Dicit etiā Inn. quod ſi eſt ſpes, quod reus ci-
to recuperet poſſeſſionem rei iudex debet abſoluere reum
tantum a termino aſſignato, & ſi poſtea reus rem recupera-
uerit, iudex procedit in cauſa cœpta mediante iuſtitia poteſt
etiam iudex abſoluere reum ab inſtantia iudicii, & ſi poſtea
reus rem recuperauerit poterit ſuper ea re de nouo conue-
niri, & ſic hoc caſu incipietur nouum iudicium, & allegat
Inno. iſtud ca. Dicit etiam Inn. quod hoc caſu non tenebitur
reus præſtare cautionem de re reſtituenda, quia illa cautio ꝑ
ſtatur ſolum, quando reus abſoluitur ab impetitione acto-
ris, & hęc ſequitur D. Ab. hic, & Doct. in c. j. de re iudi. & Bal.
in rubrica illius tituli, & hoc notabis. Butri. autem hic exa-
2 minat, †an obſtet exceptio rei iudicatę, quando variatur fi-
nis agendi, vel ſi aliquid eſt deductum in iudicio per viam
excipiendi ante illud, idem poſſit deduci per viam agendi, &
multum ſe in hoc extendit, ſed de hoc articulo vide Barto.
in l. prima. C. de ordin. cogni. & in l. qui Romæ. §. duo fratres.
ff. de verborum obligationib. & in l. penultima. ff. de his quę
ſunt ſui, vel alien. iuris. & in l. prætor. §. ſi mihi plures ff. vi bo
norum rapto. vbi tractat an probationes factę, quando agi-
tur ciuiliter de crimine faciant fidem, quando de eodem cri
mine agitur criminaliter, vel e contrario, & ſimiliter de ſen
12 tentia, an† ſententia lata in ciuili obſtet in criminali, vel ecō
uerſo, vide etiam Innocen. in capitulo ſecundo. in fine. & in
capitulo fina. in fine. de ordin. cogni. & vide quę dixi in capi
tulo cauſam quę. & in capitulo veniēs. ij. ſupra de teſtib. in
quibus dixi, an probationes faciant fidem variato fine agen
22 di, nam illud quod dicitur de proba. †ēt habet locum in ſen
tentia quia vbi ſententia præiudicat etiam probationes præ
iudicant, & vbi ſententia non pręiudicat, nec probationes
pręiudicant, de hoc tu habes tex. no. in capitu. inter dilectos.
§. porro ſi legitimum. ſupra de fide inſtrumentorum. & ibi
hoc notant Doctor. & idem dicit Barto. in l. ſæpe. in fine. ff.
de re iudi. Et ex his quæ dixi in dicto capitulo cauſam quæ.
& in dicto capitulo veniens. poſſunt decidi illa quæ dicit Bu
tri. de quo etiam per Docto. in dicto capitulo ij. de ordin. co
gni. & hæc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſcriptum impetratum ab excommunicato, abſque mentione excom-
munications facta valet.*
2 *Excommunicatus poteſt appellare a grauamine.*
3 *Excommunicatus in quibus cauſis poteſt eſſe in iudicio in his quoq; age-
re poteſt.*

4 *Excommunicatus non repellitur conſtituere procuratorem.*
5 *Conceſſo vno, omnia intelliguntur conceſſa ſine quibus illud commode expediri non poteſt.*
6 *Procurator generalis poteſt impetrare literas in cauſis ſine alio ſpeciali mandato.*
7 *Appellans ſi fateatur ſe legatum, non debet admitti ad litigandum de iniuſtitia, niſi prius petat abſolutionem.*
8 *Decretatis iſta an poſſit dici ſuperflua.*
9 *Appellans excommunicatus pro illa cauſa pro qua eſt in iudicio, an ſub hoc c. comprehendatur.*
10 *Exceptio excommunicationis, & ſimonia nunquid obſtet petenti executionem.*
11 *Actio quæ oritur ex ſententia durat per xxx. annos.*
12 *Excommunicatio impedit præſcriptionem ſi fuerit negligens in petendo abſolutionem.*
13 *Sententia lata pro excommunicato, an durante excommunicatione ſit executioni mandanda.*

## CAP. XIIII.

1 VEnerabilem. Valet†reſcriptum impetratum ab excommuni
cato facta mentione de excommunicatione ſu
per proſecutione ipſius excommunicationis. h.
dicit. In prima ponit dictum. In ſecũda ſubiungit cauſam ip-
ſius. Secunda ibi, quia nihil. In tex. ibi, de quibus ibi mentio
non habetur, dic, ꝙ hoc faciebat dubium, vt dicit Ioan. An.
Not. primo, quod excommunicatus poteſt appellare etiã
2 a†grauamine, ſeu ab interlocutoria, & ſic nedum a ſentẽtia
diffinitiua, ſed etiam ante ſententiam, concor. c. dilectæ. & c.
ſignificauerunt. ſupra eod. Secundo no. quod in omnibus
cauſis in quibus excommunicatus poteſt eſſe in iudicio in
3 omnibus illis poteſt impetrare, & ſic habilis † ad agendum,
& ad proſequendum cenſetur habilis ad impetrandum. Ex
quo infertur, quod ille qui eſt habilis ad finem cenſetur ha-
bilis ad omnia ordinata in finem. Tertio not. inquantum
iſte tex. dicit, quod excommunicatus poteſt impetrare, & ꝓ-
ſequi appellationem, argumentum, quod excommunicatus
4 nõ compellitur†conſtituere procuratorem, facit ad no. in c.
5 intelleximus. de iudi. Vltimo no. quod vno conceſſo†intelli
guntur omnia conceſſa ſine quibus illud commode expedi-
ri non poteſt, concor. c. preterea. & c. prudentiam. §. ſexta. de
offi. dele. & l. ii. ff. de iuriſ. om. iudi. & l. ad rem mobilem. & l.
ad legatum. ff. de procura. & ex hoc D. Abb. dicit, quod pro-
6 curator†generalis poteſt ſine alio ſpeciali mandato impe-
trare literas in cauſis in quibus poteſt agere ex ſuo generali
mandato, de quo ſe remittit ad ca. nonnulli. §. j. de reſcriptis.
Opp. contra tex. in eo, quod dicit excommunicatum poſ-
ſe appellare, & appellationem proſequi, videtur enim, quod
non debet admitti, niſi prius petat abſolutionem, vt in c. per
tuas. de ſentẽ. excommu. ſoluit D. Abb. & dicit, quod contra
rium procedit, quando appellatur a ſententia excommuni
7 cationis tanquam ab iniuſta, nam cum appellans † fatẽtur
ſe ligatum non debet admitti ad litigandum de iniuſta, niſi
prius petat abſolutionem cum in omnem euentum ſit ob-
tinenda abſolutio, vt in c. cum contingat. de officio dele. dif
ferendo abſolutionem, vr̃ contemnere excommunicatio-
nem, vt in d. c. per tuas. hic vero loquitur quando appellatur
ab alio grauamine, & ĩ appellatione nihil dicit de excõmu
nicatione ad finem ipſum repellendi, & quod non debet ad
mitti cum ipſe ſe defendat. Secũdo opponitur, quod hęc
8 decreta. ſit†ſuperflua, quia idem dicitur in multis capitulis,
Abb. & Ioan. And. ſoluunt, quod non eſt ſuperflua, quia de-
cretales de hac materia loquentes, loquuntur in diuerſis ca-
ſibus, decretalis enim cum inter, loquitur de excommunica
to qui agit, & defendit nomine ſuo tantum, & de iure ſuę
perſonę. c. dilecti. loquitur de excommunicato defendente
eccleſiam. c. dilectę. loquitur de excommunicato lite pendẽ
te, & poſt appellationem. Qui agit vel defendit nomine ſuo
tantum, & de iure ſuę perſonę. c. dilecti. loquitur de excõmu
nicato defendente eccleſiam. c. dilectę. loquitur de excõmu-
nicato lite pendente, & poſt appellationem. cap. ſignificaue
runt, loquitur in actore excommunicato qui appellauit a
ſententia contra ſe lata. Iſta vero decreta. loquitur in ex-
communicato pro alia cauſa, & ab aliis iudicibus. Sed
9 quero, nunquid iſte tex. habeat locum, ſi† appellans fuit ex-
communicatus pro illa cauſa pro qua eſt in iudicio? Hoſti.
& Ioan. And. hic in prin. in verbo cauſis dicunt, quod ſic al-
legant. capitulo dilectę. & capitu. ſignificauerunt. ſupra eo-
dem. ſed dominus Abb. allegat capitu. primũ. de reſcriptis. in
vi. vbi indiſtincte permittitur excommunicato impetrare
reſcriptum in articulo appellationis. Vltimo quero nun-
10 quid petenti†executionem ſententię obſtet exceptio excom
municationis? & Innocen. dicit quod ſic, dicit tamen, quod
quandocunque fuerit abſolutus infra triginta annos man-
dabitur ſententia executioni quaſi velit dicere, quod ſi non
faciat ſe abſolui infra triginta annos non poteſt petere exe-
cutionem ſententię, & hoc Bald. dicit eſſe no. dignum, & ra-
11 tio eſt, quia actio†quę oritur ex ſententia non durat, niſi tri-
ginta annis, ſicut quælibet actio perſonalis, vt in l. ſicut. C.
12 de pręſcrip. triginta annorum. nec excommunicatio† impe
dit pręſcriptionem ex quo fuit negligens in petendo abſolu
tionem ab excommunicatione, vt in c. fina. ſupra de electio
nibus. & in capitu. quia diuerſitatem. de conceſſio. prębend.
cum ibi no. Item dicit, quod excommunicatus qui perma-
net in excommunicatione per annum eſt ſuſpectus de hęre
ſi, vt notant Docto. in capitu. fina. de pœ. & in capitu. excom
municamus. de hæreti. refert tamen Inno. alios dicere ſenten
13 tiam † latam pro excommunicato durante excommmuni-
catione eſſe executioni mandandam, ſed Hoſtien. dicit, ꝙ
hoc eſt expeditum in capitu. pia. de exceptionib. in ſexta. vbi
patet, quod excommunicatio impedit executionem ſen-
tentiæ, & vt ibi dicitur dupliciter poteſt contingere, vel quia
fuit excommunicatus poſt ſententiam pro eo latam ante
quam eſſet executioni mandata, vel quia dato, quod eſſet
ante excommunicatus non fuit repulſus per exceptionem
excommunicationis, ſed nunc excipitur tempore excom-
municationis quod poteſt ferri, vt in d. c. pia. & hæc ſufficiãt
quia cætera ſunt clara.

## *De præſcriptionibus.* *Rubrica.*

### SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio eſt exceptio ex tempore ſubſtantiam capiens.*
2 *Præſcriptio, an ſit contra ius naturale.*
3 *Arbitrator qui debet iudicare de iure, & de facto debet admittere exceptionem præſcriptionis*
4 *Vſucapio quid ſit.*
5 *Vſucapio eſt in rebus mobilibus stricte loquendo.*
*Præſcriptio vero in rebus immobilibus.*
6 *Pręſcriptio quantum tempus requirat, & an vſucapio habeat locum cõtra eccleſiam.*
7 *Dominii appellatione venit directum.*
8 *Dominium directum præſcribitur ſpacio decem vel viginti annorum.*
9 *Præſcriptio contra eccleſiam requirit bonam fidem, & ſpacium xl. annorum.*
10 *Pręſcriptio xxx. vel xl. annorum eſt inducta in odium negligentis principaliter, nec requirit bonam fidem.*
11 *Statutum quod ſi creditor infra certum tempus debitorem non conuenit, non poſſit vlterius debitum petere an valeat.*
12 *Præſcriptioni, nunquid per pactum renuncari poſſit.*

VIſum eſt. Supra de exceptionibus in genere, ſed quia frequenter obiicitur exceptio pręſcriptionis, & plerunque dubitatur, an & quando competat, merito poſt pręcedentem rubricam ſequitur iſta. Ita continuant Goffre. & Hoſti. D. autem Abb. pro declaratione huius tituli for. aliquas quęſtiones. Primo quęrit, quid ſit præſcriptio, & quid vſucapio. Quo ad primam. ſ. quo ad præſcriptionem, glo. xvii. qõ. iii. in
ſum. dicit, quod†præſcriptio eſt exceptio ex tp̃e ſubſtantiam
capiens quæ actione perſonali in rem opponitur. ſed domi
nus Abb. hanc diffinitionem impugnat, quia præſcriptio nõ
capit ſubſtantiam ex ſolo tempore, alias penderet a natura
cum tempus ſit quid naturale. Item quia non explicat cau-
ſam finalem, & omnes partes ſubſtantiales præſcriptionib.
ſicut debet facere diffinitio bona, vt no. in l. prima. ff. de do
lo. & in regula poſſeſſor. in Mercuriali. ideo dominus Abb.
ſic diffinit præſcriptio eſt quoddam ius ex tempore cõgruẽs
auctoritate legum vim capiens, pœnam negligentibus infe-
2 rens, & finem litibus imponens. Secundo quæro, an†præ
ſcriptio ſit contra ius naturale, & videtur, quod ſic, quia eſt
contra illam regulam generalem, quæ dicit neminem
cum aliena iactura locupletari debere. l. nam natura. ff. de
conditione indebi. & in regula locupletari. libro ſexto. ſed
Ioan. And. concludit contrarium in regula poſſeſſor. pręall.
quia inferre pœnam negligentibus, & finem litibus impo-
nere congruit rationi naturali, vnde præſcriptio non recedit
ab illa regula ſimpliciter, quia pręſcribens non locupleta
tur cum aliena iactura ſine cauſa, quia iuſta locupletatio
fit, vt ſeruantur regulæ prædictæ, & ſic nec in totum rece-
dit a iure naturali, nec in totum ei deſeruit, de quo vide
Ioan. Andr. in dicta regula poſſeſſor. Ex quo infertur, ꝙ
3 †arbitrator, qui habet iudicare de iure, & de facto debet ad

mittere

mittere exceptionem præſcriptionis,de quo dixi in c. Quin-
tauallis. s̃. de iureiuran.circa illum articulum,an arbitrator
debeat ſequi æquitatem naturalem. Tertio quero quid eſt
4 †vſucapio,& circa hoc D.Abb.præmittit,quod vſucapio eſt
nomen generale,quod poteſt comprehendere vſucapionē,
& præſcriptionem, & e contrario præſcriptio largo modo
comprehēdit vſucapionem,& preſcriptionem, vt probatur
ff.de vſucap.iuncto rubro,& nigro.ff.de diuerſis & tempora
preſcri.per totum. Sed proprie, & ſtricte loquendo vſuca-
5 eſt†in rebus mobilibus,ſeu ſe mouentibus.Præſcriptio vero
in rebus immobilibus,& in iuribus incorporalibus, vt inſti.
de vſucap.in prin.& vide ibi gl.in verbo,vſucapiantur. & de
hoc vide glo.& Bar.in l.ii.ff.de vſucap.qui dicunt,quod vſu-
capio largo modo comprehendit præſcriptionem,licet ſtri
cte, & proprie loquendo ſit differentia inter vſucapionem,
& præſcriptionem,ſed D.Ab.hic allegat Bal. in l.ſeruitutes.
la ii.ff.de ſerui. vbi dicitur, quod verbum vſucapio compre-
hendit vſucapionem, & præſcriptionem , allegat l eum qui
ædes.ff.de vſucap.ſed poſtea Iuſtinianus vſucapionem attri-
buit rebus mobilibus preſcriptionem vero rebus immobili
bus,vt in l.vnica.C.de vſucapione transformanda.& dicit D.
Abb.quod quælibet ſolutio eſt bona, & in vſucapione ſuffi-
cit triennium,vt inſti.de vſuca.in princ. dic latius vt per glo.
6 xvi.queſt. iii. in ſumma. De tempore † autem requiſito ad
præſcribendum,vide bo.tex.xvii.qō. iii.§.poteſt.Item vtrum
vſucapio habeat locum contra eccleſiam,vide Io.An.in re-
gula poſſeſſor.in vi. ſed plene vide quæ dicuntur in c.j.de re-
ſti.in integ.vbi tractant,his præmiſſis, quid ſit vſucapio pro-
ut in ſpecies diſtincta a præſcriptione,& gl.præal.dicit,quod
vſucapio eſt acquiſitio dominii per continuationem poſſeſ
ſionis tempore legis diffinita,& illa glo.allegat glo. iii.ff. de
vſucap. vbi iuris conſultus ita diffinit, & pondera inquantū
dicit,quod eſt acquiſitio dominii,ex quo infertur, quod per
vſucapionem acquiritur dominium,& idem dicit tex. in d.l.
traditionibus.C.de pact.& hoc intelligit Dy.in regula poſſeſ
7 ſor deducto.quia appellatione† dominii intelligitur de dire
cto,vt in l.ii.C.ſi ager vect.vel emphi. pe.quod dicit D. Abb.
eſſe no.in preſcriptione vero x.vel xx.an. quæ procedit de re
bus priuatorum cum titu.& bona fide non acquiritur domi
nium directum, quia illud remanet penes dominium eius
res eſt præſcripta,ſed acquiritur vtile,vnde di. j.vbi ſupra.di-
cit,quod poſſet agere rei vendicatione ratione directi cōtra
tertium poſſidentem,licet non cōtra illū q p̄ſcripſit, & hoc
ſequitur D.Abb.& idem dicit in hoc Bal.in rubrica de re iu
di.in vlti.columna.ver.ſcias.quod omne dominium, vbi di-
cit,quod quando eccleſię,vel alteri acquiritur dominium de
iure ſpeciali,vt in re empta de pecunia eccleſiæ, vel pupilli,
quo caſu de iure ſpeciali ſecundum eum acquiritur domi-
nium vtile,de quo tamen dicendum eſt,vt no.in c.inquiren
dum.de pecu.cle.& in l.ſi vt proponis.C.de rei vendic. & per
hoc dicit, quod emptor cui eſt acquiſitum directum domi-
nium habet rei vendicationem contra quamcunque perſo-
nam preterquam contra eccleſiam pupillum, vel militem,
vt in l.ſi quis emptionis.C.de preſcrip.xxx.ann.quia actio vti
lis non prefertur directe,niſi inter habentem directam actio
nem,& habentem vtilem, vel inter habentem dominium
directum,& habētem dominium vtile, vt in l.indebiti.§.ſed
ſi nummi.ff.de condi.indebi.de quo dic,vt latius ibi per Bal.
8 & hoc no.† Quidam tamen dicunt,quod per preſcriptionē
x.vel.xx.annorum preſcribitur dominium directum,de quo
per Ioan.And.in regula poſſeſſor.& per Cyn. & alios Doct.
in auth.niſi tricennale.C.de bon.ma. In preſcriptione vero
xxx. vel xl. annorum aut preſcribens fuit in bona fide toto
tempore preſcriptionis,& tunc acquiritur eodem modo do
minium vtile hoc videtur velle tex.xvi.q.3.§.poteſt.& tenet
Bar.in l.ſi quis emptionis.C.de preſcrip.xxx.annō.& ibi etiā
eſt op.tex.quia dicit,quod datur vēdicatio ſi fuit bone fidei,
& ſequitur etiam hic dominus Abb.& per hoc dicit, quod
9 †preſcribens bona fide contra eccleſiam in qua preſcriptio-
ne requiritur ſpacium xl.ann.vt infra eodem. de quarta. ac-
quirit vtile dominium, aut preſcribens male fidei acquirit
ſolam exceptionem contra dominum,vt d.§.poteſt.& in d.
l.ſi quis emptionis.Ratio diuerſitatis eſt ſecundum Dynum.
quia vſucapio eſt inducta in merum fauorem preſcribentis.
ideo directum dominium.Preſcriptio vero decem,vel vigin
ti anno. partim eſt inducta in fauore preſcribentis propter
bonam fidem quam habet, partim vero odio negligentis,
vnde fauor operatur,vt tranſeat dominiū vtile, hodie vero
ex parte domini inducit, vt apud eum remaneat directum
10 dominium.† Preſcriptio vero triginta,vel quatuorginta an-
norum principaliter eſt inducta in odium negligentis, nec
ad ſubſtantiam iſtius preſcriptionis de iure ciuili requiritur
bona fides, & ideo iura nolunt tunc prouidere poſſeſſorib.
quando ſunt male fidei,ſed ſolum punire negligentes, & p-
pter iſtam rationem ſolum datur exceptio contra dominū,
ſed quando eſt bone fidei, quia tunc non ſolum adeſt odiū
negligentis,ſed etiam adeſt bona fides præſcribentis,preſcri-
bit vtile etiam ille qui preſcribit ſine titulo, vel contra eccle
ſiam,vel contra alium.Dominus autem Abb.tractat an per
preſcriptionem debiti tolitur obligatio naturalis, & an ipſa
actio non iure tollatur,de quo per Barto. in l.fina.ff.rem ra-
11 tam haberi. Tractat etiam dominus Abb.† an valeant ſta
tuta, quod ſi creditor infra certum tempus debitorem non
conuenerit non poſſit vlterius debitum petere,verbi gratia,
dicit ſtatutū, quod ſi creditor infra quinquennium debito-
rem non conuenerit in iudicio,quod cadat a debito, vel q
amplius non poſſit debitum petere, de quo dicam in c.fina.
12 infra eodem. Querit etiam dominus Abba.nunquid †per
pactum poſſit quis renunciare preſcriptioni,de quo per Bar.
in l.nemo poteſt.ff.de lega.primo. & in l.prima.ff.de vſur.&
per Ioan.And.in rubrica de preſcriptio.in addi.Specu.& per
Butri.in capitulo cum non liceat. infra eodem. vbi dicam,li
cet dominus Abb.hic examinet, ſed meliuus cadit in dicto
capitu.cum non liceat.vbi ponuntur caſus in quibus preſcri
ptio impeditur,ſeu in quibus non currit preſcriptio. Ioann.
And.autem hic tractat de diuerſis temporibus preſcriptio-
num, nam aliquæ durant ſolū p annū,vt patet in capitul. ſi
nautem. & in capitu.plerunque. de reſcriptis. alique per de
cem dies, vt tempus quod datur ad appellationem in-
terponendam, de quo in authen. hodie.de appellationibus.
& ſecunda q.vi.ca.Anteriorum. alique viginti dierum ſunt,
vt patet in c.fi.de conſue.in vi.& de aliis temporibus preſcri-
ptionum,de quo vide hic per eum.

## SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus præſcribit contra epiſcopum, locum per ſe ad fidem conuerſum.*
2 *Præſcriptio trium annorum currit in rebus mobilibus, & rebus incorporalibus.*
3 *Poſſeſſor male fidei is dicitur qui ſcientiam habet rem eſſe alienam.*
4 *Preſcriptio in quibus caſibus etiam cum mala fide procedat.*
5 *Lex canonica non poteſt dare auctoritatem peccandi.*
6 *Mala fides non poteſt eſſe ſine peccato.*
7 *Eccleſia cathedralis aliquando appellatur matrix.*
8 *Res eccleſiæ tempore hæreſis non poſſunt præſcribi.*
9 *Præſcriptio currit contra res excommunicati ſi eſt in mora petendi abſolutionem.*
10 *Conditio boni,ſeu catholici aliquando eſt deterior quam mali atque hæretici.*
11 *Præſcriptio an currat cōtra bona eccleſiæ ſi ea exiſtat hæretica, vel ſchiſmatica.*
12 *Imperator ſolus poteſt condemnare ciuitatem ad aratrum, & regias ſupprimere dignitates.*
13 *Hæreticus,vel ſchiſmaticus,an poſſit ſtatim cum reuerſus fuerit ad ſuam catholicam dignitatem, agere pro eccleſia ſua.*
14 *Statutum vnum dicit,quod teſtamentum non inſinuatum non valeat,alterum ſtatutum Inquit quod ſi teſtamentum non fuerit petitum caſſari,quandocunque inſinuari poſſit, quo pacto ſint interpretanda talia ſtatuta.*
15 *Præſcriptio quando eccleſiæ non currat.*
16 *Pupillus conueniri poteſt auctore tutore,ſi eſt maior infante.*
17 *Epiſcopus poteſt agere pro eccleſia inferiori vacante.*
18 *Imperio vacante non currit preſcriptio contra iuſiura.*
19 *Preſcriptio vtrum currit vacante eccleſia.*
20 *Reſtitutio in integrum an detur contra præſcriptionem eccleſiaſticam.*
21 *Preſcriptio ſicut non currit contra adoleſcentem, ſiue minorem 25.annis,ita non currit contra eccleſiam.*
22 *Eccleſia an reſtituatur contra præſcriptionem xl.annorum.*
23 *Quadriennium quod datur propter reſtitutionem in integrum non currit ignoranti.*
24 *Eccleſia petens reſtitutionem vltra quadriennium non audietur,niſi ſubſit cauſa rationabilis.*

## CAP. PRIMVM.

1 PLacuit. Ep̄s† cōtra epiſcopū locū per ſe conuerſum ad fidem preſcribit triennio,ſi tn̄ vacat eccleſia,vel eſt in ſchiſmate non preſcribit contra ipſam.h.d. In prima ponitur factum. In ſecunda illud determinat.In tertia determinatum exponens alium caſum addit.ſecūda ibi,ſi tamen.tertia ibi,item ſi lapſum.Ioan. An. Item ibi, ad vnitatem catholicam cōuerterit, ſ. ad fidem ab hereſi in qua lapſus erat.Itē ibi,vlterius ab eo non repetat̄:ab eo ſ.qui

conuerterit,& poſſederit triennio. Nota iſtum textum,ex
quo duo ſingularia colliguntur. Primum eſt,quod in re im-
2 mobili,& in iuribus incorporalibus †currit præſcriptio triũ
annorum,cõtra c.de quarta.ĩ.& ꝯ auth.quas actiones. C.de
ſacroſan.ecc.in quibus patet,ꝙ non currit contra eccleſiam
niſi præſcriptio xl.an.Secundum ſimile eſt, quia currit præ-
ſcriptio etiam cõtra eccleſiam cum malę fidei poſſeſſor nul
lo tempore prędſcribit,vt in regula poſſeſſor malæ fidei.& in
3 c.vigilanti.& in c.fi.ĩ.e.Dr̃ autem malę fidei†poſſeſſor ille q.
habet ſcientiam,ꝙ res ſit aliena,vt ĩ.e,ca.fi.Sed dic,ꝙ iſta eſt
præſcriptio cum mala fide, quia præſcribit auctoritate iuris
canonici, licet ſciat rem eſſe alterius,& hoc inductum eſt in
fauorem fidei, vt prælati eſſent promptiores ad reducenda
loca collapſa,& in hæreſim ad fidem catholicam, multa.n.
in fidei fauorẽ ſpecialia ſunt inducta,vt in ca.fidei fauorem.
de hęre.in vi.& ii.q.vii.ſi hęreticus.cum ſimilibus.Pręterea p
monitionem quę dẽt pręcedere acquiſitionẽ,vt no. hic glo.
euitatur mala fides.Et ex hoc dicit D.Ab.ꝙ ex cauſa vrgẽte
4 †& rationabili poteſt induci pręſcriptio in certis caſib. cum
mala fide.dicit tamen, ꝙ cum agitur de excluſione peccati
neceſſaria eſt auctoritas canonis, nec lex ciuilis, ſecundum
eum hoc poſſet inducere,allegat tex.cum gl.24.q.ii.inter hę.
quæ dicit, ꝙ in criminalibus neceſſaria eſt auctoritas cano-
nis,adhoc vt detur immunitas a culpa, & ꝙ auctoritas legũ
nõ poteſt aliquem reddere immunem a culpa,licet poſſit p̃-
ſtare immunitatem a poſſeſſione.Sed tu aduerte,quia & gl.
illa,& D.Abb.nimium large locuti ſunt,nam neq; lex cano
5 nica†poteſt dare auctoritatem peccandi, alias non eſſet lex
cum eſſet iniuſta,iuxta no.in c.j.de conſti.& per Bar.in l.fin.
C.ſi contra ius,vel vti. pub.vbi dicit, ꝙ non valeret conſtitu
tio Imperatoris iniuſta,hinc dicit tex.xl.diſt. c.j. ꝙ Deus non
conceſſit,nec Petro, nec eius ſucceſſorib.licentiam peccãdi.
& alibi dicit tex,ꝙ Deus nunquam conceſſit,nec concedere
poteſt licentiam peccandi.24.q.ii.legatur. & ꝙ dixi ſupra de
iureiu.& ſi Chriſtus.§.quædam.& Inn.in c.fi.ſ.de tranſa.dicit,
ꝙ Papa non poteſt diſpẽſare ſuper aliquo prohibito per ve
tus, vel nouum teſtamentum, vnde tanto minus poteſt fa-
cere conſtitutionem xxv.q.j.ſunt quidam.& c.quę ad perpe-
tuam.& c.contra ſtatuta.vnde malę dixit D.Ab.dum dixit,ꝙ
ius canonicum poſſit permittere præſcriptionem cum mala
6 fide,quia mala fides†non poteſt eſſe ſine peccato, vt c.fi.ĩ.e.
nec tex.iſte dicit,ꝙ epiſcopus præſcribens ſit malę fidei,neq;
enim eſt malę fidei,licet ſciat rem alienam non repetentis,
& non curantis de animalibus ſibi commiſſis, & hoc mo-
do intellige iſtum tex.Fateor,ꝙ leges ciuiles non poſſunt in-
ducere in pœnam negligentis,& ſi odium ſit rationabile,ꝙ
quis pręſcribat ſcienter rem alienam, vel ius alienum, quia
cum agatur de materia peccati, q̃ eſt eccleſiaſtica ad ius ca-
nonicũm hoc pertinet, & non ad ius ciuile. Secundo no.
7 ꝙ eccleſia cathedralis aliquando appellatur matrix.concor.
de ver.ſign.venerabilis. ſed in c.ex tranſmiſſa.in eo accipitur
pro eccleſia baptiſmali, etiam non cathedrali, de quo vide
bonam gloſſam.in cle.j.de ſen.excommu.in verbo matricẽ.

Tertio no.ſecundum Ho. ꝙ non currit pręſcriptio eccle-
ſiæ,quando nullus eſt,qui eius nomine agere poſſit. Quar
to no.ꝙ paria ſunt eccleſiam non habere pręlatum,vel ha-
8 bere inutilem. Quinto no. ꝙ †tempore hęreſis nõ poſſunt
res eccleſiæ præſcribi,& dicit Bal.hoc eſſe dignum, quia ho-
die ſunt multę eccleſiæ ſchiſmaticę quarum res licet cum ti
tulo poſſideantur tamen non præſcribuntur, & ex hoc ar-
guit, ꝙ ſi pręlatus ſit ſchiſmaticus tñ eccleſia non perdit ca-
ſtra ſua,vel iuriſdictionem, vel bona,adeo ꝙ etiam præſcri-
bi non poſſint durante ſchiſmate,& de hoc eſt text.ĩ c.cum
nobis.vbi tex.loquitur de ſchiſmate,& dic, ꝙ hoc tempore
dormit pręſcriptio, etiã ſi ante fuiſſet inchoata,vnde tale tẽ
pus eſt ſubducendum de medio,ſicut tempus vacationis, vt
probatur in d c.cum nobis.& ĩ.e.auditis.& c.cum nõ liceat.
& ca. ex tranſmiſſa.idem dicendum eſt,quando prælatus eſt
excommunicatus,vt dicit gl.xvi.q.iii.prima actione.Hoſt.&
Vin.& Io.An.ſed tñ contra ipſum excommunicatum currit
9 pręſcriptio †in rebus ſuis priuatis, eſt in mora petendi abſo
lutionem,& hoc firmat Bal. hic in fi.quando eſt iuſte excõ-
municatus,quia qui poteſt facere,vt poſſit agere,vt in l.ſed ſi
per prætorem.§.ii.ff.ex quib.cau.ma. & no.in l.j.C.de na.lib.
ff.de mino.l.Papinianus exuli.& in c.fin.ſ.de emp.ſed dic,ꝙ
etiam ſi iniuſte eſt excõmunicatus ſi eſt in mora petendi ab
ſolutionem currit eodem modo contra eum præſcriptio in
reb.ſuis,quia debet abſolutionem petere ante quam agit de
iniuſta excommunicatione,vt in c.per tuas.de ſen.excom.&
c.cũ contingat.de of.dele.& hoc tene,licet D.Ab.teneat hic
ꝙ ẽt in reb.priuatis non currat præſcriptio ꝯ excommunica
tum,de quo ẽt tangam.ĩ.e. ex tranſmiſſa. vbi alii caſus enu-
merantur.& pro hoc facit quod no.Inn.in c.fi.in fi.ſ.ti. ꝓxi.
vbi dicit,ꝙ currit præſcriptio ꝯ ſñiam latam pro excommu-
nicato adeo,ꝙ ſi ſtetiſſet in excommunicatione per xxx.an.
poſt latam ſñiam non poſſet petere abſolutionem,ſi poſtea
fuerit iuſte abſolutus,& ſic vult Inn.ꝙ durante excommuni
catione currat pręſcriptio excommunicato in reb. ſeu in iu-
rib ſuis priuatis. Vltimo no.ꝙ † deterior eſt conditio bo-
10 ni†q̃ mali,& catholici,quam hæretici, quia currit p̃ſcriptio
ꝯ catholicum prælatum,& non ꝯ hęreticum,ſed ꝯ hoc facit
c.& ſi neceſſe.ĩ.de do.inter vi.& vxo. & in c. eum qui de p̃b.
in vi.in quib.dr̃, ꝙ delinquens non debet eſſe melioris cõdi
tionis quam non delinquens,nec ſtultus,ꝗ quam ſapiens,ſed
Hoſt.dicit,ꝙ non inſpicitur odium perſonæ,ſed negligentia
eius,qui agere poterat, quia p̃ſcriptiones ꝯ negligentes ſunt
inuentæ,non autem ꝯ agere non valentes.ĩ.eo.vigilanti.Sed
11 quærit hic Bal.quid ſi tota eccleſia ſit hæretica, vel†ſchiſma
tica nunquid bona eius poſſint præſcribi, & ſentit, ꝙ non,
& credo,ꝙ bene dicat ratione huius tex.& per c.cum nobis.
ĩ.e.dicit tamen Bal.ꝙ Papa propter hęreſim,vel ſchiſma po
teſt deſtruere templum,vel eccleſiam, vel transferre,& alle-
gat no.per Inn.in c.ii.de ope.no nun. vnde cum tunc perdat
priuilegia,ergo & bona,vt no.Bar.in l.ſodales.ff.de colle.illi
citis, & dicit ꝙ bona debeant confiſcari per ſolum Papam,
12 ſicut & ſolus Imperator† poteſt ciuitatem condemnare ad
aratrum,vel ſupprimere regias dignitates,ar.C. de ſacroſan.
ecc.l. iubemus nullam.dicit tamen,ꝙ Papa non debet tunc
fingere cauſam vbi nõ eſt, allegat no.ſin c.cum veniſſent.de
13 iudi.& c.cum æterni.de re iud.in vi. Secundo quæro,†nun
quid ſchiſmaticus, vel hęreticus poſſit ſtatim cum reuertit̃
ad catholicam dignitatem agere pro eccleſia ſua,Vin. Hoſt.
& Io.And.& Doc.dicunt, ꝙ non,niſi ſecum diſpenſetur,vt
admittatur ad eccleſiam,ſeu prælaturam quam habebat,vt
in c.quia diligentia.de ele. & ſic incipiat currere præſcriptio
contra eccleſiam a tempore quo diſpenſatiue receptus eſt
ad ipſam eccleſiam, & ſic tempus incipit currere demum a
tempore quo potuit agere,& dicit Bald.hic, ꝙ per talem di-
ſpenſationem non recuperat fructus beneficii,allegat auth.
idem de neſtorianis.C.de hæreti.& l.i.C.de re mili.lib.xii.qđ
intelligas,niſi eſſet expreſſum in diſpenſatione,vt etiam fru
ctus perceptos deberet percipere.In glo.j.Innocen.Hoſtien.
& Ioan.An.dicunt, quod in contrariis ponitur tempus poſt
cuius lapſum,licet populum lapſum in hęreſim acquirere,
hic vero ponitur tempus poſt quod epiſcopus populi lapſi
non poteſt illum repetere,& per hoc dicit D.Ab.quod iſtud
terminum non currit immediate poſt illos vi.menſes,ſed in
cipit currere a die conuerſionis,& poſſeſſionis,quia ſine poſ
ſeſſione non currit pręſcriptio,vt in regula ſine poſſeſſione.
lib.vi. Et ex his quæ habentur in glo.infert Bal. ad quęſtio
14 nem,pone vnum † ſtatutum,dicit,ꝙ teſtamentum non inſi
nuatum ĩ.ſex menſes nullum ſit.Aliud vero ſtatutum,dicit,
ꝙ ſi nõ ſit petitum caſſari, ꝙ poſſit quandocunque inſinua-
ri,nam debet vnum ſtatutum interpretari ſecũdum aliud,
vt in c.cum expediat.de elec.in vi. ideo ad hoc vt non poſſit
teſtamentum inſinuari duo requiruntur,ſ.quod teſtamentũ
ſit nullum propter omiſſam inſinuationem ĩ.vi.menſes, &
quod ſit petitum caſſari,& ſi diceretur ad quid petitur caſſa-
ri ſi eſt nullum?Bal. reſpondet,quod hoc fit, vt ſeruetur for-
ma ſtatuti,etiam de facto,ar.l.quidam cum filium.ff.de ver.
ob.& l.Meuius.ff.de condi.& demon.& no.bene verba Bal.
inquantum dicit, quod forma ſtatuti eſt ſeruanda etiam de
facto hoc eſt dicere etiam ſi nullum operetur effectum, ego
tamen puto,quod teſtamentum non ſit nullũ propter omiſ
ſam inſinuationem infra ſex menſes, niſi ſit petita caſſatio,
& ſic debet concordari vtrũque ſtatutum, ſ. vt teſtamẽtum
ſit nullum,poſtquam.ſ.caſſatio erit petita,arg.d.c.cum expe
diat.ex quo ſequitur, quod etiam poſt ſex menſes poterit fie
ri inſinuatio antequam petatur caſſari. In gl.ſecunda,hęc
15 colligit duos caſus in quibus †eccleſię nõ currit pręſcriptio.
Primus eſt,quando eccleſia vacat,ſecundus eſt,quando pręſ
latus eſt hęreticus demum opponit de c.vobis. & c.Vultera
nę.xii.q.ii.& rñdet,ꝙ non eſt verum,ꝙ vacante eccleſia eco
nomus poſſit agere,& ꝙ qñ eccleſia vacat dicatur carere le
gitimo defenſore,& dicit hic Inn.& Alanus, & Gof.quod c.
vlt.ne ſe. vac. apponit pręlatum legitimum defenſorem,ſed
tamen glo.non reſpondet ad capitu.vobis. & ad capitu.Vul
teranæ.ſed Goffre.& Ioann. And.dicunt,quod illa capitula
non loquuntur in œconomo,ſed in coadiutore, qui habet
habet plenam adminiſtrationem in temporalibus, & plus
dicit Ioan.And.quod dato,quod eſſet verum,quod œcono-
mus poſſet agere,ex hoc tamen non ſequitur,quod currere
debet pręſcriptio contra eccleſiam,exemplum in pupilo,nã
16 pupillus † poteſt conueniri auctoritate tutoris,ſi eſt maior
infante.i.maior ſeptennio,& ſi eſt minor ipſe tutor conue-
niendus eſt,ita diſtinguit textus in leg.prima.§. ſufficit. ff.de
admi.

admin.tut.& tamen contra pupillum non currit pręſcriptio,
ſed dormit vſque ad pubertatem, vt in l.ſicut. C. de præſcript.
30.ann.& in l.fi.cum ibi no.C.ex quib.cau.re.in integ.non eſt
ne.vnde Bal.hic dicit, quod ęconomus non poteſt alienare, &
ideo non poteſt dare materiam præſcribendi.ff.de verborum
ſignificat.l.alienationis. æconomus enim ſecundum eum eſt
quidam cuſtos, & non vſufructuarius, quia vſufructuarius po
teſt præſcriptionem interrumpere.l.j.ff.de vſufru.quemad.ca.
& pondera hoc vltimum, quia ſentit quod ęconomus non
poſſit præſcriptionem interrumpere, & per conſequens quod
non poſſit agere, & ſic concordat cum gloſſ. cum qua tran-
ſeunt communiter Doctor. & ipſam etiam hic approbat do-
mi.Abb.qui ponit aliud exemplum, ſcilicet, quod non ſequi-
tur quod currat præſcriptio contra eccleſiam ex eo, quod poſ
17 ſit agi ea vacante.nam † epiſcopus poteſt agere pro eccleſia in
feriori vacante, vt in cap. fi.de ſucceſſ.ab inteſta. & in l.ſanci-
mus.C.de ſacroſanc.eccleſ.& tamen contra ipſam eccleſiam
inferiorem non currit præſcriptio, vt notanter dixit Innocen.
in cap.olim.infra, de reſtitu.ſpoliat.mouetur, quia eccleſia ca
ret tunc immediato defenſore, & ſic non eſt qui illius eccle-
ſiæ curam taliter agat, quia licet epiſcopus poſſit agere non
tamen habere poteſt illam curam quam immediatus rector
præſumitur habere.argum.optimum.in cap. fina.de offic.ar-
chipresbyt.& in cap.primo.de reb.eccle.non alienan. in vj. &
per hæc dicit poſſe probari notabile dictum Bart.in l.natura-
18 liter.ff.de vſucap.vbi dicit, quod vacante † Imperio non currit
præſcriptio contra eius iura.licet Papa tunc ſuccedat in pote-
ſtate adminiſtrandi, vt in c.licet ex ſuſcepto.de foro compe. &
ſic ciuitates, vel alij principes non poſſunt tunc præſcribere
merum & mixtum imperium, & dicit D.Abb. quod idem eſt
dicendum ſi Imperator eſt in remotis, nec habet aliquem in
loco ſui in prouincia, vt hodie contingit in Italia, nam infe-
rior non poteſt præſcribere merum aut mixtum Imperium,
quia in iſtis incorporalibus non quæritur quaſi poſſeſſio niſi
ſciente & patiente poſſeſſore, vt in l.ii.C.de ſerui.& aqua. no.
Innocen.in c.bonæ ij.de poſtu.præla.& in c. conquerente .de
officio ordin.& in cap.ii.de reſti. in integ. & in multis aliis lo-
cis.& ideo ſi Imperator ignorat non poteſt aliquis hęc iuriſdi
ctionalia præſcribere, vt voluit Bart.in l.j.ff. de aqua plu. arc.
& in l.ſi publicanus.§.in vectigalibus.ff.de publica. & dicit D.
Abb.tenendum menti, ſed inquantum Bar.in d.l.naturaliter.
allegat iſtam glo.ad probandum, quod licet Papa poſſit age-
re vacante Imperio, non tamen currit præſcriptio D. Abb. di-
cit quod Bar.facit fundamentum falſum, quia ęconomus nõ
poteſt agere vacante eccleſia, vt dicit iſta glo. & dicit hoc eſſe
indubitatum in iuribus ſpectantibus ad ſolum prælatum, vt
in cap.primo.& fina.ne ſe.va.& in cle. fi.de procurat. cum ibi
not.ſed dubium maius eſſe poteſt ſecundum eum in aliis bo-
nis, & iuribus quæ non pertinent ad p̄lautum tantum, & di-
cit, quod in bonis ſpectantibus ad ſolum conuentum, ſeu ca-
pitulum currit vſucapio.etiam vac.ſe. quia nihil ad epiſcopū.
de illis bonis niſi forte talia ſint & tanta quod capitu. non
poſſit agere ſuper illis ſine conſenſu prælati, iuxta nota. in.
cap.edoceri.de reſcriptis.& in cap.primo.de procurator. quia
tunc in illis procederet iſte tex.ſi autem eſſent bona coram.ſ.
prælato & capitulo eccleſiæ dicit D. Abba. non eſſe paruum
19 dubium, vtrum † currat præſcriptio vacante eccleſia propter
not.in clem.fina.in gloſſ.fina.de procurator.ſ.an conuentus,
vel capitulum poſſit tunc agere vacante eccleſia de quo arti-
culo dic, vt in d.cle. ſed quantum ad noſtrum propoſitum di-
cit D.Abba. ꝙ plus ſibi placet, quod non currat pręſcriptio,
quia non debet præiudicari pręlato qui non adeſt, & propter
communionem etiam non currit præſcriptio contra conuē-
tum.ar.ſi communem.ff.quemadm.ſeruit.amit.& dicit quod
hoc probatur in iſto tex. quia ſpiritualia & eligentes eccleſiæ
ſunt coram, & communiter tenentur ab epiſcopo & capitu-
lo, vt no.Innocen.in cap.dilecti.de maior.& obe.licet epiſco-
pus ſit cap.vt in c.cum clerici.de verborum ſignificat. & dicit
D.Abb.quod plus ſibi placet opi.gloſſ.in d.clem.fin.de procu
rat.ſ.quod ſede va.non poſſit capitulum agere ſuper iuribus,
& bonis communibus, quia pręlatus eſt cap.vt d.c.cum cleri-
ci.& in c.nouit. & in c.quanto.de his quæ fi. a pręla.vnde ſine
capite non debet licere mēbris iura cōmunia in iudicium de
ducere, quia poſſent pręiudicare pręlato, ſed in aliis commu-
nibus in quibus non timetur de magno pręiudicio poteſt ad-
mitti, vt ſede vac. capitulum exerceat iura pariter ſpectantia
ad vtrunque, & ſic intellige.c.vnicum.ne ſede vac.in vj.& cap.
vnicum.de maior.& obed. eod. lib. & ſic conſidera tres caſus
circa hoc.ſ.an currat pręſcriptio ſede vac.Primus eſt, in bonis
& iuribus pertinentibus ad ſolum pręlatum. Secundus eſt,
in bonis & iuribus pertinentibus ad ſolum conuentum, ſeu
ſolum capitulum. Tertius eſt, in bonis communibus, ſeu ad
vtrunque pertinentibus, & hi caſus patent ex ſupradictis. Vlti
mo quęro, an contra hanc pręſcriptionem de qua in text. de-
20 tur in integrum † reſtitutio? & Hoſti. primo ſentit, quod ſic di-
cit enim quod poſt triennium non auditur pręlatus repetens
iure communi, ſed bene per beneficium reſtitutionis in inte-
grum, de quo remittit ad ca.primū.s̄.de re.in integ.ſed poſtea
dicit contrarium reprobando opin.Guil.Naſonis, qui dixerat
eccleſiam reſtituendam cōtra pręſcriptionem ſicut pupillus,
quia ſi hoc eſſet verum non curreret pręſcriptio contra eccle
21 ſiam ſicut non † currit contra adoleſcentem.i.contra minorē
xxv.annis, vt in l.fi.C.in quib.cau.re. in integr. non eſt nec.vbi
patet quod contra minorem ipſo iure non currit pręſcriptio.
Ita quod non eſt opus reſtitutione in integrum, ſed ipſemet
Hoſt.tenuit primum dictum in ſumma.de re. in integrum.in
tertio §.prope fin.vbi dixit pręſcriptionem currere, & quod
eccleſię ſuccurritur per reſtitutionem in integrum, & poſſes
dicere, quod etiam hic non ſenſit contrarium, licet D.Abba.
aliter intelligat, nam Hoſti. voluit dicere quod eccleſia non
ęquiparatur pupillo, nec adoleſcenti in hoc triennio, quia cō
tra eos non currit pręſcriptio, & ſic ipſo iure ſeruantur illęſi,
vt in d.l.fi.C.ex quib.cauſis.ſed tēpus triennij, de quo hic cur-
rit contra eccleſiam pręlato exiſtente negligente, ſed eccleſia
reſtituitur in integrum, & ſi hoc modo intelligatur Hoſt.nõ
erit contrarius, & credo iſtam fuiſſe mentem Hoſti. Et ex
22 hoc Do. Abba. infert ad q. notabilem.ſ. † an eccleſia contra
præſcriptionem quadraginta annorum reſtituatur. in qua gl.
tenuit quod non.in c.auditis.de reſti.in integrum. & idem te-
nuit Goffr.in ſumma.de reſti.in integrum.in ſecunda col. di-
cens, quod nunquam inuenit eccleſiam reſtitui in integrum
in vſucapione, vel in pręſcriptione licet quædā tempora ſub-
ducantur de medio vt hic, & j̄.eod.auditis.ſed in contractu &
pręſcriptionibus iudicialibus, dicit Goffr. quod eccleſia ęqui-
paratur minori, & ſic reſtituitur.idem tenet gloſſ. in clement.
prima.in verbo, lapſum tempus.de re.in integrum.ſed contra
riam ſententiam.ſ.quod eccleſia reſtituatur, tenuit gloſſ. iuris
ciuilis.in auth.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccl. & apertius
in Auth.de eccl.tit.§.pro temporalibus.vbi dixit hoc commu
niter teneri, & idem tenuit gloſſ.in c.placuit.xvi.q.iij.& Inno-
cen.in cap.primo.de reſt.in integrum.& Pau.de Elia.& Zenz.
& Ioan.de Ligna.in d.clemen.prima.de reſtit. in integrum. &
ſoler. in d.c.auditis.& Bart.& Bal. in d.authen.quas actiones,
licet Cy.ibi dicat Canoniſtas communiter tenere, quod eccle
ſia non reſtituatur, ſed D.Abba.dicit, quod infideliter hoc di-
cit, quia non eſt veræ. hæc opin. ſ. quod eccleſia reſtituatur,
tenet etiam Hoſt.vbi s̄.& pro hac parte conſuluit.D.Ab.fini-
ta tamen pręſcriptione debebit eccleſia petere reſti. in integ.
j̄.quadriennium quo elapſo remanebit firma pręſcriptio, vt
in capit.primo.& ſecundo.de reſti.in integrum. in vj. Et circa
iſtum articulum vlterius me non extendo, quia ipſum pleniſ-
ſime examinaui.in dicto cap.auditis.de reſt.in integrum.dicit
23 vlterius D.Abb. ꝙ † iſtud quadriennium quod datur non cur-
rit ignoranti, & ſic eſt neceſſarium quod eccleſia prius ſe ſciat
eſſe lęſam in pręſcriptione, vel in contractu antequam inci-
piat currere tempus quadriennij ad petendam re. in integrū.
& dicit hoc probari in d.c.j.de reſt.in integrum.lib.vj.vbi tex.
requirit, quod negligenter omittatur petitio reſtitutionis in
integrum, ignorans autem non negligit, vt in c. ii. iuncto ca.
quia diuerſitatem.de conceſſ.præbend.allegat etiam gloſſ. in
c.quando ſit.in verbo, diſtulerit.de elect. *in vj.quę vult, ꝙ vbi*
tempus eſt ſtatutum ad puniendum negligentiam non cur-
rat ipſo iure impedito, & dicit quod iſtam opin.tenet Zenz.&
Ioan.de Ligna.in d.cle.vna.in verbo, continuum. pro hoc fa-
cit ſecundum eum, quia iſtud quadriennium ſuccedit loco an
ni vtilis, qui olim dabatur ad petendum reſtitutionem in in-
tegrum, vt dicit tex.in l.fin.C.de tempo.in integrum re. pe. de-
bet ergo eſſe vtile a principio, vt ſic ſapiat naturam eius in
cuius locum ſubrogatur.arg.in c.eccleſia.vt li. penden. Prę
24 terea in d.c.j.dicitur ꝙ † eccleſiā non audiendā poſt quadrien
nium niſi ſubſit aliqua cauſa rationalis quæ mouere debet ſu
periorem ad hoc beneficium concedendum, ſed ignorantia
eſt probabilis cauſa, vt in inducat reſtitutionem in integrum,
etiam in maiore xxv.annis, vt voluit Bar.in l.j.§. ſi quis autē.
ff.de itinere actuq; priua.& idem tenet gloſſ.in l.1. C. de pat.
pote.& dixi s̄.ti.proximo.cap.exceptionem.& c.aduerſario.&
idem tenet D.Car.& Ioan.de Imo.in clem.prima.de reſtit. in
integrum.& Bal.in l.falſam.C.de iur. et fact.igno. iſtud etiam
examinaui in d.cap.auditis.ideo vlterius me non extendo. Et
hęc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Taciturnitas Eccleſiæ non nocet Eccleſię donec fuerit præſcriptam, ne*
*Pręſcriptio currit in rebus inuaſis.*

2 *Facere non debemus quæ ſunt cū graui ſcandalo, maxime contra tyrānos.*

3 *Repetere*

3 *Repetere rem ſuam an quis poſſit ſine peccato, ſi ſine ſcandalo eam conſequi non poteſt.*
4 *Scandali euitandi gratia dandum eſt quod non nocet, nec danti, nec alteri, quantum ſufficit ad ipſum.*
5 *Ius ſuum vel*
*Rem ſuam quis dimittere non debet propter ſcandalum quando naſcitur ex malitia phariſeorum, quia noceret bono communi, dando malis rapiendi occaſionem.*
6 *Epiſcopus an renunciare poßit epiſcopatui propter ſcandalum.*
7 *Prælatus inferior Papa an poſſit licite rem eccleſiæ vel pauperum non repetere, vt euitet anfractus iudiciorum, vel ſcandali.*
8 *Loquendi modum nota, cum Papa vni loquatur in plurali, & de ſe in ſingulari.*
9 *Peccatum mortale quis non debet facere propter vitandum ſcandalum.*
10 *Verbum omne iocoſum ocioſum, & ſine vtilitate proximi prolatum eſt peccatum.*
11 *Salutis neceſſitas requirit ne doceatur falſa doctrina, ſiue quæ eſt contra veritatem.*
12 *Taciturnitas ſola etiam in rebus priuatis ante preſcriptionem non nocet.*
13 *Hæres an poßit præſcribere rem quæ poſſeßa mala fide per defectum, ſi ipſe hæres eſt bonæ fidei.*
14 *Interruptio præſcriptionis qualiter intentari debeat apud iudicem.*
15 *Epiſcopus loci eſt iudex in defectum præſidis prouinciæ.*
16 *Negligentia Epiſcopi non debet nocere pauperibus licet incertis, & agere non valentibus.*
17 *Præſcribitur contra legatum factum pro redimendis captiuis.*
18 *Relictum pro anima, quomodocunque relinquatur dicitur relictum ad pias cauſas.*
19 *Præſcriptio non currit contra mulierem conſtante matrimonio.*
20 *Legatum factum pauperibus, vel pro redemptione captiuorum, patitur preſcriptionem.*

## CAP. II.

NIhil. Hoc capitulum legitur variis modis, vt pa
tebit in gloſſ. vnde Ioan. An. ſummat duo-
1 bus modis. Et primo ſic† taciturnitas eccleſię nõ
nocet eccleſię, donec ſit præſcriptum hoc primo.
Secundo ſic in rebus inuaſis non currit pręſcriptio, poſſet
& aliter ſummari ſecundum alias lecturas, de quibus. ȷ̃. vide-
bitur. Diuiditur in duas partes, in prima repetit, quod olim
ſcripſerat. in ſecunda proteſtatur. ſecunda ibi, ſed illud. Pri-
2 mo no. ꝙ nihil eſt faciendum†cum graui ſcandalo pręſertim
contra tyrannos. Sed dicit Innocen. quod Papa hoc fecit ex
ſuperabundanti iuſtitia. nam & ſi cum forali ſtrepitu repetiiſ-
ſet occupata per iſtum patricium non peccaſſet. Sed D. Abb.
dicit ſe hoc aperte fateri quo ad ſtrepitum iudiciorum, nam
& ſi religioſi non peccant, ſi ius ſuum perſequuntur in iudi-
cio, licet ſit honeſtum, vt conſtituant ſyndicum, vt in ca. cum
deputati. de iudic. & v. q. iii. c. ſi. & in ca. j. de ſyndico. & ibi vide
glo. ſimilem. in fi. ſed circa iſtum tex. quærit D. Ab. de duobus,
3 primo nunquid†ſine peccato poſſit quis rem ſuam repetere,
ſi ſine ſcandalo non poteſt eam conſequi. Secundo, nunquid
prælatus inferior Papa, poſſit licite rem eccleſiæ vel pauperũ
nõ repetere, vt euitet anfratus iudiciorũ, vel ſcandali. Circa
primum dicit, quod aut timetur de ſcandalo circa perſonã
rem meam retinentem, & de iure ciuili de tali ſcandalo non
eſt curandum, quia ſi non poteſt aliter res recuperari licitum
eſt etiam occidere inuadentem, vt dicit Bar. in l. furem. ff. de ſi-
ca. multo fortius non eſt curandum de ſcandalo, quod aliun-
de poteſt contingere in perſonam illius qui rẽ alterius illicite
detinet. Et idem dicit de iure canonico niſi timeatur cedes,
vel aliquid ſeuum vel horribile. ar. c. de occidendis. xxiii. q. v. &
c. j. de homi. in vj. nam vbi quid tale graue & horridum time-
tur non eſt conſulendum, vt bono viro vt propter repetitio-
nem bonorum temporalium tantum ſcandalum ſuſcitet ad
hoc eſt bon. tex. in c. ſuſcepimus. de hom. Aut timetur de
ſcandalo aliorum, & tunc multo fortius eſt abſtinendum a
repetitione rerum ſuarum pro euitando ſcandalo aliorum,
vt in c. ij. & quod ibi not. de ope. no. nunc. & de hoc vide San.
Thom. ſecunda ſecundæ. q. xliij. art. vlt. vbi dicit ꝙ bona tem-
poralia quorum domini ſumus debemus quandoq; dimitte-
re ea tribuendo ſi penes non ſunt, vel non repetendo ſi ſunt
apud alios, & hoc propter euitandum ſcandalum, & quan-
doque non debet dimitti propter vitandum ſcandalum. ſi. n.
ſcandalum oriatur propter ignorantiam, vel infirmitatẽ alio-
rum quod appellatur ſcandalum puſillorum, de quo loqui-
tur tex. in c. j. in fi. de ope. no. nun. tunc vel totaliter ſunt dimit-
tenda temporalia, vel aliter ſcandalum ſedandum. ſ. per
aliquam monitionem. & allegat Auguſti. in libr. de ſermone
domini in monte, vbi dicit dandum eſt, quod neque tibi, ne-
que alteri noceat quantum ab homine credi poteſt, vt cum
negaueris quod petit iudicanda eſt ei iuſtitia, & melius ali-
quid dabis cum petentem iniuſte correxeris, & quoniam iſta
verba Auguſtini ſunt obſcura tibi declaro, licet San. Tho. ea
4 non declaret, nam vult dicere†propter vitandum ſcandalum
dandum eſt, quod non nocet, nec danti, nec alteri quantum
ab homine credi poteſt. i. quantum ſufficit ad ipſum ſcanda-
lum de mente hominum, deinde dicit, & cum negaueris, qđ
petit iudicanda eſt ei iuſtitia. i. cum tu denegas illud propter
quam negationem ſeu retentionem ſequitur ſcandalum iu-
dicandum eſt pro illo qui petit cauſa tollendi ſcãdalum. i. dã-
dum eſt petenti propter vitandum ſcandalum. hoc tamen in-
telligas quando ſcandalum eſt graue, quia inter ſcandalum
& ſcandalum eſt differẽtia, vt in c. niſi cum pridem. §. pro gra
ui quoque ſcandalo. de renunc. Item dicit Auguſti. & melius,
ei aliquid dabis cum petentem iniuſte correxeris. i. melius eſt
tollere ſcandalum per correctionem, vel ammonitionem ſi
fieri poteſt quantum rem ſuam, vel ſuum dimittere. Aliquan
5 do vero † quis non debet ius ſuum vel rem ſuam dimittere
propter ſcandalum. ſ. quando naſcitur ex malitia, quod appel
latur ſcãdalum phariſeorum, quia hoc noceret bono cõmu-
ni, daretur enim malis occaſio rapiendi, & noceret ipſis rapiẽ
tibus, quia retinendo aliena in peccato remaneat, & allegat
Gregorius tertio moralium dicentem. Quidam dum tempo-
ralia nobis rapiunt ſolummodo ſunt tolerandi, quidam vero
æquitate ſeruata, prohibendi non ſola cura ne noſtra ſubtra-
hantur, ſed ne rapientes ſemetipſos perdant, & dicit San. Th.
quod ſi permitteretur pax in malis hominibus, vt aliena ra-
peret vergeret hoc in detrimentum veritatis vitæ & iuſtitię, &
ideo non oportet propter quodcunque ſcandalum tempora-
lia dimitti, & inquantum San. Thom. dicit quod quando ſcã-
dalum oritur ex malitia, quod temporalia non ſunt dimitten
da propter ipſum ſcandalum vitandum, vide eundem Sanct.
6 Thom. q. c. 5. articulo quarto. vbi tractat an†epiſcopus pro-
pter ſcandalum poſſit renunciare epiſcopatui, & ibi dicitur,
quod ſi ſcandalum oritur ex malitia aliquorum volentium
fidem, aut iuſtitiam eccleſiæ conculcare propter huiuſmodi
ſcandalum non eſt cura paſtoralis dimittenda. ſi ergo non
debet dimittere exercens curam officij paſtoralis propter tale
ſcandalum euitandum multo minus debet cedere epiſcopa-
tui, & hoc modo intelligas tex. in c. niſi cum pridem. §. pro cõ
trarij quoque ſcandalo, & quod ibi not. Innocen. de renunc.
7 Quo†ad ſecundum dicit D. Abb. quod ſi pręlatus veriſimi
liter arbitrator quod recuſauit, rem ſine litigio deferendo ad
tempus non peccat ſuperſedendo. arg. hic, & xxiii. q. viij. con-
uenior, & xi. q. iii. quando. hinc apoſtolus reducentes tempus
quoniam dies mali ſunt: vbi autem pręlatus iſtud veriſimili-
ter non arbitratur, dicit quod peccat mortaliter, quia conuin
citur de negligentia quæ eſt peccatum mortale in pręlato, vt
no. glo. in c. ea quæ. de offi. Archid. facit. c. ſi quis Abbas. xviii. q.
ii. & dicit quod pro hac concluſione videtur tex. in c. in ſacris
canonibus cum ſequen. ca. xvi. q. j. & c. ſit rector. xliii. diſtin. &
xii. q. j. ſ. expedit. & ca. error cui non reſiſtitur. lxxxiii. diſtinctio.
pro hoc ego allego San. Thom. in loco pręalleg. ſ. q. xliii. artic.
vlt. vbi dicit, ꝙ bona temporalia quę ſunt nobis commiſſa ad
conſeruandum, ſicut bona eccleſiæ quæ committuntur præ-
latis & bona communia quæ committuntur quibuſcunque
rectoribus reipu. non ſunt dimittenda propter vitandum ſcã
dalũ, ſicut nec alia quæ ſunt de neceſſitate ſalutis poſſunt di-
mitti propter vitandum ſcandalum, de quo eſt bo. tex. in c. ii.
de no. oper. nunc. Not. vltimo, quod Papa loquitur vni in
8 plurali, †& de ſe in ſingulari numero, ſed hoc facit Papa Gre
gorius ex nimia humanitate. hodie vero propter ſtilum cu-
riæ tales literæ non valerent, vt in c. quæ graui. de cri. fal. In
gloſſ. prima. in fi. dic, quod c. qui ſcandalizauerit. loquitur de
9 veritate vitæ, nam quis non debet facere peccatum †mortale
propter vitandum ſcandalum, vt in cap. ii. de no. ope. nunc. &
vide San. Tho. in præal. q. xliii. art. vij. vbi quęrit an bona ſpiri-
tualia poſſint dimitti propter vitandum ſcandalum, & cõclu
dit quod illa quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, non poſſunt præ-
termitti propter vitandum ſcandalum, vbi autem non ſunt
de neceſſitate ſalutis, tunc dicit quod aut tale ſcandalum pro
cedit ex malitia. ſ. cum aliqui volunt impedire huiuſmodi ſpi
ritualia bona concitando ſcandala, & propter hęc ſcandala
non ſunt dimittenda bona ſpiritualia etiam ſi non ſunt de
neceſſitate ſalutis. Aut ſcandalum procedit ex infirmitate,
vel ignorantia, & tunc propter huiuſmodi ſcandalum bona
ſpiritualia ſunt occultãda, vel etiam interdum deferenda vbi
non imminet periculum quouſque reddita ratione huiuſmo
di ſcandalum ceſſet, ſi autem poſt redditam rationem dura-
ret huiuſmodi ſcandalum, iam videretur eſſe ex malitia, &
ſic propter ipſum non eſſent huiuſmodi ſpiritualia opera di-
mittẽda, & idem dicit de cõſiliis, & aliis operib. miſericordię

quæ

quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, quia ſi eſſet de neceſſitate
ſalutis vllo modo eſſent dimittenda propter vitandum ſcan-
dalum, puta ſi aliquis noluiſſet ſpiritualia cōſilia præſtare, vel
teneretur ex debito defectibus aliorum ſubuenire, vel in tem-
poralibus, puta paſcendo exurientem, vel in ſpiritualib. puta
docendo ignorantem, ſiue huiuſmodi ſint debita propter
iniunctum officium, vt patet in prælatis, ſiue propter neceſſi-
tatem indigentes, & ſic in effectu ſi conſilia, vel huiuſmodi
opera pia ſint neceſſaria indigenti, vel quis ad ea teneatur ex
debito, vt prelatus, vel vouens nō poteſt ea dimittere propter
vitandum ſcādalum, quia nō debet quis peccatū mortale cō-
mittere propter vitandum ſcandalum, immo nec veniale ni-
ſi ſcandalum faceret illud deſinere eſſe peccatū, verbi gratia
10 verbum iocoſum, vel † ocioſum, & omne verbum quod dici-
tur abſque vtilitate proximi eſt peccatum veniale, & hoc pro
batur Matthei xij. vbi dicitur, quod de omni verbo ocioſo dēt
reddere rationem in die iudicij, Beatus vero Gregorios in ho-
melia ſecunde dominicæ Aduentus, dicit quod illud dicitur
eſſe verbum ocioſum, quod caret vtilitate rectitudinis, aut ra
tione iuſtę neceſſitatis, & ſic omne verbū dr̄ ocioſum, & per
conſequens peccatum veniale, quod dicitur ceſſante neceſſi-
tate, vel vtilitate proximi, modo ſi quis diceret verbum quod
de natura ſua eſſet ocioſum, vel iocoſum propter cauſam ra-
tionalem non dicitur verbum ocioſum, vel iocoſum, & ſic
non eſſet peccatum veniale, ex quo conclude quod propter
vitandum ſcandalum non eſt committendum peccatum ve-
niale niſi ſcandalum tolleret cauſam peccati, & illud faceret
deſinere eſſe peccatum, & ita concludit San. Tho. in prealleg.
q. xliii. ar. q. & articulo vii. in fi. & probatur in cap. primum. &
in c. ne quis. & in c. faciat homo. & in ca. ſi quis ad te confuge-
rit. xxij. q. ii. & in capit. ſuper eo. de vſur. & dixi s̃. de iureiu. & ſi
Chriſtus. in §. quędam. poteſt tamen. d. c. ſi quis ſcandalizaue-
rit, allegatum in gloſſ. aliter intelligi. ſ. quod veritas non relin
quatur propter vitandum ſcandalum. i. vt quis non vtatur fal
11 ſa doctrina propter vitandum ſcandalum, † quia de neceſſita-
te ſalutis eſt, quod quis non doceat cōtra veritatē, & ideo pro
pter nullum ſcandalum debet homo pretermiſſa veritate fal
ſum docere, poteſt tamen ipſe actus docendi intermitti pro-
pter vitandum ſcandalum cum veritas doctrinę ſit proponē-
da ſecundum congruentiam temporū, & perſonarū ideo cō
cludit San. Tho. in præalleg. artic. vii. in ſolutione ſecundi arti
culi, & de triplici veritate. ſ. vitę, doctrinæ, & iuſtitiæ, & an poſ
ſint dimitti propter vitandum ſcandalum, vide gloſſ. & Doc.
in d. c. qui ſcandalizauerit. & in cap. ſecundo. in gloſſ. penul. de
temp. ordin. & in c. niſi ad pridem. §. pro graui quoque ſcanda
lo. de renun. In gloſſ. vlt. hęc gloſſ. ſenſit tres intellectus ad pri-
mum tex. primus eſt, vt intelligatur de preſcriptione non cō-
pleta. nam cum ſola centenaria preſcriptio currat in Roma.
eccleſiam non poterat ei Papa tanto tempore viuere, vt taci-
turnitas ſua præiudicaret eccleſię Rom. arg. l. fin. C. de ſacroſ.
eccle. Et aduerte inquantum gloſſ. dicit, quod viuente prela
to qui alienauit non currit preſcriptio contra eccleſiā per c.
ſacerdotes. xii. q. iij. nam Butr. recitando videtur velle idem in
tempore quadriennii, quod datur ad petendam reſtitutionē
in integ. & hoc eſt valde no. quia ex hoc ſequitur, quod ſi ec-
cleſia eſt lęſa in contractu non curret tempus quadriennii,
donec viuit prælatus qui contraxit in damnū eccleſię, & hoc
etiam tenet hic Bal. in fi. & Ioan. de Imol. in ca. cū non liceat.
ĩ. eo. & ſentit Innoc. ĩ. eo. ex tranſmiſſa, & tenet D. Card. in ca.
tam literis. s̃. de reſt. in integ. & idem ſentit gloſſ. fina. in cap. 1.
de reſti. in integ. in vi. & ibi etiam ſequitur Ioan. de Imo. & D.
Domi. licet Archid. ibi tenet contrarium, & hoc tene menti.
Hęc tamen lectura licet in ſe ſit vera nō congruit literę, quia
litera loquitur in plurali, dum dicit quod non accepit Pontifi
cibus futuris, & ſic videtur quod non potuiſſet compleri prę-
ſcriptio etiam in uita ſucceſſorum, pręterea hęc lect. nullam
12 habet dubitationem, quia ſola † taciturnitas etiam in reb. pri-
uatorum non nocet ante pręſcriptionem completam, quia
quis non pręſumitur conſentire, licet taceat quando agitur
de eius pręiudicio. l. filiusfam. §. inuitus. ff. de procur. & in l. qui
vas. ff. de furtis. & quod not. Innocen. in cap. in Geneſi. de elec.
Tertio modo legitur ſecundum gloſſ. quod intelligatur in re
bus inuaſis, quas iſte patricius violenter inuaſerat, in quibus
non currit pręſcriptio, vt in c. licet. in regulas. xvi. q. iii. & hęc
lect. etiam eſt vera in ſe, tamen reſpectu occupantis nulla eſt
ſpecialitas ſaltem de iure canonico, quia mala fides impedit
pręſcriptionem, vt ĩ. eo. vigilanti. & c. fi. Sed reſpectu aliorum
ſucceſſorum etiam ſingularium violentia afficit rem inuaſā,
vt quantumcunque habeant bonam fidem non poſſunt prę
ſcribere propter vitium reale, quod ſequitur quemlibet poſ-
ſeſſorem, vt in l. vitia. C. de acquir. poſſ. & expreſſius. Inſtitu. de
vſucap. §. furtiuę. tamen ille tex. loquitur in præſcriptione lon
gi temporis. ſ. x. vel xx. annorum, quæ cum titulo currit cōtra
priuatū, ſecus in pręſcriptione longiſſimi temporis. ſ. xxx. vel
xl. ann. nam illa procedit etiam in rebus inuaſis, vt dicit gloſſ.
in d. §. furtiuę. pro hoc facit. l. ſicut. & l. omnes. c. de pręſcripti.
13 xxx. an. Et ex hoc infert D. Ab. an † hęres poſſit pręſcribere rē
quę erat poſſeſſa mala fide per defectum ſi ipſe hęres eſt bo-
nę fidei. ſed quia But. & D. Ab. iſtum articulum examinant. in
c. ſi diligenti. ĩ. eo. ego ibi me remitto, ibi enim melius cadit.
Tertiam lect. ponit hęc glo. prope fi. ſ. quod per hanc proteſta
tionem quam facit hic Papa fuit pręſcriptio patricii interru-
pta non tamen firmat pedes. Innocen. videtur ab ea recedere,
dum dicit quod Papa non ſeruauit illud quod habet in l. vt
perfectius. C. de anna. excep. & xvi. q. iii. §. poteſt. vbi dicitur, ꝙ
14 ille † qui vult interrumpere pręſcriptionem, debet adire iudi-
cem, & querelam exponere etiam ſi non poteſt illum habere
adeat epm̄ loci, & in ipſius defectum proteſtetur coram no-
tario, & ſi tabellionem habere non poteſt, vt quia in loco nō
eſt vſus tabellionum, debet proteſtari coram viris idoneis, al's
non fit interruptio pręſcriptionis. de quo etiam vide bon. tex.
in c. paſtoralis. in fi. de offic. ordi. Innocen. vero ponit hic iſtas
tres lect. quas ponit gloſſ. & vltimam approbat dicens. eſſe ſpe
ciale in principe, vt vnus princeps contra alium per tales pro
teſtationes interrumpat præſcriptionem cum non ſit alius co
ram quo conueniatur. ar. d. l. vt perfectius. C. de ann. exceptio.
& quod no. in c. ſeq. & ſic etiam tranſit Ioan. Andr. & Docto.
communiter ſequuntur, & dicit D. Abb. quod eſt lect. notabi
lis & veriſſima in ſe habito reſpectu ad verba, ſed quo ad mē
tem illius l. vt perfectius, non eſt vera cum non deceat vt Pa-
pa adeat epiſcopum loci, cum ipſe ſit eo maior, dicit tamen
ꝙ poteſt procedere in aliis inferioribus, quia ſi poſſeſſor non
poteſt de facili conueniri, debet actor adire epiſcopum loci,
15 quia eſt iudex in defectu præſidis prouinciæ, vt in Auth. ut dif
ferentes iudices. col. ix. nam iſtæ denunciationes extraiudicia-
les non conſtituunt quem in mala fide poſt præſcriptionem
inchoatam, vt in l. alienę. ff. pro emptore. & no. glo. xxiii. q. iiii.
quam magnum. ſecus ſi fiat proteſtatio a principio acquiſitio
nis, vt in l. ſi fundum. C. de rei vendi. Sed dicam. ĩ. eo. ſi diligen
ti, vbi glo. tangit. dicit tamen D. Ab. ꝙ in principibus ſuperio-
rem non recognoſcentibus ſaltem de facto hæc lectu. Innoc.
poterit obſeruari, dicit tamen ꝙ non congruit iſti literæ, quæ
aperte præſupponit hunc patricium potuiſſe conueniri, vt pa
tet ibi; nihil cum forali ſtrepitu. Item ſaltē ſubeat Papā, ſi non
recognoſcebat alium ſuperiorem, ut no; Innocen. in c. licet ex
ſuſcepto. de foro competen. qui poterat eſſe iudex ſuper reb.
eccleſiæ, vel pauperum. ii. q. vii. ſi quis erga. & no. s̃. de iudic. cū
veniſſent. Cum ergo eſſet remedium peremptum, non debet
contra regulas iuris denunciatio extraiudicialis interrumpe-
re præſcriptionem, ſeu conſtituere quem in mala fide. Quar
tam lect. ponit hic But. vt intelligatur hæc dec. in reb. legatis,
vel alias debitis pauperib. incertis, vt illis ex taciturnitate præ
lati, vel executorum non declarantium, ſeu non procedentiū
non præiudicetur. ex quo legatum non debitum nō determi-
natur ad certum locum, quia pauperib. non poteſt imputari,
quia egerint ex quo non ſunt certi, ſeu certificati, ad quod in-
ducit l. 1. C. de annali except. & ſic dicit ſe alias dixiſſe in quæ-
ſtione facti, quicquid dixerit Fed. de Se. ſuo conſilio. cj. vbi di-
cit ꝙ epiſcopo in vendicatione rerum pro legatis relictis pau
peribus incertis. datur condictio ex l. nulli. C. de epiſc. & cler.
quæ tollitur ſpatio xxx. annorum. l. ſicut. C. de præſcriptione
triginta annorum. nec obſtat ſecundum eum ꝙ eccleſiæ non
currat præſcriptio niſi xl. annorum, vt ĩ. eo de quarta, quia in
caſu prædicto non currit præſcriptio eccleſię, ſeu in debitis ec
cleſiæ. nam in hoc caſu non competunt actiones epiſcopo, vt
epiſcopo, ſed vt executori, ſed adminiſtratori bonorum pau-
perum, vt in l. nulli. & in l. ſi quis. C. de epiſ. & cler. ſed hoc non
16 placet But. quia ex quo pauperes ſunt incerti † negligentia epi
ſcopi, vt executoris non debet nocere illis agere non valenti-
bus, ſicut nec negligentia patris adminiſtratoris nocet filio, vt
in l. j. in fi. C. de anna. excep. D. Abb. dicit, ꝙ ſi hæc lect. But. eſ-
ſet vera, eſſet notabilis, & ſingularis, ſed contra eum eſt caſus
17 in l. fi. C. de ſacroſ. eccl. vbi patet, † ꝙ præſcribitur contra lega-
tum factum pro redimendis captiuis, licet captiui non ſint
expreſſi, nec poſſint agere, & idem eſt in legato facto pauperi
bus, vt no. ibi gloſſ. in verbo, captiuorū. nam vtroque caſu cō
petit vendicatio epiſcopo, vt dicit eadem gloſſ. & probatur in
l. nulli. & in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cler. & hoc
quando teſtator de executore non prouidet, vt in iuribus præ
alleg. allegat etiam D. Abba. tex. no. in Auth. de eccl. tit. §. pro
temporalibus. coll. ix. vbi generaliter dicit, ꝙ in exactione le-
gatorum & hęreditatum quæ relinquuntur ad pias cauſas ha
bet locum præſcriptio xl. annorum. Certum autem eſt, ꝙ il-
18 lud qđ relinquitur † pro anima qualitercunque relinquatur di
citur eſſe relictum ad pias cauſas, vt dicit gloſſ. & Bar. in l. ſi qs
Titio. ff. de leg. 2. ad rationem Bu. reſpondet dum dicit, ꝙ pau-
peres

peres non poſſunt agere, quia ſunt incerti, nam etiam eccleſia tanquam corpus inanimatum non poteſt agere, & tamen ex negligentia rectoris, ſeu prælati currit contra eam præſcriptio, ita dicendum eſt in propoſito, licet pauperes ſint incerti, & nō poſſunt agere, quia habent adminiſtratorem legitimū. ſ. epiſcopum ex cuius negligentia currit contra eos præſcriptio, vt in l. fi. C. de ſacroſ. eccl. non obſtat l. j. C. de anna. excep. quia ibi pr̃ non vt̃ adminiſtrator filij, ſed pro vſufructu quem habet in illis bonis poteſt agere, ideo cum filius non valeat agere illo tempore ſibi non currit præſcriptio. ſimile in bonis dotalibus pro quib. vxor non poteſt agere conſtante matrimonio, quia maritus eſt dominus rerum dotalium. l. doce
19 ancillam. C. de rei vend. † ideo non currit contra eam præſcriptio conſtante matrimonio, vt in l. in rebus. C. de iure dot. dicit etiam ſe valde admirari de facto Feder. de Se. dum dicit, ꝙ ſufficit præſcriptio xxx. annorum in debitis, ſeu legatis factis pauperibus, quia immo requiritur præſcriptio xl. annorum, vt eſt text in d. §. pro temporalibus, vbi patet, ꝙ in legatis ad pias cauſas non currit minor præſcriptio xl. an. facit l. fina. C. de ſacroſ. eccle. iuncta gloſſ. vbi æquiparatur legatum factum eccleſiis, & legatum factum pro redemptione captiuorum, ſeu pauperibus ad pręſcriptionem inducendam, pro hoc allego tex. in l. omnia. C. de epiſ. & cler. vbi probatur quod hoſpitalia in quibus reſident pauperes gaudeāt omnib. priuilegiis quibus gaudent eccleſię, quem tex. ibi Bar. dicit eſſe not. & idē dicas in quocunque loco pio, vt probatur xvi. q. iiii. c. fi. & in Auth. de non alienandis. §. vt autem. & ibi etiam hoc no. An-
20 ge. Ex hoc conclude, ꝙ in † legato facto pauperibus, vel ꝓ redemptione captiuorum quantumcunque ſint incerti, currit pręſcriptio, ſed requiritur ꝙ ſit pręſcriptio xl. annorum. D. autem Abb. ponit v. lect. ſ. ꝙ iſtę patricius poſſidebat ſine titulo, vnde denunciatio habuit interrumpere præſcriptionem etiam inchoatam cum bona fide, maxime quia fuit facta per ſuperiorem, ad hoc allegat. l. item veniunt. §. petitam. cum §. ſequen. ff. de peti. hęred. quem tex. ita intelligit But. in c. grauis. de reſti. ſpol. ibi enim dicitur, ꝙ ſi aliquis ſcit a ſe debere peti hæreditatem, vel quia hoc ei ſit denunciatum, vel ſit certificatus literis, vel edictis, quia per hoc conſtituitur in mala fide, vnde But. vbi s̃. intelligit illum tex. in poſſidente ſine titulo, & ita etiam intellexit Bar. in l. alienam. ff. pro empt. & hoc modo intelligendo iſtum tex. non inducit aliquid de nouo, quia hoc eſt de iure antiquo, & hoc innuit tex. dum dicit ſcire vos credimus, & dicit D. Abb. hanc lect. eſſe notandam. ſed tu dic quod eſt diuinatio ad iſtum tex. ponit etiam D. Abba. aliam lect. de qua non curo, quia non eſt vera, ſed prima lect. gloſſ. communiter tenetur, & magis congruit literæ. nam Papa nil noui iuris voluit inducere, ſed fecit hanc denunciationem ad confuſionem iſtius patricij, ne crederet quod taciturnitas Papæ ſibi prodeſſet in acquiſitione dominii, & ſic induceretur ad alia bona inuaſa, vel occupata retinenda, & quod hoc ſit verum, probat tex. ibi illud vos ſcire credimus quæ innuunt, ꝙ hæc denunciatio nihil noui iuris inducit, ſed declarat ius antiquum, & hęc ſufficiant in iſto c.

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia præſcribit rem priuati ſpatio xxx. annorum.*
2 *Eccleſia contra eccleſiam præſcribit ſpatio xxx. annorum.*
3 *Poſſidet quiete qui non ſtimulatur in iudicio.*
4 *Cauſæ eccleſiaſticæ olim deferebantur ad ſynodum.*
5 *Mala fides qualiter probetur remittitur.*
6 *Præſcriptio xxx. annorum de iure ciuili procedit cum mala fide, quam canones non recipiunt.*
7 *Præſcriptio quadragenaria requiritur ſolum quando contra eccleſiam pręſcribitur.*

## CAP. III.

Sanctorum. Hoc capitulum principaliter habet duos intellectus. Primus eſt in pręſcriptione eccleſiæ actiua. Secundus eſt in pręſcriptione paſſiua, & ſecundum primum intellectum hoc dicit, per quietam & ſinceram poſſeſſionē
1 † eccleſia præſcribit rem priuati ſpatio xxx. annorum. Secū-
2 dum alium hoc dicit. Eccleſia † cōtra eccleſiam pręſcribit ſpatio xxx. annorum, & ſecundum iſtum intellectum iſta dec. hodie in hoc corrigitur, vt patet. ĩ. eo de quarta. & c. illud. Tamē iſte tex. communiter intelligitur ſecundum iſtum ſm intellectum. ſ. ꝙ iſta decretalis loquatur ſecundum iura antiqua, & hoc finaliter tenet hic Innocen. & Ioan. Andr. No. primo, ibi ex tex. quiete & ſincere, iuncta glo. fi. intellectum horum
3 verborum, nam quiete † poſſidet qui non ſtimulatur in iudicio ſincere vero qui habet bonam fidem, ex quo infert D. Abba. ꝙ qui patitur controuerſiam non dicitur quiete poſſidere, licet controuerſia ſit iudicialis hoc eſt differentiæ, quod licet quis non inquietetur in poſſeſſione extraiudicialiter. ſ. in arando, vel ſeminando, vel in poſſidendo. ſi tamen moleſtat iudicialiter, vt quia eſt citatus in iudicium non dicitur quiete poſſidere. optime facit glo. in c. commiſſa. in verbo, pacificā. de elect. in vj. & hoc dicit D. Abb. eſſe bene notan. ad intellectum iurium exigentium poſſeſſionem quietam. Secundo
4 no. ibi abſque ſynodi proclamatione, quia olim † cauſę deferebantur ad ſynodum, de quo xvi. q. iii. c. j. & ii. & in c. j. de iudic.

In glo. j. aduerte, quia Ioan. An. ſuper tex. in verbo, ſynodali. intelligit iſtam proclamationem eſſe iudicialem, verbi gratia, quia poſſeſſor fuit conuentus coram ſynodo, coram qua olim cauſę deferebantur. In gloſſ. ij. diuide eam in tres partes. In prima exponit tex. In ſecunda, quęrit qualiter probetur fides. In tertia opponit & ſoluit. Secunda ibi, & hęc bona fides. Tertia ibi, & ꝙ dicit. In prima parte gloſſ. hęc pars fuit expedita in primo notabili. In ſecunda parte gloſſ. de hoc vide gloſſ. & Doct. ĩ. eo ſi diligenti. in glo. vltima. Qualiter
5 autem † probetur mala fides, vide Bar. in l. Celſus. ff. de vſucap. dicam in d. c. ſi diligenti. In vltima parte gloſſ. hęc gloſſ. ſentit ſecundum intellectum de quo s̃. dixi, in ſumma. ſ. ꝙ loquatur quando eccleſia pręſcribit contra eccleſiam, & ſecūdum hoc iſtud c. corrigitur per c. ſequens. & per c. ad aures. ĩ. eo. & iſte intellectus communiter tenetur, alio modo intelligitur ſecundum Tan. Hoſtien. Pet. & Abba. ꝙ loquatur quando eccleſia pręſcribit contra priuatum, & ſecundum iſtum intellectum poſui primum ſummarium, ſed Ioan. And. reprobat iſtum in-
6 tellectum, quia pręſcriptio † xxx. annorum procedit ſecundū ius ciuile cum mala fide, quam pręſcriptionem canones nullo modo admittunt, vt in c. fi. ĩ. eod. ſed D. Abb. dicit ꝙ hæc ratio Ioan. And. non eſt boua, quia ſine titulo & bona fide poſſunt pręſcribi res priuatorum. xxx. annis. etiam de iure canonico, vt in §. poteſt. vj. q. iij. & iſte tex expreſſe requirit bonam fidem, vt dicit hæc gloſſ. in prima parte & dixi in primo notabili, & ſic iſte tex. approbat pręſcriptionem xxx. ann. quando pręſcribens eſt in bona fide, & dicit D. Abba. ꝙ iſte tex. etiam hodie procederet quando eccleſia præſcribit contra priuatū bona fide ſine titulo, ſed ſi eccleſia haberet titulum, tunc eccleſia pręſcriberet rem priuati, ſicut priuatus cōtra priuatum ſpacio x. ann. inter pręſentes, & xxx. inter abſentes, vt in l. fina. C. de pręſcriptio. long. tempor. notat Ioann. Andr. in regula qui ad agendum. in mercur. & gloſſ. iii. infra eodem. illud, &
7 ibi dicam. † Quadragenaria autem præſcriptio ſolum requiritur quando præſcribere contra eccleſiam, vel contra legata ad pias cauſas, vel contra loca pia, vt dixi in cap. præcedenti. non autem quando eccleſia præſcribit contra priuatum, de quo ſe remittit D. Abba. ad cap. ſequens. Tertio modo, poteſt intelligi iſte tex. quando præſcribuntur patrimonialia clericorum, & hoc modo intellexit iſtum tex. gloſſ. in cap. poſſeſſiones. xvj. q. iiij. quod intelligit D. Abba. quando præſcribuntur ſine tit. alias ſufficeret tempus x. vel xx. ann. ſicut diſponitur in rebus priuatorum, vt no. Ioan. And. in d. regula qui ad agēdum, & dicit D. Abb. eſſe ſingulariter notandam gloſſ. in d. c. poſſeſſiones. dum vult ꝙ res patrimoniales clericorum non gaudeant priuilegio eccleſiæ, quo ad pręſcriptionem per iſtū tex. de quo tangit latius D. Abb. in c. ſequen. & hæc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Quarta decimarum & funeralium pręſcribitur contra epiſcopum ſi ſpatio xl. annorum non ſoluatur.*
2 *Decima non debetur epiſcopo, ſed ſolum quarta earum.*
3 *Decimę omnes dięceſis de conſuetudine per epiſcopum percipiuntur.*
4 *Epiſcopus poteſt quartam decimarum cuicunque donare eccleſiæ.*
5 *Præſcriptio quæ contra epiſcopum & iura eius currit non eſt minor xl. an. nam debitum epiſcopo vt epiſcopo videtur debitum eccleſiæ.*
6 *Quarta & alii redditus eccleſiæ vndecunque prouenientes, an ſunt communes epiſcopo, & capitulo.*
7 *Præſcriptio non currit contra eccleſiam niſi ſit xl. annorum.*
8 *Pręſcriptio nunquid impediatur iacente hæreditate.*
9 *Mala fides prędeceſſoris, non nocet ſucceſſori habenti in beneficio bonam fidem.*
10 *Hæres, an poſſit cum ſit bonæ fidei poſſeſſor incipere præſcriptionem a ſe, non computato tempore quo defunctus poſſedit.*
11 *Fama præbet iuſtam cauſam credendi.*
12 *Epiſcopus, an poſſit donare quartam decimarum & funeralium alteri eccleſiæ ſine conſenſu capituli.*
13 *Error quando excuſet in præſcribendo.*
14 *Temporis duplicatio quando fieri debeat in præſcriptione.*
15 *Ius percipiendi decimas de fructibus fundi, habet cauſam continuam, ſecus in percipiendo de vino, grano, & omnibus minutis.*
16 *Præſcriptio quadragenaria ſolum contra eccleſiam currit.*

17 *Ioan*

17 *Ioannes Andreæ, de more nullam opinionem firmat.*
18 *Seruitus quando dicatur habere cauſam continuam, vel diſcontinuam, & quomodo procedat.*
19 *Præſcriptio ſeruitutis requirit, vt quis credat vti iure ſuo.*
20 *Patientia Domini inducit poſſeſſionem in iſtis incorporalibus.*
21 *Seruitutes reales & perſonales an inuicem differant.*
22 *Differentia inter ius ciuile & canonicum nunquid ſit circa duplicationem temporis prę̨ſcriptionis.*
23 *Eccleſia Romana non patitur præſcriptionem niſi centenariam.*
24 *Diminutionem operari non debent quę inducta ſunt ad augumentum.*
25 *Priuilegium non debet excedere proprios terminos.*
26 *Ius decimarum potius eſt ſeruitus realis quam perſonalis, quia debentur eccleſiæ, cuius nomine Rector agere debet.*
27 *Laicus an gaudeat priuilegio eccleſiæ., vel eccleſia ei ſuccedens poſſit vti iure priuati.*
28 *Seruitutes qualiter acquirantur cum conſimilibus iuribus.*
29 *Iura incorporalia non requirunt titulum, ſed ſolus vſus ſufficit.*
30 *Seruitus quando dicatur habere cauſam continuam.*
31 *Titulus præſumitur ex tempore allegatus per prę̨ſcribentem.*
32 *Titulus requiritur in rebus immobilibus non autem in mobilibus prę̨ſcribendis.*
33 *Res quælibet de iure communi præſumitur eſſe libera.*
34 *Malafides prę̨ſumitur excedendo terminos ſuę parochiæ.*
35 *Vſusfructus eſt pars dominii.*
36 *Vſusfructus præſcribitur decennio inter præſentes, & xx. inter abſentes, quamuis dominium rei mobilis triennio prę̨ſcribatur.*
37 *Prę̨ſcriptio an currat contra ignorantem.*
38 *Patientia ſola conſtituitur quaſi poſſeſſio in ſeruitutibus.*
39 *Abſens quis dicatur, & quis prę̨ſens.*
40 *Cardinales dicuntur eſſe abſentes, qui in electione Papæ facienda ſunt extra muros ciuitatis, ſicuti dicuntur præſentes qui intra muros ſunt.*
41 *Seruitutes qualiter perdantur.*
42 *Odia reſtringi debent, & fauores ampliori.*
43 *Actio nulla præter hypothecariam extenditur ad ſpatium quadraginta annorum.*
44 *Tempus qualiter duplicetur quando ſeruitus habet interuallum.*
45 *Seruitus Vrbana non perditur per ſolum non vſum, ſed ita demum, ſi vicinus ſimul vſucapiat libertatem.*
46 *Bonafides non requiritur ad prę̨ſcribendam ſeruitutem ruſticam, cum in ea non requiratur factum hominis.*
47 *Præſcriptio libertatis a ſeruitute perſonali requirit bonam fidem.*
48 *Bonafides an requiratur in præſcribenda libertate ab vſufructu.*
49 *Seruus ſi velit prę̨ſcribere ſeruitutem, debet habere bonam fidem.*
50 *Prę̨ſcriptio nulla tam canonica quam ciuilis valet abſque bona fide.*
51 *Res empta ex pecuniis eccleſiæ, licet nunquam fuerit tradita, non tamen præſcribitur minori tempore, quam annorum quadraginta.*
52 *Eccleſia habens actionem publicianam, puta quia emit rem alienam, & a poſſeſſione cecidit, non perdet actionem publicianam niſi ſpatio xl. annorum.*

## CAP. IIII.

1 DE quarta. Quarta†decimarum, & funera
lium præſcribitur cōtra epiſco
pum ſi xl. ann. ſpatio nō ſoluatur. & cathedralis
eccleſia interim non vacauit, hoc dicit. Diuiditur
in duas partes. In prima ponit dictum. In ſecunda caſum exce
ptum. In tertia, ius antiquum reprobat. Secunda ibi, niſi for-
2 te. Tertia ibi, nā Romana. No. primo, ꝙ epiſcopo non†de-
betur decima, ſed ſolum quarta decimarum, ipſa vero deci-
a ma debetur eccleſiæ. j. cuius parochiam prędia ſita ſunt. [a] Ex
quo infertur, quod epiſcopus non fundat intentionem ſuam
de iure communi, de reſiduo .i. de tribus partibus decimę, de
quo dic, vt in c. cum contingat. de deci. vbi communiter con-
cluditur, ꝙ ſi prædia ſunt. j. parochiam epiſcopalem, vel infra
nullam parochiam tales decimę pertinent ad epiſcopum, ſed
ſi ſunt. j. aliquam parochiam pertinēt ad eccleſiam parochia
3 lem. De conſuetudine tamen omnes decimę†diœceſ. perci
piuntur per epiſcopos, & eccleſiis parochialibus ſola quarta
decimarum remanſit, & hoc præſcripſerunt epiſcopi ex lon-
giſſima conſuetudine continuata per tantum tempus cuius
initij non eſt memoria. Et ſic eccleſiæ parochiales percipiūt
ſolum quartam decimarum, quę communi vocabulo in
iſtis partibus vocatur quarteſium. No. ſecundo, ꝙ quarta
decimarum & funeralium debita epiſcopo eſt præſcriptibi-
lis, & dicit D. Abb. hoc vltimum not. quia non probatur ali-
bi. Ita bene & dicit ꝙ de hoc ſępe eſt contentio inter epiſco-
pos & eccleſias inferiores. nam epiſcopi per fas, & nefas nitun
tur extorquere quartam funeralium. i. eorum quæ veniunt oc
caſione funeris, ſeu ſepulturę cum hic ſit tex. ita apertus, &
hoc etiam tenet gloſſ. ordinaria. in c. j. in glo. fi. de ſta. mona. &
Hoſt. in ſumma de ſepultura. §. & quarta ſit. de quo per Doct.
in c. certificari. de ſepult. vbi plenius per D. Abb. & dicit ſe pro
hac parte pluries conſuluiſſe, & pro hac parte facit, quia epi-
4 ſcopus hanc†partem poteſt cuicunque eccleſię donare, vt eſt
tex. no. xii. q. iii. c. ſi. adeo ꝙ ſi hanc donationem facit de con-
ſenſu capituli non eſt neceſſaria prę̨ſcriptio, vt dicit ibi Hoſt.
& plenius per Ioan. And. in c. paſtoralis. de dona. ſuper glo. pe-
nult. vnde ſi eſt abdicabilis ab epiſcopo per conceſſionem. Ita
per prę̨ſcriptionem. nam videtur alienare qui patitur rem prę
ſcribi. ff. de verborum ſignific. l. alienationis verbo, dicit tamē
D. Abba. quod cum hæc præſcriptio ſit contra ius commune,
vt hic & in c. conquerente. de officio ordin. requiritur titulus.
aut verus, aut putatiuus, vel curſus tanti temporis cuius initij
non eſt memoria, vt in c. j. de præſcrip. in vi. Aduerte tamen,
quia Hoſtien. & Ioan. Andr. requirunt aliud ad hoc vt proce-
dat talis præſcriptio, videlicet quod ſit rector, vel habeat di-
gnitatem, vel officium in eccleſia propter quod prę̨ſcribat no
mine eccleſiæ, & non proprio ar. c. de iure. j. de iure pat. ſimi-
le eſt de iure eligendi, vt no. s. de elect. conſtitutis. No. tertio,
ꝙ contra iura debita principaliter epiſcopo, vt epiſcopo non
5 currit præſcriptio†minor quadragenaria. nam debitum epi-
ſcopo, vt epiſcopo videtur debitum eccleſiæ, vt hic aperte ꝑ-
batur maxime in ſi. Et ex hoc infert D. Abb. ꝙ contra iura &
bona capituli, & debita canonicis vt canonicis non currit
præſcriptio xl. annorum, & idem dicit D. Do. in cap. fin. ſuper
glo. in ver. conſuetudo. de conſue. in vj. No. quarto, ꝙ ſe. vac.
non currit præſcriptio, & in bonis communibus epiſcopo &
6 capitulo, nam de iure†communi hæc quarta, & alii redditus
eccleſię vndecunque prouenientes ſunt cōmunes epiſcopo,
& capitulo, vt in c. requiſiſti. de teſta. & xii. q. ii. quatuor & c.
de redditibus, & tamen vt hoc patet vacante eccleſia non cur
rit prę̨ſcriptio, quia non videtur alius fuiſſe idoneus ad litigā-
dum, pro hoc facit tex. ibi exigere debuiſſet, & hoc facit ad ea
quæ dixi poſt D. Abb. in cap. primo. s. eod. No. vltimo regu-
7 lam, ꝙ contra eccleſiam†non currit prę̨ſcriptio niſi xl. anno-
rum, idem dicit D. Abba. in legatis factis ad pias cauſas, vt in
Authen. de eccle. titu. §. pro temporalibus. Idem dicit in hoſpi
talibus & locis piis, quia iſta ę̨quiparantur, vt in l. omnia pri-
uilegia. C. de epi. & cler. & ibi per Bar. & no. Ioan. And. in cap.
ii. de reſti. in integ. in vi. & pro hoc allego bon. tex. in Auth. de
non alienādis. §. vt autem. vbi patet ꝙ quilibet locus pius gau
det priuilegio eccleſiæ, & ibi hoc not. Ang. ad idem xvi. q. iiii.
c. fin. Antequam veniam ad glo. quæro de vna quę̨ſtione. ſ.
8 nunquid iacente†hę̨reditate impediatur prę̨ſcriptio ſicut va.
eccleſia? Spec. eod. titu. §. 1. ver. item no. dicit ꝙ non allegat. l. ſi
prę̨dio. ff. de in diem adiec. & l. fi. §. 1. ff. de vſuca. Sed But. in ca.
non liceat. j. eo. aſſignat rationē, quia eſt in facultate hę̨redis
adire hę̨reditatem, vnde currit contra eum prę̨ſcriptio ſi per
eum ſtat, quia qui poteſt facere, vt poſſit, videtur poſſe. l. q. po-
teſt facere. ff. de reg. iur. Dicit tamen, ꝙ ſi aliter eſt impeditus
ę̨quum eſt eum reſtitui ex clauſula generali, ad hoc. l. ſi prius.
ff. ad Carbo. & quod no. in l. ventre. ff. de acquir. hæred. & hoc
tene quicquid dicat hic D. Abb. quia leges allegatę per Spec.
aperte probant, ꝙ iacēte hę̨reditate currat prę̨ſcriptio, & ma-
xime qa hodie hę̨res poteſt incontinenti adire hæreditatē cū
beneficio inuentarii, ita ꝙ non eſt neceſſarium ꝙ petat tem-
pus ad deliberandum, vt in l. ſcimus. C. de iure delib. & hoc te-
ne quicquid dicat d. Abba. In gloſſ. 2. hęc glo. in effectu po-
nit duas ſolutiones. Prima eſt, ꝙ iſte tex. debet intelligi non in
eo q incepit poſſidere, ſed in ſucceſſore qui reperit eccleſiam
in poſſeſſione, & credidit eam iuſte acquiſitam, & ſic potuit a
ſe incipere præſcriptionem, idem dicit gl. in c. cura. de iure pa-
9 tro. & hoc eſt ſingulariter no. ſecundum D. Abb. ſ. ꝙ †malafi-
des poſſeſſoris in beneficio non nocet ſucceſſori habenti bo.
fidem, & idem dicit glo. in regula cum quis. lib. vj. & Dy. in re-
gula poſſeſſor. eo. lib. ſecus in hærede cui nocet mala fides de-
functi, & ratio differentiæ eſt, quia ſucceſſor in dignitate nō
habet cauſam a præceſſore, ſed a conferente ſibi dignitatem,
hæres vero habet cauſam a defuncto, & reputatur eadem pri
ma cum eo ideo malafides defuncti ſibi nocet. Vtrum ta-
10 men hæres†bonæ fidei poſſit a ſe incipere prę̨ſcriptionem nō
computato tempore quo defunctus poſſedit dicam. j. eo. ſi di
ligenti. Ioan. autem And. dicit ſolutionem huius glo. eſſe ſuffi
cientem ad excludendam malam fidem, ſed non quo ad vali
dandam prę̨ſcriptionem in caſu huius capituli, niſi tanto tpe
fuiſſet continuata poſſeſſio, ꝙ de eius initio non eſſet memo
ria, & hoc ideo quia ius commune eſt hic contra prę̨ſcriben
tem, vt in c. 1. eod. titu. in vj. procedit ergo ratio glo. vbi nō re
quiritur titulus, & idem no. Dy. in regula poſſeſſor, dicit tamē
D. Abb. ꝙ non eſt ſemper neceſſe, ꝙ interueniat verus titulus,
ſed ſufficit putatiuus, vt ſi iuſto errore ductus quis credidit ti-
tulum

ADDITIO.

a ¶Idem D. Abb. in c. cum olim. tertio no. de cenſ.

tulum præceſſiſſe, puta ſi procurator eccleſię dicit epiſcopũ
ſibi conceſſiſſe quartam decimarum, vel quartam funeraliũ,
vel ſi erat fama in loco ꝙ epiſcopum de cõſenſu capituli hoc
ius remiſerat, ſeu donauerat eccleſiis ſuę diæceſis, vel ꝙ Papa
conceſſerat priuilegium, & ꝙ illud fuit perditum tẽpore guer
ræ, ſicut & alia bona his enim, & ſimilibus caſibus procedit
præſcriptio etiam contra ius, & allegat tex. no. in l. quod vul-
go. ff. pro empt. & tenet Bar. in l. Celſus. ff. de vſuca. vbi hoc fir-
mat & dicit D. Abba. hoc eſſe no. & allegat glo. in ca. inquiſi-
tionis, de ſent. excom. & in c. cum contingat. de reſcript. & di-
11 cunt ꝙ † fama præbet iuſtam cauſam credendi, & hoc bene
no. Ex quo habes quod in præſcriptione quæ eſt contra ius cõ
mune ſufficit probare iuſtam cauſam credendi, ꝙ titulus in-
teruenerit per modos ſupraſcriptos, vel ſimiles, & ſic ſufficiet
præſcriptio xl. annorum contra ius commune, quod no. pro
limitatione d. c. 1. eo. tit. in vi. Alias limitationes ponam in c. ſi
diligenti. ſ. e. Secunda ſol. glo. eſt ꝙ iſte presbyter potuit ha-
bere titulum ex conceſſione ſolius epiſcopi, vnde occaſione
illius tituli præſcripſit licet eſſet minus iuſtus, & no. bene glo.
12 quia ſentit, ꝙ † epiſcopus ſine conſenſu capituli non poteſt do
nare hanc quartam alteri eccleſiæ, & idem dixit glo. xii. q. iii. c.
fi. & Hoſt. & Ioan. And. vt dixi in ſecundo notabili. Sed cõ-
tra hanc ſol. gloſ. oppono, quod ſi credidit conceſſionem ſo-
lius epiſcopi ſufficere errauit in iure, & ſic non potuit pręſcri-
bere, vt no. in cap. dudum. de deci. & in c. apoſtolicæ. de donat.
Et contra iſtam glo. videtur glo. in d. c. apoſtolicæ. de don. quæ
incipit, ſed videtur: quæ expreſſe dicit, ꝙ error iuris impedit
pręſcriptionem, & glo. fi. in c. ii. de his quæ fi. a præla. dicit ꝙ il
le qui emit a ſolo pręlato non pręſcribit cum ſciat ipſum nõ
habere ius diſtrahendi, & ſic contra legem mercatur. l. quem-
admodum. C. de agri. & cenſi. lib. xi. D. autem Abb. concordat
ꝙ aut habens conceſſionem ſolius epiſcopi errauit in facto,
vt quia credidit conſenſum epiſcopi interueniſſe, & procedit
iſta glo. ar. l. quod vulgo. ff. pro emp. Aut errauit in iure, quia
credidit cõceſſionem ſolius epiſcopi ſufficere, & procedit gl.
contraria. Dicit tamen D. Abb. ꝙ ſi ius in quo erratur eſſet du
13 bium, tunc † error excuſaret in pręſcribendo allegat text. not.
in c. cum dilectus. de conſuet. & ibi vide omnino gloſſ. in ver.
conſtitutum. & quod no. But. ſuper ea. & ad pręductam diſtin-
ctionem dicit D. Abb. eſſe reducendum illud, quod not. Ioan.
And in c. cura. de iure patr. & glo. & Ioan. Andr. in c. ii. de reb.
eccl. non alie. vbi videtur ſentire ꝙ titulus ſolius pręlati causã
pręſcribẽdi det. Et ſubdit ꝙ ſimilis quęſtio formari poſſet qñ
res eccleſię fuit alienata non ſeruata debita ſolẽnitate, de quo
aliquid tangit Ioan. And. in addi. Spe. eo. titu. ſuper rubrica. &
in d. c. ii. ſed D. Abb. dicit eodem modo eſſe diſtinguendum,
vt ſupra dictum eſt. & vide But. qui idem dicit quod D. Ab. hic
in c. ſi diligenti. ſ. eod. Extra glo. venio ad glo. Inn. hic quæ
quotidie allegatur, & pro eius declaratione oppono, & videt̃
ꝙ in pręſcribendo quartam decimarum requiratur tempus
14 duplicatum, quia vbicunque † pręſcribitur ſeruitus habens in
teruallum annorum, ſeu menſium requiritur tempus dupli-
catum, vt in l. ſi ſic conſtituta. ff. quemadm. ſeruit. amitta. ergo
cum alias contra eccleſiam requiratur tempus xl. annorum,
ergo in his iuribus habentib. interuallum temporis lxxx. an-
norum, quia decimæ non habent cauſam continuam, ſed di-
ſcontinuam cum non omni die, vel ſingulis menſibus proue
niant. ſolutio. Innoc. primo dicit, ꝙ hoc ius nõ habet aliquod
interuallum etiam horarum, immo habet quaſi continuam
cauſam cum quotidie poſſint, & debeant recipi decimę non
ſolum perſonales ſed etiam pręduales, cum pręduia quotidie
aliquos fructus poſſint producere, & quotidie quarta epiſco-
pis eſt ſoluenda, & idem dicit Innocen. de iure eligendi, quia
quotidie poſſunt eccleſiæ vacare ar. eius quod dicitur de ſtilli
cidio, in l. foramen. ff. de ſerui. vrb. pręuiorum. & ideo ſufficiũt
xl. anni vt hic, & in c. cum eccleſia Sutrina. de cau. poſſ. & pro
priet. Contrarium autem procedit in iure, quod habet inter-
uallum certũ ei deputatũ a iure, vel ab homine quale eſt qđ
oĩ anno dedicationis, vel alicuius feſtiuitatis, vel alio certo die.
Recipiat partem oblationum, vel aliud certum ſeruitium. x.
q. iii. nec minimis. & xviii. q. ii. Eleuterius. & ſ. de cenſi. cum ve
nerabilis in hoc caſu dicit Innocen. eſſe neceſſarios. lxxx. an-
nos ſecundum eos qui dicunt tempus duplicandum, poſtea
15 autem in alia parte glo. glo. dicit ꝙ ius † percipiendi decimas
de fructibus fundi continuam habet cauſam, ſed ius percipiẽ
di decimas de vino, vel de grano tantum, vel de omnibus mi
nutis, vel conſilium non habet perpetuam cauſam, quia hęc
percipiunt̃ certis tantum temporibus, vt no. ſ. eo. ad aures, tã-
git etiam alia Innocen. circa ſeruitutem acquirendam, vel
amittendam, ſed ſeparatim recitabo, prout facit D. Abb. pro-
pter ea quæ addit. D. Abb. Hoſt. autem hic dicit ꝙ iſta glo. Inn.
quantum ad canones potius eſt ſubtilis quã vtilis, ſiue enim
agamus de corporalibus, ſiue de incorporalibus continuam

cauſam habentibus, vel non habentibus regulariter eſt tenẽ-
16 dum, ꝙ † ſola quadragenaria præſcriptio currat contra eccle-
ſiam, & nulla minor vt hic in fi. ſed in eccleſiaſticis non cur-
rit pręſcriptio ſine titulo quando quis præſcribit contra ius
commune, ſed requiritur tantum tempus cuius initij non eſt
memoria, vt in c. j. eo. tit. in vj. quin immo quando aliquis pe-
tit ſe admitti contra ius commune ad eligendum neceſſe ha-
bet exprimere quod iure petat, vt no. ſ. de elec. conſtitutus. de
17 quo dic, vt ibi, & ita recitando tranſit Ioan. † An. nullam opi.
firmando more ſuo, & dicit D. Abb. ꝙ quando Ioan. And. ap-
ponit ſtudium optime decidit, ſed raro hoc facit, & ꝙ ſi hoc
feciſſet multis ſcribẽtibus ſilentium impoſuiſſet, & quod cre-
dit Ioan. And. ſic acceleraſſe, vt multa ſcriberet. Butr. autẽ hic
dicit ſe non putare quod minus tempus exigatur a iure cano
nico, quam a iure ciuili, quia iura ciuilia in hoc non ſunt cor
recta a iure canonico cum canones plus tendant ad tollẽdas,
18 quam ampliandas pręſcriptiones, vt patet in c. fi. ſ. eo. ſed † illa
diſtinctio an ſeruitus habeat cauſam continuam, vel diſcon-
tinuam habet locum quando agitur de ſeruitutibus realibus
debitis a re rei, quia cum ibi res non habeat cauſam conti-
nuantem poſſeſſionem oportet, vt ipſo facto continuetur ad
hoc vt currat pręſcriptio quæ non currit ſine poſſeſſore, ſed
in iuribus debitis a re perſonæ, vel a perſona perſonę, ſecus
eſt, quia ibi animus continuat poſſeſſionem cũ poſſeſſio ani-
mo teneatur, vt eſt tex. in l. licet. C. de acquir. poſſ. quaſi ꝑ hoc
velit dicere, quod cum ius percipiendi decimas, ſeu quartam
decimarum debeatur perſonæ non eſt neceſſe, ꝙ duplicetur
tempus, & iſta fuit originaliter opinio Cy. in l. ii. C. de ſerui. &
aqua. & Bar. in l. iuſto. §. non mutat. ff. de vſucap. qui dicunt ꝙ
vſusfructus dicitur habere cauſam continuam, & præſcribit̃
ſpatio x. annor. inter pręſentes, & xx. inter abſentes, vt probat̃
in l. penult. C. de vſufr. quia cum ſit ſeruitus perſonalis qui de-
betur a re perſonæ eius poſſeſſio retinetur animo, & quod il-
la diſtinctio. ſ. an ſeruitus habeat cauſam continuam, vel nõ
habet locum in ſeruitutibus realibus quæ debentur fundo,
quia fundus non habet animum per quem retineatur poſſeſ
ſio ideo non poteſt dici poſſeſſio continuata niſi vſus ſit con
tinuus. Et ex hoc dicit Bar. ꝙ in quaſi poſſeſſione iuriſdictio-
nis quę competit perſonæ, vt in iure exigẽdi vectigal, talis poſ
ſeſſio animo detinetur, & dicitur habere cauſam continuã.
D. autem Abb. hic dicit ſe hactenus fuiſſe ſecutum hãc reſtri
ctionem propter authoritatem tantorum virorum, ſed dicit
quod nunc ſcribendo cogitauit illam opin. non eſſe veram
mouetur primo, quia licet ſeruitus ſit realis. i. debita a re rei,
tamen res non eſt illa quę acquirat vel poſſideat, cum ſit ina-
nimata, ſed eſt perſona. ſ. dominus fundi, qđ patet ex eo, quia
19 in pręſcribenda ſeruitute † requiritur quod quis credat vti iu-
re ſuo, vt in l. fi. ff. quemad. ſeru. amit. not. Inno. in c. bonę. ii. de
poſtu. pręl. & Bar. in l. j. §. hoc interdictum. ff. de itin. actuq; pri
ua. Secundo mouetur per tex. in d. l. ſi ſic. ff. quemad. ſeruit.
ami. vbi tempus duplicatur, quia propter cauſam diſcõtinuã
non potuit continue vti ſeruitute etiam ſi voluiſſet, & ſic cõ-
ſiderat factum perſonę, & dicit quod ibi non diſponitur de
ſeruitute acquirenda, ſed de perdenda ſeruitute, dicit tamen
quod multo magis requiritur tempus duplicatũ quando agit̃
de ſeruitute non habente cauſam continuam acquirenda. nã
20 patientia † domini inducit poſſeſſionẽ in iſtis incorporalibus,
vt in l. 2. C. de ſerui. & aqua. & in l. iii. §. clare. ff. de vſufr. & Bar.
in l. j. C. de ſerui. & aqua. & in l. j. §. denique. ff. de aqua plu. arc.
no. Inno. in d. c. bonę. ii. de poſſ. pręlat. & in c. conquerente. de
offic. ord. ſed hęc patientia non habet̃ ſemper vbi cã non eſt
continua, ergo poſſeſſio non debet vniformiter operari, qa
animus poſſidentis non eſt ſemper notus aduerſario, & poſ-
ſeſſio habet plurimum facti, vt no. in c. cum noſtris. de conceſ.
pręben. ſed tu tene opin. Cy. & Bar. quam etiam ſequitur hic
But. nam ſi eſſet verum illud quæ dicit D. Abb. non pręſcribe
retur vſusfructus, nec vtendo perderetur niſi poſt tempus du
plicatum, & tamen vſusfructus pręſcribitur ſpatio x. annorũ
inter pręſentes, & xx. inter abſentes, & ſic non duplicatur tp̃s,
vt eſt tempus in l. corruptionem. C. de vſufr. licet loquatur in
pręſcriptione vſusfructus amittendi, & ideo neceſſe eſt dicere
quod ſit differentia inter ſeruitutes perſonales & reales. nam
licet in pręſcriptione, vel amiſſione ſeruitutis realis requirat̃
factum hominis vtentis, vel negligentis, tamen res cui debet̃
ſeruitus principaliter poſſidet, & poſſeſſionem perdit interue
niente negligentia non vtentis, & ſic dato quod requirat̃ fa-
ctum hominis nihilominus ipſa res dicitur poſſidere, vel poſ
ſeſſionẽ perdere, ideo appellantur ſeruitutes pręuiorum, quia
debeatur principaliter pręduiis, vt in §. in ruſticorum. Inſtit. de
ſerui. ſed quando ſeruitus eſt perſonalis, vt quia debetur a re
perſonę, & etiam ſeruitus inhęret oſſib. illius cui debetur, qa
non debetur alicui rei, ſeu pręduio, ſed perſonę, perſona autẽ
retinet poſſeſſionem animo, vt in d. l. licet. C. de acquir. poſ. iõ
vſusfru-

vſusfructus dicitur habere cauſam continuam, & longo tem
pore prȩſcribitur, vt in d.l.corruptionem.C.de vſufruct.& per
hoc patet quod non poteſt procedere illud quod dicit D.Ab.
dum vult, quod non ſit differentia inter ſeruitutes reales, &
21 perſonales, quia immo † eſt vt patet in d. l. corruptionem C.
de vſufruct.iuncta l.ſi ſic.ff.quemadm.ſeru.ami. Quantum
22 autem ad principalem articulum.ſ.an ſit differētia† inter ius
ciuile, & canonicum in hoc tempore duplicando D.Ab. præ
mittit, quod regulariter inter ius ciuile & canonicum nulla
eſt differentia quantum ad prȩſcriptionem inducendam prȩ
ter illam, quia ius ciuile admittit prȩſcriptionem cum mala
fide, vt in l.ſi quis emptionis titulo.C.de prȩſcrip. triginta an-
norum, quam ius canonicum reprobat, vt in c.ſequen.& ȷ̃.in
c.fin. Alia autem differentia iure non probatur, nec obſtat ſi.
dicatur quod iura canonica expoſcunt indiſtincte tempus.xl.
annorum, vt hic & ȷ̃.eo.illud ſecus de iure ciuili, vt in l.fin.C.
de prȩſcrip.lon.temp.quia ius canonicum ſemper non requi
rit illud tempus, ſed tunc ſolum quando præſcribitur contra
eccleſiam, quia illud in fauorem eccleſiȩ fuit introductum, &
idem eſt de iure ciuili, vt in auth. quas actiones. C. de ſacroſ.
eccl.Item quemadmodum contra eccleſiam Romanam nō
23 †currit prȩſcriptio niſi centenaria, vt ȷ̃.eo.cum nobis. Ita etiā
de iure ciuili, vt d.auth quas actiones.vnde eccleſia contra pri
uatum, & priuatus contra priuatum bene prȩſcribit minori
tempore ſicut diſponitur de iure ciuili, vt not. in d.auth.quas
actiones.& per Ioan.And.in regula qui ad agendum, in mer
cur.lib.vj.vnde glo.in cap.poſſeſſiones.xvi.q.iiij. dicit quod in
bonis patrimonialibus clericorum præſcribens non exigatur
tempus.xl.annorum, & de hoc dicam.ȷ̃.eo. illud vbi glo. tan-
git propter quod omitto quædam quæ hic dicit D. Abb. quæ
ibi ſum dicturus, vnde quantum ad principale dubium dicit
D.Abb.ꝙ vbi de iure ciuili requiritur contra priuatum tem-
pus de cuius initio non eſt memoria, multo fortius cum præ-
ſcribitur contra eccleſiam, ar.c.1.eod. ti.in vj. quia illud quod
eſt ſtatutum in fauorem eccleſiæ, prȩſcriptione quadrage-
naria, non debet retorqueri in eius lȩſionem, vt in regu-
la quod ob gratiam.libr.vj.& in l. quod fauore. c.de ll.optime
facit dicta auth.quas actiones.vbi patet ꝙ præſcriptio quadra
genaria fuit ſtatuta in fauorem eccleſiæ in illis caſibus in qui-
bus contra priuatum præſcribebat minori tempore, ſecus er-
go in illis caſibus in quibus requiritur tempus, cuius initii nō
24 eſt memoria, de quibus.ȷ̃.dicetur.nam†inducta ad augmentū
non debent operari diminutionem.ar.in c.fi.de verb. ſignific.
vbi autem non requiritur tantum tempus, ſed tempus dupli-
catum ſicut quando agitur de ſeruitute habente cauſam di-
ſcuntiuam, ſeu tempus interpolatum, & tunc dicit D.Abb. ꝙ
non duplicatur tempus quadraginta ann.quia.cum ius ſtatue
rit præ aliis priuatis tempus prolixius in eccleſiis, vt d.authen.
quas actione.& hoc fecit pure & ſimpliciter & diſtincte, vt
hic debet tempus eſſe vniforme, & non duplicari. priuilegiū
25 †enim non debet excedere proprios terminos. ȷ̃.de priuileg.
ſanc.& c.porro.& 7. q.j.petiiſti.& dicit ꝙ ius ciuile fortaſſe re
quiſiuit tempus duplicatum in priuatis, quia eis prouiderat
de breuiori tempore, vnde cum eccleſiæ fuerit conceſſum ꝓ-
lixum tempus, & longiſſimum non.debet duplicari ſed eccle
ſia ſuo priuilegio debet eſſe contenta, & dicit ꝙ hoc ſatis eſt
de mente glo. in d.l.ſi ſic conſtituta, quæ dubitauit nunquid
tempus xx.ann.ſit duplicandum, vt requiratur curſus quadra-
ginta ann.& de hoc ȷ̃.dicam fortius non eſt dicendum, quod
duplicetur tempus xl.ann.& hoc caſu poteſt ſaluari opi. Hoſ.
& dicit ꝙ hæc putat veriſſima mihi in hoc placet opinio D.
26 Abb.quia†ius decimandi potius eſt ſeruitus realis, quam per-
ſonalis, quia decimæ debentur eccleſiæ, & debet rector agere
nomine eccleſiæ, vt in c.literȩ. de dila.no.Innocen.in ca.cum
ſuper.de cau.poſſ.& propr.Ideo prȩlatus in bonis eccleſiæ nō
dicitur dominus, ſed procurator, vt in c.ii.de dona.& præſcri-
ptio ſit contra eccleſiam, & nō contra prælatum, vt patet hic
in fi.vnde non poteſt negari quin ius decimandi, ſeu decimæ
debitæ eccleſiȩ ſit ſeruitus realis, quæ debetur a re rei, & tamē
dato ꝙ habeat cauſam diſcontinuam ſine tempus interpola
tum reſpectu decimæ vini & frumenti, tale ius præſcribitur
ſpatio xl.annorum, vt hic patet, & ſic nō duplicatur tempus,
niſi velis dicere ꝙ quem rector eccleſiæ eſt vſufructuarius in
bonis & iuribus eccleſiæ, vt in c.prȩſenti.de offi.ordin.in vj.&
quod ibi not.glo.ideo poſſeſſionem retinet animo ſicut quili
bet aliꝰ vſufrctuarius, licet poſſideat nomine eccleſiæ, & hoc
modo reſpondendo iſte tex.non probaret illud quod dicit D.
Abba.tamen credo dictum ſuum eſſe verum per rationem,
quam allegat, & hoc tenet gl.no.in c.cum eccleſia.In gloſ. an
tepenult.quæ eſt in verbo, propter breuitatem temporis, & in
cipit, & ita patet.ſ.de cau. poſſ. & propr.quæ dicit ꝙ ſecundū
canones non duplicatur tempus, & allegat illud c. D. etiam
Abb.hic tangit quid ſi priuatus habet rem communem cum
27 eccleſia, vel quid ſi eccleſia ſuccedat priuato, †an laicus gau-
deat priuilegio eccleſiæ, vel an eccleſia ſuccedens priuato de
beat vti iure priuati, ſed quoniam vtroque quȩſtio melius ca
dit in c.illud.ȷ̃.eo.ideo ibi remitto, & pro hoc eſt expedita vna
pars glo.Innoc. Venio nunc ad reliqua quæ dicit Innocen.
& quæro de duobus principaliter.Primo, qualiter†acquiran
tur ſeruitutes, & iura conſimilia.Secundo, qualiter perdantur
28 & quanto tempore. Venio†ad primum in quo Inno. dicit,
ꝙ ſi ius de quo agitur habet cauſam continuam, & perpetuā
ſicut ſeruitus aquȩ ductus quȩ ſine intermiſſione ducitur, vel
quaſi perpetuam, vt in iure eligendi, & in iure percipiendi de
cimas ex agro ex fructib. qui quotidie poſſunt naſci in agro,
poteſt etiam ponere exemplum in ſtillicidio, de quo in l.fora
men.ff.de ſeru.ruſt.prȩd.& in hoc dicit Innocen.ꝙ ſeruitus ac
quiritur per præſcriptionem.ſ.ante.inter prȩſentes, & xx.inter
abſentes ad ſimilitudinem rerum immobilium.C.de ſeruitu.
l.2.&c. C.de præſcrip.lon.temp.l.fin.dicit tamen quod eſt dif-
ferentia inter incorporalia, & corporalia, quia in rebus im-
mobilibus requiritur titulus, vt in d.l.fi.& xv.q.iii.in §. poteſt.
ſed in ſeruitutibus, ſiue iuribus incorporalibus non requirat̄
29 titulus.Sed ſufficit ſolus† vſus, vt patet. ff.ſi ſeruitus vendicet.
l. ſi quis diuturno. Incipit autem hoc tempus currere ſe
cundum Innocen.ex quo quis cȩpit vti, illo iure non vi, non
clam.nec precario ſciente illo cōtra quem præſcribitur hoc
ius ſeruitutis, & non contradicente, & ſecundum quoſdam
hoc probare debet, & ſic intelligunt.ff.quemadm.ſerui.amit.
l.fi.& l.j.§.Iul.ff.de itine.actuq; priua. vbi autem ſeruitus non
habet cauſam perpetuam, & continuam, vt eſt ſeruitus viȩ &
prȩſtatio ſeruitiorum extraordinariorum, & ſimilia, & hæc
non præſcribuntur niſi tanto tempore cuius initii non eſt me
moria.xi.q.iij.quia cognouimus.c.contra morem.& in c.ſup
quibuſdam.§.1.& ſi de verborum ſignific.& ff. de aqua pluu.
arc.l.j.§.j.& ii.& in l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff.de aqua quoti.
& æſti. Sed D.Abb.allegat bo. glo.quȩ declarat quaſi dicat̄
30 †ſeruitus habere cauſam continuam ſiue perpetuam, & dica
tur habere diſcontinuam, & quantum tempus requiratur in
vtraque præſcribenda.ſ.in l.ſeruitutes.la ii. ff.de ſerui. & aqua.
& in l.j.§.deniq;.C.de aqua plu.arc.quȩ glo.ponunt vnum no
tabile dictum, & ſingularem limitationem ad iſtam materiā.
dicunt enim, ꝙ ſi quis allegat ſibi conceſſam fuiſſe ſeruitutē
ab aduerſario, licet non probet titulum, ſi tamen probet ſe
vſum fuiſſe longo tempore ſeruitute ſciente & patiēte aduer
ſario.præſumitur ſeruitus conſtituta. licet habeat cauſam di-
ſcontinuam, aut ergo prȩſcribens fundat ſe in ſolo tempore,
& tunc requiritur tantum tempus cuius initij non eſt memo
ria. Aut allegat titulum & probat ſe vſum fuiſſe ſeruitute per
x.ann.inter præſentes, & xx.inter abſentes, & præſumitur ſer-
31 uitus conſtituta, quia ex tempore præſumitur† titulus allega-
tus per ſcribentem, & iſtas glo.ſequitur Bart.in d.l. ſeruitutes.
& in d.§.denique.licet vltramontani teneant contrarium, ad-
de aliam limitationem, quia licet in prȩſcribenda ſeruitute
habente cauſam diſcontinuam requiratur tempus cuius ini-
tij non eſt memoria quando prȩſcribens fundat ſe in ſolo tē
pore, tamē libertas ab ipſa ſeruitute præſcribitur ſpātio x. an.
inter præſentes, & xx.inter abſentes, de hoc eſt caſus ſingula-
ris.in l.fi.in princ.C.de ſerui. illa enim l.loquitur de perdenda
ſeruitute itineris quȩ habet cauſam diſcontinuam, & ponit ca
ſum in quo talis ſeruitus habet tempus interpolatum.puta, ꝙ
vno tantum die infra quinquennium quis poſſit iter habere
per agrum vicini, & ibi dicitur ꝙ talis ſeruitus perditur per nō
vſum xx.ann.ex quo ſequitur ꝙ ſi non haberet tempus inter
polatum, ꝙ perderetur per ſpacium x.an.inter prȩſentes.nam
ibi duplicatur tempus propter vſum interpolatum, vt probat
illa l.& ſentit Bar.in ſuo ſummario, ex quo ſequitur, ꝙ ſi qs
haberet ſeruitutem itineris ſimpliciter, ita ꝙ poſſit vti itinere
ad beneplacitum ſuum talis ſeruitus deberet perdi ſpacio x.
annorum inter præſentes, & xx. inter abſentes, & hoc modo
intellige Bald.in d.l.fi. dum dicit, ꝙ licet ſeruitus diſcontinua
non acquiratur ſpatio xx.ann.tamen eo ſpatio perditur, nam
debet intelligi in caſu illius. l. in quo vſus erat interpollatus,
alias fuiſſet præſcripta ſpatio x.ann.inter prȩſentes, & xx.inter
abſentes, & de hoc eſt tex.in l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſu. vbi
dicitur ꝙ ſeruitus viæ amittitur per non vſum ſpatio longi tē
poris.& has duas limitationes not. quia non tanguntur per
Doct.ſed D.Abba.hic reſumit illud, quod ſ.dixit Innc. & ſup-
plet in eo inquantum dixit Innoc.ꝙ non requiritur titulus in
prȩſcribenda ſeruitute, & dicit quod idem tenuit gl.in ca.cum
eccleſia.in gl.antepenult.de cau.poſſ.& propr. & Dy. in regu-
32 la poſſeſſor.lib.vj.& ibi Dy.aſſignat†rationem, quare non re
quiritur titulus in præſcribendis ſeruitutibus, ſeu iurib. incor-
poralibus cum requiratur in præſcribendis rebus immobilib.
in prȩſcriptione x.vel xx.ann.nam Dy.& etiam Bar.in d.l.ſer-
uitutes. dicunt ꝙ in p̄ſcribēdo dominio rei agitur de magno

præiu-

præiudicio cum dominus prorſus ipſam rem amittat, ideo
cautius fuit agendum, vt ſine titulo non præſcribatur longo
tempore, ſed longiſſimo, vt in l. ſi quis emptionis. tit. C. de præ
ſcrip. xxx. ann. ſed quando agitur de ſeruitute acquirenda non
agitur de tanto præiudicio cum dominus non perdat ipſam
rem ſi patitur dum taxat ſeruitutem, & dicit D. Abba. hanc
rationem notandam, ſed ipſe limitat quatuor modis. Primo,
quando præſcriptio eſt contra ius, vt in c. 1. eo. ti. in vj. & dicit
ꝙ q̃q̃ hoc modo reperiatur ſpecifice cautum de iure ciuili,
tamen idem putat illo iure, ſed ius canonicum exigit titulum
illo caſu, quia poſſeſſio malę fidei eſt contra poſſidentem pro
pter reſiſtentiam iuris communis, & facit optime ſecundum
eum. l. quemadmodum. C. de agri. & cen. & quod ibi no. Bart.
lib. xj. & dicit quod ſtandum eſt in hoc diſpõni iuris canonici
propter peccatum, not. glo. in regula poſſeſſor. & Doct. in c. ſi.
ſ. eo. & per Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſ. ecc. Sed ego non
video quomodo iſta limitatio ſit vera de iure ciuili, quia de
33 iure communi quælibet † res præſumitur eſſe libera, vt in l. al-
tius. C. de ſerui. & aqua. no. Innocen. in c. bonę. ij. de poſtu. prę-
la. & propter hoc non præſumitur ſeruitus niſi probetur, &
tamen ſeruitus præſcribitur ſine ti. vt patet in d. l. ſi quis diutur
no. nec obſtat d. l. quemadmodum. quia loquitur quando poſ
ſidens habet titulum reprobatum a lege, ideo pręſumitur ma
la fides, & ita dicit ibi Bar. Aliud eſt autẽ, quod quis poſſideat
contra ius commune, & aliud eſt ꝙ habeat ti. reprobatum,
nec video quomodo poſſit adaptari diſpoſitioni iuris ciuilis
illud quod dicit c. 1. eo. ti. in vj. quia de iure ciuili, ſeu inter lai-
cos non reperitur diuiſio parochiarum facta per ius canoni-
cum, ſicut reperitur diuiſio parochiarum facta per ius cano
nicum, & ideo quando quis vult præſcribere illa quæ ſunt de
34 putata, alteri parochię præſumitur eſſe in mala † fide cum
excedat terminos ſuæ parochiæ facit optime. c. ad decimas. de
reſt. ſpol. in vj. nec ob. illud quod dicit D. Ab. de peccato, quia
non præſumitur mala fides ex eo, quod ius ciuile ponat bre-
uiora tempora ad præſcribendum, quia iſta ſunt ad benepla-
citum, alias ſtatuta laicorum non poſſunt abbreuiare tempo
ra præſcriptionum, quod eſt falſum, & de hoc dicam in c. ſi. ſ.
eo. Tertia limitatio eſt in vſufructu pręſcribendo, licet enim
ſit incorporale, quia eſt quædam ſeruitus in alienis, vt in l. j.
ff. de vſufruc. requiritur tamen titulus, alias non præſcribere-
tur ſpatio x. annorum inter prętentes, & xx. inter abſentes, vt
probatur in l. ſi. C. de præſcrip. lon. temporis. & tenet Dy. in re
gula poſſeſſor, & Bar. in d. l. iuſto. §. non mutat. ff. de vſucap. &
35 eſt ratio, quia † vſusfructus eſt pars dominij. l. iiii. ff. de vſufr. &
dicit glo. ſatis nontanda ſecundum D. Ab. in l. corruptionem.
C. de vſufr. ꝙ etiam ſi vſusfructus conſiſtat in re immobili, ta
men actio perſonalis ad ipſum competens nõ tolliť triẽnio,
& idem dicit in prętcriptione vſusfructus acquiſiti, & eſt ratio
quia vſusfructus etiam in re mobili comparatur rei immobi
li, vt dicit gloſ. in d. l. corruptionem. quæ eſt perpetuo no. ſ͠m
D. Abb. Ex quo infertur, ꝙ licet dominium rei mobilis prę
ſcribatur triennio cum tit. & bona fide, vt Inſtit. de vſucap. in
36 principio, tamen vſusfructus † ipſius non præſcribitur niſi ſpa
tio x. annorum inter prętentes, & xx. inter abſentes, dicit ta-
men D. Ab. hic ꝙ fructus qui percipiuntur ex agro alieno bo-
na fide vſucapiuntur text. eſt not. in l. ſequen. §. fructus. ff. de
vſucap. & ibi no. Bar. ratio eſt quia non agitur de prętcribẽdo
iure vſusfructus, ſed de prętcribendis ipſis fructibus, qui vt res
mobiles prętcribuntur triennio, & ſic limita. Inſti. de offic. iu
dicis. in principio. dum ibi dicitur, ꝙ poſſeſſor etiã bonę fidei
debet reſtituere fructus extantes, nam hoc eſt verum niſi eos
triennio poſſediſſet iuſto titulo & bona fide, quia tunc eos
prętcripſiſſet. & ex hoc ſequitur ꝙ etiam tenendo opi. ꝙ bonę
fidei poſſeſſor teneatur de fructibus conſumptis, quatenus eſt
factus locupletior non tenebitur reſtituere fructus conſum-
ptos præceptos per triennium ante litem motam. Si talis poſ
ſeſſor habebat titulum & bonam fidem de quo dic, vt in ca.
grauis. de reſti. ſpol. Tertia limitatio, quando agitur de obli
ganda, vel reſtringenda perſona ad aliquod cõtinuum ſerui-
tium, vt in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. nam tunc propter
breuitatem neceſſe eſt, ꝙ allegetur titulus, & ꝙ probetur prę
ſumptiue per lapſum longi temporis, & ſic poteſt intelligi ſe
cundum D. Abb. l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. no. Dy. in re
gula poſſeſſor. Iſta tamen limitatio eſt impertinens, quia l. cũ
de in rem verſo. non loquitur in prętcriptione ſeruitutis, ſed
in obligatione perſonali. puta, vt quis teneatur ſoluere certã
penſionem ſingulis annis, de quo vide Bar. in d. l. cum de in rẽ
verſo. & per Doct. ſ. de cenſi. peruenit. Quarta limitatio, qñ
contra eccleſiam præſcribitur, quia licet non requiratur titu-
lus, tamen in iſtis incorporalibus non currit prętcriptio con-
tra eccleſiam minor quadragenaria, tamen iſta limitatio nõ
congruit hic, quia hic quęrimus an titulus requiratur in prę-
ſcriptione iurium incorporalium, non autem quantum de-
beat eſſe tempus prętcriptionis. Secundo, circa hæc dicta
Innoc. quæritur D. Ab. an requiratur ſcientiá, & patientia ad
uerſarij in prętcriptione illorum iurium incorporalium, &
Innoc. vt ex prędictis patet. tenet ꝙ ſic idem dicit in c. bonæ. ii.
de poſtu. pręla. & in c. conquerente. de offi. ord. & in c. ij. de re-
ſti. in integ. cum ſim. Quidam tamen tenuerunt contrariũ
in l. ii. C. de ſerui. & aqua. per l. ſi. C. de prętcript. lon. temporis.
37 vbi patet, ꝙ prętcriptio † currit contra ignorantem, ſed primũ
dictum cõmuniter tenetur per legiſtas & canoniſtas, & ip̃m
etiam tenet Bar. in l. j. & ii. C. de ſeru. & aqua. & in l. j. §. deniq;.
ff. de aqua plu. ar. & reſpondent ad d. l. fin. C. de præſcrip. long.
temporis. dicentes ꝙ loquitur in prętcriptione rerum immo
bilium, aliud enim eſt in prętcriptione iurium & ſeruitutum,
& rõ differẽtiæ eſt, quia primo caſu quis poſſidet ipſam rem
quæ poſſeſſio ſibi ſufficit, ideo non curatur de ſcientia aduer-
ſarii. in ſecundo vero caſu. ſ. quando agitur de prętcriptione
iurium incorporalium prętcribens non poſſidet ipſam rem,
ſed dominus, aliam rationem aſſignat Bar. in l. j. §. denique. ff.
de aqua plu. arc. & in l. ſeruitutes. la ij. ff. de ſeruit. nam in iſtis
ſeruitutibus, & iuribus non poteſt dari vera poſſeſſio, ſed ac-
quiritur quaſi poſſeſſio quæ nõ poteſt acquiri niſi aduerſarius
38 ſciat & patiatur. nam ex † ſola patientia conſtituiť quaſi poſ-
ſeſſio in ſeruitutibus, & in iuribus incorporalibus, de hoc eſt
tex. in l. iii §. clare. ff. de vſur. & ideo l. ii. C. de ſeru. & aqua. requi
rit ꝙ interueniat ſcientia, & patientia aduerſarii in præſcribẽ-
da ſeruitute, quia aliter non poteſt haberi quaſi poſſeſſio. ſine
autem poſſeſſione nõ currit prętcriptio, vt in regula ſine poſ
ſeſſione. lib. vj. & ideo requiritur ſcientia, & patientia aduerſa
rij in iſtis iuribus incorporalib. Tertio quærit D. Abb. quia
ſupradictum eſt, ꝙ requiritur tempus x. annorum inter præſẽ
39 tes, & xx. inter abſentes. Qui † dicãtur prętentes, & qui abſẽ-
tes. & allegat glo. no. in Auth. de fideiuſſoribus. in ver. prętcn-
tes. quę declarat quot modis quis dicatur eſſe prętens, vel ab-
ſens, de quo etiam in l. prętens. ff. de procur. de quo vide bo. gl.
in c. ſi delegatus. de offic. deleg. in vj. & tene menti vnum no-
tabile dictum. D. Do. in c. vbi periculum. §. 1. de elect. in vi. nã
40 Ioan. And. ibi dicit ꝙ illi † Cardinales dicuntur eſſe abſentes
in electione papæ facienda qui ſunt extra muros ciuitatis, prę
ſentes autem illi qui ſunt intra muros. ſimile de re iudic. cum
olim. & dicit ꝙ ſtricte accipiendo tales dicuntur abſentes, vel
prętentes. & D. Do. dicit illud dictum eſſe multum not. ꝙ ſtri-
cte & proprie ſumendo ille dicatur abſens, qui non eſt in ciui
tate. Ille autem præſens qui eſt in ciuitate, & dicit hoc eſſe no
tan. pro ſtatutis facientibus mentionem de prętente, vel abſẽ
te, & hoc dictum tene menti. Tamen quantum ad propoſitũ
tex. in l. ſi. C. de prętcript. lon. tempor. declarat quando dicatur
prętcribi contra prętentem, vel contra abſentem. nam ſi poſ-
ſidens & ille contra quem prętcribitur habet domicilium in
eadem prouincia dicitur prętcribi inter præſentes. etiam ſi res
ſit ſita extra prouinciam. Si autem vnus habet domicilium
in vna prouincia, alius in alia dicitur prętcribi inter abſentes,
& ſic non inſpicitur vbi ſita ſit res quæ prętcribitur. Sed an
prętcribens, & is contra quem prętcribitur habeãt domiciliũ
in eadem prouincia, vel non hodie tamen, vt dicit gl. ſing. in
d. l. ſi. quælibet ciuitas habet regimina ſua, ſicut olim vna pro
uincia habebat ſolum vnum prętidẽ, vnde exiſtentes in vna
ciuitate dicuntur prętentes, & ſi vnus habet domiciliũ in vna
ciuitate aliter in alia dicuntur abſentes, vt vult gl. in d. l. ſi. quę
eſt approbata communiter ab omnibus, vt dicit hic D. Abb.

Et ex hoc ſum expeditus de prima q. quam ponit hic Inn.
41 venio nunc ad ſecundum. ſ. qualiter † perdantur ſeruitutes, &
in hac Innoc. dicit ꝙ aut eſt ſeruitus ruſtica non habens inter
uallum temporis, vel modicum. puta, aliquarum horarum,
vel dierum, & tunc perditur ſpatio x. an. inter prętentes, & xx.
inter Abb. de hoc eſt tex. in l. ſi ſic conſtituta. ff. quemadmod.
ſeru. amit. Aut habet interuallum annorum & menſium,
& tunc duplicatur tempus, quia ſunt xx. anni inter prętentes,
& xl. inter abſentes, & ꝙ in vtroq; caſu duplicetur tempus eſt
caſus. in d. l. ſi ſic conſtituta. ff. quemadmo. ſeruit. amitt. Sed
quantum tempus debet duplicari ſtatim dicam. Idẽ dicit In-
noc. de ſeruitute habente interualla ſeptimanarum, quia eo-
dem modo duplicatur temporis, & ad hoc debet extendi illa
42 lex cum ſit fauorabile tempus prętcriptionis extendere, † odia
enim reſtringi debent, & fauores ampliari, vt in l. cum qdam.
ff. de lib. & poſt. & in regula odia. li. vi. & in hoc vltimo, ꝙ idẽ
ſit in interuallo ſeptimanarum no. glo. in l. ſi ſic conſtituta. &
hoc etiam ſequitur D. Ab. refert tamen Innocen. alios dicere
ꝙ licet ſeruitus habeat interuallum temporis non ſunt neceſ
ſarij niſi xx. anni etiam inter abſentes quaſi velit debere, ꝙ ſo
lum temporis x. an. duplicatur, non autem temporis xx. an. ſi-
militer glo. ii. in d. l. ſi ſic. refert duas opin. prima fuit Ioannis,
quæ dixit, ꝙ ſunt ſolum xx. ann. tam inter p̃ſentes quæ inter
43 abſentes, quia nulla † actio de iure ciuili præter hipothecariã

extenditur

extenditur ad xl.annos quaſi velit dicere, ꝙ ſi actio confeſſo.
quæ hoc caſu datur duraret vſque ad xl. annos fuiſſet de ea
expreſſum in iure,ſicut de hypothecaria,refert etiam gl.opin.
aliorum qui dicunt,ꝙ vtrunque tempus duplicatur.ſ.tam tp̄s
x.annorum,quam xx.& hanc.opi.ſequitur D.Abb. mouetur
per tex.in d.l.ſi ſic conſtituta.vbi dicitur ꝙ tempus conſtitutū
debet duplicari,certum eſt autem ſecundum eum, ꝙ tempus
conſtitutum eſt tempus x.annorum inter præſentes, & xx.in-
ter abſentes,vt in l.fi.C.de præſcrip.lon.temp.ergo tempus de
bet duplicari,non tamen reſpondet D. Abb.ad rationem Io.
quę multum ſtringit,& pro opi.Io.eſt tex.in l.fi.in princip.C.
de ſerui.& aqua.vbi tex.determinat, ꝙ quando ſeruitus hēt
teruallum temporis,ꝙ perdatur ſpatio xx.ann.& hoc indiſtin
cte,ergo debet intelligi ſiue præſcribatur inter præſentes, ſiue
inter abſentes.Et ex hoc ſequitur ꝙ d.l.ſi ſic.in qua ſe fundat.
D.Abb.dum dicit,ꝙ debet duplicari tempus conſtitutum,de-
bet intelligi de tempore x.annorum,prout intellexit Io.in d.
l.ſi ſic.& glo.iii.in d.l.fi. recitat ſolum opi.Io.& cum ipſa reſi-
det Bar.etiam ibi dicit eſſe tenendam opin.Io.idem dicit Bal.
ibi dicit enim,ꝙ d.l.ſi ſic.debet intelligi de duplicatione decē-
nij,quia cum tempus xx.ann.ſit tempus duplicatum non de-
bet vlterius duplicari,ne fiat duplicatio duplicationis, & di-
cit hoc facere ad ſtatuta duplicantia confinia in maleficiis,
quia non cenſentur velle duplicare confinia ante duplicata,
& per hoc quicquid dicat D.Abb.tene vltimam opi. immo.ſ.
44 quando ſeruitus† habet interuallum temporis duplicentur
ſolum x.anni,non autem xx.& ſic erit præſcriptio xx.annorū
tam inter pręſentes, quam inter abſentes, & hæc procedunt
quando agitur de perdēda ſeruitute ruſtica.ſ.quæ debetur fun
do,ſed quando agitur de præſcribenda ſeruitute vrbana quæ
debetur domui,vel alicui ædificio,hoc enim modo dicitur eſ
ſe ſeruitus ruſtica,vel vrbana,vt patet Inſti.de ſerui. §.prædio-
rum vrbanorum.& in hac dicit Innocen. ꝙ amittitur ſpatio
longi temporis quemadmodum ſeruitus ruſtica, ſed in hoc
eſt differentia, quia ſeruitus ruſtica,perditur certo tempore p
non vſum etiam non interueniente aliquo facto aduerſarij,
45 †Vrbana vero ſeruitus non perditur omnino per ſolum non
vſum,ſed ita demum.ſi vicinus ſimul vſucapiat libertatem;ve
luti ſi ędes tuę ędibus meis ſeruiant ne tuę altius tollantur,ne
luminibus mearum edium noceant.i.ſi tu debes mihi ſeruitu
tem altius non tollendi domum tuam ne obſcuretur lux do-
mus meæ.In hoc caſu ſi ego cui debetur ſeruitus per tempus
ſtatutum ad pręſcriptionem habuero feneſtras meas clauſas,
vel obſcuratas,ita dęmum ſeruitutem amitto. ſi tu per idem
tempus domum tuam tenueris eleuatam, alioquin ſi nihil
noui feceris ſeruitutem retineo.de hoc eſt caſus in l.hæc autē
iura.ff.de ſeruit.vrban.prædio. Et ex hoc ſequitur,ꝙ in liber
tate præſcribenda a ſeruitute vrbana requiritur bona fides ex
quo requiritur factum hominis in ipſa pręſcriptione liberta-
46 tis.In†præſcribenda vero libertate a ſeruitute ruſtica, non re-
quiritur bona fides,quia in ea non requiritur factum homi-
nis,ſed perditur per ſolum non vſum, & de hoc eſt tex.in l.ſe
quitur.§.ſi viam.ff.de vſucap.& hoc tenet Bar.ibi,& in d.l.hęc
autem iura.& in l.j.C.de ſerui.& aqua.Et hoc procedit in præ
47 ſcriptione libertatis a ſeruitute reali.†In præſcribenda vero li
bertate a ſeruitute perſonali.ſi perſona eſt illa quæ debet ſer-
uitutem requiritur bona fides, vt in eo. ti. C.de præſcriptione
longi temporis.quæ pro lib.& hoc modo etiam intellige Cy.
in d.l.j.dum dicit, ꝙ in præſcribenda libertate a ſeruitute per-
ſonali requiritur bona fides,& allegat titulum præalleg.nam
debet intelligi vbi perſona debet ſeruitutem, nam ſeruus prę
ſcribit libertatem animo, quia gerit ſe pro libero, ſed maius
dubium eſt, quod in præſcriptione vſusfructus quæ eſt ſerui-
48 tus perſonalis,nunquid†in præſcribenda libertate ab vſufru-
ctu requiratur bona fies,& puto ꝙ non,quia perditur per nō
vſum, vnde etiam ſi proprietarius nihil faciat, nihilominus
vſufructuarius perdit vſumfructum non vtendo per longum
tempus,vt in §.finitur.Inſti.de vſufr.& in l.corruptionem. C.
de vſufruct.In pręſcribendo autem ipſo vſufructu bene requi
ritur titulus,& bona fides, vt in l.fin.C.de pręſcriptione longi
temporis.& per Bar.in l.iuſto.§.non mutat.ff.de vſucap.& ſu-
pra dixi.Immo in qualibet ſeruitute præſcribenda requiritur
bona fides,vt in d.l.fi. C.de pręſcriptione lon. temporis. In
præſcribenda autem libertate requiritur bona fides, vbi in ea
præſcribenda requiritur factum hominis, ſecus ſi non exigi-
tur factum hominis,& hoc etiam procedit in pręſcribenda li
bertate a ſeruitute perſonali, niſi agatur de libertate præſcri-
benda a ſeruitute perſonæ, quia in iſta requiritur bona fides,
49 vt ſi†ſeruus velit præſcribere libertatem,vt in toto titu. C. de
pręſcrip.lon.temporis.quæ pro libertate,& hoc de iure ciuili.
De iure autem canonico hę pręſcriptiones non valent
50 ſine bona fide,vt patet.ī.eo.c.fin. vbi dicitur ꝙ†nulla pręſcri-
ptio tam canonica quam ciuilis valet abſque bona fide, &
quo ad dicta Innoc.& D.Abba.hic in fi. dicit, ꝙ dicta Innoc.
nedum procedunt ſecundum leges, ſed etiam ſecundum ca-
nones,quia in hoc reperiuntur contrarium diſponere,niſi re
ſpectu eccleſiarum,vnde in foro canonico prędicta ſeruanda
ſunt ad vnguem contra aliquod, vnde contra eccleſiam nul-
la currit pręſcriptio,ſiue ſeruituti, ſiue libertatis, ſiue habeat
cauſam continuam,ſiue diſcontinuam,quæ ſit minor xl. an-
nis,vt patet hic,& in plurib.aliis capitulis, & in hoc Hoſt. be-
ne dixit,& adde duo dicta Bald.in c.ſequen.in fi.Primum eſt,
51 ꝙ ſi res eſt†empta ex pecunia eccleſiæ,licet nunquam ſit tra-
dita eccleſię non præſcribitur minori tempore xl.ann. moue
tur quia eccleſia ipſo iure acquirit dominium rei emptę ex pe
cunia ſua,nam licet pecunia vſucapiatur ſpatio triennii cum
ſit res mobilis,tamē res empta ex pecunia eſt res immobilis,
vnde non pręſcribitur minori ſpatio xl.ann.alleg.l.item illa.
§.quod adiicitur.ff.de conſtituta pecunia. & l.quod debitori.
ff.de do.cā mor.& no.quia Bal.vult, qđ vſucapio triennij cur
rat contra eccleſiam,de quo dic vt dixi in c.primo. de reſti.in
integrum. Secundum eſt dictum, ꝙ ſi eccleſia habet actio-
52 nem†publicianam.puta,quia emit rem alienam, & a poſſeſ
ſione cecidit,ꝙ non perdat actionem publicianam, niſi ſpa
tio xl.ann.alleg.l.eum qui.§.in publiciana. & quod ibi not.ff.
de publ.Et hęc duo dicta no.pro declaratione iſtius cap. & ſi-
milium,& iſta ſufficiant.

*S V M M A R I V M.*


1 *Poſſeſſor malæfidei non præſcribit.*
2 *Vigilandum eſt ſtudio.*
3 *Studere quid,& ſtudium.*
4 *Priuilegio artis vel profeſſionis gaudere non d̄et is, qui non exercet actū.*
5 *Vigiliæ laudes ex Diuo Hieronymo decerptæ.*
6 *Poſſidens in principio præſcriptionis debet eſſe curioſus explorator ſecundum Bald.*
7 *Poſſeſſor malæfidei is dicitur, qui habet notitiam quod res quam poſſidet eſt aliena.*
8 *Bonafides ſuperueniens proficit ad præſcriptionem.*
9 *Præſcriptio bona fide inducta fuit ex triplici cauſa,quæ ibi referuntur.*
10 *Præſcriptio habet vim legis.*
11 *Præſcriptio currit contra ignorantem.*
12 *Poſſeſſio non amittitur per ſolum ingreſſum poſſeſſionis, licet qui ingreditur.ſit in bona fide.*
13 *Præſcribens debet ſatisfacere conſcientiæ, ſi fuerit conſcientia lęſa.*
14 *Finis iuris canonici eſt dirigere hominem in Deum tendendo in fidem, & aliam vitam expectando.*
15 *Lex poteſt priuare aliquem re ſua ex iuſta cauſa.*
16 *Qui præſcribit bona fide ſine titulo an teneatur reſtituere.*
17 *Præſcribens habet pro ſe veritatē,licet non habeat primordium veritatis.*
18 *Verbum cognitum,& verbum latens quid importent.*


## C A P. V.

1 Vigilanti. Poſſeſſor† malę fidei nō pręſcribit.
hoc dicit. In prima ponit dictum.
In ſecunda rationem legis contrariæ.In tertia cor
rigit.Secūda ibi, Epheſin⁹.n. Tertia ibi, nobis aūt.
2 No. 1.ꝙ†vigilandum eſt ſtudio,[a] ad idem de homi. pro hu
a mani lib.vj.& ff.de his quę in frau.cre.l.pupillus.& per hoc di
cit Hoſt.patere ꝙ ſtudenti competunt vigilię.Sed D.Ab.dicit,
ꝙ immo ſunt neceſſarię,quia nemo poteſt conſequi laudem
ſcientię ſine maximo labore,& ſtudio, vnde†ſtudere idē eſt,
quod valde cupere,hinc a cupiditate lectionis dictum eſt ſtu
dium literarum,vt no.Arch.in c.innoua.xvj.q.vii. ſed S.Tho.
ii.ij.q.lxvj.in qua tractat de ſtudioſitate.art.j. dicit, ꝙ ſtudium
eſt vehemens applicatio mentis ad aliquid cognoſcendum.
Et ꝙ ſtudium proprie conſiſtit circa cognitionem, licet ſecū
dario, & poſterius per cognitionem dirigat ad alia operanda
quæ pertinent ad rem in qua ſtudium adhibetur, dicit etiam
D.Abb.ꝙ qui eſt in collegio alicuius artis, vel profeſſionis, ſi
4 non exercet actum non debet gaudere † priuilegio profeſſio-
nis,vel artis,vt dicit Bar.in l.j.§.negociatores.& in l.ſemper.ff.
de iure immu.& no.Io.de Ligna.in proęmio cle.& D.Ab.re-
mittit ad ea quę dixit in rubr.de iudi.Sed Io. And. remittit ad
Hierony.in lib.vigiliarum.Tu autem vide Hiero. in ſermone
ad fratres.de vigiliarum ſanctitate, & etiam in regula facta p
quendam Lupum quam compoſuit ex verbis Hieronym.
quæ ad literam extraxit ex epiſtolis ſuis in rubrica de vigiliis.
cap xvi.ipſius regulę quæ habetur in epiſtolarum Hieronymi
volumine. ſed referam tria dicta in dicto ſermone Hierony-
5 mi. Primum eſt, ſi ſanctus es † ama vigilias, & theſaurum
tuum

A D D I T I O.

a ¶De ſtudio, & hic adde quæ not.d.m.in c.paſtoralis.§.quem.de reſcr.in notab
Ale.de Ne.ſuper ij.Decre.

tuum vigilando cuſtodias,& ipſe in ſanctitate ſerueris. Si pec
cator es,magis cura vt vigilando & orando purgeris,dum tū-
ſo pectore frequentius clamas ab ocultis meis munda me,&
ab alienis parce ſeruo tuo. Secundum dictum eſt, qui guſta
uit,& intelligit quantum pondus pectoris vigilando deponi-
tur,quantus mentis ſtupor excutitur quāta lux animam vigi-
lantis, & orantis illuſtrat, quæ gratia , quæ viſitatio membra
vniuerſa letificat. Vigilando timor omnis excutitur. Fiducia
naſcitur.Caro maceratur. Vitia tabeſcunt. Charitas robora-
tur.Recedit ſtultitia,accedit Prudentia,mens accuitur,errore
obtunditur,Criminum caput diabolus gladio ſpiritus vulne-
ratur,quid hac vtilitate magis neceſſarium? Quid iſtis lucris
commodius? Quid hac dilectione ſuauius? Quid hac fœlici
tate Beatius, Tertium dictum, Bona eſt quidem diuturna
meditatio,ſed efficacior eſt nocturna , quia per diem neceſſi-
tudines variæ obſtrepunt.Occupationes diſtrahunt mentem,
Senſum duplex cura diſpergit,nox quieta.Nox ſecreta oppor
tunam ſe præbet orationibus apertiſſimam vigilantib. dum
carnalibus occupationibus expeditum collectum ſenſum.In
a tentum hominem d. conſpectibus ſiſtit. [a] Secundo nota.ſe-
6 cundum Bald.ꝙ† poſſidens in principio pręſcriptionis,debet
eſſe curioſus explorator,& non deſidioſus neglector .ſ. an iu-
ſte,vel iniuſte poſſideat,ſed dicit Bal.ꝙ in proceſſu non nocet
neglectus inquiſitionis veri,vt eleganter notat Bar. in l.natu-
raliter.ff.de vſucap. Tertio no.ibi,poſtquam aliena ſe noue
7 rit poſſidere, ꝙ ille†dicitur maleſidei poſſeſſor qui habet no-
titiam ꝙ res quam poſſidet eſt aliena concordat.c.fin.ĩ.eo. &
xxxiiii.q.ij.ca.ſi virgo.vbi tex.dicit quod ſi conſcierit rem eſſe
alienā, & non receſſerit ab aliena poſſeſſ.tunc probatur eſſe
male ſidei poſſeſſor,& tunc iuſte vocabitur iniuſtus poſſeſſor,
& no.bene illum tex.dū dicit, ꝙ poſtquam ſcit rem eſſe alie-
nam,debet recedere a poſſeſſ. nam loquitur quando res im-
mobilis præſcribebatur,quia non poteſt aliter reſtitui, niſi re
cedendo a poſſeſſione,& notificando domino, qualiter poſ-
ſeſſionem vacuam dimiſit,& ꝙ poteſt eam apprehendere ad
beneplacitum ſuum , quando autem res mobilis eſt illa quæ
poſſidetur debet eam realiter reſtituere eam poſſeſſionē tra-
dendo domino ipſius rei,& de hoc dicam in cap.fin.ĩ.eodem.
Quarto no.ibi,niſi reſcipuerit &c.ſecundum But. quod bo
8 na†fides ſuperueniens proficit ad pręſcriptionem,ſed hoc in-
telligit quantum ad præſcriptionem de nouo inchoandā,nō
autem quantum ad præſcriptionem inchoatam finiendam ,
vult dicere,quod mala fides ſuperueniēs ipſo facto extinguit
præſcriptionem, vnde non poteſt reſuſcitari,cum ſit extincta
propter bonam fidem ſuperuenientem,argum.in l. qui res.§.
aream.ff.de ſolu.& de conſe.diſt. 4. queris, vnde neceſſarium
eſt incipere præſcriptionem de nouo,& Bald.hic ponit exem
plum,pone quod poſtquam ſciuit rem eſſe alienam illā emit
ab eo quem putabat eſſe procuratorem veri domini , & ab
eo habere mandatum ad vendendum, nam propter ſuperue
nientiam bonæ fidei poteſt incipere præſcribere de nouo , vt
in l.qui fundus.§.procurator. ff.pro emptore . iſta ergo ſuper-
uenientia bonæ fidei . facit vt poſſim inchoare pręſcriptionē
de nouo,non autem finire illam quę erat inchoata , cum ſit
extincta propter malam fidem,de quo dicam.ĩ.eod.cap.fina.
Et hoc modo intelligēdo expone tex.ibi,niſi reſcipuerit,ideſt
niſi bona fides ſuperuenerit.Alio modo intelligitur niſi reſci
puerit,ideſt rem reſtituerit.Sed iſte intellectus non placet Bal.
quia non congruit literæ poſtquam enim rem reſtituit , non
poteſt dici poſſeſſor cum careat poſſeſſione , vnde non eſſet
bona exceptio ſic dicere ille qui ſcit rem eſſe alienam eſt ma-
le fidei poſſeſſor niſi poſſeſſionem reſtituerit. exceptio enim
debet eſſe de contentis ſub regula , vt dicit gloſ. in rubrica de
regu.iur.in vj.vnde non eſſet bona exceptio ſic dicere eſt ma-
le fidei poſſeſſor niſi penam reſtituerit , quia poſtquam reſti-
tuit amplius non poſſidet, tamen iſte intellectus eſt verus ,
in ſe.licet non ita congruat literæ . Quinto not. quod præ-
9 ſcriptio † bona fide fuit inducta ex triplici cauſa. Primo in
odium negligentium , nam negligentibus iura non ſubue-
niunt.ff. quæ in fraud.credit. l.pupillus. Secundo , propter vi-
tandos errores,qui naſcuntur ex obliuione,quæ oritur ex lō-
giſſimo tempore.Tertio,propter vitandam confuſionem do
miniorum , ideſt ne rerum dominia eſſent in incerto. facit l.
prima.ff.de vſucap.propter has cauſas ius ciuile voluit, quod
valeret præſcriptio etiam cum mala fide , vt dicit iſte text. &
prima cā reſpicit odiū negligentiæ,ſecūda & tertia reſpicit fa
uorem publicum,& ex hoc infert domi.Abba.quod pręſup-
poſita validitate præſcriptionis , non poteſt renunciari præ-
ſcriptioni,argumen.in capitu.ſi diligenti . de foro competen.
& in l.ius publicum.ff.de pact.& in l.tametſi. ff.ad Macedon.
de quo dicam.infra eod.cum non liceat. Sexto not.ibi,pre-
10 ſcriptioni vigorem legis impoſuit , quod pręſcriptio † habet
vim legis,& in hoc tene menti.Iſtum tex.hoc not.colligit hic
Bal.ſed iſte tex. apertisſime probat , Vltimo not.ibi,tam in
rebus cóniugis,quam latentibus iuncta gloſſ. antepenult. pe-
11 nult.& etiam vltima, quod † currit præſcriptio contra igno-
rantem,hoc apertius probatur in l.fin. C. de pręſcriptio. lon.
temporis.& hoc procedit vbi agitur de præſcribendo domi-
nio.ſecus autem ſi agitur de præſcriptione in iuribus incor-
poralibus,quia tunc requiritur ſcientia, & patientia aduerſa-
rij,vt in l.ii.C.de ſerui.& aqua. & dixi in cap.pręcedenti.dixit
tamen Bart.in l.j.§.ſi quis autem propter. ff. de itinere actuq;
priua,propter illum textum , quod propter iuſtam ignoran-
tiam poteſt peti in integr.reſtitutio, aduerſus pręſcriptionem
domi.Abba.pro hoc allegat bonam glo.in l.prima.C.de pat.
poteſt.& quod in ſimili not.Specul.eod.titu.§.primo. verſicu.
pone colonus.Sed ego allego bon.text.in l. Attilicinus . ff. de
ſeruit.ruſtic.prędior.& bon.glo.in capitu.auditis,in glo. fin.ĩ.
eod.dicit tamen domi. Abba. quod multum facit in contra-
rium tex.in l.fina.C.de præſcriptione longi temporis. ibi nul-
la ſcientia,vel ignorantia expectanda &c.Sed dicit dom. Ab-
ba.quod poteſt intelligi , quod ignorantia non impedit cur-
ſum pręſcriptionis , tamen ſi fuerit iuſta & probabilis ſubue-
niendum eſt per reſtitutionem in integrum,argumen.in cap.
cum illorum.de ſentent.excommunic. dicit etiam domi. Ab-
ba.quod non currit pręſcriptio contra abſentem & ignoran-
tem quando ciuiliter poſſidet, quia contra poſſidentem ciui-
liter nulla currit præſcriptio,vt in l.male agitur. C. de præſcri-
ptio.triginta ann.Ex quo infert quod ſi me abſente aliquis in
greditur poſſeſ.meam. non incipit pręſcriptio licet bona fide
12 fuerit ingreſſus,quia per hunc† ingreſſum non perdo poſſeſſ.
vt in l. ſi id quod.& in l.clam poſſidere.§. qui ad nundinas. ff.
de acquirenda poſſeſſione.vnde oportet , quod perdā poſſeſ-
ſionem,vel per obliuionem,vel alio modo, & ab eo tempo-
re,& non prius incipit currere pręſcriptio , vt notanter dicit
Dyn.in regula ſine poſſeſſione.in fine.libr.vj.& glo.& Bart.in
l.prima.C.de ſerui.fugi.Et qualiter & quanto tempore perda-
tur poſſeſſio quando prior poſſeſſor ipſam deſerit . Ita quod
non vadit ad poſſeſſ.vide Bar.in l.ſi de eo.§.primo.ff.de acqui-
renda poſſeſſione.& Ioan.Andr. in Specul. de peti. & poſſeſſ.
§.ſciendum.in addi.fin.& Butri.& domin. Abbas in capitulo
cum veniſſent.de reſtitutione ſpoliatorum. Aduerte , quia
Ioan.And.ſuper illis verbis nulla antiqua poſſeſſio iuuat . di-
cit quod etiam ſi eſſet continuata per tantum temporis , cu-
ius initii non eſſet memoria, & ſic vbi conſtat de mala fide,
non prodeſt poſſeſſio etiam tanti tempori cuius initii nō eſt
memoria.& adde text.not.in clementi. ſi vna.iuncta gloſſ.pe-
nult.& vltima.de reb.eccleſ.non alienan.vbi probatur, quod
quando cōſuetudo reprobatur, intelligitur reprobata etiam
ſi ſit tanti temporis cuius initii non ſit memoria , vnde idem
dicendum eſt quando reprobatur pręſcriptio , quia pręſcri-
ptio eſt magis odioſa quam conſuetudo, iuxta not.in capitu-
lo fina.de conſuetu.& in capitulo fina. de officio Archidiac.
Immo dixit gloſſ.xvj.quęſtio.iii.capitu. primo. quod male fi-
dei poſſeſſor non poteſt pręſcribere etiam ad mille annos.
In glo.ſecunda,primam opinio. quam recitat glo.tenet Vgo
linus,ſecundam vero opinio.tenēt Ioan.Vincen.Tan. Goffr.
Hoſtienſ. & Innoc. in capitu. final. infra eodem.& idem dicit
ibi gloſſ.vltima.in princip. dicit tamen Hoſtien. quod ſi con-
13 ſcientia pręſcribentis† inde fuiſſet lęſa, debet ſatisfacere con-
ſcientiæ,& remittit ſe ad ſummam.eodem titulo.ſub rubrica
de pręſcriptione rerum immobil. §. quæ exigantur.ſub §. ve-
rum.quicquid.& hunc articulum Ioann.And.plene diſputat
in regula poſſeſſor.in vltimo membro, vbi etiam ipſe hanc
opinionem firmat. Tertiam autem opinio. quam recitat
gloſſ.ſecutus fuit Alanus. Sed Hoſtien. reprobat iſtam diſtin-
ctionem per cap.apoſtolicę.de dona.& per l.penult. C.de prę
ſcriptione longi temporis. & de iſto articulo etiam habes gl.
in cap.ſi virgo.in prima glo.xxxiiii.quæſtio.ii.& in capitulo ſi
res.xiiij.quęſtio.vj.Butr.autem hic,& in capitulo quia pleriq;.
de immunit.eccleſ.dicit ſe diſputaſſe,& tenuiſſe opinio.theo-
logorum,& diſtinxiſſe , quod aut quęritur an teneatur ad re-
ſtitutionem in foro contentioſo,& dicit ꝙ non , ſiue forus ſit
ciuilis,ſiue canonicus.Aut quęritur an teneatur ad reſtitutio-
nem in foro pęnitentiæ,& dicit ꝙ ſic, & in hoc ſequitur opi.
theologorum maxime in eo cui non poteſt imputari negli-
gentia,quia cauſa quęrendi dominium cum damno alterius
non eſt omnino ſufficiens, quo ad ęquitatem ęqualiter com
menſurandam,vt ſic dominium auferatur , & remeat penes
pręſcribentē,& ſic Bu.in effectu ſequitur primā opi. q̃ recitat
gl. Sed ſecunda opi.cōiter tenetur ꝑ canoniſtas,& ipſam ſe-
quitur D.Ab.hic,& in d.c.quia pleriq;. mouet̃ quia quatenus
ius canonicū diſponit in foro cōtētioſo ſꝑ tēdit ad ſalutē aīę,
vt in

ADDITIO.

a ¶ Ad hoc Pſ.dies diei eructat verbum,& nox nocti indicat ſcientiam.

vt in cap.ii.de pac.in vj.& in c.cum contingat.ſ. de iureiuran.
14 & quod ibi nota.gloſſ. & quod dixi ſuper ea . nam finis† iu-
ris canonici eſt diligere hominem in Deum tendendo in
fidem,& aliam vitam expectando, vt in proœmio huius vo-
luminis , & xxiii. quæſtio. v. prodeſt. nota. Ioann. Andr.
in regula poſſeſſor,& in regula peccatum. lib.vj. Item ius ca-
nonicum nunquam ſcienter iniicit alicui laqueum,nec ſciẽ-
ter defendit aliquem in peccato,vt in c.literas.de reſti.ſpol. &
in c.fi.ſ.eod.& in ca.conſanguinei. de re iudi. ſi enim retinere
rem præſcriptam cum bona fide induceret peccatum poſt ha
bitam notitiam completa præſcriptione,preſcribens non poſ
ſet ſe tueri præſcriptione,vt probatur in d.c.ſi.in ratione ſui ,
& tamen poteſt ſe tueri,vt patet ſ.eod.de quarta.& ſ.c.proxi-
mo.& ſ.eo.auditis.vbi patet,quod licet poſtmodum conſtite-
rit illi Abbati nullum ius competere in locis de quibus erat
contentio mandat illũ debere defendi ex viribus preſcriptio
nis.facit ca.cum dilectus.de conſue.vbi ponitur præſcriptionẽ
fuiſſe inductam ex virib. ſtatuti male intellecti , & tamen Pa
pa non mandat ipſam reſcindi mouetur etiam alia ratione ,
quia conſtitutio iniquitatem non continens eſt ſeruanda ẽt
in foro conſcientiæ,vt no.Ioan.Cald.ſ in proœmio.& Ioann.
An.poſt San.Tho.in c.ii.de vſur.in vj. Cum ergo lex humana
etiam canonica ex iuſta cauſa tollat actionem , & transferat
dominium præſcribenti ſaltem in effectu , vt dixi ſuper rubr.
& probatur in c.ſequen.non apparet ratio ſufficiens quare te
neatur reſtituere in foro animæ.facit optime.c.j.ſ.eod.vbi in-
ducitur præſcriptio etiam cum notitia rei alienę,poteſt enim
15 lex†ex iuſta cauſa priuare re ſua,& alteri tradere,vel propter
delictum domini,vel propter bo.publicum,vt in l.item ſi ver
beratum.ff.de rei vend.& in l.Lucius.ff.de euict.notant Doct.
in c.quæ in eccleſiam.ſ.de conſti. & in l.fi.C. ſi contra ius,vel
vtil.publ.& dicit D.Abba.quod hanc opin.tenet Innocen. in
c.cura.de iurepat.in fi.vbi dicit , ꝙ licet poſt completam præ-
ſcriptionem appareat de illegitimo titu. nihilominus illi qui
præſcripſerunt, poſſunt cum bona conſcientia retinere bona
præſcripta,quia tuti ſunt authoritate illius qui habet poteſta-
tem condendi ius ſuper temporalib. qui hanc pœnam amiſ-
ſionis iurium ſuorum induxit in odium negligentium , & in
fauorem ſolicitorum. idem tenet in c.quia pleriq;. de immu.
eccleſiarum quo ad præſcriptionem quæ inducitur cum titu-
lo.& bona fide,quia illa preſcriptio eſt inducta non ſolum in
odium negligentium,ſed etiam in fauorem præſcribentium .
16 Sed videtur dubitare in eo qui præſcripſit bona fide† ſine
titu.videtur tamen inclinare,vt ratione bonę fidei non tenea-
tur,& hoc verius.& hoc firmat Innocen.in c.fi.ſ. eod. & in d.
c.cura.in fi.de iurepa.& D. Abb. dicit ꝙ idem tenet Bal. in ru-
brica ſi de feu.fuer.controu.in vſib.feud.vbi dicit,ꝙ is qui prę
ſcripſit poteſt rem cum bona fide,& coſiſciẽtia retinere,alias
dato,ꝙ nullus poſſet excipere de præſcriptione,tamen iudex
qui videret eum delinquere deberet eum repellere ex officio.
17 & dicit ꝙ ille†qui præſcripſit habet veritatem pro ſe, licet nõ
habeat primordium veritatis.allegat glo.quam dicit eſſe no
tandam.in l.j.in principio.magnæ glo. ff.de edendo. Idem fir-
mat Bal.hic.ſ.quod non teneatur reſtituere in foro conſcien-
tiæ,quia poſt completam præſcriptionem certat de damno vi
tando , ſed ante completam præſcriptionem certat de lucro
captando,vt no.in l.j.§.ſi quis autem propter.ff.de itin.actuq;
priu.Item, quia non eſt verũ,ꝙ ſuperueniat ſcientia rei nunc
alienæ,immo rei ſuæ,quia per præſcriptionem eſt effecta ſua
ſaltem quo ad vtile dominium ,ꝙ in præſcribente præfertur
dominio directo,vt in l.ſi quis emptionis.tit. C.de pręſcr.xxx.
ann.& ſubdit quod ſi qui habent conſcientiam remordẽtem
imputent ſibi,quia præſcriptio iuſtificata a canone non po-
teſt eſſe iniuſta. Et iſtum articulum plene examinat Ioan. de
Imo.in c.fi.ſ.eod.vbi plures opin.refert, & finaliter ꝙ non te-
neatur reſtituere in foro conſcientiæ.In glo.in verbo,Epheſi-
nus.Ioan.And.dicit,quod iſte Imperator fuit Grecus. In gl.an
tepenult.penul.& fi.vides ergo quomodo glo.intelligit,quod
præſcriptio dicatur fieri in reb.cognitis quando dominus ſcit
rem ſuam præſcribi,vel per alium poſſideri.dicitur autem fie
ri in rebus latentibus quando dominus ignorat rem ſuam ꝑ
alium poſſideri,vel præſcribi,& ſecundum iſtam expoſitionẽ
eſt ſenſus ꝙ male fidei poſſeſſor non pręſcribit,ſiue dominus
ſciat,vel ignoret rem ſuam poſſideri, vel præſcribi Hoſt. autẽ
18 dicit ꝙ verbum†cognitum , & verbum latens reſpicit poſſeſ-
ſorem qui cognoſcit rem eſſe alienam , vel cui latet rem eſſę
alienam, hoc eſt dicere,ꝙ ſi cognoſcit rem eſſe alienam non
præſcribit,ſed ſi ignorat rem eſſe alienam tunc præſcribit.ſed
iſta expoſitio mihi non placet,quia non congruit literę.nam
tex.in fi.dicit quod præſcriptio non habet vigorem tam in re-
bus cognitis,quam latentibus , & ſic vult idem eſſe in vtroq;
caſu.Tene ergo expoſitionem glo. quam etiam ſequitur hic
But.& iſta ſufficiant,

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia vna in aliena parochia ſpatio quadraginta annorum decimas præſcribit.*
2 *Decimæ præſcribuntur ſpatio 40.annorum,nec duplicatur tempus,licet ſemel in anno ſoluantur.*
3 *Iura ſpiritualia præſcribi poſſunt per eum qui illa poſſidere poteſt.*
4 *Decimæ prædiales cum aliis iuribus realibus poſſunt pręſcribi in aliena paręcia.*
5 *Eccleſia habet priuilegium in præſcriptione paſſiua , non autem in actiua.*
6 *Priuilegiatus concurrens cum priuilegiato an vtatur pro priuilegio.*
7 *Pręſcriptio excludit prorſus omnem actionem.*
8 *Iudex facit lacerare libellum ſi eſt notoria ineptitudo & impotentia agendi.*
9 *Verbum prorſus quandoque idem importat quod ipſo iure.*
10 *Præſcribere decimas in aliena paręcia eſt contra ius commune.*

## CAP. VI.

1 ADaures. Vna eccleſia†in parochia alterius
ſpatio xl. annorum decimas præ-
ſcribit hoc dicit.communis diuiſio.Secũda ibi,tuę.
Not.primo,ſecundum Innoc.tex.expreſſum , ꝙ
2 †decimę ſpatio xl. annorum, & tamen nõ requiritur tempus
duplicatum,quamuis vt frequentius decimæ ſoluantur ſemel
in anno,de quo remittit ſ.eo.de quarta. Secundo no.ꝙ vna
3 eccleſia contra aliam eccleſiam poteſt præſcribere,iura†ſpiri
tualia ſunt preſcriptibilia per eum qui ea poſſidere poteſt, ſe-
cus ſi illa poſſidere non poſſet, quia tunc non poſſent pręſcri-
bi,vt in c.ſequen.etiam per tantum tempus cuius initii nõ eſt
memoria,vt dicit Ioan.And.in c.quod pręben.lib.vj.& dicam
in ca. ſequen. ſed aduerte ad vnam notabilem limitationem
quam ponit Ioan.And.in c.quia nulli.de cler.non reſi.in ver.
quod ſi aliquis tenet eccleſiam vbi dicit iſtum text. & ſimiles
procedere in decimis prędialibus,ſecus dicit in perſonalib. &
in iure baptizandi alienum parochianum, & in recipiendis
oblationibus,vel primitiis,vel aliis quæ inter perſonalia com
putantur,vnde talia non pręſcribuntur,nec obſtat iſte text.&
ſimiles, quia loquuntur in pręſcriptione decimarum prędia-
lium , res enim facilius ſubiicitur , quam perſona vt patet. de
foro compet. ſignificaſti . & dicit quod ſi conſuetudo contra-
rium diſponeret eſſet irrationabilis,& ſic non valeret.allegat
c.ii.de parochiis. & c. omnis vtriuſq; ſexus.de pe.& re.& hoc
dictum ſequitur etiam ibi But.quod tene menti perpetuo.Ex
4 quo habes ꝙ†decimę prędiales,& alia iura realia poſſunt prę
ſcribi in aliena parochia,ſed non perſonales, nec ius baptizã
di,nec primitias, vel alia iura perſonalia percipiendi , & hoc
modo limita iſtum tex.& ſimiles But. tamen ſenſit contrariũ
in c.ex tranſmiſſa per illum tex.ſ.eod. Tertio no.ꝙ priuile-
giatus vtitur priuilegio ſuo contra pariter priuilegiatum,nam
quemadmodum priuatus non pręſcribit contra eccleſiam
niſi ſpatio xl.annorum.Ita nec eccleſia contra eccleſiam,niſi
ſpatio xl.ann. & ratio eſt, quia eccleſia non habet priuilegiũ
quando præſcribit , ſed ſolum quando contra eam pręſcribi-
tur,vnde non concurrit priuilegiatus cum priuilegiato in eo
5 caſu in quo habet priuilegium,quia †eccleſia non habet pri-
uilegium in pręſcriptione actiua . ſed ſolum in pręſcriptione
paſſiua,vnde perinde eſt , ac ſi non priuilegiatus concurreret
cum priuilegiato , de hoc tamen articulo an ſi priuilegiatus
6 †cum priuilegiato concurrat vtatur ſuo priuilegio, dic vt per
Bar.& alios legiſtas in auth.quas actiones.C.de ſacroſanc.ec-
cle.& per D.Abba.in c.in pręſentia.ſ. de proba. Vltimo no.
7 & tene menti iſtum tex. ꝙ pręſcriptio excludit†prorſus oẽm
actionem,& dicit D.Abb.quod iſte tex. optime facit pro opi.
glo.& Bart.in l.fi.ff.rem ra.haberi. vbi concluditur, ꝙ ſi tutus
pręſcriptione ſoluit ignoranter , ꝙ poteſt repetere , quia ſoluit
indebitum,dicit etiam D.Abb.ꝙ iſte tex.facit pro opi. Archi.
in c.j.eod.ti.in vj.vbi dicit,quod de iure canonico per præſcri-
ptionem acquiritur tam vtile quam directum dominium, &
allegat tex.xvj.q.iii.c.quicunque.& capi. licet. ſed melius facit
iſte tex.& de hoc remittit D.Abba. ad ea quę dixit in rubrica
huius tituli,ibi etiam dixi,& per iſtum tex.hic dicit D.Car.iu-
dicem poſſe repellere ex officio ſuo agentem cui obſtat legi-
tima pręſcriptio,quia ſine actione nemo experitur,ſed D.Ab.
dicit hoc eſſe verum etiam præſuppoſito ſecundum commu
nem opinio. quod obligatio naturalis remaneat quando eſt
pręſcriptum debitum contra creditorem,vel re pręſcripta re-
maneat dominium directum penes antiquum dominum,
quod competit de iure naturali,vt dixi ſuper rubrica.nam da
to, quod remaneant ſunt prorſus inefficacia , & inutilia ad
agendum , & dicit quod hoc optime probatur hic , & in
l.ſi pupillus.ff.de adminiſtratione tutorum.vbi dicitur, quod

preſcribens eſt ſimilis ſoluenti allegat etiam Inno.in c.1.de of
fic.vic. vbi dicit, ꝙ quando apparet de ineptitudine libelli li-
cet non ſit expreſſa in libello,tamen ſi eſt notorium de ine-
8 ptitudine, & impo tentia agendi poteſt & debet iudex † ex
officio lacerare,facit.c.ſacerdoribus,xi.q.j. Item paria ſunt nul
lam habere actionem,vel prorſus inutilē, ego autem de hoc
dubito, nam vt dixi in rubrica quando ius directum remanſit
penes dominum poſt completam præſcriptionem pōt age-
re contra quemcunque efficaciter preter quam contra illum
qui præſcripſit, contra quem tamen etiam mero iure habet
actionem, licet obſtet exceptio,vnde iudex non debet poſſe
ipſam opponere etiam ſi notorie de ipſa conſtaret ex quo
non ineſt obligationi,per not. per Barto. in l.ſi vnus.§. pactus
ne peteret.ff.de pac.& in l.lecta.ff.ſi cer.pe.& in l. eum qui ita.
§.qui ita ff.de verb.ob.& in l.exceptionem.C.de proba.quem
ſequuntur Bu.& D.Abb.in c.exceptionem ſ.tit.proxi.& ibi di
xi in ſecunda parte primę glo.ſ. vbi tractat de dilatio. ſolutio
nis,non obſtat dictum Inn. in c.1.de offi.vi.quia loquit̄ quan
do conſtat actorem nullam omnino habere actionem,tunc
enim iudex debet lacerare libellum, & ipſum repellere ab a-
gendo,hinc glo.& Barto.in l.vbi pactum.C.de tranſac.dicunt
ꝙ ſi conſtat aliquem agere ſine actione iudex debet eum re-
pellere ex officio,ſecus quando habet actionē licet poſſit op-
poni exceptio,non obſtat,ꝙ præſcribens ſed ſimilis ſoluenti,
quia nō eſt ſimilis per omnia quia ſolutio tollit actionem ip-
ſo iure,ſed non præſcriptio,ergo, &c. Et ex prædictis not.ex
9 iſto tex.ꝙ verbum † prorſus quandoq; omnino importat idē,
ꝙ ipſo iure, nam iſte tex.debet intelligi, ꝙ præſcriptio exclu-
dit prorſus actionē.i.effectū actionis oppoſita.ſ.exceptione p̄-
ſcriptionis per quam oppoſitionē actio eliditur,vt in l.ſi vnus.
§.pactus ne peteret.ff.de pac.& per Bar.in l.ſi contendat. ff. de
fideiuſ.& per Cy.in l.exceptionem.C.de proba. ſecundum ta-
mē propriā ſignificationē,verbū prorſus importat idē,ꝙ ipſo
iure iuxta no.in c.ſi diligenti. de fo.compet.& in l.in crimina
li.C.de iuriſd.om.iud. In gl.vlt.dic, ꝙ hodie eſt deciſum per
c.j.eo.ti.in 6.ꝙ requirit̄ titulus,vel poſſeſſio tāti tēporis cuius
10 initij non eſt memoria, Præſcribere † enim decimas in alie
na parochia eſt contra ius commune, vt in c. ad decimas.de
reſti.ſpol.in 6.vnde requiritur titulus,vel poſſeſſio tāti tēporis
cuius initii non eſt memoria,vt in d.c.1.& iſta ſufficiant.

### *SVMMARIVM.*

1 *Laicus non præſcribit decimas,vel ſpiritualia.*
2 *Præſcriptio nulla prodeſt laico in ſpiritualibus.*
3 *Præſcriptione ea quæri poſſunt,quæ ſunt priuilegio acquiſibilia.*
4 *Papa poteſt dare laico licentiam excommunicandi.*
5 *Laici conuerſi licet non debeant tractare ſpiritualia cum clericis, poſſunt tamen ea preſcribere, cum poſſint dici religioſi.*
6 *Poſſeſſio ciuilis eſt neceſſaria ad præſcriptionem nec ſufficit naturalis.*
7 *Poſſeſſio naturalis eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſſideri ſecundum Bald.*
8 *Decimæ non poſſunt a laicis preſcribi etiam per tantum tempus cuius initii non ſit memoria*
9 *Feudo decimali deuoluto ad epiſcopum, non poteſt amplius illas decimas concedere laico,ſed ad menſam eccleſiæ applicare.*
10 *Verbum detinere quandoque ſumitur pro poſſidere.*
11 *Monachus vel profeſſus an dicatur poſſidere capam vel alia quę detinet.*

## CAP. VII.

1 CAuſam. Laicus † decimas non præſcribit.
hoc dicit ſecundum Io. An. vel ſic
ſecundum D.Abb. laici ſpiritualia poſſidere non
poſſunt,& per cōſequens nec præſcribere, & quo
tidie allegat̄.cōmunis diuiſio,ſecunda ibi ideoque.in text.ibi,
& j. deciditur conſultatio quæ fuit,an delegatus cui fuerat
hæc cauſa cōmiſſa deberet admittere exceptionem præſcri-
ptionis. No,primo ibi,non obſtante præſcriptione tempo-
2 ris,&c,ꝙ nulla temporis præſcriptio prodeſt laico in iſtis † ſpi
ritualibus,& dicit D. Abba, literam ponderandam,quia non
reſtringit ſe ad præſcriptionem longi temporis. Sed indiſtincte
dicit non obſtante præſcriptione temporis quaſi velit dicere,
ꝙ non valet præſcriptio etiam ſi ſit continuata per tantum tē
pus cuius initij non ſit memoria, & hoc ſentit Io. And. in ſi-
mili.ſ.eo vigilāti.i verbo antiqua,& ibi dixi, & illū tex.in tex.
inducit D.Abba.ad probandum notabile dictum Ioannis Io.
mo.& Io.An.de præben.in vj.c.ij.vbi dicunt,ꝙ laici non poſ-
ſunt præſcribere ſpiritualia etiam per tantum tempus cuius
initij non eſt memoria,nec obſtat c. 1. eod.titu. in 6.vbi habe
tur, ꝙ talis præſcriptio habetur loco tituli. nam illud pro-
cedit vbi nō datur perſonæ incapacitas,ſecus vbi datur perſo
næ incapacitas. Et ex hoc dicit D.Abba.reſultare limitatio
nem ad aliam regulam quę dicit, ꝙ illa quę ſunt acquiſibilia
3 † priuilegio poſſunt quæri præſcriptione de offi.or.duo ſimul.
nam illa regula non procedit in his quæ de iure poſſideri nō
poſſunt, nam data incapacitate poſſidendi priuilegium
principis poteſt operari, & non præſcriptio. primum proba-
tur in c.quis.j.de decimis, ſecūdum probatur hic ratio diuer
ſitatis eſt quia princeps per ſuum priuilegium poteſt incapa-
cem reddere capacem,hanc dixit glo.xxxij. diſtinct.§.verum,
4 & xcvj.diſtin.bene quidem, ꝙ Papa † poteſt dare laico pote-
ſtatem excommunicandi, & de hoc dic, vt plene nota, in
ca.quanto de conſuetudine, vbi habetur an Papa poſſit con-
cedere poteſtatem exercendi ſpiritualia, vel ſacramentalia,
vel ea quæ ſunt ordinis illis qui de iure non habet hanc pote
ſtatem de quo etiam per gloſ. & Archidia. in capit. peruenit.
xcv. diſtinct. Item antiquitus Papa conceſſit imperatori, &
multis regibus poteſtatem conferrendi beneficia lxiij. diſtin.
Adrianus.& c.in ſynodo,adde etiam glo.16.quæſtio.7.in ſum-
ma quæ dicit,quòd Papa conceſſit regi apuliæ poteſtatem cō
ferrendi beneficia multis etiam laicis eccleſiæ contulit deci-
mas maxime ante concilium Lateranen. vt no.in ca.apoſto-
lica.j.de his quæ fi.a præla. & in capit. quamuis.j.de decimis.
Præſcriptio verò non prodeſt,quia fundata ſuper poſſeſſione
cuius laicus eſt incapax, & idem dicit D. Abbat. in annexis
ſpiritualibus, quia laici non poſſunt illa poſſidere niſi ex pri-
uilegio,vt in c.de iure,, & in cap. quū de iure patrona. & ideo
dicit,quòd laicus qui non poteſt præſcribere ius patro.ſaltem
quando vult præſcribere contra eccleſiam non patronatam,
vt notatur Ioan.Andr.in regula qđ alicui libr.vj.& per Doct.
in ca. querelam de electio. & plene per Archidia. hortamur.
lxxj.diſtinct, dicit tamen. D. Abba. quòd prædicta procedunt
5 in puris laicis ſecus in laicis † conuerſis licet enim non de-
beant tractare ſpiritualia cum clericis poſſunt tamen illa præ
ſcribere,quia non ſunt omnino laici ſed poſſunt dici religio-
ſi de quo vide bo.gloſ.in c.ex eo quæ in gloſ.fin. de electio.in
vj.& per Innocen.& Hoſt.& Docto.in c.ij. de inſtit. Secun-
6 do not. ſecundum D.Abb.ex fi.cauſa quòd poſſeſſio † ciuilis
neceſſaria eſt ad præſcriptionem,nec ſufficit naturalis, idem
tenet gloſ.& Bartol.in l.1.C.de ſeruis fugiti.& in l iij.§. ex con
trario.ff.de acquiren. poſſeſſio. & per Dyn.in regula ſine poſ-
ſeſſione libro vj. Probat autem iſte tex. hoc modo quia laici
poſſident naturaliter ſeu detinēt decimas,ſed quia non poſſi-
dent ciuiliter non poſſunt præſcribere,tamen poſtea D. Abb.
dicit, quòd laicus non poteſt poſſidere etiam naturaliter de-
7 cimas,quia poſſeſſio † naturalis eſt ius inſiſtendi rei non pro-
hibite poſſideri,vt not.Bartol.in l.1. ff.de acquiren. poſſeſ. vbi
tractat de mā diuerſarū ſpecierū poſſeſſionis,& detentionis,
& hoc vltimum eſt verius vnde collige no.hoc modo,ꝙ ſola
detentatio non ſufficit ad præſcriptionem facit.l.male agitur.
C.de præſcriptio.xxx.ann. Oppono contra iſtum tex. ꝙ lai-
cis poſſunt concedi decimæ, vt in c.penultimo. in fi. 11. quæ-
ſtio.1.Inno.ſoluit, ꝙ non poſſunt concedi in titulum, vt hic
ſed bene in alimoniam poſſunt concedi laicis pauperibus, vt
in contrariis D. autē Abb.dicit hoc poſſe procedere reſpectu
fructuum ad tempus ar.c.poſſeſſiones.16.q.1.nam etiam poſ-
ſunt quibuſcunque locari ad tempus,vt in c.ij.de loca.& vide
bo.tex.cum gl.in c.quamuis.de deci. Aduerte tamen inquā
8 tum.ſ.dixi, ꝙ laici non poſſunt præſcribere † decimas etiam
per tantum tempus cuius initii non ſit memoria hoc intelli-
gas quando laicus fundat ſe in ſola poſſeſſione, ſed ſi allegat
ſe inueſtitum de feudo decimali ante tempus concilij Latera
nenſis, & probat poſſeſſio.tanti temporis cuius initij non eſt
memoria,& vlterius,ꝙ ſit communis oppinio ſuper antiqui
tate feudi,ex quo enim illas decimas tenuit,vt vaſſallus ſupra
dictis concurrentibus præſumitur inueſtitus de decimis, & vl
terius preſumitur illas decimas fuiſſe conceſſas ante conciliū
Laterañ.de quo in c.cum apoſtolica de his quæ fi.a præla. vbi
hoc tenet Io.An.& communiter Doc.& idē dicit Io.An.& D.
Do.in c.ij.§.ſane de dec.in vj.ſed D.Abb.in d.c.cum apoſtolica
tenet contrariū pp dictum Io.mo.& Io.And.in c.2. de præb.in
vj.vbi dicunt, ꝙ vbi datur perſonæ incapacitas non præſumit̄
talis ſeu conceſſio etiam ſi interueniant poſſeſſio tāti tempo-
ris cuius initii non eſt memoria ſed tu tene opi.communem,
& reſponde ad illud, dictum quia illud dictum procedit vbi
probatur ſola poſſeſſio; ſecus ſi vltra probationem poſſeſſio
nis probatur communis fama,vel communis opinio de anti-
quitate tituli,nam fama inducit iuſtam cauſam credendi titu
lū interueniſſe facit quod no. glo. in capitu. inquiſitioni. de
ſententia excommunicationis. & in capitulo cum contin-
gat. de reſcriptis, & quod notat Barto. in l. Celſus. ff. de
9 vſucapionem. Item aduerte, quia ſi feudum † decima-
le deuoluitur ad epiſcopum non poteſt amplius illis decimas
concedere laico ſed debet ad menſam eccleſiæ applica-
re hoc tenent communiter Docto.& probatur in c.cum apo
ſtolica

ſtolica.de his quę ſi.a pręla.glo.tamen in capit. prohibemus.
de cleri. tenet illas poſſe iterum dari de conſenſu epiſcopi,
ſed Docto.communiter ipſam reprobant quamquam. dom.
Cardin.in cap.ſecundo.de feu.dicit epiſcopum poſſe infeuda-
re de nouo illas decimas ex quo ſunt conſuetæ dari in feu-
dum, & Ioan.de Imo.in cap.ſecundo.dicit quod opinio dom.
Cardina.ſeruatur de conſuetud. licet communis opinio ſit in
contrarium.No.tamen gl.in d.c.prohibemus.inquãtum dicit
feudũ decimale nõ poſſe infeudari abſq; cõſenſu epi, & ſic nõ
ſufficeret conſenſus domini ipſius feudi niſi interueniat con-
ſenſus ipſius epiſcopi.non ob.glo.in c.quæ in eccleſiarum. de
conſti.& in c.1.de capitulis Corradi,quæ dicũt ꝙ vaſſallus po
teſt alium vaſſallum facere etiam abſque licentia domini, qa
procedunt in alio feudo ꝙ̃ decimali, & hęc not. In gl. ex gl.
10 ꝙ verbum †detinere quandoq; ſumitur pro poſſidere, vt hic.
nam laici bene poſſunt detinere decimas, ſed non poſſidere,
quia detentio eſt quid facti, & non ſonat in ius, vt dicit Bar.in
l.j.ff.de acq.poſ.& hoc ẽt ſentit hęc gl.ꝙ̃ no.hinc eſt qđ ſeruus
qui non poteſt poſſidere poteſt detinere, vt in l.ſtipulatio iſta.
§.hęc quæ.ff.de ver. obli. in ſeruum enim non cadunt ea quæ
ſunt iuris, nec poſſunt per momentum apud eum conſiſtere,
11 vt in l.penult.ff.de acq.hær. An autem †monachus, vel alius
profeſſus dicatur poſſidere capam, vel alia quæ detinet, vult
bo.glo.in c.non dicatis.xii.q.j. Idem inquantum glo. dicit, ꝙ
poſſeſſio laici in decimis non germinat fructum expone.i.nõ
parit præſcriptionem, nec acquirit dominium. acquiſitio .n.
dominij & pręſcriptio ſunt fructus poſſeſ.ſecundum Io.And.
& hoc tene.licet alii aliter exponant, ſed expoſitio Io. An.cõ-
muniter tenetur.Et iſta ſufficiant.

### *SVMMARIVM.*

1 *Interruptio præſcriptioni 40.annorum oppoſita, inducit vtramq; partem ad probandum.*
2 *Canones ſi varie vel contraria loquantur illud tenendum eſt, quod ſtylus Romanæ curiæ ſeruat.*
3 *Excipiens de interruptione, contra pręſcriptionem non ob hoc videtur illã confiteri, alias actor releuaretur ab onere probandi.*
4 *Pręſcriptio corruit probata interruptione.*
5 *Pręſcriptio dicitur dormire, quando ex aliquo defectu temporali non currit.*
6 *Interruptio dicitur fieri, quando pręſcriptio inchoata extinguitur.*
7 *Præſcriptio non currere dicitur, quando res non eſt præſcriptibilis.*
8 *Eccleſia poteſt etiam præſcribere ſpatio x.ann.inter præſentes, & xx.ann. inter abſentes, vide caſus.*
9 *Eccleſia non præſcribit rem priuati ſine titulo & bona fide.*
10 *Laicus habens rem communem cum eccleſia, an in præſcriptione gaudeat priuilegio eccleſiæ.*
11 *Seruitutes ſunt indiuiduæ excepto vſufructu qui eſt diuiduus.*
12 *Ius patronatus eſt indiuiduum quemadmodum aliæ ſeruitutes.*
13 *Eccleſia ſuccedens priuato in pręſcriptione, an vtetur iure priuati, an priuilegio eccleſiæ.*
14 *Priuilegium priuilegiati ſuccedentis non priuilegiato, ſi extinguit pręſcriptionem, priuilegiatus ſuccedens, non vtitur priuilegio ſuo.*
15 *Priuilegium ſi differt præſcriptionem, priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato vtitur priuilegio ſuo.*
16 *Interruptio naturaliter fit duobus modis ſ. per inundationem & deiectionem.*
17 *Pręſcriptionis ſubſtantia quæ requirat vide.*
18 *Poſſeſſio poteſt deficere pluribus modis vt ibi.*
19 *Siccitas facit amittere poſſeſſionem aquę.*
20 *Interruptio pręſcriptionis nunquid reputetur intereſſe.*
21 *Spoliatio facit amittere poſſeſſionem.*
22 *Præſcriptio non interrumpitur propter defectum poſſeſſionis, ſeu detentationis corporalis.*
23 *Præſcriptio iuris incorporalis interrumpitur eodem modo quo vſusfructus impeditur.*
24 *Præſcriptio interrumpitur deficiente bona fide.*
25 *Poſſidens repugnante conſcientia peccat mortaliter.*
26 *Præſcriptio interrumpitur ſuperueniente ſcientia de nullitate tituli.*
27 *Præſcriptio non interrumpitur ex reſolutione tituli emptionis, cum inẽpta apparet.*
28 *Interruptio præſcriptionis ciuiliter quinq; modis fit.*
29 *Libellus principi oblatus interrumpit præſcriptionem.*
30 *Litis conteſtatio, pręſcriptionem interrumpit in actionibus perpetuis.*
31 *Pręſcriptio non interrumpitur, nec per citationem, nec per litis conteſtationem factis per iudicem incompetentem.*
32 *Litis conteſtatio facta coram arbitratore, an interrumpat pręſcriptionem.*
33 *Lis quando conteſtari non poteſt, quo pacto contra abſentem ſit procedendum.*
34 *Interruptio pręſcriptionis non cenſetur facta per impetrationem reſcripti, vel delegationem cauſæ.*
35 *Cautio ſecunda facta per debitorem interrumpit præſcriptionem.*
36 *Præſcriptio interrumpitur per ſolutionem vſurarum pro debito, vel pignore.*
37 *Denunciatio extraiudicialis an interrumpat præſcriptionem.*
38 *Pręſcriptio an interrumpatur exceptionis oppoſitione.*
39 *Pręſcriptionum aliqua eſt inducta in fauorem, aliqua in odium.*
40 *Præſcriptio triginta annorum eſt inducta in merum odium negligentis.*
41 *Præſcriptio partim odioſa, & partim fauorabilis quæ dicatur.*
42 *Pręſcriptio an interrumpatur citatione vel litis conteſtatione, ſiue ſit contra priuatum, vel contra eccleſiam.*
43 *Præſcriptio quæ currit in feudis dicitur ſaltem non odioſa, ſi non fauorabilis ſecundum Bal.*
44 *Præſcriptiones ſtatutarię an odioſæ ſint.*
45 *Interruptio quantum duret cum ſuo effectu.*
46 *Differentia inter perpetuationem & interruptionem quæ ſit.*
47 *Vitium litigioſi durat etiam cauſæ perempta inſtantia.*
48 *Interruptio ciuilis an proſit omnibus prætendentibus intereſſe licet ſit mota contra vnum tantum.*
49 *Peccatum eſt quod non eſt ex fide.i.conſcientia.*
50 *Pręſcriptio in accuſationibus criminalibus qualiter interrumpatur.*
51 *Adulterii accuſatio pręſcribitur ſpatio quinquennii.*
52 *Interruptio qualiter fiat in criminibus.*

## CAP. VIII.

ILlud. Si contra præſcriptionem xl. ann. quæ
ſola contra eccleſiam currit, opponit
1 †interruptio vterq; probabit. hoc dicit. Duo ſunt
dicta ſecundum ibi, verum. In tex.ibi, fuerit mota
quęſtio.ſ.quia alter dicit pręſcripſiſſe, aliter dicit interrupiſſe
2 Ioan.An. No.primo, ꝙ vbi canones ſunt contrarii, †vel va-
rio modo loquuntur tenendum eſt, ꝙ ſeruat ſtylus curię Ro-
manæ.facit.c.ex literis.cum ibi no.ſ̃.de conſtit.& in c.ꝙ̃ graui.
3 de cri.fal. Secundo no.in ver.verum, ꝙ † excipiens de inter-
ruptione contra allegantem pręſcriptionẽ non videtur ipſã
confiteri.nã ſi excipiens de interruptione cenſeretur confite-
ri pręſcriptionem aduerſarius releuaretur ab onere ipſam ꝓ-
bandi, vt in c.pręterea.de tranſact.& tamen vt hic patet alle-
gans ipſam præſcriptionem tenetur ipſam probare, & ratio
eſt, quia excipiens non videtur confiteri ea quæ tacite inclu-
duntur in exceptione, vt in c.cum venerabilis.ſ̃.ti.proxi.& ibi
4 dixi. Vltimo no.ꝙ non valet pręſcriptio †probata interruptio
ne, concordat.ĩ.eo.auditis.& ne erres in terminis, ſcias ꝙ quã
doque pręſcriptio dicitur dormire.quandoq; interrumpi, quã
5 doq; non currere. Dicitur autem †dormire, quãdo ex aliquo
defectu temporali non currit pręſcriptio, vt puta propter de-
fectum pręlati, vt in c.j.& in c.de quarta.ſ̃.eo. vel propter ho-
ſtilitatem quæ tanta eſt, ꝙ non redditur ius in loco. ĩ. eod. ex
tranſmiſſa. Et in quib. caſib. pręſcriptio dormiat dicetur in
c.cum non liceat.ĩ.eo.& dicitur pręſcriptio dormire, quia po
ſtea excitatur ceſſante impedimento ad curſum ſuũ, & coniũ
guntur extremitates temporis, tẽpore dormitionis ſubducto
6 de medio, vt in c.j.ſ̃.eo.& ĩ.eo.auditis. †Interruptio vero dicitꝰ
fieri quando pręſcriptio inchoata extinguitur, ita ꝙ in totũ
euaneſcat.ita ꝙ eſt neceſſe, vt præſcriptio incipiat a capite ſi
perueniat noua cauſa habilis ad pręſcribendum, vt dixi in c.
7 vigilanti.ſ̃.eo. No. †currere vero dicitur quando res non eſt
pręſcriptibilis, vel quando eſt talis perſona quę non põt prę
ſcribere, vel talis contra quam non currit pręſcriptio. exẽplũ
in minore 25.ann.contra quem non currit pręſcriptio longi
temporis, vt l.ſi.C.in quib.cau.re.in integr.non eſt ne.& in ec-
cleſia contra quam non currit pręſcriptio x.vel xx. ann. Præ-
ſcriptio ergo dicitur non currere, vel non cucurriſſe quando
non datur aliquod initium pręſcriptionis, & hæc notabis pro
declaratione eorum quæ infra dicentur. In gl.iii.Io.An.repro
bat iſtam glo.dum dicit quod eccleſia pręſcribit contra priua
8 tum ſpatio x.an.inter pręſentes, & xx.inter abſentes, & hoc te
net Acur.in auth.quas actiones.C.de ſacroſ.eccl. & in Auth.
de eccleſiaſticis.§.pro tẽporalib.& hoc placet Io. An.de quo
remittit ad regulam qui ad agendum. lib.vj. vbi idem firmat,
& dicit ꝙ idem tenet Hoſt.in ſum.huius tituli.§.quæ exigantꝰ.
verſ.nunquid ergo eccleſia.ſed tu dic, quod iſta gl. põt ſaluari
ſi intelligitur ꝙ loquatur quando eccleſia poſſidet rem priua
ti bona fide ſine titulo, vnde hic conſiderando tres caſus. Pri
mus eſt, quando agitur de pręſcribenda re, vel aliquo iure ec
cleſię, & tunc ſiue pręſcribens ſit priuatus ſiue eccleſia requi-
ritur pręſcriptio xl.an.vt hic, & ſ̃.eo.de quarta. & c.ad aures.
Secundus caſus eſt, quando eccleſia pręſcribit rem priuati, &
tunc ſeruãda ſunt iura ciuilia, qa aut res eſt mobilis, & tũc ꝑ-
ſcribet eã ſpatio triennij cum titu.& bona fide. aut eſt res im-
mobilis, & cum titulo & bona fide eam pręſcribit ſpatio x.

ann.inter præſentes,& xx.inter abſentes,aut pręſcribit ſine ti-
tulo, & tunc requirunt ſpatium xxx.ann, & de hoc eſt caſus
ſ̃.eo.ſanctorum.ſecundum intellectum Tan.Hoſt.Pe.& Abb.
& quem ſequitur ibi D.Ab.ſine autem titulo,& bona fide ec
9 cleſia†nullo tempore præſcribit rem priuati,vt ĩ.eo. c.fi.vnde
Ioan.And.hic dicit,ꝙ præſcriptio xxx. ann.legalis non poteſt
prodeſſe eccleſiæ, quia procedit cum mala fide,vt ſ̃.eo.vigilã
ti.nam Io. An, debet intelligi quando eccleſia non habet bo-
nam fidem, ſed ſi haberet bonam fidem poſſet præſcribere
ſpatio xxx.ann, ſicut priuatus contra priuatum, vt in l.ſi quis
emptionis.tit.C.de præſcr.30.anni.vbi Bar.vult, ꝙ quãdo præ
ſcribens ſine titulo eſt in bona fide præſcribit ſpatio 30. ann.
vtile dominium, & hoc ẽt ſequitur D.Abb.in rubrica huius
ti.& ibi dixi vnde idem eſt dicendum quando eccleſia præſcri
bit ſine titulo contra priuatum.& de hoc eſt caſus ſecundum
vnum intellectum in d.c.ſanctorum. Tertius caſus eſt,quãdo
laicus vult præſcribere contra laicum,vel clericus contra cle-
ricum,& hoc caſu etiam de iure canonico ſunt ſeruanda iu-
ra ciuilia, & ſic pręſcribetur res patrimonialis clerici eo. mo-
do quo pręſcribitur res laici,ſiue præſcribens ſit priuatus,ſiue
eccleſia,& hoc tenet D.Ab.in d.c.ſanctorum.& in c.de quar-
ta.ſ̃.eo.& pro hoc facit gl.in d.c.poſſeſſiones.xvi.q.iiij.dũ vult
ꝙ in rebus patrimonialibus clericorum non requiratur præ-
ſcriptio xl.ann.& quod no.glo.antepenult.in cle.ii.de iure pa-
tro.quæ dicit ꝙ clericus habens ius patronatus ratione patri-
monii poteſt variare in præſentando, vel præſentare alterna-
tiue,ſicut laicus.facit optime, quod no.But.& D. Abb.ĩ.eo.ſi
diligenti.vbi dicunt ꝙ res patrimoniales clericorum non gau
dent priuilegio eccleſiæ,niſi in caſibus a iure expreſſis, & hoc
ſemper intellige quando præſcribẽs eſt in bona fide,alias nul-
la curreret præſcriptio,vt ſ̃.eo.vigilante.& ĩ.eo. c.fi. & in hoc
etiam in foro ciuili eſt ſeruandum ius canonicum , vt dicit
glo.in regula poſſeſſor, & Doct.ĩ.eo.c.fi. Sed circa prędicta
10 quæro de duobus, & primo quod ſi†laicus habet rem com-
munem cum eccleſia,an in præſcriptione gaudeat priuilegio
eccleſiæ.ſ.vt contra eum non currat minor pręſcriptio xl.an-
nis,& in hoc dic, ꝙ aut eſt res diuiſibilis prout eſt communi-
ter qualibet res corporalis,& tunc non gaudebit priuatus pri
uilegio eccleſię,vt in l.j.C.ſi in cõmuni eadẽq; cauſa.& quod
ibi no.vnde ille qui præſcripſit ſpatio x.vel xx.ann.habebit rẽ
communem cum eccleſia,aut res eſt indiuiſibilis, & tunc ius
laici ſeruatur illęſum propter communionem quam habet
cum eccleſia,& de hoc eſt tex opt.in l.ſi communem. ff.quẽ-
adm.ſeru.amit.vbi patet ꝙ maior xxv. ann. habens ſeruitutẽ
communem cum pupillo non patitur præſcriptionem pro-
pter pſonam pupilli, quia ſicut non currit præſcriptio contra
pupillum,ita non currit contra maiorem propter indiuiſibili
11 tatem rei quæ præſcribitur, nam ſeruitutes † ſunt indiuiduæ
excepto vſufructu qui eſt diuiduus,vt dicit tex.in l.j. §. ſi vſuſ-
fructus.ff.ad l.Falc.& vide bon.glo.in c.vno.in gloſſ.fi.de iure
pat.in vj.quæ dicit, ꝙ ſi laicus habet ius patronatus commu-
ne cum perſona eccleſiaſtica habet vj. menſes ad præſentan-
dum ex perſona clerici, ſeu eccleſiæ, licet ex perſona ſua ha-
beat tantum quatuor menſes, & mouetur gl. per l.ſi commu
12 nem.ff. quemadmodum ſeruit.amit. nam†ius patronatus eſt
indiuiduum quemadmodum aliæ ſeruitutes, & vide ibi Ioã.
And.in nouella qui tenet iſtam partem, & hęc ſunt de mẽte
D.Abba.in ca.de quarta.in vij.col.ſ̃.eo.qui tamen dicit,ꝙ vbi
poſſet pręſcribi contra laicum iure eccleſiæ remanente illę-
ſo,ꝙ tunc contra eum ſufficeret præſcriptio communis.i.quę
de iure communi currit contra laicum.alleg.no. in d.c.ad au
dientiam.ĩ.eod.& xvi.q.iiii.volumus. Secunda eſt quæſtio ,
ꝙ ſi eccleſia ſuccedit laico contra quem erat inchoata pręſcri
13 ptio,nunquid†vtetur iure priuati,an vero priuilegio eccleſię?
hanc q.tetigit gloſſ.Bar.& Bal.in auth.quas actiones.C.de ſa-
croſ.eccl.& Ioan.Andr.in d.ca.vno.de iurepatr.in vj.D.autem
Abb.in d.c.de quarta, in viii.col.diſtinguit,ex cuius diſtinctio
ne facias tres concluſiones.Prima eſt concluſio . ſi priuilegiũ
14 † priuilegiati ſuccedentis non priuilegiato extinguit pręſcri-
ptionem, priuilegiatus ſuccedens non vtitur priuilegio ſuo.
exemplum in l.ſi fundum. ff.de fun. dot. vbi dicitur, ꝙ ſi quis
incepit pręſcribere certum fundum,licet poſtea mulier cuius
erat fundus.det illum in dotem.nõ minus currit pręſcriptio ,
licet ſi a principio fundus fuiſſet dotalis,nõ potuiſſet inchoa-
ri pręſcriptio,ratio eſt, quia priuilegium vnius non debet ab-
ſorbere ius alterius qđ faceret iſto caſu ſi mulier vellet vti pri
uilegio ſuo,facit c.quantus.de reſcrip.in vj. Secunda conclu
15 ſio,ſi priuilegium differt†pręſcriptionem priuilegiatus ſucce-
dens non priuilegiato vtitur priuilegio ſuo.exemplum in pu-
pillo ſuccedente alteri contra quẽ erat inchoata pręſcriptio
quæ non currit, ſed dormit durante pupillari ætate, vt in l.ſi-
cut.C.de pręſcrip.30.ann.& ratio differentiæ eſt inter iſtã con
cluſionem & pręcedentem,quia extinctio eſt maioris præiu.

dicii,quam dilatio,facit optime tex.in c.ſi propter tua iuncta
gl.in ver.impediri.de reſcr.in vj.Tertia concluſio ſi priuilegiũ
ſuccedentis non priuilegiato mutat pręſcriptionem exemplũ
in caſu noſtræ quæſtionis.nam pręſcriptio currit contra eccle
ſiam, ſicut contra priuatum , ſed alio modo quia pręſcriptio
contra priuatum currit x.vel xx.an.cum ti. & bona fide,& ſi-
ne ti.currit præſcriptio xxx.an. ſed contra eccleſiam ſola prę-
ſcriptio quadragenaria currit,vt hic ſ̃.e.ad aures.& c. de quar
ta dicendum eſt, ꝙ pro tempore p̃terito vtitur eccleſia iure
priuati pro tempore vero futuro priuilegio ſuo,ar.in l.fiſcus.
ff.de iure fi.Ideo ſi contra priuatum pręſentem cucurrerent
quinque anni,& ſic medietas pręſcriptionis ſatis eſt contra ec
cleſiam ſuccedentem complere aliam mediatem habito re-
ſpectu ad priuilegium eccleſiæ,& ſic requiruntur ad complẽ-
dam pręſcriptionem xx.anni, quia ſunt medietas temporis re
ſpectu eccleſię,& idem dicendum in ſimilib.quęſtionibus.pu
ta ſi cõtra priuatum completa eſt quarta pars pręſcriptionis.
In reliquis tribus partibus eccleſia habebit priuilegium ſuũ ,
& ſic requiruntur 30.anni ad complendam pręſcriptionem ,
& idem econuerſo,ſi tres partes pręſcriptionis cucurrerent ꝯ-
tra priuatum antequam eccleſia ſuccederet . nam in quarta
parte quæ reſtat ad complendam pręſcriptionẽ eccleſia vtet̃
priuilegio ſuo quia requirentur x. anni ad complendam
præſcriptionem,& idem dicas in ſimilib.facit autem .l. quod
ſi quis.C.de pręſcr.lon. temp.& hęc not. In glo.fi. habes gl.
fi.& magis claram.xvi. q.iii. §. poteſt. in ver.interruptam.quę
incipit ſit autem pręſcriptio dupliciter,& iſtam glo.diuido in
duas partes,quia in prima tractat de interruptione quæ fit na
turaliter.In ſecunda,de ea quæ fit ciuiliter. Secunda ibi,ciui
16 liter.In prima parte gl.dicit,ꝙ†interruptio fit naturaliter duo
bus modis.Primo modo per inundationem maris,vel flumi-
nis. Secundo modo, per directionem , vel expulſionem .
Bar.autem in d.l.naturaliter.ff.de vſucap.& But.& D.Ab. hic
dicunt ꝙ interruptio naturalis fit quando aliquid deficit, qđ
requiritur ad ſubſtantiam pręſcriptionis. Ad ſubſtantiam
17 †autem pręſcriptionis quandoque requiruntur tria,quando-
que duo ſufficiunt,quandoque vtrum.Tria requiruntur quã-
do requiritur titulus,vnde in pręſcriptione 10.vel 20.ann.vel
in pręſcriptione cõtra ius commune,nam requiritur titulus ,
bona fides,& poſſeſſio iuxta ea quę ſ̃. dixi. duo autẽ ſufficiũt
in pręſcriptione xl.annorum contra eccleſiam iure commu-
ni non reſiſtente,& ſ̃.eo.de quarta.& c.ad aures.requiritur au
tem poſſeſſio & bona fides , vnum vero requiritur in pręſcri-
ptione inducta in odium negligentis, vt in pręſcriptione quę
procedit ex ſola negligentia nõ petentis ſine aliqua poſſeſſio
ne pręſcribentis.exemplum in creditore qui nõ petit debitũ .
nam debitor nihil poſſidet, & ſic ſola negligentia eſt illa quæ
eum excludit , non autem poſſeſſio , & in hac ſolus curſus
tẽporis requiritur , & ſic hoc caſu vnum tantum eſt de ſubſtã
tia pręſcriptionis,tamen vtrum ẽt hoc caſu requiratur bona
fides.dicã in c.fi.ĩ.eo.Modo ad propoſitũ vbicunq; aliquid de
requiſitis periit dr̃ poſſeſſio interrumpi naturaliter, quia defi-
ciente altero ſubſtãtialr̃ requiſito ad actus confectionẽ natu-
raliter deficit ipſe actus,vt in c.fi.de cond.appo.& in c.cum ſu
per.de offi.dele.Et pro maiori declaratione D.Abb. proſequi-
tur de per ſe, quodlibet de ſubſtantialr̃ requiſitis.& primo qñ
18 deficit†poſſeſſio,& hęc poteſt deficere multis modis. primo,
per inundationem maris vel fluminis,vt in l.iii.§.Labeo. ff.de
acq.poſ.Sed Bal.hic intelligit hoc eſſe verum quando inũda
tio non eſt momentanea , ſed plurium dierum , nam ſi rece
dit inundatio.ĩ.triduum,ſecundvm eum nõ amittitur poſſeſ
ſio,alioquin poſſeſſiones ſitę iuxta Padum nunq̃ pręſcriberẽ
tur,quod eſt abſurdum,dicit ẽt Bal.ꝙ ſicut perditur poſſeſſio
19 terræ per inundationem,ita ẽt per†ſiccitatem perditur poſſeſ
ſio aquę,vt in l.& Attilicinus.ff.de ſeru.ruſt.pręd.Item dicit ſe
non putare,ꝙ per immoderatas niues,vel grandines,vel ſimi
lia, vel propter ſterilitatem perdatur poſſeſſio.alleg. l. fiſtulas.
§.frumenta.ff.de contrah.emp.& l.ſi fundus.ff.de reb. eorum.
dicit ẽt Bald.ꝙ quando per inundationem perditur poſſeſſio
datur in integrum reſtitutio ex clauſula generali.alleg.l.j. §.ſi
quis autem propter.ff.de itin.actuq; pri.ſed ille tex.loquitur in
illo contra quem pręſcribitur , qui tractat de dãno vitando,
qõ autem noſtra loquitur in pręſcribẽte,qui tractat de lucro,
& gl.expreſſe tenet in d.§.Labeo.quod non poſſit petere reſti
tutionẽ in integrum,ſed Bar.ibi dicit,ꝙ vr̃ facere ꝯ no.ꝑ Dy.
in l.ſi fundum.§.qui bona fide.ff. ꝓ emptore. nam ibi Dy.for-
20 mat qõnem,nunquid†reputet̃ intereſſe interruptio p̃ſcriptio
nis,& gl.ibi ſimiliter tenet,ꝙ nõ. Sed Dy.ibi diſtinguit, ꝙ aut
modicũ tp̃s reſtabat ad cõplendã p̃ſcriptionẽ, & tunc interru
ptio cõputat̃ eſſe intereſſe, aut reſtabat tp̃s non modicum ad
complendam præſcriptionem , & tunc interruptio non repu
tatur eſſe intereſſe, vt in l.rerum mixtura. §.Labeo. ff. de vſu-
cap. & ſic coniungendo ea quæ dicit Bart. in d. l.iii.§. Labeo.

cum

cum his quæ dicit in l.ſi fundum. §. qui bona fide. ff. pro em-
ptore . videtur velle , ꝙ aut deficit tempus non modicum ad
complendam præſcriptionem , & tunc non poteſt petere re-
ſtitutionem in integrum aduerſus talem interruptionem,aut
deficit modicum tempus , & poteſt petere in integrum reſti-
tutionem,ſed ego valde dubito,quia reſtitutio quæ datur ma
iori datur aduerſus damna, non autem quando perditum eſt
lucrum licet eccleſiæ , & minori detur reſtitutio in integrum
etiam in lucro,vt in l.ait prætor.§.vltimo.& in l.non omnia .
ff.de mino.& no.gl.penult.in c.auditis.de reſti.in integ.& hęc
21 no. Secundo modo perditur poſſeſſio†per ſpoliationem,vt
in toto tit.de reſti. ſpol. & per iſtam amiſſionem etiam inter-
rupitur præſcriptio,& idem quocunque modo perdatur poſ-
ſeſſio,quia ſine poſſeſſione non procedit præſcriptio, vt in re
gula ſine poſſes. & probatur in l.naturaliter. ff. de vſucap.&
intellige ꝙ fit interruptio quo ad omnes,cum non reſtringat̃
ad certam perſonam, & ſic talis interruptio prodeſt omnib.
prętēdentibus intereſſe,vt probatur aperte in d. l. naturaliter.
intellige etiam ꝙ interrumpitur præſcriptio quando perditur
poſſeſſio ciuilis.ſecus ſi perdatur tantum naturalis,vt no.Dy.
in regula ſine poſſeſſione.facit l.clam poſſidere.§.qui ad nun-
dinas.ff.de acq.poſſ.ſed Bart.in d.l.naturaliter.dicit ꝙ aut agi-
tur de præſcribendo dominio, & tunc dicit verum Dyn. Aut
agitur de pręſcribendo vſufructu,vel alio iure in quo præſcri
bendo ſola naturalis poſſeſſio requiritur . puta in feudo , vel
emphiteuſi,& tunc per ſolam amiſſionem poſſeſſionis natu
ralis interrumperetur præſcriptio,hoc probatur in l.naturali-
ter.ff.de acquir.poſſ. vbi probatur ꝙ vſufructuarius naturali-
ter poſſidet,& idem dicas in emphyteuta, vel feudatario , qa
etiam iſti poſſident naturaliter tantum,& ex poſſeſſione na-
turali pręſcribunt,vt dicit Bar.in l.iii.§.ex contrario.ff.de acq.
poſſ.vnde cum ex ſola naturali pręſcribant,ea amiſſa interrũ
22 pitur pręſcriptio.Defectus autem†poſſeſſionis corporalis,ſeu
detentationis non interrũpit pręſcriptionẽ,vt in l.ſi id quod.
§.ſi.ff.de acquir.poſſ. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi colonus,vel con
ductor recederet a poſſeſſione dominus eam non perderet ,
quia tales non poſſident,ſed detinent;probatur in c. cum ve-
niſſent.de reſti.ſpo.hoc tamen intelligas niſi poſſeſſionem al-
teri tradidiſſet,quia tunc dominus eam perderet, vt in l.ſi.ff.de
acquir.poſſeſſ.& de hoc vide bo.glo. in c.olim.quæ incipit,vt
ſcias,de reſtit. ſpol. & hæc procedunt quando agitur de inter-
ruptione p̄ſcriptionis rei corporalis,ſed ſi agit̃ de interruptio
23 ne pręſcriptionis† iuris incorporalis eodem modo dic,ꝙ per
quemcunque actum per quem impeditur vſus ſeruitutis , ſeu
iuris incorporalis præſcriptio interrumpitur, vnde ſi impedis
me vti ſeruitute ſtatim perdo poſſeſſionem,& interrumpitur
pręſcriptio. imo per vnicum actum per quem quis prohibe-
tur vti illo iure interrumpitur præſcriptio, & hoc videtur pro
bari.j̃.eo.auditis.& ibi per Innocen.in vlt.glo. vbi Innocen.di
cit ꝙ eo ipſo q̃d is ad quẽ ſpectat iuriſdictio exercuit illa iura.
j̃.tempus pręſcriptionis,videtur illam interrumpiſſe .facit q̃d
no.glo.in c.primo.eo.ti.in vj.& dicam.j̃.eo.auditis,& hoc te-
net Bar.in d.l.naturaliter.in vlt.col.vbi etiam dicit, ꝙ perdita
poſſeſſione fundi dominantis interrumpitur præſcriptio.ver-
bi gratia,nam in poſſeſſione præſcribendi ſeruitutem domui
meæ,vel fundo meo , & ante eam completam fui ſpoliatus
domo,vel fundo pro quo præſcribebam illam ſeruitutem ꝑ
hoc interrumpitur illius ſeruitutis præſcriptio, vt in l.ſi ædes .
§.1.ff.de ſeru.vrb.prædiorum,dicit etiam Bar.ꝙ etiam præſcri-
ptio libertatis a ſeruitute interrumpitur per quemcũq; actũ
quo quis vſus ſit ſeruitute, vt in c. arboribus. §. idem conſtat.
ff.de vſur.& in l.qui fundum.ff.quemadmodum ſeruit. amit.

Exemplum habebam ius vſusfructus,vel alterius ſeruitutis
in fundo meo ſteti per aliquos annos , ꝙ non recepi aliquos
fructus de illo fundo , vel ꝙ non fuit vſus ſeruitute illa , & ſic
tu inceperas præſcribere libertatem, modo cum ſtatim colli-
go aliquos fructus,vel vtor ſeruitute, etiam per vnicum actũ
interrumpitur pręſcriptio libertatis,& ratio eſt, quia ita inter
rumpatur præſcriptio in iſtis iuribus incorporalibus, quia de
ſubſtantia quaſi poſſeſſionis in iſtis iuribus incorporalibus eſt
ſcientia & patientia aduerſarij,vt in l.iii.§.dare.ff.de vſuf.& in
l.ii.C.de ſeru.& aqua. vnde ſtatim cum aduerſarius non pati-
tur poſſeſſio perditur, & per conſequens præſcriptio interrũ-
pitur,& hæc etiam ſequitur hic D.Abba.in ſi.penult.col.dicit
etiam ꝙ poteſt interrumpi præſcriptio ſeruitutis,& libertatis
naturaliter & ciuiliter,& ſic in his caſibus de quibus in ſequẽ
ti parte dicam præſcriptionem interrumpi ciuiliter intelligas
tam reſpectu iurium corporalium q̃ incorporalium, vnde
conclude ꝙ ſiue agitur de præſcriptione rei corporalis , ſiue
iuris incorporalis ſtatim cum perditur poſſeſſio interrumpi-
tur præſcriptio,& hoc quo ad primum .ſ. quando deficit poſ-
ſeſſio,vel quaſi quæ eſt vnum de requiſitis ad præſcriptionem.
24 Venio ad ſecundum.ſ.†quãdo deficit bona fides, & in hac
D.Abba.facit tres caſus. Primus eſt, quando ex toto ſuperue-
nit mala fides.Secundus eſt, quando præſcribens inductus eſt
in dubitationem. Tertius eſt,quando ſuperuenit mala fides,
quo ad vnum,& non quo ad alium,vt quia præſcribens puta
bat rem eſſe Martini, & non Titii . In primo caſu tenendum
eſt ꝙ quandocunque ſuperuenit mala fides ante compleram
præſcriptionem,præſcriptio interrumpatur,vt in c.ſi.j̃. eo. &
in hoc non eſt curandum de iure ciuili,quia ſtandum eſt iuri
canonico,& propter hoc non recito ea quæ dicit Bar. de iure
ciuili in d.l.naturaliter.In ſecundo caſu.ſ. quando non ſuper-
uenit mala fides.firmiter,ſed dubitatiue, vt quia poſſidens cę-
pit dubitare,ꝙ res ſit aliena,& hoc caſu Bar.in d.l.naturaliter.
videtur velle,ꝙ nõ interrumpatur pręſcriptio , & dicit ꝙ hoc
videtur ſentire Innoc.in c.ſi.j̃.eo.ſed in contrariũ videtur tex.
xvj.q.iii.c.j. vbi videtur probari, ꝙ ille qui dubitat non poſſit
pręſcribere,ſed de hoc D.Abb.ſe remittit ad c.ſi.j̃.eo. vbi etiã
gloſſ.tangit , & ibi dicam.In tertio caſu.ſ. quando ſuperuenit
mala fides aduerſus vnum tantum.puta aduerſus creditorem,
vel aduerſus vſufructuarium , an interrumpatur pręſcriptio
quo ad omnes? glo.in l.ſicut.C.de præſcri.30.ann.dixit ꝙ nõ.
ſed quod ſolum interrumpitur quo ad illum aduerſus quem
habebat malam fidem,hoc etiam tenet glo.& Bar.in l.natu-
raliter.ff.de vſucap.& dicit Bar.de hoc eſſe caſum in l.qui bal
neum.ff.qui po.in pig.habe.hoc etiam ſequitur hic But.& Io.
de Imo.in c.ſi.j̃.eo.ſed D.Abb.tenet contrarium per tex.aper-
25 tum in c.ſi.j̃.eo.vbi patet,†ꝙ poſſidens repugnante conſcien
tia peccat mortaliter , & propter hoc non pręſcribit , ſed iſte
credebat rem non eſſe ſuam , ergo peccat,& per conſequens
non pręſcribit ad idem 34. q. 2. ſi virgo vbi dicitur, ꝙ pręſcri-
bẽs eſt bonę fidei quamdiu ignorat ſe poſſidere alienum, ſed
iſte credebat rem non eſſe ſuam , licet putaret eam eſſe illius
cuius non erat , & dicit ꝙ ad hoc optime facit.l. eum qui.§.ſi
iniuriam.ff.de iniu. vbi dicitur ꝙ ſi quis putat me eſſe Luciũ
Titium cum ſim Caius iniuriam mihi fecerit tenetur actio-
ne iniuriarum,quia certus ſum licet ille putet me eſſe alium
quam ſim, & iſta opinio eſt tutior, licet alia ſit communior ,
ex quo ſequitur ꝙ ſuperuenientia malę fidei interrumpit prę
ſcriptionem quo ad omnes.Quo ad tertium principale.ſ. quã
do deficit titulus.Faciat duas concluſiones ex mente Bar. Bu.
26 & D.Abb.hic. Et prima ſit concluſio.ſi ſuperuenit conſciẽ-
tia de nullitate tituli,vt quia poſſeſſor eſt certior factus, ꝙ ti-
tulus non valet,puta quia ad eius notitiam peruenit, ꝙ non
fuit ſeruata ſolennitas in alienatione rei eccleſiæ ſibi factæ,
vel ꝙ priuilegium ſibi conceſſum ſuper illa re non valet ex
aliqua cauſa quæ ſibi latebat tempore conceſſi priuilegij , &
hoc caſu interrumpitur pręſcriptio , quia ſuperuenit mala fi-
des.ar.in c.veniens. j̃. eod. Secunda concluſio ſi ſuperuenit
27 defectus tituli reſpectu†reſolutionis.puta,quia vendidi tibi rẽ
quam pręſcribebam pacto appoſito, ꝙ deficiente certa con-
dictione appoſita res eſſet in empta,& hoc caſu licet deficiat
titulus nõ tamen eſt interrupta pręſcriptio iam inchoata cõ-
tra dominum , ſed poteſt primus poſſeſſor continuare poſte-
riora tempora cum ſequentibus,quia non poteſt proprie illa
dici venditio cum eſſet reſolubilis in euentum conditionis.

Aduerte tamen , quia etiam pure res quæ præſcribebatur
eſſet vendita,dato,ꝙ talis venditio non ſit reſolubilis nõ pro
pter hoc interrumpitur pręſcriptio, ſed emptor vtetur acceſ-
ſione temporis,quo venditor poſſedit , & ſic coniungerẽtur
tempora vtriuſque ad complendam pręſcriptionem , vt in l.
de acceſſionibus.ff.de diuer.& temporalibus pręſcrip. & in §.
inter creditorem.Inſti.de vſucap.cum ſimili. Ex quo conclu
do,ꝙ propter defectum tituli poſſeſſoris non interrumpitur
pręſcriptio niſi quando ad eius notitiam deuenit,ꝙ titulus ꝑ
quem res fuit ſibi conceſſa non valet , quia tunc ſuperuenit
mala fides. Et hęc procedunt quo ad intentionem naturalẽ .
27 In ſecunda parte glo.iſta gl.ponit quinque † modos per quos
interrumpitur pręſcriptio ciuiliter,ſed pro euidentia D.Abb.
hic pręmittit, quod dicitur fieri interruptio ciuiliter quando
non extinguitur aliqnid de ſubſtantialib.vel naturalib.ſed ce-
lebrat̃ actus qui de iure ciuili impedit pręſcriptionem,& ideo
dicitur interruptio ciuilis,qa a iure ciuili eſt inuenta.hoc prę-
miſſo ſequor ordinem gl.& glo.primo dicit,ꝙ interrumpitur
29 pręſcriptio ꝑ † libellum principi oblatum in actione iniuria-
rũ,& in aliis actionib.annalib.dic ꝙ in iſtis requiritur litis cõ-
teſtatio,vel quaſi,quia requiritur,vel ꝙ fiat litis cõteſtatio,vel
ꝙ libellus principi offerat̃,de quo dicendum eſt, vt in l.j. & ij.
C.quando lib.prin.dat̃.& Bar.in l.ſi.ff.de eo ꝑ quẽ fac.erit.po-
nit exẽplum in actiõe redhibitoria,vel quãto minoris.& Bar.
in l.2.§.ſi.ff.ꝑ emp.dicit idem eſſe dicendum,ſi eſt inducta prę
ſcriptio annalis ex cõſtitutione epi, vel alicuius Comitis, ſeu
Baronis,& hoc ſequit̃ hic D.Ab.& alleg.Bar.in l.3.ff.de verb.
obl.& in l.ſi.ff.de prętio ſtipu.vbi dicit conſtitutiones epiſcopo
rum,vel comitum,vel baronũ ęquiparari iuri p̄torio.Secũdo

30 glo dicit ꝙ interrumpitur præſcriptio† per litis conte.in actio
nibus perpetuis,vt in §.poteſt.& in §.quod ſi xvi.q.iii. hoc ta-
men intelligit quando litis conteſtatio fit coram ſuo iudice
per hoc tamen intelligit.l.penult.C. ne de ſta.defun.quaſi ve-
lit dicere,ꝙ litis conteſtatio facta coram iudice incompeten-
ti non interrumpit præſcriptionem.Idem tenet glo.in d.§.po-
teſt.verbo,interruptam.& glo.in cap.ex tuarum.ſ.de pur.vul.
& in c.vt debitus.de appel.& idem ſentit Io.An.in addi.Spec.
de lit.conteſt.in §.effectus,& ibi refert Guido, de Suza.qui te-
nuit,ꝙ non interrumpatur præſcriptio per litis coteſt.factum
coram arbitro ſi compromiſſum non valet,vel propter defe
ctum arbitri,vel compromittentium,vel alia ratione,licet va
lente compromiſſo litis cōteſtatio facta coram arbitro inter-
rumpat præſcriptionem,de hoc eſt tex,in l.penult.C.de arbit,
& vide Bar.in l.accuſaturus.ff.de adulter.& in auth.offeratur,
C.de lit.conteſt.vbi dicit,ꝙ aut præſcriptio interrumpitur per
dationem libelli.& tunc inſpicitur an libellus ſit bene conce-
ptus,an non?vt eſt caſus in d.l.accuſaturus . iuncta l.mariti. §.
quinquennium.eod.tit.aut præſcriptio interrumpitur per ſo-
lam citationem , & tunc ſolum inſpicitur an citatio ſit bene
facta, an non,vt in cum notiſſimi.C.de præſcrip.xxx. ann.vbi
Bal.hic dicit,quod ſi citatio eſſet deſerta,vt quia pars ad cuius
inſtantiam eſt facta citatio non comparet in termino per ta-
lem citationem non interrumpetur præſcriptio , quia citatio
non habuit effectum,vt in l.& poſt edictum.§. circumducto.
ff.de iudi. Aut in pręſcriptione requiritur litis conteſtatio ,
& tunc inſpicitur an lis ſit rite conteſtata,vt in d.l. penulti. C.
ne de ſta.defun.& ita diſtinguit Bart.in d.l.accuſaturus.& glo.
& Doct in d.auth.offeratur.C.de litis conte.hoc etiam ſequi-
tur Bal.hic.& But.in c.vt debitus.de appel. Et ex his infert D.
31 Abba.ꝙ ſicut pręſcriptio† non interrumpitur per litis conte.
factam coram iudice incompetenti . Ita nec per citationē fa-
ctam per iudicem incompetentem,dicit tamen But.in d.ca.vt
debitus.& D.Abba.hic,ꝙ licet per litis conteſtationem factā
coram iudice incompetente ex ipſa litis conteſtatione nō in-
terrumpatur præſcriptio.ſi tamen ex hoc ſuperueniret mala
fides faceret præſcriptionem interrumpi,& But.in d.c.vt debi
tus.allegat no.in ſimili.in c.ii.de ord.cog.in illa q.an per exce
ptionem interrumpatur pręſcriptio,vt in c.at ſi clerici.de iud.
in illo articulo an confeſſio,vel actus factus coram iudice in
competenti valeat , vt actus extraiudicialis , vel vt confeſſio
extraiudicialis,& dicit D.Ab.ꝙ hęc conſideratio fuit optima,
licet But.ibi clare non exprimat opi.ſuam. vnde D. Abba.di-
ſtinguit dicens,ꝙ quandoque actor tale quid expreſſit coram
iudice incōpetente,per quod conſtituitur aduerſarius in ma-
la fide,vt quia tale qui dixit ꝙ informare debuit conſcientiā
ſuam in facto,ar.in l.quod te.in fi.ff.ſi cer.pet.& in ca.inquiſi-
tioni.ſ.de ſen.excom.& per Bar.in extrauaganti ad reprimen
dam.in ver.denunciationem.in fin.& tunc eſt interrupta prę-
ſcriptio,non virtute actus iudicialis , ſed propter malam fidē
ſuperuenientem , quę ex coniecturis pręſumitur, vt in l.con-
querebatur.C.vnde.& in c.ii.de renunc. in vj.aut non fuit ali-
quid expreſſum,ſed nuda petitio facta , vel emanauit citatio
ſimpliciter a iudice incompetenti, & tūc quia interruptio nō
eſt naturalis, ſed ciuilis,oportet ꝙ actus teneat mero iure,ita
loquitur l.penult.C.ne de ſta.defun,& opin.contraria. Et ex
32 his infert D.Abb.nunquid litis† conteſtatio facta coram arbi
tratore interrumpat pręſcriptionem,& Io.An.in Spe. de litis
conteſt.in §.effectus.dicit ꝙ non , quia coram eo non eſt iudi
cium,& idem dicit Innocen.in cap.Quintauallis.ſ.de iureiur.
ſed D.Ab.dicit hoc eſſe verum niſi tale quid ſit dictum ꝙ ha-
buerit inducere malam fidem,& de hoc plene dixi in d.capi.
Quintauallis. Tertio dicit glo.ꝙ ſi non poteſt fieri litis con
teſtatio ſufficit iudicem adire , & libellum ei offerre contra
33 †abſentem quem conuenire non poteſt aliqua de cauſa , &
in querimoniam deducere ius ſuum , vel ſi iudicem adire nō
poteſt,debet coram publicis perſonis.In domicilio rei prote
ſtari, & per hunc modum interrumpetur pręſcriptio , vt in l.
vt perfectius.C.de anna.excep.de hoc vide bon.tex.in c.paſto-
ralis.in fi.de offi.ord.& de hoc etiam tetigit gloſſ.ſ.eo. ſancto
rum.in gl.prima,vbi dixi. Quarto dicit glo. quod interrum
pitur pręſcriptio per ſacrum oraculum oblatum principi , &
per executorem inſinuatū reo,& dicit gloſſ. quod ſi per exe-
cutorem ſecuta fuit conuentio, ꝙ interrumpitur præſcriptio,
vt in l.ſicut.C.de pręſcrip.xxx ann.& in l.ſi quis emptione. in
fi.eo.ti.& ſic vult dicere glo. ꝙ per citationem interrumpitur
pręſcriptio,& pondera bene ſenſum illius.l.quia vult. ꝙ non
34 ſufficit impetratio† reſcripti,vel delegatio cauſæ ad interrum
pendam pręſcriptionem , ſed requiritur citatio , ad idem eſt
bo.tex.cum glo.in Auth.de exhib.reis.in prin.vbi patet ꝙ per
impetrationem iudicis delegati non interrumpitur pręſcri-
ptio,& ibi hoc tenet Ang.& probatur aperte in d.l.ſicut.dicit
etiam glo.ꝙ per ſynodalem proclamationem interrumpitur
pręſcriptio,ſed dic ꝙ ſynodalis proclamatio nihil aliud eſt in
effectu quam citatio,nam olim in ſynodo omnes cauſæ tra-
ctabantur,vt in c.primo. de iudi. vnde ex eo ꝙ quis erat pro-
clamat.i.vocatus ad ſynodum interrumpebatur pręſcriptio,
vnde Ioan.And.in d.ca.ſanctorum. ſ. eod.dum litera ibi facit
mentionem de ſynodali proclamatione Io.And. ibi exponit
verbum ſynodali.i.iudiciali hoc eſt dicere , quod ex iudiciali
proclamatione interrumpebatur pręſcriptio, vnde iſta ſyno-
dalis proclamatio erat in effectu citatio,quia reus proclama
tur.i.vocabatur,vt compareret coram ſynodo . Quinto di-
35 cit glo.ꝙ interrumpitur præſcriptio† per ſecundam cautionē
factam a debitore,& illud proprie reſpicit debitum,vt ſi debi
tor qui erat in cauſa pręſcribendi promittit ſoluere debitum
creditori interrumpitur præſcriptio,vt dicit tex. in l.cum no-
tiſſimi.§ ſed ſi quis.C.de præſcrip.xxx.ann.& eodem modo di
36 cit,ꝙ interrumpitur præſcriptio per ſolutionem † vſurarum
quando tractatur de præſcriptione debiti,vel pignoris,plus di
cit hic Bal.ꝙ ſi colonus cenſualis qui tenebatur ſoluere cen-
ſus ſingulis annis,& qui erat in cauſa pręſcribendi illum cen
ſum ſi ſoluat tantum vnum numum, ſeu denarium nomine
cenſus interrumpitur præſcriptio.allegat. l.ſi quis emptionis.
in fi.C.de pręſcrip.xxx.ann.& l.j.§ cępiſſe. ff.de pollicitationi-
bus.Vltimo dicit glo.quod interrumpitur pręſcriptio per de-
nunciationē factā colono , vt faciat dominum ſe pręſentare
in iudicio.ſ.terminum a iudice pręfixum iuxta formam legis
ſecundę.C.vbi in rem actio.& c.quem. §. ꝙ ſi ſuper.vt lit.non
conteſt,nam ſi dominus nominatus in iudicio non veniat ſ.
terminum lis habet pro conteſtata ad interrumpendum prę
37 ſcriptionem longi temporis,vt ibi dicitur,an† vero per denū-
ciationem extraiudicialem interrumpatur pręſcriptio dicet
in c.fi.ſ.eod,ſed But.hic tangit , & D.Abba.ſ.eod.ſi diligenti.
38 Aduerte tamen,quia per oppoſitionem exceptionis† non in-
terrumpitur pręſcriptio,& hoc tenet glo.in ca.ii. in verbo,in
modum exceptionis quæ incipit hic patet. de ordin.cogn.ſed
But.in c.vt debitus.de app.& D.Abb. hic vt ſ. retuli videntur
hoc intelligere , niſi talia ſint allegata , ſeu deducta quæ ha-
beant aduerſarium conſtituere in mala fide, ſicut etiam dicit
in denunciatione extraiudiciali,vt videbitis in c.fi.ſ. eo. Et ex
his eſt declarata glo.quo ad corticem tamen per prędicta nō
intelligitur quando ſufficiat citatio,vel quando requiratur li
tis conteſtatio,ſed Bar.circa hoc poſuit vnam theoricam quā
in pluribus locis recitat,videlicet in l.fi.ff.de eo per quem fac.
eſt.& in l.ii.§.ſi rem.ff.pro emp.& in l.in omnibus.ff.de act.&
oblig.& in l.ſicut.C.de præſcrip.30.ann. Et per hoc dicit, ꝙ
aut nos loquimur de actionibus temporalib. quę durant an-
no,vel minori tempore,& in iſtis requiritur litis conteſtatio-
ne,vel quaſi, vt in l.j.& ii.C.quando libellus principi da. & p
hoc dixi ſ.eo.ꝙ ſi ex conſtitutione alicuius epiſcopi,vel comi
tis,vel baronis inducta eſt aliqua pręſcriptio annalis ad eam
interrumpendam requiritur litis cont.vel quaſi. Aut actio
durat longiori tempore,& in hac eſt aduertendum, quia ali-
39 qua eſt præſcriptio † quę eſt inducta in merum fauorem præ-
ſcribentis aliqua in ſolum odium negligentis.Aliqua partim
in fauorem præſcribentis , partim in odium negligentis quo
ad perſonam.ſ. quę eſt introducta in merum fauorem pręſcri
bentis, quę eſt vſucapio triennij quæ cauſatur cum titulo &
bona fide,vt Inſti.de vſucap.in princ.& hęc non interrumpit
per ſententiam,quia currit etiam poſt lit.conteſt.pendente iu
dicio,tamen ſi completur vſucapio ante ſententiam reſcindi
tur vſucapio,& compellitur rem reſtituere,ac ſi vſucapio nō
eſſet completa,& de hoc eſt caſus in l ſi poſt acceptum . ff. de
40 rei vendi. Quo ad ſecundam pręſcriptionem† .ſ.quæ eſt in-
ducta in merum odium negligentis,vt eſt pręſcriptio xxx.an.
& iſta interrumpitur per ſolam citationem,& de hac eſt tex.
in l.ſicut.C.de præſcrip. xxx.ann. ex quo enim actor facit reū
citari ceſſat negligentia, & per conſequens præſcriptio inter-
rumpitur. Nunquid autem ſit neceſſe libellum offerre.Spe.
in ti.de executore.§.j.ver.ad fi.verſ.executori, & ſequen.refert
opi.& non firmat,ſed Ioan.And.in addi.illius verſ.dicit ꝙ ſuf
ficit citatio dummodo ſit talis quę habeat inducere vitium li
tigioſi iuxta cle.2.vt lit. pen. Et vt hoc intelligas vide ibi gl.
fi.quæ dicit ꝙ requiritur,vt vel libellus inſeratur in tali citatio
ne,vt in c.ii.de dila.vel ꝙ talia exprimatur in citatione p quæ
reus poſſit inſtrui, tunc enim ſicut inducitur vitium litigioſi,
ita etiam interrumpitur pręſcriptio xxx. vel xl. an. Quo ad
tertiam pręſcriptionem.ſ. quę partim eſt inducta in fauorem
41 pręſcribentis,& partim in odium negligentis, vt† eſt pręſcri-
ptio x.vel xl.ann.cum ti.& bona fide , & in hac eligit media
via,quia interrumpitur per litis conteſt.factam coram iudice
competenti,vt in l.morę litis. C.de rei vendi.& in l.1.C.ne de
ſta.defunct.& in §.poteſt.xvi.q.iij.dicit tamen gl.ibi in ver.in-
terruptam.quæ ſępe ſ.fuit allegata,quod litis conteſta. ita de-
mum interrumpit præſcriptionem quando fit eo animo , vt
ducatur

ducatur cauſa vſque ad finem, ſed poſtmodum impeditur
actor per caſus fortuitos, alias li.conteſt. non interrumperet
præſcriptionem, allegat l.vlti.C.de pręſcri.xxx.ann.& Auth.
de litigioſis.§.omnem.in fin.& hoc ſequitur Abb.hic in fine
Comment.& eadem ratione dicerem, quod ſi actor faceret
reum citari animo non proſequendi, quod ex hoc interrum
peretur pręſcriptio xxx.vel xl.an.& videtur rationabile; nō
enim ceſſat negligentia, ex quo non habet animum proſe-
quendi. Aduerte tamen, quia etiā vbi non interuenit vera
litis conte.interrumpitur pręſcriptio decem vel viginti ann.
vt patet in caſu l.ii.C.vbi in rem actio.& in ca.quoniam fre-
quenter.§.quod ſi ſuper rebus.ſ.vt li.non conte.idem ſi non
valens litē conteſtari procedit ſecundum formam legis, vt
perfectius.C.de anna.excep.& xvi.q.iii.§.poteſt.& eſt bo. tex.
in c.paſtoralis.in fi.de offi.ordina.interrumpitur præſcriptio
decem, vel viginti ann.& hoc modo intellige hanc glo.quę
de his facit mentionem. Sed circa prædicta dubitatur, nun
42 quid pręſcripto triginta†ann.contra priuatum cum bona fi
de ſine titulo, vel præſcriptio quadraginta ann.contra eccle
ſiam interrumpatur per citationem, vel requiratur litis con
te.D.Abb.dicit, quod Bar.hoc aperte non tetigit in locis prę
alleg.& quod Butr.hic tenet, quod per ſolam citationem in
terrumpatur, allegat c.nihil. ſupra eodem. ſecundum vnam
lect.ſed dicit D.Abb.quod credit But.in hoc erraſſe, & quod
locutus eſt expreſſe contra tex.in d.§.poteſt.vbi expreſſe dici
tur, quod pręſcriptio triginta ann.ſine titulo æquiparatur p̄-
ſcriptioni decem an.cum titulo, dicit etiam hoc probare in
l.ſi quis emptionis.ti.C.de præſcri.xxx. an. in quibus patet, ꝙ
pręſcribens rem triginta annis cum bona fide ſine titulo ac-
quirit vtile dominium, ſed tu dic, quod Bu.non errauit, & ꝙ
D.Abb.in hoc non bene aduertit, vnde ipſe in hoc errorem
commiſſit.nam pro opin.Bu. eſt tex.in l.ſicut.C.de præſcrip.
30.ann.iuncta l.ſi quis emptionis.eodem tit. nam in l. ſicut
ſimpliciter.dicitur, quod præſcriptio triginta ann.interrum-
pitur per citationem, nec ibi diſtinguitur, an præſcribens ſit
bonę fidei, vel malę fidei, ſed ſimpliciter dicit, quod pręſcri-
ptio triginta ann. interrumpitur per citationem, nec obſtat
l.ſi quis emptionis.quia ibi non fit differentia, an ſit bonæ fi-
dei, vel non, quo ad interruptionem præſcriptionis, ſed ſolū
quo ad hoc, an præſcribens habeat ſolam exceptionem, vel
etiam rei vendicationē, quia ſi eſt bonę fidei non habeat ſo
lam exceptionem, ſed etiam rei vendicationem, ſi vero eſt
malę fidei habet ſolam exceptionem, & hoc modo etiam
loquitur §.poteſt.in quo ſe fundat D.Abb.vnde non ꝓbat il
lud ꝙ dicit, & licet dicat, quod Bar.hoc aperte nō tetigit. Tu
dicas, quod immo Barto.in terminis hoc tetigit poſt Ia.But.
in d.l.ſicut.ibi enim dicit, quod præſcriptio triginti ann.ſiue
ſit cum bona fide, ſiue cum mala fide interrumpitur per ſo-
lam citationem, quia currit ſola negligentia non petentis
nulllo attento fauore pręſcribentis, & aſſignat rationem,
quia cauſa pręſcriptionis eſt ſola negligentia, vnde ceſſante
negligentia debet ceſſare pręſcriptio. Ceſſat autem negligē-
tia per ſolam executoris miſſionem, ergo debet ceſſare præ
ſcriptio, licet ergo pręſcribens ſit in bona fide, in hoc nō fa-
uetur ei de iure ciuili quo ad pręſcriptionē, quia ſiuę ſit bo-
nę fidei, ſiue malę fidei tp̄us pręſcriptionis eſt triginti ann.
Ex quo talis pręſcribens non habet titulum, & per hoc dēt
vtroque caſu interrumpi per ſolam citationem, & miror,
quod D.Abb.non conſiderauit text.ſupra eodem.ſanctorū.
vbi eſt text. ſecundum omnes intellectus, qui ibi ponuntur
per ſolam proclamationem ſynodalem interrumpitur prę
ſcriptio triginta ann.nec requiritur litis conteſtatio, vnde ſe
cundum intellectum, quem tenet ibi gloſ.qui communiter
tenetur, ſcilicet quod loquatur quando eccleſia pręſcribit
contra eccleſiam, quę olim erat præſcriptio triginta an.ho-
die autem quadraginta an.vt hic, & ſupra eodem. de quar-
ta.& c.ad aures.& eſt tex.quod pręſcriptio quę currit cōtra
eccleſiam interrumpitur per citationem, ſecundum vero
alios duos intellectus, ſcilicet quod intelligatur, quando ec-
cleſia præſcribit rem laici, vel patrimonialem clerici ſine ti
tulo interueniente tum bona fide eſt text. quod pręſcriptio
triginta an.quę currit cōtra priuatum cum bona fide inter-
rumpitur p citationem, nec requiritur litis cōteſtatio, ideo
tene opi.Bu.& Bar. Bal.tamen in c.primo.§.ſi quis de mā
43 ſo.in tertia colum.de contr.inueſtit.dicit, quod†pręſcriptio
triginta, vel quadraginta ann. quę currit in feudis dicitur fa
uorabilis, vel ſaltem non odioſa, quia fauore domini, & va-
ſalli procedit talis præſcriptio, ſicut enim eſt vtile vaſallo ac
quirere feudum, ita eſt vtile domino acquirere vaſallum, &
idem dicit quotienſcunque introducitur pręſcriptio fauore
vtriuſque etiam ſi ſit triginta, vel quadraginta an.quod not.
quia talis pręſcriptio non interrumperetur, niſi per litis con
44 teſtationem. Dubitatur etiam circa prædicta, quid de †præ
ſcriptionibus ſtatutariis, puta cauetur ſtatuto, quod qui nō
petierit debitum infra decennium cadit a iure ſuo, & Bar.
in d.l.ii.§.ſi rem.§.pro emptore.& in l.in omnibus.ff.de act.
& ob.dicit, quod interrumpitur per ſolam citationem, quia
eſt introducta mero odio negligētis ſine titulo, & poſſeſſio
ne, & idem ſentit Bar.in l.fi.de eo per quem factum erit.& l.
ſequit̄ hic D. Abb. Extra glo.quæro de aliquibus pro de-
45 claratione, & primo quantum durat†interruptio, & eius ef
fectus, & in hoc dic, quod aut loquimur de interuptione na
turali, & hæc tamdiu durat, quamdiu durat effectus interu-
ptionis, ſi enim recuperat poſſeſſionem omiſſam, vel ſuper-
uenit titulus de nouo poteſt incipere pręſcribere de nouo,
quia ceſſauit cauſa impediens, & ſuperuenit cauſa confir-
mans, vt not. in ſimili in regula non confirmatur.in vi.facit
optime c.vigilanti.ſupra eodem.& dicam in c. fin. infra eo-
dem. Aut interuptio fit ciuiliter modis ſupradictis, & idē
ſentit Innocē.dicit enim, quod oportet de nouo pręſcriptio
nem incohari, quaſi dicat ſecundum Hoſtien. quod tempo-
ra præcedentia non ꝓſunt p̄ſcribenti, & intelligit Do. Abb.
quod de matrimonio incohatur a tempore, ſ.quo ceſſat ef-
fectus interuptionis, verbi gratia per li.conte.interrumpitur
pręſcriptio, nam incipit noua præſcriptio ſtatim poſt litis
conteſta.ſed poſtquam partes ceſſauerint litigare, puta poſt
perceptam inſtantiam, vt in l.fi.C.de præſcriptione xxx.an.
46 Aduerte tamen, quia eſt differentia inter † interuptionē,
& perpetuationem, quia per interruptionem, licet ſit neceſ-
ſarium incipere a capite, tamen ſecunda pręſcriptio non
erit longior, quam prima, ſed propter perpetuationem prę
ſcriptio efficitur lōgioris vitæ, quia erit neceſſarium de no
uo pręſcribere ſpacio quadraginta an.& iſta appellatur per
petuatio, quę fit per litis conteſtationem, quia actio perpe-
tuatur vſque ad xl.annos.vt in l.vlt.C.de præſcrip. xxx.an.&
de hoc vide bo.gl.in c.paſtoralis.in glo.pe.ſupra de offi.ord.
& xvi.q.iii.§.poteſt. in gloſ. quę incipit, ergo naturalis inter-
ruptio, quæ dicit, quod non valet tantum naturalis interru-
ptio, quantum litis conteſtatio, quia litis conteſtatio perpe-
tuat actionem vſque ad xl.annos, ſed non naturalis interru
ptio, & iſtam differētiam inter interruptionem, & perpetua
tionem, ſenſit etiam Barto.in dicta.l.fi.ff.de eo per quem fa-
ctum eſt.tene tamen menti glo.no.in c.primo.xvi.q.iii.quæ
dicit, quod ex quo facta eſt ſemel litis conteſtatio nō currit
pręſcriptio etiam de iure canonico, ſi rem poſſideret mille
annis, quia iam pręſumitur habere malā fidem, & idē tenet
glo.in regula ſine poſſ.lib.vi.& ſequitur Butri.hic, & Barto.
in l.ii.C.de fruct.& li.expen.vbi tenet, quod etiam perempta
inſtantia durat effectus male fidei inductus per litis conteſta
tionem, licet glo.ibi tenent contrarium, ſed Bart.ibi allegat
gl.quæ ſentit, quod etiam perempta inſtantia duret effectus
malæ fidei.ſ.in l.properandum.§.& ſi quidem.in verbo, iudi
cii.C.de iudi.& dictum Innocen.in ca.cauſam quę.ſupra de
47 teſti.qui dicit, quod etiam perempta†inſtantia durat vitium
litigioſi, & iſta opin.communiter tenetur, & dixi in cap.cau
ſam quæ.ſupra de teſti.& iſtā opin.tene, licet D.Abb.ſentiat
contrarium cuius rationes non refero cauſa breuitatis. Ad
uerte tamen, quia ſi aliqua noua cauſa oriretur, quę habe-
ret talem effectum malę fidei reus poſſet de nouo pręſcribe
re, & hoc caſu quia per litis conteſtationem actio fuit perpe
tuata, non poterit pręſcribere, niſi ſpacio quadraginta an-
norum, & hoc modo poſſunt procedere glo.qua ſupra alle
48 gaui. Secundo quęro, an ciuilis interruptio † proſit omni
bus pręetendentibus intereſſe, licet ſit lis mota contra vnum
tantum.ſo.communiter tenetur, quod proſit ſolum exercē
ti litem, ex quo actus ciuilis eſt reſtrictus ad certam perſonā,
ad hoc l.inter quatuor.ff.de diuer.& tempo.pręſcrip.& hoc
tenet glo.in verbo, interruptam.in dicto §.poteſt. & Bartol.
in dicta l.naturaliter.& But.hic, ſed D.Abb.hic in fine.dicit,
quod hoc ſatis poteſt procedere de iure ciuili, de iure autem
canonico dubitat, ex quo enim durat mala fides perempta
inſtantia, debet ſecundum eum interrumpi præſcriptio, quo
49 ad omnes, quia quod non eſt ex fide.i. ex conſcientia pecca-
tum eſt, vt infra eodem.c.fi.ſed tu tene communem opinio,
nam c.fi.loquitur de eo qui credit rem eſſe alienam, ſecus
in eo qui dubitat, ſeu dubitare pręſumitur rem eſſe aduerſa
rii, nam iſta dubitatio nō conſtituit ipſum in mala fide quo
ad omnes, ſed ſolum quo ad illum cuius dubitat eſſe rem
quam poſſidet credit enim rem eſſe ſuam, ſi non eſt aduer-
ſarii, ſecus in illo, qui ſciret rem eſſe alienam, licet non eſ-
ſet illius cuius credit eam eſſe, quia tunc interrumperetur
pręſcriptio quo ad omnes, vt dixi poſt D. Abb.in princip.hu
glo.vult. De hoc tamen ſ.an per dubitationem ſuperuenien
tem interrumpatur pręſcriptio dicam infra eod.c.fi. Vlti-
mo quęro, qualiter†interrumpatur pręſcriptio in accuſatio
nibus criminalibus, nam regulariter accuſationes crimina-
les

les de iure ciuili tolluntur ſpacio viginti annorũ, vt in l.que
relam.C. de fal.ſunt tamen quædam accuſationes quæ præ-
51 ſcribuntur minori tempore, vt eſt accuſatio † adulterii quæ
præſcribitur ſpatio quinquennii, vt in l. adulter. C. de adul.
52 & de his vide plene per glo.in d.l.querelam. Queritur †er
go qualiter in his fiat interruptio, & Bar.in d.l.naturalter.di
cit, quod per ſolam libelli oblationem interrumpitur talis
præſcriptio, vt in l.mariti.§.quinquennium.ff. de adult. non
ergo requirit citatio, nec litis cõteſtatio, ſed ſola libelli por-
rectio, quod dicit D.Abb.eſſe notandum. de iure autem ca-
nonico eſt dubium, quia glo.no.in c.admonere xxxiii.qõ.ii.
dicit, quod quis poteſt de crimine accuſari, etiam vſque ad
mille annos ſi reum contingeret tanto tempore viuere, qa
crimina quandocunque claruerint ſint punienda xxiiii.q.3.
ecce.ſed D.Abb.remittit ad c.cauſam de proba.vbi etiam di
xi poſſem etiam tractare alias queſtiones, quas tractat Bart.
in d.l.naturaliter.& But.hic, puta ſi res poſſeſſa efficiatur ſa-
cra, vel religioſa, vel quid ſi poſſeſſor efficiatur incapax illi⁹
iuris, vel dominii, vel illius rei, vt in iudæo qui non poteſt
poſſidere mancipium Chriſtianum, vt infra de iudeis.c.fina.
hęc & ſimilia poſſunt decidi per ſupradicta, & vide But.hic
& Bar.in d.c.naturaliter.& iſta ſufficiant.

## *SVMMARIVM.*

1 *Fines prædiorum eccleſiaſticorum ſpacio quadraginta annorum præſcribuntur.*
2 *Iudex qualiter procedere debet, vbi opus eſt induſtria, & artificio peritorum.*
3 *Iuramentum peritorum quale, ſecundum Bald.*
4 *Iudex tenetur ſequi dictum peritorum.*
5 *Iudex quando teneatur ſequi conſilium ſapientis.*
6 *Statuto exiſtente, quod ciuitatis iudex omnes cauſas committere debeat conſilio ſapientis, intelligitur de cauſis habentibus dubium probabile.*
7 *Agrimenſores debent deponere dictum ſuum apud acta, ſecundum Bald.*
8 *Iudex debet accedere ad locum, & terminos conſtituere, ſecundum Bald.*
9 *Verbum committitur iuriſdictio quomodo intelligatur, remittitur ſecundum Io.An.*
10 *Exceptio præſcriptionis non impedit menſurationem fieri per agrimenſores.*
11 *Præſcriptio minor quæ currit contra eccleſiam eſt quadraginta annorum.*
12 *Agrimenſor non tenetur de culpa leui, ſecundum Goffred.& Ioannem Andr.*
13 *Actio locati non datur contra menſorem cum ſoleat pro huiuſmodi labore mercedem recipere.*
14 *Locatio non contrahitur cum iſtis qui exhibent operas ſuas conſiſtentes in aliqua arte liberali.*
15 *Actio in factum cur detur contra menſorem.*
16 *Actio quæ datur contra menſorem quantum duret.*
17 *Menſurationi nunquid partes debeant eſſe præſcentes.*
18 *Iudex an debeat ire perſonaliter tempore menſurationis.*
19 *Sententia diffinitiua, an poſſit ferri in cauſa limitum, abſque litis conteſtatione.*
20 *Quærimonia dicitur ante litis conteſtationem.*
21 *Quæſtio vero dicitur poſt litem conteſtatam.*
22 *Practica procedendi in cauſa limitum.*
23 *Agrimenſorum iudicio tunc ſtatur, quando conſtat quot iugera cuique tribuenda ſunt.*
24 *Probatio per aſpectum derogat cuicunque probationi.*
25 *Statutũ, quod ſtetur iuramento accuſatoris debet intelligi, niſi probetur contrarium.*
26 *Fines non poſſunt præſcribi antequam turbati fuerint.*
27 *Iuriſdictio ex conſuetudine poteſt ampliari.*
28 *Iuriſdictio debet probari per teſtes deponentes diſtincte de exercitio iuriſdictionis.*
29 *Iuriſdictionis exercitium qualiter probetur, remittit ad Inn.*

## C A P. IX.

1 QVia iudicante. Fines prędiorum †ec
cleſiaſticorum qua-
draginta annorum ſpacio pręſcribuntur.hoc di
cit. Diuiditur in tres partes. In prima ponit di
ctum. In ſecunda committit illud exequendum,
In tertia exceptionem inſtruit. Secunda ibi, hortamur igi
tur. Tertia ibi, xl.tantum annorum. In tex.ibi, terminari.i.ter
minis deſignari.ita exponit Pet.& Egid. Not. primo, illud
2 quod †debet facere iudex, quando quæſtio mota coram eo
non poteſt decidi probationibus, vt quia opus eſt induſtria,
& artificio peritorum, nam debet mittere peritos in arte, &
facit quod quãdo vulnus ĩfirmi, allegatur mortale, ꝙ iudex
dẽat ire vel mittere peritos, vt inſpiciãt vulnus, & dicit Bal.
3 ꝙ iſti periti†debent iurare hoc modo, iuramus dicere verita
tem ſecundum iudicium noſtrum, non autem debent iura-
re dicere veritatem ſimpliciter, ne ſubeant anceps periuriũ,
vt in l.j.ff.de ven.inſpi.facit l.videamus.ff.de in li.iu. Secun
do not.ibi, diffinitione agrimenſorum proſpeximus finien-
4 dam, ꝙ iudex†tenetur ſequi dictum peritorum, de quo vt p
Bar.in proœ.Digeſtorum, & plene per D.Ab.in c. propoſui
ſti.de proba.& ex hoc tex.arguit Bal.ꝙ iudex debet ſequi cõ
ſilium ſapientis electi per partes, vel per ipſum iudicem, de
conſenſu partium, quod intelligit eſſe verum, niſi conſiliũ
contineret expreſſum errorem, quia ꝙ reddit ſn̄iam ipſo iu
re nullum, multo fortius reddit conſilium ſap. ipſo iure nul
lum, alle.no.per Bar.in l.ſi cum venerit.ff.de re iud.vbi dicit,
5 ꝙ iudex † non debet ſequi conſilium ſi ſapiens male cõſul-
uit, niſi partes in cõmiſſione conſenſiſſent, ꝙ ferreretur ſen
tentia ſecundum conſilium, quia tunc iudex tenetur ſequi
conſilium, & idem dicit, ſi ſtatutum loci diſponit, ꝙ iudex te
neatur ſequi conſilium, ſed potes ſic dicere, ꝙ aut conſiliũ
continet expreſſum iuris errorem, ita ꝙ ſi iudex pronuncia
ret ſecundum conſilium ſententia eſſet nulla, & tunc iudex
nullo modo debet ſequi cõſilium, aut non continet expreſ-
ſum iuris errorem, ſed alias eſt iniquum, & tunc iudex non
tenetur illud ſequi, niſi dictum ſit, ꝙ teneatur ſequi cõſiliũ,
& hoc modo intelligatur illud, quod dicit Bar.in d.l.ſi con-
6 uenerit.& adde, ꝙ ſi ſtatutum ciuitatis†dicit, ꝙ iudex tenea-
tur committere omnes cauſas cõſilio ſapi.debet intelligi de
cauſis, quæ habent probabile dubium, nam cauſas quæ nõ
habent probabile dubium, non poterit iudex committere
conſilio ſap, vt dicit Bar.poſt.Iac.de Are.in l.ille aut ille.§.cũ
in verbis.ff.de leg.iii.& de iſta materia dic, vt plene habetur
in c.ſi pro debilitatis.ſ.de offi.dele. Tertio no.ibi, in veſtra
faciatis pręſentia & c.ſecundum Bal.ꝙ agrimenſores debent
7 †referre, ſeu deponere dictum ſuũ apud acta, allegat l.Theo
pompus.ff.de do.præal. Sed tamen dic, ꝙ iſte tex.hoc non
8 probat, quia hic dicit, ꝙ iudex†debet accedere ad locum, &
facere terminos aſſignari in in ſua præſentia, dictum tamen
Bald.eſt verum in ſe, & probatur in ca.quoniam contra fal-
ſam.ſ.de proba. & ideo dicit, ꝙ aut iudex accedit ad locũ, &
tunc debet ducere ſecum agrimenſores, & partes litigantes,
& notarium, & debet facere ĩ loco vbi eſt quęſtio terminos
poni, & ſcribat notarius hoc modo, ꝙ talis iudex petiit mẽ-
ſurationem fieri per tales agrimenſores qui menſurauerũt
in præſentia iudicis, & partium, & ꝙ iudex facta tali menſu
ratione poſuit terminos hoc modo & c.& hoc modo intelli
gatur iſte tex. Aut iudex non vadit ad locum, ſed mittit ip
ſos agrimenſores cum partibus, & tunc facta menſuratio-
ne debent referre dictum ſuum apud acta, & iudex debet il-
lud facere redigi in ſcriptis per notarium, tanquam depoſi-
tiones teſtium, & poſt ſententiam diffinitiuam faciat termi-
nos poni ſecundum relationem ſibi factam per agrimen-
ſores, de quo etiam infra dicam in quinta quęſtione. Quar-
to not.in verbo, hortamur, ſecundum Ioan.And.quod hoc
9 verbum†committitur iuriſdictio, de quo Ioan.An. remittit
ad c.primo.de teſta.vbi allegat concordantes, & pro hoc fa
cit, quod etiam verbum, rogo, aliquem ponitur pro præce
pto quando ſubiecta materia hoc requirit, vt in ca.rogo.xi.
q.iii.& vide bo.glo.in verbo, exhortamur.in clemen. prima.
de teſti.quę dicit, quod licet exhortatio ſuperioris videatur
conſilium, eſt tamen conſilium reuerentiæ, cui neceſſario
eſt parendum, vt in c.ad aures.de ætate & qualita. Quinto
10 no.in verbo, ſeruata, ſecundum Bal. quod exceptio †pręſcri
ptionis non impedit menſurationem fieri per agrimenſo
res, ſed debet reſeruari in examinatione cauſæ principa-
lis, & hoc tene menti iſtum tex. nam exceptio eſt litis finitę,
& poteſt opponi ad impediendum proceſſum, vt not.Bart.
in l.fi.ff.pro ſuo.& Ioan.And.& D.Domi.in c.primo.de litis
conteſta.in v.& tamen exceptio pręſcriptionis non impedit
menſurationem fieri, vt hic, ideo tene menti.iſtum tex. Vl
11 timo not. quod aduerſus eccleſiam non currit †pręſcriptio
minor xl. annorum, etiam ſi agatur de modico pręiudicio,
puta de finibus prædiorum, vt hic, nam verbum tantum qđ
eſt in litera aſtruit negatiuam, vt in c.cum eccleſia Sutrina.
de cauſa poſ.& proprie.vnde iſta negatiua excludit omnem
præſcriptionem minorem xl.annis.concor.capi. pręcedens.
12 In glo.prima, Goffre.& Ioan.And.dicunt, quod†agrimẽ-
ſor nõ tenetur de culpa leui, ſed bene de lata culpa, quia æq
paratur dolo, & de hoc eſt tex.in l.prima.§.primo.ff. ſi men.
fal.mo.di.& idem dicit Bald.in notario per l.fin.C.de magi.
conuen.ſed de hoc dixi in c.primo.ſupra de fide inſtrumen.
Sed D.Abb.hic in fine querit, quid de aliis qui adhibentur
tamen

interpretes ad aliquam diſcordiam ſedandam, vt rationem
ſeu calculum faciant, vt ſunt arbitratores, vel ſimiles, nun-
quid iſta teneantur de dolo, & lata culpa, ſic agrimenſor, &
dicit tex. quod ſic in l.fina.ff.ſi menſ.fal.mo. di. & hoc tenet
Barto.in l.fi.ff.de variis & extraordi.cogni.ſed D. Abb.alleg.
bo.glo.in arbitro inſti.de obli. quæ ex quaſi deli. na.in prin.
Sed tu vide bon.tex.in l.penulti.C.de pact. vbi patet quod ar
biter facit litem ſuam ſicut iudex, & iſtam differentiam in-
ter arbitrum, & arbitratorem, poſui in c.Quintauallis.ſupra
de iureiuran.Dicit autem D.Abb. quod illi qui exercent ali-
quam artem tanquam periti magiſtri tenentur non ſolum
de lata culpa, ſed etiam de leui, vel leuiſſima, ſecundum quā
titatem culpæ, & imperitię, ſi enim fuit in culpa immiſcēdo
ſe rei, quę ad eum non pertinebat, ſicut dicimus in iudice q̃
per imperitiam iudicat, vt no. glo.inſti. de obli.quæ ex qua-
ſi delicto na.in prin.glo.iii.& dicit hoc probari in l.illicitas.
§.ſicuti.ff.de officio pręſi.& in l.imperitia.ff. de reg.iur.& in
regula ſine culpa.lib.vi.& in c.ad aures.de ętate & qualitate.
Sed de hoc me non extendo, ſed remitto te ad no.per Ioan.
de Hi.in ca.primo.de commo.& ad Bar.in l. quod Nerua.ff.
depoſi.vbi vide de quali culpa quis teneatur in quolibe con
tractu, ſeu actu.& dicit Ioan.Ande.& Doct. quod hæc actio
datur hæredi, ſed non contra hæredem agrimenſoris, vt ꝓ-
batur in l.iii.in fin.ff.ſi menſor fal.mo.dix.& ratio eſt ſecun
dum D.Abb.quia licet reſpectu actoris actio ſit rei perſecu-
toria, reſpectu tamen menſoris contra quem datur eſt pœ-
nalis quodammodo, vt in l.prima. ff. de eo per quem factū
erit.Et circa iſtam glo.D. Abb. quęrit de vi. Primo, quare
13 non datur actio locati † contra menſorem cum ſoleat pro
huiuſmodi labore mercedem accipere.ſol. tex.in d.l.prima.
dicit, quod inter menſorem, & illum qui eum adhibuit nō
eſt proprie locatio, ſed magis præbetur opera loco beneſi-
cii, & illud quod pręſtatur honorarium, q̃a datur ad remu-
nerandum, & dicit ille text. quod ſi ageretur ex locato, vel
conducto non valeret libellus, quod dicit D.Abb.eſſe notā
dum. Ex quo infert Bart.quod cum iſtis qui exhibent ope
14 ras ſuas conſiſtentes in aliqua arte† liberali, non cōtrahitur
locatio, ſed potius dicitur præberi opera gratia beneficii, &
hoc eſt propter notabile exercitium, facit quod not.in l.pri-
ma.ff.de va.& extraordi.cogni.& ideo Bart.dicit, quod inter
aduocatum, & clientulum, & Doctorem, & ſcholarem, vel
medicum, & infirmum non eſt proprie locatio. In cōtra-
rium tamen facit, quod no.Bar.in l.prima.§.illud.ff.de va. &
extra.co.vbi quærit qualr̄ conſulatur Doctori circa ſalariū,
& dicit, quod ſi ſalariū eſt promiſſum ageretur ex promiſ-
ſione, & ſi non eſt facta promiſſio, & tunc ſi conſueuit loca
re operas ſuas, videtur locare ſecundum ſuam conſuetudi-
nem.l.excepto.C.loca.& inſti.eodem ti. poſt princ.& ſic ſen
tit, quod poteſt agere actione locati, ſed D.Abb.dicit, quod
agetur actione quaſi locati, quia non eſt vera locatio, vt di-
cit Bart.in l.argentarius. ff.de edendo.alii vero qui non ſunt
iuris periti poſſunt por eorum mercedibus implorare iudi-
cis officium, de quo plene habetur in l.prima.ff.de va. & ex-
15 traor.cogn. Secunda eſt quæſtio, †ad quid detur hęc actio
in factum contra menſorem, & in hoc dic, quod datur ad
intereſſe quando actori non ſubeſt aliud remedium contra
ipſum menſorem, & de hoc eſt tex.in l.iii.§.Pomponius.ff.ſi
menſor fal.mo.di.& D Abb.ponit exemplum de vtroque.ſ.
quod non competit aliud remedium, & quando competit
de primo non competit aliud remedium ponit exemplum
ſic. Quidam conquæſtus fuit iudici, quod ſibi promiſi da-
re decem, & quod non dedi niſi ix. iudex vero miſit agrimē
ſorem, qui menſuraret. Agrimenſor autem renunciauit eſ-
ſe decem iugera propter quod iudex me abſoluit, & ſenten-
tia tranſiuit in rem iudi.certe non competit aliud remediū,
vnde potero agere ꝯ agrimenſorem ad intereſſe.De ſecūdo
quando competit aliud remedium, ponit exemplum hoc
modo, emi a te decem iugera terrę, & interueniente falſo
menſore aſſignaſti tantum ix.certe poſſum agere contra te
venditorem actione ex empto, vt aſſignes mihi aliud iuger,
ſiue vnum alium agrum, vnde non potero agere cōtra mē
ſorem, niſi tu venditor ſis non ſoluendo, & hoc probat tex.
in dicto §.Pomponius. Tertia eſt quæſtio, quantum duret
16 iſta actio†quę datur contra menſorem, & D.Ab.dicit, quod
Bal.in l.qui bona fide.ff.de dam.infecto. tenet, quod debeat
infra annum conqueri per l. ſe grauatos. C. de cenſib.& per
ęquato.lib xi.ſed D.Abb.dicit, quod immo debet durare tri
ginta annis, cum talis actio ſit perſonalis, vt in l.ſicut.C. de
præſcri.xxx.anno.poſtea dicit, quod ſaltem dictum Bal.non
procedit, quando grauatus per agrimenſorem conquæſtus
eſt infra annum ſaltem extra iudicium, ſicut in ſimili not.
Bar.in petitione reductionis ad arbitrium boni viri in l.ſi ſo
cietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.ſed ego in c.Quintaual-
lis.ſupra de iureiuran.repeobaui opin.Bar.& dixi, quod po-
teſt peti reductio ad arbitrium boni viri infra tantum tem-
pus quantum durat actio, nec requiritur quod cōqueratur
infra annum, nec obſtat l.qui ſe grauatos, quia loquitur de
grauamine iniuſtæ adæquationis circa publicas factiones,
& vbi venitur contra actum factum ab habente auctorita-
tem de publico, vnde poſt annum non poteſt facere quere-
lam, ſi ante non fuit conqueſtus, & illud fuit inductum
fauore publicę auctoritatis, ideo cum ille caſus exor-
bitet a iure communi non debet extendi, vt in leg. ius ſin-
gulare.ff. de legibus.vnde.dic, quod iſta actio durat trigin-
ta annis, etiam ſi infra annum non ſit facta aliqua quere-
la extraiudicialis. Quarta eſt quęſtio, nunquid partes de-
beant eſſe præſentes tempore menſurationes, & D. Abb.di-
cit, quod ſic, vnde dicit, quod iudex debet ſpecialiter partes
ad hoc citare, vt ſint tali die, & tali hora, cum tali magiſtro,
vel ſecum, &c.& dicit, quod ita no.Bar.in dicta l. qui bona fi
de.§.in quadam.ff.de damno.infecto.& facit l.generaliter. §.
penul.C.de iureiu.& ratio, quia in abſentia partis poſſet iu-
dex, vel agrimenſor aliter informari, & ideo conſulit Barto.
quod iudex cū eſt in loco, de hoc faciat conficere inſtrumē
tum, alias poſſet proceſſus periclitari, hoc eſt dicere, q̄ iudex
debeat facere, quod notarius ſcriebat dum eſt in loco qua-
liter pręſentibus partibus fecit fundum menſurari, & de hoc
dixi ſupra in tertio no. Quinta eſt quęſtio, nunquid tem-
pore menſurationis iudex†debeat ire perſonaliter, & textus
iſte videtur velle, quod ſic, ſed D.Abb.dicit, quod credit hoc
eſſe vtile, ſed nō neceſſarium, ſatis eſt enim, quod iudex mit
tat menſorem citatis partibus, vt interſint, & ſiue partes va-
dant, ſiue non poteſt menſor exercere officium ſuum, vt in
l.iii.C.finium regundo.& poteſt, vel per ſe, vel per nuncium,
vel per epiſtolam iudici renunciare, qualiter agrum, ſeu fun
dum menſurauerit, vt in l.prima.§.ſi.cum l.ſequen.ff.ſi men
ſor fal.mo.di.Sed hoc videtur facere contra illud quod dixi
ſupra poſt Bal.in tertio notabili, vbi dixi, quod agrimenſo-
res debeant referre iudici apud acta, ſed potes dicere, quod
dictum Bal.procedit, quando iudex vellet relationem fieri
apud acta, alioquin ſufficeret, quod fieret relatio per nun-
cium, vel epiſtolam, facit quod no.Bar.in l.Theopompus.in
fine.ff.de dote prælega.vbi dicit, quod teſtis poteſt deponere
dictum ſuum in ſcriptis, niſi iudex contradicat, vel quod di-
xi in c.de teſtibus.ſupra de teſti. ſed quo ad principalem arti
culum, ſ.quod iudex non tenetur ire perſonaliter.Do.Abb.
dicit.quod hoc ſentiunt clare glo.& Docto.in l.iii.C.finium
regun.& dicit, quod propter hoc tex.vſus fuit verbo, horta-
mur; quod in ſe non eſt neceſſitatiuū, ſed exhortatiuum, vt
in §.hoc & ſi legibus.4.di.ſunt enim iſti, quaſi quidam teſtes,
vnde ſatis eſt, quod videant, & poſtea iudici referrant, iii.qō.
ix. teſtes.& in l.ſi quando.C.de teſt.& dicit, q̄ quo ad caſum
noſtrum eſt bo.tex.in c.fraternitatis.in prin.de frigid.& in l.j.
ff.de ven.inſpi.ſed ego allego optimum tex. in l. ſi ruptione.
§.primo.ff.finium regun.vbi tex.dicit, quod ad officium iu-
dicis pertinet mittere meſores, & per eos dirimere quæſtio-
nes finium, vt ęquum eſt, & ſi res ita exigit, debet etiam ocu
lis ſuis ſubiicere, ipſa loca de quibus eſt quęſtio, & ſic vult il-
le tex.quod ſufficiat mittere agrimenſores, & quod ſi res exi
git debeat ire perſonaliter, vt locum poſſit videre oculis pro
priis, nec eſt neceſſe impropriare verba iſtius tex. q̃a hic ver-
bum hortamur importat neceſſitatem, cum ſit prolatum a
ſuperiore, vt dixi in pen.notabili.& D.Abb. etiam hoc tenet
in ſecundo notabili, licet poſtea dixerit, quod non eſt verbū
neceſſitatiuum, ſed exhortatiuum, ſed tu dicas, quod tex de-
bet intelligi, quod erat neceſſe loca, de quibus erat quęſtio
ſubiici oculis, Ideo Papa fuit exhortatus, vt deberet perſona
9 liter ire. Sexta eſt quæſtio, an in cauſa limitum†poſſit pro
cedi ad diffinitiuam lite non conteſtata.& videtur, quod ſic,
ſi pars eſt contumax, vt in l.iii.C. finium regun.ſed glo.ibi te
net contra, Bar.autem ipſam reprobat dicens, quod vbi non
eſt prouiſum de remedio immiſſionis in poſſeſ.poteſt proce
di lite non conte.ad diffinitiuam ſententiam, vt in authen.
ſi omnes.C.ſi vt ſe ab here.abſti.ſed Bal. ibi ſequitur glo. &
melius ſecundum D.Abb.& dicit, quod theorica Barto.con
funditur per c.tuę.vt lite non conte.ſed tu dic, q̄ Bar.melius
dicit, quia in d.l.iii.in fi.dicitur, q̄ ſi altera partium fuerit cō
tumax nihilominus iudex poteſt mittere agrimenſorem cū
parte comparente ad menſurationem faciendam, & licet gl.
intelligat illum tex.q̄ lis erat conte.& q̄ dicam illa l.in prī.
facit mentionem de querimonia, loquitur quando lis non
erat conteſtata, & dum poſtea facit mentionem de quęſtio-
ne, loquitur quando lis erat conteſta.male loquitur quia de
ſtruit illum tex.& diuidit finem a principio contra ea, quæ
habentur in c.maiores.in fi.de bap. & theorica Bar.eſt veriſ-
ſima de iure ciuili, quam etiā poſuit in d.authē.ſi omnes. &
etiam

etiam ipſam ſequitur ibi Bal. & communiter omnes Doct.
Legitæ non obſtat c.tuę.vt lit.non conte.nam aut ſumus in
foro eccleſiaſtico,& tunc dato, quod non poſſit fieri immiſ
ſio in poſſeſſionem,& prouiſum de alio remedio, quia con
tumax poteſt excommunicari,ideo non poteſt perueniri ad
ſententiam diffinitiuam li.non cont. contra contumacem,
& hoc modo loquitur c. tuæ.aut ſumus in foro ſeculari, &
tunc,quia non eſt prouiſum in eo foro remedio excommu
nicationis,ne contumacia remaneat impunita poteſt perue
niri ad ſentētiam diffinitiuam li.non conte. & ita diſtinguit
Ioan.de Imo.in c.ii.offi.iudicis. & iſtam concordiam in ſcri-
ptis meis ſecutus fui,licet Bu.& D.Abb.in d.c.tuę.indiſtincte
teneant,quod non poſſit procedi ad diffinitiuam ſententiā
lite non conteſt.etiam ſi de alio remedio non ſit prouiſum.
No.tamen gl.in d.l iii.per quærimoniam,& quęſtionem,
20 nam †quærimonia dicitur ante li.conte. Quęſtio vero di-
21 citur† poſt li.conte.& adde glo.& Bar.in l.Lucius.§.tres hęre
des.ff.ad Trebelli.& Bar.in l.amplius non peti.ff.rem ratam
22 habe. Septima,& vltima quęſtio eſt,quæ ſit practica†pro-
cedendi in cauſa limitum. & D.Abb.hic refert glo.& Bal.in
d.l.iii.vbi ponit duplicem practicam. Prima eſt, vt depoſita
querela iudex inquirat quis poſſideat,& quantum,& poſtea
circa proprietatem examinet quantum debeat quiſque ha-
bere , & informatione habita vadat cum agrimenſore,vel
mittat illum citatis partibus, & iniungat,vt iuxta probatio-
nem habitam menſuret agrum aſſignando cuiq; quod ſuū
eſt,& poſtea iudex ſic pronunciare poteſt.Pronunciamus,ꝙ
partes de cætero debeant poſſidere ſecundum terminos im-
poſitos per agrimenſorem,qui incipiunt in tali loco , & fi-
niuntur in tali loco. Secunda eſt practica, quod habita ꝓ-
batione iudex ſic pronunciet,quia mihi cōſtat, quod Titius
poſſidet tot pedes plusquam debeat poſſidere,ideo pronun-
cio terminos ſic ponendos per agrimenſores,& eos ſic poſi-
tos ſeruandos,& poſtea mittat in excommunicatione agri-
menſorem, vt ponat terminos,vbi debeāt poni,& ſubdit,ꝙ
ſi non-poſſuntponi,vbi debent ponentur alibi adiudicando
vni de terra alterius,& econtra,& dicit Bal.quod vtraq; opi.
poteſt ſuſtineri,ſed quod prima eſt verior, quia ſententia eſt
certior,ideo laudabilior,ar.inſti.de acti.§.curare.ſed D. Ab.
dicit,quod gloſ.ibi videtur ſentire ſecundam practicam,ſed
dic , quod vtraque practica eſt bona, & iudex poteſt ſeruare
quam voluerit. Aduerte tamen,quia Ioan.And.in verbo
23 agrimenſorum.dicit,quod tunc eſt locus † iudicio agrimen-
ſorum,quando conſtat, quod iugera vterque debet habere,
puta vnus xv.ex parte ſuperiori,alter x.ex parte inferiori,al's
ſępe contingit, quod quęſtio finium non poteſt per agrimē
ſores diffiniri,ſed poſtea in verbo vtrique parti,dicit, quod ſi
pars probat ſe poſſediſſe vſque ad certos fines, eo caſu non
eſt neceſſaria menſuratio agrimenſorum. Dicit etiam,quod
poſſet eſſe vtilis ipſa terminatio,ſecundum præſcriptionem
ipſorum probatam,& quia verba ſunt obſcura,dicas, quod
ipſa terminorum poſitio poteſt eſſe vtilis in futurum , quia
ſufficeret ꝓbare terminos eſſe poſitos inter ipſas partes,nec
amplius onerabitur probare poſſeſſionem,vel dominum,
ſed ſufficiet probare terminos fuiſſe poſitos, vel quia ꝑ hoc
facilius pateret,quantum de alieno poſſideretur,vnde vt ha
beas veram doctrinam diſtinguas , quod aut non conſtat
quantum vtraque pars poſſideat,& tunc non poteſt quęſtio
finium terminari per agrimenſorem,ideo tex.in l.iii.C.fini.
regun.dicit,quod eſt neceſſarium, quod prius quęſtio poſſeſ
ſionis finiatur, quam quod præcipiatur agrimenſores ire ad
loca, de quibus eſt quęſtio. Aut & ſecundo conſtat quot
iugera vtraque pars debet habere tamen fines , ſeu limites
non ſunt certi , vt quia conſtat,quod vnus debet habere xv.
agros ex parte ſuperiori,alter x.ex parte inferiori,& hoc ca-
ſu mittendus eſt agrimenſor,vt ponat terminos,ſeu limites,
ne poſſit amplius eſſe quæſtio inter partes litigantes, quia ꝑ
ꝓfixionem limitis apparebit vſq; ad quē locum extendatur,
vel reſtringatur poſſeſſio vtriuſque partis. Aut & tertio vtra
que pars probat ſe poſſediſſe vſque ad certos fines,& hoc q̄a
de finibus,ſeu limitibus conſtat non eſt neceſſaria agrimen
ſorum menſuratio,poteſt tamen eſſe vtilis, quia in futurum
non erit neceſſarium probare poſſeſſionem,vel dominium,
ſed ſufficiet ꝓbare limites eſſe poſitos. item per hoc facilius
apparebit quātum quis de alieno poſſideat,& hoc modo ha
bes declarata verba Ioann.And.qui in effectu hoc dicit, &
cum ipſo tranſit Butr.& etiam D.Abb.licet in totum verba
eius non referat. Sed ex prædictis habes verba Ioan. And.
dilucidata quæ per ipſos non declarantur. Dicit etiam hic
Ioan.And.quod iudicium finium regundorum eſt ratione,
quia vterq; eſt actor,& reus.Et quid iuris ſit ſi vterque ęqua
liter probet, vel inęqualiter remittit ad ca.ex literis.ſupra de
proba.vbi vide. In glo.ii.no.glo.iſtam ex qua habes vnum
modum probandi,vt res ſubiiciatur oculis,& Ioan.And. de
quibuſdam ſimilibus modis probandi per inſpectionē ocu-
lorum remittit ad arborem cōſanguinitatis, ſed tu vide Bal.
24 in l.contra litigantem.in fi.C.ad l.Aqui.vbi dicit,quod† ꝓba
tio quę fit per aſpectum derogat cuicunque generi proba-
tionis, & allegat ad hoc Az. in ſumma qui dicit,quod iudex
debet aſpicere,& ſecundum id,quod ſibi apparet pronuncia
re.Et ex hoc infert ad ſtatutum diſponens,quod ſuper dam-
no dato ſtetur iuramento accuſatoris , nam ſi accuſatus di-
cit,Domine iudex eatis ad videndum,quia ex aſpectu appa-
ret,quod nullum damnum eſt datum, & dicit , quod iudex
debet ire,& aſpicere,& ſecundum illud quod ſi apparet pro
nunciare. No. duo ex verbis Bald.primo, quod probatio,
quæ fit ꝑ aſpectum derogat,cuiusque alteri generi probatio
nis,quod Bald.dicit perpetuo cordi tenendum. No. ſecun
25 do,ex verbis Bald.†quod ſtatutum diſponens quod ſtetur iu
ramento accuſatoris debet intelligi, niſi probatur cōtrariū,
& iſta eſt communis theorica,de qua dixi in capi.fina. ſupra
quod metus cauſa.& in c.continebatur.de deſpon. impube.
In glo.fi.diuide ipſam in duas partes.In prima ponit dupli
cem intellectum ad tex.In ſecunda quęrit.Secunda ibi,illud
ſcias. In prima parte gloſ. intelligit iſtum tex.duobus mo-
dis.Primo modo,quod iſte tex.intelligatur de finibus, ſeu li-
mitibus parochiarum. Secundo modo,quod intelligatur
de finibus agrorum,ſeu prædiorum , & ſecundum iſtum in-
tellectum hæc decre.nullum patitur contrarium, ſed tenen-
do primum intellectum patitur contraria,de quibus in glo.
& glo.bene diſtinguit, & diſtinctio ſua communiter appro
batur per Docto. Intellige tamen glo.inquantum dicit,ꝙ
26 †fines non poſſunt pręſcribi , nam debet intelligi antequam
fines ſint turbati,vnde dicit hic Goffre.& Ioan.And.& com
muniter Doct.quod poſtquam ſunt turbati, & alter incipit
eos poſſidere , vt ſolum proprium non vt fines, tunc incipit
pręſcribere,ante vero turbationem nō pręſcribit, quia vter-
que vtitur finibus communibus ratione ſuæ partis. ff. pro ſo
cio.l.merito.Item & ſecundo intellige glo.quando quis vult
præſcribere limites parochiarum,vel prouinciarum,vel epi
ſcopatuū iure limitum , nam hoc eſt prohibitum,ne limes
vnius extendatur,& alterius reſtringatur, ſecus ſi vellet prę-
ſcribere limites iure proprietāris,non iure limitis, & hoc te-
net glo.in cap.quicunque.xvi.qō.iii.quæ gloſ.multum plene
loquitur in hac materia,& ipſam hic ſequitur D. Abb.& re-
mittit ad no.in c.ſuper eo.& in cap.fin.de parochiis. & dicit
hic Bald.notabiliter,quod ſicut fines parochiarum,vel diœ-
ceſum , vel prouinciarum non poſſunt præſcribi , ita etiam
non poſſunt præſcribi fines,ſeu termini iuriſdictionum,quā
27 uis ex cōſuetudine poſſit iuriſdictio†ampliari,vt in l.prima.
in fin.ff.de teſta.quia probabilia ſunt,quę vetus conſuetudo
approbauit.ff. de pollicitationib. l. Imperatores. dicit etiam
Bald.quod non ſequitur,fundus eſt meus ergo iuriſdictio eſt
28 mea,quia iuriſdictio debet probari per teſtes deponentes di
ſtincte de exercitio iuriſdictionis , vnde collectio fructuum,
29 non probat exercitium iuriſdictionis. Qualiter† autem ꝓ
betur exercitium iuriſdictionis,vide Innocen.in ca.qualiter,
& quando.ii.de accu.& in pluribus aliis locis,& dictum Bal.
in ſe eſt verū,& pro hoc facit quod ſupra dixi, ſcilicet quod
limes poteſt præſcribi iure proprietario,licet non poſſit prę
ſcribi iure limitis.& iſta ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Tempus hoſtilitatis facit vt non currat præſcriptio.*
2 *Eccleſia parochialis , & baptiſmalis poteſt pertinere ad ius monacho-rum.*
3 *Oblationes quæ fiunt in capellis ſitis infra parochiam alicuius eccleſiæ, ad ipſam eccleſiam non ad capellas ſpectant.*
4 *Oblationes factæ imagini pictæ in muro alicuius parochiæ pertinent ad eccleſiam parochialem.*
5 *Eccleſia matrix, ideſt baptiſmalis fundat intentionem ſuam ſuper iure communi.*
6 *Eccleſia quæ non eſt baptiſmalis non percipit decimas.*
7 *Decimæ parochiales cui debeantur.*
8 *Tempore hoſtilitatis non currit præſcriptio.*
9 *Hoſtilitas quanta requiratur, vt impediat præſcriptionem.*
10 *Peſtilentia impedit curſum præſcriptionis.*
11 *Reſtitutio an peti poſſit propter ſæuitiam mortalitatis.*
12 *Citatus an teneatur comparere ſtante aeris corruptione.*
13 *Præſcriptio nunquid dormiat tempore quo ius non redditur.*
14 *Prouiſio facta in vno caſu extenditur ad alium, vbi eſt eadem ratio.*
15 *Feriis inductis propter peſtem non currit tempus ad proſequendam ap-pellationem.*
16 *Conſuetudo an poſſit dare ius percipiendi decimas perſonales in alia ec-cleſia, ſicut perſonalis.*

17 *Capellani eccleſiæ, an poſſint præſcribere contra rectorum exercitium curæ.*
18 *Clerici eiuſdem eccleſiæ quo pacto poſſunt præſcribere, eadem ratione eiuſdem parochiæ.*
19 *Epiſcopus an poſſit præſcribere iura epiſcopalia in certa parte diœceſis alterius epiſcopi.*
20 *Reſtitutionis beneficium non eſt neceſſarium pro tempore hoſtilitatis ſub ducendo.*

## CAP. X.

1 EX tranſmiſſa. Tempore † hoſtilitatis non currit præſcriptio.
hoc dicit ſecundum Ioan. And. In prima ponit
querelam. In ſecunda dat iudice. Secunda ibi, di
ſcretioni veſtræ. No. primo, ex tex. quod eccle-
2 ſia † parochialis etiã baptiſmalis poteſt pertinere ad ius mo-
nachorum, de quo plene habetur in c. de monachis. & in c.
3 in Lateranenſi. de præben. Secundo no. † quod oblationes
quę fiunt in capellis ſitis infra parochiam alicuius eccleſiæ
cedunt de iure ipſi eccleſiæ parochiali, non autem pertinet
ad capellas, & dicit Do. Abb. quod hoc probatur per locum
a ſpeciali, vt in c. ad audiẽtiam. de ec. ędi. de quo ibi per eum,
& in rubrica de parochiis. & in c. paſtoralis. de his quæ fiunt
a pręla. In quibus locis dicit, quod oblationes factæ capel
a læ cedunt eccleſię parochiali.[a] & per hoc infert, quod obla-
4 tiones † factæ imagini depictę in muro alicuius parochię per
tinent ad eccleſiam parochialem, & dicit ſępe de facto inter
rogatum ſic reſpondiſſe, hoc etiam tenet Bu. in c. paſtoralis.
5 Tertio not. quod † eccleſia matrix. i. baptiſmalis fundat in-
tentionem ſuam de iure communi, vt ſuper decimis, & iſte
tex. facit quod iſte decimæ nõ pertineant ad capellas, ſed ad
eccleſiam baptiſmalem. i. tenetur fons ad baptizandum, &
talis eccleſia proprie matrix, de quo vide gloſ. in clemen. pri-
ma. in verbo, matrice. de ſen. excommu. & ita accipitur hic li
cet eccleſia cathedralis aliquando appelletur matrix, vt in
6 c. primo. ſupra eodem. Et ex iſto tex. infertur, quod † eccle-
ſia quæ non eſt baptiſmalis non percipit decimas, de quo in
c. ſtatuimus. xvi. q. j. & ibi glo. dicit, quod decimæ prędiales de
bentur eccleſię baptiſmali, perſonales vero debentur eccle-
ſiis parochialibus, ſed Docto. in c. cum contingat. infra de de
7 cimis. cõmuniter tenẽt, quod decimæ † p̃diales debeantur ec
cleſiæ infra cuius parochia ſita ſunt pręedia, & quod pſonales
debeantur eccleſiæ a qua audit diuina officia, & in qua re-
cipit ſacramenta eccleſiaſtica, ſiue tales eccleſiæ ſint bapti-
ſmales, ſiue non ad iſtum text. reſponde, quod iſtæ capellæ
non habebant parohciam, de quo dic, vt plene habetur in
d. c. cum contiugat. & in c. fi. j. de paroc. Quarto no. quod
8 tempore † hoſtilitatis non currit præſcriptio, ſed dormit, & di
cit Innocen. quod per hoſtilitatem pręſcriptio non interrũ-
pitur, vnde finita hoſtilitate tempus ſequens continuabitur
cum præcedẽti, & ſic perficietur pręſcriptio quadraginta an-
norum ſubducto tempore hoſtilitatis de medio, vt infra eo
dem. auditis. & dicit, quod hoc habet locum, non tantum ſe
cundum canones, & in eccleſiis, ſed etiam ſecundum leges,
& in laicis, ſiue vna die tantum, ſiue pluribus annis hęc ho-
ſtilitas durauerit, ſemper enim hoc tempore pręſcriptio dor
mitabit, & ſic quantumcunque fuerit modicum tempus ho
ſtilitatis ſubducetur de medio, & cum his dictis Innocen. trã
ſit Ioan. An. & placet etiam domino Ab. & dicit, quod hoc
probat iſte tex. in fi quia indiſtincte dicit pręſcriptionem nõ
currere tempore hoſtilitatis, facit c. ſolitę. in fi. de ma. & obe.
& xxxi. q. prima. quod ſi dormierit. ſimile ſupra eod. de quar
ta. & infra eodem. auditis. ſed inquantum Innoc. dicit, quod
etiam de iure ciuili non currit pręſcriptio tempore hoſtilita
tis. glo. in c. prima actione. xvi. q. iii. ſentit, quod de iure ciuili
currat præſcriptio tempore hoſtilitatis, ſed quod detur reſti
tutio, ſed Bar. in l. naturaliter. ff. de vſucap.. ſequitur opin. In-
nocen. & dicit hodie, de hoc eſſe caſum in extrauagante Fe-
derici Imperatoris, de pace conſtantię. §. poſſeſſiones. & Do
cto. communiter tenent opin. Innocen. ſcilicet quod tam de
iure canonico, quam cauili dormiat pręſcriptio tẽpore ho-
ſtilitatis, Innocen. tamen hic, & Docto. poſt eum requirunt,
9 quod hoſtilitas † ſit tanta, vt ius non reddatur in loco pro-
pter hoſtilitatem, alioquin curreret pręſcriptio, ex quo non
obſtante hoſtilitate ius redditur, & ſic poteſt agere, & idem
10 ſequitur Bar. in d. l. naturaliter. & dicit idem eſſe in † peſtilen
tia, ſi enim tanta eſſet peſtilentia, quod iura non redderẽtur
in ciuitate, ſecundum eum nõ curreret præſcriptio, quia for
tior eſt hoſtilitas Dei quã hoſtilitas hominum, idem dicit
hic Bald. & D. Proſdocimus de Comitibus. idem hic videtur
ſentire D. Abb. nam ſimpliciter recitat opin. Bar. & poſtea di
cit ſe plus credere, quod etiam ſi ius redderetur in loco tem
pore mortalitatis, tamen ſi actor erat abſens propter timo-
11 rem, quia † peſtis ſeuiebat multum in loco, licet tunc currat
pręſcriptio eſt iuſta cauſa petendi reſtitutionem in integrũ,
ex clauſula generali, & ad hoc allegat notabile dictum Bar.
12 in l. de ętate. ff. ad Trebel. vbi dicit, quod ſi citatus † habet iu-
ſtã cauſã non comparendi propter corruptionem aeris nõ
tenetur comparere, ſeu poteſt excipere, quod nõ tenetur cõ
parere propter corruptionem aeris, allegat tex. & gloſ. in c.
ſuper hoc. de renun. Sed D. Abb. allegat c. ſi vero. ſupra de
iureiuran. & c. omnis filius. xxiiii. diſtin. ſed tu vide D. Abb. in
c. cum dilecti. ſuper glo. in verbo, calores. quę eſt glo. antepe.
ſupra de dolo & contu. vbi etiam alias res allegat ad oſten-
dendum, quod corruptio aeris excuſat a contumacia, & quã
tum ad illud, quod dicit D. Abb. ſ. quod quando actor eſt ab
ſens ptopter timorem peſtis, quę multũ ſęuit in loco, quod
debet concedi reſtitutio aduerſus pręſcriptionem credo eſſe
veriſſimum, quia iuſtus timor excuſat l. habitatores. §. j. ff. lo
cati. Sed quantum ad primum, ſcilicet nunquid præſcriptio
13 † dormiat ſi ius non redditur in loco propter peſtem. D. Ab.
videtur ſentire cum opi. Bar. cum qua etiam tranſeunt præ-
dicti Docto. Sed Bu. infra eodem. cum non liceat. in penult.
colum. dicit, quod ipſo iure currit præſcriptio, & quod opus
eſt reſtitutione mouetur, quia impedimentum factum non
impedit curſum pręſcriptionis, licet detur reſtitutio, niſi in
caſibus vbi reperitur expreſſum quaſi velit dicere, quod cũ
non reperiatur expreſſum, quod non currat præſcriptio, ni-
ſi tempore hoſtilitatis hoſtium non debet extendi ad alium
caſum, ſcilicet quando propter peſtilentiam ius non reddi-
tur in loco, & pro iſta opi. facit gloſ. iii. in clemen. quandiu.
de appell. quę dicit, quod propter mortalitatem, ſeu peſtem
quę cœpit eſſe in loco proſequendę appellationis appellãs,
& appellatus poſſunt conuenire, ſeu paciſci, quod tempus
non currit, & ſic illa glo. vult, quod tempore peſtis currat tẽ-
pus proſequendæ appellationis, niſi partes conueniãt, quod
interim tempus non currat. But. tamen non allegauit illam
gl. Sed ego puto opin. Bar. & ſequacium eſſe veriorem, nam
14 † nam prouiſio facta in vnum caſum extenditur ad alium ca
ſum vbi eſt eadem ratio, vt dicitur l. prima. C. de condi. inde.
& in l. illud. C. de ſacroſan. eccle. & in l. ob ęs. C. de pręedi. mi-
no. & eſt bo. tex. & ibi per D. Abb. in c. cum dilecta. de confi.
vti vel inuti. dixi in c. primo. de offic. ordi. modo ad propoſi-
tum, ratio, quare nõ currat pręſcriptio tempore hoſtilitatis
quando ius non redditur eſt, quia actor nullo modo poteſt
agere, nec per ſe, nec per alium, ex quo ius non redditur, ſed
iſta eadem ratio viget, quando tempore peſtis ius non reddi
tur, & Innocen. hic videtur generaliter velle, quod non cur-
rat pręſcriptio, quando ius non redditur propter defectum
iudicis, vel rei, de quo tamen dicam infra eodem. cum non
liceat. non obſtat glo. in d. clemen. quandiu. quia debet intel
ligi, quando ius redditur in loco non obſtante, quod ibi vi-
geat mortalitas, ſeu peſtis, & hoc ſenſit Ioan. An. in d. c. cum
dilecti. de dolo & contu. vbi dicit, quod appellans non excu
ſatur a proſequenda appellatione in Romana curia propter
peſtem quæ ibi ſit, niſi aliter feriæ inducerẽtur, & ſic vult Io.
15 And. quod vbi † feriæ inducuntur propter peſtem, quod nõ
currat tempus ad proſequendam appellationem, ſed ferię
ſemper fiunt quo ad iudicium, quando propter hoſtilitatẽ,
vel peſtem ius non redditur in ciuitate. & ſi mihi diceres q̃d
valet iſta conſideratio, ex quo peſtis eſt iuſta cauſa reſtitua-
tur in integrum. reſpondeo quod poteſt multum valere, ſi
enim in principio, vel in medio pręſcriptionis interuenit pe
ſtis ſi tempus currit non poterit petere reſtitutionem in inte
grũ, q̃a erit ſibi imputanda negligẽtia, quia ante finitam p̃-
ſcriptionem cum non interrupit, vt dixit hic Innoc. & Doc.
& dicam infra eodem. cum non liceat. ſed ſi præſcriptio in-
terim dormit tempus peſtis deducetur de præſcriptione, &
requiretur integrum tempus ad complendam præſcriptio-
nem deducto tempore quo fuit peſtis, & ideo hoc not. quia
iſta inueſtigatio multotiens poterit eſſe vtilis. Vltimo di-
cit hic But. quod iſte tex. videtur reſtituere theoricam Hoſti.
& Ioan. in c. quia nonnulli. de cler. non reſi. vbi dicunt, quod
16 licet conſuetudo poſſit † dare vni eccleſię ius percipiendi de
cimas in alia eccleſia ſi ſunt decimæ pręediales, vt in ca. cum
ſint. de decimis. & in c. apoſtolicæ. eodem titu. non tamen ſi
ſunt decimę perſonales, & eodem modo dicunt, quod nec
ius baptizandi alienum parochianum, nec ius percipiendi
oblationes, vel prouincias, vel alia quæ inter perſonalia cõ-
putantur poſſunt quæri conſuetudine, res enim facilius ſub
mittur quã perſona, de foro compe. ſignificaſti. & dicunt, q̃
talis conſuetudo videtur non rationabilis, vt cap. ii. de paro
chiis.

ADDITIO.

a ¶ Idem tenet D. Ab. in c. dilectus. in iii. col. de of. or.

chiis,& de pę.& re.oĩs.niſi inquãtũ p ius canonicũ talis ↄſuę
tudo approbeť, vt vid elicet,ꝙ Arc.& quidã alii pſcribant iurą
parochialia, & habeant iuriſdictionẽ de contuetudine, ſ.e.
cum olim & c.veniens.& in c.fi.de officio archi.Irrationabi
le autẽ eſſet, quod vnus rector in parochia alterius omnią
præſcriberet,de ſepul.c.primo.& c.certificari. dicit etiam, ꝙ
per perceptionem talium iurium non dicetur eccleſia habe
re curam,faciunt no.in c.a nobis.de ſenten. excommuni.&
Bu.in dicto c.quia nonnulli.inducit illud dictum Hoſtien.&
17 Ioann. And. † capellani eccleſię poſſint præſcribere exerci-
tium curę contra rectorem, & refert fuiſſe pronunciatum,
quod ſic,ſed ipſe dicit,quod male fuit pronunciatum, & ſic
ibi ſequitur dictum Hoſtien.& Ioan. An. hic autem dicit,ꝙ
iſta decre.multum obſtat,niſi dictum Hoſtien.& Ioan. An.
reſtringatur ad conſuetudinem,vel quando omnia vult acq
rere ex præſcriptione,vel intelligatur quando non habet ti-
tulum,& ſic in effectu vult hic Bu.quod non valeat conſue
tudo,quod rector parochię in parochia alterius poſſit exer-
cere, vel percipere iura perſonalia, ſed bene valet præſcri-
ptio cum titulo ſupple, vel ſine titulo, ſi eſt continuata per
tantum tempus,cuius initii nõ eſt memoria, vt in c.primo.
de pręſcrip.in vi.& profecto But.tenuit contrarium in dicto
capi.quia nonnulli. dum dicit.ſ. male fuiſſe pronunciatum,
quod capellani poſſent pręſcribere exercitium curę contra
rectorem,& mouetur per dictum Hoſtien.& Ioan. And.ſed
Ioan.de Imo.in dicto c.quia nonnulli,dicit,quod aut clerici
eiuſdem eccleſię volunt pręſcribere exercitium curę contra
rectorem,& poſſunt. Aut vnus rector vult pręſcribere ĩ alia
parochia,& procedit dictum Hoſtien.& Ioann. And.& per
iſtam diſtinctionem reſpondetur ad iſtum tex. quia iſti cleri
ci dictarum eccleſiarum, ſeu capellarum pręſcripſerant in-
fra parochiam,in qua erãt ſitę ipſę eccleſiæ,ſeu capellæ exer
citium curę contra ipſam eccleſiam,& matricem,vnde præ-
ſcriptio valuiſſet, niſi fuiſſet impedita propter hoſtilitatem,
18 vnde † qua ratione poſſunt præſcribere clerici eiuſdem eccle
ſię,eadem ratione clerici eiuſdem parochiæ,& hoc no.Nun
19 quid autem vnus epiſcopus † poſſit præſcribere iura epiſco-
palia in certa parte diœce.alterius epiſcopi,Butr.remittit ad
no.per Innocen.in c.ſuper eo.infra de paroch.de quo etiam
plene per Docto.in ca.cum contingat.de foro compe. In
glo.ſecunda,quid ſit alluio, vide bo.tex.inſti. de rerum diui.
§.item per alluuionem.In glo.vltima,inquantum glo. dicit,
quod tempus hoſtilitatis ſubducitur, intelligas ipſo iure, nã
ad tale tempus ſubducendum non eſt neceſſarium benefi-
20 cium † reſtitutionis in integrum in hoc caſu,nec ſimilibus ſe
cundum Innocen.& Hoſtien.& Docto.licet Bulga. & ſequa
ces cõtrarium dixerint,de quo in l.ab hoſtibus.§.fi.ff.ex qui.
cau.mai.& qualiter eccleſia matrix fuerit impedita propter
hoſtilitatem declarat Ioan.An.ſuper tex.in verbo,hoſtilita-
tis tempore.dicit enim, quod forte erant caſtra contigua in
ter ſe guerram habentia eccleſia matrix erat in vno. Capel-
lę vero erant in alio, vnde matrix eccleſia non poterat ius
ſuum percipere propter guerram,& ſcias,quod etiam Inno
cen.& Hoſtien.tangunt alios caſus in quibus pręſcriptio nõ
currit,ſed dormit,ſed melius cadit in c.cum non liceat.ſ. eo.
vbi gl.& etiam Bu.examinat, & ibi etiã examinabo ea quę
tangit hic D.Ab.& hęc ſufficiant.

## *SVMMARIVM.*

1 *Procurationes quæ debentur legatis, & nunciis ſedis apoſtolicæ non poſ
ſunt præſcribi.*
2 *Ordo debitus eſt, vt ponderentur facultates vniuſcuiuſq;.*
3 *Clerici habentes dignitates poſſunt eſſe ſyndici, & procuratores.*
4 *Procuratorium non vitiatur, licet accumulentur diuerſa nomina admi
niſtratorum.*
5 *Clerici ciuitatis poſſunt conuenire, & conſtituere vniuerſitatem.*
6 *Rector non requiritur ad eſſe vniuerſitatis, vel collegii, ſed ipſum colle-
gium tenet locum rectoris.*
7 *Procurationes debentur non tantum legatis apoſtolicæ ſedis,ſed etiam
nunciis, per clerum totius ciuitatis.*
8 *Canonici appellantur ordinarii.*
9 *Priuilegium ſedis apoſtolicæ eximens aliquos a procuratione legatorum
& nunciorum valet.*
10 *Priuilegium plus valet, quam præſcriptio, nam multa poſſunt quæri pr
uilegio, quæ non poſſunt queri præſcriptione.*
11 *Alienare videtur, qui patitur præſcriptionem.*
12 *Conſuetudo valet in ſacramentalibus ſi Papa ſcit, & tolerat, quia vide
tur conſentire.*
13 *Soluentes procurationes poſſunt conqueri de non ſoluentibus.*
14 *Canonici qui non habent eccleſias, ſed tantum prębendas tenentur etiam
ad contribuendas procurationes.*
15 *Procurationes ſoluere non tenerentur illi quibus tanta præbenda ſuffi-
ceret pro victu, & non pro reliquis oneribus.*
16 *Papa ponendo decimam an illi excludantur, qui tantum præbendas ha
bent ſufficientes pro victu.*
17 *Præſcriptio procurationis nunquid valeat contra clericos, non autem cõ
tra legatos, vel nuncios.*
18 *Præſcriptio non procedit in procurationibus ſoluendis.*
19 *Eccleſia, quæ per tempus cuius initii non erat memoria non ſoluit procu
rationes aliis ſoluentibus, poteſt præſcriptione tueri, ſecundum
D. Abb.*
20 *Præſcriptio nunquid currat contra cathedraticum.*
21 *Præſcriptibilia quædam ſunt, quædam non, vt ibi.*
22 *Cenſus, & ſeruitia quando præſcribuntur, ſufficit allegare tempus cuius
initii non ſit memoria.*
23 *Præſcribi non poſſunt debita in honorem ſedis apoſtolicæ.*
24 *Procuratio eſt triplex ſecundum glo.*
25 *Onus debetur in ſolidum a cæteris, aliquo exempto ab onere.*
26 *Onus debitum viriliter non tranſit in cæteris ſi aliquis ab onere exima-
tur.*
27 *Teſtator ſi voluerit plures teneri in vltima voluntate, deinde aliquem
exemerit, cæteri tenentur in ſolidum.*
28 *Voluntas teſtatoris pro lege ſeruanda eſt.*
29 *Imperator in temporalibus, & papa in ſpiritualibus poſſunt eximere
ab oneribus.*
30 *Barones, & alii principes non poſſunt eximere aliquem ab oneribus in
præiudicium reipublicæ.*
31 *Statuto ſi cauetur, vt comitatenſes perſoluant ſalarium poteſtatis, ſi ali
qua villa eximatur, cæteri tenentur ſoluere integrum ſalarium.*
32 *Forenſes immunes ab onere de conſuetudine non poſſunt cogi per ſtatu-
tum ad ſoluendum.*
33 *Conſuetudo eandem vim habet quod ſtatutum.*
34 *Exempti ab onere per ſuperiorem non recognoſcentes faciunt non exem
ptos teneri ad totum onus.*
35 *Statutum tranſiens in contractum non poteſt reuocari.*
36 *Exemptio a procuratione ſi ſit facta multorum, adeo vt reliqui nimis
grauentur quid agendum.*
37 *Appellare non licet aduerſus principis diſpoſitionem.*
38 *Proprius motus principis tollit defectum ſurreptionis, non autem defe-
ctum intentionis.*

## CAP. XI.

2 ACcedentes. Procurationes † quæ debẽ
tur legatis, & nunciis apo
ſtolicæ ſedis præſcribi non poſſunt.hoc dicit.In pri
ma ponit querelam. In ſecunda dat iudicem. Se-
cunda ibi, volentes. In tex.ibi, & infra decidatur
iſtorum allegatio, quia dicebãt ſe nunquam & cõtribuiſſe.
Item ibi,priuilegium.dic,quod priuilegium tale de facili nõ
conceditur,vt dicit tex.in c.cum inſtantia. infra de cenſi. Itẽ
2 ibi,ordine debito.dic ſecundum Hoſtien. quod † ordo debi-
tus eſt,quod ponderẽtur facultates vniuſcuiuſque, & quod
ipſis ponderatis non grauetur plus vnius,quam alius,de cen
ſi.cum inſtantia.& in c.conquerente de offi.ordin. & in c.in
ſingulis.de ſta.mo. No.primo,ibi, prępoſitus ſancti Naza-
3 rii,quod etiam clerici habentes dignitatem poſſunt eſſe ſyn
dici,& procuratores,de quo in c.in materia.de procuratori.
Secundo no.ibi,ſyndici,& procuratores, quod non vitia-
4 tur procuratorium † licet accumulentur diuerſa nomina ad
miniſtratorum,hic enim ſyndicus,& procurator ſumitur p
eodem,licet ſtricte inter ſe differant,de quo dixi in c.petitio.
de procura.& in c.vno.de ſyndico.ſed ſatis eſt, quod conſtet
de intentione conſtituentis, ſolent enim hęc & ſimilia ad
cautelam acumulari,facit dictum c.petitio. Tertio no. ibi
5 primicerii, & clerici Mediolanen. † quod clericus ciuita-
tis poteſt conuenire,& conſtituere vniuerſitatem, & creare
ſyndicum in factis pertinentibus ad clerum, qui agat nomi
ne totius cleri,vt probat iſte text.quem dicit D.Abb. ſemper
tenendum mẽti.& ratio eſt,quia clerici totius ciuitatis pro-
pter onera,& alia eis communiter incumbentia habent iu
ſtam cauſam conueniendi in virum,& ideo poſſunt vniuer
ſitatem conſtituere.l.prima.ff.de colle.illic. hoc idem voluit
Innocen.in c.dilecta.de exceſ.prælato.circa fi.vbi dicit,quod
clerici ciuitatis,vel caſtri poſſunt conſtituere vniuerſitatem
cauſa religionis,ſcilicet vt miſſas celebrẽt pro viuis,& defun
ctis,& ſimilibus,vt puta pro honeribus eis incumbentibus,
vt hic,& dicit Do.Abb. hoc eſſe bene notandum. quia poſ-
ſunt clerici caſtri,vel ciuitatis facere vniuerſitatem ſine epi-
ſcopo,& quod poſſunt habere alium præſidentem, & hoc
probatur hic,quia primicerius erat capi. cleri Mediolanen.
quantum ad hęc onera ſubeunda,facit quod not. Innocen.
in c.cum ab eccleſiarum.de offi.ordi.quinimmo ad eſſe col-
6 legii,vel vniuerſitatis non requiritur de neceſſitate † rector,
ſed ipſum collegium tenet locum rectoris reſpectu ſingulo
rum

rum, not. Innocen. in c.cum non ignores.de preben.facit l.
prima.ff.quod cuiuſque vniuerſi. Quarto no. quod nedũ
7 legatis,ſed etiam nunciis† apoſtolicæ ſedis debentur procu-
rationes per clerum totius ciuitatis, concordat capitulum
cum inſtantia. infra de cenſibus. & hoc onus principaliter
imminet eccleſiis,vt ibi dicitur, & epiſcopus etiam tenetur
in his contribuere,vt in ca.ego N.ſupra de iureiu.& in dicto
c.cum inſtantia. Quinto no.ibi,ordinarii. quod canonici
8 †appellantur ordinarii, & eſt vulgare illius loci,vt dicit hic
Ioan.An.& dicit,quod canonici Rauennæ appellantur car-
9 dinales. Primo no.quod † valet priuilegium ſedis apoſto-
licę eximens aliquos a procuratione legatorum,& nuncio
rum ſedis apoſtolicæ, tamen tale priuilegium de facili non
conceditur,vt dicit tex.in dicto ca. cum inſtantia.de cenſib.
10 Ex quo not.quod plus valet priuilegium † quam præſcri-
ptio,& ſic multa poſſunt quæri priuilegio,quæ non poſſunt
quæri præſcriptione,ſed hoc intelligit D.Abb.niſi conſuetu
do,vel præſcriptio eſſet inducta de conſcientia illius,qui po-
teſt priuilegium tribuere,& dicit,quod hoc ſentit hic But.&
allegat D.Abb.l.de quibus.ff.de legi.vbi dicitur,quod cõſue
11 tudo inducta ab habente poteſtatem habet vim legis, nam
qui patitur pręſcriptionem videtur alienare, l. alienationis
verbum.ff.de verbo.ſign.facit duo de offi.ordi. quaſi velit di
cere Do.Abb.quod ex quo Papa ſcit,& tollerat præſcriptio
nem videtur conſentire, quod iſtud ius procurandi legatos,
& nuncios ſedis apoſtolicæ amittatur, ſeu alienetur per ip-
ſam præſcriptionem,facit quod no.glo.in fi.infra de ſecũdis
12 nu.quę dicit,quod etiam in ſacramentalibus valet† conſue-
tudo ſi Papa ſcit,& tolerat, quaſi ſciendo, & tollerando vi
deatur conſentire,quam glo.tene menti,& vide quæ dixi in
13 c.primo.de treu.& pace. Secundo no.quod†ſoluentes poſ
ſunt conqueri de non ſoluentibus, quia tenentur cum eis
onera comportare, nam quod omnes tangit ab omnib.de-
bet approbari,vt hic dicitur. Vltimo not. quod etiam ca-
14 nonici† qui non habent eccleſias,ſed ſolum præbendas tenẽ
tur de redditibus prębendarum ſuarum ɔtribuere ad procu-
rationes legatorum,& nunciorum ſedis apoſtolicę,& idem
videtur dicendum in aliis oneribus incumbentibus clero
eadem ratione,ſed tex.in dicto c.cum inſtantia.de cenſib.di
cit, quod omnes eccleſiæ renetur ad iſtam procurationem,
& quod nulla eccleſia ab hoc onere eſt excuſata, ſed dic, ꝙ
ille text.debet ſuppleri per iſtum,quia non ſolum habentes
eccleſias,ſed etiam habentes præbendas,dato quod non ha
bebant eccleſias tenentur ad procurationem, vt hic proba-
15 tur,dicit tamen Do.Abb.quod vbi præbenda†eſſet tantum
pro victu neceſſario aſſignata,& non pro reliquis oneribus
quod tales non tenerentur ad procurationem,& ponit exẽ
plum in eccleſiis cathedralibus regularibus,in quibus de an
tiqua conſuetudine,vel ſtatuto omnia bona remanent pœ
nes epiſcopum, vel abbatem modica portione relicta con-
uentui pro fratrum ſuſtentatione,nam hæc, & ſimilia one-
ra debent ſupportari per prelatum,& non per conuentum,
& idem dicit in eccleſiis pertinentibus ad ius, & proprietatẽ
monachorum,in quibus ponunt rectores, vel vicarios aſſi-
gnata eis modica portione, dumtaxat pro ſuſtentatione eo
rum,allegat bo.tex.in clemen.prima.§.primo. iuncta glo.in
verbo,ſeruentur de iure patro.& ea quæ notantur in cap.de
monachis.de preben.& dicit Do.Abb. hoc eſſe notandum.
16 nam facit ad quęſtionem,nunquid†ſi Papa ponit decimam
nunquid tales teneantur ad ſoluẽdam decimam. & hoc no.
pro declaratione eorum,quę notantur in gl.in clemen.pri-
17 ma.de decimis. Sed quęrit D.Abb.nunquid valeat†pręſcri
ptio contra clericos,non autem contra legatos, aut nũcios
apoſtolicos.exemplum,nunquid iſti canonici potuiſſent ꝑ-
ſcribere,quod ipſi non tenerentur ad procurationem,ſed ꝙ
clerus deberet ſoluere totum, & ſic etiam partem ſuam, &
Io.de Ligna.dicit,quod ſic,ſed D.Car. dicit hoc eſſe verum,
niſi pręſcribentes eſſent tot,quod indirecte minueretur pro
curatio,vt quia reliqui non ſunt ſoluendo,vel nimium gra-
uantur,ſed D. Abb.dicit, quod hoc dictum non eſt verum,
quia eſt contra iſtum tex.quia hic non conquerebantur le-
gati,aut nuncii apoſtolici,ſed clerus, nec ꝓponebant, quod
iſti ordinarii nollent procurare ſimpliciter,ſed dicebant, ꝙ
ipſi clerici legatos,& nuncios deuote recipiebant, & procu-
rabant,ipſi vero ordinarii renuebant procurare, nec etiam
impartiri ſubſidium ipſis procurantibus, vnde clare colligi-
tur,quod nihil deerat legatis in procurationibus, quia inte-
gre eis ſoluebantur, ſed onus tantum incumbebat reſiduo
cleri,& tamen Papa mandat vt hoc onus ab omnibus com
portetur,etiam ſi longiſſimo tempore aliqui non impende
rint officium procurationis,reddens rationem,quia in talib.
18 †non procedit præſcriptio,& in hoc D.Abb.dicit verius eſt,
ergo procuratio in pręſcriptibilis forte propter bonum obe
dientię,vt infra eodem.cum non liceat.& propter commu-
nem vtilitatem,ſed Bal.dicit,quod non poteſt præſcribi pro
curatio,quia debetur propter honorem ſed.apoſtolicę. Quę
autem debentur propter honorem ſedis apoſtolicę pręſcri-
bi nõ poſſunt, ſecus dicit ſi debeantur ex alia cauſa. Et ex
his infert D.Abb.nunquid in alii oneribus pręſcriptibilibus
valeat pręſcriptio,per aliquos clericos, vel eccleſias contra
reſiduum clerici, & dicit ſe, alias conſuluiſſe in quæſtione
facti, quę fuit talis. Quędam eccleſia non curata per tan-
19 tum tempus cuius initii non erat memoria † non cõtribuit
ad onera incumbentia clero, ſed aliis ſoluentibus pro rata
illa minime ſoluit cogebatur per clerum, vt non obſtante
conſuetudine ſolueret,& Do. Abb.conſoluit,quod poterat
ſe defendere ex illa pręſcriptione,per tex.iuncta glo. in ver-
bo,legitima.in cle.prima.de cenſib.vbi probatur qđ prodeſt
in his oneribus vitandis,quę ſunt pręſcriptibilia, & dicit, ꝙ
forte illa gl.adducit hanc limitationem,quia dubitatur, nũ
20 quid aduerſus†cathedraticum currat pręſcriptio, in quo gl.
in c.quicunque.xvi.q.vij.voluit, quod valeat pręſcriptio in
quantitate,non tamen in totum,ſ.vt nihil debeatur. Archi.
tamen aliud ſenſit in c.j.de preben.in vi.de quo plene per Io
an.And.& Docto.in c.cum venerabilis.de cenſi. Item dubi-
tatur in charitatiuo ſubſidio,& in hoc Ioan.And.in dicto
c.cum venerabilis.ſenſit,quod eccleſia non poſſit ſuo nomi
21 ne allegare pręſcriptionem.Sunt ergo†quędam pręſcriptibi
lia,& quędam non,in his ergo oneribus quę ſunt pręſcripti
bilia currit regulariter pręſcriptio,vt ſentit Ioan.And.in d.c.
cum venerabilis.pro hoc allegat D.Abb.ſupra eod.de quar
ta. vbi patet, quod contra epiſcopum currit præſcriptio in
quarta decimarum,& funeralium.Item quia vna eccleſia ꝑ
ſcribit decimas in parochia alternis, vt ſupra eod. ad aures.
& in c.primo.eodem titu. in vi.& dicit,quod preſertim hoc
procedit in pręſcriptione,quę eſt continuata per tantum tẽ
pus cuius initii non eſt memoria,quia habet vim tituli, ſeu
confeſſionis,vt in d.cap.j.& in l.hoc iure.§.ductus aquę.ff.de
aqua quo.& æſti.& in l.j.§.j.& in l.ii.§.pe. ff.de aqua plu.arc.
22 nam etiam in præſcriptione†cenſus,& ſeruitiorum, ſufficit
allegare tantum tempus cuius initij noa , n eſt memorialia
cauſa non allegata, quia probato curſu tanti temporis præ-
ſumitur cauſa,vt dicit Io.And. in c.peruenit.de cenſi.& Bar.
in l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.& glo.in c.nullus epiſco
pus.j.q.j.fortius ergo hoc eſt admittendum in pręſcriptione
libertatis,de quo dicit plenius dixiſſe in præall. ſuo conſilio
xcv.hoc etiam hic videtur ſentire Bald. dum dicit, ꝙ ea quæ
23 debentur propter honorem ſe.apo.†non poſſunt præſcribi
ſecus in his quæ debent ex alia cauſa, facit etiam,quod not.
hic gl.fi.ſed in contrarium, facit illud quod dicit hic Hoſti.
cum quo trãſit Io.An.& Bu.dicit enim, ꝙ ſi capitula cathe
dralium eccleſiarum nolunt contribuere ad expenſas, quæ
fiunt pro conſecratione epiſcoporum prætendentes ſolam
præſcriptionem,vel conſuetudinem, ꝙ non iuuantur, mo-
uetur per hoc c.cum ſuis concor. & demum remittit Hoſti.
ad no.in c.vt præteritæ.de ele.ſed D.Abb.hic.in fi.dicit, ꝙ il-
lę expenſę principaliter iuuabũt prælato cuius factũ agitur,
vt no.in d.c.præteritę.ſed ſi prælatus non ſufficit, tunc alii te
nentur ad charitatiuum ſubſidium,vt in ca.apoſtolicæ. cũ
apoſtolus.de cenſi.& no.in d.c.vt præteritę.vnde dicit, ꝙ ſo-
lutio huius quęſtionis dependet ab hoc ſ.an contra charita
tiuum ſubſidium currat præſcriptio,& an aliqui poſſunt prę
ſcribere contra reſiduum cleri,de quo per Io.An.& Doc.in
d.c.cum venerabilis. In gl ii.no. iſtam gl. inquantum dicit
24 de triplici procuratione,& quotidie allegat, ꝙ eſt†triplex ꝓ
curatio vna quę debetur ratione viſitationis, & contra iſtã
non currit pręſcriptio,alia debetur ratione inſtitutionis.i.ex
ſtatuto vel conuentione appoſita tempore dedicationis,vel
fundationis eccleſiæ,& contra iſtam currit pręſcriptio,quia
non debetur de iure communi. Tertia debetur ratione con
ſuetudinis, & contra hanc ſimiliter currit præſcriptio,quia
poteſt tolli per contrariam conſuetudinem, quia omnis res
per quamcunq; cauſam naſcitur per eandem diſſoluitur,vt
in c.i.de regu.iu.& de materia huius gl.remittit Io.An. ad c.
procurationis.& ad c.venerabili.ſ.de cenſi. Extra glo.quę
rit D.Abb.pone, ꝙ Papa eximit aliquam eccleſiam ab iſtis
onerib.quod poteſt facere,vt hic,& d.c.cum inſtantia. de cẽ
25 ſi.nunquid onus†incumbens immineat reliquis inſolidum,
& dicit,ꝙ quæſtio eſt quotidiana cum ſępe ciues,vel comita
tenſes, vel forenſes eximantur ab iſtis oneribus,& videtur,
ꝙ reliqui teneantur inſolidum.hoc probat iſte tex. & d.c.cũ
inſtantia.facit l.ab omnibus.ff.de leg.j.vbi patet,ꝙ ſi teſtator
mandauit per hæredes ſuos ſolui centum,& poſtea aliquem
exemerit ab onere ſoluendi reliqui tenentur ad integram
ſolutionem.In contrarium facit,quod no.Spe. in tit.de cẽſi.
§.nunc dicendum.ver.quid ſi vniuerſitatis.vbi dicit, ꝙ ſi ali
qua

qua vniuerſitas tenetur ad prȩſtationem annuam domino
ſuo, ſi dominus aliquem exemerit non tenentur illi de vni-
uerſitate ad ſolutionem integram, ſed debent tanto minus
ſoluere, quãtum eſt illud, quod debebat priuilegiatus ſolue-
re, ſed D. Ab. in hac materia diſtinguit. Ex cuius diſtinctio
ne facias tres caſus. Primus eſt, quando plures tenentur ex
contractu. Secundus eſt, quando plures tenentur ex vlti-
ma voluntate. Tertius eſt, quando plures tenentur ex di-
ſpoſitione iuris communis, vel ſtatuti, vel conſuetudinis.
Circa primum dicit D. Ab. ꝙ aut plures tenentur ſoluere ꝓ
26 virili † portionȩ, & non inſolidum, & tunc vno ex debitori-
bus exempto per creditorem, alii non tenentur ſoluere cõ-
munis portionem, quia quilibet tenetur ſoluere ratam ſuã
non vltra, vt in l. j. C. ſi plures in vna ſententia fuerunt con-
dem. Aut tenenebantur inſolidum ex contractu, & tunc
liberato vno alii remanent obligati inſolidum, vt in l. fina.
ff. de duobus reis. & ita diſtinguit Bal. in d. l. ab omnibus & ſe
quitur hic D. Ab. ratio differentiæ eſt, nam quando plures te
nentur ſolum pro rata ſua nũ poteſt creditor eos in plus ho-
nerare. Quando autem plures tenentur inſolidum, licet ſolu
tio vnius liberet omnes, poteſt creditor exigere ſolidum a
quo vult, quia hoc eſt factum in fauorem creditoris, vt om-
nes teneantur inſolidum, ideo ſi vult poteſt vnum ex ipſis li
berare, vnde hoc non obſtante alii remanent obligati inſo-
lidum. In ſecundo caſu, ſ. quando plures tenentur ex vlti-
27 ma voluntate, † ſi teſtator exemit aliquem reliqui tenentur
inſolidum, & de hoc eſt tex. in d. l. ab omnibus. nam quãdo
teſtator mandat aliquid ſolui, vel aliquid fieri per heredes
ſuos dato, ꝙ aliquem eximat mihilominus mens teſtatoris
eſt, ꝙ illud fiat, vel ſoluatur, & per cõſequens, ꝙ reliqui hæ
redes teneantur illud facere, vel ſoluere, & ſic integraliter re
28 manent obligati, voluntas † enim teſtatoris pro lege ſeruan
da eſt, vt in Auth. de nup. §. diſponit. & xiii. q. ii. vltima volun
tas. In tertio autem caſu. ſ. quando plures tenentur ex di-
29 ſpoſitione iuris ſolus Imperator † regulariter poteſt eximere
in tp̃alib. & ſolus Papa in ſpũalib. ſeu in eccleſiaſticis, vel in
terris ſuis, & tũc vnus acreſcit aliis, vt hic, & ĩ d. c. cũ inſtãtia.
& ſic dicit D. Abb. eſſȩ intelligenda ea quȩ no. Io. An. in c. ii.
de immu. ecc. Alii vero primi reges principes, & barones,
30 & ſimiles non habentes iura † Imperii, licet poſſint eximere
in eorum præiudicium, non tamen poſſunt eximere in præ-
iudicium reipublicȩ, vel aliorum, & dicit D. Ab. de hoc eſſe
optimum tex. in l. vacuatis. iuncta gl. & Bar. C. de decurio. &
per Bar. in l. ii. ff. de iure immu. & idem dicit D. Abb. in obli-
gatis ratione ſtatuti, & ſic diſtinguendum eſſe Iac. de Are. &
31 Bart. vbi per illam l. dicunt, ꝙ ſi ſtatuto cauetur, † ꝙ comita-
tenſes teneantur ſoluere ſalariũ poteſtatis, & poſtea aliqua
villa eximatur ab hoc onere reliquȩ villæ tenentur ſoluere
integrum ſalarium, nam ſecundum eum debet intelligi, qñ
eximuntur a principe, vel a ſuperiore, qui non recognoſcit
ſuperiorem, quia ſi recognoſceret ſuperiorem, tunc ſecus,
quia alii tenerentur ſoluere eo minus, quia poteſt eximere
in præiudicium aliorum, & dic, ꝙ hoc tenet Spe. in ti. de cen
ſi. §. nunc dicendum. ver. quid ſi vniuerſi tas. & Hoſt. in c. ii. de
immu. ecc. & hoc dicit eſſe verum D. Ab. niſi exemptio fiat
per inferiorem ex cauſa rationabili, alleg. l. j. C. de decu. lib. x.
& dicit, ꝙ hoc ſentit Bar. in l. vacuatis. in fi. e. ti. vb dicit, ꝙ ci
uitas, vel alius non recognoſcentes ſuperiorem poteſt cõce
dere immunitatem ex cauſa rationabili, puta venientib. ad
habitandum in ciuitate, vel Doctoribus, vel medicis, & ſimi
libus, & idem dicit Bar. in l. ii. ff. de iure immuni. in illis vero
qui ſunt obligati ratione conſuetudinis, D. Ab. dicit idem di
cendũ, ſicut in illis qui ſunt obligati ex contractu, vnde non
debet vnus eximi in præiudicium aliorum, ſecundum eum,
allegat no. per Io. An. in addi. Spec. in d. §. nunc dicendum. in
32 iii. col. vbi dicit, † ꝙ ſi forenſes de conſuetudine ſunt immu-
nes ab oneribus non poſſunt per ſtatutum ad illa cogi, alle.
etiam no. per Bar. in l. quod ſemel. ff. de decr. ab or. fa. Tu dic
ꝙ Bar. ibi dicit, ꝙ quando decretum tranſit in formam con
tractus, puta, ꝙ forenſes venientes ad habitandum habeant
immunitatem a collectis per x. annos, ꝙ ciuitas non poteſt
illam immunitatem reuocare, & idem dicit ſi ſit factum pa
ctum ſpeciale cum aliquo, de quo plenius per Bar. in l. om-
nes populi. ff. de iuſti. & iure. ſed ego credo, ꝙ quando plures
ſunt obligati ex conſuetudine, & vnus eorum eximitur, qđ
idem dicendum ſit, ꝙ in pluribus obligatis ex ſtatuto, quia
33 conſuetudo, † & ſtatutum habent eandem vim, & ea, quȩ al
le. D. Ab. loquuntur, quando conſuetudo, vel ſtatutum tran
ſit in contractum, ſed nos loquimur in obligatis ſimpliciter
ad onera, verbi gratia, omnes de ciuitate conſueuerunt ſol-
uere vectigalia, vel pontes, vel ſtratas ciuitatis facere refici,
demum aliqui eximuntur, nam debet diſtingui, ſicut quan-
do plures tenentur ad onera ex ſtatuto ciuitatis. vnde redu-
cas oĩa q̃ dicta ſunt in ſtatuto in iſto tertio caſu ad vnam
cõcluſionem, ſ. ꝙ ſiue plures teneantur ad onera ex iure cõ-
muni, ſiue ex cõſuetudine, ſiue ex ſtatuto, ſi eximuntur per
34 non recognoſcentem ſuperiorem, alii tenentur ſoluere in-
tegrum onus, ſed ſi eximũtur per inferiorem, vel ciuitatem
valet exemptio in præiudicium eximentium, non autem in
præiudicium aliorum, nec in præiudicium reipubli. ex quo
ſequitur, ꝙ onus iſtorum exemptorum non accreſcit aliis,
niſi exceptio fiat ex iuſta cauſa, puta ſi eximantur veniẽtes
de nouo ad habitandum, vel eximantur Doctores, vel cleri
ci, vel magiſtri grammaticæ, & ſimiles, quia tunc valeret exẽ
ptio facta per ciuitatem, vel per alium recognoſcentem ſu-
periorem, & onus exemptorum hoc caſu accreſcit aliis, &
minus,vel poſſeſſor caſtri,& pro hoc facit litera.in ſi.quia ſo-
lum dicitur quod iſte nobilis erat vaſſallus, non autem quod
caſtellanus eſſet vaſſallus,vnde ſi fuiſſet vaſſallus veriſimiliter
de eo expreſſiſſet.de deci.ad audientiam. & in l.7.§. ſin autem
ad deficiens.C.de caduc.tol.ſed pro intellectu D.Ab. multum
facit,quia ſi iſtud caſtrum non fuiſſet de patrimonio Roma-
næ eccleſiæ , iſte Caſtellanus non potuiſſet conueniri coram
Papa,ſed debuiſſet conueniri coram ſuperiore laico , niſi di-
cas ꝙ ratione iuris debiti Romanæ eccleſię potuit conueniri
30 coram Papa,quia vbi † laicus tenet res eccleſiæ etiam ſi pręten-
dat habere ius in eis poteſt conueniri coram iudice eccle-
ſiaſtico iuxta no.in c.ſi clericus laicũ.& in c. cum ſit.de fo.cõ-
pe.Bal.etiã hic in iij.col.ver.caſtellanus.videtur ſentire , quod
non fuerit feudatarius dum dicit ꝙ in eodem caſtro erat ca-
ſtellanus habens proprietatem,& poſſeſſionem caſtri , & ali'
habens iuriſdictionem ſibi conceſſam a ſummo Pont. Se-
31 cundo ſoluit D.Abb. ꝙ eſt ſpeciale in Papa, † quod in dubiis
credatur aſſertioni ſuę pleniſſimę,vt in c.per venerabilem . q
fil.ſint le.& xl.di.c.j.& xj.q.j.quicunque. Tertio ſoluit,quod
hic non creditur priuilegio ad plenum pręiudicium laici. nã
ponderatur lib.cenſualis,& dicta teſtium . Sed magis priuile-
31 gium,& ſic priuilegium † cum aliis facit plenam probationẽ,
non autem per ſe tantum.Et dicit D.Ab.quod quęlibet ſolu-
tio eſt notabilis,& quod quęlibet poteſt ſuſtineri , & verum
dicit quia quęlibet eſt vera in ſe,& ſecundã quæ eſt magis no.
& magis dubia ſenſit hic Ioan.And.ſuper illa glo.vt ſ.retuli,
& ſequitur etiam But.& ad dictum Innocen.in d.c.inquiſitio
ni.de ſenten.excommunic.reſpondetur quod Innocen.loqui
tur quando Papa pręcipit aliquid laico, quod conſtat non p-
tinere ad iuriſdictionem ſuam, nec ratione perſonę,nec cau-
ſę,nec alia ratione,nam tunc laicus non tenetur ſibi obedire.
Iſte autem tex.loquitur quando Papa aſſerit aliquid eſſe ſibi
33 debitum.nam in dubio eſt † ſibi credendum propter excellen-
tiam dignitatis,& hoc modo loquitur hic. Ex quo infertur
quod cle.j.de proba. quę dicit eſſe credendum literis Papę in
his in quibus fundatur intentio ſua,habet locum etiam quo
ad laicos non ſuppoſitos Romanæ eccleſię. In glo.in ver.li-
brum cenſualem,hęc gloſ.allegat duo ſimilia,ſicut enim hic
creditur libro cenſuali , ita in ſimili per libros antiquos pro-
batur diuiſio diœceſum, de quo plene dixi in c. cum cauſam.
34 de proba.& pari ratione ſecundum glo.debet † credi inſtrumẽ
to producto de archiuo publico ſi habet teſtimonium publi
cum,vt in auth.ad hęc.C.de fide inſtrumen. & dicitur habere
teſtimonium publicum ſi magiſtratus atteſtetur,illud eſſe ſũ-
ptum de archiuo publico , & ſi manu commentarienſis ſint
35 ei impoſita ſigna conſueta,& † dicitur commentarienſis ille
qui eſt deputatus ſuper archiuo etiam ſi non ſit tabellio, dũ-
modo ſit publicę deputatus ad illud officiũ , vt no.in d.auth.
36 ad hęc. archiuius autem dicitur locus in quo ſolent reponi
ſcripturę publicę,& authenticæ. In glo.in verbo,principali
ter.no.iſtam gloſſ. quia per iura quę allegat ſentit , quod quis
poſſit præſcribere contra priuilegium conceſſum alicui a Pa
pa.Item ſentit glo.quod iſte Caſtellanus potuiſſet pręſcribe-
re,vt eſſet feudatarius Romanę eccleſię,& non illę, quia per
hoc

hoc non prędiudicatur Romanæ eccleſię, ſed Hoſtien. quo ad
primum dictum glo. dicit quod principaliter hoc negocium
tangebat Romanam eccleſiam, quia pertinebat ad propriā
menſam, vel patrimonium, quod tanquam principale & pro
prium erat ab aliis ſecluſum, vt in auth. hęc conſtitutio. col.
viij. Secundum vero dictum reprobat, dicit enim quod iſte ca
ſtellanus non potuiſſet pręſcribere, vt eſſet feudatarius Roma
nę eccleſię, ne eccleſia Romana habeat vaſſallum quem nol
let, vel quem ſibi habere non expedit, & ita etiam tranſit Io.
And. & But. vnde pro declaratione duo ſunt videnda. Primo
37 an contra† eccleſiam exemptam currat pręſcriptio ſuper exē
ptione communi tempore, an vero requiratur pręſcriptio cē
tenaria. Secundo, an communi tempore iſte caſtellanus po
tuiſſet pręſcribere contra vaſſallum. Quo ad primum glo.
no. in c. volumus. xvi. q. iiii. dicit, quod contra eccleſiam exem
ptam currit pręſcriptio xl. annorum, quatenus pręiudicatur
illi eccleſię, ſed non quatenus pręiudicatur Papę, idem dicit
glo. & clarius in c. ii. in ver. grauentur. de capel. mo. quæ dicit,
quod contra eccleſiam exemptam pręſcribitur ſpatio xl. ann.
licet non contra Papam, & allegat d. c. volumus. nam ſicut ec
cleſia inferior poteſt præſcribere libertatem contra epiſcopū
ſecundum ea quę dixi in c. pręcedenti. ita etiam poteſt epiſco
pus pręſcribere contra priuilegia libertatis ſpatio xl. ann. non
tamen pręiudicabit eccleſię Romanę reſpectu iuris ſui, vt in
c. cum dilecta. de confirm. vtil. vel inutil. & in c. cum tempore.
de arbit. vnde poterit dicere epiſcopus quo ad te liberas ędes
habeo. l. loci. §. competit. ff. ſi ſerui. ven. Ex quo infert D. Ab
ba. quod eccleſia inferior contra cuius libertatem eſt pręſcri-
ptum, non poteſt ſe tueri ex perſona Papę, & quod forte Pa-
pa in d. c. cum dilecta. conſtituit Abbatiſſam procuratricem
ſuam vt poſſet allegare ius competēs Romanę eccleſię quod
alias allegare non potuiſſet. In contrarium allegat D. Ab. no.
in c. mandatum. de reſcriptis. vbi concluditur quod quis pōt
ſe defendere ex iure tertij, ex quo concluditur actori ius non
competere. ſaltem vbi non allegat turpitudinem propriam.
c. cum dilectus. de iure patro. & c. authoritate. de conceſ. pręb.
38 in vj. & de hoc. ſ. an quis † poſſit opponere de iure tertii, vide
Bar. in l. ii. ff. de excep. rei iud. modo dicit D. Abba. certum eſt,
quod cōtra eccleſiam Romanam reſpectu iuris quod habet
in eccleſia exempta non currit pręſcriptio niſi centenaria, er
go poteſt eccleſia inferior dicere epiſcopo, non poteſt contra
nos vti iuriſdictione, quia ſumus immediate ſubiecti eccleſię
Romanæ contra quam non eſt completa præſcriptio, & ad
c. dilecta. reſpondet, ꝙ Papa conſtituit ad maiorem cautelam
illam abbatiſſam procuratricem, & dicit ꝙ forte hæc pars eſt
verior cum exemptus nō poſſit etiam ſi velit renunciare pri-
uilegia libertatis, vel conſentire in inferiorem iudicem, vt in
c. cum tempore. de arbi. & no. Ioan. Andr. in regula ſcienti. in
Mercur. in vj. facit, quod no. Pau. in cle. frequen. de exceſ. præ-
39 la. & dicit D. Ab. ꝙ eccleſia † inferior poterit vti diuerſis exce-
ptionibus, quia poterit ſe defendere nomine proprio, & no-
mine Romanæ eccleſiæ cum reo liceat vti diuerſis exceptioni
bus etiam contrariis, vt in regula nullus pluribus. in vj. & in l.
nemo. ff. de excep. & dixi. in ca. paſtoralis. ſuper glo. in verbo,
audiatur. ſ. de excep. & dicit D. Ab. ꝙ quantum ad prius dicta
Arch. in d. c. volumus. & in c. ii. eod. ti. in vj. dicit ꝙ eccleſia La
teran. & res ipſius eccleſiæ gaudent in præſcriptione priuile-
gio Papę, quia Papa immediate præſidet ipſi eccleſiæ, & reb.
ipſius, ſed dicit D. Abb. ꝙ debet intelligi in his iurib. & bonis
quæ pertinent immediate ad diſpoſitionem Papæ. pro hoc fa-
cit quod no. Ioan. Andr. in c. ſequen. vbi dicit ꝙ Papa gaudet
priuilegio præſcriptionis centum annorum in his quæ perti-
nent ad ſingulare patrimonium eccleſiæ Romanæ, & alleg.
hic no. ſed bona eccleſiarum exemptarum non pertinent ad
ſingulare patrimonium Papę. Et ex prædictis habes duo. pri
40 mo, quod contra res, & iura eccleſiæ† exemptæ poteſt præſcri
bi ſpatio xl. annorum, niſi immediate pertineant ad diſpoſi-
tionem Papa tanquam ſint de patrimonio eccleſiæ Roma-
næ. tu autem dic, ꝙ eccleſia Lateranen. habet ſuper hoc ſpecia
le priuilegium Papæ, vt contra res & bona ſua, & eccleſiarū
ſiue monaſteriorum eiuſdem congregationis currat ſola prę
ſcriptio centum annorum. Secundo habes, ꝙ contra eccle
ſiam exemptam pręſcribitur priuilegium libertatis xl. anno.
rum ſpatio, ſed quo ad præiudicium eccleſiæ Romanæ ſolū
ſpatio centum annorum, vt d. c. cum dilecta. de confir. vti. vel
inuti. vnde licet eccleſia non poſſit per ſe tueri contra præſcri
41 ptionem quadragenariam, poteſt tamen ſe † tueri mediante
eccleſia Romana, & ſic per alium conſequitur, quod per ſe
non conſequeretur, & hoc tenet Archid. in d. ca. volumus. &
hoc ſentit Innoc. hic. in ſimili. in ver. currit. dicit enim, quod
contra iſtum vaſſallum cucurriſſet præſcriptio xl. annorum,
ſed conſequitur per eccleſiam quod per ſe non poſſet conſe-
qui, & allegat l. ſi communem. ff. quemadm. ſeruit. amit. vnde
ſoluitur iſte cenſus ſibi non tanquam ſibi iuxta illud non ti-
bi, ſed Petro, ad quod facit, quod no. de iureiur. & ſi Chriſtus.
poſt princ. & opin. Archi. & Innoc. ſequitur etiam hic Butr. li-
cet D. Abb. de eo non faciat mentionem. Quo ad ſecundum
dictum glo. vidiſti, ꝙ Hoſtien. reprobat dictum glo. inquantū
vult, quod iſte Caſtellanus potuiſſet præſcribere ius vtilis do-
minij, quod erat penes vaſſallum directo remanēte penes ec
cleſiam Romanam. nam Hoſtien. dicit, ꝙ hoc non credit, ne
eccleſia habeat vaſſallum quem nollet, vel quem ſibi habere
non expedit, vt ſ. dixi, & cum opin. Hoſtien. tranſit Ioan. An.
& But. ſed D. Abb. primo reducit ad concordiam dicens, ꝙ di
ctum glo. poteſt ſaluari quando eccleſia Romana ſciuiſſet il-
lum extraneum ſe gerere pro vaſſallo, & non contradixiſſet.
ar. in c. ſi quis. per xxx. annos ſi de feu. fuer. contro. dictum ve-
ro Hoſtien. cum quo tranſeunt Doct. quando dominus igno
rauit, & poteſt prætendere aliquod intereſſe in mutatione vaſ
42 ſalli, & intrat illum articulum, † an quando pręſcribitur con-
tra vaſſallum pręſcriptio noceat domino, & dicit ꝙ veri[9] cre-
dit, ꝙ ille qui præſcripſit poſſit ſe tueri contra dominum ſpa-
tio xxx annorum, & mouetur per tex. iuncta gloſ. in ver. præ-
ſcriptione. in c. 1. §. 1. de capitulis Corra. vbi dicit text. quod li-
cet domino reuocare alienationem feudi, nulla obſtante prę
ſcriptione, ſed glo. prędicta intelligit de pręſcriptione x. vel xx.
an. ſecus in pręſcriptione xxx. vel xl. annorum, nec diſtinguit
ibi de ſcientia, vel ignorantia domini ex quo non agitur de
pręſcriptione proprietatis. nam ēt contra ignorantem currit
præſcriptio, vt in l. fi. C. de præſcrip. lon. temp. & dixi. ſ. eo. vigi-
lanti. & dicit ꝙ hoc videtur ſentire Innocen. hic, dum dicit, ꝙ
pręſcriptio xxx. annorum cucurrerat contra iſtum, ſed iuua-
batur ex perſona Romanæ eccleſię contra quam non currit
pręſcriptio niſi centenaria, & ſic ſentit ꝙ ſi iſte Caſtellanus
noluiſſet excludere eccleſiam Romanam valuiſſet pręſcri-
ptio cōtra iſtum, & dicit ꝙ hoc ſatis innuit iſte tex. Sed tu dic,
ꝙ hoc vult expreſſe Bald. hic, dicit enim, quod ideo requiritur
pręſcriptio centenaria, quia iſte Caſtellanus negabat iura ec-
cleſię Romanæ, ſed ſi confiteretur eccleſiam dominam dice-
ret, tamen ſe pręſcripſiſſe feudum non contra eccleſiam, ſed
ſub eccleſia ſufficerent xxx. ann. vel ſaltem propter iuriſdictio
nem quæ erat conceſſa huic vaſſallo ſufficiebant xl. anni po-
ſtea D. Abb. allegat Ioan. And. in titu. de feudo. ſuper rubrica.
ver. in ii. col. ver. xxviii. vbi poſt Pille. dicit ꝙ licet ſit pręſcriptū
contra vaſſallum ſpatio xxx. annorum, tamen dominus cui
continue ſeruierat, & ignorauerit ipſum non poſſidere feu-
dum, poteſt illud recuperare, & illud eripere de manib. pręſcri
bentis, nec tenetur amplius reſtituere primo vaſallo, qa fuit
negligens in patiendo feudum pręſcribi, alienauit enim quan
tum in ſe fuit feudum, vt in l. alienationis verbum. ff. de verb.
43 ſignific. & fundamentum ſuum. ſ. quia nō currat† pręſcriptio
contra dominum, licet fuerit pręſcriptum contra vaſſallum
eſt, quia dominus ciuiliter poſſidebat, & ſic non cucurrit prę-
ſcriptio contra eum iuxta no. in l. j. C. de ſeru. fug. ſecus dicit ſi
dominus ſciuiſſet alium poſſidere, vel etiam ignoraſſet non
tamen fuiſſet in poſſeſſione ciuili, ſed D. Abb. dicit, ꝙ iſta cō-
ſideratio poteſt procedere reſpectu proprietatis, non autem
reſpectu vſusfructus quem habet vaſſallus, vt in c. j. in fi. in qui
44 bus cau. feu. amit. nam ratione † naturalis poſſeſſionis quis po
teſt pręſcribere feudum, vt dicit Bar. in l. iij. §. ex contrario. ff.
de acq. poſ. dicit tamen tenendo pręſcriptionem currere dare
tur reſtitutio domino ignoranti, ne cogatur habere vaſallū
quem non vult, & dicit ꝙ opinio diſtinguens inter intelligē-
tiam, & ignorātiam eſt multum æqua, & ſubdit eſſe no. illud,
quod dicit incidenter Ioan. Andr. ſ. quod dominus recuperās
feudum non tenetur illud reſtituere vaſallo. Et ex his vides
iſtum articulum eſſe multum inuolutum. Vnde iſtum arti
culum ego diuido in quatuor caſus, & Primus eſt, nunquid ſi
vaſallus alienat feudum, nunquid currat pręſcriptio contra
dominum, & quanto tempore. Secundus, nūquid ſi vaſallus
non alienat, ſed cadit a poſſeſſione, nunquid tertius poſſeſſor
poſſit feudum pręſcribere. Tertius caſus eſt, nunquid extra
neus poſſidens rem feudalem tanquam propriam bona fide,
an pręſcribat ius directi domini. Ita quod res deſinat eſſe feu-
dalis. Quartus caſus eſt, nunquid requiratur titulus in præ-
ſcriptione feudi, & nunquid poſſit præſcribi cum tit. ſpatio x.
vel xx. annorum, & in hoc vltimo non recitaui. ſ. D. Abb. ſed
infra referam ipſum. Quo ad primum glo. & Bal. in d. c. j. §.
45 j. de capitulis. Corra. dicit ꝙ feudum † alienatum per vaſſallū
poteſt recuperari vſque ad xxx. annos. Idem videtur ſequi Ni
co. de Neapoli. & Iac. de Belui. & D. Ia. de Alua. Idem ibi ſequi
46 tur dicens meliorem teſtem, † non poſſe haberi, quam glo. or
dinariam, vt dicit Bal. in c. j. in fi. de natura ſucceſſionis feu. &
in l. ii. C. quæ ſen. ſine cer. quant. profer. & in l. fi. C. de pęna iu-
di. qui mal. iudi. pro hoc etiam allego Bal. in l. cum non ſolū.
§. neceſſitatem. C. de bo. q̄ liber. vbi dicit non recedas a caratio
idest

ideſt ab opinio.gloſſatoris,& non errabis.& in l.cum hæredi-
tas.C.depoſiti.dicit quod authoritas glo.omnes authoritates
excedit.allegat etiam D.Iaco.c.ſi quis per xxx.annos.ſi de feu.
fuerit cõtro.& c.fi.de feu.dato.in uicem legis commiſſo. & c.
j.§.porro.qualiter olim feudum poterat alienari . ĩ quibus pa
47 tet,† ꝙ poteſt præſcribi feudum contra dominum ſpatio xxx.
annorum,nec illa capitula reperiuntur correcta in caſib.ſuis,
& ſic vides opin.quam videtur hic tenere D.Abba.eſſe com-
munem , ſed dicam cum Cicerone,plus apud me valet vera
ratio,q̃ vulgi opin.vnde ego puto indubitanter eſſe verum,ꝙ
quando feudum eſt alienatum nulla currat præſcriptio con-
tra dominum etiam ſi emptor ſit bonæ fidei , de hoc allego
duos tex.rotundos primum qui fuit s̃.allegatus.ſ.c.j. §.j.de ca-
pitulis Corradi.vbi tex.dicit quod dominus poteſt reuocare
48 †alienationes iniquæ factas nulla obſtante præſcriptione . ad
idem eſt tex.magis expreſſus in c.j.poſt prin.de prohi.feu.alie.
49 per Fed.vbi tex.dicit,ꝙ alienationes† factæ per vaſſallum ſunt
irritæ,& nullæ,& ꝙ poſſunt reuocari nullius temporis impe
diente præſcriptione,quia ꝙ ab initio de iure non valuit tra-
ctu temporis non debet conualeſcere,dicit tamen ꝙ emptor
bonæ fidei habet actionem ad pretium contra venditorem .
no.illum tex.dum dicit,ꝙ nullius temporis impediẽte pręſcri
ptione, & quod ab initio non valuit tractu temporis non cõ-
ualeſcit,quia vniuerſaliter omnis præſcriptio cuiuslibet tem-
poris tollitur,verba enim iſta ſunt vniuerſaliter negatiua quę
excludũt vniuerſaliter omnem pręſcriptionem . facit optime
c.fi.ĩ.eo.& quæ ibi no.Ioan.And.& s̃.eod. vigilanti.in verbo,
antiqua.vbi dum ille tex.dicit nulla antiqua dierum poſſeſſio
iuuat Ioan.And.dicit,quod etiam ſi eſſet tanti temporis,cuiꝰ
initii non eſt memoria,non valeret talis pręſcriptio,& ſic ſen
tit,ꝙ verbum,nulla præſcriptio,hoc importat . pro hoc facit
quod no.gl.in cle.vt hi,qui.in ver.nullo modo,de æta.& qua-
li.qui dicit , ꝙ verba vniuerſaliter negatiua etiam diſpoſitio-
nem excludunt,& pro hoc optime facit, quia in feudis regu-
lariter requiritur pręſcriptio xxx.annnorum. Quid ergo ope
rarentur illa iura , quæ dicunt poſſe alternationem reuocari,
nulla obſtante ipſius præſcriptione,ſi intelliguntur,ꝙ non ſit
excluſa præſcriptio xxx.vel xl.ann. Certe nihil operabuntur .
& iſtam opinionem tenuit Iaco.de Ardizonibus in Summa,
in titu. quibus modis feu. amit. ſub rubricella ſi. idem tenet
ibi Pilleus,idem tenet Andr.de Iſer.in d.c.j.de capitu. Conra.
non obſtant iura ſupra allegata , quæ loquuntur de præſcri-
ptione xxx.anno.quia non loquuntur quando feudũ eſt alie-
natum,ſed loquuntur quando præſcribitur alio modo cõtra
dominum.Putarem tamen , ꝙ ſi dominus ſciuiſſet alienatio-
nem feudi eſſe factam,& recepiſſet ſeruitia ab illo, in quẽ eſt
facta alienatio tanquam a vaſallo,ꝙ tunc interueniente cur-
ſu xxx.ann.iſte pręſcripſiſſet feudum contra dominum, & in
hoc caſu loquitur cap.ſi quis per triginta annos.ſi de feu. fue.
contro.per quod ſic limitarem d.c.j.de proh.feu.alie. per Fed.
50 Quo ad ſecundum caſum,ſcilicet,† an ſi vaſallus nulla in-
teruenĩete alienatione patitur alicuius poſſidere feudum, an
pręſtabatur contra dominum ſpatio triginta annorum,& di
cerem,ꝙ ſic,alio interueniente,ſcilicet, ꝙ ſeruitia ſint præſti
ta dicto tempore ex dicta re,tãquam de re feudali,& hic duo
probat tex.in d.c.ſi quis per triginta annos.ſi de feu. dicunt ta-
men Andręas de Iſer. & do.Iac.ibi,ꝙ ſufficeret ſemel ſeruitiũ
fuiſſe præſtitum, dũmodo poſtea lapſi fuiſſent triginta anni .
Sufficit enim,ꝙ ſemper fuerit paratus obedire,& ſeruire do-
mino tanquam vaſallus,vt in c.licet, ſi de feu.fuer.contro. &
allegant ad hoc c.cum eccleſia,de cauſa poſſ.& prop. vbi pa-
tet,ꝙ ſi quis pręſtitit ſemel vocem in electione, & deinde nõ
vacauit eccleſia,vſque ad xl.annos, per illum vnicum actum
pręſcripſiſſet ius eligendi,& hoc tenet glo. ibi in ver.in tuum
epiſcoporum,quæ incipit,ex hoc videtur.Et ex hoc cõcludo,
51 ꝙ licet † valeat pręſcriptio contra vaſallum , tñ non pręſcri-
bit ius feudi contra dominum,& hoc modo intellige Io.An.
in loco ſupra allegato,dum requirit ſcientiam domini . nam
vltra ſcientiam requiritur receptio ſeruitiorum tanquam a
vaſallo pro re feudi,vt probatur in d.c.ſi quis per triginta an-
nos.& iſta eſt ratio, quia iſte caſtellanus nõ præſcripſit ius feu
di quo ad eccleſiam Romanam,quia ab ea non fuerat reco-
gnitus pro vaſallo,nõ tamen fuiſſet obligatus, papa amplius
reſtituere feudum huic nobili,ex quo paſſus fuerat contra ſe
præſcribi.ideo Papa condemnauit iſtum caſtellanum,nõ ſibi
tanquam ſibi,ſed tanquam eccleſiæ &c.vnde iſte tex.facit pro
opi.Io.An.in loco præall. ſcilicet vt dominus nõ teneatur re-
ſtituere feudum vaſallo,contra quem fuit pręſcriptum,& idẽ
tenet Bal.in c.j.§.pe.de prohi.feu.ali.per Fed.& Pilleus, & do.
Ia.de Alua.in d.c.ſi quis per triginta annos,verſ.quæro ab ex-
tra,ſi de feu.fue.contr.& hoc quo ad ſecundum caſum. Quo
52 ad tertium,ſcilicet vtrum † ſi tertius poſſidet feudum bona fi
de tanquam rem propriam,non tanquam feudalem, an prę

iudicet domino,& in hoc caſu dicerẽ,ꝙ ſi dominus non erat
in poſſeſſione ſeruitiorum quo ad primum vaſallũ , ꝙ abſq;
dubio currat contra eum præſcriptio, ita ꝙ perdat directum
dominium,hoc probatur hic, quia præſcriptio præiudicaſſet
eccleſiæ ſi fuiſſet cõpleta,vnde ſi fuiſſet inferior eccleſia ſuffe
ciſſet pręſcriptio quadraginta annorum,& ſi dominus fuiſſet
laicus,ſuffeciſſet præſcriptio triginta annorum,ar.in c.j.§.por
ro,qualiter olim feu.poterat alienari,& in c.fi. de feudo dato
in vicem legis commiſ.& hoc ſentit Io.An.in addi. Spec.in lo
co præalleg. Si vero vaſallus pręſtitiſſet ſeruitia domino , ac
ſi poſſideret feudum, & in hoc caſu Io.And.videtur velle, ꝙ
non currat præſcriptio contra dominum , quia poſſidet ciui-
liter,ex quo cõtinue exiget ſeruitia a vaſallo, & ignorat aliũ
poſſidere,ego autem credo cõtrarium, & mihi magis placet
opi.do.Abb.qui videtur ſentire,ꝙ currat pręſcriptio,ſecundũ
quod detur reſtitutio , nam ex quo tertius poſſidet dominus
perdit poſſeſſionem eccleſiæ,quã habebat,vt in l.fi.C.de acq.
poſſeſ.& not.glo.in d.c.olim.el j.s̃.de reſti.ſpo, quæ incipit, vt
ſcias,& Spe.in colono dicit,ꝙ pręſcriptio currit contra domi
num ignorantem,ſed datur reſtitutio,& hoc tangit eo.ti. §.j.
ver.ſed pone colonus,& duobus ſequen.& dixi in c.cum non
liceat,in 3.parte glo.magnæ.ſupra eodem. Quo ad quartum
53 caſum D.Abb.in effectu hic tenet , ꝙ ſi vaſallus habeat titu-
lum ſiue non,non pręſcribit feudũ niſi ſpatio triginta anno-
rum Sed in hoc tu aduerte , quia aut tractatur de pręſcriptio-
ne feudi quo ad dominum , & in hac ſi non allegat titulum
poteſt pręſcribi ſpatio xxx.anno.interuenientibus his, quę ſu
pra dixi in ſecundo caſu,ſed ſi allegat ſe habere titulum a do-
mino,vt quia dicat ſe fuiſſe inueſtitũ a domino ſi fuit in poſ-
ſeſſione per annum,& vult iurare ſe inueſtitum,ſtabitur eius
iuramento, & ſic hoc caſu ſufficiat pręſcriptio annalis . & de
hoc eſt tex.in c.ij.in fi.ſi de inueſt.inter do.& vaſal.lis oriatur.
& hoc modo poteſt intelligi c.primum.§.ſimiliter.de contro.
inue. vbi autem non allegaret ſe habuiſſe titulum a dño, ſed
ab alio,ſiue agatur de pręſcribendo contra alium vaſallum ,
ſiue vt ſit vaſallus in re , de qua alius non fuit inueſtitus,indi-
ſtincte requiritur pręſcriptio triginta annorũ, vt in d.c.ſi quis
per triginta annos,& hoc ſentit ibi do.Iac.Ex quo enim non
habuit titulum a domino,non debet poſſe pręſcribere, vt ſit
vaſallus,niſi ſpatio triginta annorũ, quia ille text. indiſtincte
loquitur,vnde puto ꝙ D. Abb.bene dicat in quantum dicit,
ꝙ non ſolum quantum ad dominum , ſed etiam quãtum ad
vaſallum,contra quem pręſcribitur ius feudi, requiritur ſpa-
cium triginta annorum.& pro hoc facit ratio , quia vaſallus
non perdat feudum,niſi pręſcribens acquirat,ſed non acqui-
rit pręſcribens feudum,niſi ſpatio triginta annorum, vt d.c.ſi
54 quis ꝑ triginta annos.†Sed circa hoc dubitatur,quid ſi domi-
minus conceſſit in feudum eandem rem duobus,primo vni,
ſecundo alteri , & ſecundus ignorat alium fuiſſe inueſtitum
de feudo quanto tempore pręſcribit contra vaſallum,qui fuit
primo inueſtitus?ego credo,ꝙ præſcribet ſpatio decem anno
rum inter pręſentes , & viginti inter abſentes . nam iſte caſus
non eſt deciſus lege feudali,vnde ſuccedit regula,quę dicit,ꝙ
vbi caſus non reperitur deciſus lege feudali debemus recurre
55 re † ad ius commune,vt dicit tex.in capit.j.§.j.de feu.cog.vnde
puto in hoc caſu ſeruandum eſſe ius commune.Sed dubium
56 adhuc moueo,cur † tertius poſſidet rem feudalem tanquam
procur. cum tit. & bona fide . quanto tempore præſcribet
directum dominium contra dominum feudi?in hoc dicendũ
ꝙ aut vaſallus alienauit,& tunc nullo tempore pręſcribit cõ
tra dominum , quominus alienationẽ reuocare poſſit , quia
c.j.§.pręterea.de cap.Conra.& c.j.de prohi.feu.alie. per Feder.
indiſtincte dicit,ꝙ dominus poteſt reuocare alienationẽ nul
lius temporis,impediente pręſcriptionẽ.vnde puto,quod etiã
ſi vaſallus vendicat tanquam rem propriam,quod nulla cur
rat præſcriptio contra dominũ,quia illa iura indiſtincte quã-
do feudum eſt alienatum tollunt omnem pręſcriptionem .
Aut vaſallus nõ alienauit,ſed forte poſſeſſionem perdidit,
& tertius vendidit alteri bona fide ementi , & tunc putarem,
quod directum dominium præſcribatur contra dominum ,
ſpacio decem annorum inter pręſentes,& viginti inter abſen
tes , quia cum iſte caſus non ſit in conſtitutione feudali ex-
preſſus , debemus ipſum decidere ſecundum ius commune,
57 & hæc not. ¶Sed quæro iuxta pręd icta, † nunquid vaſallus
poſſit pręſcribere libertatem contra dominum feudi,iſta fuit
quæſtio Vberti de Bobio,vt refert Io.An.in Spe.in rubrica hu
ius tituli.in pen.col.ver.ſine autẽ alia quęſtione, in qua Vber
tus diſtinguebat,quod aut uaſallus tenebat domino dare cer-
tas pręſtationes,puta tenere ęquum pro feudo ſibi conceſſo,
& tunc ſi triginta annis dominus non exegit,pręſcripſit,quia
eſt imputandum domino,quaſi tanto tempore illas non exe
git.Aut erat feudum honorificum,& tunc dicit nil eſſe impu
tandum domino,qui nihil potuit exigere,dicit tamen eſſe di
ſtinguen-

ſtinguendum an infra illud tempus triginta annorum domi
nus habuerit negotia ad quæ vaſalli fuerant vocãdi, & eſt ve-
riſimile, quod hunc vocaſſet ſi vaſallus fuiſſet, vt quando do-
minus vadit ad bellum, & ducit vxorem, & ſimilia, & tunc ſi
aliis euntibus iſte nõ ibit, videtur ius domini interpellaſſe. &
58 poſſet præſcribere libertatem. nam etiã libertas † ſerui, ſi ma-
lafides non obſtat, præſcribitur longo tempore, vt C. de præ-
ſcri. lon. temp. quæ pro libertate. l. j. & ij. Bu. & do. Abb. dicunt
hoc eſſe verum dum mala fides non obſter. Si enim eſſet va-
ſallus ex facto ſuo, non poſſet præſcribere libertatem. Si autẽ
ex facto alieno, poſſet procedere diſtinctio obiecti, quam ſe-
quitur Ioan. And. dicit tamen do. Abb. eſſe aduertendum ne
vitium defuncti obſtet, arg. in l. vitia. C. de acq. poſ. & in l. cum
hæres. ff. de diuer. & temp. præſcri. puta ſi ſucceſſiſſet defuncto
qui eſſet in mala fide. vnde conclude ſaltem de iure canoni-
co, ꝙ ita demum procedit præſcriptio libertatis, dummodo
vaſallus fuit in bona fide. aliter ſecus. & idem dicit But. in em
phyteuta volente præſcribere cõtra directum dominum, de
quo remittit ad glo. & Bar. in l. competit. C. de præſcri. xxx. an.
59 Vltimo oppono, ꝙ contra cenſus præſtationem † non currat
præſcriptio, vt in l. competat, C. de præſcri. xxx. ann. Goff. dicit
ſecus in curſu. Et aduerte inter cenſum, & tributum, & publi
cam functionem. vel penſitationem non eſt differentia. Sed
iſta ſunt ſynonyma, vt not. gl. & Bar. in l. j. ff. de publ. vnde dic
ꝙ aut cẽſus, vel tributum datur principi in ſignum ſupremæ,
poteſtatis, & vniuerſalis dominij, & non poteſt præſcribi, ſi-
cut nec ipſa ſubiectio, vt d. l. competit. Aut debetur alia ra-
tione, & poteſt præſcribi, vt hic, & not. Cy. in d. l. competit. ſi-
cut enim contra alia iura eccleſiæ, vel principis poteſt præſcri
bi, ita etiam cenſus, ex quo ceſſat cauſa prædicta. Et prædi-
60 cta dicit do. Abb. ꝙ † vbi poteſt præſcribi ſubiectio epiſcopi,
vel alterius citra principem, poterit etiam præſcribi cẽſus etiã
ſi præſtaretur in ſignum ſubiectionis, quia ſicut poteſt pręſcri
bi ſubiectio, ita & fortius ſignum ſubiectionis, vt fortius ſit ſi
gnum, quàm ſignatum, ad hoc, quod not. Doct. de cathedrati
co, in c. cum olim. & in c. cum venerabilis, de cenſi. in quibus
vide an remanente ſubiectione poſſit in totũ præſcribi ſubie
ctionis ſignum. Contra Papam vero dicit do. Abb. non poſſe
præſcribi ſupremam poteſtatẽ, ſicut nec contra Deum cui⁹ vi
ces gerit, vt no. Inn. in c. bonę, ij. de poſtu. pręla. & dicetur in c.
ſequen. In caſu autem huius c. cenſus iſte nõ erat debitus pa-
pę in ſignum vniuerſalis dominii, vel ſupremę poteſtatis, ſed
alia cauſa. In glo. vlti. dic, vt in d. c. cum inter canonicos. & in
eo quod dicit, ꝙ aliquis eſt, vt homo, & aliquid tanquam
Deus, vide c. ſi ſacerdos. de off. ord. & iſta ſufficiant.

*S V M M A R I V M.*

1 *Præſcriptio centenaria, deducit tempora ſchiſmatum.*
2 *Princeps ſecularis poteſt facere ſtatutum ſuper rebus eccleſiæ Romanæ.*
3 *Leges ciuiles conceſſerunt eccleſię Romanæ priuilegium centum annorũ.*
4 *Statuto ſtante, quod extantibus maſculis fœminæ excludantur, an clericus excludet fœminam.*
5 *Statuta conceſſa per vniuerſitates, ſcholaribus extenduntur ad clericos.*
6 *Impedimentum ſuperueniens impedit curſum præſcriptionis.*
7 *Papa an pręſcribat aduerſus eccleſias inferiores, ſpatio quadraginta annorum.*
8 *Papa eſt dominus vniuerſaliter, & poteſt pręſcribere in ſpecie.*
9 *Papa vtẽdo plenitudine poteſtatis non pręſcribit nec quærit poſſeſſionem.*
10 *Papa vſus re priuati, eam præſcribet communi ſpatio, quo eccleſia rem priuati præſcribit.*
11 *Papa præſcribit rem eccleſiæ inferioris, ea vſus tanquam ſpectante immediate ad Romanam eccleſiam.*
12 *Statutum determinans quod nulla pręſcriptio currat, an valeat.*
13 *Præſcriptio non currit aduerſus ea, quę ſibi eccleſia ſeruauit in ſignum ſpecialis priuilegii.*
14 *Poſſeſſio non poteſt acquiri in incorporalibus, ſine ſcientia illius qui poſſidet.*
15 *Conſueta concedi legatis, iure legationis, & ex ipſo officio legationis licere videntur.*
16 *Facultas deferendi inſignia pontificalia, nunquid præſcribi poſſit.*
17 *Antiquitas facti qualiter probetur.*
18 *Practica probandi tempus, cuius initii memoria non extat.*
19 *Veriſimile non eſt legem impoſitam ſuper impoſſibili.*
20 *Inſtrumentum fidem etiam poſt annos eccleſiaſticos, & vltra.*
21 *Confeſſio partis de facto antiquiſſimo, de quo confitens non poteſt habere notitiam.*
22 *Poſſeſſio etiam longiſſimi temporis per inſtrumenta poteſt probari.*
23 *Teſtes vt probent centenariam debent habere centum 14. annos.*
24 *Pubes factus poteſt deponere de eo, quod vidit tempore quo erat doli capax.*
25 *Infantiæ proximi qui dicantur, tam mas, quam fœmina.*
26 *Teſtis interrogatus quo tempore vidit, ſi, reſpondeat non recordari, an dictum eius probet.*
27 *Bona hæreticorum qui in uita ignorabãtur eſſe hæretia per catholicos pręſcribuntur bona fide.*
28 *Tempus 40. annorum reſpectu. Romanæ Eccleſiæ an ſufficiat in caſibus in quib. bona deferuntur ſi nondum ſint incorporata.*
29 *Præſcriptio nulla currit in reſeruatis principi.*
30 *Præſcriptio an currit in reſeruatis principi quę in priuilegium ſingulis cõcedi ſolent.*
31 *Bartolus omnium iudicio, cunctos ſcribentes præceſſit æquitate, & Veritate.*
32 *Pręſcriptio 40. annorum requiritur in bonis eccleſiæ incorporatis.*
33 *Tempus quinque annorum ſufficit in pręſcribendis bonis delatis propter Vectigal non ſolutum.*
34 *Præſcriptio quadriennii in rebus filio delatis currit.*

## C A P. XIIII.

CVm nobis. De centenaria pręſcriptione
quę ſolum currit contra Ro
1 manam eccleſiam tempora † ſchiſmatum dedu
cuntur. In prima ponitur deciſa cõſultatio. In ſe-
cunda reſponſio. Tertia ibi, licet. Nota primo
2 ex tex. ꝙ † princeps ſecularis poteſt ſtatutum facere ſuper re-
bus eccleſiæ etiam Romanæ, nam tex. hic dicit, ꝙ fuit legali
diffinitione ſtatutum, vt contra eccleſiam Romanam curre-
ret ſola præſcriptio centum annorum. In contrarium facit c.
eccleſia, de conſti. & 96. di. bene quidem. vbi patet, ꝙ non va-
lent ſtatuta laicorum etiam ad commodum eccleſiarũ, ſed
dic, ꝙ aut laici aliquid ſtatuunt præcipiendo, vel prohibẽdo,
& tunc nõ valent talia ſtatuta etiam ſi ſint vtilia eccleſiis, &
ratio eſt, quia tales ſtatuentes videntur velle exercere iuriſdi-
ctionem ſuper eccleſias, vel ſuper perſonas eccleſiaſticas; &
hoc modo loquitur contrarium. Aut conſtitutio, vel ſtatu
tum non procedit ſtatuendo, vel prohibendo. ſed ſolum pri-
uilegiando eccleſias, vel perſonas eccleſiaſticas, & valet, vn-
3 de † leges ciuiles conceſſerunt hoc priuilegium eccleſiæ Ro
manę, vt non curreret contra eam, niſi pręſcriptio centũ an-
norũ, & aliis eccleſiis, vt non curreret pręſcriptio contra eas,
niſi quadraginta annorum, vt patet in authẽ. quas actiones.
C. de ſacroſan. eccle. & ideo leges ciuiles poterunt hoc priui-
legium concedere eccleſiis inhibendo laicis eis ſubiectis, ne
aliter res eccleſię pręſcriberent, & ideo facias regulam, quod
vbicunque leges, vel ſtatuta ſunt mere priuilegiatiua exten-
duntur ad eccleſias, & ad clericos. Et ex hoc infertur, ꝙ ſi ſta-
4 tutum dicit, ꝙ † extantibus maſculis fœminę non ſuccedant,
ꝙ maſculus clericus excludet fœminam, & hoc tenet But. &
do. Abb. in c. quod clericis. de foro compet. vbi plene de mate
ria, & per D. Abb. in c. eccleſia ſanctę Marię, de conſtitu. vnde
5 omnia † priuilegia, quę ſunt conceſſa per ſtatuta vniuerſita-
tis ſcholaribus extenduntur ad ſcholares clericos, quia talia
ſtatuta ſunt mere priuilegiatiua. Secundo no. ꝙ contra ec-
cleſiam Romanam regulariter non currit pręſcriptio, niſi cẽ
tenaria, dico regulariter, quia quandoque fallit, vt inf. dicam.
6 Vltimo no. ꝙ † impedimentum ſuperueniens poſt inchoa
tam pręſcriptionem impedit curſum pręſcriptionis, & ſic nõ
currit durante impedimento. Sed dormit, & dicit Do. Abb. ꝙ
hoc facit cõtra no. per Bar. in l. ſenatus. ff. de off. præſi. vbi dicit
ꝙ impedimentum ſuperueniẽs poſt inchoatã pręſcriptionẽ,
etiam ſi ſit impedimentum iuris, non impedit curſum pręſcri
ptionis, licet detur reſtitutio, de quo dixi in c. cum non liceat.
§. eo. Sed antequam veniam ad glo. quęro, an papa pręſcri-
7 bat † aduerſus eccleſias inferiores ſpatio quadraginta anno.
& Spec. eo. tit. verſ. illud etiam. finaliter concludit, ꝙ nõ, quia
res eccleſię ſunt ſuę, & ſic non poſſunt amplius effici ſuę, de
fide inſtrumen. inter dilectos. §. cęterum. plus dicit, ꝙ nec con-
tra eum poteſt pręſcribi, quia licet per pręſcriptionem aliud
ius ſibi quærat, in rebus eccleſię papę ſubiectis, ius tamen Pa-
pę remanet ſibi ſaluum, quia ſemper intelligitur excepta au-
ctoritas ſua, de re iud. ſuborta. & de capel. monach o. dilectus.
8 But. autem hic tenet contrarium dicens, † ꝙ Papa eſt do-
minus vniuerſaliter, & quod poteſt pręſcribere in ſpecię, &
dicit, quod credit, quod ſufficiant quadraginta anni, ne ius in
troductum pro eccleſia Romana contra eam retorqueatur,
de regu. iur. quod ob gratiam. lib. 6. id autem Abb. diſtinguit
9 latius, & facias tres concluſiones. Prima eſt, † ſi papa vtitur
plenitudine poteſtatis, & tunc non pręſcribit, nec quęrit poſ-
ſeſſionem, quia pręſcriptio fundatur ſuper bona fide, ſcilicet
quod pręſcribens quęrat rem eſſe ſuam, vel ad ſe pertinere.
xxxiiij. q. ij. ſi virgo. & infra c. fi. Ex quo infertur, quod ſi papa
per maximum tempus viſitaſſet aliquod monaſteriũ epiſco-
po ſubiectum ex plenitudine poteſtatis, quod per hoc non
pręſcriberet contra epiſcopum, quia epiſcopus nõ fuit negli-
gens, nec papa illud fecit cauſa auferendi iuriſdictionem infe

rioris

rioris,dicit tamen do.Abb.quod ſi papa concederet alicui ali
quam rem ex plenitudine poteſtatis, quod ille titulus minus
ſufficiens priuilegiato pręberet cauſam præſcribendi, ar.in c.
cum P.de priui.in vj.& de conſue.cum dilectus.& dicit,quod
in effectu hoc voluit Inn.in c.bonę.ij.de poſtu. pręl. in ij.col.
& Archi.xvj.q.iiij.volumus. Secunda concluſio ſi papa eſt
10 vſus †ſimpliciter re alicuius priuati eam pręſcribit commun
ſpatio,ſicut quando eccleſia pręſcribit rem priuati, de quo di
xi s̃.eo.illud.in 3.glo.& pro hoc Io.An.in reg. qui ad agendũ.
11 lib.vj.in mercu. Tertia cõcluſio,ſi papa †fuit vſus re eccleſię
inferioris tanquam ſpectante immediate ad Romanã eccle-
ſiam eam præſcribit,& idem ſi fuit vſus immediate ſubiectio
ne alicuius eccleſię credens eam immediate pertinere ad Ro
manam eccleſiam.ar.in c.cum perſonæ,de priuil.in vj.Primo
enim illa eccleſia ſuberat papę.vniuerſaliter , nũc autem erit
ſubiecta ſpecialiter,vt in c.ſi papa.de priui.in vj. & ſi uis iſtum
articulum breuius concludere,dic ꝙ papa præſcribit res eccle
ſiarum inferiorum,& priuatorum communi tempore. fallit
quando vtitur plenitudine poteſtatis , quia tunc nõ cenſetur
12 velle præſcribere. But.autem hic tangit,an valeat † ſtatutũ
ꝙ nulla præſcriptio currat eccleſiæ,de quo dicam in c. fi. ĩ.e.
In gl.in ver.centum.diuide ipſum in duas partes, prout dupli
citer opponit.Secunda ibi,ſed videtur.In prima parte glo.dic
ꝙ idem tenet Inn.in c.bonæ,ij.de poſtu.pręla. Sed circa iſta
particularia glo.quærit. D. Abb. q̃d in aliis, quæ ſpectant ad
papam in ſignum ſpecialis prærogatiuæ,ſeu in ſignum priui-
legij ſingula ris,& alleg.glo.no.in capitu.j.in ver.non obſtan
te.de cle.ægro.in vj.quæ per illum tex.dicit, ꝙ contra eccleſiã
Romanam † nõ currit præſcriptio in his, quæ ſibi reſeruauit
in ſignum ſpecialis priuilegij , ſicut nec contra priuilegium
prælationis,ſed D.Abb.allegat in contrarium c. ſuper quibuſ
dam.ĩ.de ver.ſi.vbi patet,ꝙ iura reſeruata imperio, vt ſunt pe
dagia,vectigalia,& ſimilia,poſſunt præſcribi tanto tempore,
cuius initii non eſt memoria,& idem not.Bar. in l.ſi publica-
nus.§.in vectigalibus.ff.de public. & c. quod translationem.
de off.leg.vbi patet ſecũdum eum, ꝙ reſeruata papæ poſſunt
acquiri conſuetudine tanti temporis , dicit tamen , ꝙ in hac
conſuetudine,ſeu præſcriptione requiritur ſcientia papæ . In
14 iſtis incorporalibus † non poteſt acquiri quaſi poſſeſſio ſine
ſcientia illius,qui ea poſſidet,vt in l.ij.C.de ſerui. & aqua. no.
Inn.in præall.c.bonæ.& in c.conquerente.de off. ordin.& in
multis aliis locis.& tenet Bar.in d.§.in vectigalibus.Et ex hoc
dicit,ꝙ dictum c.vnicum debet intelligi de conſuetudine in-
ducta ſine conſcientia papæ, vel quando non eſt tanto tem-
pore præſcripta.Sed tu aduerte,quia d.c.vnicum, loquitur in
cauſis maioribus referendis ad papam,nam non valeret con
ſuetudo,vt alius inferior tales cauſas poſſet definire , quia eſt
de reſeruatis in ſignum ſpecialis priuilegij, nõ obſtat c.ſuper
quibuſdam,de verb.ſig.quia licet loquatur in reſeruatis impe
ratori , non tamen loquitur de reſeruatis in ſignum ſpecialis
priuilegij,c.vero,quod translationem. de off.leg.non probat
illud,quod dicit D.Abb.quia ibi dicitur,quod illa, quę cõſue
15 uerunt concedi † legatis,videntur licere legatis ex ipſo officio
legationis, & ſic quod papa committendo officium legatio-
nis,videatur concedere illa,quæ conſueuit concedere legatis,
etiam ſi ſint de reſeruatis. Conſuetudo enim patrisfa. eſt at
tendenda,vt in l.vel vniuerſorum,ff.de pign.act.& in l.ſemiſ-
ſes.ff.de vſur.vnde ibi non dicitur,ꝙ reſeruata nõ poſſint pręſ-
ſcribi per inferiorem,ſed dicitur, ꝙ papa cenſetur tacite con-
cedere committendo officium legationis ea quæ ſunt cõſue-
ta concedi legatis,& ſic legatus innititur ex tacita conceſſio
ne papę,vnde aduerte, quia quędam ſunt reſeruata principi,
non tamen in ſignum ſpecialis priuilegij,& iſta poſſunt præ-
ſcribi,& hoc modo procedit d.c.ſuper quibuſdam. & quæ di
cit D.Abb. Quædam vero ſunt reſeruata in ſignum ſpecia-
lis priuilegij.& iſta nõ poſſunt præſcribi,& hoc modo loqui-
tur tex.& glo.in d.c.vnico.de cle.ægro.in vj. Nunquid autem
16 poſſit præſcribi facultas † deferendi inſignia pontificalia.D.
Abb.ſe remittit ad c.j.ſupra vt lite penden.& per Io.And.in c.
abbate,de priuil.in vj.In ſecunda parte glo.vides ergo,ꝙ glo.
ponit triplicem practicam probandi.Prima eſt,ꝙ ſufficiat ꝓ-
bare præſcriptionem per tempus,cuius initij non eſt memo-
ria. Secunda eſt, ꝙ teſtes dicant ſe ſemper ſic audiuiſſe a ſuis
maioribus,& ꝙ nemo eſt,quod aliud ſciuerit, vel audiuerit,
17 ſic enim probatur de antiquitate facti,alleg.l.ſi arbiter. ff. de
proba.& l.in ſumma.§.idẽ Labeo.ff.de aqua plu.ar.& de pra-
18 ctica probandi † tempus,cuius initij nõ eſt memoria,vel qua
liter probetur memoria non extare,dic vt in Spec. de proba,
§.j.quaſi per totum.& vide bo.glo.in c.j.in glo.fi.eo.tit. lib.vi.
Tertia practica eſt,vt probetur ſimpliciter præſcriptio centũ
annorũ,& ſic eſt neceſſe vt probetur,directe probare præſcri
ptionem centenariam,nam ſufficit vt ita placuit legislatori,
Sed aduerte , quia per hoc glo. non ſoluit contrarium , non
19 enim eſt veriſimile,ꝙ † lex ſit impoſita ſuper impoſſibili, cũ
lex debeat eſſe honeſta,& poſſibilis,iiij.diſt.erit autem lex. &
in l.i.& ii.ff.de legib.ſed Ioan.And. ſoluit contrarium dicens,
ꝙ licet probare ſit difficile,non tamen eſt impoſſibile, cũ in-
terdum inueniantur teſtes tam antiqui . Item per inſtrumen-
ta poteſt probari poſſeſſio,vt not.s̃.eo.ſi diligenti. vbi Io.An.
ponit vnum modum probandi poſſeſſionem,vel quaſi,nam
ſi volo probare quaſi poſſeſſionem ſubiectionis,potero pro-
bare per inſtrumenta confecta de fidelitate per ducentos an-
20 nos,vel plus,& not.bene iſta verba, ex quibus infero, †ꝙ in-
ſtrumentum facit fidem etiam poſt ducentos annos , de quo
dixi in c.cum cauſam.de proba.Item dicit Io. And. ꝙ poterit
probari præſcriptio centum annorum per confeſſionem par
21 tis aduerſę, & hoc etiam bene no. ꝙ valet confeſſio † partis,
de facto antiquiſſimo, de quo conficiens non poteſt habere
notitiam,vel memoriam , & quòd talis confeſſio pręiudicat
confitenti. & ſubdit Io.Andr.ꝙ licet probatio pręſcriptionis
centum annorum rarò poſſit probari, ſatis tamen eſt , quod
eſt poſſibile eam poſſe probari,& ceſſet contrarium , D.vero
22 Abb.dicit , quod multis modis poteſt probari poſſeſſio † per
inſtrumenta etiam longiſſimi temporis,vt puta, ſi auctorita-
te iudicis, vel de voluntate partis tradentis quis apprehendet
tenutam, de qua apprehenſione fuit rogatus notarius ; nam
per traditionem transfertur poſſeſſio.Inſti.de re.diui.§.per tra
ditionem.& l.traditionibus.C.de pact.& in c.ii.s̃.de conſuetu.
Item poteſt probari poſſeſſio ſi venditor in præſentia rei tra-
didit poſſeſſionem emptori,& notarius ſcripſit in inſtrumen
to,quod venditor,& emptor fuerunt præſentes in fundo , &
quod venditor tradidit , & aſſignauit poſſeſſionem emptori,
tex.eſt not.& ibi per Bar.C.de acq.poſſ.l.ii.& per Bar. in l.præ
dia. ff.eo. tit. Item poteſt probari poſſeſſio per viam conſtitu-
ti,puta,ſi venditor, vel donator conſtituit ſe nomine alterius
poſſidere,vt in l.quod meo,ff.de acq.poſſ.& ibi per Bar. Item
poteſt probari poſſeſſio partim per teſtes , partim per inſtru-
menta cum parere vim habeant.l.in exercendis.C.de fide in-
ſtrumen.& in c.cum Io.Eremita.eo.titu.& de pluribus modis
probandi poſſeſſionẽ.D.Abb ſe remittit ad c.cum veniſſent.
de reſti.ſpo.& ad d.c.ii. de conſuet. Sed aduerte inquantum
23 gl.dicit,quod eſt neceſſe, † quod teſtes habeant centum xiiii.
annos.ad hoc vt poſſint deponere de præſcriptione centum
annorum.Ex hoc videtur ſentire,quod factus pubes non poſ
ſit deponere de eo,quod vidit in pupillari ætate, ſed commu-
24 niter tenetur, † quod factus pubes poſſit deponere de eo , q̃d
vidit tempore quo erat doli capax, de quo vide gl. in l.iii.§.l.
Iulia.ff.de teſti.& per gl.xxxvii.di. relatum. & per Io. An.in c.
ex parte.de corpo.vitia.& in Spe.in ti.de teſte.§.i.verſ.item op-
ponitur,quod eſt impubes.& ver. ſed nunquid factus pubes.
& dixi in c.ii.s̃.de teſti.& dicit Bal. hic, ꝙ teſtis interrogatus,
cuius ętatis erat quando vidit illud quod deponit ſe vidiſſe,ꝙ
debet ad hoc reſpondere,alias non probat, quia forte erat in-
fans,vel infra decimum annum, & dimidium, quando vidit:
vult dicere,ꝙ factus pubes non poteſt teſtificari de his,quæ vi
25 dit in infantia,vel tempore quo erat proximus † infantiæ, nã
maſculus vſque ad decimum annum cum dimidio eſt proxi
mus infantiæ.Mulier uero vſque ad nonum annum cum di-
midio,eſt ꝓxima infantię. Abinde uero ſupra dicitur maſcu-
lus,& fœmina,vel ꝓxima pubertati,& ſic doli capax,de quo
uide glo. in §.pupillus.Inſti. de inuti.ſtipu.& in l. prima, ff. de
nouat. & ſubdit Bal.quòd donec puer equitat ſuper arundi-
nem,& baculum quicquid uidet,ignorat.l.i. C.de falſ.mone.
Sed inquantum Bald.dicit,quod ubi teſtis,qui dicit ſe aliquid
uidiſſe deponat , ſi interrogatur a iudice in qua ętate erat, ꝙ
dictum eius non probat . hoc intellecto quando dicit ſe ante
pubertatem uidiſſe.ſed neſcire in qua ętate fuiſſet: tunc enim
dictum eius redditur incertum , quia neſcitur an potuerit tũc
comprehendere illud , ſuper quo depoſuit . & ſic propter in-
certitudinem non probaret,ar.in c.in pręſentia, de probatio.
26 Vbi † autem teſtis † interrogatus diceret,nõ recordor in qua
ętate eram quando hoc uidi,ſed ſcio me illud uidiſſe,& intel
lexiſſe,quemadmodum depoſui,tunc enim dictum eius pro-
baret,& hoc not.& adde ad ea,quę dixi in c.ii.de teſtib.Extra
gl.oppono contra tex.nam uidetur,quod ſufficiat minor prę
ſcriptio,quam centenaria contra Eccleſiam Romanam , ut
27 in c.ii.§.i.eo.ti.in vi.vbi dicitur,ꝙ †bona hæreticorũ qui igno
rabantur in vita,quod eſſent hęretici,pręſcribũtur per catho-
licos bona fide , illa poſſidentes etiam contra Romanam ec-
cleſiam ſpatio quadraginta annorum . Sol .ibi ponitur caſus
ſpecialis,vt colligitur ibi ex tex.& glo.& dicit D.Abb. quod ꝑ
illum tex.confunditur opi.Bar.in l.ii.C.de apoſta. Vbi per il-
lum tex.dicit,quod inquiſitores hęreticę prauitatis non poſ-
ſunt inquirere poſt quinquennium a tempore mortis, ad effe
ctum confiſcandorum bonorum. poſtea dicit D. Abb. quod
Bar.debet intelligi quatenus bona veniunt confiſcanda fiſco

iudicis

iudicis ſecularis,& hoc alleg.bo.tex.in ſimili.C.de vect. & cō
miſſ.l.ii.vbi tex.no.dicit,ꝙ in bonis delatis fiſco propter vecti
gal non ſolutum, præſcribitur ſpatio quinque annorum, &
hoc tenet Bar.in l.commiſſa.ff.de publi. ſed quando bona ve
niunt confiſcanda fiſco eccleſiæ,tunc habet locum d.cap.ii.
Et ex hoc D.Abb.infert vnum ſingulare dictum,ꝙ licet in iu
ribus fiſci, ſeu principis ſecularis fiat diſtinctio in cauſa præ-
ſcriptionis inter bona fiſco incorporata,& non incorporata,
vt infra latius dicetur,tamen reſpectu eccleſiæ nō videtur fie-
ri differentia,ſed ſemper præſcriptio eſt vniformis;requiritur
enim tempus quadraginta annorum,vt patet in d.c.ii. quate-
nus loquitur de aliis eccleſiis citra eccleſiam Romanam, ſed
quatenus loquitur de eccleſia Romana,eſt differentia ſaltem
quo ad illum caſum, quia in incorporatis requiritur curſus
centum annorum,vt hic,in delatis vero ſufficit tempus qua-
draginta annorum,ſicut in aliis eccleſiis. Sed poteſt dubita
ri,nunquid ſit falſum in aliis caſibus,in quibus bona deferun
28 tur, † ſi nondum ſunt incorporata, ſufficiat tempus quadra-
ginta annorum reſpectu eccleſię Romanæ? & dicit Do.Abb.
ꝙ non,per illum tex.qui ponit tex.ſpecialē.Sed tu dic,ꝙ hoc
clare probatur in prin.illius c.vbi dicitur,ꝙ ſi aliqui ſunt bo-
nis quę tenent,vel a Romana eccleſia,vel ab aliis priuati pro
delictis per ſententiam, vel ipſo iure,in eis apprehendendis,
vel occupandis,non currit præſcriptio niſi centenaria,& cō-
tra inferiores eccleſias quadragenaria, & ſic ille tex.loquitur
de bonis non incorporatis,& tamen vult quod non currat p̄
ſcriptio niſi centenaria contra Romanā eccleſiam. Et ex his
D.Abb.infert qualiter præſcribatur contra fiſcum eccleſiaſti-
cum,vel ſecularem,ſiue bona ſint incorporata, ſiue non, &
tamen concludit poſt Bart.in l. in omnibus. ff.de diuer. & tē.
præſcri.& in l.ii.C.de apoſt.& in l.commiſſa.ff.de publi.Facias
tres caſus,primus eſt quādo quæritur, an in bonis,ſeu iuribus
reſeruatis principi in ſignum ſubiectionis,vt eſt tributum,ſeu
29 cenſus,& in illis nullo tempore currit † præſcriptio.l.compe-
riit.C.de præſcri.xxx. anno. idem dicit & fortius ſi vellet præ-
bere,vt non eſſet ſubiectus principi, vt in c.cum non liceat.
ſ̄.eo.& in c per venerabilem,qui filii ſint legiti. Secundus ca
30 ſus eſt,quando †iura ſunt reſeruata principi,& in ſignum pri
uilegij ſingularis conceditur,vt eſt legitimare ſpurios, creare
tabelliones,exigere vectigalia,& pedagia,& ſimilia,& in iſtis
dicit D.Abb.ꝙ currit præſcriptio, ſed requiritur ſentētia prin
cipis,& tm̄ tp̄s cuius initii memoria non exiſtat,vt eſt tex.no.
in c.ſuper quibuſdam.de verb.ſign.& tenet Inn.in c.cum P.ta
bellio.de fide inſtrumen.& Bar.in l.ſi publicanis.§.in vectiga-
libus.ff.de publi.& in l.j.ff.de aqua plu.arc.& in l.cunctos po-
pulos.C.de ſumma Trin.& fi.ego tamen dicerem,vt ſupra di
xi in prima parte glo.ꝙ aut talia iura ſunt reſeruata principi,
non tamen in ſignum ſpecialis priuilegii,& tunc procedit il-
lud quod dicit D.Abb. Aut reſeruata ſunt principi in ſignū
ſpecialis priuilegii,& tunc procedit illud, quod dicit D.Abb.
tex.& glo.in c.j.de cler.ægrot.in vj. Tertius caſus eſt, quan-
do ſunt bona,& iura quæ poſſunt poſſideri per alios, & tunc
ſi ſunt incorporata,tunc requirit præſcriptio quadraginta an
norum,vt d.l.comperit.C.de præſcri.xxx.anno. & hoc modo
procedit glo.ſi vero non ſint incorporata,& tunc aut ſunt de
lata in fiſcum propter vectigal non ſolutum, & ſufficit tēpus
decem annorum,vt in l.ii.C de vecti.& commiſ.idem ſi ſunt
delata ex crimine hæreſis,vt in l.ii.C.de apoſta.Aut ſunt dela
ta propter aliam cauſam,& tunc ſi ſunt nunciata fiſco,& tūc
præſcribuntur ſpacio iiij.ann.vt in l.quatuor.ff.de diuer.& tē.
pręſcri.& in l.i.§.diuus.ff.de iure fiſci.Aut non ſunt nunciata,
& tunc ſi poſſidentur cum titulo, & pręſcribuntur ſpacio de-
cem annorum inter præſentes,& viginti inter abſentes, vt in
l.quamuis.ff.de iuſti.& iure. Aut poſſidentur ſine titulo, &
tunc requiritur ſpatium indiſtincte viginti ann. vt eſt tex.in l.
in omnibus,prȩallegata.& de iſta materia etiam tangit Cyn.
& alii Doct.in l.j.C.de quadri.præſcrip.ſed D.Abb. dicit,quod
31 ſufficit recitare Bar. † qui omnium iudicio cunctos ſcribētes
præceſſit æquitate & veritate.& vt iſtum tertium caſum faci-
lius memoriæ mandes,facias tres regulas. Prima ſit regula,
32 ꝙ in bonis incorporatis requiritur †præſcriptio quadraginta
ann.Secunda ſit regula,Si bona non incorporata delata ſunt
33 propter vectigal non ſolutum, † & ſufficit tempus quinque
annorum,vt in l.ii.C.de vecti.& commiſſ.idem ſi ſunt delata
ex crimine hæreſis,vt in l.ii.C.de apoſt. Tertia ſit regula, Si
bona ſunt delata fiſco propter aliam cauſam,ſi ſunt delata fi
34 ſco pręſcribuntur † ſpacio quatuor annorū,vt in l.intra qua-
tuor.ff.de diuer.& temp.præſcr.& in l.ij.§.diuus. ff. de iure fiſ.
Si non ſunt nunciata fiſco cum titulo pręſcribuntur ſpatio
decem ann.inter præſentes,& viginti inter abſentes, ſine titu-
lo vero indiſtincte requiritur tempus viginti ann. & hæc pro
cedunt quo ad fiſcum ſecularem. ſecus quo ad fiſcum eccle-
ſiaſticum,quia dato,ꝙ bona non ſint incorporata, non præ-
ſcribuntur contra eccleſiam Romanam, niſi ſpatio centum ann.contra aliam vero eccleſiam ſpatio quadraginta annorum,vt probatur in c.ii.in princ.eo.ti.lib.vj. & pro hoc facit, quia contra eccleſiam Romanam nulla currit prȩſcriptio minor centum ann. Contra vero eccleſiam inferiorem regulariter nulla currit minor quadraginta annorum,vt in ca. de quarta.& in capit.ad aures.ſ̄.eo.Fallit in crimine hȩreſis, in quo etiam contra Romanam eccleſiam currit prȩſcriptio quadraginta annorum,quando hȩreticus putabatur catholicus dum viueret,vt in c.ii.§.i.eod.ti. in vj. & ex hoc infert,ꝙ ſi clericus eſt condemnatus de crimine,& bona eius ſunt confiſcata in fiſcum eccleſię,ꝙ de iure poteſt fieri,vt dicit glo.not. in c.quia diuerſitatem.in glo.antepen.de conceſ. prȩb. ꝙ non currit prȩſcriptio ad illa bona occupanda, vel apprehendenda,quod not. Et ex his patet, quod glo.in c.cum non liceat, ſ̄.eo.male dixit,ꝙ res fiſci nō poteſt prȩſcribi,& ſi ſunt incorporatæ ſpatio quadraginta annorum, vt eſt text. in dicta lege, comperit. Et hæc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Tempus vacationis eccleſiæ ſubdiuiditur de præſcriptione.*
2 *Lex diȩceſana generaliter ſumpta comprehendit legem iuriſdictionis.*
3 *Verba libelli ſunt late interpretanda in fauorem libellantis.*
4 *Sententia eſt ſtricti iuris.*
5 *Lex vna aliam comprehendit in materia fauorabili.*
6 *Reus poteſt ſe defendere & priuilegio, & præſcriptione ſimul.*
7 *Probationibus pluribus deductis ea prius probanda eſt,quȩ leuior & facilior eſt in probando.*
8 *Probatio inſtrumenti dubia non releuat,niſi aliter certificetur.*
9 *Probatio plena & liquida fit ex conuentione duarum ſcripturarum.*
10 *Singula ſi non proſunt multa iuuant.*
11 *Eccleſiæ ſeculares quo pacto ſubeſſe abbati poſſint.*
12 *Vacatio eccleſiæ impedit contractam præſcriptionem currere.*
13 *Inferior poteſt præſcribere cognitionem cauſarum matrimonialium.*
14 *Inſtitutio,etiam auctorizabilis poteſt præſcribi per inferiorem.*
15 *Prælatus poteſt prȩſcribere certam partem diȩceſis etiam cum excluſione epiſcopi ab exercitio iuriſdictionis illius loci.*
16 *Exercens iuriſdictionem in alio loco vniuerſaliter uidetur illam præſcribere,excluſiue non accumulatiue.*
17 *Interruptio facta in certis articulis, non extenditur vniuerſaliter ad alios.*
18 *Præſcribitur ſolum tantum quantum poſſidetur.*
19 *Interruptio facta poſt impletam præſcriptionem non lædit.*
20 *Notitia rei alienæ ſuperueniens præſcriptioni completæ, an lædat conſcientiam.*
21 *Interruptio præſcriptionis qualiter fiat in iuribus incorporalibus.*
22 *Abbas præſcribit contra omnes non vtentes per annos quadraginta iura excommunicandi, & viſitandi, & alia.*
23 *Epiſcopus videns alium exercere iura epiſcopalia,nec parochianos puniuit poſſeſſionem deſerere videtur.*
24 *Præſcripſit accumulatiue ad epiſcopum,quando epiſcopus etiam vtendo paſſus eſt alium illis vti.*
25 *Præſcriptio interrumpitur vnico actu quando epiſcopus utitur ſatiſdatione ſua in ſubditum obedientem.*
26 *Exercitium iuriſdictionis factum per epiſcopum quando interrumpat præſcriptionem.*
27 *Quaſi poſſeſſio non acquiritur in iuribus incorporalibus ſine patientia.*
28 *Epiſcopus quando ſpoliatur poſſeſſione incorporalium.*
29 *Teſtes approbantes & epiſcopum, & abbatem exercuiſſe iuriſdictionem, pro qua parte probent.*
30 *Teſtes epiſcopi reliquis paribus præferuntur.*
31 *Teſtes deponentes conſona iuri communi dicuntur deponere veroſimiliora.*
32 *Epiſcopus habet præſumptionem iuris communis pro ſe,quando impoſſibile ſit, cum abbate inſolidum eadem iura poſſediſſe.*
33 *Teſtes abbatis præualere cenſentur, quando dicūt illum exercuiſſe omnia iura,cum illi epiſcopi dicant exercuiſſe tantum iura in certo loco.*
34 *Probatio facta in ſpecie per duos teſtes præualet probationi vniuerſali factæ in genere per plures.*
35 *Examinator prudenter facit,ſi de ſingulis articulis iuris epiſcopalis ſigillatim,teſtes abbatis interroget.*
36 *Præſcriptio vnica an ſufficiat ſi epiſcopus recipit ſolutionem denariorum Sancti Petri,ſi iſti denarii ſingulis annis ſoluebantur.*
37 *Obligatio in diem non recipit præſcriptionem,niſi a tempore exiſtentis obligationis.*
38 *Agere contra poſſidentes permittitur.*
39 *Domini ſicut intereſt non amittere ſubditos, ita ſubditorum intereſt non mutare dominum.*
40 *Dominus non poteſt alienare feudum ſine conſenſu vaſalli.*
41 *Sententia lata contra vnum ex duobus hæredibus debitoris, alteri non nocet.*
42 *Sententia lata inter ſubditos non præiudicat domino.*

*43 Solus*

43 *Solus qui poteſt vendere, poterit etiam ſolus in iudicio experiri.*
44 *Feudum non comprehenditur ſub generali bonorum venditione.*
45 *Nullus poteſt in ſe ius, vel ſeruitutem habere.*
46 *Subditus ſine præiudicio prioris domini poteſt ſe alteri obligare, & beneficium acceptare.*
47 *Vaſallus poteſt ab alio feudum accipere, ſine præiudicio domini, & ille ſe obligare.*
48 *Abbas nunquid poſſit præſcribere eccleſias epiſcopo ſubiectas.*
49 *Ordinis epiſcopalis quæ ſunt, non poſſunt præſcribi per inferiorem.*
50 *Iuriſdictionis quæ ſunt, poſſunt præſcribi.*
51 *Titulus incertus vel putatiuus ſufficit quando præſcriptio eſt contra ius commune.*
52 *Propoſitiones contrarias proponens intelligitur eas proponere ſub diſiunctione, vt ſi vnum non probet, aliud probet.*
53 *Iure communi ſublato an intelligatur ſublata ſtatutum, vel conſuetudo idem diſponentia.*
54 *Articuli quando formantur, debent interſignia rei cõtinere, vt poſſint probare intentionem.*
55 *Conductor equi non tenetur ſi equus moriatur morte naturali.*
56 *Probans præſcriptionem non debet ſe arctare ſolum ad tempus neceſſariũ præſcriptioni.*
57 *Probatio denunciationis non ſufficit ad operandam deſtructionem rei, ſed quod poſt denunciationem ædificatum fuerit.*
58 *Locus probari, & exprimi debet, quando factum non eſt punibile æque vbique.*
59 *Actor debet clare probare intentionem ſuam.*
60 *Actus præſumitur factus in tempore quo licet, in delictis.*
61 *Emptio in dubio præſumitur præceſſiſſe litem.*
62 *Petens occaſione mutui, mutuum eſſe factum, probare debet.*
63 *Exceptio dubia in delictis iuuat.*
64 *Confeſſio non releuat confitentem vbi præſumptio eſt contra eum.*
65 *Confitens non debet ex præſumptione licet vehementi condemnari.*
66 *Præſumptio violenta in ciuilibus ſufficit ad condemnandum.*
67 *Exceptio eſt clare probanda, alias condemnabitur excipiens.*
68 *Reus non effugit condemnationem licet dubiam reddat probationem actoris, niſi fidem faciat de ſua exceptione.*
69 *Articuli debent fieri ſuper his, in quibus exercita fuit iuriſdictio, per poſſeſſorem.*
70 *Prælatus qui permiſit præſcriptionem currere, tenetur de ſuo ſatisfacere eccleſiæ.*
71 *Reſtitutio in præſcriptione fit ſolius temporis impedimenti.*

## CAP. XV.

1 AVditis. De præſcriptione † ſubducitur tem
pus quo vacauit eccleſia cõtra quã
præſcribitur. hoc dicit ſecundum Io. And. vel ſic
ſecundum D. Abb. Prælatus inferior poteſt præ-
ſcribere in certis eccleſiis diœceſis totum ius epi-
ſcopale, ſubducitur tamen de præſcriptione tempus quo vaca
uit eccleſia cathedralis, hoc dicit. In prima ponit proceſſum,
& conductionem negotii. In ſecunda deciſe narrat reſtitutio
nem ab vtraque parte petitam, & conceſſam. In tertia com-
mittit probationes recipiendas ſuper reſtitutione, & cauſam
diffiniẽdam. Secunda ibi, & infra. Tertia ibi, quo circa. In tex.
ibi, prorſus exemptas, ſupple & præſcriptas, vt ſequitur. Itẽ ibi,
ſuper præmiſſa libertate, ſcilicet ab exactione iurium regaliũ
ſecundum Innocen. vel ſecundum Hoſtien. loquitur de liber
tate exceptionis, & vterq; intellectus eſt bonus iudicio meo,
nam tex. poteſt intelligi, ꝙ papa mandauit inſpici priuilegia
iſtorum regum, quæ abbas aſſeruit ſe habere ſuper præmiſſa
libertate, nam poteſt intelligi de libertate conceſſa per ipſos
reges, & iſte intellectus magis conuenit literæ. Secundo mo-
do poteſt intelligi, ꝙ papa mandauit inſpici priuilegia iſtorũ
regum ſuper præmiſſa libertate, id eſt ad declarandam liberta
tem conceſſam per papam, quia per priuilegia iſtorum regũ
dicebatur poſſe declarari, quę loca erãt exempta per papam.
Sed intellectus Inno. magis conuenit literę. Item ibi, ꝙ ſi ab-
bas in hac probatione &c. Iſte abbas fuit admiſſus ad hanc
probationem beneficio reſtitutionis in integrum poſt cõclu-
ſionem in cauſa, vt patet in c. auditis. de reſtitu. in integ. Item
ibi audiatis. probationes, ad hoc etiã fuit admiſſus epiſcopus
beneficio reſtitutionis in integrum, vt patet in d. c. auditis. Itẽ
in fi. ibi, in ceteris, ſcilicet, quòd quorum interruptione non
2 apparuit. Nota primo, iuncta glo. j. ꝙ lex † diœceſana gene-
raliter ſumpta comprehendit legem iuriſdictionis, & hoc pa-
tet hic, quia petebat epiſcopus in iſtis eccleſiis ius epiſcopale,
vt patet in ſequẽtibus. Ius autem epiſcopale cõſiſtit in vtraq;
lege, & præcipue in l. iuriſdictionis, cum ab illa etiam mona-
ſteria non ſint exempta, vt plene not. in c. dilectus. de off. ordi,
& x. q. i. in ſumma. & in c. i. de ſta. mon. Capitur autem hic ita
3 large tum propter ſubiectam materiam, tum quia † verba li-
belli ſunt late interpretanda in fauorem libellantis, vt in l. ſi
quis intentione ambigua, ff. de iudi. & in c. cum eccleſia Sutri
na, de cau. poſſ. & prop. & eſt bonus textus iuncta glo. in c. cõ-
ſtitutus. de re. do. dicit tamen D. Abb. ſecus eſſe, ſi hoc verbum
proferetur in materia ſtricta, quia tunc lex diœceſana non cõ
prehenderet legem iuriſdictionis, ſed deberet intelligi in ſpe-
cie ſua, & hoc probatur in d. c. dilectus. quia ibi verbum diœ-
4 ceſana fuit prolatum in † ſententia, quę eſt ſtricti iuris, vt in l.
vnica, C. ſi plures vna ſenten. faer. condem. & not. Bart. in l. ſi
expreſſim in l. ii. ff. de appel. quod dicit D. Abb. eſſe notan.
Et ex his tradit regulam, ꝙ in materia fauorabili, vel indif
5 ferenti † vna l. comprehendit aliam, ſecus in odioſis. Secun-
6 do no. ꝙ † reus poteſt ſe defendere ſimul ex priuilegio, & præ
ſcriptione, concordat c. cum perſonæ, de priuile. in vj. de quo
vide bo. glo. in reg. nullus pluribus, in vj. & quod not. ĩ. eo. ve
7 niens. Tertio no. ꝙ † pluribus defenſionibus allegatis, quo-
rum quælibet per ſe eſt ſufficiens ad intentionem proponen-
tis, recipienda eſt prius probatio ſuper illa, quę poteſt leuius
& facilius probari, nam papa mandauit hic recipi prius pro-
bationes ſuper priuilegio, & in defectũ ſuper præſcriptione.
ſimile in c. ſi forte, de elect. in vj. nam ſi per illa priuilegia ap-
parebit exemptio, non eſt plus inſtandum in probatione præ
ſcriptionis, & interruptionis cum ſatis ſit monaſterium per
priuilegium probaſſe exemptionem, vnde papa non mandat
recipi probationes ſuper præſcriptione, niſi defecerint in pro
batione exemptionis per priuilegium, vt patet in verbo, ꝙ ſi
8 abbas. Quarto no. ꝙ probatio † inſtrumenti dubia non re-
leuat, niſi aliter certificetur, & iſtum tex. multum not. hic Bal.
inquantum probat, ꝙ priuilegium papę declaratur per priui-
legia regum, & ſic vnum priuilegium declarat Archidia. Ex
9 quo infert, ꝙ ex conuentione duarum † ſcripturarum fit ple
na & liquida probatio. & infert ad quęſtionem ſtatuti diſpo-
nentis, ꝙ inſtrumenta liquida mandẽtur executioni. Modo
pone producitur inſtrumentum dotis, quod eſt cõditionale,
quia habet in ſe tacitam cõditionem, ſi matrimonium ſequa
tur, vt in l. ſtipulationem, & in l. tali ff. de iure do. Tãdem pro
ducitur inſtrumentum cõtracti matrimonii. Et ex hoc dicit
Bal. ꝙ executio debet fieri, quia ex coniunctione vtriuſque
inſtrumenta reſultat liquida probatio, quia quę non proſunt
10 ſingula † multa iuuant, ſ̄. de proba. cum cauſam. cum ſimili.
11 Quinto no. duos modos, quibus † eccleſię ſeculares poſſunt
pleno iure ſubeſſe abbati, ſcilicet per priuilegiũ Romani Põ-
tificis, & per præſcriptionem, & dicuntur ſubiectę pleno iure
quando epiſcopus nullum ius epiſcopale in illis exercet, ſed
vtraque lege, ſcilicet iuriſdictionis, & diœceſanæ ſubiiciũtur
abbati, vt no. in c. quoniam. infra de priuil. Ex quo dicit ſin
gulariter no. ꝙ totum ius epiſcopale in certis eccleſiis poteſt
præſcribi per inferiorem, de quo tamẽ dicetur latius ſuper ter-
tia glo. Sexto no. ibi, intra quadraginta annos ſedes epiſco-
12 palis vacauit, † ꝙ vacatio eccleſiæ impedit contra eam præ-
ſcriptionem currere, & facit eam dormire, ſiue interueniat
ante præſcriptionem inchoatam, vt ſ̄. eo. c. j. ſiue poſt eam in-
choatam, pendente curſu præſcriptionis, & facit ad ea, quæ di
xi ſupra eo. cum non liceat. & c. præcedenti. Septimo no. ꝙ
cognitio cauſarum matrimonialium poteſt præſcribi per in-
feriorem prælatum etiam regularem, Abbás enim hic præſcri
pſiſſet, niſi interruptio obtinuiſſet, cuius contrarium, & mi-
13 nus bene tenuit Hoſti. in c. literas. de reſti. ſpol. & ꝙ † inferior
poſſit præſcribere cognitionem cauſarum matrimonialium
probatur etiam in c. accedentibus. iuncta glo. ſi. de exceſ. præ-
la. & in c. i. iuncta glo. iiii. de cõſan. & affi. & hoc tenet Ioan.
And. in d. c. literas. & in d. c. accedentibus. Ex quo infert dom.
14 Abb. ꝙ † inſtitutio etiam auctorizabilis poteſt præſcribi per
inferiorem prælatum. licet Hoſtien. hic, & in c. cũ ſatis. de off.
archi. dixerit contrarium ſed dicit D. Abb. ꝙ locutus fuit con
tra iſtum tex. quia ſub cura iſtarum eccleſiarum erat tota val
les de veſcam. hĩc eſt, ꝙ etiam abbas præſcripſerat iuriſdictio
nem epiſcopalẽ reſpectu populi, vt patet in cognitione cau-
ſarum matrimonialium, circa quam fuit facta interruptio,
& ſic abbas acquiſiuit plenum ius epiſcopale in iſtis eccleſiis,
& in tota illa valle præter quàm in exceptuatis hic, in quibus
facta fuit interruptio per epiſcopum, in totum ergo exceptis
illis, in quibus facta fuit interruptio, competebat ius epiſco-
pale huic abbati, & per conſequens etiam auctorizabilis in-
ſtitutio reſpectu curæ populi, & ſubdit iſtum tex. eſſe not. ſin-
gulariter, quia nemo ad hoc eum ponderauit, & dicit, ꝙ iſtã
opin. ſcilicet, ꝙ auctorizabilis inſtitutio poſſit præſcribi, ſentit
hic Inn. & clarius ĩ. e. cum olim. vbi dicit D. Abb. eſſe tex. non
cauillando literam, & dicit, ꝙ hoc tenet glo. in c. cum venera
bilis, de cenſi. & Pau. in cle. j. de exceſ. præl. & in cle. ne in agro.
§. cæterum. de ſta. regula. facit quod not. Io. An. poſt Archi. in
c. cum epiſcopus. de offi. ord. in vj. & Archi. xvj. q. ij. in ſumma.
& Do. de Ro. deci. cclxvi. Octauo no. ꝙ inferior prælatus
15 † poteſt præſcribere certam partem diœceſ. cum territorio ex-
cludendo

cludēdo prorſus epiſcopū ab illo loco & ab exercitio iuriſdi-
ctionis epiſcopalis,& dicit D. Abb. ꝙ alibi non ita bene pro-
batur,cuius contrarium,& minus bene tenuit Hoſt.in c.cum
contingat,de fo.compe.ſed contrarium, ſcilicet,ꝙ poſſit præ-
ſcribere,tenet Archi.& Io.An.in c.cum epiſcopus.de offi. or.
in vj.de quo D.Abb.ſe remittit ad ea, quæ plene ſcripſit in d.
c.cum contingat. Nono no.ſecundum D.Abb.aliud ſingula
16 re ex hoc tex.ſcilicet, ꝙ † exercens in alio loco iuriſdictionē
vniuerſaliter videtur illam præſcribere excludendo epm̄ ad
quem pertinebat de iure cōi, & ſic non vr̄ velle præſcribere
accumulatiue,vt ſic in exercitio concurrat cum epo, licet gl.
& quidā alij ſentiant ꝯrium in c.paſtoralis.in prin.de off.ord.
ſed hic eſt tex.prorſus.In contrarium ſm̄ eum qui hic non di
citur,ꝙ epiſcopus aliquando fuerit prohibitus exercere iura
epiſcopalia.ſed abbas exercendo præſcripſit contra epiſcopū
negligentem,& imponitur ſilētium epiſcopo,& abbati adiu
dicatur ius epiſcopale ad idem ī.eo.cum olim. facit quod no.
Inn.in c.ij.de cap.mon.Sed tu dic,ꝙ iſte tex. non probat illud
quod dicit D.Abb.quia ratione tituli priuilegiorū apparebat
ꝙ iſte abbas illa loca,tāquam exempta ab epiſcopo,& ſic ap
parebat ex priuilegiis, ꝙ preſcripſerat excluſiue, non autem
accumulatiue.de hoc tamen dic,vt dixi in d.c.paſtoralis. De-
17 cimo nota ex fi.literæ,ꝙ interruptio † facta in certis articulis
alio poſſidente iuriſdictionem,vniuerſaliter non operatur ef
fectum ſuum reſpectu vniuerſalis iuriſdictionis,ſed ſolum re
ſpectu articulorum,in quibus facta fuit interruptio.ſimile in
poſſidente,ſeu exercēte iuriſdictionem in certis articulis alio
poſſidente vniuerſaliter,quia poſſeſſio non extendit ad alios
18 articulos,†ſed tantum præſcribitur,quantū poſſidetur,vt pro
batur ī.eo.cum olim.vbi eſt bo.tex.& in c.cum contingat.de
deci.no.per Inn.in d.c.ij.de cap.mo.Sed tu legiſta vide Bar.in
l.iij.in fi.prin.ff.de acq.poſ.& in l.j.§.ſi quis in hoc interdicto.
ff.de iti.act.pri.& vide But.qui iſtum articulū plene examinat
in repe c.fi.in vj.de ca.poſ.& prop.vbi per quatuor col.exami
nat iſtum articulum.Vltimo no.in verſ.ſi tamē.ꝙ interruptio
19 † facta poſt impletam præſcriptionem non habet lędere ius
quæſitum ex præſcriptione, & ſic oportet ad hoc,vt interru-
ptio valeat,ꝙ fiat intra tempus præſcriptionis, ex quo infert
D.Abb.ꝙ præſcriptio,ſeu conſuetudo iam completa non tol
litur,licet ſemel,vel bis fiat contrarium,& hoc tenet Spe.e.ti.
§.j.ver.quid ſi poſt completam.idem no.Io.An. in c.fi.de con
ſue.requiritur enim ad tollendam præſcriptionem, vel con-
ſuetudinem contraria præſcriptio,vel conſuetudo, facit ca-
pi.j.de re.iur. Dicit etiā D.Abb.iſtum tex.eſſe not.ꝙ etiam re
ligioſi poſſint ſe tueri, licet ex poſtfacto conſtet titulum, qui
dedit cauſam præſcribendi, non ſufficere ad ius transferendi,
ſimile in c.cum dilectus.de conſue.& iſte tex. optime facit ad
20 ea,quæ dixi ſ.eo.vigilanti,ſcilicet ꝙ ſi notitia † rei alienæ per
ueniat poſt completam præſcriptionem nō teneatur præſcri
bens in foro conſcientiæ rem reſtituere,de quo dic vt ibi dixi.
21 Antequam veniam ad gl.quæro,†qualiter fiat interruptio
præſcriptionis in iurib. incorporalibus,quod tetigi ſ.eo.illud
tamen,quia Inn.hic aliqua dicit,quæ reprobātur per D.Abb.
ipſum recitabo iterum,dicit enim Inn.ꝙ interruptio fit eodē
modo in iuribus incorporalibus,ſicut in rebus corporalibus,
ſcilicet per litis conteſtationem,& aliis modis,de quibus dixi
in d. c.illud. & dicit ꝙ etiam fit in his ſpecialis interruptio, ſi
epiſcopus ſaltem vna vice fuiſſet vſus his iuribus ante com-
pletam præſcriptionem abbatis,ar.C.de preſcri.xxx.ann. l.cū
notiſſimi,idem dicit, ſi epiſcopus per violētiam prohibuiſſet
abbatem volentem exercere iuriſdictionem quam preſcribe
bat,ita ꝙ timore epiſcopi dimiſerit illam exercere,quia cum
poſſeſſio perdatur ſolo animo multo fortius interrumpitur,
ff.de acq.poſſ.l.iij.§.in amittenda.& l.quemadmodū.nam de-
iectus videtur qui non vtitur,quia ſuſpicatur ſe poſſe repelli.
c.ſi id quod.§.fi.ff.de acq. poſ. & hoc vltimum dictum placet
D.Abb.& ipſum tenet Bar.in l.naturaliter.ff.de vſuc. Sed cō-
tra præcedens dictum,ſcilicet,inquātum Inn.voluit,ꝙ epiſco
pus exercendo,& vtendo illis iuribus vna vice ante completā
præſcriptionem videatur præſcriptionem interrumpere, op-
ponit ipſe Innoc.nam licet epiſcopus exercuerit epiſcopalia
iura non minus potuit abbas illa exercere, cum viſitatio ex-
communicatio,& ſimilia poſſint eſſe apud plures inſolidum,
ſicut ſunt apud archipresbyterum, archidiaconum,& epiſco
pum,qui in proprios ſubditos exercent prędicta, vt infra cap.
proximo.de offi.ordi.c.j.de offic.archidiaco.cap.ij. & iij.& de
offi.archid.cum ſatis.& c.fin. ſic & abbas poterit iura exerce-
re,licet epiſcopus vſus fuerit, quia per hoc non preſcribitur
ius epiſcopi,ſed præſcribitur ius ſibi conſimile. Sed Innocen.
reſpondet,ꝙ immo abbas preſcribit contra ſingulos,& con-
22 tra omnes. †nam quicunque fuerit ille,qui habet ius excom-
municandi,vel viſitandi,vel quodcunque aliud ius,ſiue ſit ar
chiepiſcopus,ſiue epiſcopus, ſiue quicunque alius, qui iure
viſitationis,vel excommunicationis, vel alio iure non fuerit
vſus quadraginta annis,& abbas,vel quicunque in dignitate
eccleſiaſtica fuerit conſtitutus per idem tempus illud ius exer
cuerit,præſcribit illud contra omnes,& ſingulos,ad quos per
tinebat.ſecus,ſi aliquo prędictorum modorum fuerit interru
pta pręſcriptio,quia tunc non proficiet deinceps præſcriptio,
vt hic,& ī.eo.cum olim.Sed D.Abb.tenet cōtrarium dicens,
ꝙ nec hic,nec in d.c.cum olim. probatur, ꝙ epiſcopus inter-
rumpat præſcriptionem,exercendo per ſe iuriſdictionem,ſo
lum enim hic fit mentio de interruptione, ſed non dicitur
qualiter facta fuit interruptio,& dicit, ꝙ dictum Innoc. non
eſt verum,& quod ſenſit contrarium in c.olim.iij. de reſtitu.
23 ſpol.in prin.vbi dicit,ꝙ † ſi epiſcopus vidit alium exercere iu-
ra epiſcopalia,& populum ſibi obedire,& eius ſententias ob
ſeruare,& paſſus eſt in tantum,ꝙ parochianos alteri obediē
tes non puniuit,nec excommunicauit, videtur eſſe puſillani
mis animo, & poſſeſſionem ſuam deſeruiſſe, & ſic in alium
eſt translata.argumen.ff.ſi ſerui.vendi.& ſi forte.§.j. Sed ſi epi
ſcopus non eſt paſſus ſuum populum ſeruare ſententias alte-
rius epiſcopi,vel prelati,puta, quia vel ī tēporali puniuit pa-
rochianos, qui ſeruabāt ſententias aliorum, vel ſaltem eos
excommunicauit, vel alio modo proceſſit contra eos, ita ꝙ
bene appareat quod poſſeſſionem non dimiſit, non perdit
poſſeſſionem, licet non poſſit facere,quod ſubditi ſententias
alterius non ſeruauerint, quia poſſeſſio non amittitur ſine
animo,iſte autem nullo modo videtur habere animum poſ-
ſeſſionem amittendi, & idem dicit Innocen. ſi aliter contra
parochianos huiuſmodi proceſſiſſet,puta,mulctando,vel bo
na eorum amputando. Et ex his infert D.Abb.quod epiſco-
pus non impedit,nec interrumpit poſſeſſionem iura illa exer
cendo,ſed oportet,quod prohibeat illum qui præſcribit,exer
cere,vel ſubditos illi obedire, vel alium actum exercere, per
quem interrumpatur præſcriptio, facit optime ſecundum D.
Abb. l.vt perfectius.C.de anna.except.& xvj.quæſtio.iij.§.po-
teſt. vbi ponitur modus interrumpendi præſcriptionem, nec
numeratur prędictus modus.& dicit quod Barto. in l.natura-
ter.ff.de vſuca.poſuit dicta Innocen.hic,ſed omiſit hunc mo
dum,qa forte ſibi non placuit.Præterea ſm̄ eū,ſi hoc dictum
Inn.eſſet verum,ſequeretur,ꝙ nunquā quis p̄ſcriberet iuriſdi
ctionem accumulatiue ad epm̄,vt ambo exerceant, vt ſit lo
cus p̄uentioni,cuius ꝯrium tenet gl.& clarius Io.And.in c.pa
ſtoralis.de offi.ordina. vn̄ concludit, qđ aut ſolus præſcribēs
fuit vſus illis iurib.& tunc videtur præſcripſiſſe excluſo epo,
vt hic,& tenet Innocen.in d.ca.olim. Aut etiam epiſcopus
24 fuerit vſus,& tunc præſcripſit † accumulatiue ad epiſcopum,
epiſcopus enim patiendo alium vti, videtur conſenſiſſe, vt
ambo vtantur,& ſic intelligit no.in d.c.paſtoralis.& pro hoc
facit totus titu.de offi. archid. nam pro maiori parte illa quæ
ponuntur in illo titulo ſpectant ad archidiaconum de con-
ſuetudine,& tamē epiſcopus illa poteſt exercere, & dicit hęc
notanda,quia per alios non ſunt declarata. Sed tu aduerte,
quia Io.An.& Bu. tranſeunt cum his, quæ dicit hic Innocen.
& meo iudicio hic eſt caſus contra opi. D.Abb. hic enim di-
citur,ꝙ epiſcopus interrupit pręſcriptionem,quia recipit pro
curationem,& ſolutionem denariorum Sancti Petri,& quia
cognouit de cauſis matrimonialibus,& quia ſuſpendit capel
lanos, & interdixit capellas, vnde quilibet iſtorum actuum
eſt interruptiuus præſcriptus, nec hic dicitur,quod epiſcopus
prohibuerit abbatem illa exercere,vel quod interdixerit cle-
ricis,& capellanis ne obedirent abbati, nō obſtat illud quod
dicit Innocen.in d.capit.olim, quia ibi loquitur quando epi-
ſcopus non eſt aliter vſus iuriſdictione,niſi quod puniuit ſub
ditos obedientes alteri,nam tunc etiam ſi ſubditi ſibi non pa
reant,retinent iuriſdictionem animo, & per conſequens nō
currit contra eum preſcriptio,Innocen.autem hic loquitur,
quando epiſcopus vtitur iuriſdictione ſua in ſubditum obe-
25 dientem, † & tunc etiam per vnicum actum interrumpitur
pręſcriptio,licet non prohibuerit ſubdito obedire præſcriben
ti,& hic eſt tex.pro opi. Inno.quia ſolum vſum requirit,non
autem requirit, ꝙ interdicatur ſubditis ne obediant præſcri-
benti,vnde facias tres concluſiones. Prima ſit concluſio, ſi
ſolus præſcribens fuit vſus iuriſdictione,epiſcopus autem in-
fra tempus præſcriptionis nullum actum iuriſdictionis exer-
cuit, videtur prężcripta iuriſdictio excluſo epiſcopo, & hoc
ſentit Inn.in d.c.olim.de reſtitut.ſpolia. Secunda concluſio,
26 ſi apparet † ex titulo præſcribentis,quod præſcribebat iuriſdi
ctionem excluſo epiſcopo per ſolum exercitium iuriſdictio-
nis factum ab epiſcopo interrumpitur præſcriptio, etiam ſi
nō prohibeat preſcribentem vti iuriſdictione.caſus eſt hic. &
ſufficit vnicus actus,vt dicit Inn.cum quo tranſeunt Io.An.&
Bu.facit quod no.Bar.in l.naturaliter.ff.de vſuc.in vlti.col.vbi
vult, quod per vnicum actum interrūpatur præſcript. in illis
iuribus incorporalibus.Tertia concluſio ſi ex titulo, vel alio

modo non apparet præſcribentem præſcribere excluſo epi-
ſcopo, iuriſdictionis vſus epiſcopi non interrumpit preſcri-
ptionem, quia intelligit præſcribere accumulatiue, & non ex
cluſiue, ſi tamen epiſcopus impediret præſcribentem vti iu-
riſdictione, vel præciperet ſubditis ne obedirent præſcriben-
ti, eos mulctando, vel excommunicando, vel aliter cõtra eos
procedendo interrumperetur pſcriptio, licet preſcribens ac-
cumulatiue vellet præſcribere, imo etiam ſi ſubditi non obe-
dirent epiſcopo, adhuc interrumperetur pſcriptio, quia ꝑ hoc
apparet, ꝙ animo retinet iuriſdictionem, ſeu poſſeſſionem iu
riſdictionis. ar. eorum, quæ no. Inn. in d.c. cum olim, quod ta-
men intelligo, niſi epiſcopus fuiſſet negligens tanto tempore,
ꝙ perdidiſſet poſſeſſionem animo, iuxta ea, quæ habẽtur per
Dyn. in regula, ſine poſſeſſione, & per Bar. in l. ſi de eo. §. j. ff. de
acqui. poſſeſſ. & per But. & per D. Abb. in c. cum veniſſent. de
reſti. ſpol. tunc enim non ſufficeret mulctare ſubditos, vel cõ
27 tra eos procedere, niſi de facto ſibi oſtenderent, quia † non
acquiritur quaſi poſſeſſio in iſtis iuribus incorporalibus, niſi
interueniente patientia illius in quem exercetur iuriſdictio,
vt in l. iij. §. dare. ff. de vſufru. cum ſimi. & ſic limita Inn. in d.c.
olim. & hic. Ego tamen dubito, an illud dictum Inno. in d.c.
olim. ſit verum. quia poſſeſſio in iuribus incorporalibus, non
durat, niſi quatenus præſtatur patientia, vt in d.l. iij. §. dare. ff.
de vſufr. & in l. ij. C. de ſerui. & aqua. & in l. corruptionem, cũ
ibi not. C. de vſufruc. Vnde ex quo ſubditi non obſtante excõ
municatione, vel pœna interpoſita eis per epiſcopum obe-
diunt alteri, & cenſuras, & ſententias epiſcopi vilipendunt,
28 † ſpoliatur poſſeſſione, facit optime c. cum eccleſia. de cauſa
poſſeſ. & proprie. & c. fi. de iudi. & D. Abb. in d.c. olim. repro-
bat Inno. licet hic cum eius dicto tranſeat, & per hoc videtur
concludendum, ꝙ niſi ſubditi obediant cenſuris, & ſenten-
tiis epiſcopi, ꝙ per tales ſententias non interrumpat præſcri-
ptionem, imo ꝙ plus eſt perdat poſſeſſionem, ſi quam habet,
ex quo non poteſt inducere ſubditos ad ſibi parendum. Se-
29 cundo quæro, quid † ſi teſtes epiſcopi dicũt, ꝙ epiſcopus exer
cuit iura epiſcopalia, & teſtes abbatis dicunt, ꝙ ipſe exercuit?
Innoc. hic diſtinguit: ex qua diſtinctione facias tres caſus. Pri-
mus eſt, quando teſtes epiſcopi, & teſtes abbatis ſuper eiſdem
articulis deponunt, verbi gratia, quia teſtes abbatis dicunt ip-
ſum exercuiſſe eadem iura, ſeu eaſdem iuriſdictiones, quas
dicunt teſtes epiſcopi epiſcopum exercuiſſe. & hoc caſu dicit
30 Inno. ꝙ † data paritate in aliis præferuntur teſtes epiſcopi, qui
concordant iuri communi. & ſic deponunt veriſimiliora, vt
in c. licet enim. ver. ex præmiſſis. ſ. de proba. & nota bene iſtud
31 dictum Inno. Ex quo habes, † ꝙ teſtes deponentes ea quæ
ſunt conſona iuri communi, debent deponere veriſimiliora
quam illi qui deponunt ſuper iure ſingulari, quod eſt contra
ius commune, puta, ſuper præſcriptione, priuilegio, vel con-
ſuetudine, quæ eſſent contra ius commune. & de hoc dixi ſ.
eo. de teſti. in noſtra. Bu. autem hic dicit, ꝙ dictum Inn. perdit
vbi teſtes ſunt pares, vel teſtes abbatis modicum excedunt te-
ſtes epiſcopi, ſecus dicit ſi tanta eſſet numeroſitas, & dignitas
teſtium abbatis, ꝙ præferri debeant veriſimilitudini, quod
arbitrio iudicis relinquit, dom. autem Abb. dicit, ꝙ hoc ſibi
non placet, quia poſſibile eſt, ꝙ vtriuſque teſtes verum dicãt,
vnde diſtinguit ſaluando dictum Innocen. quod aut epiſco-
pus, & abbas dicunt ſe poſſediſſe illa iura inſolidum, & tunc
32 cum ſit impoſſibile, ꝙ illa eadem iura † poſſiderent inſoli-
dum, ſententiandum eſt pro epiſcopo, quia habet preſum-
ptionem iuris communis pro ſe, & iſte proprie eſt caſus in d.
c. licet cauſam. ver. ex premiſſis. ſ. de probation. Aut abbas
dicit, ꝙ poſſedit, & exercuit illa iura epiſcopo non excluſo,
ſed concurrente in exercitio, ita quod locus eſt præuentioni,
& tunc ſententiabitur pro vtroque cum vtrunque ſit poſſibi
le, arg. de teſti. cum tu. & eorum quæ notantur in c. paſtora-
de cau. poſſ. & proprie facit optime quod not. Bar. in l. ſi duo,
ff. vti poſſ. vbi dicit, ꝙ ſi duo poſſident æqualiter eandem rem
adiudicanda eſt vtrique, de quo dixi in dicto c. licet cauſam.
Tu autem dic, ꝙ Inno. hic loquitur quando teſtes abbatis
dicunt ipſum poſſediſſe inſolidum, ſed limitatio do. Abbatis
eſt vera, quia vbi ſimpliciter teſtes abbatis dicerent abbatem
exercuiſſe omnia iura epiſcopalia, & ſimiliter teſtes epiſcopi,
quia teſtes debent concordari iuxta not. in d.c. cum tu, de te-
ſti. ſcilicet, ꝙ vterque exercuerit iuriſdictionem, & per conſe-
quens, ꝙ ſit præſcripta iuriſdictio accumulatiue. Secundus
33 caſus eſt, quando teſtes abbatis generaliter † dicunt abbatem
exercuiſſe omnia iura epiſcopalia, teſtes vero epiſcopi dicũt
ipſum exercuiſſe iura epiſcopalia in certa eccleſia ſita in diœ
ce. non tamen dicunt, ꝙ omnia exercuerit, & tunc preualent
teſtes abbatis, quia teſtes epiſcopi non concludunt, verificarẽ
tur enim eorum dicta in duobus, vel tribus iuribus epiſcopa
libus, vnde cum depoſitio eorum ſit incerta, non releuat, vt
in c. in præſentia. ſ. de prob. Secundus caſus eſt, quando teſtes
abbatis deponunt vniuerſaliter ſuper omni iure epiſcopali.
Teſtes vero epiſcopi ſuper aliquibus iuribus in ſpecie depo-
nunt, & tunc dicit Inn. ꝙ ſuper illis articulis in ſpecie præua
let probatio epiſcopi facta per duos teſtes, licet teſtes abbatis
deponentes ſuper vniuerſali ſint numero plures, & Butr. aſſi-
gnat rationem, quia probatio vniuerſalis ſatagit negatiuam,
vt in c. cum eccleſia Sutrina. de cau. poſſ. & prop. vnde potuit
plus falli, quam depoſitio ſpecialis determinata in ſpecie, re-
ſpectu vnius articuli, vel certorũ articulorum, poſſibile enim
eſt teſtes abbatis plura vidiſſe exercitia, & non vidiſſe oppoſi
tum exercitium epiſcopi, ꝙ vnico momento potuit fieri. &
34 nota bene illud, ex quo habes, ꝙ † probatio facta in ſpecie ꝑ
duos teſtes, preualet probationi vniuerſali factę in genere per
plures teſtes, quia probatio vniuerſalis quo ad articulos, ſeu
ſpecies conſequentes magis poteſt falli, quam probatio facta
in ſpecie, & tene menti hæc dicta Inn. quæ quotidie allegant,
& Doct. communiter ipſa ſequuntur, & etiam Io. An. & But.
& D. Abb. ſequuntur hic dicta Inn. dicit tamen Inn. ꝙ prudẽ-
35 ter † facit examinator ſi de ſingulis articulis iuris epiſcopalis
ſigillatim interroget teſtes abbatis, quia tunc non proderit p-
ſcriptio abbatis, niſi in capitulis probatis, vt hic in fi. & j. eod.
cum olim. ſed dicit Hoſt. ꝙ hæc debet eſſe cautela aduocati
epiſcopi contra quem teſtes producuntur, ar. in c. ij. de teſti. in
vj. Sed tu dic, ꝙ vterque dicit verum, quia & aduocatus illius
contra quem ſunt producta capitula ſuper preſcriptione iu-
ris epiſcopalis, debet petere, ꝙ teſtes interrogentur ſuper ſin-
gulis capitulis iuriſdictionis epiſcopalis, & multum operabit
hæc petitio, q̄a ſi examinator hoc nõ faceret teſtes de nouo
eſſent repetendi, & interrogandi ſuper articulis iuriſdictionis
epiſcopalis, de hoc eſt tex. in c. per tuas, ſ. de teſt. Si tamen hoc
non peteret examinator, prudenter facit, ſi interrogat ſigilla-
tim ſuper ſingulis articulis iuris epiſcopalis, tamen ſi hoc di-
mitteret, non poſſet pars contra quam ſunt producti teſtes,
petere vt teſtes repetãtur, & de nouo interrogẽtur, ſup ſingu-
lis capitulis iuris epiſcopalis, quia eſt imputandum ei, q̄a hoc
nõ petiit antequam examinaretur, vt d.c. per tuas. & hoc mo-
do intellige Inn. & Hoſt. quod no. Tertio quero, quia tex. di-
cit, ꝙ epiſcopus recipit ſolutionem denariorum Sãcti Petri,
36 quid ſi iſti denarij † ſingulis annis ſoluebãtur, an ſufficiat vna
preſcriptio, an vero tot requirantur preſcriptiones, quot ſunt
Anni? Io. An. hic in ver. ſolutionem, mouet queſtionem, & di
cit, ꝙ videtur tex. in l. cum notiſſimi. §. in his. C. de præſcr. xxx.
an. ꝙ requirãtur tot præſcriptiones, quot ſunt anni. Sed in cõ
trarium videtur tex. in l. ſi Stichum aut Pamphilum. §. j. ff. de
ver. ob. & in l. Senatus. §. fi. ff. de do. cau. mor. in quibus probat̃
ꝙ ſtipulatio de aliquo preſtãdo ſingulis annis eſt vnica, ergo
ſi eſt vna, vnam obligationem inducit, & vna preſcriptione
debet tolli, & hoc vltimum tenet Gof. & Io. An. dicunt tamẽ
ſecus eſſe in legatis annuis, quia tot ſunt legata, quot ſunt an
ni, & per conſequens ſunt neceſſarię tot preſcriptiones, quot
ſunt anni, vt in l. vſusfructus alternis annis. ff. qui. mo. vſusfru.
amit. & de hoc remittit Io. An. ad plura no. in Spe. de loca. §.
nunc aliqua. ver. xlj. de hoc etiã tangit Io. An. in reg. plus ſem
per. in mercu. Vltramon. vero in d.l. cum notiſſimi, tenent, ꝙ
tam in legatis, quam in ſtipulationib. requirantur tot preſcri-
ptiones, quot ſunt anni. Sed gl. iuris ciuilis communiter tenẽt
hic Gof. & Io. And. & Bar. in d.l. cum notiſſimi. & in d.l. ſi Sti-
chum. §. ſtipulatio. ff. de ver. obl. ſuſtentat opi. gloſſarũ dicens,
ꝙ vbi eſt ſita obligatio de præſenti, licet executio ſit dilata in
diem, incipit vniformiter præſcriptio cõtra debitum annuũ,
vbi autem non eſt orta obligatio de preſenti, ſed oritur quo-
libet anno, vt patet in legato annuo, & tunc procedit contra
37 ria opi. quia cum obligatio ſit in diem, † nõ currit preſcriptio
niſi a tempore exiſtentis obligationis, & ſic intelligit d.l. cum
notiſſimi. §. in his. Et ex hoc dicit Bar. ꝙ ſi poneremus in lega
to, ꝙ obligatio eſſet nata. Sed executio eſſet dilata in diem,
ſufficeret vnica præſcriptio, & ſic idem eſſet in legatis, ꝙ in ſti
pulationib. & alleg. l. cum ſine præſcriptione. ff. quan. di. le. ce.
& D. Abb. ponit exemplum ſic, Teſtator dixit, lego mille ne-
poti meo, & volo ꝙ tradantur ſibi decem ſingulis annis, ſolũ
enim hoc caſu eſt delata exactio. ar. in l. ex his. ff. quã. di le. c.c.
& pro opi. Bar. D. Abb. alleg. c. de quarta, ſ. eo. vbi patet, ꝙ vni
ca præſcriptione, tollitur quarta decimarum debita epiſco-
po, quæ communiter ſoluitur quolibet anno, quia obligatio
eſt orta de preſenti, licet exactio ſit illata ad tempus debitum,
ad idem allego tex. ſ. eo. ad aures. & c. j. eo. ti. in vj. opi. tamen
Vltramontanorum ſequitur Bu. in c. peruenit. j. de cenſ. & dũ
eſſem Romę vidi conſultum pro hac opi. & requiſitus de ſub
ſcriptione nolui ſubſcribere, quia cõis opi. tenet opin. gloſſa-
rũ, & Bar. & Io. An. & ad Bal. in c. j. §. ex ea lege, de lege Conra.
vbi facit differentiã inter legatũ annuũ, & legatũ alimẽtorũ,
dicẽsꝙ in legato annuo requiruntur tot preſcriptiones, quot
ſunt anni. in legato vero alimentorũ ſufficit vnica pſcriptio,
quaſi

quaſi velit dicere, quod legatum alimentorum ſit vnicum
legatum,licet præſtatio alimentorum fiat ſingulis annis, &
eſſet notabile dictū ſi eſſet verum, de quo me vlterius nō ex-
tendo,ſed remitto ad Legiſtas in locis præallegatis. In glo.ij.
hæc glo.in effectu dicit,ꝙ aut agitur de ſubiectione, & tunc
non eſt agendum contra illos,qui poſſidentur,ſed contra il-
lum,qui poſſidet eos,tanquam ſibi ſubiectos. Aut agitur de
facto ſubiecti, vel rectoris, qui dicitur occupaſſe eccleſiam,
& petitur inde remoueri,& tunc conueniendus eſt ipſe ſubie
ctus,& hoc modo ſecundum glo.loquitur c. per querelam,
de electio. Aut agitur de aliis iuribus,puta, quia petitur cen
ſus,vel procuratio a capellanis, & tunc ipſi capellani conue-
niēdi ſunt,quia eorum principaliter intereſt,& illius qui poſ-
ſidet ſubiectionem,& hæc eſt mens huius gl. ſecundum do-
mi.Abb.Vincen.vero,& Tancr.& etiam Inno.& communi-
ter Doctor.dicunt, quod poteſt agi de ſubiectione,& contra
illum,qui detinet ſubditos,& contra ſubditos, qui non obe-
diunt, quia qua ratione faciunt, quo minus actor poſſideat
dum ei non obediunt,eadem ratione poſſidere videntur iu-
ra,quæ actor petit,vt dicitur in confeſſoria.l.prima.in princ.
ff.ſi vſusfru.petatur.ff.ſi ſeruitus vendic.l.ſicuti.§.ſed ſi quæri-
38 tur.& l.ſi quis diuturno.in fi. Conſtat autem, † quod con-
tra poſſidentes recte agitur,vt hic, & patet in eo quod loqui-
tur,& notatur in cap.examinata.de iudi. & ſic patet eſſe con
tra communem opinionem,quod etiam contra ſubditos,&
contra dominum poteſt agi de quæſtione ſubiectionis, ſed
poſſet glo.ſuſtineri eam intelligendo, quod ſubiecti non refe
runt quæſtionem ſubiectionis, nec curant an ſint ſubiecti
agenti, vel illi qui eſt in poſſeſſione ſubiectionis, tunc enim
eſt agendum contra poſſidentes,non contra eós, dictum au-
tem Vinc.Tanc.& Innoc.& Doct.debet intelligi quando ſub
diti reſiſtunt actori,nec volunt ei obedire, tunc enim poteſt
agi contra vtrunque,dicunt etiam Vinc.& Tanc.ꝙ ſententia
lata contra vnum non facit alteri præiudicium,hoc eſt,quod
ſi feratur contra ſubditos, quod non præiudicat poſſidenti
ſubiectionem, & e conuerſo, ſi feratur contra poſſidentem
ſubiectionem non præiudicat ſubditis. Sed Phili. hoc intel-
ligit niſi his q dicit eos ſibi ſubiectos, ſciuerit cauſam agi,&
tacuerit, vt in c.quamuis.infra titulo proximo. Innocen. ve-
ro multa hic inculcat,vltimate dicit, quòd defenſio pertinet
39 æqualiter ad vtrunque,quia † ſicut intereſt domini non per-
dere ſubditos.ita etiam intereſt ſubiectorum non mutare do
minum,& de hoc eſt text. in c.imperialem. §.præterea duca-
tos. de prohibi.feud. alie. per Federic. & in capitul.primo,§.
40 ex eadem lege,de lege Conradi.In quibus dicitur,quod † do-
minus non poteſt alienare feudum ſine conſenſu vaſalli, ne
vel vaſallus compellatur habere dominum quem nolit, vel
quem habere non expediat.fac.t optime cap.fin.de maior.&
obed. vbi citantur prælati inferiores, cum agitur de iure pri-
matiæ,quaſi eorum interſit nō habere nouum ſuperiorem,
dicit tamen Innoc. quod ſententia lata contra vnum ex præ-
dictis non præiudicat alteri ignoranti,ſed ſcienti ſic. & ſic In-
nocen. ſequitur in hoc opin.Phil. Sed D. Abb. reprobat,
quia ſi comperit æqualiter defenſio vtrique ſententia lata cō
tra vnum non debet præiudicare alteri etiam ſcienti, vt pro-
batur in l.ſæpe.ff.de re iudic.& in c. quamuis. eodem titulo.
Illa enim iura dicunt,quod ſententia lata contra eum cui ſe
cundo loco competebat defenſio præiudicat ei,cui primo lo
co competebat defenſio,quia eſt imputandum ſcienti, & ta-
centi, videtur enim litigaſſe de ſuo conſenſu, ex quo potuit
eum remouere a iudicio,& non remouit, nam ſuper hac ra-
tione fundantur illa iura.ſed quando defenſio pertinet ſimul
ad vtrunque,ceſſat hæc ratio cum non ſit,quid imputetur ta
centi,cum non potuiſſet remouere vocatum in iudicio, cui
principaliter, ſicut ſibi competebat defenſio, vnde propter
par intereſſe negocium agitatum cum vno reſpectu alterius
non debet nocere alteri, quia res inter alios acta alteri non
41 prȩiudicat,& hoc probatur in d.l.ſæpe.vbi dicitur,ꝙ † ſi ſen-
tentia fertur contra alterum ex duobus hȩredibus debitoris,
ſententia nō nocet alteri etiam ſcienti cauſam agi. probatur
etiam in fine illius legis, quȩ prȩciſe ſe fundat in iſta ratione,
quòd vbi non poteſt remouere litigantem a iudicio, ſenten-
tia non prȩiudicat ſibi etiam ſcienti cauſam agi. D.autē Ab.
dicit in terminis de hoc eſſe caſum in c.cum ſuper. in fi.de re
iud.vbi probatur,ꝙ ſententia lata contra ſubditum ſub ſubie
ctione non prȩiudicat ſuperiori, qui dicit ſibi ſubditum. &
D.Abb.ibi late examinat iſtum articulum. Tu autem dic,ꝙ
c.cum ſuper.non dicit, ꝙ ille, qui allegat eum ſibi ſubditum
42 ſciuerit cauſam agi,ſed indiſtincte dicit,ꝙ ſententia † lata in-
ter ſubditos non prȩiudicat domino,vnde prȩd.l.ſȩpe.melius
probat,& dicit D.Abb.ꝙ ſic intelligendo poteſt ſaluari dictū
Vinc. & Tanc. qui indiſtincte dicunt,ꝙ ſententia lata contra
vnum ex ipſis non præiudicat alteri,dicit tamen Inn.ꝙ com
poſitio vel tranſactio facta ab vno non prȩiudicat alteri etiā
ſcienti,ar.eorum quȩ not.in c.contingit. de tranſa. & dicit D.
Abb.hoc eſſe bene not.ſcilicet, ꝙ ſi ſuperior componit, vel
tranſigit ſuper ſubiectione,non prȩiudicat ſubiectis ſcientib.
& tacentibus, & idem econuerſo. Ex hoc ſequitur ſecun-
dum Bu.ꝙ decret.quamuis,de re iud.& l.ſȩpe.ff.eo.ti. non ha
bet locum in aliis remediis litis deciſoriis,quod dicit eſſe no-
tandum,& dicit D.Abb.ſupradicta procedere reſpectu ſupe-
rioritatis eccleſiȩ,in ſȩcularibus autem in comitatibus,duca-
tibus,& ſimilibus,dicit,ꝙ vendi non poſſunt,cum ſint publi-
ci iuris,niſi conſuetudo aliud habeat,quo caſu poterunt ven
di ad libitum,non obſtante contradictione ſubditorum,vt in
c.j.§.ex eadem.de lege Conradi. & ibi etiam hoc no.Bald. &
dicit etiam D.Abb.ꝙ hoc caſu poterit dominus ſolus ſubie-
ctionē deducere in iudicio,cum per tranſactionem, & com-
poſitionem poſſit præiudicare ſubditis etiam ignorantibus.
43 nam qui poteſt † ſolus vendere, poteſt etiam in iudicio ex
periri.l.ait prȩtor ff.de iure deliber.vnde dicit Do.Abb.ꝙ vbi
dominus poteſt cum vniuerſitate transferre feudum in aliū,
poteſt etiam in iudicio experiri ſine conſenſu vaſallorum, vt
d.§.ex eadem.vnde dicit,ꝙ vbi eſt conſuetudo,ꝙ ſolus domi
nus poſſit alienare ſine conſenſu vaſallorum, eodem modo
poterit ſolus agere, & iudicium prȩiudicabit vaſallis etiam
ignorantibus. Aduerte tamen, ꝙ in venditione generali
44 † bonorum nō venit feudum,niſi nominatim ſit expreſſum,
vt eſt tex.in c.generali.ſi de feu.fuer.contr.& in c.j.de capitan.
qui curi.vendi. Sed aduerte, quia Inno. hic circa ordinem
agendi diſtinguit,dicit enim,ꝙ aliquādo quis poſſidet aliqua
iura,puta,aliquis eſt in poſſeſſione,ꝙ non teneatur ire ad cō
cilium,vel ꝙ poſſit ordinari, & benedici a quo epiſcopo ma-
luerit,& ſimilia,vt ī.eo.veniens. Aliquando non poſſidet ali
qua iura,ſed tantum in eo poſſidentur ab alio,ſicut monaſte
rium,de quo hic agitur. dicebat enim ſe habere,& poſſidere
quȩdam iura in quibuſdam eccleſiis,quȩ tamen eccleſiȩ non
45 poſſidebant,nec poſſidere poterant illa iura in ſe ipſis, † quia
nullus poteſt in ſe ius,vel ſeruitutem habere.l.j. ff.ſi vſusfr.pe.
& dicit Inn.ꝙ hoc vltimo caſu poteſt agi contra vtrunq;. ſci-
licet contra detinentē,& contra ſubditos.ꝙ poſſit agere con
tra detinentem probatur hic,& in c.inter quatuor, de ma. &
obe. Quod autem poſſit agere contra ſubditos probatur in
c.cum inter.& in c.cum ſuper.de re iudic. & ī.c.proxi.facit c.
cum dilecta.de confir.vti.vel inuti.dicit etiam Inn.ꝙ ſi agitur
contra detinentem ſubditi poſſeſſi admittuntur ad defenden
dam litem,& ad aſſiſtendum defendenti,& ad appellandum,
vt not.in d.c.cum ſuper. & hoc membrum ſatis placet Ioan.
And.& etiam Bu.& dicit D.Abb. ꝙ credit hoc eſſe veriſſimū
per ea,quȩ ſupra dixi,& etiam ſupra dixi,ꝙ eſt cōmunis opi.
ꝙ poſſit agi de ſubiectione tam contra detinētem, quam cō-
tra ſubditum.In primo autem membro, ſcilicet quādo quis
poſſidet aliqua iura,non autem poſſidentur in eo nō poteſt
prȩlatus talis actoris,vel rei conuenire,vel conueniri,nec aſſi
ſtere conuenienti,vel conuento,nec appellare cum eius non
interſit.ij.q.vj.non ſolet. Quid enim intereſt epiſcopi diȩce-
ſani,ſi clericus ſuus vadat ad cōcilium,vel ſynodum alterius
epiſcopi, dummodo ſibi nihil detrahatur, vel ab eo aliquid
petatur,quod diœceſanus non contendit ſuum,vel ſibi debi-
tū,nec ad ſe teneri? & dicit, ꝙ etiam ſi poſſet agi de hoc alia
via eſſet agendum,vt no.ī.de appel.dilectas.Sed Hoſt.dicit,ꝙ
non poteſt concipere verba Inn.& dicit ſe non videre quali-
ter poſſit eſſe,ꝙ ſubditus meus teneatur ire ad ſynodum alte-
rius, vel poſſit ab alio benedici, vel ordinari, vel quòd alius
poſſit habere aliquam ſeruitutem, in eo quin mihi aliquod
prȩiudicium generetur.ſimile quod not.in c.inter dilectos.in
fi.ī.de dona.& in c.dilecta.de exceſſ.prȩla.But.autem dicit, ꝙ
dictum Hoſtien.procedit, quando eſſet alteri ſubiectus reſpe
ctu omnium iurium. ſed quando prætendit ſe liberum,proce
dit opinio Inno.niſi dicatur, ꝙ intereſt epiſcopi, vt potius ſit
liber, quam ꝙ habeat alium dominum propter faciliorem
vendicationem,& ad hoc quod no.ſ.de teſti. veniens.ij. dicit
etiam ſe ſatis putare,ꝙ libellus ſit dandus contra eū,qui præ
tendit ſe liberum,licet ſuperior poſſit hoc caſu aſſiſtere defen
ſioni.ſed D.Abb.indiſtincte tenet dictū Inn.dicens,ꝙ ex quo
conuenitur ſuper iuribus ab eo poſſeſſis,vel in quibus prȩten
dit libertatem ſuperior iſtius non eſt admittendus etiā vt aſſi
46 ſtat in lite, quia ſicut poteſt ſubditus † acceptādo beneficium
ab alio ſei bi obligare ſine prȩiudicio prioris dominij, iuxta
no.per Inn.in c. cum iamdudum,de prȩb. facit c.tertium, de
47 tȩmp.or.in vj.ſic † & vaſallus poteſt recipiendo feudū ab alio
ſe illi obligare ſine præiudicio prioris domini, vt ī c.ij.de pro.
feu.alie.per Loth.ita poteſt ſolus de illis iuribus litigare, facit
quod no.Inn.in c.cōquerente.de of.or.& in c.dilectus.de app.
vnde in hoc cōclude,ꝙ aut ſubditus epi,vel alterius cōuenit
ſuper iurib.vel iuriſdictionib.q̄ non tangunt iuriſdictionem,

vel ſubiectionem quam habet epiſcopus,ſeu alius dominus,
& tunc procedit illud,quod dicit D.Abb. Aut ex hoc poteſt
procedere præiudicium iuriſdictioni quam habet epiſcopus,
vel alius dominus,& tunc poteſt aſſiſtere liti,nec ſententia la
ta contra ſubditum,aliter præiudicaret ſibi,per ea,quæ ſupra
dixi.In glo.iij.hæc gl.in effectu dicit,ꝙ aut quæritur,nunquid
abbas poſſit præſcribere ſuam propriam libertatem,& dicen
dum eſt,ꝙ non,niſi habeat ſuper hoc priuilegiũ, ꝙ tunc poſ-
ſet preſcribere ratione priuilegij.Aut quæritur,nũquid abbas
48 poſſit preſcribere eccleſias epiſcopo ſubiectas. vt ſint ſibi ple
no iure ſubiectæ,& non epiſcopo, & dicendum eſt, ꝙ ſic. &
dicit glo.ꝙ poteſt præſcribere tam quo ad legem diœceſanã,
quam quo ad legem iuriſdictionis. rationem autem diuerſi-
tatis inter vnum caſum,& reliquum,gl.non aſſignat, ſed D.
Abb.dicit,ꝙ ratio diuerſitatis eſt, quia abbas,vel quivis alius
ſe ipſum poſſidere non poteſt,nec ſibi imperare,& per conſe
quens nec præſcribere,cum ſine poſſeſſione præſcriptio non
procedat,vt in regula,ſine poſſeſſione, lib.vj. Alias autem
eccleſia bene poteſt poſſidere,& per conſequens præſcribere
vt hic,& ſ̃.c.prox.& dicit D.Abb.ponderandam eſſe gl. quia
aperte ſentit, ꝙ abbas etiam epiſcopo ſubiectus poteſt præ-
ſcribere cõtra epiſcopum,licet ipſe abbas remaneat ſub obe-
dientia epiſcopi,& hoc in effectu voluit etiam hic Inn.& cla
rius ſ̃.eo.cum olim.in fi.& inquantum gl. opponit de c.quã-
49 uis cor epiſcopi.lxviij.di. dic,ꝙ loquitur in his, quæ † ſunt or-
dinis epiſcopalis, quæ non poſſunt præſcribi per inferiorem,.
& hoc clarius probatur in c.quanto.de conſue. facit c. aqua
de conſe.eccl.vel alt.vbi etiam reprobatur conſuetudo, vt ea
quæ ſunt ordinis epiſcopalis,exerceantur per inferiores. Sed
50 ea,quæ ſunt † iuriſdictionis, ſiue ſpectent ad legem diœceſa-
nam,ſiue ad legem iuriſdictionis,poſſunt præſcri,vt hic,& ſ̃.
eo.cum olim.& dicit D.Ab.hoc eſſe intelligendum,ꝙ requi
ratur titulus ſaltem putatiuus cum ius commune reſiſtat præ
ſcribenti,vel tantum tempus,cuius initij non eſt memoria,vt
in c.i.co.ti.in vj.hic autem ſuberat illud priuilegium Celeſti-
ni,licet eſſet incertum,nam putabat abbas,ꝙ priuilegium ve
rificaretur in dictis eccleſiis.ſufficit enim in hoc probabilis er
ror,vt in l.quod vulgo,ff.pro empto. Et ex hoc no.ꝙ quando
51 præſcriptio eſt contra ius commune,ſufficit† titulus incertus
vel putatiuus errore probabili Idem ſentit But.in c.ſi diligen
ti.ſ̃.eo.& dixi poſt D.Abb.in c.de quarta.ſ̃.eo. In glo.in ver.
completa hæc gl.ſoluit contrarium duobus modis, primo,ꝙ
abbas non propoſuit has exceptiones ſimul. Sed de vna tran
ſiuit ad aliam.Secundo,ꝙ eas propoſuit diſiunctiue,vt ſi vna
non ſufficeret,iuuaretur ex alia Sed D. Abb.remittit ad gl. in
regula,nullus pluribus,lib vj.& ad Bar.in l.nemo, ff.de exce.
& ad ea,quæ dixi poſt Io.An.& Io.de Lig.in c.imputari de fi.
inſtr.& ego ibi etiam tetigi.ſed vide quę dixi in c.paſtoralis.ſu
per gl.in ver.audiatur.ſ̃.de except. Et dicit hic Inn. vnum ver-
52 bum not.ſcilicet,ꝙ proponens †exceptiones contrarias,intel
ligitur eas proponere ſub diſiunctione.ſ.ut ſi vnum non po-
terit probare, aliud probet,ar.d.l.nemo.& in l.contra vetera-
ni.§.ſed nec impuberis.ff.de inof.teſt. Et aduerte, inquantũ
gl.dicit,ꝙ tutus iure priuilegij non poteſt præſcribere, Bal.di-
cit,ꝙ etiam ſi conſtet de priuilegio tamen augetur effectus ꝑ
preſcriptionem,quia priuilegium poteſt perdi,& per ingrati-
tudinem,& per reuocationem,quo caſu non tolletur preſcri
ptio,& ſic preſcriptio venit ad fortificandum. l. in bello. §. ſi
quis ſeruum.ff.de capt.& C.quod met.cau.l.ij. Et iſtud facit
53 ad queſtionem, an ſublato † iure communi intelligatur eſſe
ſublatum ſtatutum, vel conſuetudo idem diſponẽs quod ius
commune,de quo per glo.in c.j.in gl.ma.de conſt.in vj.& ibi
etiam per D.Do. In gl.in ver.illa.hæc gl.intẽdit,ꝙ Celeſtinus
nulla loca expreſſerat in priuilegio,& Io.An.exemplificat,ꝙ
in priuilegio erat iſta clauſula,loca, quę tales reges donaue-
runt veſtro monaſterio, & exemerunt quo ad temporalia,
nos quo ad ſpiritualia veſtro monaſterio donamꝰ, & eximi-
mus a diœceſani epiſcopi poteſtate,vel ſic tale caſtrum, & re
liqua loca,quæ tales reges donauerũt veſtro monaſterio &c.
Iſtud ergo priuilegium licet probaret exemptionem quorũ-
dam locorum in genere,non tamen probabat in ſpecie exẽ-
ptionem iſtorum locorũ de quibus agebatur, & dicit Io.An.
ꝙ aduocatus monaſterij incaute egit non producendo a prin
cipio priuilegia regalia, ſine quibus illud priuilegium papæ
non iuuabat,& concordat in ſimili quod not.Spe.in tit.de lo
ca.§.nũc aliqua. ver.lxiij. & ſeq.& dicit hic Io.An.ſe aliter pra
cticaſſe ſimiles caſus. Quidam Bidellus conduxit equum
ad certum locum,qui mortuus eſt in via naturaliter,vt dice-
batur,locator petebat æſtimationem equi,& conductor pro-
bauit in genere equum mortuum naturaliter per eos qui ſe-
cum equitauerant,dicebant enim teſtes,ꝙ equus quem equi
tauit tali die mortuus, erat naturaliter,dicebat dominus eq,
ſcilicet locator,probaſti vnum equum mortuum,ſed non il-
lum quem tibi locaui, quare probatio te non iuuat, & dicit
54 Io.And.quod locator bene dicebat,vt hic patet, † debuit er-
go formare articulos ſuper interſignis equi, ſcilicet, quod
equus habens talia interſignia fuit ſibi locatus, & quod ille
equus mortuus fuit morte naturali,ſi enim ſic probaſſet con
55 ductor obtinuiſſet. Et ex hoc nota, †quod conductor equi
non tenetur, ſi equus moritur morte naturali. vide quod di-
xi poſt Innocen.in cap.ſicut.iij.in viij. quæſtio. de iureiurand.
vbi examinaui, an periculum interitus rei pertineat ad domi
num,ſeu ad tradentem rem ſuam, vel ad recipientem, & ibi
etiam tetigi,an ſi equus ambaſiatoris moritur in itinere mor
te naturali,an dominus qui mittit eum legatum teneatur de
tali interitu.Sed proſequendo dicta Ioan. Andr. Io.And. dicit
ſe audiuiſſe ſimilem caſum ĩ quodam infortiato,quod ſcho-
laris debitor petebat poſt annum a creditore,qui erat merca
tor vniuerſitatis,& creditor dicebat ſe vendidiſſe, & quod ſi-
bi hoc licebat ex pacto, & probauit, quod vendiderat vnum
infortiatum. ſed probatio non fuit, quia non probauit de il-
lo,cuius interſignia debuiſſet in capite ſe expreſſiſſe, vt ſupra
dictum eſt de equo, & dicit Ioan. Andr. quod hæc ſunt vtilia
ad inſtructionem nouitiorum aduocatorum. Et dicit, quòd
hæc Decretalis etiam eos inſtruit in alio, ſcilicet, quod non
56 arctent ſe,vel clientulos † ſolum ad tempus neceſſarium præ
ſcriptioni,puta quadraginta annorum cõtra eccleſiam,quia
ſi ſic ſe arctent, facile inuenietur aliquid interim occurriſſe,
quod fecit præſcriptionem dormire, puta vacationem, vel
ſchiſma,vel hoſtilitatem, vel his ſimilia; quo probato, pro-
batio præſcriptionis erit inutilis, vnde aduocati moderni ſic
formant articulos.Talis intendit probare,quod poſſedit rem
talem annis decem, viginti, vel triginta, quadraginta,quin-
quaginta,vel ſexaginta,& plus, tanto tempore, cuius initij,
vel contrarij non eſt memoria, vt ſic teſtes deponant quã de
remoto tempore nouerint.& hęc verba Ioan. And. ſunt no-
tanda in practica,ſed D.Abb. ad precedentia allegat not. per
glo.& Bartolum in l.non ſolum.§.ſed vt probari, ff. de oper.
57 noui nuncia.vbi glo. dicit, † quod ad deſtructionem operis,
non ſufficit probare opus nouum fuiſſe nunciatum,niſi pro
betur quod fuerit ædificatum poſt nunciationem noui ope-
ris,quia probatio actoris debet eſſe clara, facit optime capit.
in præſentia,de probationibus,vbi patet, ꝙ non ſufficit pro-
bare quem fuiſſe minorem annis, quando quis intrauit reli-
gionem,quia poterat eſſe minor vigintiquinque annis, ma-
ior tamen xiiij. ann.& per glo.preallegatam, vbi ſupra dicit
Bartol.ibi ſe dixiſſe in queſtione facti, ſtatuto enim caueba-
tur, quod in talibus pratis non poſſent homines tenere be-
ſtias ad paſcendum infra terminos deſignatos, & ſic in certa
parte illorum pratorum poterant beſtię paſculare, & in cer-
ta parte non poterant. modo quidam accuſatus fuerat,quod
tenuerat beſtias in dictis pratis,non tamen dictum fuit,quod
eas tenuerit infra terminos deſignatos, & ſic ſimpliciter fuit
probatum, & non fuit facta condemnatio,allegat etiam Bar
tol.l.de pupillo.§.qui nunciat.ff.de operis noui nunciatio.per
quæ dicit,quod quando vnum & idem factum non eſt puni-
bile,in qualibet parte loci,debet exprimi & probari illa pars
58 loci, † in qua factum eſt punibile,vt in capitulo primo,in fi-
ne.ff.de incend.ruin.naufrag.& idem dicit in diuerſitate tem-
poris, pone, licitum eſt vigore ſtatuti poſt medium menſis
Martij paſculare in certis pratis, ante vero non,accuſo Ti-
tium,quod paſculauit in menſe Martij, & ita generaliter pro
bo,non eſt condemnandus,quia ad hoc vt ſequatur condem
natio,oportet vt exprimatur,& probetur illa pars temporis,
in qua factum eſt punibile,pro hoc bene facit l. eum actum.
in fine. ff. de negociis geſtis. & gloſſ.nota.in clemen.finali. in
glo.penultima.de reſcriptis. Sed dominus Abbas dicit,quod
59 prædicta procedunt, quando † actor clare non probauit in-
tentionem ſuam, & de hoc eſt textus in capitulo, in præſen-
tia,de probationibus. Sed quandoque cõtingit, quod proba
tio redditur dubia propter exceptionem rei, & ipſa probatio
exceptionis rei etiam eſt dubia propter probationem acto-
ris,Pone exemplum,accuſatur Titius, quod vulnerauit Sem
pronium in menſe Maij,Titius vero ad ſui defenſionem pro
bat,quod ille potuit offendi iure municipali,quia erat exban
nitus, & producit bannum factum in medio menſis Maii.
dubitatur propter iſtam probationem rei, an talis percuſſio
fuerit delictum, vel non, hoc eſt, an fuerit percuſſus ante
quam eſſet bannitus, vel poſt, pone aliud exemplum. Sta-
tutum eſt, quod nobiles non poſſint intrare palatium, niſi
tempore conſilij. Quidam nobilis accuſatur, quod intrauit
palatium de menſe Maij, tempore vero probat ad ſui defen-
ſionem, quod fuit factum conſilium de illo menſe: ſed non
conſtat an intrauerit tempore conſilij.quæritur an debeat ſe-
qui abſolutio,vel condemnatio, & dubium facit, quod ſicut
actor debet clare intentionem ſuam probare,vt in iurib.ſ̃.all.

Ira

Ita reus exceptionem,quia in exceptionibus reus eſt actor.l.j.
ff.de excep.& in l.in exceptionib.ff.de prob.& videtur expreſ-
ſum in l.matrem.C.de prob.Sed Bar.in d.§.ſed vt probari.no
60 tanter dicit,ꝙ reus eſt abſoluendus,quia † in delictis in dubio
debemus præſumere actum factũ tẽpore,quo licet, vt ſic de
lictum euitetur.l.merito.ff.pro ſocio. & in l.ſi de interpreta-
tione,ff.de pœn.facit quod dicimus in teſtibus,qui reducuntur
ad concordiam per præſumptionem actus multiplicati, ſeu
geminati,ne de periurio notentur,vt in c.cum tu.de teſtib.&
pro hoc allegat D.Abb.optimum tex.cum glo.in l.ij.C.de pe.
hę.ibi enim agebatur petitione hæreditatis,& fundata inten
tione actoris excipiebat reus de titulo ſuæ emptionis, & dubi
61 tabatur,an † emptio præceſſerit litem,vel ſecuta fuerit,& ibi
dicit glo.ꝙ in dubio prę́ſumitur prę́ceſſiſſe,quia alias prę́ſum
ptio induceret delictum,quia induceret vitium litigioſi, vbi
autem ſumus in caſibus,in quibus non agitur de delicto,tunc
ſi excipiens clare non probat intentionem ſuam debet ſuc-
cumbere,vt hic,& in d.l.matrem.& no. glo. pen.in d.cle.fi.de
reſcri.facit l.Titiæ textores.ff.de leg.j. In cauſa tamen liberta-
tis dicit Bar.ꝙ ſtandum eſt pro libertate, niſi alius ſit in poſ-
ſione ſeruitutis,& hoc ſi conueniatur,ſi autem ageret dicens
ſe liberum,vel liberam,dicit Bar.ꝙ habẽt locum ſupradicta,
ſcilicet,vt debeãt plene probari.& pro hoc facit d.l.matrem,
& dicit D.Abb.ꝙ prædicta faciunt,ꝙ actor,qui petit centum
62 † occaſione mutui,debet probare mutuum factum ante libel
lum datum,alias ſuccumberet,vt in c.abbate ſane.de re iudi.
in vj.circa fi.not.Barto. in l. & eandem. §.actiones. ff.de ex-
cep.rei iudi. & dicit Do. Abb hæc ſingulariter notanda,quia
aperiunt intellectum ad multa. Sed contra prædicta in eo
63 quod dictum eſt,ꝙ in delictis exceptio † dubia releuat, & fa-
cit,vt non prę́ſumatur delictum, fortiter facit in cõtrarium,
vt no.Bar.in l.Aurelius.§.idem quæſiit,ff.de libe.leg.vbi dicit,
ꝙ ſi accuſatus de homicidio confitetur ſe feciſſe ad ſuam de
fenſionem, poteſt ex illa confeſſione condemnari, licet ta-
lis confeſſio ſit prolata qualificatiue, & contineat tantum
vnum capitulum qualificatũ,ratio, quia præſumptio eſt con
tra confitentem, vnde talis confeſſio poteſt reſpui quatenus
facit pro confitente,& acceptari quatenus facit contra eum,
facit quod no.in ſimili in c.cum veniſſent,de iuſti. ſed ſaluan
do præcedens dictum dicit D.Abb.poſſe dici,ꝙ procedit,quã
do exceptio eſt probata,licet probatio ſit dubia, ſecus quãdo
64 non conſtat, niſi per confeſſionem, quia † confeſſio non re-
leuat confitentem,vbi præſumptio eſt contra eum,vt not.in
d.c.cum veniſſent,& xiiij.q.ij.in prin.dicit tamen D.Ab.ꝙ ex
illa ſola confeſſione non debet condemnari ſaltem capitali-
ter,quia in tali pœna inferenda, probationes debent eſſe lu-
ce meridiana clariores.l.ſciãt cuncti. C.de prob. canonizata.
ij q.viij.ſciant.& l.qui ſententiam.C.de ſer.optime facit,quia
cum illa confeſſio non emanauerit pure, ſed qualificate,nõ
65 debet † confitens ex præſumptione licet vehementi condem
nari de tanto crimine, vt eſt bon. tex. in ſimili in c.literas.de
præſump.facit quod no.in c.quia non eſt veriſimile,eo.tit.vbi
notanter dicit,ꝙ quando iudex procedit ſuper delicto ex præ
ſumptione,debet multum temperare ſuam ſententiã,& ma-
xime ne condemnet,niſi raro, & modice ad pœnam corpo-
ralem,vel pecuniariam,& vide ad prę́dicta quod no.D.Abb.
in c.in præſentia.de prob.vbi dicit multa de his,quæ ſ.dixi. &
in c.tertio loco.de præſump.vbi plene dixi. Et ex his cõclu
de,ꝙ probatio ex parte actoris debet eſſe liquida,& de neceſ
ſitate concludere,alias reus non eſſet condemnandus,& quo
tidie allegantur ad hoc verba Io.An.hic.dic tamen ꝙ ſuffice-
ret, ꝙ probatio concludat præſumptiue.l. j. & quod ibi not.
66 Bar.ff.ſi cer.pe.& per hoc iura dicunt,ꝙ † præſumptio violen
ta ſufficit ad condemnationem in ciuilibus, vt in c.afferte.de
prę́ſumpt.& ibi dixi,not.Io.An.in rubri.de prob.Et circa hoc
omnino vide no.per Bal.in l.non hoc,in fi.C.vnde cogna.&
in l.neque natales.C.de prob.& plene declaraui in d.c.tertio
67 loco. Ex parte autem rei ſimiliter requiritur, † ꝙ exceptio
clare probetur,alias eſt condemnãdus, etiam ſi probationes
ſuæ dubiam redderent probationem actoris, vt d.c.in præſen
tia.& in d.l.matrem.C.de prob.& eſt bo.tex.iuncta glo. pe. in
cle.fi.de reſcri.nam in d.cle.fi.dicitur,ꝙ reſcriptum non exten
ditur ad beneficium creatũ poſt datam ipſius reſcripti, mo-
do dicit gl.præall.ꝙ ſi apparet beneficium creatum eſſe eadẽ
die, qua conceſſum eſt reſcriptum, licet ex hoc reddatur du-
bia intentio impetrantis,ferenda eſt ſententia pro ipſo; quia
de illa parat exceptionem contra impetrantem, vnde niſi cõ
ſtet clare de exceptione quæ opponitur contra reſcriptum,fe-
renda eſt ſententia pro impetrante,& ſic illa gloſ. vult, quod
68 non ſufficiat, quod † reus per probationem ſuę exceptionis
reddat probationem actoris dubiam, ſed neceſſe ſit facere
fidem de ſua exceptione,alias ferenda eſt ſententia pro acto-
re, & ipſe reus eſt condemnandus. hoc tamen fallit,quando
arguitur crimen,vel dolus ipſius rei, quia tunc probatio du-
bia ipſum releuat, quia in dubio non debet præſumi dolus,
vel delictum.Secundo fallit fauore libertatis,quando probãs
ſtat pro libertate,niſi alius eſſet in poſſeſſione ſeruitutis,non
tamen fauor libertatis faceret,vt actori ſufficeret minus ple-
na probatio,vt ſupra dixi ſecundum Bartolum. & idem for-
te poſſet dici in alia cauſa fauorabili, vt in matrimonio dote
pro teſtamento,& hoc probatur in c.ſin.infra de re iudicata.
& hæc notabis.In glo.in ver.interruptionem. Vin.dicit,ꝙ gl.
non ſoluit.Hoſtien. vero dicit, ꝙ hoc cap. & ſimilia loquun-
tur de diuiſibilibus,& ſeparatis,contraria vero allegata in gl.
loquuntur de indiuiſibilibus,& contiguis, ad hoc ff.de nego.
geſt.l.eum actum.ff.pro empto.l.qui fundum. §.qui fundum.
& ff.de vſucap.l.rerum mixtura.& C.fin.regun.l.j.facit de prę-
ben.quia ſępe.libro vj.& cap.antepenult.de conſecratio.eccl.
vel altar.c.j.eodem libro.& de ſenten. eccommunica. ſi ciui-
tas.eodem libro.vnde Ioann.Andr. reducendo ad caſum no
ſtrum dicit,quod hic conſtabat alium poſſediſſe,alias per poſ
ſionem aliquorum retinuiſſet epiſcopus poſſeſſionem om-
nium; vt probant iura allegata in gloſſ. & ſic vbi alius non
fuiſſet in poſſeſſione, ſed poſſeſſio vacaret,per poſſeſſionem
vnius articulati acquiſiuiſſet poſſeſſio totius, & idem de vo-
luntate alterius illam inquiſitionem exercuiſſet in illis articu
lis,& hoc etiam eſt de mente Bar.in l.iij.in principio.ff.de ac-
69 quiren.poſſeſſio.vbi autem alius eſt in poſſeſſione,tunc † non
præſtabitur,niſi in illis actibus, in quibus exercuit iuriſdictio
nem,& hoc eſt de mente Barto.in l.j. §. ſi quis in hoc inter.di-
cto.ff.de itinere,actuque priuato.& plene nota.per Innoc. &
Doct.in cap.ij.de capel.monacho. In glo. vltima hæc gloſ.
eſt multum notanda,& tenenda menti,vt dicit Bal.hic,& ip-
ſam diuide in tres partes.In prima parte glo.tollit, quòd taci-
turnitas prę́lati,nocet eccleſię in præſcriptione. in contrariũ
opponit de cap.nihil.ſupra eodem.& remittit ad ibi no.& dic
70 vt ibi dixi,dicit tamen D.Abb. quod † prę́latus, qui permiſit
eccleſiam lę́di permittendo prę́ſcriptionem currere contra
eam,tenetur de ſuo ſatisfacere eccleſię,allegat gloſ. ſing.xvj.
quę́ſt.iij.placuit. In ſecunda parte glo.hæc glo.optime dicit,
& ipſam no.Sed quia declaraui in cap.cum non liceat,ſupra
eodem,me non extendo.nota tamen ipſam glo. inquantum
dicit, ꝙ propter impedimentum non impeditur, quominus
prę́ſcriptio mero iure currat,niſi reperiatur hoc expreſſum,
licet detur reſtitutio in integrum impedito,idem dicunt But.
& do.Abb. eod.capitul. cum non liceat.vbi dixi. In tertia
71 parte gloſſ.dic, quod ſolum † tempus impedimenti eſt reſti-
tuendum,vt in clemen.vnica,eodem titu.ſed dicit D. Abb.ꝙ
iſta gloſ. loquitur de reſtitutione in integrum ex clauſula ge-
nerali,propter impedimentum,& notabis iſtam glo.ſingula-
riter relatam ad textum, quia tex. loquitur de prę́ſcriptione
quadraginta annorum,& ſic gloſ.vult, quod propter iuſtum
impedimẽtum detur reſtitutio in integrum ex clauſula gene
rali,ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur contra prę́ſcriptio-
nem quadraginta annorum,de quo tetigi ſ.eo. vigilanti. ſed
nũquid detur de ſpeciali fauore eccleſię,reſtitutio in integrũ
aduerſus prę́ſcriptionem quadraginta annorum. Do.Abb.ſe
remittit ad c.j.ſ.eo. Sed ego plene dixi in c.auditis,de reſtit.in
integr. Item an iſtud tempus quadriennij currat ignoranti,
tangit D.Abb.in c.j.& dixi in d.c.auditis. Item an iſtud tem-
pus quadriennij currat, viuente prę́lato, qui contraxit cum
damno eccleſiæ,vel paſſus eſt rem prę́ſcribi,dixi in d.cap.j. Et
iſta ſufficiant.

## *SVMMARIVM.*

1 *Procuratio debita ordinario non præſcribitur.*
2 *Dictio, inhumaniter quid ſignificet.*
3 *Humanus quis eſſe dicatur.*
4 *Benignus dicitur ad benefaciendum paratus.*
5 *Archiepiſcopus quando ſit iudex ſubditorum ſuffraganeorum ſuorum.*
6 *Prædicatores qui exigunt pecunias ab illis quibus prædicant malefa-
ciunt,nam epiſcopus illis expenſas facere debet.*
7 *Archiepiſcopus poteſt nedum ſuam diœceſim ſed totam prouinciam ſibi de
cretam viſitare.*
8 *Archiepiſcopus poteſt viſitare monaſteria ſuæ prouinciæ.*
9 *Procuratio debita ratione viſitationis, non patitur præſcriptionem.*
10 *Bonafides non prodeſt vbi lex inhibet vſucapionem.*
11 *Poſſeſſio,tunc uim tituli habet,quando eius initii non extat memoria.*
12 *Præſcriptio eſt magis odioſa quam conſuetudo.*
13 *Viſitatio &*
*Procuratio poſſunt præſcribi in ſubiectos epiſcopo.*
14 *Connexorum vno exiſtente in perſcriptibili,alterum quoque in præſcripti
bile efficitur.*
15 *Prædicator poteſt ſoluere bona temporalia pro ſua ſubſtentatione.*
16 *Religioſi licite viuere poſſunt ex eleemoſinis.*

17 *Prælatus viſitando diœceſim dicitur militare.*
18 *Militare ſuis ſtipendiis nemo eſt cogendus.*
19 *Dare habenti, eſt perdere.*
20 *Diſtributio debet fieri intereſſentib.cum ſtatutum loquatur quod ſoli intereſſentes participent.*
21 *Simonia mentalis dicitur contrahi, quando quis accedit ad officia diuina, cauſa percipiendæ diſtributionis.*
22 *Eccleſiæ pauperes non coguntur ad procurationem ſoluendam.*
23 *Procuratio poteſt præſtari per quotam, etiam.*
24 *Conſuetudo, quæ eſt contra ius publicum non inducitur, niſi expreſſo conſenſu Papæ, vel tacito interueniente.*
25 *Præſcriptio valet ſuper mora procurationis.*
26 *Argumentum de parte ad totum valet, quando eſt eadem ratio in vtriſq.*
27 *Procuratio an poſſit expreſſe remitti per prælatum.*
28 *Paria ſunt nihil, vel ita modicum dare, vt negligatur actus.*
29 *Procuratio an poſſit in aliud commutari.*
30 *Viſitans per alium, non per ſe, non poteſt aliquid a viſitante petere.*
31 *Viſitans an poſſit recipere munera a viſitatis.*
32 *Archiepiſcopus quando poſſit diœceſes ſuffraganeorum viſitare.*
33 *Epiſcopus debet punire illos, qui ſe inhumaniter geſſerint aduerſus archiepiſcopum viſitantem.*
34 *Archiepiſcopus poteſt excommunicare mero iure denegantes procurationem.*
35 *Iniuria notoria viſitationis tempore puniri poteſt ab archiepiſcopo.*
36 *Archiepiſcopus an viſitet propter negligentiam epiſcopi tantum.*
37 *Procuratio debita propter conſuetudinem, an contraria conſuetudine tolli poſſit.*
38 *Ordinarius habens delegatam iuriſdictionem, an utraque vti poßit*
39 *Auctoritates duas habens non cogitur alteram eligere, ſed ſi elegerit ſecundum illam procedere debet.*
40 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis habet iuriſdictionem delegatam.*
41 *Ordinaria iuriſdictio remanet quando apparet quod papa per delegationem reuocare voluit.*
42 *Par in parem non habet imperium.*
43 *Iudex credens duas habere iuriſdictiones, qualiter procedet*
44 *Proceſſus non vitiatur per proteſtationem factam de procedendo tali auctoritate.*
45 *Occidens ſeruum quem putabat liberum, tenetur lege Aquilia.*
46 *Iuriſdictio prorogata, non differt ſpecie a iuriſdictione, quam putabat ſe habere iudex.*
47 *Sententia non valet contra contumacem, cum iudex eſt incertus de contumacia, vel de conteſtatione litis.*
48 *Actus corruit ſi geratur per modum incompetentem.*
49 *Proceſſus an valeat ſi iudex credat ſe habere iuriſdictionem quam non habet, vel alio modo quam habet.*
50 *Fundamentum iuriſdictionis ignorat qui eius impedimentum ignorat.*
51 *Sententia non vitiatur ex eo, quod iudex aliqua non facientia ad propoſitum allegauerit.*
52 *Proceſſus nunquid ualeat ſi iudex habens poteſtatem ordinariam, & delegatam ſimpliciter procedit.*
53 *Proceſſus an valeat ſi delegans ab initio carebat iuriſdictione, deinde pendente iudicio eam adeptus eſt.*
54 *Proceſſus ab initio nullus non poteſt validari.*
55 *Proceſſus an validetur per ratihabitionem ſuperioris.*
56 *Ingerens ſe in dignitate eccleſiaſtica quam non habet, ipſo facto priuatur omni iure.*
57 *Proceſſus an valeat iudice procedente in non ſubditos, qui poſtea certificati conſenſerunt vt valeret.*
58 *Subſtantialia iudicii non dependent a conſenſu partium.*
59 *Collatio beneficii facta ab epiſcopo ante lapſum menſis, iuxta clem. i. de conceſſ. præbendæ, ſi ille non acceptauit infra menſem beneficium, nunquid valeat.*
60 *Statuto ſtante vt exbannitus non prius contrahat quam condemnationē ſoluat, ſi primo contraxit dein ſoluit, an valeat contractus.*
61 *Collatio an valeat, ſi unum beneficium pro alio collatum ſit, cum eßet obligatus aliud conferre.*
62 *Collatio facta per ordinarium ante menſem an ualidetur.*
63 *Conſenſus epiſcopi non habet uim collationis.*
64 *Poſſeſſor beneficii per triennium pacifice ſecundum regulas Cancellariæ non debet amplius moleſtari.*

## CAP. XVI.

1 CVm ex officij. Procuratio † quæ debetur ordinario viſitãti preſcribi non poteſt, hoc dicit ſecundum Ioan. And. Vel ſic, & pinguius ſecundum D. Abb. Nõ poteſt ſubditus contra ſuperiorem viſitationem, vel procurationem ratione viſitationis debitã in ſeipſo præſcribere, quamuis in perſonam alterius præſcribere poſſit, vtranque hoc dicit. Diuiditur in tres partes. In prima narrat factum, & allegationem reorum. In ſecunda allegationem reprobat, & proceſſum cõtra eos factum obſeruari præcipit. In tertia reſeruat, alias allegationes legitimas ſi quas habent. Secunda ibi, nos igitur. Tertia ibi, ſi quid. In tex. ibi, inhumaniter. hęc litera intelligitur duobus modis, vno modo, ꝙ clauſerunt ianuas, & hora erat tarda. vel tempus pluuioſum, vel ſecundum Hoſt. inhumaniter. i. indiſcrete. & idem verbum habet ĩ. de cenſi. licet. & in cle. quia cõtingit. de reli. do. Et ex his.
2 No. tres ſignificationes † huius verbi, inhumaniter. Prima eſt, quando quis facit cõtra humanitatem eſſet homo, debet naturaliter ſeruare erga alium. Secunda eſt, quando aliquid fit contra rationem. Tertia eſt, quando aliquid fit indiſcrete.
3 Quis autem dicatur † eſſe humanus, vide S. Tho. ij. ij. q. lxxx. ar. j. vbi dicit, ꝙ aliquis dicitur humanus, quando habet circa hominem amorem, & miſerationis affectum. vnde humanitas dicta eſt quia nos inuicem tenemur. dicit etiam in eo. arg.
4 in fi. † ꝙ benignus eſt vir ad bene faciendum paratus. & dulcis ad eloquium, & de vtroque allegat Iſidor. in ver. etymologiarum. Item ibi, neceſſe habuit declarare, intelligas non neceſſitate corporis, ſed iuris vt crimina corrigeret, & mores
5 reformaret, alias ſententiæ latæ non tenuiſſent, cum † archiepiſcopus non ſit iudex ſubditorum ſuffraganeorum ſuorum niſi in caſibus not. in c. paſtoralis. de off. ord. Item ibi, allegantes, ꝙ non meminerint, &c. Allegabant ergo iſti præſcriptionem tanti temporis, cuius initij non eſt memoria, quæ non iuuat hoc caſu ſecundum Inno. & Io. An. Item ibi, & ſi alius contra eum, &c. vult dicere tex. ſecundum Io. An. ꝙ ſubditus poteſt præſcribi, ſed non poteſt præſcribere. Item ibi, ſpiritualia ſeminat. Hoſ. dicit, ꝙ tex. debet intelligi de eo, qui ſeminat ex debito, alias ſequeretur, ꝙ ſponte prædicans, poſſet procurationem exigere, quod conſtat eſſe falſum. Et hoc no. con
6 tra prædicatores, † qui volunt exigere pecunias ab illis, quibus prædicant, ſeu a rectoribus eccleſiarum, in quibus prædicant, nam male faciunt, nec ſunt immunes a ſimonia, cum prædicatio ſit res ſpiritualis. & ſit officium curæ animarum, de quo vide bo. glo. in cle. j. in ver. officia, de regula. Fateor tamen, ꝙ ſi epiſcopus faciat aliquem prædicare, ꝙ debet ipſi prædicatori facere expenſas, cum ipſe teneatur ad prędicandum, & de hoc eſt tex. in c. inter cętera. de of. del. & ĩ. di-
7 cam in vj. not. No. primo, ꝙ † archiepiſcopus poteſt nedũ ſuam diœce. ſed etiam totam prouinciam ſibi decretam viſitare, debet tamen primo viſitare ſuam diœce. & poſtmodũ diœceſes ſuorum ſuffraganeorum, & de hoc vide bo. tex. qui tradit bonum ordinem, & formam viſitandi archiepiſcopo in c. j. de cenſi. in vj. & iſte eſt vnus de caſibus, in quibus archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſuorũ ſuffraganeorum, & quæ crimina poſſit tunc punire, dic vt in d. c. j. in §. notoria. & poteſt tunc temporis audire confeſſiones, & impendere abſolutionem ſalutarem, vt eſt tex. in c. fi. eo. tit. in vj.
8 Secundo no. ꝙ † archiepiſcopus poteſt viſitare etiam monaſteria ſuæ prouincię. idem dicas de hoſpitalibus, & aliis locis piis, & clero, & populo, vt in d. c. j. de cenſi. in vj. Tertio
9 no. ibi, non meminerint, † ꝙ contra procurationem debitam ratione viſitationis, non currit præſcriptio etiam tanti tẽporis, cuius initii memoria non exiſtit. & ita intelligit iſtum tex. Vin. & Io. An. vt ſupra dixi in ver. non meminerint. & in expoſitione literæ. & ratio eſt, quia vbi lex inhibet vſucapionem,
10 bona fides † nihil prodeſt vſucapienti. l. vbi lex ff. de vſuca. & dicit D. Abb. iſtum tex. eſſe not. pro limi. c. j. eo. ti. in vj. vbi dici
11 tur, ꝙ pręſcriptio † tanti temporis, cuius initij non eſt memoria, habet vim tituli, nam illud eſt verum, niſi lex prohibeat vſucapionem. pro hoc allego not. dictum Io. An. & D. Do. in c. cum de beneficio, de pręben. in vj. vbi dicunt, ꝙ conſuetudo contra conſtitutionem, vel aliam diſpoſitionem prohibitiuã non valet quantocunque tempore ſit ſeruata, niſi detur ſciẽtia, & expreſſus conſenſus principis. & ſi non valet conſuetu-
12 do, minus debet valere pręſcriptio, † quia eſt magis odioſa, quàm conſuetudo, iuxta no. in c. fi. de conſue. & d. c. fi. de offic. archi. & hęc tene menti. Quarto no. ꝙ quis poteſt pręſcribe-
13 re † viſitationem, & procurationem in ſubiectos epiſcopo. & dicit D. Abb. ꝙ cum tex. dicat, alias &c. non dicit inter ſubditum, & extraneum, infertur ꝙ etiam ſubditus epiſcopo nõ poſſit præſcribere, & hoc ſenſit gl. in c. pręced. & tenet Inn. ĩ. e. cum olim. in fi. vnde dicit hic But. & etiam probatur in tex. ꝙ etiam viſitatio, & procuratio eſt impręſcriptibilis a ſubiecto extractiue, & excluſiue, translatiue vero de vno pręlato ad alium pręlatum præſcribi poteſt. Quinto nota ibi, cũ. con
14 tra procurationem &c. ꝙ † vbi vnũ cõnexorũ impſcriptibile ẽt alterũ ex connexis efficitur impræſcriptibile, dic tamen, ꝙ ſi alius prælatus præſcripſiſſet ſolum ius viſitãdi non cenſeretur præſcripſiſſe procurationem, quia præſcriptio non extenditur etiam ad ea, quæ ſunt connexa. & hoc tenet Ioan. And. in addit. Specu. in tit. de his, quæ fiunt a maiori parte capituli, quod tene menti pro declaratione iſtius tex. Sexto nota ibi,
15 qui ſpiritualia ſeminat, ſecundum D. Abba. quod † prædicator

tor licite recipit bona temporalia pro ſua ſubſtentatione, de
quo vide bon.tex.in c.cum voluntate. §.prædicatores. de ſen-
ten.excommunica.dicit tamen, quod non poteſt exigere ab
inuito, vbi ſit ordinarius, per ea, quæ dixi ſupra eodem. ſecun-
dum Hoſtien.& vide Sanctum Thomam ij.ij. quęſtione xviij.
16 articulo viij.vbi tractat, † an religioſi licite poſſint viuere ex
eleemoſinis,& inter cætera dicit, quòd eleemoſinæ ſunt debi
tæ religioſis, quando prædicant auctoritate prælatorum, vn-
de niſi habeant licentiam prædicandi ab illo, qui poteſt eam
dare in loco, eleemoſinæ non ſunt eis debitæ, & ſic non poſ-
ſunt petere expenſas, & ſic puto debere intelligi c.cum volũ-
tate.§.prædicatores, de ſenten. excommunica. Septimo no.
ibi, ſuis ſtipendiis militare, ꝙ epiſcopus, vel alius prę latus vi-
17 ſitando dicitur militare, ſicut & clerici dicuntur milites, vt in
capitu.primo.de cleric.ægrot. Sunt enim milites cęleſtis mili-
tiæ.xj.quæſtio.j.Chriſtianus.hinc eſt, quòd gaudent priuilegio
militum, vt dicit glo.in l.miles.ff.de re iudicata. Vltimo no
ta illud, ad quod quotidie allegatur iſte textus, ſcilicet, quod
18 nemo † eſt cogendus militare ſuis ſtipendiis, & alibi dicitur
quod nemo debet cogi de proprio facere beneficium.x. quæ-
ſtione ij.precarie.Et ex hoc dicit Bald. quod viſitatores dati a
regibus ad aliquam ciuitatem reformandam, debent hoc fa-
cere expenſis ipſius ciuitatis.Idem dicit, ſi aliqui mittantur ad
capiendum bannitos alicuius terræ, allegat l.mulier in opus.
ff.de captiuis,& ex hoc etiam arguit, quod vaſalli debent ire
in exercitum domini.ſed de hoc plene dixi in cap.ſicut, iij.ſu-
pra de iureiurand. Sed contra hoc opponit dominus Abb.
quod imo epiſcopus ſiue prælatus debet viſitare ſubditos ſi-
ne receptione procurationis, nec tamen propter hoc debent
dici militare ſuis ſtipendiis, quia ad hoc epiſcopi habent bo-
na epiſcopatus, vt ex eis faciant hæc,& alia pertinentia ad
ſuum officium, ad hoc eſt bonus textus in ca. cum ab omni.
19 de vita & honeſtate clericorum.Item habenti dare † nihil eſt
aliud quam perdere, vt in c.paſtor.j.quæſtio.ii. Secunda ſolu.
Innocen.tetigit hoc contrarium in c.Romana, de cenſi.in vj.
& D.Abb.in hoc multum inſtat, ſed dic, quod procuratio de
betur in ſignum ſubiectionis, & obedientiæ. Item vt prælati
facilius inducantur ad eccleſias viſitandas, nam faciliter ne-
gligerent viſitationem ſi haberet ſuis expenſis viſitare: hinc
20 eſt, quod per ſtatutum † pro intereſſentia canonicorum qui
interſunt diuinis officiis diſtributiones dentur, ita quod ſoli
intereſſentes ipſas præcipiant,& non alii, vt in capit.j. de cle-
ri.non reſiden.in vj.& in capit. cum non deceat, de electiõn.
eodem libro. hoc enim ſtatutum fuit propter diuinum cul-
tum obſeruandum, dic tamen, quòd ſi aliquis iret ad officiũ,
21 † punitur cauſa percipiẽdi diſtributiones, quod committeret
ſimoniam mentalem,& hoc tenet glo.in d.cap.vno. de cleri.
non reſiden.in vj.in glo.penult.ad finem.hęc tamen ſimonia
tollitur per pœnitentiam, licet talis grauiter peccet, vt dicit
glo.præallegata.facit cap.fin.de ſimonia. alias etiam rationes
aſſignat Do.Abb.de quibus non curo, quia ſatis eſt, quod ha-
beamus tex.expreſſum, vt non currat præſcriptio contra pro-
curationem, vt patet hic,& in cap.accedentes. ſupra eodem.
22 Si tamen aliquæ eccleſiæ eſſent pauperes, non cogerentur
ad hanc procurationem, vt in cap.cum apoſtolus, de cenſib.
In glo.j.in fine.dic, ꝙ lex, litibus, allegata in gl. loquitur in re
præſcriptibili, procuratio vero eſt impræſcriptibilis, vnde tem
pus nihil releuat, vt in l.vbi lex.ff.de vſucapio.ſimile in l.com
periit, C.de præſcrip.triginta annnorum.vbi patet, quod in tri
butis quæ ſoluuntur in recognitionem; alias dominii non
currit præſcriptio, de quo dixi in cap.ad audientiam, ſup.eo.
In glo.iii.hæc glo.in effectu tenet, quòd procuratio non po
teſt præſcribi, nec etiam remitti, vnde tria ſunt videnda; Pri-
mo, an procuratio poteſt pręſcribi aliquo modo. Secũdo, an
poſſit remitti. Tertio, an poſſit commutari, quo ad primum
Docto.ponunt multas opiniones, ſed tamen duas recitabo.
23 Prima eſt in c.qui dicit, quod procuratio † non poteſt pręſcri
bi in totum, ſed bene in quota, vt in cap.ex parte. de cenſi. &
idem dixit in quadam extrauaganti, quæ incipit, venerabilis.
vt refert Ioan.And.in c.fin.de cenſi. in vj. & concluſit Innoc.
in extrauagan. præallegata, ꝙ procuratio poſſit præſcribi in
quota.ſed non in totum, quia ius quo diſponitur, vt aliqua
procuratio detur, eſt publicam auctoritatẽ,& vtilitatẽ, ſicut
ius, quod diſponit de viſitatione,& correctione.Conſuetudo
24 † autem contra ius publicum auctoritate, & vtilitate non va
let, niſi inducatur expreſſio conſenſu papæ, vel tacito interue
niente iuſta cauſa, allegat xij.diſtin.nos conſuetudinẽ.& hoc
vtimum dicit D.Abb.eſſe notan. remittit tamen ad no. in c.
fi.de conſue.& dicit ſe putare, ꝙ ſi conſuetudo eſt rationabi-
lis, tollat tale ius publicum. licet non interueniat conſenſus
papæ expreſſus, vel tacitus, vt dicit glo.nota.iiij.diſt. §.leges. &
viij.diſt.§.fruſtra.& ſubdit, ꝙ ſatis habeẽ conſenſus papę ex di-
ſpoſitione cap.fi.de conſuet.vbi generaliter permittitur con-
ſuetudo cõtra ius poſitiuum, ſi eſt rationabilis etiam pręſcri-
pta, in caſu autem noſtro, ꝙ vbi detur pro procuratione non
poteſt conſuetudo eſſe rationabilis, ſed ꝙ detur integra pro-
curatio, eſt ius priuatum auctoritate,& vtilitate, ideo pacto,
& conſuetudine poteſt procuratio moderari, & allegat Inn.
c.relatum.x.q.iij.& pro iſta opi.facit, quod dicitur de cathedra
tico, ꝙ poteſt præſcribi in quota, non in totum, vt eſt gl.in c.
quicunque.xvi.q.vii. Inducit etiam Ioan.An. pro hac opi.c.
olim.de cenſi.& c.fęlicis.eo.ti.in vj.ſed Io. An. non firmat ibi
opi. Inno.ne ratio negligendi quam reddit Innocen. de tota
procuratione, habeat locum in præſcriptione quotæ.ne ſcili-
cet per hoc epiſcopus abſtineat a viſitando. But.autem dicit,
25 ꝙ ſibi videtur vera opi.Inn.quia valet p̃ſcriptio † ſuper mora
procurationis, vt in c.ſane, de exceſ.pręla.& tenet Spe.in ti.de
legato.§.ſupereſt.ver.illud quoque.ſed D.Abb.tenet, ꝙ nec in
toto, nec in parte poſſit pręſcribi per iſtum tex.qui dicit, ꝙ cõ
tra procurationem quæ debetur ratione viſitationis non cur
rit præſcriptio quemadmodum nec contra viſitationem po-
teſt aliquo modo pręſcribi.vnde iſtum tex. inducit ĩ duobus,
primo, dum dicit, ꝙ contra procurationem, quę debetur ra-
tione viſitationis &c. nam ratione viſitationis debetur inte-
gra procuratio ſecundum numerum taxatum in c.cum apo-
ſtolus.de cenſi.ergo pręſcriptio non procedit etiam in parte,
quia ſubtrahendo partem ſubtraheretẽ debitũ.ar.eius quę no.
in l.quidam ęſtimauerunt.ff.ſi cer.pet. Secundo inducit text.
ponderando ſimilitudinem quam facit, dum dicit, ꝙ ſicut vi
ſitatio non poteſt pręſcribi aliquo modo, ita nec procuratio,
viſitatio autem non poteſt pręſcribi nec in toto, nec in parte,
ergo nec procuratio, quę eſt illi annexa, cum de connexis idẽ
ſit iudicium, vt hic.& in c.translato.de conſtit. Mouetur vlte-
26 rius D.Abb.dicens, ꝙ † licet arguere de parte ad totum, quan
do eadem eſt ratio in vtriſque. l. quę de tota. ff.de rei ven. &
in c.paſtoralis.§.item cum totum, de offi.dele.ſed viſitatio ita
negligitur dando modicum, ſicut nihil, quia de modico nihil
curatur.vt in c.& ſi quęſtiones, de ſimo.Item iſte tex. indiſtin-
cte probat pręſcriptionem contra procurationem, nec habe
mus tex. dicentem, ꝙ currat aliqua pręſcriptio, ergo per opi-
niones magiſtrorum non debemus a verbis literæ recedere,
ar.in c.ſolitę.de ma.& obed.& xix.diſt.ſi Romanorum. Ego
autem ſic concordarem opin.ꝙ aut pręſcriptio eſt talis, quę
habet tollere procurationem debitam viſitãti, vt quia ſic eſt
iniuncta procuratio, ꝙ commode non poteſt viſitator ſuſtẽ-
tari cum illa procuratione, & tunc ſit vera opi.D.Abb. Aut
per pręſcriptionem non tollitur procuratio debita, vt quia p̃
ſcriptum eſt ſuper modo procurandi, vel ſuper numero pro-
curandorum,& tunc talis conſuetudo, ſeu pręſcriptio valet,
& hoc modo procedit opin.Inn.& But. & iſtam diſtinctionẽ
ſenſit gl.in ſimili in cle.ii.in ver.procurationẽ.de cenſi.& hoc
tenet Spe.in ti.de lega.§.ſupereſt.ver.illud quoque.Et per hoc
ſum expeditus de primo.Venio nunc ad ſecundum, ſ.an pro
27 curatio † poſſit expreſſe remitti per prętatũ, & vt vidiſtis glo.
iſta tenet ꝙ non,& idem tenet Hoſt.quia procuratio eſt iuris
publici, ſicut ipſa viſitatio cui eſt annexa. argu.in c.translato.
de conſti.Sed Inn.& Vin.tenent, ꝙ poſſit remitti expreſſe, niſi
remiſſio fiat per vim.j.q.iij.quęſitum, vel precario. C.de pręſc.
xxx.ann.l.male agit.Inn.vero in d.extrauag. tenet ꝙ poſſit re
mitti in parte, non autem in toto, ar.d.c.relatum.x.q.iij.Bu.au
tem non aduertens ad illud quod dicit Inn.in d. extrauag. ſed
tamen ad illud quod dicit hic, ꝙ hęc opi. Inn.ſ.ꝙ procuratio
poſſit expreſſe remitti, eſt vera in remiſſione temporali ad
pręiudicium pręlati, opi.vero Hoſt. qui dicit, ꝙ non poteſt re-
mitti, procedit in remiſſione propria quo ad pręiudicium ſuc
ceſſorum, ar.in c.ii.de preca.& in c.de cętero. de tranſact. ſed
D.Abb.diſtinguit, ꝙ aut quęritur, an poſſit pręlatus quolibet
anno, dum viſitat, remittere hanc procurationem, & dicit, ꝙ
poteſt remitti,& expreſſe,& tacite eam non petendo, ar.opt.
xii.q.iii.c.fi.& vii.q.i.quam periculoſum.& in c. ad apoſtolicã.
de regu.cum ex hoc non lædatur iuſtitia publica. Aut quęri-
tur, nunquid poſſit illam remittere ſe obligando ad non pe-
tendum pro futuro tempore,& tunc dicit, ꝙ nõ poteſt remit
ti, nec reſpectu ſui, nec reſpectu ſucceſſorum, quia eadem ra-
tio, quę militat in pręſcriptione, militat etiam in remiſſione
futuri temporis, ſcilicet ne viſitatio ex defectu procurationis
negligatur,& alleg.glo.in d.cle.ij.in ver.compoſitiones.de cẽ
ſi.quę dicit, ꝙ non valet remiſſio, ſeu compoſitio, per quam
tollitur procuratio, dicit tamen illa glo.ꝙ ſuper modo procu
randi, & ſuper numero procurandorum poteſt interuenire
compoſitio.ſed D.Abb.eam intelligit, dummodo fiat ita, &
taliter, ꝙ indirecte procuratio non tollatur, ne viſitatio debi
ta negligatur. Quid enim ſi interueniſſet compoſitio, vt pro
28 curaretur epiſcopus cum vno tantum clerico, † paria enim
ſunt nihil dare, vel ita modicum dare, ꝙ ex modicitate eui-
denter negligatur viſitatio, ar.op.in l.ſi quis antea, ff. de acq.

poſ. vbi dicitur ꝙ conductio, ſeu locatio facta pro vno num
mo, nullius eſt momenti, & ſic limitat gl. in d. clem. ſecunda.
& quod not. x. q. iij. relatũ. Et ex his expeditus ſum de ſecũdo.
29 Venio ad tertium, ſcilicet, an poſſit procuratio † in aliud
commutari? & non inſtando in verbis, iſtud hodie eſt deci-
ſum in c. exigit. & in c. fęlicis. de cenſi. in vj. Et concluſio eſt,
ꝙ prælatus poteſt recipere pęnitentiam a volentibus pro pro
curationibus debitis, non autem ab inuitis, tunc prælatus in-
curreret pęnas, de quibus in d. c. exigit. Item ſcias, ꝙ quando
30 prælatus per alium † viſitatur in caſibus, in quibus ei a iure
permittitur, nil poteſt a viſitatis petere. Satis eſt enim, ꝙ ipſi vi
ſitati procurauerint ipſi viſitanti in victualibus, vt eſt tex. in c.
ſi epiſcopus. de off. ord. in vj. de quo dic vt ibi. Nunquid autẽ
31 † viſitanti licitum ſit recipere munera a viſitatis, tex. expreſſe
dicit, ꝙ non in c. j. §. caueat. & in c. exigit. de cenſi. lib. vj. vbi di-
citur, ꝙ viſitanti nec alicui ſuorũ licitũ eſt recipere aliquod
munus quodcunque ſit, & qualitercunque offeratur, & qui
contrafecerit, incurrit maledictionem, a qua non poteſt ab-
ſolui, niſi duplum reſtituat. glo. tamen in d. c. exigit. in ver. mu
nera. videtur velle, ꝙ liceat recipere modicum eſculentum,
vel poculentum. Sed Io. And. & D. Do. in d. c. j. dicunt, ꝙ tutius
eſt nullum quantumcũque ſit modicum munus recipere, ẽt
ſi ſit comeſtibile, vt domum portetur, & dicunt, ꝙ licitum eſt
recipere eſculentum, quando comeditur in loco viſitationis,
ſed ſi domum portatur, recipiens non euadit pœnam, & hoc
probatur in d. §. caueat. Ex quo no. caſum, in quo pęna debe-
tur in foro pęnitentiali, nã talis non liberatur a peccato mor
tali, & a maledictione diuina, niſi duplum reſtituat, & ratio
eſt, quia iſta pęna incurritur ipſo iure, ſecus ſi non incurreret
ipſo iure, quia tunc talis pęna non debetur in foro conſcien-
tiæ, vt dicit glo. no. in c. fraternitas. xij. q. ij. quam gl. ſic limita,
& ita etiam hoc modo limitat eam D. Abbas in c. quia pleri-
que, de immu. eccl. & hic no. In glo. in ver. de antiqua, quia cæ
teræ præcedentes per ſupradicta ſunt declaratæ. hæc glo. duo
vult, primo, ꝙ iſte archiepiſcopus excommunicauit de iure
32 communi. Secundo, ꝙ archiepiſcopus † non debet viſitare
dięceſes ſuffraganeorum, niſi quando ipſi ſuffraganei ſunt ne
gligentes. Quo ad primum, But. autem in vltimo notabili
videtur velle, ꝙ archiepiſcopus non poſſit excommunicare
ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, licet recuſent ſoluere pro-
curationem, niſi hoc ſibi competat de antiqua cõſuetudine,
ſed poſtea recitando iſtam glo. cum ipſa tranſit, & ſic quodã-
modo eſt ſibi contrarius. Sed D. Abb. primo dicit, c. ſopitæ, al
legatum per glo. nihil facit, quia ibi nihil dicit de excommu-
nicatione debita archiepiſcopo, ſed poſtea diſtinguit concor-
dando, ꝙ aut archiepiſcopus non viſitat, & tunc non poteſt
prætextu debiti ferre ſententiam in ſubditos ſui ſuffraganei,
niſi in caſibus in iure expreſſis, de quibus in c. paſtoralis, de of.
ord. hic dicit Inn. ꝙ ſi archiepiſcopo fuit denegatum charita-
tiuum hoſpitium, dum tranſiret ex alia neceſſitate quam ra-
tione viſitationis, ipſe punire nõ debet ſubditos ſuffraganei,
33 ſed gratioſe tamen petere procurationem, † Epiſcopus autẽ
illos puniet, quia inhumaniter ſe habuerunt contra ſuum ar
chiepiſcopum, & allegat Hoſtien. cap. primum, de emptio. &
venditio. & dicit do. Abb. hoc dictum eſſe notan. nam clerici
tenentur ad hoſpitalitatem tempore neceſſitatis, vt in d. c. j. &
quod ibi notatur de emptio. & venditio. & xlvii diſtinc. ſicut.
Aut dum archiepiſcopus viſitat, denegatur ſibi procuratio
34 ſibi debita, & tunc poteſt † denegantes procurationem me-
ro iure excommunicare, ſeu aliter punire, mouetur autẽ du-
plici ratione. Prima eſt, quia ex hac denegatione oritur deli-
ctum notorium, quod archiepiſcopus poteſt punire, vt in ca-
pitu. primo. §. notoria, de cenſi. in vj. Secunda ratio eſt, quia
ex hac denegatione impeditur viſitatio, & per conſequens ip-
ſius archiepiſcopi iuriſdictio, quo caſu poteſt punire ſubdi-
tos ſuffraganei, vt in cap. primo, de pœnis. in vj. Immo etiam
ſi non impediretur iuriſdictio negari non poteſt, quin per de
negationem procurationis fiat iniuria ipſi archiepiſcopo.
35 Sed † archiepiſcopus tempore viſitationis poteſt punire iniu
riam notoriam ſibi, vel ſuis factam, etiam ſi per illam ſua nõ
impediatur iuriſdictio, de hoc eſt textus in d. cap. primo. §. pri
mo, de pœ. in vj. dicit tamen D. Ab. quod ſi ſubditus epiſcopi
allegaret aliquam iuſtam cauſam denegãdi procurationem,
quod tunc non ipſe archiepiſcopus, ſed ſuffragaaeus habe-
ret hoc recognoſcere. argumen. in dicto cap. primo. §. noto-
ria. & §. præcedenti. de cenſi. in vj. & in dicto capitu. primo. de
pœn. in vj. & dicit, quod forte ob iſtam cauſam allegata fuit
antiqua conſuetudo, quæ tribuit iuriſdictionem. ix. queſt. iij.
conqueſtus. de offic. ordin. duo ſimul. Expeditus de primo,
venio nunc ad ſecundum dictum glo. ſcilicet inquantum di-
36 cit, quod † archiepiſcopus debet viſitare quando epiſcopus
eſt negligens in hoc caſu, per Ioannem Andræ. & Doctores.
iſta glo. reprobatur, quia etiam ceſſante negligentia, poteſt vi
ſitare, vt probatur in cap. primo, & ſecundo. de cenſib. in vj.
& dicit hic Innocen. quod ſi concurrunt in viſitatione archi
epiſcopus, & epiſcopus, debet præferri archiepiſcopus, xj. quæ
ſtione iij. qui reſiſtit. & idem dicit Hoſtienſ. dicunt tamen, ꝙ
cauere debet archiepiſcopus ne impediat epiſcopum tempo
ribus congruis, & remittit Hoſtien. de tempor. ordinan. capit.
ad aures. de officio ordin. capitu. paſtoralis. de appellationib.
capitu. cum parati. ſed Ioan. Andr. remittit ad plenius notata
per ſe in capitu. primo. §. primo. in glo. ſi concurrat. de cenſi.
in vj. vbi vide. Extra glo. opponitur contra textum, nam iſte
textus videtur innuere, quod iſta procuratio erat debita ratio
37 ne † conſuetudinis, ergo videtur, quod potuit tolli contraria
conſuetudine, argumen. in cap. primo. de regu. iuris. & in l. de
quibus. ff. de legibus. Innocen. ſoluit duobus modis, & ſecun-
da ſolutio, in qua reſidet, eſt, quod aut procuratio eſt debita
ſola conſuetudine, & tunc poteſt tolli contraria conſuetudi-
ne. Aut debebatur non ex conſuetudine, ſed etiam de iure
communi publico, & tunc nec pacto, nec conſuetudine prę-
ſcripta tolli poteſt. ita loquitur hic, & infra de cenſi. cap. ſopi-
tæ, & cap. cum venerabilis. & eodem titulo, cap. Romana. li-
bro vj. Sed Do. Abb. dicit, quod aut procuratio eſt debita ra-
tione viſitationis, & tunc eſt priuilegiata, vt conſuetudine
non poſſit tolli. Aut eſt debita ex alia cauſa, puta ratione pa
cti, vel conſimili ratione, iuxta notata per gloſſam fin. in cap.
accedentes. ſ. eod. & iſta poteſt tolli conſuetudine. & hoc ſen-
tit illa glo. idem ſenſit gloſſ. in capitu. procurationes. infra de
cenſi. Et pro hoc facit iſte tex. qui ſe fundat ſuper viſitatione,
nam in aliis ceſſat ratio annexionis de iure publico, & alias
rationes, de quibus ſupra dixi. dicit etiam Do. Abb. quod iſte
tex. poteſt intelligi, quod alleget conſuetudinem eccleſiæ me
tropolitanæ ſuper excommunicatione proferenda, vt ſupra
dixi, non autem ſuper procuratione recipienda, alias ex lite-
ra reſultaret contrarietas, quia videntur approbari conſue-
tudinem, quam primo reprobauerat, & ideo ne tex. videatur
contrarius, debet intelligi, quod reprobet conſuetudinem,
vel præſcriptionem de non ſoluenda procuratione, & quod
poſtea mandet ſeruari excommunicationem, quam epiſco-
pus tulit contra contemptores, iuxta antiquam conſuetudi-
nem, & ſic iſte tex. in hoc caſu loquitur de conſuetudine ex-
communicandi ſubditos ſuffraganei. & ita præciſe loquitur
iſte textus, ſi eius verba inſpiciantur. Ex prædicta materia
intrinſeca capitu. reſtat examinare glo. Innocen. in qua dicit
plura notanda, & primo quæro, quia in antiqua dicebatur,
quod iſte archiepiſcopus proceſſerat tam auctoritate apoſto
lica reſcripto, quam ſecundum antiquam conſuetudinem,
38 an † ordinarius habens delegatam iuriſdictionem poſſit pro
cedere ex vtraque auctoritate, ſcilicet ordinaria, & delegata.
& Innocen dicit, quod ſic, allegat cap. ſignificauit, de corpo.
vitia. & cap. niſi eſſent. infra de præben. & dicit, quod quando
procedit vtraque auctoritate non eſt appellandum ad proxi
mum ſuperiorem ipſius ordinarij, quia propter mixturam
auctoritatis papæ, magis dignum trahit ad ſe minus dignum,
argumen. cap. quod in dubiis, de conſecratio. eccleſ. vel altar.
& in cap. ſi duo, de offic. delega. in vj. Et ex hoc not. Innoc.
39 quod quia duabus † auctoritatibus poteſt procedere, non co
gitur alteram eligere, ſed ſi elegerit, valet electio, & illa aucto
ritate vtitur ſupra de arbitris. innotuit. melius facit ſecundum
Hoſtienſem, niſi eſſent de præbẽ. & ſubdit, quod eo caſu quo
procedit auctoritate ordinaria, valet appellatio ad proximũ
ſuperiorem. Butr. autem dicit, quod primum dictum ſibi non
placet, ſcilicet, quod poſſit procedere auctoritate ordinaria,
& delegata, quia eſt transfuſa in delegatam, & ſic caret ordi-
naria poteſtate, quia ſicut non compatiuntur ſe proceſſus or
dinarii, & proceſſus ſuperioris delegantis, vt in ca. ſi duobus,
& in cap. vt noſtram, de appellatio. & not. in cap. cum M. de
conſtitu. ſicut nec compatitur in eadem perſona, quia diuer-
ſitas acceſſus illam perſonam facit cenſeri iure diuerſorum,
per not. in cap. cum olim. de re iudica. nec obſtant ſecundum
eum iura contraria, quia loquuntur in arbitraria poteſtate,
& iuriſdictionali, quæ non ſunt ſic incompaſſibiles cum in
aliquibus ius procedat vt arbiter, dicit tamen, quod exequen
do poteſt delegatum iuuare ordinaria, arg. ſupra de reſcript.
cum contingat. & de offi. deleg. cum in iure, & ſi opi. Bu. eſſet
vera, deſtrueretur aliud dictum Innocen. quia non poſſet eli-
gere alteram ex illis ſi ordinaria eſſet reuocata, ſed deberet
procedere tanquam delegatus. Sed D. Abb. reprobat opi. But.
& ſequitur doctrinam Inno. & dicit, ꝙ Bu. non reſpondet ad
c. ſignificauit. de corp. vitia. vbi patet, ꝙ quis procedit auctori
tate ordinaria, & auctoritate delegata, ad idem adducit c. per
40 hoc. de hære. in vj. † vbi inquiſitor hæreticæ prauitatis, qui ha
bet iuriſdictionem delegatam, vt ibi not. Ioan. Andr. & pro-
batur in c. ne aliqui. eo. ti. in vj. vbi dicitur, ꝙ fauore fidei non
expirat officium inquiſitoris per mortem committentis, ſi
enim

enim haberet ordinariam ceſſante omni fauore non expi
raret,vt in c.ii.de officio lega.in vi.Sed de hoc ego allego gl.
ordinariam in clemen.ii.in verbo,ipſorum.de hæreti.quæ di-
cit,quod inquiſitor hęreticę prauitatis eſt delegatus non or-
dinarius, & tamen inquiſitor procedit ſimul cum epiſcopo
habente ordinariam,& ſic non eſt indiſtincte verum, quod
Papa committendo cauſam videatur iuriſdictionem ordi-
nariam quo ad illam reuocare,allegat etiam c.dilectus.ii.de
præbend.vbi dicitur,quod ſi Papa mandat epiſcopo, vt præ-
bendam conferat alicui clerico, & ipſe conferat alteri valet
collatio licet eṗs veniat puniendus, quia eluſit mandatum
apoſtolicum,& tamen certum eſt, quod Papa mandando,
vt alicui conferret,faciebat eum delegatum,vt dicit glo. no.
in c.cum aliquibus.in verbo,concedimus.de reſcrip.in vi.&
nihilominus remanſit apud eum poteſtas ordinaria, vbi er-
go appareat, quod Papa voluerit reuocare ordinariam dan
41 do delegatum remanet†ordinaria, maxime in eadem perſo
na,non obſtant iura allegata per Bu.ſ.ca.ſi duobus.& cap.vt
noſtrum.de appel.quia Innocen.ea limitat in ca.cum M. de
conſti.in fi.in vltima ſua opin.dicit enim,quod Papa videtur
reuocare ordinariam iuriſdictionem inferiorum, quando
aliquod negocium ex certa ſcientia ad ſe reuocat, ſecus quã
do iudiciario ordine procedit,quia tunc cognoſcit, ſicut qui
libet ordinarius,& ſubdit D.Abb.quod in inferioribus ordi-
nariis abſque dubio poteſt practicari opi. Innocen. quia da-
to, quod vnus ordinarius deleget cauſam alteri per delega-
tionem non ſuſpenditur iuriſdictio ordinarii,qui datur dele
42 gatus,quia†par in parem non habet imperium. de elect. in-
notuit.ad hoc quod no.Innocen.in dicto c.cum M.vbi dicit
quod ſi quis habet plures ordinarios valet proceſſus ſuper
eadem re ab vtroque diuiſim agitatus ſi coram ſecundo nõ
fuit exceptum de pendentia cauſę coram alio, de quo vide
etiam no.in c.propoſuiſti.de foro compe.& in c.tuam.de or
di.cogni.ergo.ſi unus ordinarius delegat alteri ordinario, ſu
ſpenditur per hoc iuriſdictio ordinaria,ad hoc c. ſuper quæ-
ſtionum.§.ſi vero duo.de officio deleg.vbi patet,quod in ea-
dem perſona poſſunt concurrere duæ poteſtates delegatæ,q̃
ſunt diuerſæ naturæ,& dicit,D.Abb.quod in prędictis omni
bus poſſunt practicari dicta Inno.& inquantum dicit Inno.
quod ſi quis procedit poteſtate ordinaria, & vt delegatus Pa
pę eſt appellandus ad Papam,D.Abb.allegat pro caſu c. per
hoc. de hæretic.in vi.vbi patet,quod ſi epiſcopus, & inquiſi
tor condemnant hęreticum,eſt appellandum ad Papam, vn
de quod ibi ſtatuitur in duobus habet locum in eadem per-
ſona qualitatibus duorum in ea concurrentibus,vt no. in c.
cum olim.de re iudi.& in c.ex literis.de proba.& mihi placet
hic dicta D.Abb.quia etiam Hoſtien.& Ioan.An.ſequuntur
dicta Innocen. Secundo quęro iuxta prædicta pone,quod
43 quis credat†ſe habere duas iuriſdictiones,& non habet, niſi
vnam, quod facile accidere poteſt, nam ſępe quis credit ſe
habere iuriſdictionem ordinariam,& delegatam,& non ha
bet,niſi alteram,exemplum in c.licet.de offi.ordin. & in cle.
attendentes.de ſtatu regula.& in cle.quia contingit. de relig.
domi.& in cle.quia regulares.de ſup.negli.pręlato.modo po
ne,quod in procedendo eligit iuriſdictionem delegatam, q̃
non habet nihil valet proceſſus ratione ordinariæ poteſta-
tis,& Innocen.refert duas opi.Prima eſt,quod licet eligat, &
proteſtetur,quod tantum auctoritate delegata,vult procede
re tamen valet proceſſus non obſtante tali errore,quia vole
bat procedere, licet non auctoritate ordinaria, & ita illud
quod eſt principale.ſ.proceſſus valet,argu.optimum.ff.de in
iuriis.l.eum qui.§.ſi iniuriam. & in l. ſcientiam.§.ſi cum ſer-
uum.ff.ad l.Aqui.& in l.cum putarem.ff.fam.erc. cum enim
iſtę error ſit iuris non debet impedire verum proceſſum, ar.
viii.diſtin.veritate.& ff.de offi.præſi.l.illicitas.§.veritas. quin-
immo plus etiam ſi diceret nolo procedere auctoritate or-
44 dinaria adhuc valet proceſſus,quia proteſtatio † eſt cõtraria
facto,vnde factum pręualet,de appel.ſolicitudinem. in fine.
Item quia non poteſt a ſe abdicare iuriſdictionem. l. lega-
tus.ff.de offi.præſi.& pro hac opinione bene facit.l.ii.§.j.ff.de
iudi.vbi dicitur,quod ſi iudex cuius iuriſdictio eſt prorogata
putat ſe,alias iuriſdictionem, & non ex prorogatione valet
proceſſus. Secunda eſt opinio directe contraria,ſ. quod ꝓ-
ceſſus non valeat, quia quod potuit noluit, & quod voluit
non potuit.d offi.dele. cum ſuper. & quia nihil eſt tam con
trarium conſenſui,ſicut error,l.per errorem.ff.de iuri.omni.
iud.& ff.de arbi.l.ſed ſi in ſeruum.cum duabus ll.ſequen. nõ
obſtat l.eum qui.ff.de iniuriis.quia poteſtas, & auctoritas eſt
principalis,ex qua procedit iuriſdictio, ſiue ordinaria, ſiue
delegata qua deficiente deficit proceſſus,non autem proceſ
ſus eſt principalis, ſicut ſi erraret in ſenſu alicuius legis, vel
indulgentię,vel priuilegii,vel huiuſmodi l.cum probatio. ff.
de re iudi.& no.de priui.ex parte abbatiſſæ,& hanc ſecundã
opi.videtur tenere Innocen.& expreſſe firmat Hoſtien.ſuper
decre.cum ſuper.de officio deleg.& Ioan.An.remittit.de ma
teria ad Specu.de iuriſdi.omnium iudi.ver.vltimo no. hanc
ſecundam opi.firmat etiam Bu.& reſpondet ad l.eum qui.ff.
de iniur.dicens,quod delinquendo erret in poteſtate ꝑſonæ
animus tamen & poteſtas iniuriandi in genere non defi-
cit Perficitur ergo delictum, quia nec poteſtas delinquen-
di in alium defficit,licet delinquat in alium quæ putauit, &
ſic error erat in obiecto,& non in poteſtate,hic autem erat
error in poteſtate quę plus inficit,& licet Bu.non dicat, dic,
quod eodem modo poteſt reſponderi ad l. ſcientiam.§.ſi in
eum ſeruum.ff.ad l.Aquil.ibi,cum dicitur,quod ſi aliquis oc
45 cidit† ſeruum quem putabat eſſe liberum tenetur lege Aq-
lia,nam ibi non defecit,nec animus,nec poteſtas delinquẽ
di,licet errauerit in qualitate perſonæ, ſed per l.cum putarẽ.
fami.erc.reſpondet,quod ibi non fuit error in iuriſdictione,
ſed in agente qui agebat ſine actione, petebat enim partẽ
hęreditatis,cum non eſſet hæres, vnde valet ſententia con-
tra hæredem,quod agens ſit hęres in parte,valet tamen ſen-
tentia lata contra ius litigatoris,vt in c.cum inter. in fi. de re
iudi.cum ſimili.in quæſtione autem noſtra error erat in iuri
ſdictione,& in poteſtate iudicis,ſed ad l.ii.§.j.ff.de iudi.Bu.re
ſpondet, quod ibi fuit error in eadem ſpecie iuriſdictionis,
quia iudex cuius iuriſdictio fuit prorogata putabat ſe alias
habere iuriſdictionem,& non ex prorogatione,vnde talis er
46 ror non vitiat proceſſum,quia iuriſdictio prorogata nõ dif-
fert ſpecie a iuriſdictione,quam putabat ſe habere,iuxta no
ta.per gl.& Doc.in c.P. & G.de offi.delega.hic autem iuriſdi
ctio quam putabat ſe habere differebat ſpecie,& alleg.Spe.
in ti.de ſen.prola.§.quoniam.ver.quid ſi dixerit.vbi dicit,ꝙ ſi
aliquis proceſſit tanquam delegatus vnius cum eſſet delega
tus alterius, puta ſi putabat eſſe delegatum archiepiſcopi
cum eſſet delegatus epiſcopi non valet proceſſus,& iſtud di
ctum etiam refert,& ſequitur D.Abb.ſed Bart.in dicta l.ii.ff.
de iudic.dicit,quod habebat ibi iuriſdictionem, & ſciebat ſe
habere,ſed ignorabat modum,vult dicere,quod habebat iu
riſdictionem ordinariam,& illam habere credebat,ſed igno
rabat modum per quem haberet illam iuriſdictionem ordi
nariam,quia ignorabat ſuam iuriſdictionem fuiſſe proroga
tam,ſecus dicit Bar.quando iudex errat in fundamento iu-
riſdictionis, vt quia ignorat ea quæ ſunt neceſſaria ad exerci
tium iuriſdictionis,& pro hoc dicit Bart. quod ſi iudex ferat
47 † ſententiam contra contumacem, & non eſt certus,an ſit
contumax,vel an ſit lis conteſtata non,valet ſententia.& idẽ
dicit Bar.ff.de condi.& demon.& in l.finita.§. Iulianus.ff.de
damno infe.facit d.l.pe.ff. de eo qui pro. tu.vbi non valet ge
ſtum per tutorem ſi ignorabat ſe tutorem, ad idem quod
no.Innocen.& Docto.in c.prudentiam.de offi.deleg. vbi pa
tet,quod ſi delegatus ignorat ſuam iuriſdictionem purifica-
tam propter impedimẽtum collegę, vt ſi ignorat collegam
datum in reſcripto cum clauſula,quod ſi ambo eſſet impedi
tus non valet proceſſus, licet in veritate ſit impeditus, & idẽ
tenet Bar.in dicta l.multum. vnde fortius dicit D.Abb.idem
eſſe dicendum in caſu noſtro cum iudex non intendat pro-
cedere poteſtate ordinaria,quam habet. Cum enim erretur
in eo quod neceſſario requiritur ad exercitium iuriſdictio-
nis,& validitas cuiusque dependeat a poteſtate,& volunta-
te actum exercentis,altero deficiente nil ſolide explicari po
teſt,vt dicto c.cum ſuper.& in l.multum intereſt.ff.ſi quis al
teri vel ſibi.& in l.qui in aliena.& in l.ſi is ad quem.ff.de acq
ren. hæred. In caſu autem noſtro deficiebat poteſtas iuri-
ſdictionis delegatę,& voluntas in iuriſdictione ordinaria,&
dicit D.Abb.quod de hac quæſtione eſt melior tex. qui poſ-
ſit allegari in c.ex parte Aſten.de conceſſio. præben.cum ibi
48 no.vbi patet,quod ſi valens†actum gerere vno modo,elegit
alium modum incompetentem corruit,vnde etiam D. Ab.
firmat ſecundam opi. Innocen. Sed moueo vnum dubiũ
49 pro declaratione, & quęro quare ſi iudex † ignorat iuriſdi-
ctionem prorogatam,ſed credit ſe habere iuriſdictionem tã
quam ordinarius,quam tamen non habet in litigantes, ſed
ſolum habet ex prorogatione valet proceſſus, & tamen ſi
alter ex delegatis cum clauſula,quod ambo, vel quod ſi nõ
omnes &c.ignorat alium impeditũ,& ſic clauſulam eſſe pu
rificatam,& interim procedit non valet proceſſus, vt in d.c.
prudentiam.de offic.deleg.dic,quod quando delegatus igno
rat impedimentum collegæ per conſequens ignorat funda-
mentum iuriſdictionis, quia non habet iuriſdictionem, vt
poſſit ſolus procedere, vel iuriſdictionem exercere, niſi ex
50 impedimento collegæ,nam ſi ignorat†impedimẽtum igno
rat fundamentum ſuæ iuriſdictionis,ſed quando ordinarius
ignorat prorogationem iuriſdictionis non ex hoc arctat in
fundamento iuriſdictionis, quia vere habet iuriſdictionem
ordinariam,licet non habeat in iſtos litigantes, niſi ratione
pro-

prorogationis ignorantia ergo prorogationis non concer-
nit fundamentum iuriſdictionis,quia in illa non errat, ſed
errat in qualitate,ſeu modo deferendę iuriſdictionis in iſtos
litigantes, quia iuriſdictio prorogata eſt ſua ordinaria quã
vere habet,& putat ſe habere,licet ſit extenſa ad iſtos proro
gantes quamuis iudex ignoret, & hoc modo procedit dicta
l.ii.§.primo.ff.de iudi.& quod ibi ſcribit Bart.Dicit præterea
Do.Abb.eſſe no. dicit vnum dictum Innocen. hic quod ſu
pra notaui. ſ. quod iudex errat in intellectu legis, vel indul-
gentię,vel priuilegii,vel huiuſmodi, quod nõ vitiatur actus.
51 Ex quo infert,quod ſi †iudex in ſentẽtia aliqua, allegat quæ
non faciunt ad propoſitum ex hoc nõ vitiatur ſententia,ex
quo non expreſſit aliter errorem iuris,nec eſt irritanda ſi per
aliam l.poteſt ſubſtineri, licet Hoſtien. voluerit contrarium
in d.c.ex parte Aſtenſis.de conceſſio.pręben. ſed pro primo
D.Abb.allegat c.per tuas.in fi.qui fi.ſint legi.& quod ibi no.
Ioan.And.& l.cum prolatis.ff.de re iudica.ſecundum vnum
intellectum,ſed tu dic,ꝙ c.per tuas, loquitur q̃n iudex fun-
dat ſniam in falſa, & in vera cauſa, licet enim falſa cauſa
habeat variare ſententiam quãdo ſola falſa ſententia eſt al-
legata, tamen quando allegata eſt falſa & vera cauſa ſuſti-
netur ſententia ex cauſa vera,& ita loquitur c.per tuas.& ꝓ
hoc Docto.in c.cum inter.ĩ.de re iudi. dicunt,quod ſi iudex
exprimat errorem iuris in ſententia, & poſtea alleget aliam
cauſam non continentem errorem iuris,ſententia ſubſtine-
tur ex illa cauſa in qua non eſt expreſſus error iuris, de quo
dixi in d.c.per tuas.& vide Innocen.in cap.per tuas. el ii.de ſi
mo.qui dicit,quod male intelligere legem,vel canonem nõ
eſt peccatum mortale cum ſint de iure poſitiuo, quod dicit
D.Abb.eſſe not.& declara vt ibi dixi. Tertio quæro iuxta
52 pręd‍icta pone,†quod habens poteſtatem ordinariam, & de
legatam procedit ſimpliciter, nunquid valeat proceſſus,Bu.
hic allegat Fede.de Se.conſilio ſuo cxxv.tenuiſſe, quod pro-
ceſſus non valeat,quia in dubio videtur, vt ordinarius pro-
ceſſiſſe, ex quo non expreſſit, quod procederet tanquam
delegatus,vt in c.cum in iure.de offi.deleg. maxime ſi nomẽ
ordinarii fuit expreſſum,allegat de offi.ordina.licet facit c.is
qui.de pręben.in vi.& quod no.gloſſ.in l.prima.ff.de iud.ſed
But. dicit ſe putare contrarium eſſe verius, quia in dubio vi
detur elegiſſe poteſtatem per quam actus valet,l.iii.ff. de te-
ſta.mili.& ita debet interpretatio fieri,de ver.ſig. abbate. ſed
D.Abb.dicit,quod ſi loquimur in caſu in quo per delegatio
nem non fuit reuocata poteſtas ordinaria,& tunc quia non
compellitur aliam eligere potuit ex vtraque procedere, vt
hic,& in c.ſignificauit.de corpo.vitia. ſed ſi eſſemus in caſu
in quo per delegationem eſſet reuocata poteſtas ordinaria,
quod quando ſic eſt ſupra declaratum,tunc dicit, quod aut
quęritur an citatus teneatur comparere, & dicit, quod non
tenetur comparere, niſi in citatione expreſſerit poteſtatem
quam habet,allegat no.per Innocen.in c.ii.de dila. Aut com
paruit & iudex proceſſit,& vltimate dicit, quod inſpicienda
ſunt acta,& ſi in eis apparet quod proceſſerit tanquam dele
gatus valebit proceſſus ,& ſi apparet, quod proceſſerit tanq̃
ordinis proceſſus non valebit,& hoc ſenſit in ſimili Bar.poſt
glo.in l.j.C.qui pro ſua iuriſd.in dubio vero quando ex actis
non apparet qualiter proceſſerit,dicit,quod proceſſus vale-
bit,ar.in l.quotiens.ff.de rebus du.& in c.abbate.de ver.ſign.
vnde in hoc vltimo caſu,ſ.quando ſumus in dubio procedit
opin.Butri. Et ex prędictis poteſt decidi quęſtio,quam for
mat hic Ioan. And.ſ.an habenti iuriſdictionem fuit delega-
tio facta inutiliter,puta a non habente poteſtatem delegan
di an valeat proceſſus coram eo factus. nam debet diſtĩgui,
quod aut apparet,quod proceſſit tanquam delegatus, & nõ
valet proceſſus,etiam ſi partes ſciuerunt delegationem non
valere, quia iuriſdictio delegata eſt improrogabilis ad perſo
nas,vt in c.P.& G.de offi. delega. Aut proceſſit vt ordinariꝰ,
& tunc valet proceſſus,quia iuriſdictio ordinaria intelligitur
prorogata,& hoc tenẽt Pet.& Bart.in dicta l.prima& Ioan.
And.& Bu.& D.Abb.hic qui tamen dicit,quod in dubio ſci
licet quando non apparet qualiter proceſſerit, valet proceſ
ſus,quia litigando coram incompetenti videretur prorogaſ
ſe iuriſdictionem,quę erat prorogabilis,ſ.ordinaria, non au
tem illa quę erat ĩ prorogabilis,ſ.delegata,ar.d.l.iii.ff.de teſt.
mili.& dicit,quod glo.in d.l.prima.C.qui pro ſua iuriſd.quę
dicit,quod valet proceſſus , quando partes ſcienter litigarũt
coram eo,debet intelligi,quando apparet quod proceſſit tã
quam ordinarius, vel quãdo dubitatur qualiter proceſſerit,
& ſic hæc quęſtio in effectu eſt eadem cum pręcedenti, &
eiſdem mediis deciditur, Quarta quęſtio eſt, pone,quod
delegans a principio carebat iuriſdictione,ſed poſtea pendẽ
53 te iudicio adeptus eſt iuriſdictionem,† an teneat proceſſus?
& glo.tenet,quod ſic in l.j.C.qui pro ſua iuriſdict.& in l.j.C.
vbi de crimine agi opor.vbi dicitur,quod iuriſdictio per ſu-
peruenientiam poteſtatis,videtur cõfirmata per l.licet. ff. de
iudi.dicit tamen,quod confirmatur a tempore ſuperuenien
tis iuriſdictionis,& non prius per l.obſeruari.§.fi.ff.de officio
præſi.ſed Iaco.de Are.dicit,quod glo.pręd.debet intelligi, q̃n
iuriſdictio erat radicata,licet nõ haberet exercitium,& hoc
modo loquitur d.l.obſeruare.ad idem ff.de pigno. actio. l.ſi
rem.§.fi.& l.ſed ſi ante.ff.ad Trebellianum.ſi autem nõ erat
radicata non valet proceſſus cum delegatio fuerit ſine radi
ce,allegat l.ſi a Titio.ff.de rei vendica.vbi probatur; quod ſi
emi fundum ab eo,qui non erat dominus, licet poſtea effi-
ciatur dominus non per hoc ipſo facto tranſit in me domi-
nium, licet haberet exceptionem cõtra eum ſi peteret a me
rem ſi poſſiderem,& cum hac opi.tranſit hic Ioan. And.&
Bar.in l.prima.C.vbi de crimi.agi opor. licet vtatur aliis ver
bis. dicit enim, quod aut ſuperuenit iuriſdictio ex cauſa de
ꝓterito, & confirmatur proceſſus,d.l.obſeruare.Aut ex cau
ſa de præſenti poſt delegationem,& tunc ſecus,vt d.l.ſi a Ti
tio.ſed D.Ab.in fi. Comm.dicit hoc verum,niſi poſt iuriſdi-
ctionem ſuperuenientem de nouo delegans facit aliquem
actum per quem videatur approbare primam delegationẽ,
cum ſemper ſufficiat ſolus conſenſus.l.ſi filius. ff. ad Maced.
& in clemen.prima.de procur. Pone exemplum delegans
erat perſona priuata tempore delegationis,vel ex aliqua cã
non habebat poteſtatem delegandi, modo ex aliqua cauſa
de nouo ſuperueniente delegans acquirit iuriſdictionem,
non per hoc confirmatur delegatio per ipſum facta,niſi fa-
ciat aliquem actum per quem videatur comprobare; & cõ
firmare delegationem per ſe factam antequam haberet iu-
riſdictionem,item D.Abb.limitat primum dictum, ſcilicet
inquantum dictum eſt,quod vbi iuriſdictio erat radicata tẽ
pore delegationis, quod ſuperueniente exercitio iuriſdictio-
nis in delegante confirmatur iuriſdictio delegati,nam eſt ve
rum ſecundum eum,niſi delegatus exercuiſſet aliquem actũ
de ſubſtantialibus iudicii,nam quantumcunq; ſuperueniat
iuriſdictio ex cauſa de ꝓterito non poteſt validari proceſſus
54 ſi† a principio fuit nullus ex defectu ſubſtantialium,allegat
c.dudum.de ele.& c.j.de li.conte.& l.momentaneę.C.qui le
gitimam perſonam.& dicit,ꝙ in ſimili hoc voluit Inn. in c.
prudentiam.de offi.deleg. vbi etiam aliqua tetigit,& hoc fir
mat Bal.poſt Ia.Bu.in d.l.j C.qui pro ſua iuriſ.& Spe.in ti.de
legato.§.excipitur.ver.item quid ſi committens. Et ex hoc
infertur,ꝙ ſi ſuperior approbat, & ratum habet proceſſum
illiꝰ qui proceſſit cum careret iuriſdictione, ꝙ ex tali ratiha
55 bitione non ualidatur† proceſſus,licet enim confirmetur iu
riſdictio per talem ratihabitonem,non tamen confirmatur
proceſſus,& hoc tenet Bart.in l.licet.ff.de iudi.& allegat no.
per Inn.in c.prudentiam.de of.dele.& ſequitur hic Bu. & eſt
de mente omnium ſcribentium. Aduerte inquantum dixi
ꝙ ſi electus delegat cauſam antequam ſit cõfirmatus,& po-
ſtea confirmetur, ꝙ confirmatur iuriſdictio delegata, nam
hoc nõ procedit in dignitatibus eccleſiaſticis,quia qualiter-
56 cunque electus ingerat ſe† priuatur ipſo facto omni iure q̃d
habebat, vt in c.auaritiæ.de electio.in vi.& ſic omni habitu
poteſtatis ante confirmationem,& hoc tenet Io.An.in Spe.
in ti.de legato.§.excipitur.ver.item quid ſi comittens. & ſeq
tur Bu.& D.Abb.in fi.commen. Ex prædictis etiam poteſt
inferri,quid ſi iudex ordinarius proceſſit inter non ſubditos
qui non prorogauerant iuriſdictionem eius,quia credebant
57 ipſum eſſe iudicem nunc certificati†conſentiunt, ꝙ proceſ-
ſus valeat,an talis ratihabitio validet proceſſum?gl. & Bart.
in l.j.C.vbi de crim.agi opor.dicunt, ꝙ ſic,quia dato defectu
voluntatis partium,qui non prorogauerunt iuriſdictionem
proceſſus eſt nullus, vnde per ratihabitionem confirmatur
proceſſus,& idem dicit Bar.in l.licet.in fi.ff.de iudi.ſed Butr.
hic tenet contrarium dicens, quod eſt eadem ratio,quæ eſt
quando iudex caret iuriſdictione,quia proceſſus qui a prin-
cio fuit nullus non poteſt per ratihabitionem confirmari,
& dicit,ꝙ hoc tenet Spe.in d.§.excipitur.ver. quid ſi committ
tens.& iſtam opi.tenet Cy.& Bal.in d.l.j.C.vbi de cri. agi op.
licet Ia.Bu.fuerit ſecutus opi.glo.& Bar.mihi placet opin. ꝙ
non validetur proceſſus, ex quo enim erat ipſo iure nullus
58 ſolo partium conſenſu effici validus non poteſt cum † ſub-
ſtantialia iudicii non dependeant a conſenſu partium,iuxta
no.in l.j.C.de li.conte.& in c.j.de libell. obl.cum ſimili.& de
iſta materia vide per Bu.& alios in c.P.& G.de of.dele.& per
eundem in c.ſignificaſti.de fo.compe.& per pręd‍icta D Ab.
infert ad quæſtiones quæ quotidie occurrunt. Pone epiſco-
59 pus†contulit beneficium ante lapſum menſis,de quo in cle
menti.j.de conceſſio.pręben.habens gratiam iuxta formam
illius cle.non acceptauit beneficium infra menſem,nũquid
valeat dicta collatio cum infra menſem haberet ordinariꝰ
collator manus ligatas,& dicit D.Abb.ex prędictis poſſe de
cidi,ꝙ ſic,quia habebat iuriſdictionẽ conferendi, licet exer-

citium

citium eſſet ligatum per expectatiuam cum dicta clauſula,
ſecus dicit ſi contulit beneficium cuius collatio, vel inſtitu-
tio pertinet ad inferiorem, licet enim poſt per negligentiã
inferiorum deuoluatur collatio ad eum qui contulit, non
per hoc recõualeſcit collatio, vel inſtitutio facta ante deuo-
lutionem, quia primo caſu epiſcopus habet iuriſdictionem,
& poteſtatem in habitu, licet exercitium ſit ſibi interdictũ
infra menſem, in alio vero caſu non ſpectabat poteſtas con
ferendi, nec in habitu, nec in exercitio ante deuolutionem
factam, & dicit ſe putare, quod in primo caſu reconuale-
ſcat ipſo iure collatio, quia nullum ſuperuenit ius de pręſen
ti, ſed ſolum remotum fuit impedimentum, & ad hoc addu
cit notabile dictum Barto. in l. cum vti prædium. ff. de vſuris.
vbi ponit quæſtionem talẽ, cauetur ſtatuto, quod ſi debitor
exbannitus eſt condemnatus pro debito, nullum contra-
ctum poſſit facere donec ſoluat, contingit, quod prius con
60 traxit, & poſtea ſoluit, quæritur an † cõtractus confirmetur?
& reſpondet, quod ſic, ſiue ſua interſit, ſiue non, quia hic
non ſuperuenit ius, ſed ſolum fuit obſtaculum remotum,
plus dicit Do. Abb. quod etiam in alio caſu, ſcilicet quando
61 contulit beneficium, quod non poterat † confere, quia obli-
gatus erat ad conferẽdum aliud, ne ille cui eſt facta talis col
latio decipiatur, vt in capitulo inter cætera. de præbẽ. ſtatim
cum ad eum deuoluta fuit poteſtas conferendi, vel inſtituẽ
di conualidatur illa collatio, ſiue inſtitutio cum non requi-
ratur alia traditio, ad hoc ſi rem alienam in fi. ff. de pignora.
actio. & dicit, quod in ſimili hoc voluit Bart. in dicta l. cum
vir prędium. vbi dicit, quod ſi aliquis vendidit eccleſię rem
alienam, & deinde venditor ſucceſſit domino rei, quod ſta-
tim tranſit vtile dominium in eccleſiam, ratio, quia non re
quiritur traditio ad hoc, vt eccleſia acquirat dominium, ſed
ex ſolo contractu abſque traditione acquirit dominium, ſi
tradens eſt dominus, vt in l. fina. C. de ſacroſan. eccle. & etiã
quia intereſt venditoris, qui ſucceſſit domino, quod domi-
nium acquiratur eccleſię, cum ſit ei obligatus ratione con-
tractus venditionis. ſed dicit dominus Abb. quod ſi præſupo
nimus, quod collator non erat obligatus ad conferendum
aliud beneficium, vt puta quia contulit ignoranter, vel ſciẽ-
ti illud conferri non poſſe, tunc ex ſuperuenientia poteſtatis
conferendi non conualeſcit collatio, vel inſtitutio, quia ſua
non intereſt, vt cõualeſcat, vnde oportet, quod interueniat
noua collatio, & dicit, quod ſi poſtea collator feciſſet aliquẽ
actum per quem videatur tacite approbaſſe collationem,
vel inſtitutionem, quod hoc ſufficit cum non requiratur
alia ſolennitas, vel traditio, ſed ſufficiat nudus conſenſus, ar
gumen. cap. dilecto. de pręben. & capit. ſi tibi abſenti. de pręben. in vi. & quod no. Barto. in l. quo enim. ff. rem ratam ha-
be. & quod no. in c. ex ore. de priuil. & dicit hæc ſingulariter
no. quia nemo diſcutit, nec ipſe vnquam tam late examina
uit, dibit ſm limitanda ea quæ no. D. de Ro. in dec. anti. 352.
ſed in meis decibo. ſub ea quota nihil inueni, ſed verum eſt
quod D. de Rota. in deci. antiquis deci. ccxxxv. & deci. ccxlv.
videntur dicere illud quod dicit D. Ab. in primo caſu, ſcilicet
quando ordinarius contulit ante menſem qui datur expe-
pectantibus, tanquam in illa deci ccxlix. videantur multum
62 dubitare, ſed deci. cclxiii. firmant, quod collatio † facta per or
dinarium ante menſem non validetur dato, quod expectãs
infra menſem non expectauit. mouentur, quia propter de-
cretum, & appoſitionem menſis ligatę ſunt manus ordina-
rii conferentis infra menſem etiam ſi impetrans acceptare
nolit, quia collatio ordinarii facta eo tempore quo non po
tuit non valet, nec cõualeſcit, ſed eſt opus noua collatione
vel per ipſum ordinarium, vel alium qui habet poteſtatem
conferendi, & pro hac opinione bene facit illa clemen. quę
videtur innuere collationem non valere, allegat capitu. ſta-
tutum. de pręben. in vi. & capitu. vt noſtrum. de appella. & ca
pitu. inter dilectos. de exceſ. prælato. & dicunt, quod hoc te-
net Pau. in dicta clemen. prima. de concæſ. præben. & dicunt
verum, quia Pau. ibi dicit, quod non tenet collatio, licet ex-
pectans nõ acceptet infra mens. & quod eſt opus noua col-
latione, idem ſequitur Ioan. de Imo. in dicta clemen. in vlti-
mis verbis ſui Commenti, & D. Car. in dicta clemen. §. ſecus.
de quo plene ſcribit in ca. dilectus. ii. de præben. vbi vide, & ſi
eſt verum, quod requiratur noua collatio non ſufficeret ſo-
lus conſenſus epiſcopi, niſi collatio de nouo fiat, cum bene
ficium non poſſit obtineri ſine inſtitutione canonica, & cõ
63 ſenſus † epiſcopi non habet vim collationis, quod conſentiẽ
do videtur credere, quod collatio facta per eum valeat, vel
reconualeſcat, non autem de nouo conferre, vnde puto,
quod in primo, & in ſecundo caſu requiratur noua colla-
tio, extat tamen regula cancellariæ, quæ dicit, quod ſi quis
64 † poſſederit beneficium pacifice per triennium non poteſt
amplius opponi, quod collatio non ſit legitime facta, nec
eo prætextu moleſtari, niſi opponatur, ꝙ acquiſiuerit per ſi-
moniam, vel per aliam pactionem illicitam.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſidens alieno nomine non præſcribit.*
2 *Ius habens in toto fundat ſuam intentionem in qualibet parte.*
3 *Comites, & domini temporales fundant intentionem ſuam ſuper iure cõmuni.*
4 *Dominium rei feudalis eſt penes dominum feudi.*
5 *Dominum vtile competit vaſallo ſuper feudo.*
6 *Paria ſunt facere pro tali, & facere procuratorio nomine.*
7 *Confeſſio prælati an nocet eccleſiæ.*
8 *Quaſi poſſeſſio exigendi iuramentum fidelitatis datur.*
9 *Reſtitutio etiam ad iura incorporalia refertur.*
10 *Iura incorporalia quaſi poſſidentur.*
11 *Poſſidere is dicitur, cuius nomine poſſidetur.*
12 *Acquiſita contra proprium iuramentum retineri non poßunt.*
13 *Acquiſita illicite quando teneatur quis reſtituere.*
14 *Ludo acquiſita an debent reſtitui.*
15 *Fama vtrum ſit reſtituenda.*
16 *Præſcriptio contra eccleſiam Romanam procedit in ciuitatibus, & regnis ad eam ſpectantibus.*
17 *Bonafides requiritur in qualibet præſcriptione.*
18 *Bonæ fidei is eſſe dicitur, qui credit tradentem eſſe dominum.*
19 *Bonafides in dubio præſumitur, niſi contrarium probetur.*
20 *Bonæfidei poſſeſſor præſumitur ex antiqua poſſeſſione.*
21 *Bonafides præſumitur ex iuſto titulo.*
22 *Poſſeßio contra ius non proficit, & ſi diuturna fuerit.*
23 *Bonafides præſumitur, ſiue cum titulo, ſiue ſine quis poſſideat, dummodo non poſſideatur iure reſiſtente.*
24 *Bonæfidei quis pręſumitur in rebus incorporalibus.*
25 *Res quælibet præſumitur libera.*
26 *Seruitus prætenditur debita ex cauſa quę præceßit.*
27 *Bona, & mala fides in animo conſiſtit, & non probetur, niſi per coniecturas.*
28 *Mala fides quando præſumatur per caſus quatuor diſcurritur.*
29 *Nemo dicere præſumitur quod in mente non habuit.*
30 *Emens a prodigo, vel a furioſo an ſit in mala fide.*
31 *Emens a ludente an contrahat obligationem.*
32 *Præſcriptio, quando procedat non obſtante ſcientia, rem eſſe alienam.*
33 *Præſcriptio decem annorum non procedit in re a non domino vendita.*
34 *Res vitio affecta non præſcribitur.*
35 *Malafides non nocet præſcriptioni 30. annorum.*
36 *Malafides, an habeat locum in re pignoratitia alienata per creditorem.*
37 *Malafides actoris an hęredi noceat, vel ſucceſſori.*
38 *Error iuris non vitiat præſcriptionem in qua titulus non requiritur.*
39 *Poſſeſſor bonæfidei condemnatus rem reſtituere vna cum fructibus extãtibus reſtituit.*
40 *Fructus rei immobilis præſcribuntur ſpatio triennii.*
41 *Error iuris non præſumitur, niſi probetur, cum quilibet ſcire leges pręſumatur.*
42 *Sententia an tribuat cauſam præſcribendi.*
43 *Donatio facta per virum vxori de re aliena an valeat.*
44 *Error iuris an impediat quamlibet præſcriptionem.*
45 *Bonæfidei dicitur qui non habet conſcientiã rei alienæ.*
46 *Error facti probabilis ſupplet defectum tituli.*
47 *Dubitans cenſetur eſſe bonæ fidei.*
48 *Canones ſequendi ſunt etiam in foro ſeculari.*
49 *Bonafides probata videtur ſupplere titulum.*
50 *Præſcriptio cum iuſto titulo non poſſunt concurrere.*
51 *Ius decimarum non cadit in laicum.*
52 *Monachi an poſſint per præſcriptionem euitãre ſubiectionem.*
53 *Ius contra poſſeſſionem præſumptum, an illam in totum inficiat.*
54 *Ingreſſus vitioſus in beneficalibus eſt cauendus.*
55 *Errare in proprio facto an quis præſumatur.*
56 *Fama publica an pro titulo habenda ſit.*
57 *Epiſcopus Feſulanus an audire poſſit cauſas eorum qui ſubſunt S. Marię in Campo Florentiæ.*
58 *Res patrimoniales clericorum an gaudent priuilegio eccleſiæ.*
59 *Bona clericorum an ſint priuilegiata contra pedagia, & ſimilia.*

## CAP. XVII.

1 SI diligenti. Si quis alieno nomine † poſ-
ſidet non præſcribit, nec ẽt
is qui proprio nomine poſſidet non habens bo
nam fidem, nec iuſtum titulum. hoc dicit ſecun
dum Ioan. And. ſed inquantum loquitur de tit.
dicit D. Abb. quod in pręſcriptione xl. annorum contra ec
cleſiam

cleſiam non requiritur titulus, niſi quando pręſcriptio eſt
contra ius commune, vel prȩſumptio eſt contra præſcriben
tem, vt in c.j.eo.ti.in vi. Diuiditur in duas partes, quia pri-
mo inducit vnam rationem contra archiepiſcopum. Secun
do reprobat excuſationem archiepiſcopi per locum a diui-
ſione. Secunda ibi, nos igitur. In tex. ibi, Sardinia. idem di-
cas de Sicilia, vt in c. mandata. de præſcri. & in cle. paſtoralis.
de re iud. Idem de ciuitate Romana, & quibuſdam aliis pro
uinciis, de quibus lxxiii. diſt. tibi domino. & c. ego Loduicus.
& xcvi. diſt. Conſtantinus. de elec. fundamenta. lib. vi. Item
ibi, nullo pertinet mediate: hęc verba, & pręcedentia ſa-
piunt plenam exemptionem, de priuil. ſi Papa. lib. vi. Io. An.
Item ibi, pro te, vel eccleſia tua, niſi nomine tuo, vel eccle-
ſię tuę. Item ibi, ſubnixam. i. munitam, vel defenſam Vinc.
Item ibi, non oſtendas, quia forte allegabat ſibi, & ſucceſſo
ribus ſuis, hoc ius conceſſum fuiſſe realiter, ſicut & alibi di-
citur. ſ. in c. ad abolendam in fi. de hęre. & ex hoc no. Io. An.
ꝙ eſt neceſſe probare illud, quod dicitur, allegat ca. cum ſup.
de conce. præben. Item ibi, pro ſede apoſtolica. i. nomine ſe.
apoſtolicę. Item ibi, per quam. i. per quam confeſſionem. Item
ibi, præſtitum. ſ. a te in probatione tua. ſ. de iureiu. ego N. Io.
An. Item ibi violatum. ſ. ſi ſciebas iudicatum illum ad ſe. ap-
pertinere. Item ibi, ſcienter per quod conuincitur mala fides
Io. An. Item ibi, ſi locum habere potuiſſet prȩſcriptio, puta
quia poſſediſſet nomine proprio, & habuiſſet bonam fidẽ,
& aliqualem titulum. No. primo, ꝙ eſt bonum ar. de toto
2 ad partẽ † habens enim ius in toto fundat ſuam intentionem
in qualibet eius parte, nam Papa hic arguit de toto ad par-
tem, hoc modo iudicatus Calritanus eſt in Sardinia, ſed Sar
dinia immediate pertinet ad Romanam eccleſiam, ergo iu-
dicatus Claritanus qui eſt in Sardinia. ſimile de religi. domi.
3 cum venerabilis. & ex hoc arguit Hoſ. ꝙ comites, † & domi
ni temporales fundant intentionem ſuam de iure commu-
ni, quo ad res ſitas intra limites ſui territorii de Imperio to-
tius orbis. l. bene a Zenone. C. de quadrien. prȩſcri. & idem in
Papa quo ad patrimonium eccleſiæ, ſed dicit D. Abb. hoc eſ
ſe verum quo ad iura Imperialia, & quo ad iuriſdictionem,
non autem reſpectu proprietatis rerum, & bonorum, ar. in
c. per venerabilem. ſ. qui fil. ſint legi. & in c. nuper ſ. de do. in-
ter vi. & vxo. de quo vide quod no. Io. An. in c. fi. de offi. arch.
& quod no. glo. & Doct. in proœmio Digeſtorum. Secun
4 do no. ibi, ad ius & proprietatem, ꝙ dominium † rei feudalis
eſt penes dominum feudi. ſed Inno. & Hoſt. hoc intelligunt
in dominio directo, quia vtile eſt penes vaſallos, allegant. c.
nuper. ſ. de do. inter vi. & vxo. ſed tex. in c. j. quibus mo. feud.
amit. dicit, ꝙ vaſallus habet vſumfructum in re feudali, ſed
Bal. ibi dicit, ꝙ vſusfructus accipitur pro vtili dominio, & de
hoc etiam diſputat in c. j. de capi. qui cu. ven. & concludit, ꝙ
5 vaſallo † competit vtile dominium, quod probatur ex eo q̃a
habet vendicationem, ſed vendicatio non datur, niſi haben
ti dominium directum, vel vtile, vt in l. j. ff. ſi ager vecti. vel
emphi. petatur. & per Inno. in ca. cæterum. de iudi. Tertio
not. ibi, pro te, vel eccleſia tua, & ibi pro ſe. apoſtolica, quod
6 iſta ſunt paria facere † aliquem actum pro tali, vel procura-
torio nomine talis, & de hoc Legiſtę habent plures tex.
7 Quarto no. ibi, confeſſionem tuam, ꝙ † confeſſio prȩlati no
cet eccleſiæ, concor. c. ij. de cap. mo. Sed in contrarium fa-
cit tex. cum glo. in c. ij. de teſti. in vi. iuncta glo. in verbo, ipſo
rum conuentuum. & gl. xxii. di. Conſtantinopolitana. vbi pa
tet, ꝙ confeſſio ſolius non nocet eccleſię, ſi eccleſia eſt colle
giata, ſed D. Abb. dicit, ꝙ iſte tex. procedit, quando præſum-
ptio, vel ius commune eſt contra eccleſiam, vt hic erat, nam
tota Sardinia pertinebat ad Papam, vt dicit tex. alias proce-
derent contraria, & dicit D. Abb. hanc limitationem notan-
dam ad illa iura, ſed de hoc an confeſſio prælati noceat ec-
cleſiæ, tangit etiam glo. in c. fi. ſ. eo. & in c. dudum. ii. de elect.
& vide no. per Io. An. in addi. ad Spe. in rub. de reb. eccl. non
alie. & per Bu. & Io. de Imo. & in c. j. de depo. & per Bal. in l. j.
C. de confeſ. & per D. Abb. in c. fi. ſ. eo. & ibi dicam ſuper vlti
ma parte gloſ. fi. Quinto no. ibi, in quaſi poſſeſſione, ꝙ eſt
8 dare † quaſi poſſeſſionem iuris exigendi iuramentum fideli-
tatis a vaſallis. Ex quo infertur, ꝙ quis poſſet petere reſtitu
tionem, tanquam ſpoliatus, ſi vaſallus denegaret exhibere
hoc iuramentum, quia etiam ad iura incorporalia eſt faciẽ-
9 da † reſtitutio, vt eſt tex. cum gl. ii. q. ii. nullus. & in c. cum inter.
10 in fin. j. glo. de excep. Sexto no. ꝙ † iura incorporalia quaſi
poſſidentur, & domini quaſi poſſideri, quia vere nõ poſſunt
poſſideri cum tangi non poſſint, vt Inſti. de re. cor. & incorp.
11 Septimo no. ꝙ is dicitur poſſidere † cuius nomine poſſide
tur, & per conſequens præſcribit ille cuius nomine poſſide-
tur, concor. c. cum veniſſet. de reſt. ſpo. & pondera tex. ꝙ etiã
ĩcorporalia poſſunt alieno nomine poſſideri. Octauo no.
ibi, contra iuramentum proprium acquiſiuit, ſecũdũ Ho. ꝙ
12 acquiſita † contra proprium iuramentum retineri non poſ-
ſunt, allegat cap. ad audientiam. quod metus cau. idem dicit
de aliis cum peccato acquiſitis, de quo remittit ad no. de iu-
dæis. cum ſit. vbi de hoc. Sed D. Abb. allegat bonas gl. quæ
13 tractant, an quando quis teneatur reſtituere illicite † acquiſi
ta. ſ. glo. in ca. ex tranſmiſſa. de elect. & xiiii. q. v. in ſumma. &
j. q. j. non eſt putanda. & c. cito turpem. & Ioan. An. in regula
quod ſemel. lib. vi. ſed ego remitto ad plene not. per Doct. in
c. quia plerique. de immu. eccle. vbi tractatur, an & quando
illicite acquiſita debeant reſtitui, & de his etiam vide Sanc.
Thom. q. xxxii. art. vii. & qõ. lxii. arti. v. & vtrum debeant reſti
14 tui ea quæ acquiruntur † in ludo, vide no. in pręal. arti. vii. vbi
diſtinguit aliter quam Canoniſtæ in d. c. quia plerique. & di-
cit, quod non tenetur reſtituere, niſi in tribus caſibus. Pri-
mus, quando ludens non habet adminiſtrationem re-
rum, quas ponit in ludo, ſeu eas non poteſt alienare, vt ſi eſt
filius, vel ſeruus, vel minor, vel furioſus. Secundus, quan-
do traxit alium ad ludum cupiditate lucrandi. Tertius, q̃n
luſit fraudulenter. Quartus, ſi ſubeſſet conſuetudo, quod
deberet reſtitui, & dicit, ꝙ ſi ſubeſſet conſuetudo, quod de
beret reſtitui, non debet fieri reſtitutio illi qui traxit ad lu-
dum, quia eſt indignus, ſed debet de eo fieri eleemoſina.
15 Vtrum autem † fama ſit reſtituenda. Pe. de An. in regula pec
catum, ſeu peccati. dicit, ꝙ ſic, ſed vide San. Tho. qui plenius
declarat ii. ii. qõ. 62. ar. ii. qui dicit, ꝙ tripliciter quis poteſt ali-
cui afferre famam. Primo mõ verũ dicendo, & iuſte, puta
cum aliquis ordine ſeruato prodit crimen alterius, & tunc
non tenetur ad reſtitutionem. Secundo modo, quando
quis aufert famam alterius iniuſte dicendo falſum, & talis
tenetur reſtituere famam dicẽdo ſe falſum dixiſſe. Tertio
modo dicendo, ſed iniuſte, puta cum aliquis prodit crimen
alterius contra ordinem debitum tunc tenetur ad reſtitutio-
nem famæ, quantum poteſt reſtituere ſine mendacio, puta
dicendo ſe male dixiſſe, vel quod iniuſte eum diffamauit, pu
ta dicendo; & ſi non poteſt abſque mendacio famam reſti
tuere debet infamato, aliter recompenſam facere, vel in pe
cunia, vel in aliquo honore conſiderata conditione vtriuſ-
que ſecundum arbitrium boni viri quã notabis. Quarto
not. quod tertius poteſt prȩſcribere contra directum domi-
nium vtili remanente penes vaſallum, de quo dixi ſ. eodem.
ad audientiam. Vltimo no. quod contra eccleſiam Roma
16 nam poteſt † prȩſcribi in rebus ciuitatum, & regnorum ad
eam pertinentibus pleno iure, ſed requiritur præſcriptio cen
tenaria, concor. ſupra eo. cum nobis. Sed aduerte, quia tex.
videtur velle in fine, quod prȩſcriptio centenaria non poſſit
probari contra Romanam eccleſiam, & ſic videtur lex poſi
ta ſuper impoſſibili contra c. erit. iiii. diſtinct. Sol. dicit Ioan.
An. quod Papa hic ponderauit factum ſpeciale, quo ad hũc
caſum, & non ius: quaſi dicat, quod de iure bene eſt poſſibi-
lis probatio, ſed Papa hic non credebat, quod poſſediſſent
tanto tempore Archie. Piſanum, vt poſſet probari centena
ria prȩſcriptio, vel ſecundum Hoſtien. Papa hic ponderat p
bationem teſtium, per quos non credit hoc poſſe probari;
per inſtrumenta tamen bene poſſet probari, puta ſi apparẽt
inſtrumenta facta de fidelitate iam per ducentos annos, &
plures, ſed prima ſolutio magis placet domino Abba.
quia Archi. non allegauit probationem teſtium, ſed de hoc
plene dixi in cap. cum nobis. ſupra eodem. Et ex hoc colligit
domi. Abb. quod inferior poſſit præſcribere bona, & iura
pertinentia ad Papam, licet non poſſit prȩſcribere ſupre-
mam poteſtatem, vt dixi in dicto capitu. cum nobis. In gl.
ſecunda in fine, Ioan. And. allegat capitu. fin. infra de ſpon.
duorum. Item alię gloſſ. quæ ſequuntur non ſunt digne ſatis
recitatione vſque ad gl. in verbo, bona fides. venio igitur ad
gl. in verbo, bona fides. quam diuido in viii. partes. In prima
parte glo. quærit, an in præſcriptione cuiuslibet rei requirat̃
bona fides. In ſecunda quis intelligatur eſſe bonæ fidei, &
an in dubio ſit prȩſumendum. In tertia ponit quatuor ca
ſus in quibus quis præſumitur eſſe malę fidei. In quarta po
nit duos caſus, in quibus habens conſcientiam rei alienæ p̃-
ſcribit. In quinta, an mala fides tradentis noceat recipien-
ti. In ſexta, an errans in iure cenſeatur eſſe bonæ fidei. In ſe
ptima, an habens conſcientiam lęſam cenſeatur eſſe bonę
fidei. In octaua, an inter laicos in præſcriptionibus ſit ſeruã
dum ius canonicum, vel ius ciuile. Secunda ibi, & bona fi
des. Tertia ibi, quandoque tamen præſumi. Quarta ibi, quan
doque tamen quis. Quinta ibi, illud tamen ſcias. Sexta ibi,
item dicitur bona fides. Septima ibi, item ſi habeat conſciẽ-
tiam dubiam. Octaua ibi, ſed quid dices. In prima parte
17 glo. vult, † quod in qualibet præſcriptione requiratur bona
fides, ſiue agatur de re ſpirituali, ſiue ciuili præſcribenda, ſed
dic, quod de iure canonico nulla præſcriptio, ſiue ſit cano-
nica, ſiue ciuilis procedit abſque bona fide, & ibi latius di-

cam

cam. In ſecunda parte gloſ.hæc gl.dicit duo, primo,quod
18 ille dicitur bonæ†fidei qui credit tradẽtem eſſe dominum,
vel habere ius diſtrahendi,licet erret in facto, & dic genera
lius, quod ille dicitur eſſe bonę fidei,qui credit ſe eſſe domi-
num,ſeu rem eſſe ſuam,& hoc probatur infra eodem.c. fin.
19 & in c.ſi virgo.xxxiiii.q.ii. Secundo dicit, quod quis†in du
a bio præſumitur bonę fidei,[a] niſi probetur cõtrarium, & idẽ
dicit in c.fi.j.eodem.in glo.ii. & idem dicit glo.iii.in c.abba-
te ſane.de re iudi.in vi.ſed glo.fi.xvi.q.iii.dilectio.dicit, quod
debet ſtari iuramento præſcribentis, an habuerit bonam fi-
dem,vel non,& idem dicit glo.in §.alię.Inſti.de actio.ſed in
l.pen.C.de euict ſimpliciter dicit, quod bona fides in dubio
præſumitur.Bu.autem hic,& D.Abb.poſt Bar.in l. Celſus.ff.
de vſucap.diſtingunt, quod aut nos loquimur in rebus cor-
poralibus,aut in iuribus incorporalibus. In primo caſu di
cunt ſequendo Bar.quod aut pręceſſit titulus verus,vel puta
tiuus etiam errore iniuſto, & præſumitur bona fides, vt d.l.
pen.C.de euict.facit l.igitur.§.poteſt.ff.de libe.cau.idem dicit
Bar.de quolibet poſſidente, niſi alius antiquior poſſeſſor ap
pareat, ille enim poteſt facere illam allegationem. ſ. quod
tutum non erat,ſcire debebas ad alium pertinere,l.fin.C.vn
de vi.& Bar.ibi videtur hoc dictum limitare, videlicet, quod
antiquior poſſeſſor poterit prædictas allegationes facere in-
fra triginta annos,ſed poſtea non,& ſic præſumptio malę fi.
dei,quę eſt contra poſſidentẽ ſine titulo tollitur per curſum
triginta annorum,etiam quo ad antiquiorem poſſeſſorem,
20 & præſumitur ex tunc retro†fuiſſe bonæ fidei, & hoc ſequi
tur Butri.& D.Abb.qui dicit,quod hoc eſt ſingulare dictum
ſemper menti tenendum, & allegat ad hoc ſingulare dictũ
Innocen.in c.ii.de reſti.in integrum.in gloſſ. ſua quæ incipit
per monachos.vbi dicit, quod licet quilibet pręſumatur eſ-
ſe bonus,niſi probetur malus,vt in c.fi.de pręſump. & in ca.
vnico.de ſcrutin.non tamen ſic in bona fide,quia ad hoc,vt
11 quis præſumatur bonę †fidei,oportet, quod habeat iuſtum
titulum,vel quod probabilibus rationibus quęſiuerit poſſeſ
ſeſſionem.ff.de lib.cauſa.l.igitur.§.ij.& l.liberis.§.fi.vel quod
longo tempore fuerit in poſſeſſione.l.iii.§. ſi ſeruus.ff. de ac-
qui.poſſeſſio.& quod dicitur longum tempus dicit eſſe relin
quendum arbitrio iudicis,l.j.ff.de iure deli.& in c. de cauſis.
de offi.delega.hinc eſt, quod ſi alius,quam capitulum maio
ris eccleſię ſit in poſſeſſione eligendi, & petet electionem
ſuam confirmari, ſuccumbet in ſua poſſeſſione, quia non
præſumitur bona fide eſſe in hac poſſeſſione eligendi, quia
hoc eſt contra ius.& dicit D.Abb.quod per iura allegata In-
nocen.videtur ſe reſtringere ad caſum, quando poſſeſſio eſt
contra ius, quia non prſumitur bonæ fidei, niſi longo tem-
pore fuerit in poſſeſſione, vel probabiliter rationibus ipſa
poſſeſſio fuerit acquiſita,& per hoc D.Abb.allegat ca. cum
eccleſia.de cauſa poſſeſ.& proprie.iuncto ca. ad decimas.in
glo.in verbo,aliquandiu.de reſti.ſpo.in vi. & vt intelligas in
22 duco ſic poſſeſſio†contra ius non perficit,etiam ſi poſſeſſor
aliquandiu fuerit in poſſeſſione,vt patet in d. c. ad decimas.
& tamen ſi fuerit longo tempore continuata proficit, vt pa-
tet in c.cum eccleſia Sutrina.de cau.poſ.& proprie. vbi cen-
ſetur electio contemptis illis qui fuerunt in poſſeſſione eli-
gendi, & præſtiterunt vocem in electione trium epiſcopo-
rum, & ſic longo tempore fuerunt in poſſeſſione eligendi.
Et ex hoc infert D. Ab. ad dictum Barto.quia ſicut poſſidẽs
longo tempore pręſumitur bonæ fidei,etiã ſi poſſideat iure
reſiſtente,ita & fortius ex diuturnitate tẽporis debet præſu
mi bona fides contra antiquiorem poſſeſſorem, cum hoc
vltimum conſiſtat in facto, & poſſit probabiliter ignorari,
pręcedens vero conſiſtit in iure cuius ignorantia de facili
non pręſumitur,vt in regula ignorantia, & in regula pręſu-
mitur.lib.vi.& hoc tene,licet Ioan.de Imo.in c.fi.in iiii col.
infra eodem. reprobet opin.Barto.& tenet,quod etiam poſt
lapſum triginta annorum pręſumatur mala fides,tenet etiã
quod non pręſumatur bona fides, niſi pręſcribens habeat ti
tulum,& hoc tenuit Ia.de Are.& Cy.in l.pen.C.de præſcrip.
long.tempo.vel niſi aliquid probetur, propter quod debeat
pręſumi bona fides,per notata per Inno.in c.ii.de reſti. in in
te.inquantum ibi vult,quod ſit neceſſarium probare titulũ,
vel quod probabilibus rationibus acquiſiuerit poſſeſſionẽ,
& plus dicit,quod etiam non debet ſtari iuramento præſcri
bentis ſi vult iurare ſe crediſſe rem fuiſſe ſuam, quia præ-
ſumptio eſt in oppoſitum, ex quo ſine titulo rem alterius
occupauit,vt in l.fin. C. vnde vi. Sed tu tene communem
opin.quam communiter ſecutę fuerunt gloſſę iure ciuilis,&
canonici,& etiam Doc.Canoniſtæ,& Legiſtę, ſcilicet quod
23 in dubio pręſumatur bona†fides,ſiue quis poſſideat cum ti
tulo, ſiue ſine titulo, niſi poſſideat iure reſiſtente quo caſu
non pręſumitur bona fides,niſi probet titulum,vel quod iu
ſtis rationibus acquiſiuerit poſſeſſionem, vel lõgo tempore
fuerit in poſſeſſione,& hoc modo loquitur Innocen.in d.c.
ii.de reſti.in integrum.& ita etiam intelligit eum hic D.Ab·
licet Ioan.de Imo.aliter eum intellexerit in d.c.fin.ſecus vbi
quis non poſſideret contra ius commune, quia tunc pręſu-
meretur bona fides,vt voluit hic glo.& Docto.& hoc etiam
tenet hic Innocen.nam ſimpliciter dicit,quod in dubio præ
ſumitur bona fides, vbi autem alius probaret de antiquiori
poſſeſſore, tunc pręſumeretur mala fides, ſi poſſeſſor non
oſtendit titulum,vel quod probabilibus rationibus acquiſi-
uerit poſſeſſionem, vel quod longo tempore fuerit in poſ-
ſeſſione,& ex his infert Do.Abb. ꝙ antiquiori poſſeſſori ſit
proditum aliquod remedium contra ſecundũ poſſeſſorem,
qui poſſeſſionẽ bona fide acquiſiuit,ſed quia iſta materia cõ
cernit.c.ſępe.de reſti.ſpolia.vbi etiam D.Ab.examinauit, &
tangit Bar.in l.ſi coloni.C.de agri.& cenſi.& in l.fi.C.de fur.
& in l.rem quę nobis.ff.de acquiren.poſſeſſio.hic pręteřmi.
tendum putaui,iſtud enim.c.ſatis grauatum.in ſua materia.
Venio ad ſecundum caſum,ſcilicet in rebus incorporali-
24 bus†quis pręſumatur bonę fidei,& in hoc Cy.in l. prima.C.
de ſerui.& aqua.& Bar.in l.j.§.ii.ff. de itinere, actuque priua.
& communiter Doct.diſtingunt.quod aut agitur de pręſcri-
benda ſeruitute,aut de præſcribenda libertate. In primo ca-
ſu dicunt, quod non præſumitur bona fides, quia quęlibet
25 res pręſumitur libera,& ſic eſt præſcriptio† contra poſſiden
tem ſeruitutem,argumen.l.fi.C.vnde vi.dicunt tamen Cyn.
& Bart.quod ad præſumendum bonam fidem non requiri-
tur probatio tituli,quia in iſtis incorporalibus non eſt neceſ
ſarius titulus,vt in l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui.vendi. vnde ſa
tis eſt probare aliquid propter quod motus fuit ad creden-
dum ſeruitutem ſibi competere,vt in l.prima.§.ſed ſi quæri-
tur.ff.de aqua quoti.& æſti.& ſufficit ſecundum Barto.proba
re,quod de hoc erat fama ĩ vicinia, vel quod erant ibi ſigna
vię,vel alia veriſimilia quę poſſunt inducere ad iſtam credu
litatem, ſed D.Abb.hoc limitat,niſi poſſeſſio ſit continuata
per longum tempus,quia tunc præſumeretur bona fides, ẽt
ſi aliud non probaretur,hoc tenuit Innocen.in dicto c.ij.de
reſti.in integ.& dixi in pręcedenti caſu, & hoc etiam ſentit
hic Innocen.dum dicit,quod propter pręſumptionem, quę
eſt contra pręſcribentem ſeruitutem ſufficit allegare titulũ,
ſed non eſt neceſſe probare,quod per longum tempus,ſcili-
cet per decem *annos inter pręſentes,* vel *viginti* inter abſen-
tes,vel contra eccleſiam per quadraginta annos fuit vſus illa
ſeruitute domino ſciente,& non contradicente pręſumitur
16 enim† ſeruitus ex ea cauſa debita quæ pretenditur præceſſiſ
ſe,vt in l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.& in l.prima.§.vlti.
ff.de aqua plu.arcen.ſed contra pręcicta valde facit c.j. eod.
ti.in vi.nam in præſcriptione contra ius commune, vel vbi
eſt præſumptio contra pręſcribentem, non ſufficit bona fi-
des,niſi probetur titulus, vel poſſeſſio tanti temporis cuius
initii non eſt memoria,tamen pręſcriptio ſeruitutis, quę eſt
cõtra ius commune,cum quęlibet res pręſumatur eſſe libe-
ra pręſcribitur ſpatio decem an.inter pręſentes, & viginti in
ter abſentes ſine aliquo titulo, vt in l. ſi quis diuturno. C.de
ſerui vendi. Sed D.Abb.reſpondet dicẽs,quod aut pręſcri-
ptio eſt vrgens,vt puta,quia epiſcopus exigit grauamina ſer
uilia a ſubditis,& tunc pręſumitur,quod timore pręſtent ta
lia ſeruitia,vt hic no.Innocen. & Ioan.And.in dicto c.j. pro
batur x.q.iii.quia cognouimus.& j.q.j.nullus.idem ſi aliquis
charitatiue fuerit receptus longo tempore ad domum ami
ci,iuxta no.in ca.cum eccleſia.de cauſa poſſeſſio.& proprie.
Aut concurrit modica pręſumptio, vt puta quia res quę
libet pręſumitur libera, & hęc pręſcriptio de facili tollitur
ex aliis coniecturis, vel ex curſu longi temporis,vt dicta l. ſi
quis diuturno.& in l.cum de in rem verſo.ff.de vſur. & dicit
D.Abb.hoc eſſe bene notandum pro intellectu d.c. primo.
eodem titu.in vi. In ſecundo autem caſu principali.ſ.quã
do agitur de pręſcribenda libertate communiter tenetur,ꝙ
pręſumatur bona fides, quia habet fundamentum pręſcri
ptionis iuris pro ſe debuit enim credere rem eſſe talem qua
lis naturaliter eſſe debet,vt dicit Cyn.in dicta l.prima.poteſt
tamen ex aduerſo probari mala fides, vel ex fama, vel quia
ipſe dixit extra iudicium, quod res ſua debebat ſeruitutem
tali &c.vel quid ſimile,vt no. Barto.in l.Celſus.ff. de vſucap.
27 nam cum bona † & mala fides conſiſtat in animo non po
teſt probari,niſi per coniecturas,vt in c.ſecundo.de renunc.
in vi.& in l.dolum. C. de dolo. In tertia parte gloſſ.hic po
28 nit glo.quatuor caſus in quibus pręſumitur†mala fides. Pri
mus eſt,quando interuenit denunciatio, vt in l. ſi fundum.
C.de rei vendic. Hoc intelligas,quando denunciatio fuit fa
cta

ADDITIO.

a ¶Quis autem dicatur malæ fidei poſſeſſor.Bal.conſi, 420. *incipiente,in Chri
ſti nomine* quædam ſcriptura.iii.col.

ćta à b. initio contractus, puta dum vellet rem emere fuit ei
denunciatum, quod res non erat vendentis, de quo etiam p
Bar. in l. alienam. ff. pro emptore. & de hoc Bu. ſe remittit ad
c. grauis. de reſti. ſpo. vbi per ipſum dicam in c. fi. ȷ̃. eodem. di-
cit etiam Butr. quod ſi probaretur poſſeſſorem dixiſſe extra
iudicium ſe ſcire rem eſſe alienam, quod ex hoc probaretur
29 mala fides, quia nemo † præſumitur dicere illud quod men-
te non habuit. l. Labeo. ff. de ſup. leg. idem dicit ſi de hoc erat
fama in vicinia, & ipſe erat vicinus, quia præſumitur etiam
ipſe hoc ſcire. de preſumpt. quanto. & ſubdit, quod ex his &
aliis indiciis, prout facti qualitas exigit, probabit̃ mala fides,
& hæc originaliter ſunt dicta Bar. in l. Celſus. ff. de vſucapio.

Secundus caſus eſt, quando quis mercatur contra iura, vt
in l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi. & in regula qui con
tra iura. libro ſexto. ſed dominus Abb. videtur hoc intellige-
re, niſi longo tempore poſſediſſet, ſed hoc non eſt verum,
& pro hoc ego allego glo. quę aperte videtur tenere contra
rium in c. ii. in glo. fi. de his quæ fiunt a maio. parte capituli.
quæ expreſſe dicit, quod præſumitur malæ fidei, & per con-
ſequens non præſcribit, idem dicit glo. & Bart. in l. quemad-
modum. C. de agri. & ceſi. vbi dicit, quod ille qui poſſidet rē
cum titulo a iure reprobato preſumitur malæ fidei, & ſic nõ
preſcribit, idem dicit hic Butri. & ex hoc infert, quod emens
rem eccleſiaſticam omiſſa ſolennitate non præſcribit, quia
præſumitur eſſe in mala fide, & allegat glo. in c. bene quidē.
xcvi. diſtinctio. ſed tu vide glo. preal. in d. c. ii. de his quæ fiunt
a maio. par. cap. idem dicit Butr. de emente a pupillo ſine ſo
lennitate debita, quia non præſcribit tanquam malæ fidei, fa
cit c. j. & ii. de rebus ecc. non alienā. in vi. Tertius caſus eſt,
quando aliquis emit a procuratore alicuius per colluſionē,
ſed Abb. dicit, quod hic caſus eſt clarus, quia colluſio cõcer
nit malam fidem. vt ȷ̃. de colluſi. per totum. Quartus caſus
30 eſt, quando quis emit † a prodigo, vel luxurioſo. Sed in hoc
diſtinguit, quod aut quis emit ab eo cui eſt bonis interdictũ,
& non valet contractus, nec transfertur vſucapiendi condi-
tio, vt in l. qui fundum. §. qui ſciens. ff. pro emptore. Aut emit
ab eo cui non erat bonis interdictum, & tunc ſi ſciebat eum
conſumpturum, & in quem malum vſum volebat pretium
conſumere non valet contractus, nec emens poteſt præſcri-
bere, tanquam malę fidei, vt in l. ſi quis cum ſciret. ff. pro em
pto. & maxime ſi talis erat minor xxv. annis, vt in l. ſi vero
non remunerandi. §. ſi adoloſcens luxurioſus. ff. mandati. Se
cus ſi ſciuiſſet eum conſumpturum, non tamē in quem ma
lum vſum quia tunc valeret contractus, & poſſet vſucapere
tanquam bonæ fidei, vt probatur in dicta l. ſi quis cum ſci-
ret. & ita diſtinguit ibi Bar. & Bu. & D. Abb. hic. Et ex præ-
31 dictis deciditur quæſtio de eo, qui emit ab † eo qui exiſtente
in ludo, & in hoc diſtinguit Bar. in dicta l. ſi quis cum ſciret.
quod aut emit a colluſore, & nõ valet contractus, nec tene-
tur de euictione, quia ſimul deliquunt, l. fi. §. primo. ff. quarũ
re. actio non datur. & per conſequens ſecundum D. Ab. non
poterit præſcribere, quia eſt in mala fide cum contractus ſit
a iure reprobatus. Aut ludens rem vendidit alteri, qui ſecũ
non ludebat, & tunc valet cõtractus, ar. in l. fi. §. fi. ff. de alea.
& eſt ratio, quia qui ſoluit ludenti ſoluit non omnino con-
ſumpturo, quia forte poſſet vincere, & per hoc dicit D. Ab.
quod ſi res erat aliena, & emptor erat in bona fide, quia cre-
debat rē eſſe vēditoris poterit preſcribere, licet emerit ab exi
ſtente in ludo, & hoc notabis, quia poſſunt multotiens de
facto euenire, quia ſepe exiſtentes in ludo vendunt res ſuas,
vt poſſint habere pecuniam ad ludendum, ideo hæc tene
menti. In quarta parte glo. hęc gl. ponit duos caſus in qui
32 bus quis præſcribat, licet ſciat rem † eſſe alienam. Primus eſt,
quando ſeruus quem aliquis bona fide poſſidebat dedit ali-
cui damnum, qui fuit pro noxa aſſignat illi quem damnifi-
cauit, nam licet ſciat ſeruum eſſe alienum tamen eum præ-
ſcribit, tenebatur enim dominus, vel ſoluere eſtimationem
damni, vel relinquere ſeruum pro noxa. i. pro damno, vnde
non eſt in hoc caſu malæ fidei, licet ſciat rem eſſe alienam,
& hoc modo loquitur. l. & generaliter. ff. de noxa. Secun-
dus caſus habetur in c. primo. s̃. eodem. & xvi. q. iii. c. quicun-
que. videlicet quando quis conuertit aliquem locum alte-
rius diœce. ad fidem, nam niſi proprius epiſcopus repetat in
fra triennium ille, qui illum locum conuertit, eum preſcri-
bit quamuis ſciat illum ad alium epiſcopũ pertinere, & hoc
declaratum eſt in d. c. primo. ſupra eodem. In quinta par-
33 te glo. glo. in effectu tangit caſum authen. † malę fidei. C. de
preſcri. lon. temp. quę dicit, quod ſi quis vendit rem alterius
ſcienter, licet emptor ſit bonæ fidei non preſcribit ſpatio de
cem annorum inter præſentes, vel viginti inter abſentes, ſi
dominus ignorat rem illā eſſe ſuā, ſed requiruntur triginta,
vel quadraginta ann. ſecus ſi ſciret rem ab alio poſſideri, q̃a
tunc preſcriberetur ſpatio longi temporis, & hoc modo lo-
quitur auth. malę fidei, allegata in glo. & eius mentem po
nit glo. in c. abbati. in iii. gl. de re iudi. lib. vi. & intellige illam
authen. vbi res non eſt vitio affecta, quia tunc etiam ſi do-
minus ſciret non curreret, niſi præſcriptio triginta, vel qua-
draginta an. quia † res affecta vitio, puta furtiua, vel vi poſſeſ
ſa non poteſt preſcribi ſpacio longi temporis, vt l. vitia. C. de
acquiren. poſſeſſio. & in §. furtiuę. Inſti. de vſucap. & ex hoc
infertur, quod illa authen. non procedit in vſucapione rerũ
mobilium, quia vendens ſcienter rem alienam committit
furtum, vt in §. quod autem. Inſti. de vſucap. vnde requiritur
ſpacium triginta ann. & ſic intelligo Bar. in l. Pomponius. §.
cum quis. ff. de acquiren. poſſeſſio. vbi dicit, quod illa authē.
non procedit in rebus mobilibus, quia in eis nihil intelli-
gitur immutatum, & idem dicit Bu. hic. ſed ſi nihil reperitur
immutatum ſequitur, quod non præſcribet nedum triēnio,
ſed nec ſpacio longi temporis, quia ſcienter alienans alteri
rem mobilem committit furtum, vt dicto §. quod autem. &
cum res afficiatur vitio non poteſt preſcribi minori ſpacio
triginta ann. etiam ſi recipiens ſit bonę fidei, & iſta eſt prima
limitatio ad d. authen. malæ fidei. Secunda limitatio, quā
do emptor qui emiſſet bona fide a poſſidente mala fide al-
teri vendidiſſet, qui emeret bona fide, nam preſcriberet lon-
go tempore, quia illa authen. loquitur de primo emptore,
vnde non habet locum in ſecundo emptore, & iſtam limi-
tationem ponit Bart. in dicta l. Pomponius. §. cum quis. ff. de
acquiren. poſſeſſio. & Butri. hic, qui dicit, quod dicta au-
then. procedit de iure canonico, quia ſucceſſor ſingula-
ris non arctatur ad purgandum vitium preceſſoris, ſeu au-
ctoris ſui ſingularis, cum non ſit hæres, & ea quę dicta ſunt
ſupra procedunt, quando preſcribens vult preſcriptionem a
ſe incipere, nec computaret tēpus auctoris, quia tunc opor-
teret, quod recitaretur cum ſua cauſa, etiam ſic non poſſet
preſcribere, vt dicit glo. & Bar. in dicta l. Pomponius. §. cum
quis. & ſequitur hic Bu. qui dicit, quod etiam de iure canoni
co proceditur, quia preſcribere non poterit ex quo vult vti
tempore ſui auctoris, & per conſequens vult vti mala fide
ſui auctoris. Et ex predictis potes ſumere tertiam limita-
35 tionem, quia in † preſcriptione triginta ann. non nocet ma
la fides auctoris, & dicit Butri. quod procedit in ſucceſſore
ſingulari etiam de iure canonico, & mihi placet dummodo
ipſe ſucceſſor fuerit bonę fidei. Nunquid dicta authen. ha
36 beat † locum quando debitor alienat rem pignoratitiam ma
tionem contrariam negat actori competere ius agendi.
Secundo quæro iuxta prædicta, quia tex. in dicta l. pri-
53 ma. ff. vti poſſidetis. dicit, quod actor non debet † vincere
in hoc

in hoc interdicto contra reum a quo poſſidet vi, vel clam,
vl' p̃cario.& iſta verba etiam ponit gl.in c.cum eccleſia. ĩ ver.
propter breuitatem, s̃.de cau.poſſ.& proprie.& Inno.exponit
poſſideo a te vi,id eſt,violenter tibi abſtuli, vel poſſideo a te
clam,id eſt poſſeſſore abſente ingreſſus ſum poſſeſſionem. l.
clã poſſidere,§.qui ad nundinas.ff.de acquiren.poſſeſ.vel poſ
ſideo a te precario,quia poſſeſſionem mihi precario conceſ-
54 ſiſti, †nam interdum ex precario transfertur poſſeſſio,l.& ha
bet.§.j.iuncta gloſ.ff.de preca. In iſtis caſibus licet agens ſit in
poſſeſſione,tamen ſuccumbet contra aduerſariũ,a quo poſſi
det vi,vel clam, vel precario, & circa iſta verba multum in-
ſtat Bar.circa eorum expoſitionem,vt in d.l.j.ff.vti poſſ.& vi-
55 de ibi per eum. Tertio quæro, an ſententia † lata in interdi-
cto vti poſſid.pariat exceptionem rei iud.ſi ille contra quem
iudicatum fuit,agat nunc interdicto vnde vi? & dicit Innoc.
ꝙ non,quia alia eſt actio,& aliter agitur,nunc quam primo,
vt in l.cum quæritur,cum duab. ſeq.ff.de excep.rei iud. & per
glo.in c.pen.in glo.ma.in fi. s̃.de except. & ibi dixi.Item quia
ſententia lata in interdicto vti poſſ. non prohibet moleſta-
tionem iuris,& facti,niſi quandiu poſſidet.Sed euicta poſſeſ-
ſione per interdictum vnde vi poſtea attẽtatum, poſſeſſio eſt
reſtituenda aduerſario.vnde non poteſt petere, ꝙ non mole
ſtetur,ſecus dicit Inn.ſi egiſſet confeſſoria,& ſuccubuiſſet,qa
tunc non poſſet agere interdicto vnde vi,vel alio interdicto,
& ratio eſt,quia ſententia lata ſuper proprietate, præiudicat
omnibus poſſeſſoriis,vt in c.cum dilectus.de cauſa poſſeſ. &
proprieta.& ſic vult,ꝙ ſententia lata ſuper interdicto poſſeſ-
ſorio non præiudicet, ſi agitur alio interdicto, quia ad aliud
agitur in ſecundo iudicio,quam in primo. ſed ꝙ ſententia la
ta ſup proprietate præiudicet oĩb. poſſeſſoriis interdictis. ꝓ-
bat̃ per c.cum dilectus,de cau.poſſ.& prop.vbi patet,ꝙ ſentẽ
tia lata ſuper proprietate præiudicat ſententiæ latæ ſuper poſ
ſeſſorio,vnde multo fortius debet impedire poſſeſſionem de
nouo inchoari.Item vbi conſtat de defectu proprietatis repel
litur agens poſſeſſorio,vt in c.conſtitutus,de fil.presbyt. & ibi
per Inno.no.in c.in literis.de reſti.ſpol.Sed vbi latæ ſententiæ
contra aliquem ſuper proprietate,poſtquam tranſiuit in rem
iudicatam,conſtat de defectu tituli,ſeu de defectu proprieta-
tis,ergo debet repelli ſi vult agere poſſeſſorio. Vltimo quærit
56 Domi.Abb.quid ſi actor † ſuccubuit, quia non probauit ſe
poſſidere,nunquid debeat cõdemnari reo in aliquo, ſaltem
vt eum de cętero in ſua poſſeſſione non moleſtet? & gl.in l.j.
C.vti poſſid.dicit,ꝙ non ſatis enim eſt ſecundum eum,ꝙ reus
abſoluatur a petitione actoris. ſed Bar. latius diſtinguit in l.j.
ff.vti poſſ.vnde facias quatuor caſus. Primus eſt,quando reus
abſoluitur,quia actor non poſſidet,& hoc caſu reſpectu poſ
ſeſſionis actor ad nihilum debet condemnari.Sed bene in ex
penſis litis debet condemnari, niſi habuiſſet iuſtam cauſam
litigandi,iuxta no. in c.finem litibus, de do. & contuma.
Secundus eſt,quando reus abſoluitur, quia probauit ſe iuſte
57 poſſidere,& tunc † actori debet imponi ſilentium,& ei præci
pi ne de cætero moleſtetũ.l.circa eum. ff.de proba. & D.Ab.
dicit hoc dictum eſſe notãdum,quia ex hoc ſentit,ꝙ ſi ſuper
libello actoris reus probet de iure ſuo, ꝙ pro eo eſt pronun-
ciandum, licet expreſſe hoc non petierit, de quo remittit ad
ea,quæ plene ſcripſit in c.ex conqueſtione. s̃. de reſtit.ſpoliat.
& pro dicto Bar.ego allego tex.in c.cum olim.s̃.eo.verſi.reus
cõtra petitionem actoris oppoſuit exceptionem præſcriptio-
nis,& eã probauit,& ſuper articulis,in quibus probauit præ-
ſcriptionem non ſolum abſoluitur ab impetitione epiſcopi,
ſed etiam imponitur perpetuum ſilẽtium epiſcopo, ad idem
vide bon.tex.iuncta glo.in ver.imponentes.in c.cum olim.de
cau.poſſ.& propr. Tertius caſus eſt, quando probauit ſim-
pliciter ſe poſſidere,& hoc caſu dicit Bar.in d.l.j. ff.vti poſſ. ꝙ
reus ſimpliciter debet abſolui, non autem debet pronuncia-
ri pro reo,quia poſſet eſſe,ꝙ poſſideret ab aduerſario, vi, vel
clam,vel precario,ſed hoc non placet D.Abb.quia poſſidens
præſumitur iuſte poſſidere,niſi aliud appareat.l.fi.C.de rei vẽ.
58 Item † poſſeſſor non debet vincere in hoc interdicto, quan-
do apparet eum vi,vel clam,vel precario poſſidere ab aduer-
ſario,vt in l.j.in princ.& in fi.ff.vti poſ.ſecus ergo vbi non ap-
paret de iniuſtiſſima poſſeſſione,facit c.licet cauſam, de pro-
ba.in dubio enim debet præſumi bona fides,vt dixi s̃.eo. ſi di
ligenti. Quartus caſus eſt,quando non conſtat actorem, vel
reum poſſidere aliquo modo,puta, quia actor erat colonus;
vel creditor miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto qui nõ
poſſunt agere interdicto vti poſſidetis,cum non poſſideãt.l.ſi
duo.§.creditores.ff.vti poſ.& hoc caſu non eſt dubium, quan
do reus venit abſoluendus,cum actori non competat interdi
ctum vti poſ.tamen actor in nullo condemnabitur reo,ſecũ
dum Barto. ſed hoc intelligit D.Abb. quando non probauit
reus ſe poſſidere,per ea,quæ dixi in præcedẽ. caſu. Quintus
caſus eſt,quando vterque,ſcilicet actor, & reus poſſidet, ſed
diuerſo modo,puta,quia vnus poſſidet ciuiliter tanquam do
minus rei,& alius naturaliter tãquam vſufructuarius,vel em
phyteuta,vel feudatarius, & tunc quilibet debet obtinere in
ſpecie poſſeſſionis,quam probauit, ſi vterque iuſte poſſidet,
facit quod not.Bar.in l.iij.§.ex contrario.ff.de acqui.poſſeſ.&
de materia huius interdicti vti poſ.latius dixi in d. c.licet cau-
ſam.ſuper glo.in ver.vti poſſidetis.s̃.de prob. & per Bar. in l.j.
§.fi.& in l.ſi duo.ff.vti poſ.& hæc ſufficiant.

## *SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſor malęfidei nullo tempore præſcribit.*
2 *Synodus quandoque ſumitur pro concilio generali.*
3 *Eccleſia an poſſit errare.*
4 *Papa quando poſſit tollere ius ciuile.*
5 *Præſcriptio nulla ualet abſque bona fide.*
6 *Actiones veniunt rei appellatione.*
7 *Conſtitutio, quæ non poteſt ſine peccato ſeruari, non eſt obſeruanda.*
8 *Conſtitutio non poteſt tollere naturalem iuſtitiam, & veritatem.*
9 *Pęnarum omne genus eſt de iure poſitiuo.*
10 *Conſuetudo nutriens peccatum non valet.*
11 *Poſſeſſor bonæfidei quis dicatur.*
12 *Pręſcriptio interrumpitur per malam fidem cognitam.*
13 *Matrimonium inter infideles valet.*
14 *Bonafides an debeat ſaltem allegari, licet probanda non ſit.*
15 *Mala fides qualiter probetur.*
16 *Denunciatio facta in initio poſſeſſionis probat malam fidem.*
17 *Canon poteſt corrigere legem ciuilem ratione peccati.*
18 *Præſcriptio cum mala fide an ualeat de iure canonico.*
19 *Donatio præſumi rationabiliter poteſt, creditore a reo non petente debitũ.*
20 *Conſcientia non arctatur in pœnalibus.*
21 *Fures vel ſimiles an teneantur reſtituere pœnam.*
22 *Lex humana poteſt conſtituere pœnam, licet quis non teneatur ad pęnam nec ſit per iudicem condemnatus.*
23 *Peccatum non eſt in ſe ipſum committendum, vt euitetur peccatum alterius.*
24 *Pręſcriptio appellatur iniquum præſidium.*
25 *Teſtatore iubente ſatisfieri creditoribus, executores, poterunt ſoluere illis quorum debita erunt præſcripta.*
26 *Forum eccleſiaſticum an requirendum ſit vbi præſcriptio eſt malæ fidei.*
27 *Iudex ſecularis in foro ſuo tenetur ſeruare ius canonicum.*
28 *Denunciatio nunquid habet locum in foro eccleſiæ.*
29 *Obligatio non oritur ex ſententia iniuſta in foro eccleſiaſtico.*
30 *Proceſſus præſumitur proceſſiſſe ex longinquitate temporis.*
31 *Feudum an præſcribatur cum mala fide.*
32 *Statutum ſi dicat, quod nulla currat præſcriptio, qualiter intelligatur.*
33 *Lege dicente, quod nulla præſcriptio currat, an comprehendat de ea, cuius initii non eſt memoria.*
34 *Conſuetudo, &*
*Pręſcriptio an cenſeantur prohibita, ex eo quod approbata non reperiantur.*
35 *Scientia ſuperueniens præſcriptioni completæ, an obliget ad reſtitutionẽ.*
36 *Præſcriptio non interrumpitur ex eo, quod poſſeſſor credit rẽ eſſe illius cuius non eſt.*
37 *Præſcriptio non currit facta ſemel litis conteſtatione.*
38 *Dubitans proprie non eſt malæfidei.*
39 *Dubitatione, quæ ſuperuenit per actum iudicialem tunc interrumpitur pręſcriptio.*
40 *Prælatus comparatur tutori.*
41 *Prælatus detinendo rem quam ſcit alienam non peccat, quia detinet tanquam perſona publica.*
42 *Mala fides prælati an noceat eccleſię.*
43 *Cauſa alienationis debet eſſe notoria.*
44 *Euictio non committitur ni res euincatur iudicialiter.*
45 *Confeſſio prælati indiſtincte pręiudicat eccleſię.*
46 *Confeſsio tunc pręiudicat quando confitens habet mandatum.*

## CAP. XX.

1 QVoniam. Poſſeſſor † malæ fidei nullo tẽ
pore præſcribit. Ita ſummat Io.
An.& communiter Doct.ſed D.Abb.dicit,ꝙ per
hoc ſummarium nihil iſte text. indicaret de no-
uo,cum hoc ſit prouiſum s̃.eod. vigilanti. vnde ipſe ſic ſum-
mat nulla pręſcriptio,cum mala fide valet in foro canonico,
vel ciuili,hoc dici.diuiditur in tres partes. In prima ponit cau
ſam conſtitutionis.In ſecunda,conſtitutionem. In tertia in-
fert ex ea.Secunda ibi,ſynodali iudicio diffinimus.Tertia ibi,
2 cum generaliter. No.primo ex tex. ꝙ † ſynodus quandoque
ſumitur pro concilio generali,vt patet ex ſupraſcriptione, &
ita etiam intelligit iſtum tex.hic Hoſt.& Io.And. qui dicunt,
ꝙ in hoc concordabit vniuerſalis eccleſia congregata in con
cilio,quæ non poteſt errare.xxiiij.q.j.cudenda.& c.arrecta. &

no.

3 no.bene iſta verba Hoſti.& Io.And.dum dicunt,ꝙ † eccleſia
non poteſt errare.nam contrarium videtur ſentire glo. in c.j.
de reli.& ven.ſanct. in vj.quæ dicit,ꝙ eccleſia poteſt errare in
canonizatione alicuius Sancti,per c.a nobis,el grande,de ſen
ten.excom.licet dicunt, ꝙ nō ſit veriſimile eccleſiam in hoc
errare cū Chriſtus oret pro ipſa. Sed poteſt dicere, ꝙ aut nos
loquimur in his, quæ concernunt interpretationem legis di-
uinæ,& eccleſia non poteſt errare.ita loquitur Hoſt.& Ioan.
And.hic, & iura allegata per ipſos. Aut loquimur in his,quæ
ſunt facti,& in his eccleſia poteſt decipi. & hoc modo loqui-
tur glo.in d.c.j. Secundo no. ſecundum verum intellectum,
ꝙ in concernentibus animam, ſeu inducentibus peccatum,
4 †papa poteſt tollere ius ciuile, in talibus enim eſt ſupra om-
nem creaturam,vt in c.nouit,de iud.not.glo. in regula,poſſeſ
ſor.lib.vj & Bar.in l.priuilegia.C.de ſacroſan.eccl. Tertio no.
ibi,vt nulla valeat abſque bona fide preſcriptio, ꝙ nulla pre-
5 ſcriptio ſiue canonica,ſiue ciuilis valeat abſque bona fide, &
dicit Hoſti.& Io.An.ꝙ iſtud verbum,nulla præſcriptio eſt vni
uerſaliter negatiuum excludens omnem præſcriptionem cū
mala fide etiam inter laicos. & hic videtur eſſe caſus contra
opi.Bar.in l.ſequitur.§. ſi viam.ff.de vſucap.& in l. hęc autem
iura.ff.de ſerui.vrb.præd.vbi dicit,ꝙ vbi concurrit præſcriptio
ſine poſſeſſione,ꝙ valet præſcriptio cum mala fide,etiam de
iure canonico, puta, ſi debitor non ſoluit intra triginta ann,
nam iſta præſcriptio currit ſine poſſeſſione,quia debitor non
poſſidet debitum,quod debet ſoluere,quia Bar.mouetur per
regulam,poſſeſſor,de reg.iu.lib.vj.vbi dicitur,ꝙ poſſeſſor ma
læ fidei nullo tempore præſcribit,ſed Bar.non aduertit iſtum
tex. hic enim eſt caſus contra eius opi. hic enim vniuerſaliter
diſponitur, ꝙ nulla preſcriptio ſiue canonica, ſiue ciuilis va-
leat abſque bona fide,cū ergo loquatur vniuerſaliter de qua-
cunque præſcriptione,includit omnem ſpeciem preſcriptio-
nis,ſiue procedat ex poſſeſſione preſcribentis, ſiue ſine poſ-
ſeſſione,non obſtat tex.in fi.ibi, in nulla parte tēporis rei ha-
beat conſcientiam aliene,quia preſcribens actionem, ſeu li-
bertatem contra ſeruitutem habet conſcientiam rei alienæ,
ex quo certus eſt,ꝙ is contra quem preſcribitur, habet actio-
nem aduerſus eum,nam in preſcribendo aduerſus actionem
6 ſatis preſcribit aduerſus rem alienam.nam†appellatione rei,
vel bonorum veniunt actiones,& iura, vt in l.rei appellatio.
& in l.bonorum.ff.de verb.ſig. not.Bar.in l.quibus.ff.de auro,
& arg.leg.de hoc tamen dictum latius ĩ. Quarto no.ibi,cū
7 generati,ꝙ † omnis conſtitutio quæ non poteſt ſeruari abſq;
peccato mortali non eſt ſeruanda. & Hoſti.exponit hic ver-
bum,generaliter,id eſt,in omni foro,& inter omnes Chriſtia
nos ſiue ſit conſtitutio imperialis,ſiue ſit quęcunque alia cō-
ſtitutio. non enim ſeruus poteſt ſtatuere contra dominum,
immo in talibus recognoſcendus eſt Imperator cęleſtis,& ex
hoc infertur,ꝙ eſt ſubſtantia legis, ꝙ ſit iuſta, & honeſta.iiij.
diſt.erit autem lex,vnde Bar.in l.fi.C.ſi contra ius,vel vti.pub.
& in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iuſt.& iu.dixit, ꝙ ſi Impera-
tor faceret conſtitutionem, quę non contineret honeſtatem,
ꝙ non valeret,& adde Bal.in auth.ad hęc.C.de vſur.vbi dicit,
8 ꝙ † conſtitutio non poteſt tollere naturalem iuſtitiam,& ve-
ritatem,vt in l ſi non ſpeciali,in fi.C.de teſta.vbi dicit, ꝙ licet
principis ſit ſuprema auctoritas.ratio tamen naturalis eius au
ctoritate mutari non poteſt.alleg.l.iij.ff.vſufr. earum rer. quæ
vſu conſu.& l.eas.ff.de cap.dim.plus dicunt But.& Io.de Imo.
& D.Abb.ꝙ etiam ſi conſtitutio nō poteſt ſeruari abſque ve-
niali peccato,ꝙ non eſt ſeruanda,ar.in c.ij.cum glo.ſua de pa
ctis.in vj.& eſt glo.in ver.diſpendium,ſed vide glo.clariorem
in c.ſi aliquid.xxij.q.iiij. quę dicit, ꝙ ſi iuramentum non po-
teſt ſeruari abſque peccato veniali,ꝙ non eſt falſum,& idem
dcit Io.And.in nouella in d.c.ij.dixi in c.ſi vero, ſ.de iureiur.
& ex hoc tex.arguit Bal. ꝙ non valet ſtatuta punientia homi
cidium,quia qui non habet gladij poteſtatem, id eſt merum
imperium,mortaliter peccat occidendo,& concludit,ꝙ non
valet tale ſtatutum,tanquam ſtatutum licentiæ,quia impoſſi
bile eſt, ꝙ peccare mortaliter ſit licitum, ſed bene valet quo
ad impunitatem, vel mitigationem pęnæ, quia omne genus
9 † pœnarum eſt de iure poſitiuo,l.j.& ij. C.quando lice.ſe ſine
iud.ven.& in l.Gracchus.C.de adul.& in l.ſi ſeruus. C. de his,
qui ad eccl.conf.& per hoc dicit,ꝙ diffidati a regibus poſſunt
impune offendi,vt in c.domino guerram hic finitur lex,inci-
piunt conſuetudines regni.alias ſecūdum eum,eſt illicitum,
& tamen nō punibile,quia non omne quod non licet, eſt pu
nibile,aduerte tamen inquantum Bal. dicit, ꝙ tale ſtatutum
non valet,intelligas,niſi ſit iuſta cauſa,quia tunc valeret tale
ſtatutum,vt dicit Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.& no
tant Doct.in c.quæ in eccleſiarum,de conſti. & allegaui San.
Tho.in c.& ſi Chriſtus.§. quędam.ſ.de iureiu.non tamen ver
ba Bal.inquantum dicit, ꝙ omnis pœna eſt de iure poſitiuo,
ſic etiam omnes irregulares ſunt de iure poſitiuo, vt dicit In-
nocen.in c.fi.de cler.excom.mi. Quinto no.ibi,conſuetudi
10 nem,ꝙ non valet conſuetudo † nutriens peccatum,idem di-
cit Io.An.in pacto,vel iuramento,vel priuilegio, & quolibet
alio vinculo,& remittit ſe ad c.extirpandę. ver. cum igitur.ne
prębē. Et aduerte,quia tex.in ver.cum generaliter.hoc modo
arguit,derogatur generaliter omni conſtitutioni, vel conſue
tudini,quę non poteſt ſeruari abſque peccato. Sed cōſtitutio
11 eſt talis, ergo non valet. Sexto no. quis † dicatur eſſe bonæ
fidei,nam ille dicitur eſſe bonę fidei,qui non habet conſcien
tiam rei alienę toto tempore,quo currit preſcriptio,& ſic nō
ſufficit bonam fidem a principio adeſſe, niſi duret toto tem-
pore preſcriptionis. idem probatur in c. ſi virgo. xxxiiij.q.ij.
vbi eſt bo.tex.& c.vigilanti.ſ.eod. Vltimo not. ꝙ ad hoc vt
12 interrumpatur preſcriptio propter defectum bonę fidei, re-
quiritur,ꝙ ad eum perueniat notitia rei alienę, & ſic non vi-
detur ſufficere,ꝙ ſuperueniat probabilis dubitatio,de quo di
ctum ſuper glo.fi. In glo.j. pro expeditione eius opponitur
inquantum dicit, ꝙ omne, quod non eſt ex fide, peccatum
13 eſt,nam matrimonium contractum inter infideles valet,vt ĩ.
in c.gaudemus.de diuor.huius timore contrarij gl.dicit,ꝙ hic
accipitur fides pro conſcientia,& ſic eſt ſenſus illud,quod nō
eſt ex fide,id eſt,ſecundum conſciētiam,eſt peccatum, & hoc
modo exponitur in iuribus allegatis in glo.& ſecundum hoc
non obſtat contrarium,quia matrimonium contractum in-
ter infideles non eſt contra conſcientiam,licet non ſit contra
ctum in fide,ideo non eſt peccatum. Et ex hoc no.iſtum tex.
iuncta glo.ꝙ fides accipitur pro conſcientia,nam habens cō-
ſcientiā,vt res ſit aliena peccat, merito nō poteſt preſcribere.
Quot autem modis accipiatur fides,vide bo. glo.in rubrica,
de ſumma Trini.& fide catho. In glo.ij.hęc glo. diuiditur in
quatuor partes.In prima opponit de c.cura.de iure pat. In ſe-
cunda quęrit quis dicatur habere bonam fidē. In tertia,quid
ſi actor contra quem allegatur preſcriptio, vult probare, ꝙ
preſcribens habet malam fidem. In quarta,an preſcribens te
neatur docere de titulo.Secūda ibi,quando quis dicatur.Ter-
tia ibi,ſed quid ſi aduerſarius. Quarta ibi,ſed nunquid hic te-
neatur. In prima parte gloſ. hęc glo.no. ſoluit contrarium
de c.curam.de iure pat.Sed Io. And.dicit,ꝙ ibi ſoluitur, & ille
tex.habet varios intellectus,ſed placet D. Abb.ꝙ ille tex.intel
ligitur ꝙ preſcribens ibi errabat in facto.& hoc modo etiam
intelligit ibi glo.magna. ergo non erat in mala fide, & ſic nō
obſtat illud c.hoc tamen ibi plenius examinatur. In ſecunda
parte glo.glo.ſe remittit ad c.ſi diligenti.ſ.eo.vbi glo.tenet, ꝙ
in dubio preſcribens intelligitur bonę fidei,& iſta opin. com
muniter tenetur,vt ibi dixi. Sed circa iſtam particulam quæ-
14 ro,nunquid † ſit neceſſe ſaltem allegare bonam fidem, & D.
Abb.hic in x.col.allegat Bal.in c.ſi quis per triginta ann.ſi de
feu.fue.contr.qui dicit,ꝙ bona fides debet allegari, licet non
ſit neceſſe eam probari,cum conſiſtat in animo,& dicit Bal.
ꝙ ſi non allegatur bona fides,non preſumitur. Sed D.Ab.te-
net contrarium per c.auditis.& per c.cum olim.ſ.eo. vbi ſim
pliciter fuit allegata preſcriptio,nec aliqua fuit facta mentio
de bona fide,allegando enim preſcriptionem, quę non cur-
rit ſine bona fide,videtur tacite allegata bona fides.& allegat
D.Abb.Inn.in c.fraternitatis.ſ.de teſtib. vbi dixit,ꝙ ſi aliquis
format capitula ſuper preſcriptione,in qua requiritur titulus
non videtur in conſequentiam deduxiſſe titulum neceſſariū
ad preſcriptionem,vnde eadem ratione debet intelligi tacite,
alleg.bona fides,ex quo eſt de ſubſtantia preſcriptionis.In ter
tia parte gl.D.Abb.dicit ſe non dubitare, ꝙ ſi durante curſu
preſcriptionis habuit preſcribens aliquo tempore malam fi-
dem,non potuit preſcribere,vt probatur hic in fi.& ſ.c.prox.
in fi.& in regula,poſſeſſor.lib.vj.debet ergo actor admitti ad
probandum illud,quod detrahit ſubſtantię preſcriptionis, &
perimit intentionem, ſeu exceptionem ipſius rei. & poterit
probari mala fides per famā,quę erat in loco, ꝙ res erat alie-
na,vel ꝙ ipſe preſcribens aliquando fuit hoc confeſſus extra
iudicium,de quo vide per Bar.in l.Celſus. ff.de vſucap. & dixi
in c.ſi diligenti.ſ.eo.nec obſtat c.ad aures.ſ.eo. vbi dicitur, ꝙ
preſcriptio quadragenaria omnem actionem excludit, quia
debet intelligi quando preſcribens fuit in bona fide. Sed Do.
Abb.hic in fi.latius examinat hunc articulum, ſcilicet quali-
15 ter probetur † mala fides, & in effectu dicit, ꝙ aut quis poſſi-
det contra ius commune,& tunc preſumitur mala fides,vt in
c.ad decimas.de reſtit.ſpoli.in vj.& in l.quemadmodum.C.de
agri.& cenſi.lib.xj.& in regula,qui contra iura, lib.vj.dicit ta-
men, ꝙ hanc preſumptionem malę fidei purgat diuturnitas
poſſeſſionis,vel iuſtus titulus in acquirendo,vt not. Innoc.in
c.ij.de reſt.in integ.Item probatur mala fides ſi eſt fama in vi-
cinia,& ipſe poſſeſſor ſit vicinus,preſumitur enim ſcire ratio
ne vicinitatis,de preſump.quoſdam.& c.quanto.& de poſtu.
prela.c.j.Item & tertio ſi coram aliquibus dixiſſet ſciuiſſe,vel
ſcire rem eſſe alienam, quia preſumitur in mente habuiſſe.

ff.de

ff.de ſup.lega.l.Labeo, & hæc duo ſ.tetigi.& ipſa no.Bar.in l.
16 Celſus.ff.de vſuc. Quarto probatur †mala fides ſi fuit facta denunciatio in initio poſſeſſionis,ſeu cōtractus,vt in l.ſi fundum.C.de rei vend.idem ſi fiat denunciatio poſt cęptam præſcriptionem,quando poſſidens non habet titulum,vel quando eſt adeptus poſſeſſionem ex cauſa lucratiua.l.itē veniunt. §.petitam.ff.de pet.hær.& tenet Bar.in l.alienam.ff.pro empt. & idem ſi fieret denunciatio poſt cęptam præſcriptionem cū titulo per hominem cui debebat veriſimiliter credere maxime quando tanta indicia allegauit, quibus debuit veriſimiliter credere.ar.in c.inquiſitioni,de ſen.excom.& in c.cum contingat.de reſcrip.& quod in eis no.Et dicit D. Abb. ꝙ hoc eſt de mente Bar.in extrauag.ad reprimendam,in ver.denunciationem,in fi.facit l.quod te.ff.ſi cer.pe.idem ſenſit hic Bu.dicit enim, ꝙ denunciatio facta poſt inchoatam præſcriptionem cum interrup.quando eſt facta a fidedigno,cui merito eſt credendum,idem dicit Io.de Imo.in viij.col.vbi dicit,ꝙ ſi denūciatio fiat poſt contractum.ſi taliter fiat quod deducat ad notitiam poſſeſſoris,rem eſſe alienam,ex hoc probatur mala fides,& per conſequens impeditur præſcriptio,& ſic dicit limitandam glo.in l.alienam,ff.pro empt.& ad prædicta vide bo. glo.in cle.cauſam,in ver.plena.de elec.quæ dicit, ꝙ quis dicitur habere plenam notitiam, quādo fuit certificatus per amicum proprium,vel amicum aduerſarij,& intellige illam glo. ſecundum prædicta, ſcilicet quando vilis eſt perſona fide digna,& de iſtis denunciationibus vide in Spe.de emp.& vend. §.nunc videndum reſtat,de reſcin.ven.ver.ſed nunquid. idem erit vſque ad fi.§.& ſubdit D.Abb. ꝙ ſi poſſeſſor non vult informari,habet pro informato, vt no.Bart.in d.extrauag.facit l.j.§.j.ff.quod vi,aut clam.& c.ij.de tēp.ord.in vj.videtur enim talis eſſe affectata ignorātia,vt ibi,& hæc no. In quarta parte glo.dic,ꝙ hodie hoc eſt expeditum per capit.j.eo. tit. in vj. In gl.iij.diuide ipſam in duas partes.In prima opponit,& ſoluit recitando opi.In ſecunda quærit,an iſta conſtitutio trahatur ad præterita.Secunda ibi,in fi.& conſtitutio iſta. In prima parte glo.hæc glo.in effectu approbat opi.Ioan.ſcilicet,ꝙ iſta decr.ſit ſeruanda etiam in foro ſeculari. hanc opi. etiam
17 tenuit hic Inn.dicens, ꝙ ratione peccati canon † potuit corrigere legem editam.ar.in ca.nouit de iud.idem dicit Hoſt.& Io.An.in reg.poſſeſſor,lib.vj.& etiam glo.& Bart.in l.priuilegia.C.de ſacroſ.eccl. Sed aduerte,quia aut præſcriptio cauſatur ex poſſeſſione,vt cōmuniter contingit in pręſcriptione actionum realium,ex eo enim ꝙ poſſides rem meam ipſam præſcribis me eam non petente intra tempus a iure præfinitum, & in hac concordant omnes,ꝙ poſſeſſor cum mala fide nullo tempore præſcribat,& ꝙ ius canonicum ſit ſeruandum ēt in ſeculari, nam Imperator dicit, ꝙ leges non dedignantur ſacros canones imitari, & ſic ſubiicit ſe diſpoſitioni canonicæ,vt in Auth en.vt cle.apud prop.epiſco.§.pen.colla.vj. & in c.clerici.de iud. hinc eſt, ꝙ licet leges permittant concubinatum,vt in l.in concubinatu.ff.de concubi.Tamē quia canon prohibet.indiſtinctē concubinatum,& quamlibet fornicationem,vt in c.nemo,xxxij.q.iiij. & in multis aliis capitulis eiuſdem quæſtionis, etiam laici tenentur vitare concubinatum, nec excuſantur a peccato mortali ex eo, ꝙ leges permittant concubinatum,& vide glo.in cle.ad noſtrum,in ver non eſt, de heret.quæ dicit, ꝙ etiam fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale,& idem dicit San.Tho.ii.ij.q.clxiiij. ar ij.de hoc etiā habetur per Io.An.in regula,ſine culpa,in mercu. Aut pręſcriptio cauſatur ſine poſſeſſione,& abſque facto præſcribentis interueniente ſola negligentia nō petentis, exemplum in actionibus perſonalibus.Debitor enim nil poſſidet, quod ſit creditoris, nam rei ſibi mutuatæ debitor habet dominium, & non creditor,vt in l.ij.ff.ſi cer.pe.nec dicitur debitor poſſidere actionem cum detur contra eum,& ſit penes ipſum creditorem,vide aliud exemplum,in præſcribenda libertate cōtra ſeruitutem ruſticam, in qua nō requiritur aliquod factū præſcribentis, ſed ſola negligētia non vtentis, nam ſeruitus itineris perditur non eundo, & ſic habēs ius eūdi per aliquā viam perdit tale ius ex negligentia non eundi,&propter hoc de iure ciuili pręſcribit libertas contra talem ſeruitutem,etiā cum malafide.l.per l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſuc.ſecus in pręſcribenda libertate ſeruitutis vrbanæ,quia in ea requiritur factum hominis,vt in l.hæc autem iura.ff.de ſerui. vrban.pręd. Exemplum,ſi ędes tuæ ędibus meis ſeruiant ne altius tollantur,ad hoc ne obſcurent, vel ne prębeatur nocumentum feneſtris domus meæ. & ego cui debetur iſta ſeruitus feneſtras meas clauſas habuero.ita demum amitto ius ſeruitutis, ſi tu qui debes ſeruitutem per hoc tempus domum tuā altius ſubleuatam habueris, vnde quia hæc requiritur factum præſcribentis libertatem etiam bona fides requiritur ad hoc, vt currat pręſcriptio,vt d.l.nec autem. Dubitatur ergo,vbi non interuenit poſſeſſio,nec aliquod pactum ex parte præſcribētis, ſed ſola negligentia non petentis an de iure canonico valeat
18 præſcriptio † cum mala fide,& Bar.in l.ſequitur. §. ſi viam,ff. de vſuc.dixit,ꝙ ſic,& per hoc dicit,ꝙ valet ſtatutum,ꝙ ſi creditor dixit intra certum tempus non petierit debitum, ꝙ cadat a iure ſuo,& iſtam opi.ſequutus fuit Bar.in d.l. hęc autē, & in l.ſi.ff.de leg.j.dicit, ꝙ non poteſt renunciari tali ſtatuto, quia introductum eſt in fauorem publicum in odium negligentis.l.nam & ſi.ff.ad Macc.ſed idem Bar.in l.omnes populi. ff.de iuſt.& iu.in iij.q.principali, tenet contrarium dicens, ꝙ non valet tale ſtatutum,quia eſt peccati nutritiuum,nec etiā lex imperialis ſi hoc diceret,valeret ſecundum eum. ſecus dicit,ſi ſtatutum non excluderet ſimpliciter creditorem ex lapſu temporis,ſed diceret, ꝙ ſi creditor non petierit debitum intra quinque annos,ꝙ cōtractus pręſumatur fictitius,& ſimulatus,tunc enim valeret ſtatutum ſecundum Bar.quia excludit cauſam peccati.Sed Ray.de Forliuio in repet.illius l.videt in ſimili velle oppoſitum ex eo, quia ſtatutum videtur eſſe factum in fraudem legis canonicæ, & ideo non debet valere, vt in l.contra legem,& in l.fraus.ff.de legib.& in regula,cum quid,& in regula,certum.lib.vj.& in c.tuæ,de procur.bene facit quod habetur in l.Seius,& Augerius.ff.ad l.Falci. & Io. de Imo.hic in vii.char.in iii.col. dicit, ꝙ hoc videtur eſſe verius niſi aliter doceatur de ſimulatione,alias de facili poſſet eludi diſpoſitio huius capituli,& regulę poſſeſſor,lib.vi.Sed primā opi.ſcilicet, ꝙ debitor præſcribat etiam ſi ſciat ſe eſſe debitorem,tenet Hoſt.in ſumma huius tituli,§.quæ res,vbi dicit, ꝙ hoc c.procedit,quando agitur de actionibus realibus pręſcribendis,ſecus quando agit de præſcribendis actionibus perſonalibus,non enim requiritur,ꝙ debitor credat ſe non eſſe debitorem, immo quantumcunque ſciat nihilominus pręſcribit,nec per hoc eſt in mala fide,ſeu in peccato, quia ex quo
19 creditor non periit, †debitor poteſt probabiliter præſumere, ꝙ velit donare in expectando per tantum tempus,quòd pręſcriptio compleatur, vnde pręſcriptio potius eſt imputanda negligentię creditoris,quam facto debitoris, & dicit, ꝙ licet mora interpellet pro homine in foro contentioſo, vt in c.potuit,de locato, ſecus tamen dicit quo ad peccatum committendum, non enim peccat debitor non ſoluendo, niſi creditor petat,niſi iuramentum interuenerit,vt in c.debitores,de iureiur.ſecus autem dicit ſi debitor renuiſſet ſoluere, vel malitioſe egiſſet,vel per potentiam,vel malitiam,vel alio modo quominus creditor exegiſſet, quia tunc non pręſcribit etiam in perpetuum,quia perſeuerat in peccato, & hoc reſpectu ēt in iſtis perſonalibus exigitur bona fides ſecūdum eū, & iſtud dictum Hoſt.alleg.hic per Io.de Imo.& D.Abb.licet D.Abb. dicat ſe mirari,ꝙ nemo hoc dictum allegauerit,ſed Butr. hic dicit,ꝙ idem ſenſit Inn.in c.quia plerique.de immu.eccleſ.& Vinc.in c.cura,de iure pat.ſed Do.Abb.dicit, ꝙ hoc non ſenſit Vin. quia loquitur habito reſpectu ad ius ciuile, & loquit indiſtincte de pręſcriptione triginta annorum cum mala fide nec ſe reſtrinxit magis ad actiones reales, quam perſonales, hic autem dicit,ꝙ pręſcribens mala fide,tenetur ad reſtitutionem in foro animę,dicit etiam,ꝙ Inn.in pręd. c. quia pleriq;. non ſenſit pręcdictam opinionem,quia non loquitur in actione perſonali,ſed reali,habito reſpectu ad diſpoſitionem illius c.cura,dicens,ꝙ ibi non fuit vera pręſcriptio, ſed potius quædam exceptio competens in odium epiſcopi negligentis, & tacite conſentientis,ſed dic,ꝙ in hoc opi.Bar.inquantum dicit,ꝙ exceptio,quę non eſt vera pręſcriptio,poteſt currere in odium negligentis,nam talis eſt pręſcriptio, quę cauſatur ex ſola negligentia non petentis abſque facto,& abſque poſſeſſione pręſcribentis, quia non eſt vera pręſcriptio cum procedat ſine poſſeſſione pręſcribentis,ar.in regula, ſine poſſeſſione, in vi. But. autē hic diſtinguit,ꝙ aut actio temporalis ſui natura eſt data ĩmeram pęnam.Aut actio temporalis nō eſt prodita in meram pœnam , ſed procedens abſque facto partium. Aut eſt actio temporalis, quę producitur ex facto partium, ex quo ęquum eſſet actionem dari vltra tempus ipſius actionis remanente naturali æquitate obligationis,ſeu actio originaliter eſt perpetua. Sed eius tempus eſt deputatum per legem,ſeu ſtatutum.In primo caſu, ſcilicet quando actio eſt temporalis in meram pœnam,dicit But. ꝙ tollitur talis actio etiam ſciēte debitore,quia ex ſe finitur abſque eo, ꝙ debitor aliquid pręſcribat,vel acquirat,& quia in pœnalibus non ar-
20 ctatur † conſcientia,vt not.glo.xii.q.ii.fraternitas. & Hoſti. in ſumma de pę.nam cōceſſum a lege,lex poteſt tollere,vt not. Innoc.in c.in noſtra.de iureiur.de quo vide gloſ. in c.cum ſecundum.in ver.caſu,quæ incipit,cum parentes, de hære.in 6. & D.Abb.dicit notan.dictum But.& glo.& Hoſt.inquantum dicuntur,ꝙ pœna non debetur in foro conſcientię,quia Bar. tenuit contrarium in l.ſi pœnę.ff.de cond.ind. vbi tenuit pœnam non deberi in foro conſcientiæ, & remittit ſe do. Abb. ad c.nouit.de iud. Sed ſalua opi.Bar.& dicas, ꝙ aut quis eſt condem-

condemnatus per iudicem ad pœnam, & tunc talis pœna de
betur in foro conſcientiæ hoc modo intellecta, Bar. in l. ſi pœ
nę cauſa. Aut reus non eſt condemnatus ad pœnam, nec in
eam incidit ipſo iure, & tunc talis pœna non debetur in foro
conſcientiæ, hoc modo loquitur gl. in d. c. fraternitatis, & But.
& Hoſt. & iſtam diſtinctionem expreſſe ſenſit Sanc. Tho. ij. ij.
21 q. lxij. ar. iij. vbi tractat, an fures, † vel ſimiles teneantur reſti-
tuere pœnam, & concludit, ꝙ non, ſed dicit, ꝙ ſufficit ꝙ reſti-
tuatur ablatum, vel æqualiter. & hoc dicit eſſe verum ante-
quam condemnatus ſit per iudicem ad pœnam, ſecus dicit
poſtquam eſt condemnatus per iudicem, quia tunc tenetur
pœnam ſoluere. & de hoc vide etiam Do. Abb. in c. nouit, de
iud. & in c. quia plerique. de Immu. eccle. in quibus etiam di-
cit, ꝙ vbi pœna eſſet ipſo iure impoſita, teneretur ad eam in
foro conſcientię, & de hoc eſt bo. tex. in c. i. §. nunc caueat. de
cenſi. in vi. & hoc etiam ſenſit San. Tho. in loco præalle. dum
22 dicit, ꝙ † lex humana poteſt ſtatuere, ꝙ quis teneatur ad pœ
nam, licet per iudicem non ſit condemnatus, & hoc nota.
ſm hoc intellige illud quod ſupra dixi, ſcilicet, quod actio
pœnalis poteſt pręſcribi etiam cum mala fide, quando adhuc
non eſt condemnatus per iudicem, vel pœna nō eſt ipſo iure
impoſita. alias cum talis pœna ſit debita in foro conſcientiæ
non poſſet eam præſcribere, ſi ſciret ſe ad eam teneri, tunc
enim haberet conſcientiam rei alienæ, & hoc no. pro limita-
tione eorum quæ ſcribit But. & D. Abb. & iſtam opin. ſcilicet
ꝙ vbi actio eſt pęnalis currat præſcriptio, etiam reo ſciente,
ſequitur etiam hic Io. de Imo. & alleg. etiam Bal. in quadam
conſtitutione, quæ incipit, ſtatuto cauetur, ꝙ fœnerator vbi
videtur velle, ꝙ valeat ſtatutum permittens præſcriptionem
cum mala fide contra perſonam odioſam, & contra quam
ius præſumit, vt contra fęneratorem. & ideo dicit, ꝙ ſtatutum
diſponens, ꝙ fœnerator poſt quinquennium non audiatur,
etiam ſuper ſorte valet, & tenet, & illud etiam ſequitur D. Pe.
de Anch. in regula, poſſeſſor, lib. vj. Sed Io. de Imo. in v. char.
in iij. ſeu iiij. col. reprobat iſtam opi. quia debitor volens reti-
nere ſortem cum non ſoluerit vſuras aſcendentes ad quanti-
tatem ſortis, videtur peccare, non debet autem quis in ſe com
23 mittere † peccatum, vt euitet peccatum alterius, vt eſt tex. in
c. nerui. xiij. di. & iſta opi. videtur mihi eſſe verior. In ſecundo
vero caſu, ſcilicet quando actio eſt temporalis non procedēs
a conſenſu vtriuſque partis. But. videtur velle, ꝙ licet perdatur
actio lapſo tempore, non tamen tollitur æquitas inquantum
eſt æquum ſeruare actionem, & D. Abb. in hoc ponit exem-
plum, in actione de dolo, quæ non durat vltra biennium. l. ſi.
C. de dolo. & in actione redhibitoria, quę durat ſex mēſibus,
vel quanto minoris, quæ durat anno, & in actionibus præto-
riis, quæ finiuntur anno. de quibus Inſti. de perp. & temporali
act. & dicit Hoſt in ſumma eo. ti. §. quæ res præſcribi poſſunt.
poſt prin. tenet, ꝙ hæc iura ciuilia non ſint correcta per ius ca
nonicum, & D. Abb. dicit hoc eſſe notan. & dicit ſe credere
in foro animæ, ꝙ ſi ex parte alterius contrahentis interceſſit
dolus, ſeu aliud peccatum tenetur ſatisfacere, quia lex nō tol
lit peccatum, ſed ſolum dedit actionem ad tempus. & vltima
te concludit, ꝙ licet in foro ciuili non poſſit agi poſt tempus,
quia non datur amplius actio, quia ius ciuile potuit ab initio
limitare tempus actionis, & vltra illud tempus nō dare actio
nem, nō tamen potuit tollere quin iuſtitia ſaltem ratione pec
cati redderetur, ſubeſt æquitas iuris diuini, & iuris gentium,
iuxta no. per Inn. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. & ideo di
cit, ꝙ poterit agi in foro canonico per viam denunciationis
iudicialis ratione huius æquitatis naturalis, & peccati, iuxta
no. per Inn. in c. nouit. de iudi. & per Bar. in extrauag. ad repri-
mendam, in ver. denunciationem, & dicit D. Abb. ꝙ hoc ſen
tit Hoſt. & Io. An. in c. per tuas. de dona. In tertio autem ca
ſu, ſcilicet quando actio eſt originaliter perpetua, vel deberet
eſſe perpetua cum deſcendat ex facto partium, dicit But. ꝙ ſi-
ue lex, vel ſtatutum tollit ipſo iure actionem, & obligationē
ciuilem, & effectum naturalis æquitatis, ſiue inducat ſolam
exceptionem contra actionē non valebit pręſcriptio in vtro-
que foro, ita ꝙ lex ciuilis in hoc eſt correcta per canones, &
dicit, ꝙ hoc tenet Io. An. in c. ſi. de excep. in vj. & ſic tenet con
tra opi. Bar. D. Abb. allegat Hoſt. & Io. An. in c. per tuas. de do-
na. vbi dicunt, ꝙ deficiente bona conſcientia ex parte debito-
ris, poteſt ratione peccati agere de iure canonico etiam poſt
triginta annos, & mouentur per iſtum tex. hanc opi. etiam te
nuit D. Car. in c. vigilāti. ſ. eo. & D. Pe. de Anch. & D. Do. in d. c.
ſi. de excep. in vj. & iſtam opi. etiam ſequutus fuit Ang. in l. ſe-
quitur, §. ſi viam, ff. de vſuca. vbi dicit, ꝙ tale ſtatutum non va
let, quia nutrit peccatum, & ſubdit, ꝙ Barto. bene fecit ſe ſub-
mittere determinationi eccleſiæ, & theologorum, quia cano
niſtæ, & theologi communiter tenent contrarium, & ex hoc
dicit ſe defendiſſe multa arbitramenta, nam multoties arbi-
tratores, qui habent poteſtatem pronunciandi ſecundum ve
ritatem, & æquitatem condemnant reum ad reſtitutionem
poſſeſſionis, vel debiti, reiecta exceptione præſcriptionis, & de
mum petitur per condemnatum laudum reduci ad arbitriū
boni viri, nam dicit tale laudum, ſeu arbitramentum non eſ-
ſe iniquum ſi de mala fide præſcribentis poſſit doceri per iſtū
tex. & per prædictam regulam poſſeſſor, in vj. alias ſecus, cum
præſcriptio cum bona fide etiam de iure canonico ſit indu-
cta, & approbata, & no. bene iſtud vltimum dictum Ang. pro
quo facit l. ſi is, cui. §. Flauius. ff. de ſolu. & l. quibus diebus. ff. de
condi. & demon. vbi idem dicit Io. de Imo. dixi in c. cum con-
tingat. ſ. de iureiur. vbi adde iſtud dictum Ang. eandem opin.
ſcilicet, ꝙ debitor ſciens ſe eſſe debitorem, non poſſit præſcri-
bere, tenuit Ang. in l. j. C. de iud. idem dicit Bal. in auth. ad hęc.
C. de vſur. & in l. j. C. de ſerui. vbi dicit opi. Bar. communiter re
probari per canoniſtas, idem dicit in c. ſi quis per xxx. annos. ſi
de feu. fue. contro. dicit tamen, ꝙ opi. Bar. procedit de iure ci
uili, quia potius eſt quędam pœna legalis, quam præſcriptio,
cum cauſetur ſine facto debitoris. Sed ī foro canonico ſecus,
quia canon non conſiderat illam ſubtilitatem, ſed ſimplicita
tem, & peccatum, vt hic, quod quidem peccatum non dimit
titur, ſed augetur ex collata ſolutione debitoris, ar. in c. fin. de
conſue. & Io. de Imo. dicit, ꝙ iſta eſt communis opi. moderno
rum, & dicit ſe de facto ita conſuluiſſe. ſed D. Abb. in c. quod
clericis. de fo. compe. diſtinguit, ꝙ aut debitor non tenebatur
offerre debitum, ſed creditor tenebatur interpellare, ſeu pete-
re, & tunc procedit opi. Bar. Aut tenebatur debitum offerre,
& tunc cum ſit in culpa in non ſoluendo, non debet propter
ſuum non ſoluere, induci præſcriptio, cum procedat ex con
nexione peccati ipſius debitoris. An autem debitor teneatur
debitum offerre, & ipſum portare ad domum creditoris, vel
e contra, remittit D. Abb. ad glo. & Bar. in l. item illa. ff. de con
ſti. pec. & ad no. per Doct. in c. ſignificante. de pign. Sed hic di-
cit, ꝙ etiam ſi debitor non teneatur offerre, nec portare ad
domum creditoris, nihilominus ex quo ſciēter locupletatur
cum iactura alterius contra æquitatem, & contra ius natura-
le non poteſt conueniri per viam denunciationis, & dicit, ꝙ
hoc probatur apertiſſime in Auth. vt eccleſia Romana gau-
deat priuilegio centum annorum. iuncta glo. vbi appellatur
24 iniquum † præſidium, quando debitor vult ſe defendere pre-
ſcriptione. Sed tu dic, ꝙ quicquid dicat D. Abb. ꝙ ſiue tenea-
tur offerre, ſiue non, ſemper impeditur præſcriptio, quando
debitor ſcit ſe debitorem, ita ꝙ durat prima actio, quia non
potuit pręſcribi propter malam fidem. & probatur apertiſſi-
me in iſto c. vbi vniuerſaliter reprobatur omnis pręſcriptio
canonica, vel ciuilis, niſi adſit bona fides. & iſtud tenet hic
Io. de Imo. in vj. char. in iij. vel iiij. col. & dicit, ꝙ non prodeſt
debitori, ꝙ nō fuit interpellatus per creditorem, quia ex quo
ſentit ſe debitorem, & vult acceptare commodum liberatio-
nis ex tempore, non poteſt hoc facere ſine peccato, quia non
videtur iuſtum, ꝙ propter negligentiam non petentis ipſe ac
quirat talem exceptionem, conſiderato, ꝙ talis negligentia ſi
bi profuit, quia interim habuit commoditatem pecuniæ de-
bitæ, nec videtur eſſe iuſtum, ꝙ ex illa negligentia, ex qua cō
modum percepit, velit exceptionem acquirere, conſiderando
bonam fidem, & conſcientiam, ar. l. cum in fundo. §. ꝙ ſi mu-
lier. ff. de iure dot. & dicit, ꝙ pro hac parte bene facit tex. in d.
Aut. vt eccle. Ro. vbi tex. innuit expreſſe talem ſcientem ſe de
bitorem volentem ſe defendere exceptione præſcriptionis
peccare, vnde conclude, ꝙ data ſcientia nulla præſcriptio va-
let exceptio quando præſcribitur contra actionem pęnalem.
vt ſ. dixi, vbi vero debitor ignoraſſet ſe debitorem, puta, quia
obligatio eſſet contracta ipſo ignorante per procuratorem
vel ſucceſſiſſet defuncto ignorans ipſum eſſe alteri obligatū,
tunc enim talis pręſcriptio valeret tam de iure ciuili, quam
de iure canonico, & in hoc concordant omnes. Et ex hoc
25 infertur, ꝙ ſi teſtator † mandat executoribus datis in teſtamē
to, ꝙ ſatisfaciant creditoribus ſuis, ꝙ poterunt ſatisfacere il-
lis contra quos teſtator pręſcripſerat cum mala fide, ſecus ſi
pręſcripſiſſet cū bona fide, & hoc tenet hic Io. de Imo. in vii.
26 char. in ij. col. Sed dubitatur, nunquid † ſit neceſſarium re-
currere ad forum eccleſiaſticum, quando pręſcriptio habuit
malam fidem? & in hoc Bal. & Ang. in locis prædictis variāt.
ſed But. & D. Abb. videntur velle, ꝙ vbi actio erat temporalis,
ꝙ ſit neceſſarium recurrere ad iudicem eccleſiaſticum, quia
ius ciuile non dedit actionem vltra tempus limitatum, vbi ve
ro actio eſt originaliter perfecta, ſed poſtea fuit tempore li-
mitata, ꝙ tūc poſſit agi prima actione etiam in foro ſeculari.
Sed Io. de Imo. hic in pluribus locis dicit, ꝙ ſibi placet opin.
But. quantum ad præſcribendam actionem pœnalem. ſed ꝙ
non putat eius diſtinctionem procedere īquātum diſtinguit,
an actio naſcatur a principio tēpore limitata, an vero a prin-
cipio ſit originaliter perfecta, ſed poſtea limitetur tempore. &
dicit, ꝙ contra opinionem But. tenuit Bald. in præalleg. diſpu

tatione

tatione,quæ incipit,ſtatuto cauetur,& hoc puto veriſſimum
per iſtum tex.in quo ponitur regula generalis, quia nulla prę
ſcriptio ſiue canonica,ſiue ciuilis,valet abſque bona fide,vn
de cum vniuerſaliter omnis pręſcriptio reprobetur deficien-
te bona fide,intelligitur etiam reprobari præſcriptio actionis
temporalis,nec obſtat , ꝙ actio a principio ſit tempore limi-
tata,quia non dicit cępiſſe aliqua præſcriptio , ex quā deficit
bona fides,& ſic tempus quo actio fuit limitata adhuc durat,
ex quo non eſt præſcriptum propter malam fidem ſi durat
tempus,ergo durat etiam actio temporalis. Et ex hoc con
cludo,ꝙ poteſt agi ipſa actione, quæ non eſt ſublata per præ-
ſcriptionem tam in foro ſeculari,quam in eccleſiaſtico,& iu
27 dex † ſecularis in foro ſuo tenetur ſeruare ius canonicum, vt
dicit gl.in d.regula,poſſeſſor.& Bar.in l.priuilegia,C.de ſacro
ſan.eccl.probatur in c.licet mulieres, de iureiur. in vj.vbi pa-
tet , ꝙ iudex ſecularis compellitur ſeruare ius canonicum in
foro ſuo in his,quę concernunt periculum animæ. Et ex hoc
ſequitur,ꝙ nō obſtante ſtatuto, ꝙ ſi creditor non petierit de
bitum in hos quinque annos cadat a iure ſuo , ꝙ nihilomin[9]
iudex ſecularis tenetur compellere debitorem ad ſoluēdum
creditori,quia tale ſtatutum non valet,vt dicit Bart.in l.om-
nes populi,ff.de iuſt.& iu.& s̃.dixi. In ſecunda parte gl. opi.
huius glo.ſcilicet,ꝙ iſta conſtitutio non extendatur ad præte
rita,tenuit Vin.Goff.& Phil.dicebat etiam Vinc. ꝙ erat con-
ſulendum illis qui præſcripſerant ante iſtam conſtitutionem
ꝙ agant pœnitentiam , & propoſitum habeant, deinceps ta-
liter non pręſcribendi,ſed pręſcripta reſtituere non tenentur
ſecundum eum.plus dicebat Io.ꝙ etiā pręſcriptiones inchoa
tæ , ſed nondum perfectæ tempore huius conſtitutionis, per
hanc conſtitutionem non interrumpuntur,ſed Gof. tenet cō
trarium,Io.autem And.omnia hæc dicta reprobat,quia cum
iſta conſtitutio ſit antiqui iuris declaratoria, trahitur ad præ-
terita,vt in c. cum tu. de vſur. iſtud etiam ſequitur hic But.&
Io.de Imo.& D.Abb. quia hæc conſtitutio declarat irrationa
bilitatem iuris ciuilis. Et ex hoc ſequitur,ꝙ dictum Vin.non
eſt verum in eo,ꝙ dicebat eum qui pręſcripſerat mala fide an
te iſtam conſtitutionem non arctari ad reſtituendum , nam
aperte confunditur per iſtum tex. in eo quod innuit iſtū præ
ſcribentem,etiam ante tempus huius conſtitutionis peccare,
cum ergo acquiſiuerit rem cum peccato, tenetur eā reſtitue-
re.xiiij.q.j.non ſane.cum ſimi.Sed extra gl. quæro de aliquib[9]
quęſtionibus,quas mouet D.Abb.in pręcedēti parte gl.& pri
ma eſt quæſtio,quid ſi eſt præſcriptum contra ſententiam,nū
28 quid habeat locum denunciatio † in foro eccleſiæ?& allegat
Bal.in c.ſi quis per triginta annos.ſi de feudo fuerit contr. vbi
tenet , ꝙ non poteſt fieri denunciatio in foro eccleſiaſtico ,
29 quia † ex ſententia non oritur obligatio,maxime ſi fuit iniu-
ſta,iuxta no.in l.Iulianus.ff.de condi.indeb.& dicit D.Abb.ꝙ
Bald. eſt intelligendus quando interuenit ſententia,vt puta ,
ſciebam me tibi condemnatum per ſententiam , ſed ceſſaſti
petere per triginta annos,nam ſi daretur ignorantia,res non
haberet dubium,& diſtinguēdo clarius,quam D.Abb. facias
tres caſus.Primus eſt,quando conſtat ſententiam eſſe iuſtam,
vel probatur eius iuſtitia.Secundus,quando conſtat eam eſſe
iniuſtam.Tertius,quando dubitatur. In primo caſu,ſcilicet,
quando conſtat ſentētiam eſſe iuſtam,vel ex probationibus,
quæ apparent ex proceſſu,vel de nouo probatur eius iuſtitia,
vel per teſtes,vel per inſtrumenta,vel alio modo,& tunc debi
tor poteſt denunciari in foro eccleſiaſtico. Sed ego plus puto
ꝙ etiam poſſit petere executionem ipſius ſententiæ in foro ſe
culari,non obſtante præſcriptione , ex quo reus fuit in mala
fide,per ea,quæ ſupra dixi in prima parte glo.pręcedentis. Si
tamen appareret de ignorantia rei,puta,quia eſſet lata cōtra
defectum cui ſucceſſit , vel alio modo de ignorantia appare-
ret,tunc reus eſſet tutus in foro conſcietię,nec poſſet peti exe
cutio contra eum,nec etiam denunciari.Item aduerte,quia ſi
ſententia eſt lata per teſtes falſos , vel per falſa inſtrumenta ,
quæ reus non potuiſſet reprobare in foro conſcientiæ tutus
eſſet ne propter defectū probationis poſſit denūciari in foro
eccleſiaſtico,vel peti executio in foro ſęculari tāquam ſit ma
lę fidei, ex quo non poteſt probationes reprobare. Secun-
dus caſus eſt,quando conſtat ſententiam eſſe iniuſtā,vel reus
de nouo vult oſtendere eius iniuſtitiam,& hoc caſu planum
eſt,ꝙ non poteſt denunciari in foro eccleſiaſtico, immo talis
ſententia iniuſta etiam ante pręſcriptionem completam,nō
obligat in foro conſcientiæ,vt no. Innoc. in c.quia plerique.
de immu.eccle. Tertius caſus eſt,quando eſt dubium de ſen
tentia,an ſit iuſta,vel iniuſta,vt quia apparet ſola ſententia ſi
ne proceſſu,nec reus poteſt probare eius iniuſtitiā , & iſte eſt
30 caſus dubius, quia propter longinquitatem † temporis pręſu
mitur proceſſum proceſſiſſe,vt dixi in c.quoniam contra fal-
ſam,de proba.& ſic ſententia pręſumitur iuſta, vt in c. in prę-
ſentia,de renun.& in c.cum inter,& in c.ſicut.de re iud.In cō
trarium facit , quia virtus ſentētię eſt ſublata per pręſcriptio-
nem,ergo ceſſat pręſumptio . Prętera in hac denunciatione
debet aperte probari peccatum,vt no.Innoc. in c.nouit,de iu
di.Sed in caſu noſtro non probatur peccatum per ſolam ſen
tentiam,quia ſententia eſſet iniqua,nec poteſt allegari virtus
ſententiæ , cum ſit ſublata per pręſcriptionem , vnde ſatis eſt
ꝙ pōt eſſe iniqua,& ſic nō conſtat veraciter de quo , peccato
& per conſequens ceſſat denunciatio,facit quod not. Innoc.
in c.fi.de excep.vbi dicit,ꝙ non poteſt peti executio ſententię
poſt triginta annos, & no.bene verba D.Abb.dū dicit,ꝙ non
poteſt fieri denunciatio , vbi non conſtat manifeſte de pecca-
to,idem dicit Bal.in d.c.ſi quis per triginta ann. vbi dicit, ꝙ ſi
ſtatutum laicorum denegat audientiam in foro ſeculari pro
pter ęquum,ſeu bonum publicum,non habet locum denun-
ciatio in iudicio eccleſiaſtico,vt puta,ſi ſtatuto cauetur,ꝙ nō
ſoluens gabellam ex contractu non audiatur,vel ſi ſtatutum
dicit,vel inſtrumentum,ꝙ non reperitur inſinuatum , ſeu re-
giſtratum in libris communis ſummam falſam, & ſubdit, ꝙ
tunc regulariter habet locum denunciatio in foro eccleſiaſti
co , quando ex iuris ciuilis obſeruantia nutritur peccatum ,
idem dicit Bar.in extrauag.ad reprimendum,in ver.denuncia
tionem,vbi dicit,ꝙ in exceptione Macedoniani, vel Velleia-
ni non habet locum denunciatio in foro eccleſiaſtico, quia
exceptio Velleiani datur a iure ciuili ex maxima æquitate na
turali propter fragilitatem ſexus muliebris, & ſimiliter exce-
ptio Macedoniani,quæ datur vt euitent multa mala,ad quæ
committenda inducebantur filiifa. ad hoc vt redderent mu-
31 tuum receptum.Secunda eſt quęſtio,an † feudum pręſcriba-
tur cum mala fide,& D.Abb.allegat Ia.de Belui.& Bal.in d.c.
ſi quis per triginta annos.qui tenuerunt,ꝙ nō, quia nunquā
ſine bona fide pręſcribitur etiam de iure ciuili,ſed tantum da
tur exceptio,vt in l.ſi quis emptionis.C.de præſcri.trigin.ann.
Sed ex diſpoſitione canonica non prodeſt etiam reſpectu ex
ceptionis,vt hic,& s̃.eo.vigilanti , & hoc probat tex. dum di-
cit,ꝙ nulla præſcriptio , ſiue canonica,ſiue ciuilis currit ſine
bona fide,nam vbi generaliter aliquid prohibetur,ꝙ expreſ-
ſe non conceditur,intelligitur delegatum,vt in clem.exiui de
paradiſo,in viij col.§.porro.de verb.ſignifi.Tertia eſt quęſtio,
32 quid ſi ſtatuto,vel aliqua lege cauetur , vt † nulla currat præ-
ſcriptio,quid operantur hęc verba ? D.Abb.alleg.gl.quam di
cit eſſe ſingularem in c.j.§.j.quę eſt in ver.pręſcriptione , quæ
incipit,ſed de qua præſcriptione,de capit.Conra. quæ dicit,ꝙ
ſolum tollitur præſcriptio longi tēporis,vt decem,vel viginti
annorum,non autem triginta,vel quadraginta annorum,&
illam glo.ſequitur ibi Bal.& dicit D.Abb.ꝙ idem tenet Ioan.
And.in addi.Spe.in tit.de feu.in ij.col.ſed ego in c. ad audien-
tiam.s̃.eo.reprobaui illam glo.per tex.in d.c.j.vbi dicitur nul-
la obſtante pręſcriptione, & per tex.in c.j.de prohi.feu.ali.per
Fed.vbi tex.dicit, ꝙ feudum alienatum poteſt reuocari nulli[9]
temporis impediente p̃ſcriptione,& pro hac opi.facit iſte tex.
iuncta expoſitione Io.An.in ver.nulla pręſcriptio, vbi dicit ,
ꝙ iſtud eſt verbum negatiuum excludēs omnem pręſcriptio-
nem etiam inter ſocios,& ſic hic patet,ꝙ vbi ſtatuitur,ꝙ nul
la pręſcriptio obſtet,ꝙ intelligitur ſublata omnis pręſcriptio,
ad idem allego Io.An.s̃.eo.vigilanti.vbi tex.dicit,ꝙ nulla an-
tiqua poſſeſſio iuuat.& Io.And.dicit ꝙ hoc eſt verum,etiam
ſi ſit tanti temporis,cuius initij non eſt memoria . & ſic vult
33 ꝙ vbi eſt expreſſum,ꝙ nulla pręſcriptio † currat,ꝙ intelliga-
tur reprobata pręſcriptio tanti temporis , cuius initij non eſt
memoria,pro hoc allego bo.tex.in cle.ſi vna.in fi.iuncta glo.
fi.de reb.eccle.non alie.vbi tex.dicit non obſtante quauis con
ſuetudine,& glo.exponit etiam,cuius contrarij , vel initii nō
eſt memoria,modo iſta verba , non obſtante quauis conſue-
tudine , vel nulla obſtante conſuetudine idem important.

Prętera non poteſt negare , ꝙ vbi dicitur nulla obſtante
cōſuetudine, vel pręſcriptione generaliter omnis pręſcriptio,
34 vel conſuetudo reprobetur ergo omnis conſuetudo,† vel prę
ſcriptio,quę non reperitur expreſſe approbata,intelligitur re
probata,vt in d.cle.exiui de paradiſo.§.porro.de verb.ſig.dicit
vlterius D.Abb.ſequendo theoricam glo.in d.c.j.de cap.Con
radi.ꝙ Bal.ibi dicit, ꝙ quando ſtatutū prohibens pręſcriptio
nem,non poteſt verificari in pręſcriptione longi temporis,re
fertur ad pręſcriptionem lōgiſſimi temporis, ſcilicet,vt videa
tur prohibuiſſe pręſcriptionem triginta, vel quadraginta an-
norum, verbi gratia , ſtatutū dicit,ꝙ nulla pręſcriptio obſtet
creditori petēti debitum,vel ꝙ nulla pręſcriptio obſtet eccle-
ſię,nam tunc cenſetur prohibuiſſe pręſcriptionem triginta ,
vel quadraginta annorum,quia alias talia verba nihil opera
rentur , quia de iure communi non pręſcribitur actio perſo-
nalis,niſi ſpatio triginta annorum.l.ſicut.& l.omnes. C.de p̃-
ſcrip.xxx.ann.& contra eccleſiam non currit præſcriptio,niſi
quadraginta annorum,vt in c.de quarta.& in c.illud.s̃.eo. vn
de vt verba aliquid operentur , intelligitur prohibita pręſcri-
ptio

ptio triginta,vel quadraginta annorum, ſed D.Abb. dicit, ꝙ
hoc caſu non excluditur præſcriptio , cuius initij non eſt me-
moria,cum ſit alterius naturæ,& fortioris potentiæ, vt in c.j.
eo.titu.in vj.& in l.hoc iure.§.ductus aquæ,ff.de aqua quo. &
ęſti.& dicit,ꝙ ſatis eſt ſtatutum poſſe operari reſpectu pręſcri
ptionis longiſſimæ,& dicit hęc notanda. Sed ego credo indi-
ſtincte , ꝙ vbi ſtatutum ſimpliciter dicit, ꝙ nulla currat præ-
ſcriptio , ꝙ intelligatur prohibuiſſe præſcriptionē cuiuslibet
temporis,etiā ſi ſit tanti temporis, cuius initii non eſt memo
ria,per ea,quæ ſupra dixi. In glo.vlti.diuide iſtam gl. in quin
que partes, prout format quinque quæſtiones. Secunda ibi,
ſed quid ſi tempore præſcriptionis.Tertia ibi, item quid ſi du
bitat.Quarta ibi,item quid ſi prælatus.Quinta ibi,ſed ſi ille ve
35 niat.In prima parte glo.gl.hæc vult,ꝙ ſcientia † ſuperueniēs
poſt præſcriptionem completam non obligat ad reſtitutio-
a nem [a] rei , & iſtum articulum plene hic examinat Ioan. de
Imo.recitando opiniones,& inter cætera Bal.in authenti. ad
hæc.C.de vſur.& Ang.in l.j.C.de iudi.& tandem dicit,ꝙ com
munis opin.Canoniſtarum eſt, ꝙ non teneatur ad reſtitutio-
nem,& ꝙ iſta opinio eſt verior, & iſtum articulum plene exa
minaui in c.vigilanti.ſupra eo.In ſecunda parte glo.opi.gloſ.
ſequitur Io.Phi.Vin.& Inn.ſed Hoſt.tenet contrarium per id
quod habetur in c.præced.in fi. Bu.autem dicit,ꝙ aut habuit
conſcientiam læſam ex leui indicio,& poſtea eam aliter for-
mauit ex aliis indiciis,& tunc procedit opi.glo.& ſequacium.
Aut habuit conſcientiam lęſam ex legitima informatione
concurrente cum veritate, & poſtea eam aliter informauit
erronee,& tunc non pręſcribit, in dubio autem ſi non appa-
ret qualiter conſcientiam informauerit,dicit,ꝙ ſi prima con
ſcientia currit cum veritate,præſumitur, ꝙ cum bene primo
informauit,& ſecundo male,niſi aliud appareat,Bar.vero in
l.naturaliter.ff.de vſucap.ſimpliciter ſequitur opi. Inno.dicēs
ꝙ ad hoc vt ſuperueniens mala fides interrūpat præſcriptio-
nem , oportet ꝙ ſuperueniat irreuocabiliter,ſi enim medio
tempore putauit præſcribens rem non eſſe ſuam,illa mala fi
des,quę fuit in medio tempore,pręſcriptionem non impedit,
& dicit,ꝙ pro hoc facit,quia iſta Decret.non corrigit ius ciui
le,niſi quando mala fides irreuocabiliter interuenit, ſed Do.
Abb. & Io.de Imo. dicunt,ꝙ aut mala fides fuit a principio,
tunc non currit præſcriptio,quia etiam de iure ciuili requiri-
tur bona fides a principio pręſcriptionis,vt in l.ſequitur, §.de
illo.ff.de vſucap.& in l.vnica.C.de vſucap.transfor.& Inſti.de
vſucap.in prin.iuncta glo. Aut in principio habuit bonam
fidem,ſed poſt ſuperuenit mala fides,& dicit D.Abb.ꝙ per ſu
peruenientiam malęfidei fuit interrupta præſcriptio, ita ꝙ
principium non poteſt computari cum fine , in quo habuit
bonam fidem,quia per ſuperuenientiam malæfidei fuit con-
quaſſata pręſcriptio , hoc probat iſte tex.in fine. dum dicit,t
ꝙ oportet, vt pręſcribens in nullas parte temporis habueri
conſcientiam rei alienæ,& optime probatur in c.ſemper vir-
go.xxxiiij.q.ij.vbi dicitur,ꝙ ſtatim cum habeat conſcientiam
rei alienę eſt iniuſtus poſſeſſor,nec poteſt dici, ꝙ conſcientia
fuit erronea,imo iuſtiſſima , cum habuerit concurſum cum
veritate,nam ſi res eſſet ſua,non eſſet opus pręſcribere, idem
dicit Io. de Imo. ſed hoc intelligit, niſi modico tempore ha-
buiſſet conſcientiam lęſam.nam illa tunc non habet nocere
ſecundum eum, quia propter breuitatem temporis cenſetur
non fuiſſe.de poe.di.j.diuortium. & hoc meo iudicio videtur
ſenſiſſe Vin.nam dum tex.dicit,ꝙ requiratur,ꝙ in nulla par-
te temporis habeat rei alienæ conſcientiam,ipſe intelligit de
conſcientia durante,& non erronea. & allegat illud c.diuor-
tium.quod loquitur de diuortio durante modico tempore,
nam propter breuitatem temporis non cenſetur factum di-
uortium,& ſic intelligendo Vin.ſecundum illud c. quod alle
gat,videtur intellexiſſe de mala fide modico tempore duran-
te,& no.etiam verba Vin.dū dicit, ꝙ conſcientia erronea nō
36 nocet,nam vult,ꝙ ſi poſſidens credat † rem eſſe illius, cuius
non erat,hoc non habet interrumpere pręſcriptionem, & ex
hoc ſequitur, ꝙ mala fides quo ad vnum, non interrumpat
præſcriptionem quo ad alium, & hoc tenuit glo. in l. ſi fun-
dum,ff.de acq.poſ.& in l.ſicut.in ver.mala fides. C.de pręſcri.
xxx.ann.facit l.qui balneum.in fi.ff.qui po.in pig. hab. & in l.
Fulcinius.§.quid ſi aduerſus.ff.ex qui.cau. in poſ.ea.& hoc te-
net Bar.in l.naturaliter.ff.de vſucap.& Io.de Imo. hic in pen.
char.in fi.ſed D.Abb.tenet cōtrarium in c.illud.s̃.eo. vbi dixi.
Vlterius dicit hic Io.de Imo.ꝙ ſuperueniente bona fide de
nouo,poteſt de nouo inchoare pręſcriptionem ex pręceden
ti titulo,allegat tex.in ſimili quem Bal.reputat ſingularem in
l.ſi quis pro emptore,§.pen.ff.de vſucap.vbi dicitur, ꝙ ſi præ-
ſcribens cadat a poſſeſſione,& ſic interrumpatur pręſcriptio
naturaliter tamen ſi poſtea recuperet poſſeſſionem ſine vitio
poteſt præſcribere ex priori titulo longo tempore incipiēdo
de nouo præſcriptionem,ex quo habet bonam fidem eodem
modo in propoſito poteſt dici,ꝙ licet hęc prima pręſcriptio
fuerit interrupta,tamē noua poteſt inchoari cum bona fide.
& hoc tandem videtur tenere D.Abb.licet ceſpitet, nam vlti
mate dicit,ꝙ poterit incipere pręſcriptionem a tēpore, quo
per legitima indicia ſuperuenit bona fides,argu. eorum,quæ
notantur s̃.eo.de quarta.& in c.cura.de iure patr.ſed vide quę
dixi in c.vigilanti.s̃.eo.In iij.parte gl.glo.in c.quonia frequen
ter.§.quod ſi.ſuper ver.reſeruatur,s̃.vt lite non conteſta.vide-
tur tenere contrarium,& xvj.q.iij.c.j.quę dicit,ꝙ ex quo facta
37 eſt † ſemel litis conteſtatio, non currit pręſcriptio , quia præ-
ſcribens præſumitur de iure ſuo titubare, vnde nō præſcribit
etiam ad mille annos.Hoſt.vero fuit varius, quia in ſumma,
de pręſcriptione rerum immobilium,§.quę exiguntur,tenuit
opi.huius glo.ſed in c.ſi diligenti.s̃.eo.vbi glo.pen. circa fi.di-
cit illud,quod dicitur hic,dixit gl.procedere ſecundum leges,
ſecus ſecundum canones per iſtud c.& ſic Hoſt. fuit ſibi con-
trarius,& ſecundum proteſtationem quam facit in principio
huius compilationis,vbi dicit,ꝙ ſi contingat eum in appara-
tu ſuper hoc volumine ſcribere contrarium illius,quod dixit
in ſumma,quod vult ſtari ei quod dixit in apparatu tāquam
vltimo dicto.Vin.vero, & Inn.ſequuntur opi.glo.& etiā Bar.
in l.naturaliter ff.de vſuca.mouetur,quia iura canonica corri
gunt iura ciuilia in poſſeſſore malę fidei. vnde licet ſuperue-
niat dubitatio , non poteſt dici malæfidei, & gloſ.in l.iij.§.fi.
ff.de acq.poſ.dicit,ꝙ dubitatio tenet medium inter bonam fi
38 dem, & malam fidem. vnde quia † dubitans non eſt proprie
malæ fidei,non debet interrumpi pręſcriptio. But.vero dicit,
ꝙ ſi dubitatio eſt momentanea,& non firma , ſed potius va-
cillans, ꝙ non interrumpitur pręſcriptio, ſicut in ſimili non
eſt hęreticus,q dubitat,ſed non firmat,ſeu pertinaciter tenet, vt
in c.j.de hęret.ſi autem dubitatio eſt perſeuerans,& firma, &
fixa, & ad merito dubitandum cōcurrāt cum veritate aliqua
legitima indicia plus mouentia ad credendum rem alienam,
quàm propriam,licet pro certo neſciat,tunc dicit pręſcriptio
nem interrumpi,idem dicit ſi aliquid ei oſtenſum,vel proba
tum fuerit,ex quo veriſimiliter potuerunt dubitare,licet aſſe
rat ſe non dubitare per no.in c.nouit.de iud.& in c cum con-
tingat,de reſcri.& per hoc dicit ſe putare,ꝙ aliquo caſu denū
ciatio etiam poſt poſſeſſionem adeptam, & pręſcriptionem
inchoatam eam interrumpat,vt quando fit a tali cui merito
eſt credendum, vbi autem dubitatio eſſet in prin. pręſcriptio-
nis,tunc fortius impediretur,alleg.not.in l.licet.& in l.nemo
C.de acq.poſſ.Sed D.Abb.tenet opin. glo. quam Doct. com,
muniter ſequūtur per tex.in c.ſi virgo.xxxiiij.q.ij. vbi dicitur
ꝙ bonę fidei poſſeſſor rectiſſime, dicitur quandiu ignorat ſe
poſſidere alienum,cum vero ſciuerit,nec ab aliena poſſeſſio
ne receſſerit,tunc malę fidei eſſe perhibetur, tunc iuſte iniu-
ſtus vocabitur,quę verba ſunt multum notanda,& ponderā
da in hac materia,vnde ille tex.probat, ꝙ dubitans cenſetur
eſſe bonę fidei,quia dubitans ignorat rem eſſe alienam, Ioā.
autē de Imo.diſtinguit, ex cuius diſtinctione facias quatuor
39 vel quinque caſus.Primus eſt,quando † dubitatio ſuperuenit
per actum iudicialem,& tūc interrumpitur pręſcriptio, quia
talis actus inducit præſumptam malam fidem ex diſpoſitione
iuris,vt patet ex his,quę notantur in l.nemo.C.de acq.poſ. &
dixi s̃.e.c.illud. & hoc modo loquitur glo.xvj.q.iij. c.j. & in c.
quoniam frequenter.§.quod ſi ſuper.in ver.reſeruata.s̃.vt lite
non conteſt. Secundus caſus eſt,quando ſuperuenit dubita-
tio per actum extraiudicialem ab ipſo initio,quo incępit poſ
ſidere,& ſic ante pręſcriptionem.l.ſi fundum.C.de rei vendi.
& no.Bar.in l.naturaliter.ff.de vſucap.& eſt ratio, quia dubi-
tans non habet nec bonam,nec malam fidem,bona fides au
tem requiritur in principio pręſcriptionis,vt s̃.eo.ſi diligenti.
ad fi.& in l.ſequitur.§.de illo.ff.de vſuc.& in l.ij.in prin. ff.pro
emp. Tertius caſus eſt, quando dubitatio ſuperuenit poſt in-
choatam pręſcriptionem, quę fuit momentanea, ſeu breui
tempore durans,& iſta non habetur notare de pę.di.j.c.diuor
tium,& quod dixi in pręced.glo. Quartus caſus eſt,quando du
bitatio ſuperueniens poſt inchoatam præſcriptionem nō fuit
momentanea.& in hoc Io.de Imo.multum arguit, ſed in ef-
fectu tenet opi.gl.ſcilicet,ꝙ non interrumpatur pręſcriptio,
& mouetur per iſtum tex.a contrario ſenſu in fi.nam vult,ꝙ
ſuperueniat notitia rei alienæ ad interrumpendā pręſcriptio
nem,ergo non ſufficit dubitatio,quia dubitans nō habet no
titiam rei alienę,& concludit,ꝙ licet probabilis dubitatio ſu
perueniat poſt inchoatam pręſcriptionem,non propter hoc
interrumpitur,& ſic ſequitur opinionem communem, quā
etiam ſequitur D. Abb. In quarta parte glo. vide gloſ. quæ
concordat huic liiij.di.c.generalis.& in c.bonę.ij. in ver.diffi-
dere.

ADDITIO.

a ¶An ſententia ſuperueniens poſt præſcriptionem completam obliget ad reſti-
tutionem,Bal.in d.c.j.de conten.inter.do.vaſal.ante finem,tenet ꝙ non.

dere.de poſtu.prela.& xxxiiij.q.ij.ſi virgo,& Hoſt.in ſumma,
de preſcrip.rerum immo.§.que exigantur.ver.verum.& verſ.
quid ſi prelatus.ponit duas practicas.Prima eſt,ꝙ prelatus cō
uocet capitulum, & certificet ipſum, quomodo res eſt alie-
na,& hoc facto conſulat agnoſci bonam fidem, ſicut etiam
tutor tenetur agnoſcere.l.quoties.§.ſicut.ff.de admi. tu. Vnde
40 eadem ratione debet hoc facere prælatus, † qui comparatur
tutori,vt dicit glo.ij.in c.qualiter & quando,ſ̃.de accuſa. licet
non per omnia non æquiparatur,vt dicit Inno.in c. licet He-
ly.de ſimonia,& glo.v.q.iij.c.ſi.vnde ſecundum Hoſti.debebit
facere rem reſtitui.Secunda eſt practica, ꝙ prælatus dicat ca-
pitulo Mundæ ſint manus meæ a ſanguine huius cauſæ, vos
autem defendatis prout vobis videtur. do.autem Abb.refert
Archi.in d.c.generalis.liiij di.qui ponit tres opi.ſed ſatis eſt re
tuliſſe Hoſt.D.Abb.diſtinguit ex cuius diſtinctione facias tres
caſus. Primus,quando notorie conſtat rem eſſe alienam, &
tunc ſolus prelatus debet illam reſtituere, & ſic intelligatur
c.generalis,nec dicitur hoc caſu prælatus alienare rem eccle-
ſie,cum notorie conſtet rem eſſe alienam,immo reſtituendo
rem dicitur procurare negocium eccleſie purgando eius in-
famiam.Secundus caſus eſt,quando notorie non cōſtat rem
alienam,nec poteſt probari,& tunc debet tacere,quia ſibi ſo
li non crederetur,ix.q.vij.plerunque.& vj.q.ij.ſi tantum. & c.
41 placuit.& dicit D. Abb. ꝙ † prælatus non peccat detinendo
rem,licet ſciat alienam,quia detinet tanquam perſona publi
ca,& ſic alienam tanquam perſona priuata, & dicit, ꝙ hoc
caſu,quando ſolus prælatus ſcit rem eſſe alienam,capitulum
poteſt præſcribere rem ſi eſt in bona fide,hoc ſentit glo.dum
dicit,ꝙ capitulum poteſt eſſe in bona fide, licet prelatus ſciat
rem eſſe alienam,& ſic poterit præſcribere, & hoc ſentit hic
clarius Io.de Imo.& expreſſe firmat hic in fi.dicit tamen,ꝙ ſi
vteretur adminiculo prælati,ꝙ ſibi noceret, pone exemplū,
prælatus,qui ſcit rem eſſe alienam,poſſedit ſimul cum capitu
lo,tunc mala fides prælati nocet capitulo in præſcriptione,
ex quo ſcit rem eſſe alienam, ſed quando capitulum ſolum
poſſedit ſine prelato,tunc dicit,ꝙ conſcientia prælati nō no-
cet capitulo in præſcriptione.ſed gloſ.ſentit, ꝙ etiam ſi bona
42 ſint communia,& ſic ſimul poſſideant, ꝙ † mala fides prela
ti non noceat eccleſiæ,& hoc credo verius, facit quod no.gl.
in c.j.de iure pat.in vj.& Io.And.ibi,cum enim non poſſit ſe-
paratio fieri,ex quo poſſiderunt nomine eccleſiæ totam rem
pro indiuiſo, potius bona fides capituli debebit prodeſſe ec-
cleſiæ in præſcriptione, vt ſic puto,ꝙ gl.procedat indiſtincte.
Tertius caſus eſt, quando poteſt probari rem eſſe alterius, &
tunc dicit D.Abb.ſequendum eſſe conſilium huius glo.& di
cit, ꝙ non ſufficeret prælatus cum capitulo ad rem reſtituen
dam,ex quo non conſtat rem non eſſe eccleſiæ, quia ſicut di-
recta via non poteſt alienare prelatus cum capitulo illā rem.
xij.q.ij.ſine exceptione,ita indirecte rem reſtituendo,quoniā
43 poſſet fieri fraus. Notoria † enim debet eſſe cauſa aliena-
tionis,vt in c.j.de reb.eccle.non alien.in vj.facit l.cum hi,§.ſi
cum lis,ff.de tranſact.Io.autem de Imo.videtur tenere,ꝙ poſ-
ſit res reſtitui, quando eccleſia non tenetur de euictione, vt
quia habeat rem ex cauſa lucratiua, alias ſi teneretur de eui-
ctione,ſequendum eſſet conſilium gl. quia non committitur
44 † euictio,niſi res euincatur iudicialiter.l.habere licere,& l.ha
beremus,ff.de euict.& hoc mihi placet,ex quo enim conſtat
rem non eſſe eccleſiæ, vt quia aduerſarius oſtendit ei inſtru-
menta,ex quibus dare conſtat rem eſſe petentis, licet non ſit
notorium,debent rem reſtituere,nec debent ipſum vexare li
tibus,ad hoc quod dicit Inn.hic,dum dicit, ꝙ prælatus debet
cauere ne aliquid contra conſcientiam faciat,vel fieri procu
ret,& ne timeatur colluſio, poterit prælatus cum capitulo re
cipere copiam authenticam iurium aduerſarij,vt poſſit appa
rere ex qua cauſa rem reſtituerit.Vnde dicerem,ꝙ aut eſt ſo-
lus ſine capitulo,& tūc ipſe ſolus poterit rem reſtituere ſi po
teſt probari rem eſſe petentis,quia tantam poteſtatem habet
quantam prelatus cum capitulo in eccleſia collegiata, vt di-
cit glo.ſingularis in c.potuit,de loca.in glo.pen.in verſi. ſed ſi
vnus ſit ſacerdos.& hoc ſequitur hic Io.de Imo.quod tamen
intelligas, niſi eccleſia perderet actionem de euictione, quia
tunc deberet ſeruari practica glo.Aut eſt eccleſia collegiata,
& adminiſtratio indiuiſa,& tunc ſolus prelatus non poteſt rē
reſtituere,ſed bene prælatus cum capitulo,niſi perderēt actio
nem de euictione,quia tunc deberet ſeruari practica glo.
Et ex hoc poteſt inferri,quod poſſeſſor debeat facere,qui ha
beat notitiam rei alienæ ante præſcriptionem completam,
nam ſi reſtitueret rem, non haberet actionem de euictione,
Vnde debet etiam ipſe proſequi conſilium huius glo. de quo
per glo.xxxiiij.q.ij.ſi virgo,& in l.at qui natura.§.cum me ab-
ſente.ff.de neg.geſt.vbi per Bar.glo.& Doct. In quinta parte
45 glo.dum glo. ſentit, ꝙ confeſſio † prelati indiſtincte preiudi-
cet eccleſiæ, quando confitetur in his, que ſolus geſſit,idem
dixit glo.in c.dudum.ij.de elect.& in c.ex literis,de iureiuran.
vbi dixi.Sed But.& Io.de Imo.reprobant iſtam glo.quia ſem-
per vnico teſti non creditur,vt in c.cum a nobis. & in c.inſu-
per.de teſti.ſed Abb.ſequitur glo. nam ex quo ſolus geſſit, &
aliter conſtare non poteſt ſtari dēt eius confeſſioni, pro quo
allegat tex.in c.ſi diligenti,ſ̃.eo.vbi ſolus archiepiſcopus Piſa-
nus fuit confeſſus.Sed tamen ille tex.aliter intelligitur, vt ibi
dixi,allegat etiam c.dilectus.de capel.mon.nam etiam ſeruus
interrogatur in his quæ geſſit,ex quo agitur de facto ſuo. l.in
terrogari.C.de quæſtionibus.& iiij.q.iij.ſerui. & l. neſcimus.
ff.de neg.geſt.& hoc tenet etiam Pau.de Caſt. in l.quicunque.
in fi.C.de ſer.fug.dixi in d.c.ex literis.de iureiur.vnde D.Abb.
diſtinguit,ex cuius diſtinctione facias tres caſus. Primus,quā
do prælatus non habet capitulum,& tunc confeſſio præiudi-
cat eccleſiæ,dummodo confiteatur per viam contentioſe iu
riſdictionis,vt in d.c.dilectus.ſecus ſi per viam voluntariæ iu-
riſdictionis,vt in l.certum,§.ſed an ipſos,ff.de cōfeſſ.& ibi per
Bar.& per Cy.in l.j. C. de confeſſ. Secundus caſus eſt,quando
capitulum,& adminiſtratio eſt indiuiſa,& tunc requiritur,ꝙ
confiteatur cum capitulo,vel cum maiori parte capituli, vt
in c.ij.iuncta glo.in ver.conuentum.de teſt.in vj.Sed hoc pro
cederet, quando confiteretur in loco contentioſo ex præce-
pto iudicis,ſecus ſi ſponte ſeu voluntarie,ſi tamen mandatū
46 habeat prelatus a capitulo, valet † eius confeſſio, ſicut con-
feſſio ſyndici,vel procuratoris preiudicat domino, vt in l.nō
ſolum.ff.de procur. Tertius caſus eſt, qantum adminiſtratio
eſt diuiſa,& hoc caſu in diuiſis confeſſio ſolius prelati preiudi
cat,vt vult hic Bu.& D.Abb.& Io. de Imo. niſi factum ſit ar-
duum, quia tunc non poteſt ſolus eſſe in iudicio, vt in c.j.de
procurat. & in c.edoceri, vbi plene ſupra de reſcriptis. Et hæc
ſufficiant.

## *De re iudicata, Rubrica.*

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia largo modo dicitur res iudicata.*
2 *Res iudicata multipliciter ſumitur.*
3 *Infamia quæ irrogatur ex ſententia, ſtatim lata ſententia irrogatur.*
4 *Poſſeſſor uerus quis efficitur ſaltem de iure canonico, per immiſſionem primo decreto.*
5 *Copula debet poni inter diuerſa*
6 *Sententiæ tres ſpecies enumerantur.*
7 *Sententia diffinitiua quæ ſit.*
8 *Sententia interlocutoria quæ dicatur.*
9 *Præceptum iudicis factum per ſe, vel per nuncium an ſit ſententia interlocutoria.*
10 *Sententia lata ſuper exceptione peremptoria, nunquid habeat vim diffinitiuæ.*
11 *Sententia quaſi diffinitiua quæ dicatur.*
12 *Sententia præcepti quæ dicatur.*
13 *Iudicium non dicitur niſi poſt litem conteſtatam.*
14 *Sententia excommunicationis an dicatur interlocutoria.*

HAec rubrica continuatur ꝑ Io. And. ad
p̄cedētem duobus modis.
Primo, continuatur ſecundum Goffre. & ſic vi-
ſo quomodo res acquirantur per præſcriptio-
nem,quæ eſt acquiſitio ciuilis,videndum quomodo alio mo
do acquirantur ciuiliter, ſcilicet per ſententiam iudicum.
Secundo modo continuat & ſic,Expedito tractatu proceſ-
ſus iudiciorum veniendum eſt ad ſententias, quæ imponunt
finem litibus,& quia ſententia lata ſi ab ipſa non appellatur,
aſſumit nomen rei iudicate,ideo de re iudicata ſubmittit, di-
1 cit tamen Io.And.ꝙ largo modo poteſt † ſententia dici res iu
dicata,licet ab ea poſſit appellari,allegat l.j.ff.eo.& l.litigato-
ribus.C.de appel. & ex his verbis Io.And.vult facere differen-
tiam inter ſententiam,& rem iudicatam, ſcilicet vt proprie,
& ſtricte dicatur ſententia,quando ab ea appellari poteſt.Sed
res iudicata quando ab ea agere non poteſt, nec aliter retra-
ctari, large tamen poteſt dici res iudicata etiam quando
ab ea appellari poteſt,vt in d.l.j.& in d.l.litigatoribus.ſed glo.
ibi tenet,ꝙ dicatur res iudicata poſtquam ſententia eſt prola
ta,& idem dicit in l.eleganter. §. ſi poſt tranſactionem, ff. de
cond.indeb.& in d.l.j.ff.eo. † Sed Bar.ibi diſtinguit, ꝙ aut res
iudicata ſumitur pro ipſa ſententia, ſeu pro cauſa deciſa, &
tunc procedit opin.glo.Aut ſumitur res iudicata perfecte, &
irreuocabiliter, adeo ꝙ non poteſt tranſigi, & tunc dicit,ꝙ
procedit Io.An. quam dicit tenere Canoniſtas per c.quod ad
conſultationem. ſ̃. eo. Aut & tertio accipitur res iudicata
pro effectu executionis ſententiæ,& tunc dicit Bar. quod qui
dam ſunt effectus iuris,vt quia ſtatim fit executio, vt in caſi-
3 bus,in quibus † ſententia irrogat infamiam,ſtatim enim lata
ſententia

ſententia ſequitur iſte effectus, vt in l. furti. ff. de his, quæ not.
inſa. Vnde incontinenti dicitur res iudicata, quidam vero
ſunt effectus facti, in quibus requiritur hominis executio, &
tunc non dicitur res iudicata, quia interim non poteſt execu-
tioni mandari, vt in l. j. ff. nil nouari appel. pen. Sed D. Abb. re-
probat opi. Bar. & dicit, ꝙ res iudicata dicitur incontinenti cū
ſententia eſt promulgata reſpectu contentorū in ipſa. Semel
enim iudicata ſunt, quæ in ſententia continentur, ſicut enim
ſententia dicitur eſſe lata reſpectu agētis, ſcilicet iudicis, quia
lata ſententia dicitur iudex functus officio ſuo, vt in c. in lite-
ris, de offi. deleg. ita res iudicata dicitur reſpectu patientis, ſeu
materiæ ipſius ſententiæ, nec obſtat, ꝙ poſſit appellari, quia
per hoc non poteſt argui, ꝙ res ſit iudicata, & hoc conſtat, qa
appellatio extinguit, vel ſuſpendit pronūciatum. l. j. ff. ad Tur
pil. & in c. venientes. de iureiur. & in c. paſtoralis. §. j. ſ. de offic.
del. ergo fuit res iudicata, quia extenſio, vel ſuſpenſio præſup
ponit habitum. l. decem. ff. de verb. ob. & in c. ad diſſoluendū.
de deſpon. impu immo dicit D. Abb. ꝙ effectus ſententiæ nō
ſuſpenditur in totum per appellationem, vt dicit ſe dixiſſe in
c. fi. de ſeq. poſſ. & fruct. ergo multo fortius poteſt dici res iudi
cata, etiam ſi non fuit appellatum, licet poſſit appellari, fate-
tur tamen, ꝙ ante lapſum decem dierum non habet auctori
tatem rei iudicatæ, vt in c. quod ad conſultationem. & in c. cū
inter. ĩ. e. & in c. cum dilecti. de elect. ſicut in ſimili per immiſ-
4 ſionem † ex primo decreto quis efficitur verus poſſeſſor ſaltē
de iure canonico, ſed non incommutabiliter, ſed per lapſum
anni efficitur incommutabiliter, vt in c. quoniam frequēter,
§. in aliis, vt lite non conte. & in c. contingit, de do. & contu.
vbi bona glo. & dicit, ꝙ hanc partem, ſcilicet, ꝙ dicatur res iu
dicata, licet poſſit appellari, tenet Hoſti. poſt Goff. in ſumma
eo. tit. §. hinc autem. ſed ſi vis tenere opi. Bar. poteſt de facili re
ſpondere argumentis D. Abb. nam in effectu non dicit aliud
niſi illud, quod dicit Bar. nam Bar. dicit, ꝙ ſtatim eſt res iudica
ta reſpectu iudicis, qui tulit ſententiam, & hoc reſpectu dicit
Bar. ꝙ poteſt dici res iudicans. & illud dictum Bar. ſ. non reci-
taui. item Bar. dicit, ꝙ res iudicata quandoque accipitur pro
cauſa deciſa, & ſic reſpectu contentorum in ſententia, & ſi-
militer ſtatim eſt res iudicata, argumenta autem D. Abb. non
ad aliud tendunt, niſi ad probandum, ꝙ dicatur ſtatim res iu-
dicata, reſpectu cauſæ agentis, ſcilicet iudicis, & reſpectu cau-
ſæ patientis, ſcilicet materiæ contentæ in ſententia, & Bar. eo-
dem modo vult, ꝙ hoc reſpectu dicatur ſtatim ſententia, vn-
de ego non video quomodo argumenta iſta D. Abb. faciant
contra opi. Bar. *mihi tamen* placet opi. Io An. ſcilicet, ꝙ pro-
prie loquendo, appellatione ſententiæ comprehendatur ſen-
tentia a qua poteſt appellari, res vero iudicata a qua appella-
5 ri non poteſt. Moueor, quia † copula debet poni inter diuer
ſa, vt dicit glo. in rubr. ff. de iur. & fac. ignor. & ſic videtur velle
iſta rubrica, ꝙ aliud ſit ſententia, & aliud res iudicata, nec cō-
pilator habuit reſpectum ad conſiderationes quas facit Bart.
& D. Abb. & hoc patet, quia in nigro tractatur de ſententia,
quæ poteſt reſcindi per appellationem. Item de ſentētia, quæ
non poteſt retractari, & ſic de re iud. vt patet in c. ſuborta. &
in c. cūm inter. & in c. ſicut. ĩ. eo. licet aliquando largo modo
dicatur res iudicata ſententia a qua poteſt appellari, vt d. l. liti
gatoribus. C. de appel. & in l. j. ff. eo. ti. & iſta opi. videtur mihi
*verior*, nec credo Iureconſultos, vel canones conſideraſſe ſub
tilitates quas mouet Bar. circa hoc, & adde Bal. ĩ. c. j. vbi dicit
differentiam eſſe inter ſententiam, & rem iudicatā, quia ſen-
tentia nulla nunquam dicitur res iudicata, licet interdum di-
catur ſententia, quia eſt aliqua de facto, licet non ſit aliqua
de iure. hinc eſt, ꝙ facit iuriſdictionē iudicis delicti expirare,
eſt enim functus officio ſuo, licet ſententia ſit nulla, vt in l. ſi
vt proponis. C. quomodo, & quando iudex. & in c. in literis.
a de offi. deleg. & dicam de hoc vltimo latius ĩ. eodem. cap. j. [a]
6 Secundo quæro quot ſint ſpecies ſententiæ, † & Doct. dicūt
ꝙ ſunt tres ſpecies ſententiæ, quędam diffinitiua, quędam in-
terlocutoria, quædam habens vim diffinitiuæ. ſed glo. ij. q. j. in
ſumma addit aliam ſpeciem. dicit enim, ꝙ quædam eſt ſentē-
tia præcepti, & vide illam glo. quæ eſt optima in materia no-
7 ſtra. Diffinitiua † ſententia eſt, quæ imponit finem toti con
trouerſiæ in iudicium deductæ, vt in l. j. ff. eo. no. glo. in clem.
vna, in ver. diffinitiua. de ſeque. poſſ. & fruc. & dicitur diffiniti
ua, quia īponit finē toti liti, q̄ erat inter partes, & finit officiū
iudicis. Interlocutoria vero eſt, quæ inter principium, & finē
cauſæ fertur ſuper his, quę incidunt, vel emergunt in lite, vt
dicit glo. pręalleg. hinc eſt, ꝙ omne verbum iudicis pertinens
ad cauſam, dicitur ſententia interlocutoria, vt dicit glo. no. in
§. ad excludendas, in Auth. de litig. Dicitur autem interlocu-
8 toria, † quia iudex non diffinit cauſam, ſed interloquitur in-
ter principium & finē, vel quia iudex inter partes loquendo
ſine ſolennitate ſcripturæ pronunciat, vt dicit Hoſt. poſt Gof.
in ſumma eo. ti. in prin. §. hinc autem. Sed tu dic, ꝙ licet inter-
locutoria poſſit ferri ſine ſcriptura, tamen poſtea eſt redigen-
da in ſcriptis, de hoc eſt tex. in c. quoniam contra falſam, in
ver. interlocutiones, ſ. de proba. & ibi vide glo. ſuper illo ver-
bo, quę ita dicit. Sed dubitatur quid de pręcepto, † quod iu-
dex facit per ſe, vel per nuncium, vt pars compareat, & gloſſ.
in Authen. de hære. & falci. §. illud. dicit, ꝙ eſt interlocutoria.
ſed in eadem authen. §. ſi quis autem non implens, dicit, ꝙ eſt
quaſi interlocutoria, ſcilicet D. Abb. dicit, ꝙ aut cauſa erat in-
choata ante pręceptum, & tunc vere dicitur interlocutoria,
quia interloquitur præcipiendo inter principium, & finē cau
ſæ. Aut cauſa nundum erat inchoata, & tunc non dicitur p̄-
prie interlocutoria, quia non fit inter principium, & finem
cauſę, ſed ante, ideo debet dici quaſi interlocutoria. Sentētia
vero habens vim diffinitiuę eſt illa, quę non imponit finem
cauſę principaliter in iudicium deductę, ſeu nō expectat aliā
ſententiam poſt ſe, vt cum iudex pronunciat ſe non eſſe iudi
cem competentem, de off. del. ſignificantibus, no. glo. in auth.
habita. C. ne filius pro patre. & vide de hoc per Bar. in l. Titia.
ff. de accu. & quod no. in c. peruenit. ĩ. de appel. Vtrum autē
10 † ſententia lata ſuper exceptione peremptoria habeat vim
diffinitiuæ, dic ꝙ ſic, de quo vide glo. in clem. cum a repulſio-
ne. In glo. ij. de appel. & vide Dominos de Ro. deciſ. xcj. vbi di
cunt, ꝙ ſententia lata ſuper deſertione appellationis a diffini
tiua, & ſuper qualibet exceptione peremptoria eſt interlocu-
toria, ſed habet vim diffinitiuæ, & idem deciſ. ccxciij. & deciſi.
lxxj. vbi dicunt, ꝙ ſententia lata ſuper reuocatione attentato-
rum, vel ſuper non petitione apoſtolorum habet vim diffini
nitiuæ, & idem dicunt deciſ. quinta. & deci. xlvj. Et in prædictis
deci. dicunt, ꝙ cle. appellanti. de appel. non habet locum in ta
libus interlocutoriis, quę habent vim diffinitiuæ, id eſt ꝙ in ta
libus appellationibus, non eſt cauſa exprimenda de neceſſita
te, & quod poterit iuſtificari talis appellatio ex cauſa non ex
preſſa, quod tene perpetuo menti. ſed dicam de hoc latius
in c. peruenit. ĩ. de appel. Quędam etiam reperitur quaſi ſen
11 tentia † diffinitiua, de qua per glo. in c. conſultationibus. de
offi. deleg. ſcilicet, ſententia lata ſuper poſſeſſione. nam habi-
to reſpectu, ꝙ poſſit intentari poſtea petitorium non dicitur
ex tota diffinitiua, quia ſententia diffinit cauſam poſſeſſorij
in iudicium deductam, vt no. in c. fi. de iudi. & eſt etiam bon.
tex. in c. cum dilectus. de cauſ. poſſ. & propri. vnde glo. in cle. ii.
vt lite pen. dicit, ꝙ in cauſa poſſeſſorii eſt porrigēdus libellus,
& lis conteſtanda. Ex quo ſequitur, ꝙ etiam ſententia diffi
nitiua eſt ferenda, & hoc tenent etiam Doct. in d. c. fin. de iud.
& in c. conſultationibus, de offi. dele. & Bar. in l. vnica. C. ſi de
momen. poſſ. fuer. appel. & in l. naturaliter. §. nihil commune.
12 ff. de acquir. poſſ. Sententia vero † pręcepti eſt, quando iudex
extra iudicium pręcipit aliquid ſine cauſæ cognitione, & hęc
improprie dicit̄ ſententia, vt dicit gl. ii. q. i. in ſumma. & de hoc
per Inno. in c. ad aures. de temp. ord. Et in hoc aduerte ali-
quando fit pręceptum extraiudiciale ex officio iudicis ſubdēs
in pertinentibus ad officium, & hoc caſu planum eſt, ꝙ non
eſt ſententia interlocutoria cum ſit mere extraiudiciale. Ali-
quando iudex pręcipit in iudicio, puta, ꝙ pars producat teſtes
ſuos, vel quod reſpondeat poſitionibus aduerſarii, & hoc ca-
ſu tale pręceptum eſt ſententia interlocutoria, quandoque iu
dex pręcipit debitori confitenti, vt ſoluat iuxta formam
l. ſi debitori, ff. de iudi. & de hoc vide gloſſ. not. in c. dudum, in
ver. reſponſiones, quę incipit, ſed pone, ꝙ reus confiteatur. de
elec. quę dicit, ꝙ ſi reus confiteatur poſt porrectum libellum
per aduerſarium animo conteſtandi litem, ꝙ eſt ferenda ſen
tentia diffinitiua, ſed ſi confiteatur non dato libello, & iudex
pręcipiat ei, vt ſoluat tale præceptum non eſt ſententia, ſed
ſimpliciter dicitur pręceptum, & illa glo. poteſt intelligi duo-
bus modis, Primo, ꝙ non ſit ſententia diffinitiua, ſed interlo-
cutoria habens vim diffinitiuę. Secundo, ꝙ nō ſit proprie ſen
tentia etiam interlocutoria, & credo iſtam fuiſſe mentem gl.
13 quia non dicitur iudicium, † niſi poſt litem conteſta. vt in l.
iudicium ſoluitur. ff. de iudi. & in l. amplius non peti. ff. rem ra
tam habe. cum ergo non ſit iudicium, tale pręceptum nō po-
teſt dici ſententia, vnde illam glo. tene menti. Quid autem
ſi iudex pręcepit reo abſenti, vt ſoluat decem tali conqueren
ti, vel ꝙ veniat intra terminum, & compareat coram iudice,
de hoc vide glo. no. in c. ex parte, el i. in glo. fi. de verb. ſig. & ibi
per Inno. & per Bar. in l. i. C. de execu. rei iu. & in l. de pupillo.
§. meminiſſe, ff. de oper. no. nun. & vtrobique etiam per Doct.
14 An autem ſententia † excommunicationis dicatur ſenten
tia, & an potius trahatur ad ſententiam interlocutoriam,
quam

---

ADDICTIO.

a ¶ Ad de Archi. ij. q. vj. §. diffinitiua, qui dicit, ꝙ res iudicata cum nullius iu-
ris remedio, id eſt nec appellationis, nec ſupplicationis poteſt attentari, ff.
de condi. inde. eleganter. & hoc verum eſt poſt decem dies, ſed ante appel
latur ſententia.

quam diffinitiuam,vide glo.ii.q.i.in ſumma,quædicit,ꝙ eſt
interlocutoria,nam numerat eam inter ſpecies interlocuto
riæ,& vide per Inn.& Docto.in c.per tuas.de ſent.excom.&
per Archi.in c.vt animarum.de conſti in vj.vbi dicit, ꝙ im-
proprie dicitur ſentẽtia,quia potius punit quam finem cau-
ſæ imponat. Abſolutio eſt etiam ab excommunicatione,
dicitur ſententia,vt probatur xj.q.iij.c.ij. & in rub. de ſentẽ.
excommu.& abſolutionis,tamen nec in decretalibus, nec
in vj.nec in cle.meis habeo illud verbum,abſolutionis, ſed
D.Abb.dicit & bene,ꝙ improprie abſolutio dicitur ſenten-
tia ratione prædicta.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata contra ius expreſſo errore non valet.*
2 *Differertia inter voces, Lex, & Canon.*
3 *Canones aliquando appellantur leges.*
4 *Leges intantum ab ecclеſia approbantur, vt æquiparentur canonibus.*
5 *Sententia lata cõtra legem ciuilem, eſt nulla etiam in foro eccleſiaſtico.*
6 *Sententia etiam nulla large ſententia appellatur.*
7 *Sententia ipſo iure eſt nulla, ſiue Actus ipſo iure eſt nullus, quando non eſt neceſſe expectare infirmatoriam hominis.*
8 *Notorium non requirit aliquam iudicis declarationem.*
9 *Sententia contra leges, vel canones lata expreſſo errore, eſt nulla.*
10 *Sententia quæ eſt contra leges lata etiam non expreſſo errore nulla eſt, & enumerantur caſus.*
11 *Statuto dicente non debere reddi ius bannito, an ſi feratur ſententia pro eo valeat.*
12 *Sententia valet non expreſſo errore iuris, etiam quod ſit lata contra ius.*
13 *Minor quatuordecim annis non poteſt teſtari.*
14 *Suſpenſi non poſſunt eligere.*
15 *Nullum eſt quicquid fit contra ius, etiam ſi ius non dicat expreſſe actũ in contrarium eſſe nullum.*
16 *Præſumitur pro ſententia iudicis ſaltem poſt lapſum decem dierum, niſi exprimatur error iuris.*
17 *Inferior non poteſt tollere legem ſuperioris, vel in aliquo contrauenire.*
18 *Sententia quæ erat nulla propter defectum mandati per appellationem efficitur aliqua.*
19 *Sententia non conualidatur per actum appellationis, ſi eſt lata contra leges, vel deficiunt ſolennia.*
20 *Teſtes minus recte recepti, an poſſint de conſenſu partium eorum atteſtationes reconualidari.*
21 *Sententia contra ius litigatoris tantum lata valet.*
22 *Iudex in notoriis non habet poteſtatẽ cognoſcendi, ſed tantum iudicãdi.*
23 *Decretum interpoſitum ex falſa cauſa non tenet, etiam ſi error non ſit expreſſus.*
24 *Decretum an præſumatur recte interpoſitum.*
25 *Teſtamentum non poteſt ſuſtineri, licet ſolennitas adhibita fuerit, niſi teſtator fuerit habilis.*
26 *Sententiæ tot eſſe dicuntur, quot ſunt capitula, ſuper quibus fertur.*
27 *Sententia eſt res indiuiſibilis, vnde pro parte valere non poteſt.*
28 *Iudex, an poſſit ſyndicari, quia ſententiauerit contra bonam opinionem.*
29 *Subſtitutio compendioſa facta in pupillari ætate, an ualeat ut pupillaris.*
30 *Sententia lata contra legem, vel decretalem extrauagantem, an ualeat.*
31 *Snĩa quæ per media, & cõcluſiones probatur contra ius lata, an ualeat.*
32 *Iudicatum videtur contra legem, ex quo iudicatum eſt contra rationem legis.*
33 *Diſpoſitio exorbitans vel pænalis, reducitur etiam ad limites rationis expreſſæ.*
34 *Conſtitutio pęnalis extẽditur ad caſum in quo uiget eadẽ uel maior rõ.*
35 *Paria ſunt facere contra verba legis, uel contra mentem.*
36 *Sententia lata contra ęquitatem non ſcriptam valet.*
37 *Sententia lata contra ſtatutum eſt nulla.*
38 *Sententia lata contra conſuetudinem an ualeat.*
39 *Sententia latæ contra priuilegium an ualeat.*
40 *Priuilegium eſt priuata lex.*
41 *Exemptus non poteſt ſe ſubmittere ordinario etiam in his, quæ ſunt volũtariæ iuriſdictionis.*
42 *Iudex an poſsit uerum pronunciare in cauſa.*
43 *Prouiſus de beneficio, ſi non proſequitur ius ſuum, ſibi imputetur, nam iterum debet prouideri.*
44 *Paria ſunt non facere, uel facere ita quod actus ſit nullus.*
45 *Mandatum principis videtur factum effectualiter, cum eorum beneficia benigne ſint interpretanda.*
46 *Error facti probabilis non impedit delegatum iterum pronunciare.*
47 *Prouiſione exiſtente ualida, iterum non debet prouideri.*
48 *Prouiſio facienda de ſufficienti, ſi poſtea fuerit facta de inſufficienti, an valeat.*

## CAP. PRIMVM.

SEntentia. Non valet † ſententia, quę eſt
lata contra ius expreſſo erro-
re in ſententia, hoc dicit, ſecundum But. vel ſic
ſecundum D.Abb. Sententia lata contra leges,
vel canones nõ tenet, nec ab ea eſt opus appel-
2 lare.h.d. No.primo † differentiam in vocabulo inter verbũ
leges,& canones,nam appellatione legum veniunt iura ci-
uilia.Appellatio vero canonum veniunt iura canonica. Et
ex hoc tex.infertur,ꝙ omnis conſtitutio eccleſiaſtica poteſt
appellari canon.concor.c.j.de conſti.& xxxi.di.Nicena. ſed
dicit D.Abb.hoc eſſe verum largo ſumpto vocabulo, nam
conſtitutiones canonicę habent diuerſa nomina,de quibus
3 vide bo.gl.iii.di.in ſumma.Item † canones aliquando appel
lantur leges,vt in d.c.Nicena.xxxi.di. In contrarium facit ii.
di.lex.vbi lex appellat illa,quę fit appellatio.ſed dic,ꝙ ꝓprie
loquendo conſtitutiones eccleſiaſticę dicuntur canones. li-
cet ſecundum largam ſignificationẽ aliquãdo dicant̃ leges.
4 Secundo no.ꝙ † eccleſia inquantum approbat leges,vt ęqui
peret eas canonibus in foro eccleſiaſtico. ſed hoc intelligit
Ho.& Io.An. quando leges non contradicũt canonibus.de
quo dic,vt ple.not.in c.j.de ope.no.nun.& x.di. ſi in adiuto-
rium.& per Bar.in l.priuilegia.C.de ſacroſ.eccl.Tertio no.ꝙ
5 † ſententia lata cõtra legem ciuilem eſt nulla,etiam in foro
eccleſiaſtico,ſecus ſi eſſet lata contra ſtatuta præcedentia lo
corum,vt in c.eccleſia S.Mariæ.de conſti.& in c. quod cleri-
cis.cum ibi no.de fo.cõp.licet aliud dixerit Bar. in l.cunctos
6 populos.C.de ſum.Tri. & fi.ca. Quarto no. ꝙ † ſententia
nulla appellatur ſententia largo modo, nam ſtricte & pro-
prie ſententia nulla non poteſt dici ſentẽtia,vt in l.iiii.§.cõ-
demnatũ.ff.e.& hoc ſentit gl.no.in cle.j.in gl.fi.de ſeq.poſſ.
& fru. Vlti.no.ex fi.c.pro communi vſu loquendi,quãdo
dicimus ſententiam vel actum eſſe nullum ipſo iure, nam
7 actus dicitur nullus † ipſo iure,quando non eſt neceſſe expe
ctare ſententiã infirmatoriam hominis,hoc patet hic, quia
quando ſententia eſt nulla,non eſt neceſſariũ ipſam reſcin-
dere per appellationem,immo etiam ſi non ſit appellatum
remanet nulla,dicit tamen ꝙ licet ſentẽtia,vel actus ſit nul
lus ipſo iure debet probari,& pronunciari nullus, vt in cle.
pręſenti.iuncta gl.in ver.conſtiterit.de cenſi.& in cle.ii. in fi.
iuncta gl.pe.& fi.de pę.quod intelligas niſi nullitas eſſet no
toria,vel niſi notorium eſſet aliquem ipſo iure incidiſſe ali-
8 quam pęnam,quia ex quo eſt † notorium nõ requiritur ali
qua iudicis declaratio,vt dicit D.Do. in c.cum ſecundum.§.
confiſcationis.iii.no.de hære.in vj.& D.Abb. in c. cum non
ab homine.de iud. In glo.j. hęc glo.voluit intelligere iſtum
tex.in exemptis,dũ alle.frater noſter.xvj.q.j. & ſic eſt ſenſus,
ꝙ ſententia lata ↄ̃ exemptũ non valet, quia eſt lata ↄ̃ leges,
& canones.Ho.vero intelligit iſtum tex.in archiep̃o,qui de-
poſuit epiſcopum ſpeciali mandato papę,ſed Io.An. intelli-
git,quod ſententia lata in cauſa fidei, cauſa eius fidei perti-
net ad determinationẽ ſolius papę,vt in c.maiores. de bapt.
& iſta tria exempla concernunt primum intellectum, ſcili-
cet,ꝙ ſententia erat nulla ratione defectus iuriſdictionis,&
glo.ij.repetit iſtum intellectum,& addit alium intellectum
ſcilicet,vt intelligatur iſte text. generaliter, qualitercunque
ſententia ſit lata contta leges, vel canones, dummodo ex-
9 primatur error † in ſententia,uam tunc ſententia eſt nulla,
vt in l.ſi expreſſim.ff.de apppella.& in l.ii.C.quando prouo.
non eſt neceſſ. & hoc dicit glo. vſque ad verſi. nec efficitur
aliqua per ẽppellationem.ſed Do.Abb. dicit, quod non eſt
neceſſe iſtum textum reſtringere ad iſtos duos intellectus,
10 quia in infinitis caſibus † ſententia lata contra leges, & ca-
nones eſt nulla, licet error non ſit expreſſus in ſententia,
puta ex defectu iuriſdictionis,vt in cap.at ſi clerici. de iudic,
Item ex defectu iudicis, vt quia eſt notorie excommunica-
tus,vt in cap.ad probandum. infra eodem. Item ex defectu
litigatorum,vt quia ſententia eſt lata contra minorem,ſine
tutoris authoritate,vt in l.ſi curatorem habens.C.de reſtitu.
in integr.mino.& in l.clarum.C.de author.pręſtan. & in l.i.
& ii.C.qui legit.perſon.Item ratione temporis,quia eſt lata
in die feriata,vt in c.fin.de feriis.vel de nocte, vt in c.conſu-
luit,de offic.deleg.vel ratione loci, vt quia eſt lata in eccle-
ſia per iudicem ſecularem, vt in capitulo,decet.de immuni
ta.eccleſiarum. in vj. vel per mulierem, ſeu minorem, qui
non poſſunt iudicare,vt in l.cum prętor.ff.de iudic.& plene
no.in cap.ſciſcitatus,de reſcriptis. & in multis aliis caſibus,
de quibus in Spec.de ſenten.prola.§.iuxta.& vide Ioan. An.
eodem §.verſic.item eſt nulla ratione litigatorum, vbi for-
11 mat quęſtionem,an ſi ſtatutum † dicit,quod ius non redda-
tur bannito,vel quod ei denegetur audientia. An ſi feratur
ſententia pro ipſo bannito valeat, & hanc quęſtionem exa
minaui in capitulo,dilecti, ſupra de exceptionibus.vbi exa
minaui verba Iac. de Are. quæ recitat Ioan. Andr. de quo
etiam vide Baldum in quæſtione ſua quę incipit,ſtatuto ca-
uetur, quòd fœnerator, & per Ioan.de Imo. in l.j.§.primo.
ff. ad Trebellia. & per eũdem in l.quidam conſulebat.iux-
ta fin.per duas cartas verſi. vlterius, quia tangit hic Bartol.
quas remiſſiones. adde ad ea quæ dixi in dicto capit.dile-

ti,dicit aũt D.Ab.ꝙ in omnibus iſtis caſibus poteſt iſte tex.
verificari ex quibus patet,quòd ſententia ſemper eſt nulla,
quantumcũq; error ſit in ſentẽtia expreſſus, & ex hoc dicit
D.Abb. quòd iſta gl. & ſummarium Bu.nimium reſtringũt
iſtum textum qui indiſtinctè loquitur, vnde pro clariori re
ſp onſione ad contrarium. ſ̃.formatum. D.Abb. diſtinguit,
ꝙ aut ſnĩa eſt lata contra ius habito reſpectu duntaxat ad
merita cauſæ. Aut eſt lata contra ius, ꝙ non concernit
merita cauſæ, ſed extrinſecus concernit aliam Iuſtitiam
ſeparatam a meritis cauſæ,puta,ꝙ ſententia nõ feratur die
feriata, vel q̃d ſimile.in primo caſu dicit, ꝙ debet diſtingui,
12 An ſit lata contra ius † non expreſſo errore iuris in ſenten-
tia,& valet ſententia,vt in c.cum inter. ſ̃.eo.& in l.cum pro
latis.& in l. præſes. ſecundum vnum intellectum. ff.eod. &
hoc caſu procedunt iura quæ dñt, quòd ſententia facit ius
inter litigantes, vt d.c.cum inter. infra eo. & in c.res iudica-
ta.ff.de re iud.& in l.ingenuum.ff.de ſta.hom. Aut error iu-
ris fuit expreſſus in ſentẽtia, puta,quia diſceptabatur ſuper
teſtamento facto a minore,& iudex pronunciauit teſtamẽ-
13 tum valere, quia minor xiiij. annis poteſt teſtari, quod eſt
falſum,vt §.item impubes.Inſti.quibus eſt permiſ.fac. teſta.
& in l.qua ætate.ff.de teſta.vel diſputabatur de certa electio
14 ne,& iudex pronunciauit electionem valere, † quia ſuſpen
ſi poſſunt eligere,quod eſt falſum, vt in ca. cum dilectus.de
conſue.& in cap. cum inter.R.Seniorem.in fi.de election.&
tunc ſententia ipſo iure eſt nulla,vt in iuribus alleg. in gloſ.

In ſecundo autem caſu principali,ſcilicet quando ſenten
tia eſt lata contra ius concernens aliam iuſtitiam, & non
merita cauſæ,& tunc dicit Do.Abb. ꝙ regulariter ſententia
eſt ipſo iure nulla, ſiue error ſit expreſſus in ſententia, ſiue
nõ,& dicit ꝙ in hoc membro poteſt iſte tex.generaliter ve-
15 rificari,nam regulariter quicquid fit contra ius eſt † nullum,
etiam ſi ius expreſſe non dicat actum in contrarium eſſe
nullum,vt in l.non dubium.C.de legib.& in l.iuriſgentium.
§.ſi paciſcar.ff.de pact.& in regula,quę contra ius. lib. vj.&
de hoc articulo, an valeat factum contra leges, vide gloſſ.
in cap.tua.de ſponſa.duorum. & in gloſſ. in clemen.prima.
in verſi.inhibentes.de iure patron. & ibi per Doctor. & per
Cynum,& Bald.in d.l.non dubium.C.de legibus.& per Bar.
in l.ſtipulatio.ff.de oper.noui nunciatio.& per D. Abba. in
c.fin.de poſtula.prælato.Sed quærit D.Abb.quæ eſt ratio di-
uerſitatis inter iſtud membrum,& præcedens,& dicit quod
ratio eſt, quia in concernentibus merita cauſæ datur iudici
facultas diſcernendi,& arbitrandi,cuius partis plura ſint po
tiora,quia non poteſt dari certa doctrina,vt in l.iij. verſi.tu
magis ſcire potes.ff.de teſtib.& in c.cauſam.ſ̃.eodem. & ple
ne dixi poſt D.Abb.in cap.quanto.ſupra,de præſumpt.hinc
16 iura dicunt,ꝙ præſumendum eſt † pro ſententia iudicis ſal-
tem poſt lapſum decem dierum,vt in ca. in pręſentia. de re-
nuncia.& in cap.cauſam.& in c.cum inter.& in c.ſicut.ſ̃.eo.
& hoc eſt verum, niſi exprimatur error iuris in ſententia,
quia tunc ceſſat pręſumptio,quæ erat pro iudice,cum noto
rietas in contrarium habeat offuſcare,& confundere illam
præſcriptionem.viij.diſtinc.veritate manifeſtata. clare enim
tunc patet,ſententiam eſſe contra ius, ideo merito eſt nul-
la,in aliis vero iuribus concernentibus aliam iuſtitiam ſe-
paratam a meritis cauſæ non datur facultas iudici decernẽ
di,ſed imponitur neceſſitas obtemperandi,vt in cap.j. & in
cap.ne innitaris.de conſtitutio.& in l.leges. C. de legibus. in
q̃b. dicitur,quod omnes tenẽtur ſeruare leges,& canones,
merito ſi ſententia reperitur lata contra ius non ſubſiſtit,
17 non enim † inferior poteſt tollere legem ſuperioris, vel in
aliquo ei contrauenire in caſibus non permiſſis, vt in cle.
ne Romani.de ele.& xxv.quęſt.ij.inſtitutiones.& in c.quod
ſuper his.de maior.& obed.& in l.j.ff.de feriis.ibi, nec enim
prætoris factum iuri publico derogare oportet. Citra igitur
appellationem ſententia infirmatur,quem tex. tene menti,
licet D.Abb.non allegat ipſum,& dicit Bal.hanc rationem
eſſe not.& quod pro eo optime facit,quod not. Bar.in ſimi
li in l.is cui bonis.verſi.quærit glo.& in l.ſcire.ff.de tut.& cu-
ra.da.ab his. Sed antequam expediam ea, quæ cõcernunt
materiam ſecundi intellectus,quem ponit glo.venio ad par
ticulam glo.quam dimiſi,in qua gloſſ. opponit in eo, quod
in prima parte dixit,ſcilicet,quod ſententia nulla non vali-
datur per appellationem in l.iij.§.falſus.ff.rem ratam habe.
vbi dicitur, quod ſi dominus appellat a ſententia lata con-
tra falſum procuratorem, videtur ratificare geſta per falſum
18 procuratorem,& ſic ſententia † quæ erat nulla propter de-
fectum mandati,vt in c.in noſtra.de procura. & in l.licet.C.
de procur.efficitur aliqua per appellationem,& glo.ſoluit,
ꝙ talis ſententia non eſt nulla, licet per exceptionem poſſit
irritari,ſecus ſi eſſet ab initio nulla, puta, quia eſſet defectũ
in iuriſdictione,nam tunc non confirmatur per appellatio
nem,vt hic.ſed glo.in c.ſtatutis.ij.quæſt.j. relata ad illũ text.
videtur velle,ꝙ quis appellando confirmat ſententiam, &
mouetur per d.§.falſus.Sed male loquitur,quia communi-
ter reprobatur per Doct.nam Doct.hic tenent contrarium,
& in c.dilecto.infra de appellatio.idem dicit Bart. in l.licet,
ff.de iud.& in l.ſi expreſſim. ff.de appellationib. vnde dicen-
dum eſt, quod quandoque ſententia eſt nulla ex ſolo defe-
ctu conſenſus partis,& tunc pars poteſt illam ratificare con
ſentiendo,vt in d.l.licet, & appellando videtur conſentire,
quòd geſta per procuratorem valeant, & ſic loquitur d.§.
falſus,nam ſentẽtia lata contra falſum procuratorem quo
ad ipſum procuratorem, tenet,quia lit.conte. eſt contractũ
cum eo,vel quaſi contractum,vt in l.Plautius. ff.de procur.
& in l.iiij.in principio.ff.de re iudica. quo ad dominum ve-
ro non tenet duntaxat ex defectu conſenſus, ideo tacite ra-
tificando per actum appellationis conualidatur ſententia.
Quandoque ſententia eſt nulla ex alio defectu, puta, quia
eſt lata contra leges,vel ex defectu ſolennitatis,& tunc non
19 conualidatur per † actum appellationis, quia defectus ſen-
tentię non dependet ex conſenſu partium,vnde nõ poſſent
partes etiam expreſſe eam conualidare, niſi vt valeat tan-
quam pactum.l.ij.C.communia vtriuſque iudi. & per Cyn.
Barto.& Baldum in l.prima.C.qui pro ſua iuriſdictione. &
per Bart.in d.l.ſi expreſſim.ff.de appellation. & per Butri. &
D.Abb.in c.ſignificaſti.de foro competen.appellando vero
non approbat ſententiam,immo impugnat, & ſic non po-
teſt valere etiam vt pactum,vt not.Barto.in d.l.ſi expreſſim.

Et aduerte ad vnam limitationem inquantum glo.dicit,
ꝙ ſententia lata cum falſo procuratore ratificatur per con-
ſenſum domini ſuperuenientem procedit quando ille pote
rat eſſe procurator,alias ſecus,vt d.glo.& Bar.in d.l.licet. &
pro hoc facit,quia ſententia hoc caſu non eſt nulla ex ſolo
defectu conſenſus partis. ſed ex alio defectu non dependen
te a conſenſu partis,facit quod not.Innocen.& Doct. in ca.
prudentiam.de officio delega.& Ioan.An.in regula,ratum,
20 in mercur. libro vj. Nunquid autem † ſi teſtes ſint minus
recepti, poſſint eorum atteſtationes reconualidari de con-
ſenſu partium tacito vel expreſſo, vide Innocen. & Docto.
in cap.cauſam.ſ̃.de teſtib.vbi dixi,& inquantum gloſſ. facit
mentionem de falſo procuratore,But.hic quęrit,quid ſi pro
curator falſus contra quem eſt lata ſententia, ſucceſſit do-
mino, poſſit ex iure domini dicere ſententiam nullã, & Io.
And.in addit.Spec.in titu.de ſenten.prola.§.quoniam.verſi.
quid ſi procurator.concludit,ꝙ non, quia talis procurator
poteſt conueniri ab aduerſario ſuper validitate ſententię,
quia talis ſententia tenet quo ad ipſum, vnde cum non poſ
ſet excipere ſi conueniretur ſuper validitate ſententię,mul-
to fortius debet denegari actio.optime facit text. in l.vendi-
cantem,ff.de euict.item ſicut non poteſt hęres retractare fa
cta prędeceſſoris ex perſona ſua,ita & fortius non poteſt re
tractare facta ſua ex perſona prędeceſſoris. De iudice autẽ
qui pronunciauit,an ſi ſuccedat parti contra quam tulit ſen
tentiam,quę appellauerat,an poſſit proſequi appellationẽ,
& Io.An.in loco preallegat.tenet, ꝙ ſic,cum poſſit non pro-
batum probare,& ex hoc non arguitur ſua turpitudo. Sed
maius dubiũ eſt ſi eſſet appellatum ab interlocutoria, quia
interlocutoria debet iuſtificari ex cauſis expreſſis in appella
tione,vt in cle.appellanti.de appel. nam tunc proſequendo
videtur allegare ſuam turpitudinẽ,ſed Io.An.tenet,ꝙ poſſit
quia potuit ignoranter,ſic ſententiaſſe,ſecus ſi ſcienter pro-
nunciaſſet.Fatetur tamen,ꝙ honeſtius eſt, vt per alium ap-
pellationem proſequatur, & cum his votis tranſit hic But.
in fi.com.& remittit de materia ad Io.An.in tit.de ſen.prol.
§.iuxta propoſitionis.ver.ſed ſi a ſententia,& ſequen.vſq; ad
fi.§. Nunc venio ad materiam quam tangit gloſ.in prima
21 parte, ex qua habuimus duas regulas, prima,ꝙ † vbi error
non eſt expreſſus in ſententia,valet, quia eſt lata contra ius
litigatoris,vnde eſt opus appellatione, quia ius præſumit iu
dicem recte fuiſſe motum.hoc recipit tres limitationes. Pri
ma eſt,quando iniuſtitia ſententię eſt notoria, vt in c.inter
cęteras.ſ̃.eo.& in c.ſolicitudinem.§.ſi vero notorium. ſ̃. de
appel.& hoc tenet Inn.in c.fraternitatis.ſ̃.de frigi. & in c.cũ
noſtris.in addi.de conceſ.pręben. & in c.cum Bertholdus.ſ̃.
eo.& in c.cum dilecta.de reſcri.& Pau.in cle.paſtoralis.de re
iu.& Bu.hic,& D.Abb.& ratio eſt,quia ceſſat ratio præſum
ptionis iuſtitię,qua ſuſtinebatur ſententia,non enim in no
22 toriis † habet iudex poteſtatem cognoſcendi, & decernen-
di, ſed tamen iudicandi, immo potius cognitio exequen-
di, vt in cap.quoniam.de filiis presbyte.& in c.euidentia.de
accuſa.& ij.q.j.manifeſta.& in c.de manifeſta.not.Innocen.
in c.ex parte.de verbo.ſigni.& dixi in c.ad noſtram.iij.de iu-
reiur. vnde hoc caſu poteſt dici ſententia lata contra leges,
& canones,& ſic nulla,vt hic.Secus ſi ſnĩa contineret mani-

feſtam

feſtam iniuſtitiam,non tamen notoriam,quia talis ſententia
valeret,hoc tenet glo.no.in c.per tuas in ver.per tolerabilem.
de ſenten.excommu.quam glo. ſequitur hic But. Secunda li-
mitatio eſt,quando iniuſtitia non concernit merita cauſæ,nã
tunc ſententia eſt nulla, fallit in decreto interpoſito ex falſa
cauſa,nam ſiue error ſit expreſſus,ſiue non,nõ tenet interpo
ſitio decreti,& in hoc differt a ſentẽtia, vt probatur in l.cum
hi.§.ſi pretor.ff.de tranſact. & in l. cum vero. §. ſubuentum.ff.
de fideicommiſſ.hære.lib.& in l.Seiæ egreſſæ.ff.de tut.& cura.
datis ab his.& ibi per Bar.& plenius per Barto. in l.iuſte poſſi-
det.ff.de acqui.poſſ.vbi diſtinguit, ꝙ aut decretum non inter-
ponitur rite,id eſt,obſeruato iuris ordine, & tunc ſine dubio
non valet,vt in l.meminerim.C.vnde vi.& in l.ſi.C.ſi per vim
vel alio modo.& in d.l.iuſte. Quandoque decretum interpo
nitur non rite,id eſt non ſeruata iuſtitia reſpectu petentis, &
non valet,vt in iuribus præallegatis. Quandoque deficit iuſti-
tia ex parte conuenti,vel rei,in qua eſt facta miſſio in poſſeſ-
ſionem,ſed iuſtitia eſt ex parte agentis & tunc decretum in ſe
eſt validum,& ille qui illud obtinuit, iuſte poſſidet, & præſcri
bere poteſt,vt in d.l.iuſte poſſidet. exemplum in hoc vltimo,
in eo,qui eſt vere creditor Titij, & mittitur in poſſeſſionem
rerum Sempronij non debitoris tanquam illæ res ſint Titij,
valet enim tunc decretum, licet reſtituatur ille Sempronius,
vt in l.a diuo Pio,§.Sempron.ſi ſuper rebus.ff.de re iud. & ra-
tio diuerſitatis eſt,ſecundum D.Abb.quia decretum ſapit po-
tius naturam interlocutoriæ, quæ reuocatur propter iniuſti-
tiam ex iudicis officio,vt in c.cum ceſſante.de appella. & in l.
quod iuſſit.ff.de re iud.vnde notanter dicit Innocen.in c.dile-
cto.de verb.ſignific.ꝙ hæc ſententia,ꝙ res debitoris vendatur
ex ſecundo decreto eſt interlocutoria, ideo ſi iudex poſtea cõ
trarium cognoſcit, ſcilicet, ꝙ non ſuberat debitum,reuoca-
bit immiſſionem,& venditionem, arg.d.l.cum hi.§.ſi prætor.
ff.de tranſac.& in l.magis puto.§.ſi æs alienum. ff.de rebus eo.
ſed miror,ꝙ D.Abb.non fuit recordatus de Bar.in l.is cui bo-
nis,ff.de verb.oblig. circa illam quæſtionem, an teneat datio
curatricis facta alicui tanquam prodigo, qui non eſt prodi-
gus,& ibi Bar.reprobando glo.tenet, ꝙ ſic, dummodo error
non ſit expreſſus in ſententia, & ad iura facientia in contra-
rium Bar.reſpondet,ꝙ aliquando falſa cauſa concernit natu
ram,puta ſi datur tutor adulto,& tunc non tenet talis datio,
quia eſſe pupillum,vel adultum non concernit naturam,vn-
de declaratio non pertinet ad iudicem,ſecus ſi ſpectaret ad iu-
dicem,quia tunc falſa cauſa non vitiaret decretum,alleg. no.
per Doct.in l.j.§.Pomponius.ff.de fal.tut.auct.& dicit,ꝙ iſtam
diſtinctionem tangit glo.in l.j.C.de curat.furio. & idem tenet
Bar.in l.ſcire.ff.de tu.& cura.da.ab his.& ſic Bart.fuit ſibi con-
trarius,quod etiam ſequitur hic do.Abb. & credo, ꝙ Legiſtæ
communiter ſequantur,& iura communiter dicunt, ꝙ decre
23 tum † interpoſitum ex falſa cauſa, non tenet, etiam ſi error
non ſit expreſſus, & hoc probatur in l.prima. §. hæc verba.ff.
ne vis fiat ei,& in l.cum vero.§.ſubuentum,ff.de fideicommi.
liber.& in l.magis puto,§.ſi æs alienum. ff.de rebus aliorum,
vnde concludo,ꝙ decretum interpoſitum ex falſa cauſa non
valet,niſi duo concurrant,primo, ꝙ ſit rite interpoſitum, ſe-
cundo,ꝙ ille,pro quo eſt latum,foueat iuſtitiam, tunc enim
valet,licet ex falſa cauſa tertius lædatur. An autem præſuma
24 tur pro † decreto,quod ſit rite interpoſitum. D. Abb.remittit
ad eleganter nota.per Bart.in l.j.C.de præd.curia.ſine decreto
non alie.lib.x.& ad Bal.in l.quæcunque. C.de bon. quæ liber.
& in prima conſtitutione feu.& ad Spec.in tit.de procura.§.fi.
ver.ſed quid ſi ſolum.& in tit.de emptio.& ven §.nunc dicen-
dum,verſi.breuiter ſcias.Secunda regula, ſcilicet,quod vbi in
ſententia eſt error expreſſus,ſententia eſt ipſo iure nulla,ſimi
liter limitatur pluribus modis.& Prima limitatio eſt,quando
in ſententia expreſſæ ſunt duæ cauſæ, quarum vna eſt contra
ius commune,alia vero non eſt contra ius, & iſtam limitatio
nem poſuit Innocen.in c.in præſentia,de renuncia.& Io.An.
ỹ. eod. cum inter.nam tunc ſuſtinetur ratione alterius cauſæ,
quæ non eſt contra ius,& de hoc eſt optimus tex.in capit.per
tuas.ỹ.qui fil. ſint legiti. vbi iudex in ſententiando fuit motus
ex duabus cauſis,vna erat falſa,& alia vera,& papa ibi appro
bat ſententiam ex cauſa,quæ erat vera,& hoc dicit D.Abbas
procedere,etiam ſi altera cauſa ſit contra ius litigatoris,quia
in dubio præſumitur iuſta,vt ỹ.eo. cum inter.in fi.& c.ſicut.&
de renuncia.in præſentia.imputandum eſt enim non appellã
ti,& dicit D.Abb.hoc eſſe verum, quando ex cauſa expreſſa,
quæ non eſt contra ius, poſſet ſubſtineri ſententia ſi eſſet ve-
ra,ſecus ſi non poſſet ſubſtineri,exemplum primi, iudex pro-
nunciauit ſententiam valere, quia minor quatuordecim an-
nis poteſt teſtari,& quia probatũ fuit, quòd teſtator erat ma-
ior quatuordecim annis, nam ſententia poteſt ex hac vltima
cauſa ſubſtineri,vnde expreſſio falſæ cauſæ non debet vitiare,
quia vtile per inutile non vitiatur, vbi poteſt fieri ſeparatio,
vt in regula,vtile,libro vj. Exemplum ſecundi,iudex pronun-
ciauit teſtamentum valere, quia minor quatuordecim annis
poteſt teſtari, & quia nullus defectus affuit in numero teſtiũ,
certe præſuppoſito,quod illa cauſa eſſet vera, non poteſt te-
25 ſtamentum † ſubſtineri,quia non ſufficit ſolennitatem fuiſſe
adhibitam,niſi teſtator fuerit habilis ad teſtãdum,vt in l.quæ
ramus,ff.de teſtamen.vnde talis ſententia non valebit, & di-
cit hanc limitationem notandam ad dictum Innocen.in d.c.
in præſentia,de renũ.quam nemo tangit,& dicit verum, quia
But.in d.c.cum inter.ỹ.eo.& in d.c.in præſentia.ſimpliciter ſe-
quitur dictum Innocen.ſimiliter D.Abb. in c. quoniam con-
tra falſam,in xiiij.colum.verſi.venio ad tertium,ſupra de pro
bat.vbi ſimpliciter dicit,quod ſi in ſententia expreſſæ ſint duę
cauſæ,quarum vna continet expreſſum errorem iuris,alia ve
ro non.ſed eſt contra ius litigatoris, quod valet ſententia, &
ſic ibi D.Abb.ſimpliciter ſequitur dictum Innocen.ſed hic il-
lud limitauit.& mihi placet ſua limitatio. Secunda limitatio
eſt, quando ſententia continet plura capitula, & error iuris
expreſſus concernit vnum capitulum tantum,nam tunc cor-
ruit ſententia ſolum quo ad illud capitulum,vt voluit glo.ſin
gul.in l.ij.& Bar.C.de re iudica.& ratio eſt ſecundum D. Abb.
26 quia quando ſunt plura capitula,† tot ſunt ſententiæ,quot ca
pitula,l.etiam.§.primo.ff.de mino.de quo vide bo. glo. in c.ii.
in ver.eadem ſententia.de ordi.cog.vnde ſententia poteſt pro
parte valere,& pro parte nõ,vt d.l.etiam.§.p.& in l.quędam.
mulier.ff.famil.erciſ.ſed quando ſententia continet vnum ca
pitulum,non poteſt pro parte valere,quando eſt error in par
te,ad hoc glo.no.in l.ſi.ff.de iur.om.iud.quæ dicit, ꝙ ſi habens
facultatem cognoſcendi vſque ad decem, condemnauit in
quindecim,non valet ſententia etiam vſque ad decem,& illã
glo.ſequitur Bar.ibi,& Bal.in l.j.C.ſi aduer.rem iud.quia cum
27 ſententia † ſit res diuiſibilis,non poteſt pro parte valere, & ꝑ
parte non valere.l.in hoc iudicio.ff.famil.erciſ. & l.cum certa
ratione.C.quando prouoc.non eſt neceſ.ſecus in re diuiſibili,
quia tunc vtile nõ vitiatur per inutile,vt in c. ſi quis de ſeruis.
xij.quæſt.ij.& in l.ſancimus.C.de donat. & optime facit quod
not.But.in ſimili in c.exhibita.de iudic.vbi dicit,quod vbi re-
ſcriptum continet plura capitula,ſubreptio commiſſa in vno
capitulo,non vitiat reſcriptum in aliis, & idem dicit quando
ſubreptio non concerneret ſubſtantiam reſcripti, vel poteſt
pars ſubreptitia aperte non ſubreptitia ſeparari, de quo vide
Lapum in ſuis allegationibus.alleg.xxiiij. & optime facit c. ſi
eo tempore.de reſcriptis.in vj.quod tene menti. Tertia limi-
tatio eſt, quando ius contra quod eſt lata ſententia eſt dubiũ
nam talis error non vitiat ſententiam,vt in l.cum prolatis,ſe-
cundum vnum intellectum, quem communiter ſequuntur
Doct.ff.eo.& iſtud etiam ſequitur Bal.in l.ii.C quando prouo.
non eſt neceſſ.& idem dicunt hic But.& Do.Abb.facit c.cum
dilectus.de conſuetud.& quod not.glo.in c.venerabilis. eod.
tit.& in c.vno.in ver.de cętero.de poſtula.præla.in vj. An au-
28 tem iudex † poſſit ſyndicari,ꝙ male iudicauerit ex eo, ꝙ ele-
gerit opi.quę non eſt bona,licet multi eum ſequantur,Bar.in
d.l.cum prolatis,tenet,quod ſic,dicit tamen, quod mitius de-
bet puniri,& allegat Inſti.de oblig.quæ ex quaſi malefi. na.in
prin.iuncta glo.ſed Ange. in d.l.cum prolatis. dicit,quod hoc
eſſet verum,quãdo altera opi. eſſet communiter approbata,
alias licitum eſt iudici alteram eligere, allegat Innocen. in c.
ne innitaris,de conſtitut.& iſtam opinionem Ange.ſequitur
etiam hic D.Abb.& fuit originaliter opinio Bar.licet D.Abb.
ipſum non alleg.in l.ij.C.de pœn.iudi.qui male iudi.vbi Bart.
dicit,quod aut ſcitur, q̃ eſt communis opinio,& tũc iudex eſt
puniendus in ſyndicatu ſi fuit ſecutus opi. quæ non erat com
munis,& pro hoc facit quod no.Io.An.in c.j.de conſti.vbi di
cit,ꝙ communis opinio eſt tenenda in iudicando, niſi euidẽ
ter ſit falſa,vel probabiliter poſſit cõuinci,quod bonus iudex
accutiſſimi ingenij exiſtimabit.Aut neſcitur quę ſit cõmunis
opinio,& tunc dicit Bar.ꝙ ſi iudex eligit alterum, ꝙ non de-
bet puniri in ſyndicatu,quia error eſt probabilis,& ponit Bar
to.exemplum in materia compendioſæ factę per verbum cõ
mune,de qua eſt magnũ dubium,an in pupillari ætate valeat
29 † vt pupillaris,an vero ſemper valeat vt fideicommiſſ.de quo
in l.centurio.ff.de vul.& pu.& l.precibus.C.de impu.& ali.ſub
ſti.& ſic vult Bar.in d.l.ii.C.de pę.iu.qui ma.iu. ꝙ vbi neſcitur
quæ eſt communis opinio, & quandoque ſeruatur vna opin.
quandoque alia,iudex excuſatur propter errorem probabilẽ,
nec debet puniri in ſyndicatu, quia propter opiniones lex di-
citur incerta,vt no.in j.conſt.Cod.§.ex quib.facit quod no.in
l.ii.ff.de iur.& fact.ign. & ſic Barot.idem tenuit,ꝙ Ang.in d.l.
cũ prolatis.& dicit D. Abb. ꝙ hoc caſu põt procedere opi.Pe.
quam recitat But.in c.vt debitus,de ap.qui dicit,ꝙ ſi vna opi.
faciebat pro appellante debet releuari,ſi ſuccubuerit a con-
demnatione expenſarum,de quo D.Abb.ſe remittit ad ibi no
ta.& ad c.j.de conſti. Quarta limitatio eſt, quando ſenten-

30 tia eſt lata contra legem,ſeu Decre.†extrauagantem,nam cũ
non ſit in corpore iuris diuerſa,poteſt de ea probabiliter du-
bitari,& hoc probatur in d.l.cum prælatis. ſecundum alium
intellectum,quem ſequuntur ibi Bar.& Ang. & alii Doct.&
Bal.in l.ij.C.quando prouo.non eſt ne.& Bu.hic,& in c.paſto
ralis.de fi.inſtru.ſed D Abb.dicit hoc eſſe verum,niſi extraua-
gans eſſet notiſſima in loca.exemplum in extraua. execrabi-
lis Ioannis xxij.& in extraua.ad reprimendum. quæ quotidie
allegantur in ſchol.& in iudiciis,tunc enim ceſſat ratio incer
titudinis.facit c.j.de poſ.prel.& xvj.diſt.quod dicitis.& idem di
cit D.Abb.in d.c.paſtoralis.de fi.inſtru. Quinta limitatio eſt
quando per argumenta,& concluſiones poteſt ſententia re-
31 duci,vt ſit contra ius commune,nam † ſententia valet, quia
error iuris non eſt expreſſus,licet per media,& concluſiones
ſequatur intellectus contra deciſionem iuris,hoc tenet Inno.
in c.P.& G.de off.dele.facit quod no.gl.in c.ii.de teſtib.cog.&
iſtud dictum ſequuntur hic But.& D.Abb.& Bu.in c.trãſlato.
de conſti.& in c.cum contingat.in iij.not.de reſcript.vbi dicit
ꝙ ad hoc vt ſentẽtia reddatur nulla,requiritur,ꝙ nulla ſit du
bitatio de intellectu iuris,&ꝙ error conſtet oculis abſque ali
qua inquiſitione,de hoc etiam vide But. in iij.& iiii.col.cum
ſequentib.in c.ab excommunicato.de reſcri. Sexta limitatio
eſt,quando ſententia eſt lata contra ſimile legis,quia non re-
peritur lex ĩ illis terminis,ſed reperitur lex in caſu ſimili, hoc
tenet Ia.de Are.& Cy.in l.j.C.de legib.& ſeq.Bal.in d.l.ij.C.qñ
prouo.non eſt ne.& ſic dato,ꝙ adducatur lex ex ſimilitudine
rationis contra ſententiam,ſententia ex hoc non vitiatur. fa
cit optime quod no.Inn.in c.cum ſpeciali,de ap.& hoc ſequũ
tur hic But.& D.Abb.& dicit Cy.ꝙ ſententia dicitur eſſe lata
contra ius,quando reperitur ſcripta in terminis decurrentib.
vel omnino indifferentib.ſecus ſi termini differunt,licet ſint
propinqui,& habeant rationis paritatem.ſed But. & D.Abb.
dicunt,ꝙ ſi ratio eſt ſcripta , in genere,licet ſub aliis terminis
32 ſpecificis,ſatis videtur contra legem iudicatum , † ex quo eſt
iudicatum contra rationem legis,& D.Abb.ad hoc alleg.c.fi.
de reg.iur.in vj.vbi dicitur,ꝙ is committit contra legem ; qui
verba legis amplectentes contra legis nititur voluntatem , &
ſic ratio legis eſt ipſa lex,hinc eſt,ꝙ ad rationem legis reſtrin-
gitur & ampliatur dictum legis,cum pater.§.dulciſſimis. ff.de
33 leg.ii.vnde † diſpoſitio etiam exorbitans,vt penalis extẽditur
ad limites rationis expreſſe,vt no.gl.in cle.j.in ver.eligatur.de
elect.quæ dicit,ꝙ conſtitutio exorbitans,ſeu correctoria extẽ
ditur ad caſum nõ expreſſum, in quo viget ratio expreſſa per
talem conſtitutionem,& gl.in cle.ii.in ver.laneum,ſeu lineũ,
34 de vi.& ho.cle.quæ dicit , ꝙ † conſtitutio pœnalis extenditur
ad caſum,in quo viget eadem,vel maior ratio,quã glo. tene
perpetuo menti.facit l.ij.ff.ad Tertul.ſecus dicit D.Abb.vbi al
legaretur ſimile ſub terminis facilioribus,vel paribus, vt not.
Inn.in d.c.cum ſpeciali.Sed aduerte,quia Bu.&D.Abb.loquũ
tur verbis nimis largis,aut enim quæritur, nunquid conſtitu-
tio extendatur ad caſum,vbi viget ratio expreſſa, vel maior,
& dicendum eſt,ꝙ ſic,& hoc modo loquũtur gl. & iura ꝑall.

Aut tu quæris , nunquid ſententia reddatur nulla, ſi iudex
in contrarium pronunciat,& credo,ꝙ nõ,quia ad hoc vt ſen
tentia reddatur nulla,requiritur, ꝙ patenter dephendatur er-
ror iuris abſque aliqua inquiſitione,ſeu inueſtigatione, vt di-
xi in præced.limitatione, credo tamen, ꝙ vbi fieret aperte cõ
tra mentem conſtitutionis,ꝙ tunc aperte ſententia eſſet nul-
35 la,quia † paria ſunt facere contra verba legis,vel contra men
tem,vt in c.fi.de re.iur.in vj.& in c.ſi poſtquam.§.j.de elect.eo.
lib.& in l.nominis & rei.§.verbum ex legibus.ff.de verb.ſig.&
in l.fraus.ff.de legib.& in c.plerique.xxiiij.q.iij. ſecus vbi iudex
non fert directe ſententiam contra mentem legis, licet ex ra-
tionib. & argumentis, neceſſario cõcludatur iudicem erraſſe
in intellectu iuris,vt voluit Inno.in d.c.P.& G.de offi.dele. &
hoc modo intellige iſtam limitationem. Septima limitatio
36 eſt,quando † ſententia eſt lata contra æquitatem non ſcriptã
nam licet talis error in ſententia ſit expreſſus, non vitiat ſen-
tentiam,hoc tenuit glo.in l.pen.§.prætor.in ver.decernit.ff.de
iuſt.& iur.& illam glo.ſequitur hic Bu. Octaua limitatio eſt,
quando ſententia eſt lata cõtra ſtatutum particulare loci, ſed
hoc intelligunt Bar.& Ang.in d.l.cum prolatis.quando ſtatu
tum eſt extrauagans, id eſt extra volumen ſtatutorum , tunc
enim tenet ſententia,ſicut dicimus in extrauag. principis , &
hoc etiam tenuit Bal.in l.ij.C.quando prouo.non eſt nece.&
hoc intelligit D.Abb. niſi ſtatutum , ſeu reformatio extraua-
gans eſſet nota in loco,& in iudiciis, vbi autem ſentẽtia eſſet
lata contra tenorem ſtatutorum redactorum in volumine
37 abſque dubio † ſententia eſſet nulla, quia ſtatutum eſt lex in
loco vbi viget,vt in l.omnes populi,ff.de iuſti.& iure. & Inſti.
de iure natu.gen.& ciuili.§.j.& j.diſt.ius ciuile. Ex quo ſequi-
tur,ꝙ nulla eſt differẽtia,an ſententia feratur contra ſtatutũ ,
vel contra ius commune, & in vno diſtinguitur ſicut in alio.

Nona limitatio eſt , quando ſententia eſt lata contra con-
38 ſuetudinem,quia tunc propter dubium facti valet †ſententia
ꝙ intelligas niſi conſuetudo eſſet notoria tam in populo , q̃
in iudicio,& ita no.Bal.in l.ij.C.quando prouo.non eſt neceſ.
& ſequitur hic D.Abb.& ſic debet intelligi Bart. in l.de quib.
ff.de legib.vbi dicitur,ꝙ conſuetudo eſt ius , & qui eam alleg.
debet eam probare,vt in l.j.C quæ ſit longa conſue.& proba
tur in c.cum dilectus.de conſue.& hoc ideo eſt,quia conſuetu
do conſiſtit in facto.illud autem,ꝙ in facto cõſiſtit,ſæpe pru-
dentiſſimos fallit,nam Bar.debet intelligi quando conſuetu-
do non eſt notoria,quia ſi eſſet notoria,non eſſet probanda,
& vbi conſuetudo non eſt notoria,valet ſententia lata cõtra
conſuetudinem,ſicut contra legem extrauagantem valet ſen
tentia , ſecus vbi conſuetudo eſt notoria cum reperiatur lata
contra ius quod dicit D.Abb. eſſe notan. Decima limitatio
39 eſt,quando ſententia † fuit lata contra priuilegium, vt proba
tur in c.ſuborta.ĩ.eo.vbi dicitur,ꝙ aut priuilegium fuit oſten
ſum iudici,& dando ſententiam contrariam videtur illud re-
probaſſe.Aut non fuit oſtenſum iudici,& non debet retracta
ri ſententia prætextu priuilegii de nouo reperti,& ratio eſt ſe-
40 cundum D.Abb.quia priuilegium †eſt priuata lex,& hoc no.
gl.in c.pe.in gl.antepe.s̃.tit.prox.vnde cum priuilegium nõ ſit
lex communis,ſed priuata, & non ſiſtit in facto, valet ſentẽtia
lata contra priuilegium,quia datur iudici facultas iudicandi,
an priuilegium teneat,vel non,iuxta no. in c.cum veniſſent .
de iud.& hoc dicit Do. Abb. procedere in priuilegio,cui pars
poteſt renunciare,ſeu quatenus veniat in preiudicium partis,
alias ſecus,nam c exemptus litigauit coram ordinario loci,&
non allegauit exemptionem, non tenet ſententia, nec obſtat
taciturnitas,quia ſi voluiſſet,non potuiſſet etiam expreſſe in
iudicem cõſentire,de arbi.cum tempore.& hoc tenet Io.An
41 in reg.ſcienti.lib.vi.vbi plus dicit, † ꝙ exemptus non poteſt ſe
ſubmittere ordinario etiam in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſ-
dictionis, vnde ſi exemptus excommunicationem ex aliqua
cauſa incurrit,non poteſt petere ſe abſolui ab ordinario,vt di
cit Io.An.in præalleg.regula,ſcienti.de quo vide D. Abb.in c.
ſignificaſti.de fo.compe.Sed dicit D.Abb. hic, ꝙ ſententia nõ
eſt nulla ex eo capite, ꝙ fuerit lata cõtra priuilegium,ſed pro-
pter defectum iuriſdictionis,& dicit D.Abb.ꝙ ſi exemptus ꝓ-
duxiſſet priuilegium exemptionis,& ordinarius hoc non ob-
ſtante tuliſſet ſententiam in contrarium , ſeu dixiſſet priuile-
gium non obſtare,& tunc ſententia preiudicat quo ad ipſum
exemptum,licet non quo ad papam,arg.eorum, quæ notan.
in c.ad audientiam.s̃.de præſcrip.& in d.c.ſuborta.& in c.ii.de
capel.mo. Sed de hoc an valeat ſententia contra priuilegiũ
dicam plenius ĩ.eo.ſuborta.& modo eſt expedita materia hu
ius glo.per viam limitationum.Extra glo.quæro,quia ſenten-
42 tia lata contra leges eſt nulla, †an iudex poſſit iterum pronun
ciare?& Inno.concludit,ꝙ ſi eſt ordinarius, poteſt iterum pro
nunciare,vt in l.preſes.C.quomodo,& quando iud.& in l.iiij.
C.de accu.ſecus dicit in delicto, qui pronũciando functus eſt
officio ſuo,vt in l.ſi vt proponis,C.quomodo, & quando iu.
& addit Inn.no.dictum,dicens, ꝙ vbi nõ tenet ipſo iure illud
quod facit delegatus ex probabili errore iterum poterit exe-
qui,ponit exemplum in executore,cui mandabatur vt proui-
deret Titio de præbenda primo vacatura, cui prouidit de præ-
benda Martini,qui cõmuni opi.reputabatur mortuus, & po-
ſtea compertum fuit,ꝙ viuebat,nam comperto errore pote-
rit de alia prouidere,ar.in c.dominus.de ſec.nup. & dicit Inn.
ꝙ ſi prouidit de præbenda,quæ de iure vacabat,prouiſus autẽ
ius ſuũ de facto renuit proſequi execrans forte lites, & poten
tiam aduerſarii,non poterit amplius executor prouidere.Im-
43 putare enim debet ſibi prouiſus †qui ius ſuum non defendit,
ar.in l.illud.ff.de pet.hære.nec prodeſt ignorantia facti quo ad
poſſeſſionem,quæ non eſt talis,quæ potuerit de iure poſſeſſio
nem impedire.In contrarium alleg.c.cum noſtris.de conceſſ.
præb.ſed D.Abb.dicit,ꝙ loquitur in alio caſu,ſcilicet quando
gratia in principio fuit ſubreptitia , vt intelligas ſi mandatur
mihi prouideri de beneficio vacaturo in tali eccleſia, ꝙ intra
menſem duxerim acceptandum dominium faciam mihi cõ-
ferre beneficium , cuius poſſeſſio detinetur per aliquem virũ
potentẽ,&ſi ego hoc ſciuiſſem tempore acceptationis ipſum
beneficium non acceptaſſem,nec feciſſem mihi cõferri igno
rantia talis poſſeſſoris , non facit ꝙ poſſim aliud beneficium
acceptare,vel aliud beneficium poſſit mihi cõferri, quia talis
poſſeſſio non impedit meam prouiſionem,c.autẽ cũ noſtris,
de conceſ.preben.loquitur quando quis impetrat certum be-
neficium quod per alium poſſidetur tempore impetrationis,
nam tunc gratia eſt ſubreptitia,niſi faciat mentionẽ , quod il-
lud beneficium poſſidetur per tertiũ , & hoc modo loquitur
c.cum noſtris.vlterius dicit Inn.ꝙſi executor errauit in iure,ꝙ
non poteſt iterum prouidere, licet ſua prouiſio fuerit nulla .
Hoſt.ponit exemplum,epiſcopus diſpenſatiue prouidit de pa
rochiali

rochiali eccleſia conſtituto in minoribus. Executor credẽs
epiſcopum non potuiſſe diſpenſare,contulit illam vt vacantẽ
errans in iure,nam poteſt epiſcopus diſpenſare, vt in c.præte-
rea.de æta.& quali.& dicit D.Abb.ſe credere,ꝙ hodie non ſit
in hoc caſu neceſſaria diſpenſatio,vt in c.ſi pro clericis paupe
ribus,de præb.in vj.licet glo.ibi teneat contrarium, de quo re
mittit ad d.c.præterea.& ad c.ij.de inſti.in vj.tangunt etiã Do-
cto.in c.dudum.el j.de elect.ſed quo ad principale dictum Ho
ſti.dicit,ꝙ ſibi non placet dictum Inno.quia licet in iure erra
uerit,ex quo tamen apparet,ꝙ prouiſio fuerit nulla,iterũ de-
bet de alio beneficio, illi prouideri, vt beneficia principum
44 habeãt effectum ſuum,nec illis illudatur, quia † non facere,
vel facere,ita ꝙ actus ſit nullus,æquiparantur.l.quoties. ff.qui
ſatiſd.cog.& in c.tuæ.de cler.non reſi.& in c.ij. de transla.prel.
cum concor.ibi poſitis.ſed quantum ad dictum Inn. inquan-
tum dicit,ꝙ vbi datur error probabilis,quilibet delegatus po-
teſt iterum pronũciare.D.Abb.dicit hic, ꝙ nimis generaliter
loquitur, quia immo non poteſt, dummodo ſeruauerit for-
mam commiſſionis,quia eſt functus officio ſuo, vt d.l.ſi vt p-
ponas.C.quomodo & quando iud.& l.dicere. in fi.cum dua-
bus ſeq.ff.de arbi.& allegat optimum tex. in c.ſi compromiſ-
ſarius,ver.ſi vero eligat.de ele.in vj.vbi tex.dicit,ꝙ ſi commiſ-
ſarius datus ad eligendum,eligit indignum etiam ignorãter,
non poteſt aliam electionem facere, quia functus eſt officio
ſuo,ſed poteſtas reuertitur ad eos qui dederũt poteſtatem eli-
gendi,vnde illa ratio,ꝙ non poteſt amplius eligere,quia fun-
ctus eſt officio ſuo,militat ſiue ignorantia ſit probabilis, ſiue
non.Sed dicit D.Abb.ꝙ poteſt ſaluari dictum Inno.in exem-
plo per eum poſito propter rationem Ho. ſcilicet in executo-
re gratiæ,vt ſiue errauerit in iure, ſiue in facto,ſemper poſſit
iterum prouidere,ſi prima prouiſio fuit nulla, quia princeps
45 videtur mandaſſe prouiſionem † effectualem,quia beneficia
principum debent benigne interpretari,vt in c.olim. de verb.
ſig.& in l.fi.ff.de conſti. prin. & ad hoc optime facit c. ſi ſuper
gratia,de officio del.in vj.vbi vigore gratiæ durat poteſtas exe
cutoris,eo caſu quo alias expiraſſet per mortem papæ.nam ſi
gratia eſt facta,non expirat per mortem papæ,& eodem mo-
do non expirat poteſtas executoris,vt dicitur in d.cap.ſi ſuper
gratia.vnde eodem modo dicẽdum eſt,ꝙ ſicut per erroneam,
& inutilem prouiſionem non expirat gratia,quæ intelligitur
de beneficio vacante nulli debito. Ita nec debet ſpirare pote-
ſtas executoris,& dicit D.Abb.ꝙ But.finaliter tenet hanc opi.
in c.in literis.de offi.deleg.vbi hæc materia pleniſſime exami-
natur.ſed Io.An.ſimpliciter tranſit cum opinione Innõ.ſcili-
46 cet,ꝙ error facti probabilis non impediat delegatum iterum
pronunciare, hoc etiam ſequitur Bal.hic,& per hoc dicit,ꝙ ſi
delegatus tulit ſententiam cõtra falſum procuratorem quem
credebat eſſe verum,ꝙ iterum poterit pronunciare cõtra do-
minum,vel contra verum procuratorem,& plus dicit,ꝙ etiã
ſi ex certa ſcientia pronunciaſſet contra falſum procuratorẽ,
ꝙ poterit adhuc pronunciare, quia durat adhuc iudex cum
non pronunciauerit inter perſonas,quę continentur in reſcri
pto,vt in l.ſi pęnę cauſa.§.i.ff.de cond.indeb. Sed ego puto D.
Abb.verius dicere,quamquam hoc exemplum Bal.in ſe ſit ve
rum,vnde præmiſſa conclude faciendo duos caſus.Primus in
delegato,ſecundus in executore,& in delegato dicendũ eſt,
ꝙ poſt latam ſententiam diffinitiuam etiam ſi ſit nulla, non
poteſt amplius pronunciare,quia eſt functus officio ſuo, niſi
pronunciaſſet contra formam reſcripti, vt tenet hic D.Abb.
& vide de hoc D.Abb.in c.qualiter.j.s̃.de accu. vbi plene exa-
minat an,& quando delegatus poſſit iterum pronunciare, &
ex hoc ſequitur,ꝙ ſi delegatus pronunciat contra falſum pro
curatorem,quia non pronunciauit ſecundum formam com-
miſſionis etiam ſi ſciuiſſet illum non eſſe verum procurato-
rem,ꝙ remanet,poteſt adhuc procedere,& pronunciare con
tra dominum,& contra verum procuratorem,quia remanet
iudex cum non pronunciauerit inter perſonas expreſſas in re
ſcripto. In ſecundo autem caſu dic, ꝙ aut prouiſio nõ valet,
& tunc ſiue errauerit in facto,ſiue in iure, poteſt iterum face-
47 re prouiſionem de alio beneficio.Sed ſi prouiſio † valet,licet
ille,cui eſt facta prouiſio, nolit eam proſequi propter poten-
tiam aduerſarij,vel quia execratur lites, non poteſt executor
prouidere de alio beneficio, etiam ſi illud beneficium fuiſſet
poſſeſſorium per alium, & tam executor, quam impetrator
tempore citationis,& collationis,hoc ignoraſſent,non enim
poteſt aliud beneficium conferri,ex quo collatio facta eſt va-
lide de iure, & de fiſco dic vt plene habetur in c.in literis. de
offic.dele.tangit etiam hic D.Abb.an ſi papa mandat proui-
48 deri † alicui,ſi iurauerit ipſum ſufficientem in moribus, & in
lectura,& in cantu,& executor contulerit criminoſo,& illite
rato,neſcienti canere,an valeat collatio,hoc eſt,an ſi clauſu-
la inſerta in reſcripto non reperiatur vera,teneat prouiſio.Et
ea,quæ dicit hic D.Abb.examinaui in c.fi.s̃.de præſcript.nam
videtur ibi in his duobus locis ſibi contrarius.non me exten-
do,quia ibi examinaui.tangit etiam Inno. de modo procedẽ
di cõtra poſſeſſorem,qui cecidit a poſſeſſione, ſuper qua fuit
conuentus,quam quæſtionem hic examinauit Io.An. & But.
& Bal.in rubrica.ſed ego plene dixi in c.aduerſario.s̃.de exce.
Et iſta ſufficiant.

*S V M M A R I V M.*

1 *Lites debent terminari celeriter.*
2 *Ius tenet medium inter rigorem, & æquitatem.*
3 *Rigor eſt exceſſus iuris.*
4 *Aequitas eſt iuſtitia,dulcore miſericordiæ temperata.*
5 *Iudex non debet videri clementior lege.*
6 *Factum celeriter dicitur quod debito tempore fit,ſecundum Bal.*
7 *Sententia iracunde a principe lata in cauſa capitali, debet differri per triginta dies executio.*
8 *Sententia corporalis,puta vt decapitetur, an poſſit mandari executioni infra decem dies.*
9 *Sententia capitalis debet exequi regulariter poſt decem dies ſecundũ Spe.*
10 *Damnari ad mortem non ſolet qui confeſſus non ſit ſponte.*
11 *Appellare in cauſa criminali non poteſt confeſſus, & conuictus.*
12 *Executio ſententiæ in ciuilibus datur infra menſes quatuor.*
13 *Celeritas in iudiciis intelligitur expeditio cauſæ cum iuris ordinis obſeruatione.*

## C A P. I I.

Vrgantium. † Lites debent celeriter ter-
minari,hoc dicit.Non diui
ditur propter breuitatem,& dicit hic Ioan.An.ꝙ
fuit exordium alicuius ſententiæ, vel forte fuit in
ſtructio alicuius iudicis. Nota primo caſum,in
quo cõcurrit æquitas cũ rigore,& quæ ſit differẽtia inter iſta,
vide gl.in c.vt conſtitueretur.l.di.quę dicit,ꝙ ius tenet mediũ.
2 nam † ius eſt ars æqui & boni,quo quis merito nos ſacerdotes
3 appellat.l.j.ff.de iuſt.& iu. † Rigor autem eſt exceſſus iuris,qui
quandoq; ſtatuitur ad terrorem aliorũ, vt in l. aut facta.in fi.
ff.de pęn.& in c.ij.s̃.de tornea.hic autem accipitur rigor iuris,
pro deciſione quæ fit ſecundum communes regulas,& quan
doque ſumitur pro ordine iuris,vt in c.ſuper literis, de reſcri.
4 Aequitas † vero eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata.
ita dicit glo.in præd.c.vt conſtitueret.ſed Bar.aliter dicit in l.j.
C.de legib.ſed gl.prędicta melius loquitur ſecundum D.Abb.
quando vero æquitas ſit ſeruanda dic vt in c.fi.de tranſa.& in
5 l.placuit.C.de iud.vnum tamen eſt ſciendum, ꝙ iudex † non
debet videri clementior lege,vt dicit tex.in auth.de iudicibus.
§.oportet.dicit tamen Bal.ꝙ quandoque propter caſus emer
gentes æquum eſt leges tranſgredi,vt no.dixit Inn.in c.j.de cõ
ſtit.quod dictum ſm ipſum multum iuuat aſſeſſores,qui pro
bono officio quandoque ſtatuta tranſgrediuntur,ar.in l.ho-
6 die.ff.de poe.Secundo no.ſecundum Bal. quod dicitur † celeri
ter fieri,quod fit debito tempore,& hoc probat tex.iſte iũcta
glo. Vltimo no.ſecundum Io.An.ꝙ aliquando deſideratur
celeritas,interdum autem reprobatur,vt in c.fi. de elect.in vj.
vbi Io.An.remittit.In gl.diuide ipſam in tres partes. In prima
allegat concor.In ſecunda,& tertia opponit,& ſoluit.Secũda
ibi,ar.contra.Tertia ibi,nec tamen.In prima parte dum gl.al
legat l.properandum.C.de iud.quæ dicit,ꝙ infra triẽnium de-
bet lis terminari. arguit Vin. illud fieri celeriter quod fit infra
terminum.In ſecunda parte glo.dic,ꝙ in c.cum apud.non di-
cit,ꝙ differatur ſententia,ſed executio,& eſt ſpeciale quando
7 † princeps ex iracundia fert ſententiam in cauſa capitali con-
tra aliquem,debet enim differri ſententia per tempus triginta
dierum,vt rex poſſit interim accipere ſi opus erit pœnitentiã,
vt ibi dicitur.facit l.ſi vindicari. C.de pę. & vide plures caſus,
in quibus differtur executio per gl.in d.cum apud. Regula-
riter autem non debuit fieri talis dilatio,vt in c.ſicut.ij. q.j.
In ciuilibus autem datur tempus,de quo s̃.eo.quod ad con
ſultationem,& vide bo.glo.in c.quærenti.de off.leg. Sed du-
8 bium eſt,an † ſententia corporalis,puta,quando quis eſt con
demnatus,vt decapitetur,vel ſuſpendatur,poſſit mandari exe
cutioni infra decem dies,qui dantur ad appellandum? Bar.
examinat hanc queſtionem in l.qui vltimo,ff.de pę.& conclu
dit,ꝙ eſt quædam executio,quæ fit a iure,puta, ꝙ quis efficia
tur infamis,vel inteſtabilis,vel ſeruus pęnæ,vel quid ſimile,&
tunc talis executio fit ſtatim,lata ſententia,vt d. l.qui vltimo,
& in l.furti,ff.de his,qui no.infa.& probatur iij.q.vij. §.porro.
Quædam eſt executio,quæ debet fieri ab homine,& iſta de
bet fieri poſt decem dies,argumen.in l.prima.ff.nil nouari ap
pella.penden.& hoc dicit ſe putare verius eſſe de iure,licet de
conſuetudine ſeruetur contrarium,pro qua conſuetudine fa-
cit l.non tantum, ff.de appellat.vbi ponitur caſus,quod qui-
dam ducebatur ad ſupplicium infra decem dies, qui dãtur ad

appellandum,& ibi dicitur,quod non ſolum ipſe, ſed etiam
quilibet de populo poteſt appellare, & idem dicitur in l. adi
tos. C.de appellatio.vnde in dictis iuribus eſt caſus,quod reus
ducebatur ad ſupplicium infra tempus ad appellandum, ſed
Spe.in tit.de execu.ſenten.§.videndum.ver.porro. dicit,ꝙ re-
gulariter poſt decem dies ſententia † eſt mandanda executio-
ni in criminalibus,niſi fuerit appellatione,ſupplicatione,vel
petitione,reſtitu. in integrum ſuſpenſa. fallit in notoriis, vel
do reus fuerit confeſſus,ſeu teſtibus,& argumentis ſuperatus,
vt vix ipſe negare crimen audeat,nam talis non appellat.ij.q.
vj.ſunt quorum.facit c.cum ſit Romana.de appel.de quo ſe re
mittit D.Abb.ad c.cum ſpeciali. eo.tit. vbi de hoc vltimo ple-
ne dicit. Et dicit hoc eſſe de iure tenendum, quia ſi in ciuili
bus dantur decem dies, fortius in criminalibus, vbi agitur de
maiori præiudicio,& ad l.non tantum. & ad communem cō
ſuetudinem,reſponde, ꝙ procedunt quando reus eſt crimen
10 confeſſus, quia communiter non damnatur† quis ad mortē,
niſi ſit ſponte cōfeſſus,vel in facinore deprehēſus. & teſtibus,
& argumentis conuictus,vt vix negare audeat crimen,vt dicit
tex.in l.qui ſententiam.C.de pen.quibus caſibus non admitti
tur appellatio,vt l.ij.C.quorum appel.non reci.ad iſtum text.
reſpondet,ꝙ loquitur in ſententia proferenda,quæ debet cele
riter promulgari,ſed profecto D.Abb. non bene reſpōdet ad
præalleg.l.non tantum.quia ſi fuiſſet conuictus, & confeſſus,
non potuiſſet appellare,& tamen ibi dicitur,ꝙ poteſt appella
re,nedum ipſe,ſed quilibet,ſed Bar.in d.l.qui vltimo. ff.de pę.
reſpōdet, ꝙ iudex ibi male faciebat facere executionem infra
decem dies,qui dantur ad appellandum,vel ꝙ renunciauerat
appellationi. Vtrum autem ad hoc vt quis non poſſit appel
11 lare,†requiratur,ꝙ quis ſit conuictus,& cōfeſſus, an vero ſuf-
ficiat ſola confeſſio,vide bon.tex.& glo. in c.Romana.§.ſi au
tem.de appel.in vj.& omnino Io.And.in Spec. de confeſſ.§.fi.
ver.ſed nunquid confeſſus,& per D.Abb.in d. c.cum ſpeciali,
de appel.vbi dicam. Aduerte tamen ad vnum,ꝙ licet in ciui
12 libus † dentur quatuor menſes ad executionem faciendam,
de quo vide bo.glo.in c.quærenti.de offi.deleg.non tamen in
criminalibus,immo ſtatim poſt decem dies ſi nō fuerit appel
latum, poteſt mitti executioni. hoc probatur in d.c.cū apud.
xj.q.iij.per locum a ſpeciali. Si enim ſpeciale eſt, ꝙ executio
deferatur in cauſa capitali vſque ad triginta dies, qñ eſt lata
per iracundiam principis, ergo ceſſante iracundia non debēt
dari triginta dies. ſed ſtatim poſtquam ſententia tranſiuit in
rem iudicatam,poſſit mitti executioni,& ſi non defertur exe-
cutio vſque ad triginta dies, multo minus vſque ad quatuor
menſes,& poteſt eſſe ratio,quia in actione reali non defertur
executio ſententiæ vſque ad quatuor menſes,vt Inſti. de offic.
iud.in prin.not.glo.in c.quærenti,de offi.dele. ſed quando exe
cutio debet fieri in perſona condemnati, ipſa perſona eſt res
in qua debet fieri executio, quæ eſt parata executioni cum ſit
in manibus iudicis, ergo non debent deferri quatuor menſes,
& ſic ſeruatur de conſuetudine. In tertia parte glo.dic,ꝙ iu-
13 dex † debet accelerare expeditionem,ita tamen ꝙ iuris ordo
non prętermittatur,& veritas non occultetur,facit cle. ſæpe.in
ver.amputet,de verb.ſigni.& ſi iudex ita feſtinaret,ꝙ ex breui
tate temporis ſententia ſit nimium accelerata,ita ꝙ præſuma
tur,ꝙ de cauſa non cognouerit,ſententia erit nulla. ita dicit
Bar.in l.prolatam.C.de ſenten.&,Spe.in tit.de ſenten.prola.§.
quoniam.verſi.item oppone.ꝙ iudex.facit ij.q.j.nos in quem-
quam.& c.primates.idem tenet D.Abb.in c.tum ex literis, in
iij.col.in prin.de reſti.in integ.Et iſta ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacerdos nan poteſt deponi ab epiſcopis ſine iuſta cauſa, & omnibus concordantibus in vnam ſententiam.*
2 *Clericus non eſt deponendus ad libitum epiſcopi.*
3 *Prælatus non debet remoueri,niſi uel dilapidator,uel negligens, uel alia cauſa rationabilis ſubſit.*
4 *Epiſcopi appellatione ſacerdotum comprehenduntur.*
5 *Presbyter idem eſt quod ſenior.*
6 *Epiſcopus differt a presbytero,nam aliter aſſerere eſt hæreticum.*
7 *Epiſcopus non conſecratus non poteſt deponere aliquem.*
8 *Diaconus deponitur per tres epiſcopos.*
9 *Epiſcopi depoſitio requirit duodecim epiſcopos,qui debent ſimul conuenire,relinquendo diffinitionem papa.*
10 *Concilium prouinciale,& metropolitanum non poteſt detrudere ſuffraganeum in monaſterio propter crimina.*
11 *Archiepiſcopus contra epiſcopum poteſt cognoſcere.*
12 *Depoſitio verbalis a ſolo epiſcopo proprio poteſt imponi.*
13 *Epiſcopus proprius ſolus poteſt procedere contra clericos exiſtentes in minoribus.*
14 *Epiſcopi, qui conuenire debent pro cauſa cognoſcenda, a quo debent eligi.*
15 *Epiſcopus ſolum a papa deponitur.*
16 *Verbum concorditer,ſecundum Baldum explicatur.*
17 *Diſcordans potius dicitur actui reſiſtere,quàm aſſiſtere.*
18 *Epiſcopi uocati ad iudicium,cuius expenſis debent conuenire.*

## CAP. III.

1 NOn poteſt. Sacerdos † non eſt ſine iuſta
cauſa ab epiſcopis etiam in
vnam ſententiam concordantibus deponendus
2 hoc dicit. Nota primo clericum † non eſſe depo
nendum ad libitum epiſcopi, hoc probat iſte text.dum dicit,
niſi ex iuſtis cauſis,& dicebat hic D. Abb. ꝙ clericus non po-
teſt deponi ex eo,ꝙ multū obnixe reſpexerit mulierem, quia
etiam a beneficio non debet clericus remoueri ſine graui cul
pa,vt dicit tex.not.in c.inuentum.xvj.quæſt.vij.& in c.ſatis per
uerſum.lvj.diſt.vide etiam bo.tex.in c.conquerente.de reſtitu.
ſpoliat. vbi dicitur, ꝙ abſque manifeſta,& rationabili cauſa,
clericus non eſt a beneficio priuandus, immo nec abbas,vel
3 prelatus †regularis non debet remoueri niſi pro manifeſta,&
rationabili cauſa,puta, ſi fuerunt dilapidatores, vel inconti-
nentes,vel in ſimili crimine, vt dicit text.notabilis in capit.ij.
in fine,de ſtatu monacho.& tamen Abbas, & alij prælati re-
gulares ex leuioribus cauſis poſſunt remoueri, quam ſecula-
res,vt dicit tex.in c.qualiter & quando,el ij.in fine.infra,de ac
cuſa.& in capitu.per tuas.in fine.de ſimonia.& dic, ꝙ propter
negligentiam prælatus regularis poteſt deponi, ſeu remoueri
ab adminiſtratione,de hoc eſt tex.cum glo.in capit.ſi quis ab
bas.xviii.queſtione ii. Clerici autem ſeculares non poſſunt
remoueri propter negligentiam, niſi ſit craſſa, & ſupina ne-
gligentia,puta ſi nullam curam,vel maximam negligentiam
adhibent in rebus eccleſiæ,de quo vide bonam glo.in cap.ea,
quæ.in glo.ii de offic. archidiaco. Secundo nota in ver. ſacer-
dotum.iuncta glo.quę expon.t, id eſt epiſcoporum, quod ap
4 pellatione † ſacerdotum veniunt epiſcopi,nam & ipſi ſunt ſa
cerdotes, & olim non erat differentia in vocabulis, omnes
enim tam epiſcopi, quam ſimplices presbyteri vocabantur
ſacerdotes,vt dicit tex.in c.olim.xcvi.diſtinct.presbyteri enim
dicuntur ſacerdotes,quia ſacrum dant,ſicut epiſcopi, vt dicit
tex.in cap.cleros.xxi.diſtinct. & dicit D.Abb. quod etiam epi-
ſcopi poſſunt appellari presbyteri, quia presbyter eſt nomen
5 dignitatis. Presbyter†enim idem eſt,ꝙ ſenior,non reſpectu
ætatis,ſed dignitatis, & ideo olim epiſcopi vocabantur pre-
sbyteri,vt in dicto cap.cleros.& in d.c.olim. & vide Sanctum
Thomam ii.ii.quæſt.clxxxiiii.artic.vi.verſic. ad primum ergo
dicendum.vbi dicit,quod olim presbyteri,& epiſcopi non di-
ſtinguebantur quantum ad nomen,ſed quantum ad nomen
ſemper fuit diſtinctio inter eos etiam tempore Apoſtolorum,
& allegat Dionyſium v.ca.cęleſtis hierarchiæ,& ego lux. x.c.
ſuper illud,Poſt hoc autem deſignauit Dominus ſeptuagin-
taduos &c. quæ dicit, quod ſicut in Apoſtolis forma eſt preſ-
byterorum ſecundi ordinis, quia epiſcopi erant primi ordi-
nis,& dicit Sanctus Thomas, quod poſtmodum ad vitādum
ſchiſma neceſſarium fuit,vt etiam nomina diſtinguerentur,
vt ſcilicet maiores dicerentur epiſcopi, minores autem preſ-
byteri, & ſubdit,quod Auguſtinus in libro de hæreſibus, nu-
6 merat inter dogmata hæretica dicere, † presbyteros non de-
ferri ab epiſcopis, & iſtud fuit vnum capitulum hæreſis Ar-
rianæ,dicebant enim Arriani presbyterum ab epiſcopo nul-
la differentia debere diſcerni, & hæc verba nota. Et dicit D.
Abb.ſe non credere,quod in materia pœnali appellatione ſa
cerdotum,& presbyterorum veniant epiſcopi, quia habent
alium ordinem,& aliam dignitatem ſupra ſimplices ſacerdo-
tes,facit quod not.Innocen.in cap.ſedes.de reſcriptis,& remit
tit ſe ad rubricam,de vita,& honeſtate clericorum. Sed tu vi-
de Ioan.And.& D.Domi.in c.auaritiæ.de electiõ. in vi. & in
cap.quia periculoſum.de ſenten.excommuni. eodem libro.
In glo.diuide ipſam in duas partes.In prima opponit,& ſol
uit.In ſecunda quærit. Tertia ibi, ſed nunquid. Pro expedi-
tione primæ partis opponitur, & videtur, quod ſacerdotes
non poſſint aliquem ſacerdotem deponere,quia nec capitu-
lum eccleſiæ cathedralis hoc poteſt ſede vacante, nec epiſco-
7 pus † electus, & confirmatus, niſi ſit conſecratus in epiſco-
pum,de election.tranſmiſſam,& in capitulo,irrefragabili, §.
exceſſus,de officio ordin. gloſſ.huius contrarii timore expo-
nit ſacerdotum, id eſt epiſcoporum, olim enim ſic voca-
bantur epiſcopi,vt dicto capitulo,olim,xcv.dictione. Et dicit
gloſſ. † quod in depoſitione diaconi requiruntur tres epiſco-
pi, in depoſitione vero presbyteri ſex.
Quot autem requirantur in depoſitione ſubdiaconi.gloſſ.
non declarat,ſed dic,ꝙ requiruntur tres,ſicut in cauſa diaco
ni,quia hodie ſubdiaconatus eſt ordo ſacer,vt in c.miramur.
de ſeru.non ordin.& hoc tenet gloſſ.ij. in c.j.de hæret.in vi.&
in c.

in c.ij.in ver.canonibus.de pœn.eod.lib.& Archid.in §.ſolus.
xv.q.ij.& hoc ſentit etiam Innocen.in c.graue.de præben.Sed
D.Abb.hic examinat iſtam materiam per tria membra, Pri-
mum, quando agitur de crimine contra epiſcopum. Secun-
dum,quando agitur contra ſacerdotem, vel diaconum, vel
ſubdiaconum.Tertium,quando agitur contra illos, qui ſunt
conſtituti in minoribus. Venio ad primum,ſcilicet,quando
agitur de crimine contra epiſcopum, & in hoc membro D.
Abb.facit duos caſus, Primus,quando agitur contra epiſco-
pum criminaliter de crimine, ſcilicet, vt deponatur ab ordi-
ne. Secundus,quando agitur ciuiliter, ſcilicet vt remoueatur
ab epiſcopatu,vel vt puniatur alia pœna. Quo ad primum
9 caſum,ſcilicet quando agitur †criminaliter,vt deponatur ab
ordine,conuenire debent omnes epiſcopi prouinciæ ſimul
cum metropolitano, vel ad minus requiruntur duodecim
epiſcopi vltra metropolitanum,vt dicit gl.iij.q.viij. c.in ſum-
ma,& no.ibi clarius Archi.& in c.ſcitote.vj.q.iij.& Innocen.
in c.graue.de præben.probatur in c.fœlix.xvj.q.vij. & dicit D.
Abb.ꝙ olim poterat epiſcopus ab iſtis deponi, vt in c.ſi quis
epiſcopus criminaliter.xvi.qõ.iij. Hodie vero iſti poſſunt co-
gnoſcere vſque ad concluſionem in cauſa,ſed diſſinitionem
debent remittere papæ,vt in c.accuſatus. & in c. quamuis. &
in c.multum ſtupeo.iij.q.vij.& in c.accuſet.no.Inn.in c. quod
ſicut,de elect in j.col.& Archid.in d.c. ſi quis epiſcopus crimi
naliter.glo.tamen in c.pręceptis.xij.diſtinct. dixit, ꝙ non po-
teſt ab illis condemnari,ſed bene abſolui.Sed contrarium te
net glo.in c.accuſatus.iij.q.vj.& illam ſequitur Archidia. per
c.dudum.eadem cauſa,& quæſtione.vbi patet,quod diffinitio
reſeruatur papæ,& idem tenet Archid. in c. ſi quis epiſcopus
criminaliter.iij.q.vj. Et ex hoc dicit D.Abb.glo. non bene di-
cere in c.biduum.ij.q.vj.quæ dicit, ꝙ licet epiſcopi congrega-
ti, vel concilium prouinciale non poſſunt deponere epiſco-
pum,tamen poſſunt pronunciare eum deponendum, alleg.
l.relegatorum.ff.de interdi.& releg. vbi pręſes poteſt pronun-
ciare deportandum.Sed non bene dicit, quia non ſolum de-
poſitio, ſed etiam cauſæ deciſio reſeruatur papæ, vt patet in
c.accuſatus.& in c.quamuis.& in c.dudum.iij.q.vj.nec obſtat
ſimile de præſide, quia præſes habet poteſtatem deportandi,
ſi habet inſulam ſubiectam,in qua vult deportare,vt d.l.rele
gatorum.Alias pronunciat deportādum,& expectat, ꝙ prin-
ceps aſſignet ei inſulam,& ſic non deficit ibi poteſtas in deci-
dendo,ſed in exequendo tantum.In ſecundo vero caſu, ſcili-
cet quando non agitur criminaliter, & vt deponatur, ſed vt
remoueatur ab epiſcopatu.D.Abb.diſtinguit, quia aut eſt cō
firmatus, & conſecratus. Aut eſt confirmatus tantum non-
dum conſecratus,& in primo caſu,ſcilicet quando eſt conſe-
cratus,dicit D.Abb.ꝙ requiritur idem numerus ad cognoſcē
dum,tamen remotio,ſeu priuatio, & ipſius cauſæ deciſio re-
ſeruatur papæ,vt probatur in c.ij.de transla. præla. not.Inno.
in d.c.quod ſicut.de elect.arg.in c.ex tuæ.de cle.non reſi. hinc
10 dixit notabiliter Archi.ij.q.vi.c.biduum.ꝙ † concilium pro-
uinciale,ſeu metropolitanum non poteſt detrudere ſuffraga
neum propter crimina in eum commiſſa in monaſterio. ſed
dicit D.Abb.ꝙ nec etiam totum concilium prouinciale poſ-
ſet hoc facere, ꝙ indirecte ſequeretur remotio ab epiſcopa-
tu, quæ ſoli papæ reſeruatur, vt in iuribus ſupra allegatis ſe-
cus, dicit D. Abb. ſi ageretur ad aliam minorem pœnam ci-
tra depoſitionem ab ordine, vel ab epiſcopatu, quia tunc &
concilium prouinciale, & ſolus metropolitanus poteſt infer-
re hanc pœnam,vt in c.ſacro.de ſent. excommun.x.q.iii.quia
cognouimus.not.Innoc.in c.i.§.officiales.de off.ord.in vi.vbi
patet,ꝙ in abſentia epiſcopi officialis ſuus poteſt ferre ſenten
tiam excommunicationis,ſuſpenſionis, & interdicti contra
ſuffraganeos ipſius archiepiſcopi,vnde multo fortius archie-
piſcopus præſens hoc poteſt,& hoc tenuit glo.in c.accuſatus.
iij.q.vi. Sed ego allego alium bo.tex.in c.venerabilibus. §.ſed
ſi excommunicatus.de ſenten.excommun. in vi.vbi patet, ꝙ
epiſcopus poteſt conueniri ad pęnam coram archiepiſcopo,
& vbicunque proceſſit ex officio pars, poteſt ad pœnam agi
coram archiepiſcopo contra epiſcopum,ſi quis dicit ſe iniu-
ſte læſum,vbi probatur in d.§.ſed ſi excommunicatus,cum ſe
quentibus.vnde dicit hic D. Abb. ꝙ ſi agitur ciuiliter contra
11 epiſcopum, † archiepiſcopus poteſt cognoſcere, quia eſt or-
dinarius ſuffraganeorum,& de hoc eſt tex.in c.fi. de off.ordi.
& hoc dicit verum D.Abb.ſi crimen ageretur ciuiliter,dum-
modo non agatur ad depoſitionem ab ordine, vel ad remo-
tionem ab epiſcopatu, quia tunc requireretur numerus epi-
ſcoporum,vt not.Innocen.in d.c.quod ſicut, de electio. & in
c.graue.de præben.& de hoc etiam per D.Abb. in c. quanto.
de offi.ordin.vbi dixi. In ſecundo vero caſu,ſcilicet quando
agitur contra electum,& confirmatum tantum, dicit D.Ab.
ꝙ ſufficit numerus epiſcoporum,vt in c.illud.xxiii.diſtinct.ſe
cundum vnum intellectum, & dicit ꝙ hoc tenet Archid. iii.
q.viii.ſuper glo.ſummæ. ſed vide quæ dicam ĩ.eod. de cętero.
circa finem.In ſecundo caſu principali,ſcilicet quando proce
ditur contra ſacerdotem,dic ꝙ aut agitur ad priuationem ab
eccleſia,vel a beneficio,& non requiritur numerus epiſcopo
rum, ſed ſolus diœceſanus poteſt pœnam illam imponere.
hoc tenet glo.xv.q.vii.in c.i.& Innocen.in c.graue.de pręben.
& eſt bo.tex.in c.conquerente.de reſti.ſpolia. & hoc procedit
etiam ſi agatur contra abbatem, vel contra alium prælatum
inferiorem,vt in c.ſi quis abbas.xviii.q.ii.iuncta gloſ. & xvi.q.
vi.epiſcopo.Aut agitur ad depoſitionem ab ordine, & tunc
vltra proprium epiſcopum in cauſa presbyteri requiruntur
ſex epiſcopi in cauſa diaconi, & ſubdiaconi requiruntur tres
epiſcopi vltra proprium epiſcopum,vt ſupra dixi.xv.q.vii.c.i.
& c.ſi quis tumedis. & c.ſi autem. & hic numerus ad minus
requiritur,nam ſi fieri poteſt,debet congregari totum conci
lium prouinciale,id eſt epiſcopi totius prouinciæ, vt in d.c.i.
& vi.q.iii.ſcitote.& iii.q.iii. hæc quippe. & vi.q.iiii.ſi quis epi-
ſcopus.ſed dicit D.Abb.ꝙ numerus requiritur dum cauſa exa
minatur,non autem in actuali degradatione,quia illa eſt exe
cutio degradationis verbalis,& hoc tenuit Ioan.And in c.ii.
de pœn.in vi.& ſequitur hic D. Abb. Secundo limitat Do.
Abb. dicens, ꝙ hoc habet locum quando agitur de actuali
degradatione facienda,quia tunc in examinatione cauſæ re-
quiritur numerus epiſcoporum, ſecus ſi ſola depoſitio ver-
12 balis † eſt imponenda,quia tunc ſolus proprius epiſcopus po
teſt imponere, & hoc ſeruatur de conſuetudine, & pro hac
conſuetudine videtur tex.in c.at ſi clerici.& in c. cum non ab
homine,de iudi. vbi ſolus ordinarius depoſuit ab ordinibus.
& in c.poſtulaſti.de fo.compe.vbi dicitur,ꝙ epiſcopus poteſt
priuare officio, & beneficio. Tertia limitatio, quia non re-
quiritur numerus prædictus quando proceditur contra cleri-
13 cos † exiſtētes in minoribus ordinibus, ſed ſolus proprius epi
ſcopus poteſt talem degradationem facere, de hoc eſt text.in
d.c.ii.de pęn.in vi.requiritur tamen pręſentia ſibi, vt in c.epi-
ſcopus nullius.xv.q.vii.alias ſententia eſt nulla,vt ibi dicitur,
dicit tamen Archid. ibidem, ꝙ ſufficit vt adſint aliqui cano-
nici, puta duo, vel quatuor, qui repręſentent totum capitu-
lum,& hoc dicit D.Abb.bene notandum. Ex quo ſufficit,ꝙ
in actibus,in quibus requiritur ſententia capituli,ſeu conſen
ſus,poteſt capitulum deputare aliquos loco capituli, allegat
not.in c.irrefragabili.§.exceſſus.de offic.ordin. & in clem.i.de
offi.ordi.ego allego c.cauſam,quæ. & c.cum dilecti. de elect.
vbi patet,ꝙ capitulum poteſt committere in vnum, vel plu-
res, vt eligat, vel eligant vice capituli,ad idem c.ſi compro-
miſſarius,eod.tit.in vj. vnde talis compromiſſarius, vel com-
promiſſarii gerunt vices capituli, vt in c. cum ab vno, de re
iudi.in vi. vnde ſicut in electione facienda poteſt capitulum
committere vni,vel pluribus vices ſuas. ita in alio actu, ho-
die tamen valet conſuetudo,vt epiſcopus ſolus audiat cauſas
clericorum,vt in c.iii.de conſuetud.in vi. Vnde eadem ratio-
ne valet conſuetudo, vt ſolus abſque capitulo, cognoſcat de
cauſis clericorum,& hoc tenet gloſ. in d.c.ii.in ver. pręſentia.
& Archi.in d.c.epiſcopus nullius, pro quo facit illud c. ii. vbi
ſolum fit mentio de epiſcopo in depoſitione clericorum,qui
ſunt in minoribus.Quarta limitatio in cauſa hæreſis.nam in
degradatione etiam presbyterorum,vel aliorum clericorum
exiſtentium in ſacris,non requiritur numerus epiſcoporum,
ſed ſufficit vt epiſcopus conuocet pręlatos, & veros religio-
ſos, & literatos ſuę diœceſ. & eorum conſilio habito poterit
14 ſolus degradare,vt ibi dicitur.Sed iuxta pręedicta quæro, †qui
debēt eligere iſtos epiſcopos?aduerte,quia ſupra dictū eſt, ꝙ
ſi fieri poteſt concilium prouinciale, dēt congregari, vt pro
batur xv.q.vii.c.i.& vi.q.iii.ſcitote. Si autem non poteſt con-
gregari,tunc vocabuntur epiſcopi de vicinia prouincia, vt in
iuribus pręalleg. & ſi non poſſunt haberi in numero ſufficiē
ti,procedi non poteſt,arg.d.c.i.de hęret. in vi. per locum a ſpe
ciali,ſed conſulendus eſt papa,ſed ſi aliquis de epiſcopis habe
retur ſuſpectus metropolitanus,vel proprius epiſcopus voca
bit alios ad electionem ipſius.ſic poteſt intelligi d.c.ſi autem.
xv.q.vii.& xi q.i.iudices. & hoc videtur de mente Archi. ibi,
& Innoc.in d.c.graue.de præbend. alias autem ceſſante cauſa
ſuſpenſionis,non debent iudices vocari ad voluntatem rei,
quinimmo Innoc.in d.c.accuſatus.dicit,ꝙ imminente articu
lo recuſationis, debet metropolitanus alios epiſcopos cōuo
care ad electionem accuſati de cōſenſu aduerſarii,facit quod
no.gloſſ. in ſimili in c.ſecundo requiris, in ver.de recuſatoris
conſenſu,de appel.& adde ad prædicta bo.gl.iii.q.viii.in ſum
ma.In ſecunda parte glo.D.Abb.tenet contrarium dicens,ꝙ
quantum ad degradationem epiſcopi gl.loquitur ſecundum
15 iura antiquiſſima,quia ſolus papa poteſt epiſcopum † depo
nere,vel degradare,vt in capitu.accuſatus,& in capitu.quam
uis.tertia,quæſtione vi. Sed inquantum gloſſ. loquitur de de-
gradatione aliorum,Dominus Abbas dicit, quod immo re-

quiritur omnium concordia, ita vt nullus diſſentiat, allegat
cap.quorundam.de election. in vi. & gloſſ. in cap. cupientes,
in ver.concordem. de election.in vi.& in clemen.ne Roma-
ni.in ver.concorditer.eodem titu. & per Ioan. Andr. in regu-
la,in toto,in mercu.lib.vi. Et ex hoc dicit dominus Abbas,
ꝙ ſi ĩ aliqua diſpoſitione requiritur,ꝙ aliquid fiat cõcorditer
non ſufficit ſi vnus contradicit.ſed Bal.hic dicit, ꝙ aut verbũ
16 † concorditer,refertur ad perſonas, & tũc illud quod fit a ma
iori parte,non dicitur factum cõcorditer proprie loquendo,
ſed ſolum ficte.Aut refertur ad collegium,& tũc vere dicitur
factũ a collegio,quod fit a maiori parte,ſed hoc videtur con
tra illas glo.quæ volunt,ꝙ etiam ſi relatio fiat ad capitulum,
non dicatur factum concorditer,quod fit a maiori parte.ſed
gl.in c.vbi piculum.in ver.ſingulis.de ele.in vj.ſentit qđ illud,
quod fit a maiori parte dicatur factum concorditer, niſi ad-
datur verbum,ſingulis,Io.de Imo.in d.cle.ne Romani.in ver.
concorditer,dicit, ꝙ vbi ius ſignanter requirit omnes eſſe cõ
corditer,tunc non ſufficit maior pars,& ita procedunt gloſſ.
præalleg.vbi vero non apparet, ꝙ ius ſignanter hoc requirit,
tunc ſufficit maior pars. Redeo ad verba D.Abb. qui dicit,
ꝙ aut congregatum fuit concilium prouinciale,& tunc ſuffi
cit maior pars, dummodo in depoſitione presbyteri conue-
niant ſex epiſcopi.In depoſitione vero diaconi,& ſubdiaconi
tres,aut non fuit congregatum concilium,ſed epiſcopus pro
prius vocat aliquos de epiſcopis prouinciæ,& tunc ad minus
in cauſa presbyteri, vltra proprium epiſcopum debent con-
cordare ſex. In cauſa vero diaconi & ſubdiaconi tres,moue
tur per iſtum tex.qui requirit, ꝙ ſententia epiſcoporũ feratur
concorditer,& idem dicit tex.xv.q.vij.ſi autem. & clarius ſe-
cundum eum in c.ij.de pę.in vj.vbi dicit,ꝙ aſſiſtẽte ſibi nume
ro epiſcoporum,epiſcopus debet facere degradationem, vn-
de ponderat verbum,aſſiſtente numero, non enim numerus
17 epiſcoporum aſſiſteret,niſi omnes concordarent, †diſcordãs
enim potius dicitur reſiſtere actui,quam aſſiſtere actui.lxv.di.
c.j.& de his,quę fi.a ma.par. cap.c.j. Adducit vnum ſimile in
approbatione promouendi ad doctoratum, qui eſt approbã
dus a collegio,nam requiritur,ꝙ pręciſe conueniat numerus
ſeptem Doctorum,vt not.glo.& Bar.in l.magiſtros. C.de pro
feſ.& medi.li.x. probatur in l.ſi quis,eo.ti.vnde eodem modo
iſti epiſcopi debent omnes concordare, ſed tamen dic,ꝙ iſta
glo.communiter tenetur,nec obſtant glo.contrariæ in c.quo
rundam,de elect. in vj.quia loquuntur quando ius ſignanter
exigit aliquid concorditer fieri,vnde iſta gl.poteſt intelligi, ꝙ
hic ſufficit maior pars, quia non multum ſignanter iura exi-
gunt concordantiã,& maxime quia dicunt,ꝙ ſufficit,vt ma-
ior pars iudicum ferant ſententiam pro altera ex partibus,vt
in c.ſi.ꝭ.eo.cum ſi.& vide quod dicam in c.cum olim. ꝭ.eo. in
18 gl.fi. Sed quæro iuxta prędicta,cuius expenſis †debeant con
uenire iſti epiſcopi ad locum iudicij,Archi.in c.ſi autem. xv.
q.vij.dicit,ꝙ propriis expenſis,quia ſunt ordinarij,quibus ni-
hil debet dari,niſi quatenus iure cauetur, vt no.in c.cum ab
omni,de vi.& hon.cle.& in c.cum ſit.de ſimo. Vtrum autem
iſti epiſcopi conuocati ſint iudices,vel aſſeſſores,vide hic per
D.Abb.Item inquantum dicit glo. ꝙ ſi cauſa delegatur con-
tra epiſcopum, & ꝙ omnes debent cõcordare,licet Doc.cõi
ter ſequantur glo.D. Abb.dicit,qđ conſiderauit ius antiquiſ-
ſimum,ſecundum ꝙ poterat epiſcopus deponi,quia illud po
ſtea fuit immutatum,vt patet in c.accuſatus.& in c.quamuis.
iij.q.vj.vnde dicit,ꝙ vbi delegati deputantur ſimpliciter a pa
pa contra epiſcopum,ſufficit,ꝙ maior pars concordet,vt de-
ponatur,vel degradetur.& ſi diſcordarent in pari numero al
terutrius ſententiæ approbatio dependet a papa,vt in c.ſi.ꝭ e.
& l.duo ex tribus.& in l.duo iudices dati.ff.de re iud.nec debe
mus recedere a communibus regulis,ex quo contrarium ſpe
cifice non cauetur,quia maior pars iudicum repręſentat per
ſonam delegantis,vnde ipſe delegans condemnaſſe,vel abſol
uiſſe videtur,niſi appelletur,& dicit,ꝙ maxime hoc procedit
quia ſi papa commiſiſſet cauſam vni tantum, potuiſſet ille
ſolus condemnare.Et ex hoc deciditur alia quęſtio,an requi-
ratur iſte numerus in perſonis delegatorum contra presbyte-
rum,vel exiſtentem in ſacris,quando papa contra eum com-
mittat cauſam in reſcripto,& gl.iij.q.viij.in fi.c.ſummæ,tenet
ꝙ ſic.ſed Arch.tenet contrarium.xviij.di.illud.& Innoc. in c.
graue.de pręb.& cum illa glo.hic tranſit Io.An. & Bu. dicen-
tes,ꝙ licet hoc ſit honeſtum propter excellẽtiam dignitatis,
non tamen eſt neceſſarium,ſed dicit D.Abb. ꝙ attẽdenda eſt
forma commiſſionis,qua ceſſante procedit opi.Archi. & In-
noc.quia delegatus repręſentat perſonam delegantis, ſcilicet
papæ,vt c.ſane.de off.dele.cum ſimil. Sed ego dico,ꝙ ſemper
appareret de forma, cum ſemper in reſcripto inſerantur no-
mina iudicum, & ſic apparet quot iudicibus papa voluerit
cauſam committere. Quid autem ſi tot iudices non ſint in
prouincia,quid faciet ordinarius.glo.iij.q.viij.ſuggero. dicit,
ꝙ vicini epiſcopi vocabuntur, id eſt de vicinia, & ita tranſit
etiam Io.An.& Bu.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia iuſte & rationabiliter lata confirmari poteſt.*
2 *Differentia inter iuſte,& rationabiliter.*
3 *Verbum rationabiliter ordinem iudicialem includit.*
4 *Confirmatio operatur triplicem effectum vt ibi.*
5 *Confirmatio ſententiæ an poſſit peti interpoſita appellatione.*
6 *Confirmatio ſententiæ an poſsit peti ab inferiori a Papa.*
7 *Sententia per confirmationem fit maioris auctoritatis.*
8 *Confirmatio ſententiæ per inferiorem facta non operatur niſi fuerit in iudi cio facta.*
9 *Papa ex plenitudine poteſtatis poteſt ſententiam quantumcunque iniuſtã confirmare.*
10 *Vaſallus petens confirmationem feudi ab Imperatore, nunquid per feloniam perpetratam poſſit feudo priuari, per dominum feudi.*
11 *Confirmatio ex certa ſcientia,non ſupplet defectum criminis.*

## CAP. IIII.

EA, quæ. Iuſte quis petit ſententiam confir-
mari,ſi iuſte, & rationabiliter lata
† fuit.hoc dicit,non diuiditur.Et dicit Ioan. And.
ꝙ fuit exordium alicuius papalis confirmationis,
non enim eſt veriſimile,ꝙ fuerit ſpecialis conſtitutio, ꝙ fue-
rit in his verbis concepta cum nihil ſtatuat,nec imponat ne-
ceſſitatem obſeruandi,ſed potius innuit cuicunque eſſe con
ceſſam facultatem petendi,ſed dicit D. Abb. ꝙ in his non eſt
2 vis. Nota primo,ꝙ † eſt differentia inter iuſte,& rationabi
liter cum hic ponantur vt diuerſa, & habeant diuerſa voca-
bula,ar.in l.ſi idem.C.de codicil.& exponit verbum,iuſte, id
eſt,non contra ius litigatoris.Sed D.Abb.dicit, ꝙ ſufficiebat
verbum,iuſte,quia omne quod iuſtum eſt rationabile, cum
ius ſit ſuper ratione fundatum.l.leges ſacratiſſimæ. C. de legi.
& j.diſt.conſuetudo.Sed ad maiorem cautelam additum fuit
verbum,rationabiliter, vel melius verbum iuſte, refertur ad
3 iuſtitiam partis,pro qua fuit lata ſententia, † verbum vero ra
tionabiliter,ordinem procedendi in iudicio,non enim ſuffi-
cit ad validitatem ſententiæ partem fouere iuſtitiam, ſed re-
quiruntur,ꝙ ad illam proueniat rationabiliter,id eſt ſeruato
ordine iuris,alias ſententia eſt nulla. C.de ſenten. l.prolatam.
& ij.q.vj.§.diffinitiua.verſi. item ſententia, & D.Abb.dicit,ꝙ
ſua expoſitio eſt melior quam expoſitio Io.An. quia expoſi-
tio Io.And.nimis reſtringit literam, & allegat D.Abba. pro
ſua expoſitione c.conſanguinei.iuncta glo.ij.ꝭ.eo.In glo. di-
uide eam in duas partes.In prima tacite opponit. In ſecunda
quærit.Secunda ibi,& hæc quidem confirmatio.Pro expedi-
tione primę partis oppono, ꝙ papa non debeat confirmare
ſententiam,niſi petatur,vt in l.iiij. §. hoc autem iudicium.ff.
de dam.infect.& no.Inno.in c.ad noſtram,ii. ꝭ. de iureiuran.
Sol.huius timore contrarii glo.intelligit tex.quando fuit peti
ta confirmatio,vnde Bal.hic dicit, ꝙ papa non debet confir-
mare,ſi non ſupplicetur ei, quia ſcriptum eſt petite, & acci-
pietis,ſed D.Abb.dicit hoc eſſe verum de ordinata iuſtitia,ſe-
cus ſi papa ex officio confirmet ſententiam,vel aliud ex ple-
nitudine poteſtatis,quia poteſt hoc facere etiam ſi non peta-
tur,vt in c.ſi motu proprio.& in c.ſi pluribus.de præbẽ. in vi.
In ſecunda parte glo. hæc gl.ponit vnum effectum confirma-
tionis factæ ex certa ſcientia, quia inferior non poteſt de ea
cognoſcere.Sed vide gl.in c.quia diuerſitatem,in ver.ſub for-
3 ma communi. de conceſſ.prębend.quæ dicit, ꝙ † confirma-
tio operatur triplicem effectum, ſi facta eſt ex certa ſcientia.
Primus eſt,quia de nullo efficitur validum. iii.q.vi. hęc quip-
pe.pro hoc facit quod not. glo. ſingularis in c. ad hæc, de re-
ſcriptis.quæ dicit,ꝙ verbum ex certa ſcientia idem importat,
quod de poteſtatis plenitudine,de quo plene dixi in c.i.de trã
ſact.Secundus, quia poſt confirmationem efficitur maioris
confirmans,quam primo. Tertius,quia nullus inferior pote-
5 rit cognoſcere, Sed quærit Ioan.An.an poſſit †peti confirma
tio ſi fuit interpoſita appellatio, vel petita reſtitutio in inte-
grum aduerſus ſententiam,& finaliter dicit,ꝙ ſic,ſi probatur
ꝙ iuſte,& rationabiliter lata ſit,ſcilicet, ꝙ contineat iuſtitiã
extrinſece,vt quia non ſit lata contra ius ſcriptum,& intrin-
ſece valet,ꝙ non ſit lata contra ius litigatoris,ſed But.hoc in
telligit,quando fuit iuſtificata contra appellationem, vel cõ-
tra aliud remedium retractaturum, ante vero iuſtificatio-
nem non poteſt fieri confirmatio. Sed dominus Abbas di-
ſtinguit, quod aut fuit appellatum ad papam, & tunc appel-
latus pendente appellatione poterit petere ſententiam con-
firmari,ſicut enim appellans petit ſententiam infirmari, ita
appellatus poteſt petere illam confirmari, vt in authentica,
ei qui.

ei qui.C.de memp.app.& ii.q.vi.appellatione.& ſic intelligit
Inno.in c.j.in fi. de confir.vtili vel inuti.vbi dicit eſſe indubi
tatum,quod ſententia a qua eſt appellatum poteſt cõfirma
ri,& allegat prędictã authen.ei qui. hoc etiam tenet Bart.in
l.ſi expreſſim.ff. de appel. Aut fuit appellatum ad inferio-
rem a Papa,& tunc cauſa corã eo pendente non debet con
firmari appellatio,ſed debet expectari finis remedii retracta
tiui,ar.in c.ii.de reſti.in integ.vbi Papa noluit,nec confirma
re,nec infirmare electionem,ſuper qua lis pendebat,& idẽ
dicit D.Abb.ſi appellatum fuiſſet ad Papam, & appellatus
pręueniſſet appellationem,& impetraſſet literas ſuper con-
firmatione ſentẽtiæ nulla facta mentione de appellatione,
tales enim literæ tanquam ſubreptitiæ non debent valere,
vt in c.bonæ.de confirma.vtili, vel inuti. ſi autem nulla fuit
interpoſita appellatio,vel fuiſſet deſerta, clarum eſt, quod
a Papa poſſet peti confirmatio,vt vult hic But. & ſupra reci-
taui,& infra tangam in ſequenti q. Secundo quęro, an cõ
6 firmatio ſententiæ † poſſit peti ab inferiore a Papa,ſed Do.
Abb.diſtinguit,quod aut fuit appellatum ad ipſum,& clarũ
eſt, quod appellatus poteſt petere ab eo confirmationem,
ſicut appellans poteſt petere infirmationem , ſeu retra-
ctionem ipſius ſententię,vt probatur in authen.ei qui. C.de
tempo.app.& ii.q.vi. appellatore. aut ſententia tranſiuit in
rem iudi.& tunc licet ſit maius dubium,tamen Innocen.in
c.primo.de confir.vti.vel inutil.Tandem concludit,quod ẽt
hoc caſu poteſt peti confirmatio ſententię, idem tenet Bar.
in l.ſi expreſſim.ff.de appel.& in l.prima. C. quando prouo.
non eſt neceſſ.& operatur iſta confirmatio facta per inferio
rem duos notabiles effectus,vt dicit Innocen.in c.primo.pri
mus, quia ibi ſententia erat nulla confirmabitur per iſtam
ſecundam quæ fuit lata a iudice ſuo ſeruato ordine iuris, ſi
ab ea non fuit appellatum, vel aliter tranſiuit in rem iudic.
Secundus effectus, quia nullus inferior confirmante po-
terit cognoſcere de ipſius validitate,argu.c. cum inferior. de
maio.& obedię.& no.infra c.proximo.ſed ego puto,quod ſi
tranſiuit in rem iudi.quod etiam ſuperior confirmantis non
poſſit ipſum retractare, ſi eſt inferior a Papa, ſed ſi verteret
in dubium,an tranſiuiſſet in rem iudi. vel an fuiſſet lata ſer-
uato ordine iuris poteſt ſuperior illius confirmantis de hoc
cognoſcere,ſed non inferior,& hoc modo intellige D. Ab.
& Innocẽ.in pręal.c.primi. Et ex prędictis ſequitur tertius
7 effectus,quod ſententia nunc erit maioris auctoritatis poſt-
quam fuit confirmata,quia nullus inferior confirmante po
teſt de confirmatione cognoſcere, vnde illi tres effectus qui
ſequuntur ex confirmatione Papę,quos ponit glo in d.c.qa
diuerſitatem.in verbo,ſub forma communi. de conceſ. prę-
ben.ſequuntur etiam ex confirmatione inferioris, ſed dices
forte, confirmatio ergo inferioris operatur tantum, quan-
tum confirmatio Papę,ſed Do Abbas dicit,quod eſt multo
maioris auctoritatis,& roboris ſentẽtia Papę,quia illos tres
effectus conſequitur ſententia Papæ, ſi eſt cõfirmatio facta
per Papã ex certa ſcientia extra iudicium, vnde non eſt ne-
ceſſe,quod pars citetur coram Papam,& quod ibi probetur
ſententiam eſſe rite,& recte latam,quia quando Papa con-
cedit alicui priuilegium,vel reſcriptum nõ eſt neceſſe,quod
pars citetur,vt dicunt Docto.in c.intra quatuor.de maio. &
obedien.de quo ibi dixi,ſufficit confirmatio ex certa ſcien-
tia extra iudicium,vt in c.primo.de tranſac. Confirmatio
8 vero inferioris,†vel operatur,niſi ſit facta in iudicio per viã
contentioſe iuriſdictionis, ita quod ſententia ſumit vim
potius ex præſumptione ſuæ ſententiæ,quam ex ſua poteſta
te,ſeu voluntate,hinc notanter dixit Innocen. quod petens
confirmationem ſententię coram inferiore habet doce-
re,quod iudex qui eam tulit fuit iudex competens, & quod
ordinem iuris ſeruauerit,non autem neceſſe probare, quod
ſit iuſta,quaſi ſentiat,quod pro iuſtitia pręſumatur, argu. de
renunc.in pręſentia.& dicit D.Abb. hęc diligenter not.quia
coram confirmatore non p̃ſumitur iuſtitia proceſſus,ſed iu
ſtitia cauſę, ſic in ca.quoniã contra falſam.de probat.& aſſi
gnat rationem,quia probato,quod ille qui tulit ſententiam
fuerit iudex competens ex cauſa,& ſeruauerit ordinem iudi
ciarium infertur ſententiam fuiſſe, & eſſe validam,ideo iu-
ſte confirmatio peti poteſt, non autem eſt neceſſe probare,
quod fuerit iuſta, quia pręſuppoſito, quod fuerit iniuſta eſt
contra ius litigatoris. Vnde ex quo non fuit appellatum fe-
cit ius inter partes, nec amplius poteſt diſcuti de illius iuſti-
tia,vel iniuſtitia,vt in c.cum inter.in fi. infra eodem. & in l.
res iudicata.ff.de reg.iuris.& in l.ingenuum.ff. de ſtatu hom.
ſed ego hoc intelligo,quando petitur confirmatio poſtquã
ſententia tranſiuit in rem iudi.ſecus ſi ante, puta pendente
appellatione, quia deberet tunc ſententiam oſtendere eſſe
iuſtam,non ſolum rectitudinis proceſſus,ſed etiam ratione
iuſtitię concernentis merita cauſę, iuxta nota. per Barto.
in l.hi qui ad ciuilia.C.de appel.& Do.Abb.hæc no. Ex qui
bus infert ad intellectum citra ꝙ exigitur,quod ſententia la
ta iuſte,& ratio naturaliter, vt per Papa confirmetur ex iu-
9 ſtitia ordinata,†ſed ex plenitudine poteſtatis,poteſt cõfirma
re ſententiam q̃tũcunque iniuſtam, & ſine iudiciario ordi-
ne prolatam,iii.q.vi.hæc quippe.vbi eſt bo.tex.cum glo.no.
etiam glo.8.q.ii.nullus.facit tex. in c. ad petitionem.de accu.
ſed Do. Abb. intelligit in dependentibus a libera poteſtate
principis,& ita loquuntur iura pręalle.ſecus ſi ſententia de
ficeret in iuſtitia naturali,quia per Papã,vel Imperatorem
non poteſt talis ſententia confirmari,nec talis defectus ſup-
pleri,vt eſt tex.no.in clemen.paſtoralis.de re iudi. Sed quę
10 rit Bal.nunquid ſi vaſallus petit † confirmationem feudi ab
Imperatore ex certa ſcientia, nunquid propter feloniam
poteſt priuari feudo per dominum feudi,& Bald.dicit,quod
ſic, quia talis confirmatio debet intelligi ſine pręiudicio al-
terius ,argumen.ff. de vulga.& pupil.l. ex facto.& ideo iuri-
ſdictioni domini feudi non derogatur,ſic & epiſcopus depo
nit prębendatum a Papa,quia non iudicat de priuilegio,ſed
de priuilegiato,& ſic dicit Ioan.An.in c.cum veniſſent.de iu
di.& dicit,quod Cyn. ponit hanc materiam in authen. qua
in prouincia.C.vbi de crimine agi opor.Aduerte, quia ſi in
telligas Bald. quod loquatur de felonia commiſſa tempore
petitę confirmationis ab Imperatore ex hoc infertur,quod
11 †confirmatio ex certa ſcientia non ſupplet defectum crimi
nis, propter quod impetrans erat priuandus iure ſuper quo
confirmationem impetrauit,& per eam non tolletur ius al
teri competens,& iſtud eſt veriſſimum, de quo dixi in dicto
c.primo. de tranſact.& no. bene illud quod ſentit Bald.ſcili-
cet quod confirmatio ex certa ſcientia non tollat ius alte-
rius, item dum Bal.dicit,quod epiſcopus deponit prębenda
tum , quia non iudicat de priuilegio, ſed de priuilegiato in
hoc vult dicere,quod de delicto poſtea commiſſo poteſt pu
niri per ordinarium hoc etiam ſenſit glo. in c. primo.de con
firma vtili,vel inuti.& ibi per Docto.& tangit Inno. in c.ſe-
quen.vbi dicam,& probatur in c.per tuas.de maio. & obed.
vbi dixi.& iſta ſufficiat.

*SVMMARIVM.*

1 *Executor merus de fraude ſententiæ non cognoſcit.*
2 *Executor nullam exceptionem admittere debet.*
3 *Executio ſententiæ eſt delegabilis.*
4 *Delegatus principis, vel ordinarius, an poſſit ſuam exequi ſententiam.*
5 *Nullitas ſententiæ,an poſſit allegari coram eo cui commiſſa eſt executio.*
6 *Excipiens contra perſonam executoris, vel prouidendi, an audiendus ſit.*
7 *Commiſſarius executor eſt iudex, quia multa poſſunt allegari in actu executionis.*
8 *Executor quando cenſeatur habere cognitionem.*
9 *Executio ſententiæ an fienda,quando executio poſt habitam cognitionẽ commiſſa eſt.*
10 *Executor merus nullam habet cognitionem.*
11 *Executor non debet exequi ſententiam quæ conſtat eſſe falſam.*
12 *Executor merus an poſſit inferre violentiam reſiſtendi quo ad actũ executionis explendum.*
13 *Poſſeſſor non eſt remouendus a poſſeſſione ſine cauſæ cognitione.*
14 *Commiſſarius executor an habeat iuriſdictionem,tam ſuper cauſis notoriis,quam non notoriis.*
15 *Executor an poſſit excommunicare poſſeſſorem qui vult probare ſe iuſte poſſidere.*
16 *Executor an cognoſcat de ſubreptione,vel falſitate reſcripti.*
17 *Iudex an poſſit parti vincenti committere executionem ſententiæ, ſ. vt propria auctoritate ingrediatur poſſeſſionem.*
18 *Cognitio cauſæ quando exigatur ante executionem.*
19 *Executio in fructibus præbendæ clerici,quando eſt facienda.*
20 *Fructus beneficiorum an poſſint aſſignari creditoribus.*
21 *Creditor an ex pacto poſſit propria auctoritate poſſeſſionem bonorum debitoris apprehendere.*
22 *Epiſcopus a Papa confirmatus, an coram epiſcopo poſſit de ſimoniaca cõfirmatione accuſari.*
23 *Excommunicati ſunt ipſo facto tam clerici,quam laici,& religioſi qui munus promittunt ex pacto.*
24 *Doctor authenticus atteſtans de conſuetudine, vel de aliqua extrauagãti exiſtentia fidem obtinet.*

CAP. V.

1 DE cætero. Merus executor† ſententię coram quo de fraude excipitur, de fraude non cognoſcit,ſed remittit ſecundum Ioan. An. hoc dicit, & communiter Docto. Sed D. Abb. dicit, quod hoc ſummarium non conuenit literę, quia

quia iſte tex. non loquitur de mero executore, quia merus
2 executor † nullam exceptionem executionis impedituram
admittit, vt ĩ l. ſi vt ꝓponis. & in l. executorẽ. C. de exec. rei iu.
ſed iſte tex. admittit, vt is cui executio committiẽ admittat
exceptionem ad effectum, vt remitatur negocium ad ſupe
riorem, & non, vt ſuper principali pronunciet, vnde ſic ipſe
iudex deputatus ſuper executione ſententię admittit exce-
ptionem fraudis, ſeu nullitatis ſententiæ, non ad effectum,
vt ſuper pronunciet, ſed vt negocium ad ſuperiorem, qui iu
dicauit tranſmittat ſi eum probabilem reperit. In tex. ibi, &
fraus interuenit. i. interueniſſe dicitur. ſimilis expoſitio, de fi-
de inſtrumen. c. ii. Aegidius. Item ibi, inciderint. i. coram exe-
cutore oppoſitę fuerunt Hoſt. Item ibi, ad ſe. apo. quæ dede
3 rat executorem. No. quod executio ſententiæ † eſt delega-
bilis, & hoc eſt indubitatũ, quando princeps delegat, vt hic
quia Papa delegauerat executionem ſententiæ, nam prin-
ceps poteſt delegare ea quæ ſunt meri Imperii. l. j. ff. de officio
eius cui man. eſt iuriſdi. & in l. j. C. qui pro ſua iuriſd. ſed hoc
inferiuribus eſt dubitabile, de iure tamẽ canonico cõmuni
ter tenetur, quod quæ ſunt meri, & mixti Imperii poſſint de
legari, de quo plene dixi in c. quod ſedem. de offi. ordi. Nũ
4 quid autem † delegatus principis, vel ordinari poſſint exequi
ſuam ſententiam, dic vt per Bar. in l. a diuo Pio. ff. de re iudi.
& in c. ſi quis contra clericum. de foro competẽ. & concludi
tur communiter de iure canonico, quod etiam delegatus or
dinarii poſſit ſuam ſententiam exequi. Secundo no. quod
5 nullitas † ſententiæ poteſt allegari coram eo cui eſt commiſ-
ſa executio ipſius ſentẽtiæ, puta qa per falſas allegationes,
vel per falſa inſtrumẽta, vel per falſos teſtes dicitur lata, exe
cutor tamen non poterit pronunciare, ſed hanc quæſtionẽ
coram eo incidentem remittere debet ad ſuperiorem qui
ſententiabit, & interim ſuperſedebit in executione ſenten-
tiæ. dicit tamen Ioan. And. quod ſi executor percipit, quod
exceptio falſi malitioſe coram eo opponatur cauſa differrẽ
dæ executionis, quod fiet executio, & ſalua manet quæſtio
falſi. C. de fal. ii. In glo. D. Abb. reprobat iſtam glo. dum in-
telligit iſtum tex. loqui in mero executore, quia merus exe-
cutor nullam exceptionem admittit, vt in l. ſi vt proponis.
& in l. executorem. C. de execu. rei iud. ſed iſte de quo in tex.
admittit exceptionem, & de eo cognoſcit, non vt pronun-
ciet ſuper principali, ſed vt remittat negocium ad ſuperio-
rem, & hoc probat text. dum dicit, quod non eſt ei facultas
de toto negocio agnoſcendi quæ verba inferunt, quod po-
teſt cognoſcere de exceptionibus, & ad c. & ſi non cognitio,
allegato in glo. pro contrario reſpondet, quod non contra
dicit ibi enim dicitur, quod executor poteſt cognoſcere de
fraude allegata, & ſi fraus interuenerit de toto negocio co-
gnoſcat, vnde põdera, quod tex. dicit, quod de toto negocio
debet cognoſci, ſed non dicit, quod debeat per executorem
cognoſci, vnde glo. in dicto c. & ſi non cognitio. dicit, quod
debet cognoſci de toto negocio per iudicem, & non per exe
cutorem, & ad hoc & allegat illud c. ꝙ idem dicit Bal. in l.
& ſi cognitio. C. ſi contra ius, vel vti. pub. & Barto. in l. a diuo
Pio. ff. de re iudi. & dicit, quod hoc vult hic Innocen. parum
ante finem glo. ſuę. vnde D. Abb. colligendo dicta Doct. hic
& Barto. in dicta l. a diuo Pio. ff. de re iudi. fecit tria membra.
Primum eſt, quando committitur executio alicuius facti
ante omnem cognitionem, & diffinitionem. Secundum
membrum eſt, quando fit poſt latam ſententiam, antequã
diſcutiatur an ſit executio facienda, vel non. Tertium mẽ
brum eſt, quando committitur executio poſt habitam co
gnitionem ſuper executione facienda, vel non facienda. In
primo membro D. Abb. concludit in effectu, quod intelliga
tur commiſſa cognitio. Ex quo enim committens non
cognouit intelligitur commiſiſſe cognitionem, & per hoc
dicit Innocẽ. hic, quod ſi Papa ſcribit alicui, quod prouideat
Petro de tali præbenda, ſi vacat, quod hęc commiſſio habet
cauſę cognitionem, in hoc vt executor inquirat, & cogno-
ſcat, an præbẽda vacet antequam de ipſa prouideat, ſed poſt
quam ei conſtiterit de vacatione remanet merus executor,
quo ad prouiſionem quę non habet cauſę cognitionem, vn
de ſecundum eum, ſi quis vellet obiicere contra perſonam
executoris, vel contra perſonam illius cui eſt prouidendũ
6 non eſt excipiens † audiendus, allegat no. in ca. propoſuit. de
conceſſ. præben. ſed Hoſtien. & glo. in c. paſtoralis. §. quia ve-
de offi. delega. in hoc vltimo tenent contrariũ, quia talis exe
cutor non eſt merus, ſed eſt mixtus cum Papa non ſit infor-
matus de perſona cui mandat prouideri, nec de perſona cui
prouiſionem faciendam commiſit, nec dę qualitate benefi
cii, & ideo contra perſonas tam impetrantis, quam executo
ris omnes exceptiones poteſt admittere, quia talis eſt mixtꝰ,
& non merus executor, & de hoc plene dixi in c. fina. de præ
ſump. fallit tamen illud dictum in executore cui committi-
tur nudum miniſterium, puta prædicare, vel abſoluere, vel
quid ſimile, nam tunc nulla iuriſdictio committitur, vt eſt
tex. in c. fi. §. vltimo. de offi. delega. & in talem commiſſariũ
non tranſit coertio acceſſoria, etiam ſi non poſſit aliter
exequi miniſterium iniunctum, puta prædicare, vel abſolue
re, vel quid ſimile, nam tunc nulla iuriſdicto committitur,
vt eſt tex. & hoc tenet Hoſtien. & Ioan. And. in dicto c. fin. li
cet gl. teneat contrarium ibi, & in c. ex literis. eodem titu. de
quo vide in dicto c. fi. & per hoc dicit Do. Abb. quod talis eſt
nudus executor, & quod non debet admittere aliquam exce
ptionem, niſi forte ſit nouiter orta, vel antiqua, & oculta
per mandantem, non cõſiderata, per tex. no. in l. ſi hominẽ.
ff. manda. facit quod no. gl. xxv. q. ii. c. & ſi non cognitio. In
ſecundo autem membro principali, ſcilicet quando com-
miſſio fit poſt ſententiam ante cognitionem habitam ſuper
executione facienda, vel non facienda, & in hoc Barto. facit
tres caſus in dicta l. a diuo Pio. & D. Abb. hic. Primus eſt,
quando iudex poſt ſententiam alteri commiſſit executio-
nem. Secundus eſt, quando recurritur pro ſnĩæ executio-
ne ad ſuperiorem, vt quia inferior non poteſt eam exequi,
puta ſi arbiter, vel delegatus ordinarii ſententiam tulerit.
Tertius caſus eſt, quando per ſtatutum loci aliquis eſt de-
putatus ad executionem ſententiarum. In primo caſu, ſcili-
cet quando iudex, qui tulit ſententiam alteri commiſit exe
7 cutionem, dicit Bar. quod commiſſarius † eſt iudex, & quod
multa poſſunt allegari in actu executionis, vt in l. a diuo
Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. eo. & hic, & in l. & ſi non cognitio. &
ibi per Bal. C. ſi contra ius, vel vti. pub. facit quod no. Innoc.
in cap. cum ſuper. infra eodem. vnde commiſſarius hoc caſu
ſuccedit loco iudicis, & quicquid poterit opponi coram iu-
dice, qui tulit ſententiam poterit etiam opponi coram iſto
executore, & hoc finaliter tenuit hic Innocen. licet referat
alias opin. ſed dicit D. Abb. hoc eſſe tenendum. dicit tamen,
quod ſi opponeretẽ exceptio concernens iniuſtam ſenten-
tiam, & non nullitatem non deberet executor ſuperſedere,
etiam ſi ſciret eam eſſe iniuſtam, quia fecit ius inter partes,
ex quo tranſiuit in rem iudic. vt in dicto c. paſtoralis. §. quia
vero. de officio delega. dicit tamen, vbi Inno. ſe non conſu-
lere executoribus criminalium cauſarum, vt in perſonam
condemnati pœnã exequantur, ſi cognoſcunt illam iniuſte
latam, refert tamen alios dicere contrarium, argu. cap. cum
miniſter. 22. q. v. de quo plene habetur per Docto. in dicto §.
quia vero. & plene dixi in c. primo. de offi. ord. In ſecundo
autem caſu, ſcilicet quod recurritur ad ſuperiorem pro exe
cutione ſententiæ in deffectum iuriſdictionis, puta quia ar-
biter, vel delegatus inferioris a principe tulit ſentẽtiam quo
caſu recuritur ad ordinarium, vel ad delegantem pro execu
8 tione, & hoc caſu abſque dubio talis † executor habet om-
nem cognitionem, quæ requiritur in executione, vt dicta l.
a diuo Pio. & dicit D. Abb. quod iſti tales, tanquam ſuperio-
res poterunt pronunciare ſuper nullitate actus, argumen.
optimum in c. cum ab eccleſiarum. in fi. de offi. ordina. ſunt
enim iſti pronunciando functi officio ſuo, & idem dicit ſibi
videri quando inferior tulit ſententiam, puta archidiaco-
nus habens iuriſdictionem pro cuius executione recurritur
ad epiſcopum tanquam ad ſuperiorem, & dicit, quod nota
biliter hoc firmauit Spe. in titu. de execntione ſententię. §. vi
dendum. ver. vt autem. & ſequitur hic Bu. dicens ſic putare
hoc procedere etiam ſi inferior poſſet exequi, ex quo ſupe
rior illius aditur pro executione, nam inferior poteſt exequi
per iuriſdictionem quam habet, ſed pro maiori iuriſdictio-
ne ſolet recurri ad ſuperiorem, de quo Do. Abb. ſe remittit
ad plene no. in c. ſi quis contra clericum. de foro competen.
& ſubdit D. Abb. quod iſte ſuperior poteſt cognoſcere de re
tractatione ſententię per viam reſtitutionis in integrum, vt
dicit Spe. in loco pręal. facit ca. pen. de reſtitu. in integrum. &
quod no. in dicto c. cum ab eccleſiarum. de offi. ordina. In
tertio vero caſu, ſcilicet quando per ſtatutum ciuitatis com
mittitur alicui executio ſententiarum, & iſte poterit agno-
ſcere ſuper executione facienda circa res, ſeu bona condem
nati, in quibus eſt facienda executio ſecundum Bar. & hoc
probatur in dicta l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. & §. ſequen.
ff. eo. poterit etiam congnoſcere ſecundum Bart. de excepti.
quæ non infringunt ſententiam, ſed ſolum executionem
moderãtur, vt eſt exceptio, ne quis exigatur vltra quam fa-
cere poſſit; & ſimiles, de his enim exeutor, & cognoſcere, &
pronunciare poteſt, vt in l. penul. ff. de confeſ. ſecus in execu
tionibus, quæ reſpiciunt merita cauſæ principalis, & Barto.
ponit exemplum de exceptionibus, de quibus habetur in
l. prima. C. de iu. & fact. igno. puta quia dicit, quod debet ex-
cuſari ab ignorantia iuris ex ſpeciali priuilegio, nam de iſtis
nõ poteſt cognoſcere executor, ſed debet remittere ad prio-
rem iudicem, vt dicta l penul. ff. de confeſ. de exceptionibus
vero

vero,qui directe veniunt contra ſententiam, & eam impugnāt,vt eſt exceptio nullitatis,vel falſorum inſtrumentorū, & ſimiles,& in his glo.in dicto c.paſtoralis. tenet, quod executor poteſt de his cognoſcere ad finem , vt ſuperſedat interim in executione,& remittit ad ſuperiorem, non autem vt ſuper illis pronunciet,& hoc etiam voluit gloſ. hic,& idem tenuit Specu.in titu.de executione ſententiæ.§.ii.verſi.vt autem.& Bar.in l.a diuo Pio.& allegat pro caſu iſtum tex.& l. ſi prætor.§.Marcellus.ff.de iud.& per hoc potes videre,quod non eſt differentia, an committatur executio ſententię per ſuperiorem , vel an per ſtatutum loci deputetur aliquis iudex ad executionem ſententiarum, vnde quæ dixi in primo caſu habet etiam locum in iſto, & econuerſo. Et ex hoc ſequitur,quod iſte tex.eſt intelligendus, quando committitur executio ſententiæ,ante habitam cognitionem , an ſententia ſit exequenda, vel non. In tertio autem membro prin
9 cipaliter ſcilicet quando † executio ſententiæ committitur poſt habitam cognitionem,an executio ſententiæ ſit fienda vel non,puta ſi iudex examinatis exceptionibus quæ opponebantur contra ſententiam,ipſis non obſtantibus commiſit executionem fieri,& iſte ſecundum Bart. vocatur merus
10 †executor,& nullam habet cognitionem,vt dicta l.ſi vt proponis.& in dicta l.executorem.C.de execu.rei iudi.& eſt ratio,quia ex quo omnis cognitio præceſſit videtur mera executio commiſſa, & hoc modo ſecundum Bar. cognoſcitur merus executor,idem ſequitur Bu.hic dicens,quod iſte talis nullam poteſt exceptionem admitterre, idē ſentit hic Bal. in fi.dicit enim,quod ille dicitur merus executor, qui ex arbitrio ſuo nihil facit,nec facere poteſt,ſed alius per ipſum facit tanquam per nuncium,& miſſum, vnde ipſe faciens nullam habet auctoritatem, ſed faciendi iniunctam neceſſitatem,allegat dicta l.ſi vt proponis.C.de execu. rei iudica.& l. qui Romæ.§.Callimachus.ff.de verborum oblig.& l. pater. ff.de manumi.teſtamen.vindi.& idem tenet Bald. in dicta l. & ſi non cognitio.vbi dicit, quod talis executor non poteſt exceptionem aliquam admittere,glo.tamen 25.q.ii. & ſi nō cognitio.dixit,quod quantumcunque executio ſit mera,tamen ſi euidens ſit ſententiam eſſe nullam , vt quia conſtat eam eſſe latam per falſa inſtrumenta,vel per falſos teſtes nō
11 debet executor† eam exequi,& hoc placet domino Abb.q; ſi euidens ſit ſententiam eſſe nullam non excuſatur quis auctoritate iudicis,vt l.meminerint.C.vnde vi.& in l.iuſte.cum ibi no.per Bar.ff.de acquiren.poſſeſſio.dicit tamen,quod forte in caſu noſtro poſſet dici contrarium ex quo habita fuit cognitio ſuper executione facienda,ſed dicit, quod euidentia facti debet præualere, argu.viii.de veritate. & in cap.euidentiam.infra de accu..dicit tamen,quod poteſt diſtingui,ꝙ aut pręſentibus partibus poſt latam ſententiam pronunciauit diſcuſſum fuit de nullitate, & in ſententiam exequendā non obſtantibus exceptionibus,& talis pronunciatio tranſiuit in rem iudi.& tunc amplius non poteſt excipi de nullitate argumen.in l.prima.ff.quæ ſenten. ſine appel.reſcin.& optime facit quod no.glo.in ſimili in c.licet cauſam. in princip ii.glo.ſupra de probat. Aut nulla ſententia fuit lata,& tūc dicit,quod iſte executor debet abſtinere ab executione non ratione iuriſdictionis,quam habeat, cum nullā habeat,ſed quia non meretur dici ſententia ex quo eſt nulla.l.iii. §.condemnatum.ff.eodem.facit quod no.Innocē. in c. ſi quando. ſupra de offic.delega.vbi Do.Abb.aliquid tangit de materia poſt eum,& pro hoc facit,quod no.San.Thom.ii.ii. q. lxiiii. art.vi.in fi.vbi dicit,quod miniſtri iudicis non debent ei obedire,ſi eius pręceptum continet manifeſtam iniuſtitiam probatur in cap.quid culpatur.23.q.prima.& ex his omnibus infert D.Abb.contra intellectum huius glo. quę intelligit iſtū tex.in mero executore ,quia non poteſt dici merus executor ex quo poterat cognoſcere de exceptionibus oppoſitis contra ſententiam ad finem referendi eas ad ſuperiorem. ideo iſte text. debet intelligi de executore dato ad exequendam ſententiam ante habitam cognitionem,an ſententia ſit exequenda,vel non,ſed circa iſtum merum executorem,D.Abb. format nonnullas quęſtiones. Prima eſt,an merus executor
12 †poſſit inferre violentiam reſiſtendi quo ad actum exequēdi ſententiam explendum,& Ange. in dicta l. a diuo Pio.dixit,quod non,allegat Innocen.in cap.cum olim.ii.in verbo, per portarium.infra de priui.ſed D.Abb.dicit,quod Innocē. non loquitur,ita ſimpliciter imo ſi ponderetur quo ad hūc caſum ſentit oppoſitum.loquitur enim primo Innoc. quando commiſſum fuit ſimpliciter alicui nuncio, vt mittat aliquem in poſſeſſionem alicuius rei nulla pręcedente ſententia ſuper illa re,quo caſu dicit Innocen.quod non debet iſte nuncius violentiam inferre partibus , quia ad hoc officium ſuum non extenditur,præceptum enim ei factum debet intelligi de poſſeſſione vacante,ideo dicit, quod etiam abſente poſſeſſore non debet alium in poſſeſſionem mittere , qa non debet alium priuare poſſeſſione ſua,cum ipſe non ſit iu
13 dex, nec ſine cauſæ† cognitione quis ſit remouendus a ſua poſſeſſione.l.fi.C.ſi per vim,vel alio modo. oportet ergo ſecūdum eum vt primus poſſeſſor prius poſſeſſionē reſignet, vel verbo,vel auctoritate iudicis,inde expellatur, & hoc eſt verum ſecundum eum, niſi partibus pręſentibus ſententia lata fuiſſet contra poſſeſſorem , tunc enim ſecundum eum ſatis videtur,quod viator , vel nuncius poſſit dare poſſeſſionem rei,quam alius poſſidet,maxime ſi poteſt fieri ſine violentia,& dicit Do. Abb.ponderanda eſſe hęc vltima verba, dum dicit maxime ſi ſine violentia fieri poteſt,ex quo clare ſentit,quod etiam violentiam inferre poteſt,quia dictio maxime importat idem in caſu contrario,vt dicit glo.in c.auditis.in verbo,maxime.de elect. & ſic vult Innocen. quod aut fuit mandatum nuncii ante cognitionem cauſę,vt aliquem mittere in poſſeſſionem,& in dubio debet intelligi de poſſeſſione vacante,argumen.in c.cum noſtris.de conceſſi. prębē & de priui.dudum.& de deci.c.ii. Aut fuit deputatus nuncius poſt latam ſententiam pręſentibus partibus,& tunc videtur deputatus ad mittendum actorem in poſſeſſionem rei,quam poſſidet reus, vnde violentiam inferre poteſt poſſeſſionem tradere,& pro hoc facit optime l.qui reſtituere.ff. de rei vendi.& l.prohibitum.C.de iure fiſci.lib.x.in quibus dicitur,quod quando reus nō vult reſtituere poſſeſſionem ſuper qua eſt lata ſententia contra ipſum per iudicem , quod debet ei auferri poſſeſſio manu militari,& dicit Do.Abb.ꝙ hoc modo poteſt ſaluari glo.in c.ex literis.& in ca.fi.de offic. delega. quę habet, quod merus executor habet coertionem, nam ſi intelliguntur de coertione facti poſſunt illę gl. procedere facit l.ad rem mobilem.& l.ad legatum. ff.de procurato. Secunda eſt quęſtio,quid ſi fuit ſcriptum alicui,vt daret impetranti poſſeſſionem amoto quolibet illicito detentore,an talis executor habeat iuriſdictionem , & Innocē. in præal.c.cum olim.refert duas opi. Vltima eſt, quod ha
14 beat iuriſdictionem†tam ſuper cauſis notoriis, quam ſuper non notoriis dumō ſeruet ordinem iuris,alle.no.in c.epi.de re.ec.non ali.& hoc placet D.Ab.ſi commiſſio fuit facta ante ſniam,& ante cognitionem ſuper executione, quia tantis eſt iudex,& ad hoc alle.glo.in d.c. paſtoralis.§.quia vero. de of.delega.ſecus dicit ſi præceſſiſſet ſnīa, & cognitio ſuper executione facienda,quia tūc eſſet merus executor ,vt ſ. dictum eſt. Quid autem ſi apponatur clauſula ꝯdictores appellatione poſt poſita compeſcendo, nunquid ſi poſſeſſor
15 vult probare ſe iuſte poſſidere,poſſit executor †eum excommunicare,vel ſuſpēdere,& gl.no.in c. pro illorum.in verbo dictores.de pręben.dixit,ꝙ non,quia illud verbum ꝯdicto
a res,intelligitur de his,quę ꝯdicunt de facto non de iure. [a] & pro hoc Inn.no.in c.j.ī ii.col.ver.per hoc autem prouidetur. de conceſ.prębē.in vi.vbi dixit,ꝙ ſi executor mandat poſſeſſori ſub pęna excommunicationis,vt poſſeſſionem relaxet, & ꝙ elapſo termino pręfixo in mandato ſit excommunicatus talis excommunicatio non tenet, quia non habet iuriſdictionem ſuper poſſidentem,niſi indebite contradicat. Poſſeſſor autem non indebite contradicit executori,uolenti dare poſſeſſionem ſine cauſę cognitione, unde ex quo excommunicatio non tenet,& ex hoc ſequitur,ꝙ ſi Papa mandat executori,ut tradat poſſeſſionē talis beneficii amoto quolibet illicito detentore,contradictores appellatione poſt poſita compeſcendo,ꝙ non tenet excommunicatio lata cōtra poſſeſſorem antequam ſit cognitum , an iuſte,uel iniuſte poſſideat,& hoc tene menti. & hoc modo declara dictū
b Innocen.in dicto c.cum olim.[b] Tertia quæſtio eſt, an ille cui

ADDITIONES.

a ¶Idem dicit Ale.no.in c.veniens.§.i.ii.col.c.fi.de ſpon.

a ¶Adde,quod talis clauſula non dat iuriſdictionem cognoſcendi de his quæ requiruntur altiorem indaginem.Bald.conſi.336.iii.volumi.& vide Felin.hic in ii.colum.ver.ad illud.& D.Abb.in c.pro illorum.de præben.Quod hic dicit D. Alex.

Item adde,quod per clauſulam,cæterorum,datur tantum nudum miniſterium,Rota in ti.de reſcriptis. in nouis, incipit,ſi in communi forma pauperum.vide pro hac clauſula,amoto,per D.Ab.in c.cum Bertoldus. ix.colum.& ſequen.infra eodem.adde Do. in c.ſi pauper.de præben. in vi.qui dicit,quod ille qui poteſt inducere,& monere non poteſt aſſumere partes iudicis,nec habet iuriſdictionem,niſi additum ſit, & compellas,in clauſula cæterorum, non eſt huiuſmodi verbū, & compellas igitur non habet iuriſdictionem,quod no. Lud.Rom.conſilio 482.incipiente,omnipotentis Dei.in caſu præmiſſo.Et quod executor non habeat iuriſdictionem ,patet,quia ab eo non appellatur , ſed a delegato, D.Abb.in c.cum in iure.ii.col.in prin.verſ. quæro.de of.deleg.

Item merus executor poteſt admittere exceptiones, ſed nō ſuper eis iudicare,Phi.in c.j.in fi.de excep.in vi.glo.in c.a. & ſi legati.xxv.q.ii. item clauſula moneas,& inducas non importent præciſam coactionem,Alc. Ne.in c.ii.in no.de ſpon.

19 cui†committitur executio poſſit cognoſcere de ſubreptio-
ne,vel de falſitate reſcripti,ſi coram eo opponitur, & Inno.
hic diſtinguit, & Do.Abb. clarius poſt eum, vnde dic,quod
aut loquimur de executore mixto, aut de executore mero
capiendo proprie merum executorem.In primo caſu dicit,
quod abſque dubio poteſt cognoſcere de exceptione ſubre
ptionis,& falſi reſcripti,& etiam iudicare,ar.optimum in c.
cum olim.ſ. eo.;probatur in d.l.& ſi non cognitio.Iſte enim
eſt iudex in actu executionis,vt ſupra dictum eſt. Vnde po-
teſt cognoſcere de poteſtate ſua, & etiam pronunciare ſe eſ
ſe iudicem,vt in c.ſignificantibus.de offi. dele. & in clemen.
j.de reſcrip. In ſecundo caſu.ſ. quando loquimur de mero
executore capiendo merum executorem proprie, vt ſupra
dictum eſt,& tunc diſtinguit Do.Abb. quod aut alius iudex
commiſit executionem narrando ſententiam fuiſſe latam.
& cognitionem eſſe habitam ſuper executione, & dicit ſe-
cundum Innocen.quod executor poteſt cognoſcere,& inte
rim retardabit executionem, quia itelligit clauſula ſi ita eſt,
vt in c.ii.& in ca.ab excommunicato.de reſcrip. Aut idem
iudex qui tulit ſententiam hoc commiſit, & tunc ſecundũ
Innocen. nõ poteſt cognoſcere de ſurreptione,vel falſitate,
vt in dicto c.ab excommunicato.ſed D.Abb.dicit, quod nõ
poteſt cognoſcere per viam iudicii cum nullam habeat iu-
riſdictionem,vt in d.l.fin. vt proponis.& in d.l.executorem,
ſed bene extraiudicialiter ad ſui inſtructionem ad effectum
vt exequatur,vel ſuperſedeat,arg.in cum contingat.de reſcri
ptis.idem videtur ſentire hic Bald.dicit enim Innocen.dice
re,quod executor cognoſcit de obreptione mandati, ſed nc
de obreptione negocii.Sed ipſe dicit,quod ſi non habet iur
ſdictionem,non eſt cognoſcere,ſed etiam quoddam inueſt
gare.ff.depoſi.l.ſi quis inficiatus.& l.prohibitum. C. de iur
fiſci.lib.x.& dicit Bald.no.eſſe verba Innocen. dum dicit, q
coram executore non eſt neceſſe probare, quod ſententi
fuerit lata ſeruato ordine iudiciorum,quia dummodo con
ſtet de iuriſdictione committentis executor debet præſu
mere omnia ſolenniter fuiſſe acta,infra de confirma.vti.ve
inuti.c.primo.in fi.quod dicit eſſe no.dignum. Sed ego ho
intelligo,niſi pars contra quam eſt lata ſententia offerat ſ
probare contrarium.Tunc enim executor ſuper hoc debe
recipere probationes ſaltem,vt referat ſuperiori,ſi eſt exec
tor omnino merus, vt ſupra dixi. Quarta quæſtio eſt, a
17 iudex poſſit parti vincenti†committere executionem ſent
tiæ,ſcilicet vt vadat propria auctoritate, & poſſeſſionem i
grediatur,& glo.in l.meminerint.C.vnde vi.tenet, quod ſi
& pro illa bene facit l.eum qui.§.ſi epiſcopalia.ff.de fur. vt
patet, quod in facto proprio quis poteſt conſtitui nuncius
& hoc tenet hic Bu.in c.j.de iudi.vt no.in ca.dilecti. de dol.
& contu.Contrarium ſenſit glo.in l.iuſte.ff.de acquiren.p
ſeſſio. ſed communis opi.Legiſtarum,& maxime Barto.e
quod hæc facultas poſſit dari parti,dummodo non reperia
reſiſtentes,alias ſecus ne detur materia generandi ſcandal,
argu.l.non eſt ſingulis.ff.de regu.iur.ſed D.Abb.dicit hoc
verum in caſu in quo mera,& nuda executio fieri debet,
cus ſi oporteret adhiberi cauſæ cognitionem, quia non
bet quis conſtitui iudex in cauſa propria,vt in l.vna.C.ne q
18 in ſua cauſa ius ſibi dicat. Exigitur autem cauſæ†cognitio
quando in rebus ſuper quibus eſt lata ſententia,oportet fieri
executionem,vt in actione perſonali, vt dicta l.a diuo Io.
no.Innocen. in c.cum ſuper. hanc notabiliter dicit Innocẽ.
in c.ex ratione.de appella. quod etiam citatio non exigitur,
quod eſt no.& ibi dicam, & dicit hic Bal.in princip.quando
ſententia lata eſt contra clericum nomine proprio non po-
19 teſt fieri executio†in fructibus præbendæ,niſi prius diſcitiã-
tur bona eius patrimonialia, & reperiantur non ſufficere,
idem dicit Bar.in l.commodis.ff.de re iudi. hoc tamen intel-
ligit,niſi clericus conueniretur nomine eccleſiæ, quia tunc
in bonis eccleſiæ eſſet facienda executio, vt quia cã eſt eccle
ſię,& non clericis. Vtrum tamen ſit verum, quod fructus
20 bonorum†poſſint aſſignari creditoribus, quando bona cle
rici non ſufficiunt, vide per Docto. in c.peruenit.de fideiuſſ.
dixi in c.veniens.de tranſact An autem ex pacto poſſit in
21 duci inter debitorem,& creditorem,vt liceat creditori†pro
pria auctoritate poſſeſſionem bonorum debitoris apprehẽ
dere pro ſatisfactione debiti,& de hoc eſt text. quod ſic in l,
iii.C.de pig.& hoc firmat ibi Barto.dummodo non reperiat
reſiſtentem, alias non valeret pactum ratione prædicta,ne
ſit cauſa ſcandali,l.conuenire.ff.de pac.do.& hoc eſt verum
ſecundum eum, niſi debitor conſtituiſſet ſe precario nomi-
ne poſſidere,quia tunc cum poſſeſſio ſit translata in credito
rem,l.certe.ff.de precario.potuit intrare in poſſeſſionem, &
reſiſtente debitore, quia tunc dicitur potius poſſeſſionem
ſuam defendere,quam violẽtiam inferre, quod dicit D Ab,
eſſe no. Vltimo quæro de nota. qõne, quã ponit hic Inn,

22 quidam electus in † epiſcopum obtinuit confirmationem
a Papa,demum denunciatur coram archiepiſcopo,quod ſi
moniace illam confirmationem obtinuit, puta quia dedit
pecuniam alicui ex familiaribus Papę pro ea confirmatio-
ne obtinenda,an poſſit coram eo de hac ſimonia accuſari;
& Innocen.dicit,quod ſic, dummodo non agatur ad pœnã
depoſitionis,nec petatur infirmari, quod factum eſt per Pa-
pã,quia in examinatione ipſius cauſæ Metropolitanus eſt iu
dex vſque ad ſententiam depoſitionis,quam non poteſt fer
re.Ro.Pon.in conſulto.iii.qõ. vi.accuſatus.& c.ſequen.ſecus
ſi ageretur de confirmatione vtrum fuerit iuſta, vel iniuſta,
quia tunc non poſſet agi,niſi coram illo; qui confirmauit,
vt in c.j.& ii.de confir.vtili.vel inuti. & hoc dictum commu
niter ſequuntur Docto.& dicit D.Abb. dicit hoc dictum be-
ne no.pro quo allegat glo.in d.c.j.de confir.vti.vel inuti.quę
dicit, quod licet inferior non poſſit cognoſcere de validita-
te confirmationis,ſeu rei per ſuperiorem confirmatę,poteſt
tamen de crimine commiſſo per obtinentem confirmatio-
nem cognoſcere,& punire,quia hoc non tangit vires cõfir-
mationis, non enim per confirmationem eximitur a pote-
ſtate ſui iudicis,vt in c.per tuas.de ma.& obedi.facit optime
illud quod dixi poſt Bald.in c. pręcedenti. Et ex hoc infert
D. Abb. quod contra epiſcopum confirmatum ſimoniace
poteſt agi etiam ad depoſitionem,dũmodo diffinitio reſer-
uetur Papæ, & in agitatione cauſę ſeruetur numerus epõ-
rum,de quo dictum eſt in c.non poteſt.ſ.eodem. ſed Innoc.
cuius eſt hoc dictum ſolum dicit,quod Metropolitanus po-
teſt cognoſcere,dummodo diffinitio reſeruetur Papæ, & ſic
videtur ſentire, quod non requiratur numer⁹ epiſcoporũ ĩ
examinatione cauſę,quando agitur ad depoſitionem ab epi
ſcopatu,& cum eo tranſeunt Ioan.And.& Butri.hic.Nec ob
ſtãt iura, quæ requirunt numerum epiſcoporum, quia lo-
quuntur, quando agitur ad degradationem ordinis epiſco-
palis,& hoc no.quia D.Abb.non conſiderauit dictum Inn.

Cõtra alium vero prælatum inferiorem poteſt agi ad de-
poſitionem,& priuationem non obſtante cõfirmatione ra-
tione prędicta,& ſubdit D.Abb.quod hodie excommunica
23 ti ſunt ipſo facto†clerici,& religioſi,& etiam laici vtriuſque
ſexus qui promiſſionem,ſiue munus aliquod ex pacto fece-
rint,vel receperint,ſeu donauerint pro aliqua gratia, vel iu-
ſtitia obtinenda apud ſe.apoſt. a qua præterquam in mortis
articulo,niſi a Papa abſolui non poſſunt,& gratia ſic obtẽ-
ta eſt ipſo iure nulla. ſimili ſententia inuoluuntur, qui ſciẽ
ter tali gratia vtuntur,& etiam illi qui ſcientes aliquem cul
pabilem infra tres dies Papę non reuelauerint,vel alicui qui
fideliter hoc referat Papæ, & hęc habentur in extrauaganti
Bonifacii.viii.quę incipit excommunicamus,& anathama-
tizamus.& hoc tene menti.quia D.Abb.hic facit mentionẽ
de dicta extrauaganti,ex quo redditur magis authenti.iuxta
theoricam Barto.in l.de quibus.ff.de legib. qui dicit eſſe cre
24 dendum vni † Doctori authentico atteſtanti conſuetudinẽ
eſſe,vnde pari ratione eſt credendum,ſi atteſtetur de aliqua
extrauaganti,& iſtam extrauagantem ego habeo, & multi
alii;ideo tene menti.

ADDITIO.

Item vbi eſt clauſula amoto quolibet illicito detentore &c.non citatur aliquis,& teſtes examinantur nullo vocato, Inno.in c.olim.in fi.j.colu. de accuſa.per Barba.in conſilio 56.vbi vide pleniſsime.Et executor per clauſulam contradictores &c. non tantum habet iuriſdictionem inter partes,ſed etiam in extraneos,D.Abb. in c.pro illorum. ſuper glo. ii.de præben.item quantum durat illius iuriſdictio,ibidem.

Item executor ſentẽtię in dignitate conſtitutus poteſt taxare fuctus,in quibus non condemnatur aduerſarius, ſecus ſi non fuit in dignitate cõſtitutus.Do.de Rota titu.de reſcriptis. in nouis,incipit,fuit dubitatum. xiii.col.in fine.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Pignus prætorium non ſufficit vt adiudicetur poſſeſſio.*
2 *Pignus tradere non ſufficit,ſi poſſeſſio eſt tradenda.*
3 *Poſſeſsio non transfertur per ſolam adiudicationem per ſententiam, niſi actualiter fiat immiſſio.*
4 *Soluere non intelligitur offerens pignora.*
5 *Poſſeſſio corporalis datur.*
6 *Poſſeſſio corporalis generat gaudium.*
7 *Feudum dicitur beneuola actio.*
8 *Poſſeſſio an transferatur per inueſtituram.*
9 *Verba non ſufficiunt vbi opus eſt facto.*
10 *Pignus prætorium dicitur,quando iudex mandat dari pignus.*
11 *Poſſeſsio regulariter non acquiritur,niſi animo,& corpore.*
12 *Pignus conuentionale eſt quod nuda conuentione conſtituitur.*
13 *Differentiæ inter pignus prætorium,& conuentionale.*
14 *Hypotheca dicitur,quando poſſeſſio non tranſit in creditorem.*
15 *Pignoratitia actio,& directa,& contra eſt.*

16 *Statuta*

16 *Statuta loquentia de hypotheca non habent locum in pignore.*
17 *Decretum iudicis de mittendo in poſſeßionem quanto tempore duret.*
18 *Nuncius an mitendo in poſseſſionem vnius rei cenſeatur totam poſseſſio nem tradidiſſe.*
19 *Poſſeſſio per aſpectum transfertur in his rebus quæ propter magnitudi tudinem moueri non poſſunt.*
20 *Paria ſunt poſſeſſionem tradere, vel oculo oſtendere in præſentia rei.*
21 *Poſſeſsio apprehenſa per vnum ex creditoribus prodeſt & aliis.*
22 *Poſſeſsio non acquiritur regulariter ſine traditione.*
23 *Poſſeſsio aliquando ponitur pro ipſa re.*
24 *Libellus in executione offertur quando petitur executio coram alio iudice.*
25 *Reus an perdat dominium per ſententiam ſuper re latam.*

## C A P. VI.

CVm aliquibus. Hęc decre. duob. mo
dis poteſt ĩtelligi. Pri
mo, quod loquitur in pignore prætorio, puta cũ
prætor, vel iudex propter contumaciam rei po-
nit verbaliter actorem in poſſeſſionem rei peti-
tæ in actione reali, vel aliorum bonorum ipſius rei, in actio
ne perſonali. & intentio huius literæ eſt, quod ad cauſandũ
pignus prætorium, ad hoc vt iuſſus poſſideat non ſufficit de
cretum iudicis, ſed requiritur, quod actualiter mittatur in
poſſeſſionem, & iſtum intellectum ſenſit gloſſ. ſecundum
1 quam. hoc dicit. non ſufficit ad pignus† prætorium, vt proba
biliter adiudicetur poſſeſſio, niſi actualiter fiat immiſſio.
Secundo modo intelligitur, quod res fuit adiudicata iure
communi, & reus pro executione ſententiæ vult dare aliqđ
pignus, & non ipſam rem ſaltem de præſenti, hoc autem nõ
ſufficit, vt dicit tex. & ſecundum hunc intellectum, hoc dicit.
2 Non ſufficit reo† condemnato ad reſtitutionem poſſeſſio
nis tradere pignora pro ipſa poſſeſſione, & iſte ſecundus in-
tellectus magis mihi placet. quaſi primus, quia primus non
conuenit literæ, quia iſte text. vult facere differentiam inter
traditionem poſſeſſionis, & traditionem pignorum, vnde
non conuenit iſte intellectus, quia quando agitur de pigno-
re prætorio eſt queſtio, quo modo acquiratur poſſeſſio pi-
gnoris prætorii, vnde fruſtra videtur quæri an ſufficiat dari
pignora, niſi dicas, quod non ſufficiat ad enitandum pignus
prętorium dare pignora, cuius rei, vel aliarum rerum. No
ta primo ſecundum intellectum, quod per ſolam ſententiã
3 † adiudicationis non transfertur poſſeſſio, niſi actualiter fiat
immiſſio in poſſeſſionem, ad hoc iii. qõ. prima. §. ſed notan-
dum. Secundo no. ſecundum eundem intellectum, quod
non ſufficit aliquem eſſe paratum ad dandum pignora, quã
do contra eum eſt lata ſententia adiudicationis rei, ſed eſt
neceſſe, vt actualiter detur poſſeſſio rei adiudicatę, intelligit
Ioan. An. iſtum tex. ſiue fuerit res adiudicata per ſententiam
interlocutoriam, ſiue per ſententiam diffinitiuam. Et ex
4 hoc tex. infert Bal. quod condemnatus† non intelligitur ſol-
uere, licet offerat pignora, & ex hoc dicit, quod ſi aliquis eſt
trans.c.fi.& hęc exempla ponit hic Hoſ.quid dicit,quod in
dubio potuit iudex debet admittere partem contra talem
ſententiam,quã repellere,alle.no.in c.cum ſpeciali.§.fi.ver.
exceſſu quoque.ĩ.de ap.& ita etiam tranſeunt Io.An.& Bu.
& placet D.Abb.quia agitur ad peccatum vitandum vnde
19 in dubio†tutior pars eſt amplectenda, de ſponſ. iuuenis.&
quod no.glo.in cap.vno.de ſcru. In glo.vlt.hæc glo.bene
dicit,ſed contra ipſam opponitur, nam videtur,quod non
potuit dici litigioſa,ex quo cauſa erat finita per ſententiam
a qua non fuerat appellatum,vt patet in prin.huius c.Hoſt.
ſoluit dicens,quod poteſt dici litigioſa, quia citatio viri fa-
cta fuit antequam deſponſaret ſecundam:& ideo dicitur lis
pendere,& quaſi litigioſa eſſe,de ap.ſuggeſtum.de of.deleg.
licet.nec obſtat ſententia,quia hoc caſu non tranſit in rem
iudi.vt ſæpius dictum eſt,& de hoc facit cle.ii. vt lit.penult.
vbi dicitur,ꝙ litis pendentia per citationem,& vide in glo.
no.quam ſemper tene menti,in verbo,& ad partem,quę di
cit,ꝙ licet ad perpetuandam iuriſdictionem ſufficiat iudicẽ
delegatum commiſiſſe citationem, ẽt ſi pars actualiter nõ
fuerit citata,tñ ad inducendam litis pendentiam nõ ſufficit
iudicem commiſiſſe citationem,niſi pars actualiter citetur,
ſed D.Ab.dicit,ꝙ duplici reſpectu vſus.i.matrimoni potuit
interdici,primus eſt ſi tenetur intellctus,quem ponit gl.pe
ſ.ꝙ ſnĩa fuerit nulla, quia iſta mulier non fuit citata,nã te-
nendo hunc intellectum clarum eſt,ꝙ prima lis pendet ex
quo ſnĩa eſt nulla.vnde non debuit prima lite indeciſa ꝯhe
re cum ſecunda,vt in c. cum apſica. de ſpon.nam per ꝯctũ
20 matrimonii† vir & mulier vident̃ quodammõ ſe alienare,
vt in c.non dẽt.de conſan.& affin. quod non debet fieri lite
pendente,ſed ſi tenemus qđ prima ſnĩa fuit valida, ex quo
citatio ꝑceſſit ꝑ quã fuit informatus,ſuper quo deberet cõ-
ueniri,non debuit aliqđ innouare in ꝑiudiciũ litis,ar.in cle.
ii.ut li.pen.& hoc mõ ꝓcedit illud qđ dixi ſ. ẜm Hoſt.& Io.
An. Et ex hoc colligit D.Ab.vnum dictũ, quod dicit men
ti tenendum, ſ. ꝙ licet in iſtis cauſis ſit ſtandum ſententiæ,
quæ tranſiuit in rem iudi.donec probetur contrarium, ut
ſupra eodẽ, c.lator.& ĩ.c.ſeq.non tamen ſtatur in tantũ,ut
liceat

ADDITIO.

a ¶Idem dicit Alex.ſupra eodem titulo, in capitu. lator. in ultima colum. in princip.

liceat interim cum alia contrahere renouato litigio ſuper
validitate prioris ſentẽtiæ, & ſic litigium nouiter exortum
facit ſententiam vacillare, dicitur aũt litigium eſſe renoua-
tum per ſolam citationem, vt ſupra dixi. Extra glo. quæ-
21 rit hic Io. And. an ſententia † in dubio præſumatur eſſe lata
contra abſentem, vel præſentem. & remittit ad Spe. in titu.
de ſenten. prolatione. in §. vt autem. ver. no. ſecundum quo-
ſdam, & iſtum articulum late examinat hic D. Ab. ſed quo-
niam ea quæ hic dicit pleniſſime examinaui recitando quę
dicit hic D. Abb. & in cap. conſanguinei, infra eodem titu.
in c. quoniam contra falſam. ſupra de proba. vnde remitto.
Tangit tamen duo quę puto ibi non dixiſſe, primum eſt
quid ſi in inſtrumento contineatur, quod talis titulo colla
22 tionis, vel donationis inueſtiuit talem de tali re, † an pręſu-
matur inueſtitus in præſentia rei? & Ioan. Andre. in titu. de
emp. & vendi. §. primo, ver. nunc formam. in viii. col. in ad-
di. quæ incipit, quęrit Odoffr. videtur concludere, quod ſic,
quia verba hoc important cum inueſtitura non fiat, niſi de
re pręſenti cum communiter fiat per biretum, vel anulum,
& ſubdit quod communiter hoc fieri ſolet, debet pręſumi.
argu. in regula inſpicimus. & in regula in obſcuris. libro vi.
& dicit D. Abb. quod hoc eſt notandum, quia facit ad mul
ta, dicit tamen aliud eſſe in iudicialibus, vt in cap. quoniam
contra. de proba. & in c. ſignificauit: & in cap. Albericus. de
teſti. Sed tamen ego ſatis dubito, an dicta verba probent in
ueſtituram eſſe factam in præſentia rei, quia verba hoc nõ
important, & etiam inueſtitura ſæpe conſueuit fieri in ab-
ſentia rei, vt conſtat, & ſimiliter etiam collatio per traditiõ
nem annuli, vel bireti in abſentiam rei cõſueuit fieri, vnde
talia verba meo iudicio non probant inueſtituram factam
in præſentia rei. & contrarium illius quod tenet Ioan. And.
videtur tenere Barto. in l. ſecunda, in fine, C. de acquirenda
32 poſſeſſio. ubi dicit, quod per iſta verba † talis vendidit, & tra
didit non probatur tradita poſſeſſio, niſi in conſpectu fun-
di talia verba eſſent prolata, ſeu niſi tale inſtrumentum ſit
celebratum in conſpectu fundi, & ſic Bart. videtur ſentire,
quod requiratur, quod conſtet inſtrumentum eſſe celebra-
tum in conſpectu fundi, & hoc videtur ſentire clarius Iac.
de Are. quem recitat Barto. requirit enim, quod inſtrumen
tum faciat mentionem de re tradita in conſpectu cõtrahẽ-
24 tium, quia tunc probatur poſſeſſio tradita † ſi res de facili
potuiſſet eſſe in conſpectu contrahentium, argumen. l. pri-
me, §. ſi iuſſerim, ff. de acquirenda poſſeſſio. & ita recitat Ia.
de Are. Cyn. in dicta l. ſecunda, C. de acquirenda poſſeſſio.
dicit tamen Iaco. de Are. vnum notabile verum, quod licet
per illa verba inſtrumenti talis vendidit, & tradidit non ꝓ
betur poſſeſſio tradita, niſi inſtrumentum ſit celebratum
in præſentia rei, videtur tamen data licentia appræhenden-
di poſſeſſio. propria auctoritate, vt in l. prædia. ff. de acquirẽ-
da poſſeſſio. & hoc ſequuntur Cy. & Barto. in dicta l. ſecun-
da. & Bar. in dicta l. prædia. Tamen concordando, ego ſic di
cerem, quod aut ſecundum conſuetudinem loci inueſtitu-
ra conſueuit fieri in præſentia rei, & tunc ſit vera opi. Ioan.
And. facit l. vel vniuerſorum, ff. de pign. actio. & l. qui ſemiſ
ſes. ff. de vſur. & l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua, ff. de ędili. edic.
Aut ceſſat talis conſuetudo, & tunc non probatur inue-
ſtituram eſſe factam in præſentia rei, niſi verba inſtrumen
ti hoc exprimant, vt ſupra dixi, & hoc not. † Secunda eſt
25 quæſtio, an ſufficiat † partem fuiſſe præſentem tempore la-
tę ſententiæ non interueniente aliqua citatione, vel moni-
tione, D. Abb. dicit, quod Ioã. Andr. in præalleg. loco dicit. ſ.
in titulo de ſententiis. §. vt autem. verſic. no. ſecundum quo
ſdam, vbi refert Guid. de Suza, tenuiſſe, quod ſola præſen-
tia ſufficiat abſque alia citatione, vel monitione, & quod
non requiritur expreſſus conſenſus, vel diſſenſus: ratio eſt,
quia citatio fit ad hoc, vt pars ſit præſens, vnde ſi pars eſt ꝓ-
ſens fruſtratoria eſt citatio, dicit tamen Ioan. Andre. quod
ad cautelam quoque fecit ſeruare, quod iudex monuit par
tes peremptorie ad ſententiam audiendam, & dicit D. Ab.
quod iſta eſt bona practica ad opiniones vitandas, ſed tu ad
26 uerte, quia † monitio iudicis facta parti præſenti habet vim
peremptorii, etiam ſi non ſit expreſſum verbum peremptо
rii, de hoc eſt caſus no. ſecundum vnum intellectum in l. ſe
cunda, C. quomodo & quando iudex, vbi hoc tenet Barto.
& ſenſit etiam glo. in capitu. conſuluit, in verbo, perempto
rium. quæ incipit, niſi peremptorius. ſupra de officio deleg.
& ibi etiam hoc tenẽt Docto. Et prædictam opinio. ſcili-
27 cet, quod nõ requiratur † citatio vel monitio, quando pars
eſt præſens, clarius & latius firmat Ioan. And. in cap. fina. de
electioṅ. in v. & idem tenet Bald. in authen. ſi omnes. C. ſi vt
ab hæred. ſe abſti. vbi dicit, quod reſpectu actus exercendi
non eſt neceſſaria alia monitio, quando pars eſt præſens,
ſed reſpectu actus exercendi alio tempore requiritur mo-
nitio, vt in termino compareat, vt in l. prima, C. quomodo
& quando iudex. Barto. vero in rubrica ff. de in ius vocan.
dicit Docto. diſtinguere, quod aut litigator eſt præſens, &
vult litigare, & tunc non requiritur aliqua citatio vel mo-
nitio. Aut eſt præſens & inuitus, & tunc eſt neceſſaria cita-
tio, vel iuſſus iudicis, qui habet vim citationis, & ſic intelli-
ge, Inſtitu. de pœ. teme. litig §. fina. & l. ea quæ. C. quomodo
& quando iudex. & in l. ad peremptorium, ff. de iudi. ſed D.
Abba. dicit, quod ſibi placet pręcedens opin. ſcilicet vt ſuffi-
ciat ſola præſentia, ſiue pars velit, ſiue nolit litigare, quia iu
ra communiter exigunt præſentiam, iii. q. ix. caueant. & ca.
omnia. de maioritate & obedien. inter quatuor. vnde etiam
libellus poteſt dari præſenti, licet non fuerit ad hoc citatus,
dicit tamen, quod ſi negocium exigeret deliberationem
non compelleretur reſpondere, ſed deberet recipere libel-
lum, & dari ei terminus ad deliberandum, de quo remittit
ad capitulo primum, de libel. obla. Sed aduerte, quia opin.
Barto. poteſt ſaluari, ſi enim eſt præſens, nec apparet certio
ratus, & vellet recedere, & non ibi ſtare, tunc eſt neceſſaria
citatio, vel iuſſus iudicis, & hoc modo debet intelligi Bart.
ſi enim recederet non eſſet ibi præſens, & vide omnino qđ
no. Barto. in l. furioſo. in fine, ff. de re iudic. vbi Barto. quærit
28 nunquid ſi ſententia reperiatur lata † præſente domino,
qui conſtituit procuratorem ad cauſam agitandam valeat.
& dicit Barto. quod ſi dominus fuit citatus, licet non tenę-
retur comparere, tamen ex quo comparuit pręſumitur eſ-
ſe præſens ad ſententiam audiendam, & ſic ſententia valet,
ſi autem non fuit citatus. ſed ibi erat præſens, tunc ſi appa-
ret certioratus, quia ibi ſtaret ad ſententiam audiendam va
let ſententia, vt in l. hęredes palam. § inteſta. ff. de teſtam. ſed
ſi de tali certioratione non apparet, tunc dicit Barto. quod
non valet ſententia, niſi fuerit lata pro ipſo, quia tunc præ-
ſumitur ad hoc fuiſſe pręſens, l. qui patitur, ff. mand. ſecus
ſi feratur contra eum, quia tunc non præſumitur, ad hoc
fuiſſe præſens, vt in dicto §. in teſtamentis, & in l. filiusfami.
§. inuitus, ff. de procurato. & no. hęc verba Barto. ex quibus
limitatur Ioan. Andr. & Docto. ſupra allegati. inquantum
dicunt, quod non requiritur citatio ad audiendam ſenten-
tiam, quando pars eſt præſens. nam licet † citatio non requi
29 ratur, tamen requiritur, quod certioretur, quod ſtet ibi ad
audiendam ſententiam, & pro hoc optime facit, l. aut qui
aliter. in princip. & quod ibi no. Barto. ff. quod vi aut clam.
aliter ſententia non valet, niſi fuerit lata pro parte præ-
ſente, quod nota. Et de iſto articulo an requiratur citatio,
quando pars eſt pręſens, vide omnino Butri. qui plene hũc
articulum examinat in c. primo, de iudic. in fine, in quinta
colum. cum duabus ſequen. & ibi etiam per D. Abb. & iſta
ſufficiant.

## SVMMARIVM.

1 *Petens ſententiam reſcindi ſine cauſa rationali non auditur.*
2 *Conſanguinei poßunt accuſare matrimonium.*
3 *Compaternitas contracta per baptiſmum vel confirmationem impedit matrimonium & dirimit.*
*Compaternitas aũt catechiſmi non dirimit, ſed impedit.*
4 *Sententia lata in cauſa matrimoniali poteſt retractari ex ſuperuenientibus probationibus.*
5 *Compaternitas non dirimit matrimonium pręcedens.*
6 *Rationabiliter factum dicitur ſecundum iuſtitiam fori.*
7 *Iudex debet admittere, ſe offerentẽ probare iniuſtitiam ſententiæ ſuper matrimonio, legitimis probationibus.*
8 *Mulier poſt ſententiam conuolans ad ſecunda vota, nunquid poſſit exigere debitum ab eo.*
9 *Teſtes vera pręſumuntur depoſuiſſe donec probetur contrarium.*
10 *Iuramentum teſtis eſt de ordine non autem de ſubſtantia.*
11 *Probatio legitima eſt præferenda confeßioni conſiſtenti in facto proprio.*
12 *Negatiua pura & indeterminata qualiter probetur.*
13 *Obtinens ſententiam iniuſtam peccat.*
14 *Denunciare an poſſit aduerſarium is, contra quem lata eſt ſententia, & quę iam tranſiuit in rem iudicatam.*
15 *Sententiæ cenſurę, ſcilicet excommunicatio, ſuſpenſio & interdictum, an tranſeant in rem iudicatam.*
16 *Excommunicatus ab epiſcopo non poteſt recurrere ad archiepiſcopum.*
17 *Iudex excommunicans, ſi eſt appellatum infra decem dies, tenetur probare excommunicationem eſſe iuſtam.*
18 *Monitio in excommunicatione non pręſumitur, niſi probetur, cum excõmunicato communiter feratur in abſentem.*
19 *Sententia corporis afflictiua, an tranſeat in rem iudicatam.*
20 *Imperator ſolus poteſt facere gratiam condemnato.*

CAP.

CAP. XI.

1 Onſanguinei. Idem dicit,quod c.la
tor,vel ſic † petẽs ſen
tentiam reſcindi ſine cauſa rationabili non au
ditur.cõis diuiſio. Secũda ibi fraternitati tuæ.In
tex. ibi confeſſa,ſ. in foro iudiciali, vel pęnitentiali, ſed tp̃s
hoc publicauit de voluntate ſua,alias contra de offic. ord.
ſi ſacerdos. Item ibi, & ſ.concludebat quid habebat face-
2 re. No. 1. quod † conſanguinei poſſunt accuſare matr.
ratione conſanguinitatis ſpiritualis, ad fi.vt matrim. diſſol
uatur per eccleſiam,& idem in quolibet de populo,vt in c.
videtur,qui matr.accu.poſ.& per to.& dixi poſt Ho.in cap.
3 præcedenti. Secundo not.quod † compaternitas contra-
cta in baptiſmo,vel confirmatione impedit, & dirimit ma
trimo.ſequens,concordat c.i.ij.& iij.de cogna.ſpirit. in ſex-
to,& ſ.de cogna.ſpi. Martinus. Compaternitas vero cõ-
tracta per Catechiſmum impedit matrim.contrahendum,
ſed non derimit,vt in c.ij.de cogn.ſpi.in ſexto. Tertio no.
4 quod ſententia † lata in cauſa matrimoniali poteſt retra-
ctari ex ſuperuenientibus probationibus,etiam ſi negociũ
non ſit integrum, vt quia alter eorũ ad ſecunda vota tran-
ſiuerit,& idem ſi ambo,de quo in c. ſicut de teſti. Quar-
5 to no. quod † compaternitas contracta non dirimit matri
mon.præcedens,licet dirimat matrimo. ſequens ſiue ſcien-
ter, ſiue ignoranter ſit contracta, vt in cap. ſi vir, de cogn.
ſpiri. Quinto no. in verbo rationabiliter ſecundum Bal.
6 quod dicitur † rationabiliter factũ, ꝙ eſt rationabile,quo ad
iuſtitiam fori,licet non ſit rationabile, quo ad iuſtitiam ve
ri,nam hic vocat ſententiam rationabiliter latam, quæ ex
probationibus contrarijs poteſt retractari. Vltimo not. ꝙ
per confeſſionem alterius coniugis non reuocatur ſenten-
tia diuortij, ſed Inno. in c.præcedenti, quod allegauit iſtũ
tex.quod iudex nõ debet admittere coniugem ad cuius pe-
titionem lata fuit ſententia diuortii ad eam retractandam
ex ſola ſua confeſſione, vt quia confiteatur eam iniuſtam,
niſi aliquam cauſam rationabilem alleget, talis tamẽ con-
feſſio inducit præſumptionem iniuſtitiæ, vt iudex admittat
ipſum ſi per legitimas probationes vult probare iniuſtitiã
ſententiæ,ita intelligit,D. Abb.iſtum text. ſed tu dic, quod
7 vbi offert † ſe probare iniuſtitiam ſententiæ, per legitimas
probationes, iudex debet eum admittere, quia tunc ſubeſt
iuſta cauſa, propter quam debet admitti ad probandum
contra ſententiam, & hoc probat iſte text.in fin.poteſt ta-
men iudex ſi dubitat hoc malitioſè allegari facere, quod
producat teſtes, quos dicit ſe habere, antequam audiatur
contra ſententiam, & eos ſumatim interrogare, aduerſa-
rio non citato, an ſit verum illud,quod dicit.ſicut dicimus
de minore: & de eccleſia, quæ petit reſtitutionem in inte-
grum propter probationes de nouo repertas, de quo dixi
poſt Inno.in c.ij.& iij.de reſti. in integr. tenebitur tamen il-
los teſtes iterum producere parte citata, poſt erit admiſ-
ſus ad petendam ſententiam ipſam retractari. Sed quæ-
ro pro declaratione tex.dum dicit, quod iſta mulier poſtea
8 conuolauit ad ſecunda vota † nunquid poſſit exigere de-
bitum ab eo cum quo contraxit.Solu.Aegidius dicit, quod
nõ,ſed quod debet reddere cum dolore cordis, ſi fuerit de-
bitum exactum ab illo, cum quo contraxit, vt in cap.do-
minus, de ſecundis nupt. Sed Vinc. dicit, quod non debet
reddere debitum, etiam ſi vir cum quo contraxit exigat,
quia non eſt eius vxor: & ita primo tranſit Io.An. ſed po-
ſtea quærit,quid ſi iſta mulier agit,& ſuccumbit, nunquid
poterit cum alio contrahere.& reffert Hoſt. qui dicit,quod
eſt ſuæ conſcientiæ relinquenda,per c.mulieri, de iure iur.
vbi, & ita etiã trãſit Io. An.& Doct. ſed ego idem dicerem
in vtroque caſu, ſi enim poſt latam ſententiam diuortij cõ
traxit matrimonium, etiam poſtquam fuit confeſſa pater-
nitatem eſſe contractam poſt latam ſententiam diuortii,
eſt ſuæ conſcientiæ relinquenda, ſicut quando ægit peten-
do ſententiam reuocari, & ſuccubuit, vnde in vtroq; ca-
ſu eſt dicendum, quod aut eſt certa compaternitatem eſſe
contractam poſt latam ſententiam diuortii, & tunc quia
non eſt vxor non debet debitum exigere, nec reddere, ſed
potius ſubſtinere excommunicationẽ, quam committere
peccatum mortale, vt in c. inquiſitioni, de ſent. excom. &
in c.literas,de reſti.ſpo. Aut non eſt certa, ſed dubitat, &
tunc ſi dubitatio eſt probabilis poteſt debitum reddere, ſed
non debet exigere, vt d. c. inquiſitioni, & hoc caſu poteſt
procedere dictũ Aegidij, ſecus ſi crederet ex credulitate le-
ui, uel temeraria,quia tunc poſſet reddere debitum, & exi
gere,vt d.cap.inquiſitioni, eccleſia tamen quæ tulit ſenten-
tiam diuortii,debet eam relinquere ſuæ conſcientiæ, vt d.c.
mul.de iur. iur.in glo.In gl.j.& ij.no.ex glo.quod hæc verba
legitime,& rõnabiliter,referũtur ad ordinem iuris, non ad
iuſtitiam probationum,ſed D. Abb. dicit, quod hæc verba
debent intelligi, quod ſententia fuerit lata legitime, & ra-
tionabiliter, ideſt ſecundum leges & canones, quia diſpo-
nunt, quod in ore duorum vel trium ſtet omne verbum,
vt in c.in omni, & in c. licet de teſti.cum ſimili.Præſumitur
9 enim † teſtes vera depoſuiſſe donec contrariũ fuerit oſten
ſum,ideo tex.dicit, quod ſtandum eſt ſententiæ, niſi per le
gitimas probationes contrarium fuerit oſtenſum, facit ca.
accepimus,ff.de fi.inſtr.& Bal.per iſtum tex.& per iſtas glo.
dicit, quod ſi eſt factum compromiſſum in arbitrum, vt
poſſit procedere de iure, & de facto, & ſententiare de iure
tantum,quod valebit dictum teſtium, & non iuratorum,
10 quia † iuramentum teſtis eſt de ordine, & non de ſubſtan-
tia,vt in c.tuis.§.de teſti.& hoc dictum non facit,quod not.
Bar.in Auth.niſi breuiores,in fi.C. de ſentẽ. ex periculo.re.

In gl.vlt. diuide ipſam in duas partes, prout de duobus
quærit. Secunda ibi ad confeſſionem, in prima parte gl.
bene dicit,& dic,vt dixi in c. ſicut.allegato per glo. In ſe-
cunda parte gl.intellige gl. qñ ſententia lata fuit occaſione
impedimenti non dependentis a voluntate partium, vt in
11 caſu iſtius decret. nam probatio † legitima eſt pręferenda
confeſſioni eorum maxime quando eſt confeſſio conſiſtẽs
in facto proprio.14.q.ij. in princ. Secus ſecundum D.Abb.
vbi ſententia dependeret ex facto partium ipſarum, puta
pronunciatũ fuit matrimonium nõ eſſe contractum.poſ-
ſunt enim tunc dicere contrarium ſi nullum ſubſiſtit im-
pedimentum, nam eccleſia debet illis credere cum poſſint
de nouo contrahere, & eorũ confeſſio non tendat in alio-
rum præiudicium,ſecus ſi tenderet in præiudicium alterius
matrimonij, ad hoc,quod legitur, & not. in c.ij. de cland.
deſpon.& ad hoc optime facit,quæ no.gl.fi.in c.lator,§.eo.

Extra gl.opp.contra tex. nam videtur, quod hæc mulier
non debet admitti contra ſentẽtiam latam cum enim prio
res teſtes depoſuerint compaternitatem eſſe contractam.Et
ſic depoſuerint ſuper affirmatiua, ſcilicet quod eſt com-
mater, ſed hæc probatio contraria dicit eam non fuiſſe cõ-
12 matrem, ſed hæc eſt † negatiua pura, & indeterminata
ergo non poteſt probari, vt in c.bonæ memor.de elect. Sol.
Hoſt.dicens, quod poteſt contrarium probari indirectè, ſi
enim primi teſtes depoſuerint, quod hæc mulier leuauit fi
lium Petri, nunc probari poterit,quod nõ erat filius Petri,
ſed alterius,qui fi. ſint leg.tranſmiſſę,& c.cauſam,& in l.fi-
liũ diffinimus,ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur. vel ſi primi
teſtes depoſuerint diem, & locum iſti deponent illam ia-
cuiſſe infirmam, nec exiuiſſe domum, vel fuiſſe in alio lo-
co remoto,de teſt.c.ex tẽpore.poterit etiam probari, quod
teſtes qui depoſuerunt ſuper compaternitate fuerunt cor-
rupti de teſti.ſicut.ſed Bal.dicit, quod hæc negatiua poterit
etiam probari per famam,& alia indicia, nam fama cum
indicijs negantis ſecundum eum conſonat iuris pręſum-
ptioni,quia pura negatiua aliter probari non poteſt, alle-
gat,l.verius,ff.de prob.& l.ſuper ſeruis,C.qui mili. non poſ.
lib.12.ſed de probatione negatiuę,dic vt plenè habetur, in
c.bonæ memor.Maguntinæ,de elec.& in l.actor,C. de pro-
ba.ſed quæro quid ſi iſta mulier egerit, & ſuccubuerit, an
alius poſt ſententiam latam poſſit denuntiare impedimen-
tum,& petere, quod recipiantur probationes ſuper impe-
dimento?& videtur quod non,quia hæc eſt actio popularis
cum quilibet de populo poſſit accuſare matrimonium, &
probare impedimentum, ſed actio popularis conſumitur
vno agente,ff.de popu.act.& no.glo. penul. in c. cum dile-
cti,de elec. & in c.de his,de accu. ſed ꝯrium hic determinãt.
Goff.& Hoſt. & Ioan.An. & communiter Doct. dicentes,
quod debet denuncians admitti, volens fidem facere de er-
rore,quo probato debet ſententia retractari,quia non tran
ſit in rem iudic.ratio eſt, quia nulla conſuetudo vel vincu-
lum, vel ſententia poteſt peccatorem in ſuo peccato defen
dere,vel nutrire,vt in c.fi.ſupra de præſcri.intelligas tamen
quod ſubeſſe debet aliqua ſimilitudo, quod ſententia fue-
rit iniuſta. Sed contra hoc opp.D.Abb. quia videtur eſſe
13 idem in alijs ſententijs,nam † obtinens ſententiam iniuſtã
peccat,& tenetur in foro conſcientiæ reſtituere rem,quam
obtinuit per talem ſententiam, nec eius peccatum excuſat
omiſſio appellationis alterius partis, vt dicit Innoc. in c.
quia plerique,de immu. eccle.ſed D.Abb. ſoluit dicens, ꝙ
illud habet locum in alijs cauſis priuatis,quia ſententia in-
iuſta eſt contra ius litigatoris duntaxat, nam iura nolue-
runt, quod poſt tranſitum in rem iudicat. ſententia reuo-
cetur in dubium, vt eſſet litium finis ad hoc optime facit,
cap.paſtoral.§.quia vero,ſupra de off.dele. cum ibi not. &
l.qui exceptionem,ff. de condi.inde.ſed in caſu noſtro,ſen
tentia, nedum eſt contra ius litigatoris, ſed etiam contra
ius pu-

ius publicum,ſeu iuſtitiam publicam,ſcilicet ne matrimo-
nium legitime coniunctum ſeparetur. Item in cauſis pri-
uatis poteſt pars contra quam eſt lata ſententia conſentire,
& appellationem omittere,infra eodẽ,c. quod ad conſulta
tionem. ſecus in iſtis publicis cum peccatum ex iniuſta ſen
tentia proueniens ſit irremiſſibile, facit optime quod not.
glo.vltima,ſupra eodem,lator. Nunquid autem ille con
tra quem eſt lata ſententia iniuſta in cauſa priuata,quæ trã
14 ſiuit in rem iudi. poſſit † denunciare aduerſarium pro quo
eſt lata ſententia, vt procedatur contra eum in foro eccle-
ſiaſtico per viam denunciationis eccleſiaſticę, & D.Abb.di
cit,quod Barto tenet,quod no.in extraua.ad reprimendam.
in verbo,denunciationem.& quod Hoſt.notauit contrariũ
in c.nouit.de iudi.ibi ſe remittit. Secundo quæro,an ſen-
15 tentia†cenſuræ,vt eſt excommunicatio, ſuſpenſio, & inter
dictum,de quibus infra de verborum ſign.c. quærenti. tran
ſeat in rem iudi.vt ſic per lapſum decem dierum non poſſit
peti abſolutio,vel doceri de iniuſtitia, vel ſi ſemel qui fue-
rit pronunciatus non eſſe excommunicatus, poſſit poſt de
cem dies probari excommunicatus,vel quid ſimile. & Ho-
ſtien. in hoc arguit pro, & contra, & tandem concludit,
quod tales ſententiæ tranſeunt in rem iudicatam: quo ad
priuatam vtilitatem, & non quo ad publicam tangentem
periculum animarum,argumen.in cap.pia.de except.in vi.
licet enim non appareat expreſſum in iſtis ſententiis, quæ
non tranſeunt in rem iudicatam:tamen ſubeſt rationis idẽ
titas, ergo debet eſſe idem ius, de conſtituti. translato. hoc
etiam ſenſit gloſ.not.in capi. ad reprimendum.in verbo,ſu-
ſpenditur.de officio ordina.quæ dicit, quod excommunica
tio non tranſit in rem iudicatam, quominus excommuni-
catus poſſit per viam querelę conqueri de iniuſta excom-
municatione,ſed dicit,quod non audietur per viam appel
16 lationis,& ſic†excommunicatus ab epiſcopo non poteſt re
currere ad archiepiſcopum,quia non poteſt adiri a ſubditis
ſuffraganeorum,niſi per viam appellationis, vt in capit.pa
ſtoralis.de officio ordina.& in capi.venerabilibus.§.primo.
de ſenten.excommuni.in vi. & hanc opin. Hoſtien.uidetur
etiam tenere Ioan.And.in dicto c.venerabilibus. in uerbo,
querimoniam.ubi dicit, quod ſi quis fuerit excommunica
tus pro contumacia, & non appellauerit infra decem dięs
non auditur poſtmodum uolens probare iniuſtitiam ad ef
fectum euitandi expenſas,uel pœnam contumaciæ,uel id
propter quod fuit excommunicatus: videtur enim in facto
priuato cuius ratione videtur lata ſententia acquieuiſſe ſen
tentiæ, infra eodem, quod ad conſultationem. facit quod
no.in capit.prętera. infra de appel.& iſtud etiam quod vo-
luit hic Hoſtien.dum dicit,quod iſtæ ſententiæ in rem iudi.
quo ad priuatam vtilitatem illorum contra quos fuerunt
latę. Sed Butr.& D.Abb.limitant dictum Hoſtien.inquan-
tum dicit,quod hæ ſententiæ tranſeunt in rem iudica. quo
ad factum priuatum introcluſum:nam hoc eſt verbũ quan
do continet factum priuatum pure & latę fuerunt cum cau
ſæ cognitione, ſecus ſi fuerunt latę ſub conditione, & ſine
cauſę cognitione: exemplum iudex vt fieri aſſolet manda-
uit Titio,vt ſolueret decem quę debet Sempronio,vel com
pareret coram eo infra decem dies, & ſi neutrum faceret,
quod eſſet excommunicatus,dato enim, quod non appel-
let a tali præcepto,non tranſit ſententia excommun.in rem
iudicatam,quo ad factum priuatum, & D.Abba.ad hoc al-
legat glo.quam dicit ſing.in cap.ex parte prima.in glo.fina.
infra de verborum ſignifica.& quod no.Barto.in l.non fate
tur.ff.de confeſ.ſed vide Bar.in l.prima,C.de execu.rei iudi.
& in l.de pupillo.§.meminiſſe.ff.de noui oper.nuncia.& ibi
habetur per Docto.de effectu huiuſmodi præceptorum,di-
cit etiam D.Abb.quod iſtæ ſententię tranſeunt in rem iudi
catam poſt lapſum decem dierum,quo ad pręſumptionem
iuſtitiæ,vt dicit Innocen.in cap.bonæ.de electio. Et ex hoc
infertur,quod ſi eſt appellatum infra decem dies onus pro-
bandi excommunicationem eſſe iuſtam incumbit iudici
17 †excommunicanti, ſeu ei cui incumbebat ante appellatio-
nem,vt in cap.ſacro.de ſenten.excommuni.& in ca.primo,
eodem titu.in vi. Sed ſi non eſſet appellatum infra decem
dies incumbit probatio ipſi excommunicato,quod excom
municatio ſit iniuſta,quia in dubio pręſumitur per ſenten-
tiam ex quo non fuit appellatum,vt in cap. in præſentia.ſu
pra de renuncia.dicit tamen D.Abb.quod non pręſumitur
monitio interueniſſe,etiam ſi non fuerit appellatum infra
decem dies:ratio eſt, quia monitio debet probari, vt dicit
tex. in cap.ſacro. de ſenten.excommuni. maxime,quia ex-
communicatio ſolet communiter ferri in abſentem, vnde
18 non pręſumitur monitio,niſi probetur, & hoc tenet Butr.
in cap.quoniam contra falſam.in xx.colum.ſupra de prob.
& D.Abb.in c.præcedenti.& hic dicit tamen,quod ſi iudex
excommunicauit aliquem pręſentem, & nõ ignorantem,
& infra decem dies non appellantem, quod ratione præ-
ſentię præſumitur interueniſſe monitio, quia omnia præſu
muntur rite,& recte geſta,& allegat no.per Innocen.in ca.
innotuit.de eo qui fur.ordi.ſuſc.facit ſecundum eum quod
no.Fed.conſilio ſuo cxv. & ſic limitat ea quæ dixi in c.præ-
cedenti.ſed illud plene examinaui in c. quoniam contra.de
19 proba. Vltimo quæro ſecundum D. Abb. an †ſententia
corporis afflictiua, puta quod quis decapitetur, uel ſuſpen-
datur,uel mutiletur trãſeat in rem iudicatam,& dicit quod
ſic,ſi tamen appareant probationes,quod reus ſit innocẽs,
ſententia non eſt mittenda executioni, ſed ſuccurrendum
20 eſt condemnato per beneficium principis,quia † ſolus Im
perator poteſt facere gratiam condemnato, vt in l.prima,
§.ſi quis vltro.ff.de quæſtionibus.& in l.diui fratres. ff.de pę.
& vtrobique per Barto.& idem dicit dominus Abb.eadem
ratione in pœna honoris, vel in ſententia lata ſuper crimi-
ne,ex quo ſequitur infamia, ſed ego nõ credo hoc verum,
quia cum illa iura exorbitant a iure communi,& fuerit ſta
tutum, tuadmittãtur probationes poſt ſententiam, ne ef-
fundatur ſanguis innocens, non debet fieri extenſio ad ca-
ſum ubi non tam grauis pœna imponitur, argumen. in l.
ius ſingulare.ff. de leg.& in regula quæ a iure.lib.vi.& in l.ſi
uero.§.de uiro. ff. ſoluto matrimo. In cauſa autem in qua
ponitur pœna pecuniaria,idem dicendum eſt,quod in alia
cauſa ciuili,ut eſt tex.in l.iii.C. de re iudic.ubi patet,quod ſi
condemnatus ad pęnam pecuniariam non appellat poſtea
non auditur, unde per inſtrumenta de nouo reperta talis
ſententia de nouo non eſt retractanda, ſicut etiam non re-
tractatur ſententia lata in cauſa ciuili per inſtrumenta de
nouo reperta,ut infra eodem ſuborta. & l. Imperatores.ff.
eodem.& in l. ſub pętextu. C. de tranſact.& in l.ſub prete-
xtu.C. de re iud. & hęc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*


1 *Beneficium collatum a Papa contra ſuam pronunciationem,dicitur ſurreptitium.*
2 *Voces duæ poſſunt concurrere in eandem perſonam.*
3 *Nullum quod eſt,caſſari poteſt.*
4 *Conceſſio, in qua non ſit mentio de contraria pronunciatione, non valet.*
5 *Impetratio facta abſque citatione aduerſarii non ualet.*
6 *Obtinens aliquod beneficium a Papa,ſi faciat ſibi ab ordinario cõferri pro eluſore reputatur,& non valet collatio.*
7 *Sententia contra abſentem lata ſine citatione an valeat.*
8 *Dignitas non operatur,vt quis ſit plus quam vnus teſtis.*
9 *Rector vniuerſitatis habet duas voces,ſed illas diuidere non poteſt.*
10 *Voces duas habet is in quem duo officia concurrunt.*
11 *Suffragiis diuerſis iuris quis vti permttitur.*
12 *Filius rogatus reſtituere hęreditatem poteſt detrahere duas quartas, vnam tanquam filius,aliam tanquam hæres.*
13 *Vnus in ſeruitiis diuinis,an poſſit intereſſe vt plures.*
14 *Teſtator legans cuilibet ex fratribus prædicatoribus cappam vnam, & priori Bibliam,priori vltra cappam debebitur Biblia.*
15 *Vices duorum an quis gerere poſſit*
16 *Diſtributiones ęquales dentur canonicis promiſſa, matutino,& veſperis.*
17 *Diſtributio duplex debetur illi,in quem concurrit duplex ius.*
18 *Exiſtens in minoribus ordinibus, an poterit aſſumi ad dignitatem præterquam diſpenſatiue.*
19 *Eligendus ad epiſcopatum ſufficit quod ſit diaconus.*
20 *Interlocutoria quando a iudice mutanda ſit.*
21 *Interlocutoria qualiter reuocetur.*
22 *Præſumptio circonuentionis iudicis vtrum admittat probationem.*
23 *Collatio facta motu proprio contra interlocutoriam an valeat.*
24 *Princeps in dubio non videtur velle præiudicare tertio.*
25 *Stilus curiæ ſeruandus eſt.*
26 *Legitimatio ſit a principe vocatis his, qui poſſent ſuccedere ab inteſtato.*
27 *Literę etiam gratioſæ, ſi contineant aliquid contra ius alterius,requirunt eius citationem.*
28 *Princeps an poſſit facere gratiam ex plenitudine poteſtatis, nullo vocato.*
29 *Literę ſurreptione efficiuntur nullæ.*
30 *Citatio requiritur in notoriis,cum ſententia.*
31 *Proceſſus Papæ valet,etiam ſine citatione factus.*
32 *Præſumitur pro proceſſu principis contra ſubditum.*
33 *Princeps non poteſt ſupplere defectum citationis.*
34 *Citatio eſt de iure diuino.*
35 *Proceſſus nullus poteſt haberi ratus per principem,ſi ordo non fuerit ſeruatus.*
36 *Sententia omnis eſt nulla,ſi nulla eſt pręmiſſa citatio.*


37 *Sen-*

37 *Sententia, quando ex poſtfacto notorietate accidit non reuocetur.*
38 *Iniuriam alteri non facit, qui iure ſuo vtitur.*
39 *Electiones laicorum, an requirant abſentium vocationem.*
40 *Abſentes in quibus caſibus ſint vocandi.*
41 *Concordia plena, quæ dicatur, & quando.*

## CAP. XII.

1 CVm olim. Si papa contra ſuam pronun
ciationem beneficium† con
fert, hoc tacito collatio dr̃ ſubreptitia, & nõ va-
let. In prima narrat factum. In ſecunda diffi
2 nit. Secunda ibi nos igitur. Not. 1. ex tex. quòd duę † voces
poſſunt concurrere in eadem perſona reſpectu duplicis di-
gnitatis, de quo dicam cum glo. prima. Secundo no. quod
3 illud, quod eſt † nullum poteſt caſſari, nam vtraque ele-
ctio non valebat, & tamen papa vtramque caſſauit, ſed dic,
quod caſſauit de facto, quatenus de facto proceſſerant cõ-
cordat glo. prima, ſupra eo. inter cæteras, & ij. q. j. primates,
4 in glo. vlt. Tertio no. quod conceſſio † facta contra pronun
ciationem non facta mentione de illa non valet, tanquam
ſubreptitia, quia non eſt veriſimile, quod voluerit facere,
cõtra primam pronunciationem, & hoc not. quia poteſt
facere ad multa, vnde dicit Ioan. Cald. in c. cum dilectus, de
iure patron. quod non valet collatio legati, ſimpliciter fa-
cta, quando tendit in pręiudicium reſeruationis alteri factę,
licet ex certa ſcientia illam poſſit legatus reuocare, vt ibi
no. Quarto no. ibi propter conſcientiam procuratoris epi-
5 ſcopi, quòd non valet impetratio † literarum non citato
procuratore aduerſarij, ſi aduerſarius reliquit procurato-
rem in curia, dicit tamen Bal. quod in impetratione gratiæ
nemo eſt citandus, quia eſt quædam donatio, de quo dixi
in c. inter quatuor, de ma. & ob. & forte aliquid infra dicam.
6 Quinto no. ibi in eluſionem, quod qui † obtinet beneficiũ
a papa, & poſtea illud idem facit ſibi conferri ab ordinario,
videtur facere in eluſionem papæ, & talis collatio non va-
let. Sexto no. ibi cum de ſurreptione liquido conſtaret, ꝙ
7 valet ſententia contra † abſentem non citatum, quando
conſtat iudici abſenti nullam defenſionem competere, &
iſtum tex. perpetuo tene menti, facit quod not. Bar. in l. j. §.
ꝙ ſi de frumentaria, ff. de adm. rer. ad ciui. perti. alia nota-
bilia non colligo, quia expediuntur cum gloſſ. In glo. j. hæc
glo. in effectu duob. modis intelligit iſtum tex. primo, quod
iſte præpoſitus habebat duas voces: vnam ratione præpo-
ſituræ, alteram ratione canoniæ, quia erat canonicus, &
præpoſitus, ſed tamen gloſſ. in hoc intellectu non perſiſtit,
8 per c. in noſtra, de teſti. vbi ratione † dignitatis quis non po
teſt eſſe pluſquam vnus teſtis, licet eius teſtimonium ſit di-
gnius, ſed melius facit, l. iuriſiurandi. C. de teſti. & quod ille,
qui examinatur pro teſte non poteſt gerere vicem duorum
examinatur enim tantum, vt teſtis, & non alio reſpectu, ſed
vbi in eadem pſona concurrunt diuerſa officia, poteſt illo
reſpectu gerere vicem duarum perſonarum, & de hoc ple-
ne dixi, in c. ex literis, ſupra de proba. & de hoc etiam ſtatim
dicam Secundus eſt, quod iſte præpoſitus habebat duas vo-
ces, quia aliquis de canonicis commiſit ſibi vices ſuas, iu-
xta formam, c. quia propter, §. illud, ſupra de ele. puta, quia
erat abſens in loco de quo debebat vocari, & detentus iu-
ſto impedimẽto propter qđ uenire nõ poterat, & hoc ca-
ſu talis procurator non poteſt eligere vnum nomine ſuo,
& alium nomine alieno, niſi habuiſſet mandatum de cer-
ta perſona eligenda, vt eſt caſus in c. penult. de ele. in 6. §.
porro, & ratio eſt ſecundum D. Abb. quia cum nõ habeat,
niſi vnum iudiciũ rationis ea ratione, qua putat eũ, quem
eligit nomine ſuo eſſe meliorem, debet etiam putare eum
eſſe meliorem, vt eligatur nomine alieno, & hoc etiam ha
bet locum, vbi quis habet duas voces iure proprio, quia
non poteſt illas diuidere eadem ratione, & hoc tenet Ioã.
An. in d. c. penult. & ſequitur hic D. Abb. Ex quo infert, ꝙ
9 † rector vniuerſitatis, qui habet duas voces in electione re
ctoris in præeminentiam officij rectoratus, non poteſt illas
diuidere in diuerſos, & dicit, quod ſi contrarium faceret,
nihil ageret, vt in d. §. porro, quod not. Sed quo ad primum
intellectum glo. Ioan. An. dicit, quod ſi aliquis habet diuer-
ſa officia, & ratione cuiuslibet ei competat habere vocem,
in cap. & quotidianas diſtributiones recipere, quod ex quo
10 in vnam perſonam concurrunt iſta duo officia † debet ha-
bere duas voces, & duplices quotidianas diſtributiones. &
dicit ſe ita conſuluiſſe in eccleſia Florentina, vbi theſaura-
rius, licet non ſit canonicus, habet vocem, in c. & quotidia-
nas diſtributiones, vt quilibet canonicus percipit. Vacante
autem ea dignitate aſſumptus fuit canonicus in theſaura-
rium, & retinebat vtraque, ſcilicet canonicatum, & theſau
rariam, vnde concludit Ioa. An quod licet ſit æquiſſimum,
ꝙ nullus in vno corpore in collegio habeat duas voces, vel
duo ſuffragia ſuo iure, id eſt iure ſui vnici capitis vocis na
turalis, vel oris, tamen vbi conſuetudo eccleſiæ non appa-
ret, cui deberet ſtari ſi appareret, putat Ioann. And. quod ex
quo vtrique eorum iurium debetur vox, & diſtributio ha-
bens licite illa duo iura habebit duplicem vocem, & dupli-
ces diſtributiones, & ſic intelligit dictum Inno hic, dum di-
cit quod ex quo iſte præpoſitus gerebat vices plurium perſo
narum, ſcilicet præpoſiti, & canonici, etiam plures voces
habebat, allegat de elec. cum inter ij. & c. penul. §. porro, de
elec. in 6. non enim eſt iuri contrarium, quod vnus ratione
11 iuris diuerſi vtatur diuerſis ſuffragijs, † & maxime illis, quæ
debent̃ ex diuerſis rebus, ſiue ex diuerſis officijs, facit opti-
me, l. ſi conſul. ff. de adop. & l. duorum, ff. de oper. liber. & de
præben. quia in tantum, iuncta gl. allegat etiam illud, quod
12 dicitur † de filio rogato reſtituere hæreditatem, qui poteſt
detrahere duas quartas, vnam tanquam filius, aliam tan-
quam hæres, vt in cap. Raynutius, & Raynal. infra de teſta.
ſecus dicit Ioan. An. vbi ex dignitate, vel perſonatu, vel offi-
cio per ſe ſine canonia non haberet vocem, tunc enim ta-
lis habens illud officium dignitatem vel perſonatum cum
canonia vnicam vocem habebit, & merito quia vnicũ ius
habet, cui vox eſt debita. & ſic dicit eſſe in eccleſ. Bonon.
vbi archidiaconus, & archipresbyter non canonicus, non
habent vocem in capitulo. exiſtens ergo archidiaconus, &
canonicus vnicã vocem habebit, & hoc caſu habens duo
iura, quorum alteri ſoli debetur vox vtetur ſola vna voce,
& ſubdit Ioan. An quod licet hoc caſu quandoque de con-
ſuetudine habent duplices diſtributiones, vel duplicem por
tionem, non tamen ex tali, duplicatione redditaum vte-
tur duplicari voce, & ſic dicit Ioann. Andre. ſe intellige-
re iſtam gl. vult dicere, quod intelligit glo. quo ad primum
intellectum, quod licet iſte haberet duplices redditus, & ra-
tione ꝑpoſituræ, & ratione canoniæ, non tamen habebat
duplicem vocem, quia non habebat vocem ratione præpo
ſituræ, cum præpoſitus non haberet uocem in capitulo, &
ſic habebat vocem tantum reſpectu canoniæ, & per conſe-
quens vnam uocem, Butr. autem ſequitur opi. Ioã. And. re-
ſpectu uocum, quia illę dantur ad conſequentiam dignita-
tis, ſed non placet ſibi, quo ad diſtributiones, quæ dantur ra-
tione ſeruitij perſonalis intereſſendi in diuinis. ipſe autem
13 † in ſeruitijs diuinis non poteſt intereſſe ut plures cum, nõ
ſit, niſi vnus, & ſeruiat pro uno, licet habeat plures dignita
tes, nam ſi duo haberent illas duas dignitates, & alias inter
eſſet, & reliquus non nihil daretur, non intereſſenti. pro
hac opi. facit, c. unicum, de cleric. non reſi. in ſexto, & quod
not. Fed. de Se. conſi. ſuo, cap. xv. vbi dicit, quod ſi quis habet
in eadem eccleſia, ex diſpenſatione canonicatum, & capel-
laniam, illa hora qua celebrat, vt capellanus priuatur diſtri
butionibus, quas debet habere, vt canonicus ar. c. cum ſ̃an
de præben. Bal. uero hic ſequitur opi. Ioan. Andr. & dicit ſe
ita conſuluiſſe, idem dicit D. Car. & iſtam opi. ẽt ſequitur
D. Abb. allegat l. Titia, §. qui marco, ff. de annu. lega vbi di-
cit, quod ſi teſtator legat aliquid annuum omnibus liber-
tis, ille libertus habebit legatum annuum, & centum ſpe-
cialiter legata, ad idem quod not. Pe. & Cyn. in l. cum quæ-
ſtio C. de lega. & Bal. in l ſi ſeruus commun. ff. de ſtip ſeruo.
14 qui dicunt, quod ſi † teſtator legat, cuilibet ex fratrib. præ-
dicatoribus vnam cappam, & priori Bibliam, prior debet
habere cappam, tanquam frater, & Bibliam, tanquã prior
ſecus tum dicunt, quod ſi clauſula generalis fuiſſet ſecuta,
vt quia dixiſſet lego priori Bybliam, & cuilibet fratri unam
cappam, quia tunc videtur excepiſſe priorem a numero fra
trum cum clauſula generalis ad eum non ſit reſſerenda, cui
ſpecialiter eſt prouiſum, vt in l. doli clauſula, ff. de verborũ
obligat. & in l. ſanctio legum, ff. de pęnis, ita uidetur dicen-
dum in propoſito, quod cum in eadem perſona concurrãt
diſpoſitiones diuerſæ, quęlibet debet ſuum effectum conſe-
qui, ſicut ſi in diuerſis pſonis cõcurreret, pro hoc optime fa
cit, quod not. in c. ex literis ſupra de proba. in illo, ſcilicet ar
15 ticulo, an quis poſſit † gerere uices duorum. D. tamen Abb.
pro aliquali concordia, maxime cum dicto Fe. de Se. diſtin
guit, dicens, qđ qñque is in cuius perſona concurrunt ta-
lia iura deſeruit reſpectu unius tantum, & non conſtat nõ
debet habere diſtributionem reſpectu alterius iuris. exem-
plum in canonico habente capellaniam in eccleſia, qui ce
lebrat tanquam capellanus, nam tunc non poteſt dici, ꝙ
interſit ut canonicus, quia actus ille pro tunc celebrari cõ-
petit ſibi, ut ſoli capellano, ar. c. cum inter canonicos, ſupra
de ele. iuncta glo. & eorum quæ notantur, in cap. ut circa
eo. tit. in 6. & in c. paſtoral. de conceſ. præben. Exemplum po
no, ut intellectus canonicus tempore quo dicuntur horæ
canonicæ

canonicæ celebrat miſſam ĩ eccleſia ratione capellæ, nam
non debet habere diſtributiones quotidianas, tanquam
tempore, quo celebrat miſſam, immo plus etiam, ſi cele-
braret miſſam ipſis canonicis intereſſentibus miſſæ, nõ de-
bent habere diſtributiones, quæ debentur canonicis ratio-
16 ne intereſſentiæ illi miſſæ. Et vt melius intelligas † diſtribu
tiones æquales dantur canonicis pro miſſa, matutino, & ve
ſperis. No. per glo. in cle. vt hi, qui in verbo certis horis, de
ætate & qualita. & in cle. ſi dominum. in verbo dominum
totidem, de reli. & uen. ſanctorum, habebunt ergo canoni-
ci audientes miſſam ęquales diſtributiones, illas quas ha-
bent intereſſendo matutino, & veſperis, ſed canonicus qui
celebrat illam miſſam ratione capellaniæ non habebit di-
ſtributiones, tanquam canonicus, ſed tanquam capellanus,
& hoc procedit, niſi in eccleſia eſſet contraria conſuetudo,
nam in aliquibus eccleſijs eſt conſuetudo, vt tales celebran
tes in eccleſia ratione capellaniæ, tempore quo dicantur
horæ canonicæ, perinde percipiant diſtributiones, ac ſi in-
terceſſit perſonaliter in dicendis horis canonicis, & ita ſer-
uatur in eccleſia Vincẽtina, quod tamen talis conſuetudo
non valeat multum facit tex. in c. vnico, de cle. non reſid. in
ſexto. Quandoque non apparet ratione, cuius officii in-
terſit, & tunc, quia non apparet ratio, quare magis debeat
habere reſpectu vnius officij contra alterius, & talis in ec-
cleſia refulget reſpectu vtriuſq; officij, cum ſit dicere ipſum
eſſe in eccleſia præpoſitum, & canonicum, vnde ſi uis nu-
merare canonicos comprehenditur in numero canonico-
rum, & ſi uis habere propoſitum eſt in eccleſia præpoſitus,
Item intereſt diuinis, vt canonicus, & vt præpoſitus, vt d. l. ſi
17 conſul. ff. de adop. † vnde debet habere duplices diſtributio-
nes, ſic etiam in eo concurruut duo iura, & ratione vtriuſ-
que debentur diſtributiones, & dicit D. Abb. hoc procedere
abſque dubio, quando prębendæ in eccleſia non ſunt diſtin
ctę, ſed dantur diſtributiones loco præbẽdę, alias eſſet digni-
tas, ſine præbenda, ſeu portione, idem dicit in eccleſijs, vbi
præbendæ ſunt diſtinctę, nam de quotidianis diſtributioni-
bus, quæ datur ratione intereſſentiæ in diuinis officijs ta-
lis debet habere eas duplicatas, ſed mẽſam groſſam, quæ di-
uiditur inter canonicos ſolutis de ea diſtributionibus, abſq;
dubio talis debet habere eam duplicatam, quia talis non
datur ratione intereſſentiæ, hinc eſt, quod priuilegiatus de
percipiendis redditibus in abſentia, diſtributionibus quoti-
dianis duntaxat exceptis percipere debet pro ratione ip-
ſius menſę groſſæ, vt dicit glo. in, c. j. in glo. penul. de cle. non
reſi. in ſexto, & ibi per D. Do. Et ex his dicit D. Abb. quod
patet vera ſolutio, quia iſte præpoſitus vendicabat ſibi duas
voces, nã ratione canonicatus debebat habere vnã vocem,
& hoc de iure communi, aliam vero ratione præpoſituræ,
quia ex ſtatuto, vel conſuetudine eccleſiæ præpoſitus habe
bat vocem, in c. nam ſecundum D. Abb. ſoli canonici ha-
bent vocem, quia ſoli canonici faciũt capitulum, & vnum
corpus cum epiſcopo allegat, c. nouit, & cap. quanto, de his
quæ fiunt a prælato, & notatur per Inno, & Doct. in c. ij. de
inſti. & dicit hoc probatum per locum a ſpeciali, in ca. cum
eccleſia, infra de cau. poſſ. & propr. & in c. ſcriptum, de elect.
a In glo. ij. lo. dicit, quod iſte text. loquitur ſecundum anti-
quos canones ſecundum quos quis non poterat eſſe Archi
diaconus, niſi prius eſſet diaconus, vt in c. 2. lx. diſt. hodie ve
ro ſecus eſt, tamen exiſtens in minoribus non doterat aſſu-
mi ad eccleſiam parochialem, niſi diſpenſatiue, vt in cap.
præterea, de ętate, & quali. & eodem modo exiſtens in mi-
18 noribus non † poterat aſſumi ad dignitatem, niſi diſpenſa-
tiue, vt in c. dudum, infra de elect. Vtrum autem hodie ha-
beat locum, Innocen. videtur dicere, quod non, dicit enim.
quod aſſumptus in archidiaconũ debet promoueri ad dia-
conatum, vt in c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. Sed
exiſtens in minoribus poteſt eligi ad hanc dignitatem, ſed
Hoſt. dicit hoc eſſe verum diſpenſatiue, pet d. c. præterea, de
ætate, & quali. ſed pro opi. Inno. facit, c. ſi pro clericis paupe
ribus, de præben. in ſexto, vbi patet, quod exiſtens in mino-
ribus eſt habilis ad impetrãdum beneficium curatum, nec
literæ curantur ratione defectus ordinum. ad idem de inſti.
c. ij. eo. li. vbi dicitur, quod exiſtens in minoribus poteſt præ-
ſentari ad eccleſiam non parochialem, ſed Io. An. in cap.
dudum, infra de elect. & glo. in d. c. ſi pro clericis, ſequitur
opi. Hoſt. quando proceditur per viam electionis, ſecus ſi
procedatur per viam impetrationis, vel inſtitutionis, quia
tunc nulla requiritur diſpẽſatio, vt in d. c. ſi pro clericis pau-
peribus, & in d. c. ij. ſed Io. Cal. in d. c. dudum, & D. Abb. hic
19 ſequuntur opi. Inno. indiſtincte, nam ſi ſufficit quod † eli-
gẽdus ad epiſcopatum ſit ſubdiaconus, vt in ca. a multis, de
æta. & quali. eadem ratione videtur ſufficere, quod eligen-
dus ad dignitatem inferiorem tẽpore collationis ſit in mi-
noribus conſtitutus, vt in cap. cum in cunctis. §. inferiora. de
elect. & ad c. dudum. eodem tit. & ad c. pręterea. de ętate &
quali. reſpondet Ioan. Cald. & D. Abba. quod loquuntur ſe
cundum iura antiqua, ſed de hoc me non extendo, ſed re-
mitto ad dictum c. dudum. & ad c. ſi pro clericis pauperib.
in vi. Secundo tamen modo Hoſtien. intelligit iſtum tex.
dicens, quod forte iſte G. non poterat promoueri ad ordi-
nem diaconatus impediente aliqua irregularitate: ergo
nec ad archidiaconatum eligi debebat. de ętate & quali. ca.
primo. In glo. diuide ipſam in duas partes, in prima col-
ligit notabile ex tex. In ſecunda opponit & ſoluit. Secunda
ibi, item videtur, In prima parte glo. no. ex ipſa, quod qui
mutat ſentẽtiam interlocutoriam cenſetur circunuentus:
20 dicit tamen gloſ. quod quandoque iudex † debet interlocu-
toriam mutare, ſeu reuocare, ſcilicet quando inique inter-
loquitur in pręiudicium alterius partis, vt in c. cum ceſſan-
te. de appel. & per iſtum tex. & glo. Bar. in l. quod iuſſit. ff. de
re iudi. dixit, quod ſi ſuper eodem facto apparent duæ ſen-
tentię interlocutorię, quod valet prima ſi non apparet, ꝙ
iudex tulerit ſententiam ſecundam animo reuocandi pri-
mã, & dicit quod in iudice ordinario eſt pręſumenda igno
rantia propter multitudinem nęgociorum, per iſtum text.
ex quo dicit D. Abba. eſſe not. quod iſte text. non ſolum
procedit in impetratione quę eſt odioſa: & per conſequens
reſtringenda, vt in c. quamuis. de pręben. in vi. ſed etiam in
interlocutoriis, vt non valeat ſecunda contra primam, ſi
non apparet iudicem de prima fuiſſe memorem. dicit ta-
men D. Abba. quod pręſumeret ſcientiam in vtroque ca-
ſu, ſcilicet in impetratione reſcripti, & in ſecunda interlocu
toria ſi de proximo in facto notabili iudex tuliſſet interlo
cutoriam, pręſumitur enim hoc caſu ſcientia in facto pro
prio, argumen. in c. ab excommunicato. de reſcrip. & in c.
cum illorum. de ſenten. excommu. Item ſi iudex pręmiſit
cauſæ cognitionem ſuper prima interlocutoria, argumen.
eorum quę not. Ioan. And. in c. ii. de ſchiſma & dicit D. Ab.
quod hoc ſentit D. Bar. tin dicta l. quod iuſſit. in fi. ſed Bart.
ibi dicit, quod ſi prima interlocutoria eſt talis, quę non po
teſt reuocari ſine cauſę cognitione, non valet reuocatio fa
cta ſine cauſę cognitione. vnde credo, quod D. Abb. voluit
dicere, quod vbi reuocatio interlocutiorię fit cum cauſę co
gnitione, videtur talis interlocutoria ex certa ſcientia reuo
care primam: & hoc apperte tenet hic Bu. dicit enim. quod
ſecunda interlocutoria in dubio non reuocat primam, qñ
iudex fert ſententiam interlocutoriam ſine cauſæ cognitio
ne, alias pręſumitur hoc feciſſe ex certa ſcientia, ex quo re-
uocat illud quod inuenit eſſe iniuſtum, vt in c. cum ceſſan
te. de appel. ſecus dicit in conceſſione reſcripti, quia non cõ
ceditur cum tanta maturitate, ideo pręſumitur circunuen-
tio. alleg. no. in c. veniẽs. de pręſc. & quod no. gl. in c. primo,
in verbo noſcatur. de conſtit. in vi. & de hoc, ſcilicet quali-
21 ter † interlocutoria reuocetur. dicam plenius in c. cum ceſ-
ſante. de appel. & vide quod no. Bar. in l. cum procurator. §.
primo, ff. de ope. noui. nuncia. vbi plenius examinat hunc
articulum. ſcilicet an iudex ferendo ſecundam interlocuto
riam videatur reuocare primam, ſed pro ceclaratione text.
quęro circa iſtam particulam glo. de duobus. Primo inquã
tum tex. dicit, quod credit Cęleſtinum fuiſſe circunuẽtum:
22 nunquid iſta † pręſumptio admittat probationem in con-
trarium, & Innocen. hic dicit, quod non: quia Papa ita vio
lenter pręſumpſit ſurreptionem, quod contra abſentem ꝓ
nunciauit nulla defenſione expectata, & ex hoc limita tex.
cum glo. in clemen. vnica. de proba. vbi dicitur, quod quan
do Papa intentionem ſuam fundat in facto alieno, admitti
tur probatio in contrarium, nam illud eſt verum, niſi con-
tra abſentem oriatur ita violenta pręſumptio, vt poſſit eo,
non citato ferre ſententiam diffinitiuam, & hoc no. Se-
23 cundo quęro, an ſi iſta collatio † contra interlocutoriam
fuiſſet facta motu proprio valuiſſet, & D. Abba. dicit, quod
non, quia licet motus proprius tollat ſubreptionem, non
tamen firmat contrariam contra præſumptam intentio-
nem concedentis, vt dicit Ioan. Andr. in c. ſi motu proprio.
de pręben. in vi. & Ioan. Cald. in c. cum dilectus. de iure pat.
& quod non. gl. in clemen. ſi Romanus. de pręben. & quod
no. Hoſtien. in c. cum in cunctis. §. interiora. de electi. & di-
cit, quod maxime hoc procedit vbi ſecunda diſpoſitio ten
24 dit in præiudicium alterius. Princeps enim † in dubio non
videtur velle tertio pręiudicare, l. ſecunda. §. ſi quis a princi
pe. ff. ne quid. in loco publico. & in cap. ſuper eo. de officio
deleg.

ADDITIO.

a Quid ſi delegatus fungitur etiam vice ſubdelegati, an debeat habere du-
plex ſalarium. Idem vide D. meũ, in c. licet, de off. deleg. & facit glo.
in cap. cum ſingula. 89. diſtin.

deleg. & dicit dominus Abba. hæc notanda, quia faciunt ad multa, ſed de articulo, ſcilicet an motus proprius ſuppleat defectum intentionis, vide quæ dixi in cap. fin. de præſump. In ſecunda parte glo. hæc glo. in effectu ponit duas ſolutiones. Prima eſt, quod procurator epiſcopi fuit citandus, quia cum papa pronunciaſſet, quod ſcriberet aliquibus, quod inducerent epiſcopum, & capitulũ, vt eligerent iam intererant epiſcopi, & canonicorum, ne aliquæ literæ in contrarium impetrarentur, & ideo procurator ipſorum debuit requiri, & ex hoc ſentit iſta glo. quod iſte non ſolum fuit procurator epiſcopi, ſed etiam capituli, ſed in hoc glo. male loquitur, quia tex. dicit, quòd ſolum erat procurator epiſcopi, & nullam facit mentionem de capitulo. Secunda ſolutio gl. eſt, quod impetratio fuerit ſubreptitia non ex ea ratione, quod non fuerit citatus procurator epiſcopi, ſed quia in impetratione literarum tacuit interlocutoriam papæ, quam ſi expreſſiſſet non habuiſſet literas, quin feciſſent mentionem de illa pronunciatione, & ſic circumuenit papam, & ſubdit glo. quod quis non tenetur requirere aduerſarium ſuum imputet enim ſibi, quod non contradixit in audientia, quando literæ tranſiuerunt, etiam ſecũdum hoc papa aſſumpſit iſtam cauſam, non vt Ioan. And. allegat ſimile, ſupra de elect. bonæ. Hoſt. autem dicit curiam ſeruare quod literæ præiudiciales non tranſeunt, quando aduerſarius, vel eius procurator citetur, & dicit quod non ſufficit generalis citatio, ſed debet ſpecialiter citari ad hoſpitiũ, & ſic videtur intelligere iſtum text. Gaſ. Cal. dicit hoc dictum Hoſt. praticari in literis iuſtitiæ, ſed non in literis gratiæ, quaſi dicat, quod literas gratioſas, quas poteſt impetrare abſque eo, quod aduerſarium citari faciat, D. Abb. dicit, ꝙ
25 ſecluſo ſtilo † curię, qui ſeruandus eſt, vt in cap. ex literis, de conſti. & in c. quam graui, de cri. fal. de iure putat dicendum quod partis præſentia non ſit requirenda, cum impetratio non ſit actus iudicialis, & hoc maxime procedit ſecundum eum in literis gratiæ, quia ſuperior in concedendo gratiam primo non tenetur citare, ſeu vocare illos, quibus præiudicium poteſt irrogari, vt no. Inno. in cap. niſi cum pridem, in fi. de renũ. & dicit hoc procedere, niſi aliud caueatur in cer-
26 to caſu, ſicut dicimus † de legitimatione, quam princeps facit vocatis his, qui poſſent ſuccedere ab inteſtato, vt not. Bar. in l. Gallus, §. qđ ſi tantum, ff. de libe. & poſtu. & per Bal. in l. reſcrip. C. de preci. impe. off. & in prohe. Codic. dicit tamen D. Abb. quod illi, qui priuantur iure ſuo, iam quæſito de iure gentium debent vocari, & etiam conſentire, & ſic dicit poſſe intelligi, l. fi. ff. de na. reſti. vbi dicitur, quod patrono conſentiente debet libertus per imperatorem reſtitui natalibus, quia per talem reſtitutionem debet per ius patroni admitti, & illam rationem aſſignat ille tex. Sed aduerte quia per ea, quæ dicit glo. & D. Abb. non bene reſpondetur ad iſtum tex. nam inter alias rationes per quas mouetur iſte tex. aſſignat iſtam, ſcilicet quod procurator archiepiſcopi, qui erat præſens in curia non fuit citatus, vnde tene intellectum Hoſti cum quo tranſit Ioan. An. & ſequitur etiam But. ſcilicet quod quoniam iſte literæ erat præiudiciales parti aduerſæ debet procurator epiſcopi, qui erat præſens in curia citari, & ex hoc tex. no. vnam regulam generalem, qđ
27 vbicunque † literæ etiam gratioſæ continent in ſe, etiam aliquam clauſulam derogatoriam iuris alterius, debet aduerſarius, vel eius procurator citari, ſi eſt præſens in curia, & hoc probat notabiliter text. & ſequitur Hoſtie. cum quo tranſit Ioan. And. & ſequitur etiam But. & not. dictum Hoſtien. inquantum dicit, quod nõ ſufficit citatio generalis in audientia, ſed requiritur citatio ſpiritualis ad hoſpitium in
28 quo reſidet aduerſarius, vel tuus procurator. An † autem princeps poſſit ex plenitudine poteſtatis talem gratiam facere nullo vocato, D. Abb. dicit, quod ſic ſubſiſtente cauſa arg. eorum quæ not. Innoc. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitu. & dicit, quod hoc notat Bar. in loco præalleg. & dicit, quod in dubio debet præſumi cauſa, ſi princeps dicit ſe hoc facere, ex certa ſententia ad hoc quod not. idem Bart. in l. fi. c. ſi contra ius, vel vti. publ. & Cyn. in c. præſcriptione, eod. tit. & dicit ſe in facto, ita late conſuluiſſe, & vide quæ dixi, in c. inter quatuor, de maior. & obedien. in gloſſ. in c. in eluſionem, not. ex glo. quod qui vult eccleſiam recognoſcere ab inferiore poſt collationem ſibi factam a ſuperiore, videtur deludere ius ſuperioris, videtur enim magis velle extollere ius inferioris, ſed D. Abb. dicit hoc eſſe verum, quando hoc facit ſine cauſa, & dicit, quod propter hoc poteſt iuſte priuari tali beneficio ratione ingratitudinis, argu. in c. fi. de dona. ſicut dicitur de vaſallo, qui ab alio recognoſcit feudum, vt dixi ſupra titu. proximo. ſi diligenti, ſecus dicit D. Abb. ſi faceret ad cautelam, vt quia dubitaret probabiliter de validitate primæ collationis ſibi factæ per ſuperiorem, ad hoc tex. no. in c. poſt electionem, de conceſ. præbend. & quod ibi no. per Doct. Sed aduerte quia illud, quod dictum eſt, procedit quando petijt collationem ſuam ſibi fieri ab epiſcopo, cauſa confirmandi collationem ſibi factam a papa, ſed Vinc. vt refert Ioan. And. ſequitur text. in verbo donationis intelligit iſtum tex. quod iſte impetrauit collationem ab epiſcopo in deluſionem collationis faciendæ a delegatis papæ, vel forte per ipſum papam, & tunc litera indiſtincte procedit ſecundum iſtum intellectum. Et ex hac glo. iuncto tex. not. quod licet aduerſarius conſentiat, non tamen conualeſcit illud, quod fit per ſubreptionem. & hoc notabile colligit hic Inno. & probatur in text. hoc modo, nam ſolus epiſcopus erat aduerſarius iſtius G. qui conſentit conferendo ſibi dictum archidiaconatum, & tamen ſurreptio ex hoc non tollitur ratio eſt, quia per ſubreptionem
29 † literæ ſunt nullæ, vt in c. ad audientiam, de reſcrip. & in c. ſi eo tempore, eo titu. in 6. & in c. ſi motu proprio, de preb. eo. lib. vnde non poſſunt conualeſcere ex conſenſu aduerſarij poſtmodum ſuperueniente, quia validitas non dependet ab eo, ſed ex facto ſuperioris, ſecus in literis iuſtitię, quia ſurreptio non vincit illas ipſo iure, ſed opus eſt exceptione, vt in c. cęteram, de reſcrip. Ideo poſſunt per conſenſũ aduerſarij effici validæ, quia poteſt ſi vult nõ excipere, & hoc no. in d. c. ad audientiam, dicit tamen D. Abb. quod iſte tex. non probat, quod literæ gratioſę quę ſunt nullę, nõ poſſunt validari per conſenſum aduerſarij, quia electio nõ pertinebat ad ſolum epiſcopum, ſed ad totum capitulum, vt patet in litera, ſed dic, quod iſte tex. in hoc probat dictum Inno. quia ſolus epiſcopus contradicebat, & non alij. In glo. in verbo licet abſenti ex ipſa no. quod non requiritur citatio in notorijs, nam glo. in fi. dicit, quod quia hic conſtabat de ſurreptione potuit ferri ſententia in abſentem, etiam non citatum. Et ex hac gloſ. poſſunt limitari alię glo. ſupra in c. ad noſtram, de iure iur. & in ca. porro, de diuor. quę dicunt. ꝙ
30 in notoriis † requiritur citatio, & ſententia. nam debent intelligi vbi non conſtat, abſenti nullam diffenſionem cõpetere, ſicut etiam debet intelligi, c. fi. §. vices, de offic. deleg. in 6. vbi tex. videtur innuere, quod conſeruatores teneantur citare, & tamen non poſſunt cognoſcere, niſi de cauſis notorijs, vt in c. j. eod. ti. & lib. nam illud intelligitur quando non conſtat abſenti nullam defenſionem non competere, ſic etiam debet intelligi Inno. in c. tua, de cohab. cleric. & mul. vbi dixit, quod ſemper in notorijs requiritur citatio, alias ſententia eſſet nulla, ſed in contrarium dicit in c. quanto, de transla. præla. & in c. ex inſinuatione, in fi. de appe. vbi dixit, quod in facto notorio, quod ex actis colligi poteſt, iudex ꝓcedit ẽt parte abſente, & idẽ ſentit archid. in c. quę Lotharius, 2. q. 1. & Bart. in l. ij. §. quod ſi de frumentaria, ff. de admin. rerum ad ciui perti. hoc probatur iuncta glo. in cap. veberabilem, & in c. bonę memor. Maguntinę, de elect. in quibus dicitur, quod poteſt procedi ſine citatione in facto notorio, in quo nulla poteſt abſenti competere defenſio, & de hoc plenius dixi, in d. c. ad noſtram, 3. de iure iur. ſub-
31 dit autem hic But. † quod proceſſus papę in notorijs, valet indiſtincte abſque citatione, & maxime ſecundum ſi notorium ſurgit ex his, quę acta ſunt, coram eo ab alijs, D. Ab. dicit, quod hic non eſt verum in his, quę non dependent a plena poteſtate papę, ex quo enim poteſt aliqua defenſio competere non poteſt princeps omittere citationem, quia non debet omittere citationẽ, quia nõ dẽt tollere defenſionem, ut in d. c. paſtoral. de re iudi. dicit tamen D. Abb. quod
32 in dubio pręſumetur pro proceſſu principis contra ſubditũ, vt not. Cy. in l. reſcripta, C. ſi cõtra ius vel vti. pu. vbi dicit, ꝙ ſi princeps ſine aliqua cognitione mandat alicui, ut aliquẽ ſuſpendat poteſt ille ſine peccato exequi, quia princeps pręſumetur, quod iuſte procedat, hoc intellige niſi ei conſtaret ſententiam iniuſtam, quia tunc non deberet exequi, vt dixi poſt ſententiam Tho. in c. venientes, ſupra de iure iur. & ſupra eo. de cetero. reſpectu autem non ſubditi dicit D. Abba. quod non eſt pręſumẽdũ pro ſententia papę, licet aliqua ratione poſſet ſuum forum ſortiri, & hoc probatur in cle. paſtoral. de re iud. vbi ex defectu citationis corruit proceſſus imperatoris contra Regem Robertum qui erat ſubditus eccleſię, ſed ratione delicti commiſsi contra imperatorem procedebatur contra ipſum, facit pro hoc vltimo, quod not. Inn. in c. inquiſitioni, de ſenten. excommun. & c. de cauſa poſ. & proprie. vbi vide D. Abb. & ſubdit D. Abb. quod ſi factum non eſſet notorium, non valent ſententia principis, etiam contra ſubditum abſque citatione, & cauſę cognitione, vt probatur in d. cle. paſtor. in verſ. nec prędi-
33 cta ſuplectio, vbi aperte dicitur, quod princeps † nõ poteſt ſupplere defectum citationis, aut aliam defenſionem tollere ad idem tex. iuncta glo. in l. fi. C. de legi. & ibi per Bal. vbi probatur,

probatur, quod princeps tenetur adhibere cauſæ cognitionem, & ferre ſententiam in præſentia partis ad hoc, vt omnia valeãt, licet enim princeps poſſit tollere ſolennitatem, iuris ciuilis non tamen citationem, quæ fit, vt reus ſe defen-
34 dat, & ſic vt de cauſa cognoſcatur, nam citatio † eſt de iure diuino, vt dicitur in c. Deus omnipotens, 2. q. 1. vbi patet, quod Deus non voluit punire peccata Sodomorum, niſi deſcenderet, & videret ad idem Geneſis, tertio cap. vbi dicitur, quod ante quã Deus puniret Adam de peccato inobedientiæ vocauit eum, & audiuit ſuam defenſionem, & per hoc dicit D. Abb. quod dictum Cyn. non eſt ſimpliciter verum, niſi intelligatur ſecundum prædicta, ſcilicet quando conſtat condemnato nullam defenſionem. dicit etiam Bu: quod licet in notorijs requiratur citatio, ipſius tamẽ omiſſio non vitiant proceſſum. ſi conſtat eſſe notorium, ſed D. Abb. inducit in contrarium tex. in c. ad petitionem, infr. de accu. vbi probatur, qđ ſolus princeps ex plenitudine pote-
35 ſtatis poteſt habere ratum † proceſſum nullum ex defectu ordinis non ſeruati, licet conſtet cauſam recte inſtructam, quo ad ipſius merita, nam ſentẽtia quandoque eſt iniuſta, quandoque ex ordine, quandoque ex cauſa, & prima iniuſtitia reddit ſententiam nullam, & non ſecunda, 11. qõ. 3. in ſumma. & §. ſi ergo. & in l. prolatam, C. de ſententijs, & in c. proximo,. in fin. vnde concordando diſtinguit, quod aut ille condemnatus comparet dicens ſententiam nullã, quia debuit vocari, & audiri ſua excuſatio, quia defenſio ſibi cõpetebat, & tunc licet ſpecifice non alleget aliquam defenſionem redditur talis ſententia nulla, vt in cap. de vnoquoque, ſt. de re iudi. & hoc ſenſit Inno. in c. tua. prope fin. de co.
36 hab. cler. & mul. vbi dicit, quod ſententia † eſt nulla, etiam in notorijs nulla præmiſſa citatione, quia debuit Iudex primo audire excuſationem partis, & ſolus princeps alia non defenſione, allegata poterit proceſſum ratum habere, & ſic intelligit D. Abb. d cap. ad petitionem. Aut comparendo fatetur ipſum factum, propter quod fuit condemnatus, & dicit quod nulla defenſio ſibi competit, & talis ſententia poteſt ſuſtineri, quia apparet, quod erat tale notorium, in quo nulla competebat defenſio, & ſic non erat citatio neceſſaria, ad hoc facit notabile dictum Inno. in d. c. tua, in fi. vbi dicit, quod licet non conſtet iudici eſſe notorium, dummodo vere ſit notorium, licet iudex ponit ferendo ſententiam, antequam probetur ſibi factum eſſe notorium, ſententia. tamen irreuocabiliter tenet vnde tene dictum Burr. indiſtincte, quod ſi ex poſtfacto cõſtat factum eſſe no-
37 torium, & reo nullam defenſionem competere † ſententia non eſt reuocanda, facit quod not. Bart. in l. ſi is ad quem, in fi ff. de acquir. hæred. nec obſtat, cap. ad petitionem, quia ibi factum non erat notorium, & iudex recuſatus, vt ſuſpectus poſt appellationem in cauſa proceſſerat, vnde propter hoc ibi proceſſus erat nullus, ſecus quando factum eſt notoriũ, & poſt ſententiam oſtẽditur ſolum factum eſſe notorium; ſed etiam nullam defenſionẽ cõpetere reo, tunc enim ſententia non eſt reuocanda, & iſtud eſt, quod voluit dicere Butr. Qualiter autem in caſu huius c. factum eſſet notoriũ dicit Inno. quod iſte papa Innoc. erat tunc Car. & interfuit omnibus hic contentis, dum agerentur per Cæleſtinum papam prçceſſorem ſuum, in glo. vlt. diuide ipſam inducas partes, prout dupliciter opponit, & ſoluit ſecunda ibi,, & qꝫ dicit in prima parte, vide glo. 2. in c. cum in eccleſijs, de præben. in 6. quod intelligit iſtum text. quod intelligantur præſentes illi, qui ſunt in loco, vnde debent vocari, vel quod erat conſuetudo abſentes non vocari ſed Hoſtien. intelligit iſtum tex. quod quia erat deuoluta collatio ad papæ, papa reſtituit præſentibus tantum, nec de hoc alij poſſunt con-
38 queri, quia nemini iniuriam † facit, qui vtitur iure ſuo, vt in ca. cum eccleſia vulterana, de elect. Vtrum autem in ele-
39 ctionibus laicorum † abſentes ſint vocandi? Bal. dicit, quod non, ſed dicit, quod ſufficit duas partes eſſe præſentes, vt in c. nulli. & in l. plane, ff. quod cuiuſque vniuerſi, ſed dicit hoc vide Bar. in l. quod maior, ff. ad munic. & per glo. & Doct. in c. primo, de his quæ fiunt a maio. parte capituli. In quibus
40 autem actibus ſint vocati † abſentes vide gloſſ. in capitulo quamuis in verbo, ſicut de offi. ordi. in ſexto, & in cap. cum in eccleſijs, in glo. ſi. eo. lib. de præben. & in c. præſentium, in verbo ipſorum de teſti. eo. lib. In ſecunda parte glo. licet D. Abb. ponit duas opiniones, vltima opin. eius eſt, quod quia papa mandauit iſtis, vt eligerẽt intelligitur mandaſſe, vt eligant ſecundum ius commune, & ideo intelligitur verbum concordia de concordia facta, nam ficte videtur factum ab omnibus, quod fit a maiori parte, vt in l. aliud, §. refertur, ff. de reg. iur. & in l. quod maior, ff. ad muni. & ex hoc colligit D. Abb. quod hic verba, plena omnium cõcordia. In materia iure prolata, ſeu negocio vniuerſitatis debẽt impropriari, & reduci ad terminos iuris, ſcilicet vt verificẽtur in maiori parte vniuerſitatis, ex quo nõ apparet aliter principem voluiſſe ius mutare, & ſic limita glo. in c. vbi periculum, in verbo ſingularis, de elect. in ſexto, dicit autem hic Bal. quod
41 dicitur plena † concordia, immo quod omnes debent eſſe in concordia, vbi eſt maior pars, & dicit hic eſſe verum, in reſcripto, ſecus dicit in ſtatuto, quia reſcriptum eſt interpretandum ſecundum ius commune, ſed ſtatutum eſt ſeruandum preciſe, & hic adde ad ea, quæ dixi, in c. non poteſt, ſupra eo. & hæc ſufficiant.

## SVMMARIVM.

1 *Sententia contra ius litigatoris lata valet, ſi infra decem dies non retractetur.*
2 *Subiectionis iure agi poteſt contra eccleſiam inferiorem, quæ prætenditur ſubiecta.*
3 *Eccleſia non poteſt eſſe ſibi ſubiecta, vel acephala.*
4 *Eccleſia ſecularis etiam collegiata poteſt pleno iure eſſe ſubiecta monaſterio.*
5 *Habens eccleſiam ſubiectam pleno iure, habet omnia iura requiſita.*
6 *Sacerdotes tenentur ire ad eccleſiam cathedralem tempore proceſſionum, vel rogationum.*
7 *Iudiciũ de ſubiectione, eſt generale, vnde admittitur libellus generalis.*
8 *Epiſcopus petens ſubiectionem in temporalibus eam debet probare.*
9 *Inſtrumentum dicitur publicum, licet ſit inualidum.*
10 *Sententia lata ex ſententiis nullis ipſo iure eſt valida.*
11 *Inſtrumentum eſt inſtrumentum, licet ſit nullum.*
12 *Prior monaſterii poteſt eſſe teſtis in inſtrumento ſcripto ſuper donatione ipſi monaſterio facta.*
13 *Probatio ſit reſpectu iuris proprii, ſi producatur ſententia ſuper eodem iure prolata.*
14 *Sententia alternatiua, licet non contineat nec abſolutionem, vel condemnationem valet.*
15 *Sententia præſumitur recte, & rite lata, poſtquam tranſiuit in rem iudicatam.*
16 *Sententia lata ſuper aliquibus articulis ualet, licet plures fuerint articuli in libello producti.*
17 *Inſtitutio in ſpiritualibus, & fidelitas in temporalibus ſunt indicia ſufficientia ſubiectionis.*
18 *Eccleſia tunc pertinet ad aliquem pleno iure, quando habet omnia Epiſcopalia.*
19 *Conceſſio facta per Epiſcopum pleno iure, omnia videtur conceſſiſſe, quæ ipſe habet iura.*
20 *Epiſcopus quæ habeat iura, quæ a ſe abdicare non poteſt.*
21 *Sententia plus poteſt quam donatio Epiſcopi.*
22 *Metropolitanus conceſſionem faciendo, quando & quomodo ualeat.*
23 *Papa concedens Eccleſiam alicui pleno iure, videtur conceſſiſſe omne ius Epiſcopale.*
24 *Eccleſia dicitur pertinere ad aliquem pleno iure, cum Epiſcopus ibi nullum ius exercet.*
25 *Differunt inter ſe eſſe Eccleſiam de menſa, vel eſſe ſubiectam pleno iure.*
26 *Præſcribitur tantum quantum poſſidetur.*
27 *Eccleſia in dubio præſumitur ei ſubiecta diœceſi, cuius Epiſcopus, vel alius indicantur iura exercuiſſe.*
28 *Archiepiſcopus non poteſt abdicare a iuriſdictione Epiſcopi, quæ ipſe Epiſcopus donare non poteſt, & abdicare.*
29 *Ignorantia in Epiſcopo eſt turpis, vnde non præſumitur neſcire ſcribere.*
30 *Confirmatio dicitur, quando papa aliquam conceſſionem per inferiorem factam confirmat, vt habeat maius robur.*
31 *Antiquum factum dicitur, quando poſt latam ſententiam lapſum eſt biennium.*
32 *Præſumptio pro ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit facienda eſt, quo ad omnia.*
33 *Appellatio extinguit præſumptionem, quam faciebat ſententia.*
34 *Sententia lata tantum ſuper aliquibus articulis, non autem ſuper omnibus in libello contentis, an ualeat.*
35 *Iudex qui abſoluit a pena, an cenſeatur abſoluiſſe a ſorte.*
36 *Iudex pronunciando ſuper principali, an videatur pronunciaſſe ſuper pena.*
37 *Pena eſt acceſſoria ad ſortem, vnde eodem die iudex poteſt ſupplere condemnationem penæ.*
38 *Iudex non poteſt ſententiam ſuam corrigere.*
39 *Iudex quando non cognouit de uno articulo, poteſt ſuper aliis pronunciare.*
40 *Expenſę quæ poßunt peti iure actionis, quia principaliter promißę ſunt, cum ſententia tranſiuerit in rem iudicatam, poterunt etiam peti in iudicio.*
41 *Sententia lata ſuper uno capitulo, non indicat iudicem renunciaſſe ſuper altero in iudicio deducto.*
42 *Acceßorium non poteſt peti, vbi principale peti non poteſt.*
43 *Sententia ſuper uno tantum capitulo lata non ualet, quando inter partes actum eſt, ut iudex ſuper omnibus pronunciet.*

44 Sen

44 *Sententia lata ſuper quinquaginta cum centum eſſent petita, & ſic ſuper parte lata non valet.*
45 *Sententia lata ſuper percuſſione tantum non valet, ſi fuerit facta delatio cum effuſione ſanguinis.*
46 *Inſtantiæ parte perempta, ſententia ferenda eſt ſuper illa parte, ſuper qua tenet iudicium.*
47 *Sententia poteſt ferri ſuper parte dotis, quæ non fuerit a fiſco occupata, quamuis tota dos in iudicium fuerit deducta.*
48 *Petitiones tot eſſe videntur, quot ſunt perſonæ contra quas libellus porrigitur.*
49 *Dictio taxatiua, quando eſt apponenda in ſententia à iudice.*
50 *Sententia lata ſuper uno articulo tantum, valet.*
51 *Condemnatio expreſsè fieri debet, quando certa quantitas in libello expreſſa fuerit.*
52 *Actione exiſtente generali, vel vniuerſali, an quando iudex in uno capitulo condemnauit, poſſit pars non obſtante exceptione rei iudicatæ, aliqua capitula perſequi.*
53 *Sententia lata ſuper toto, cum iudex poſſet ſuper parte tantum pronunciare, an ualeat.*
54 *Sententia non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere.*
55 *Iuriſdictio iudicis fundatur in eo, quod petitur, non autem in eo, quod debetur.*
56 *Cauſa an ſit ſummaria ex forma petitionis cognoſcitur.*

## CAP. XII.

1 CVm inter vos. Valet † ſentētia contra ius litigatoris lata ſi ab ea. infra decem dies non fuerit appellatum, nec retractatur, ſi per inſtrumēta poſtea producta docetur iniqua, hoc dicit. In prima narrat proceſſum, & iura vnius partis. In ſecunda diffinit diffinitionis cauſam præmittens, ſecunda ibi quamuis. No.
2 primo, quod de iure ſubiectionis poteſt † agi contra eccleſiam inferiorem, quæ prætenditur ſubiecta, ſed Innoc. hoc intelligit, quia nemo poſſidebat iure ſubiectionis, aliter cōtra poſſeſſorem debuiſſet agi, vt in d. capi. inter quatuor, de maior. & obed. & ſupra de præſcrip. auditis, & c. cum olim. Sed D. Abba. dicit, quod hoc dictum Innocent. eſt falſum, quia non eſt poſſibile, quod alter non poſſideret iura ſub-
3 iectionis in iſta eccleſia † quia non poteſt eſſe ſibi ſubiecta, nec acephala, vt in c. cum non liceat, de præſcrip. & 93. diſt. nulla etiam quod poſſit agi contra ſubiectum, dicit eſſe tex. in eo cum ſuper. in c. cum dilecta, de conſtitu. vtil. vel inuti. ſed tu dic, quod D. Abb. non bene reſpondit ad iſtum text. nam mens Innoc. non eſt dicere, quod quis poſſit eſſe acephalus, ſed voluit dicere, quod nemo prætendebat ius ſubiectionis in iſtos clericos, & propter hoc notorium fuit agere contra ipſos clericos cum nullus poſſideret ius ſubiectionis, tamen concluſio D. Abb. eſſe vera, vt dixi in d. c. auditis.
4 de præſcrip. ſecundo no. quod eccleſia † ſecularis etiam collegiata poteſt pleno iure eſſe ſubiecta monaſterio, concordat, c. auditis, & c. cum olim, de præſcriptio. & qualiter multiplici iure poteſt eccleſia pertinere ad monaſterium, vide in capit. de monachis, de præbend. & xvj. qō. 2. in ſumma.
5 & c. viſis. Tertio not. † quod habens eccleſiam pleno iure ſubiectam haber omnia iura hic enumerata, & multa alia de quibus in l. conquerente, de offi. or. & dicit D. Abb. ponderandum eſſe iſtum tex. inquantum dicit, quod eccleſia alteri pleno iure ſubiecta tenetur illi ad letanias, & ſic illius clerici tenentur ire cū clericis eccleſiæ ſuperioris in proceſſionibus, ſeu letanijs. De iure tamen communi dicit D. Ab-
6 ba. quod † ſacerdotes tenentur ire ad eccleſiam cathedralem cum clericis ipſius in proceſſionibus, quæ fiunt, vel tēpore rogationum, vel ob aliam cauſam, vt eſt text. cum gl. in c. quando presbyteri, xxviij. diſti. An autem exempti teneantur ire ad tales proceſſiones, dic ut in c. nimis, de exceſ.
7 præla. Quarto no. quod quando agitur de ſubiectione † iudicum dicitur generale, vnde aduerte libellus generalis, puta peto talem eccleſiam ratione ſubiectionis, debet tamen poſtmodum actor probare in quibus articulis ſit ſubiecta, & in illis tantum obtinebit, vt hic in fi. & in c. conquerente, de offi. ordi. & ita colligit Inno. ex hoc text. ſed D. Abba. dicit hoc procedere in illis, qui de iure communi habent intetionem fundatam ſuper ſubiectione, ſecus ſi epiſcopus in eccleſijs ſuæ dioc. peteret ſubiectionem, quia tunc iudiciū eſſet vniuerſale, nec tenerentur ſpecificare aliquo iure, nec in libello, nec in proceſſu, vt probatur in capit. cum venerabilis, de reli. do. & de hoc ſe remittit D. Abb. ad capit. 2. de libel. obla. vide etiam quæ notantur per Bart. & Doct. in
8 l. j. ff. de eden. dicit tamen D. Abb. quod ſi † epiſcopus peteret ſubiectionem in temporalibus, deberet ipſam probare, & ſic deſcēdere ad ſpiritualia in proceſſu, vt probatur in d. c. cum venerabilis, de re. do. & in c. cum venerabilis, ſupr. de excep. dicunt tamen hoc limitandum, prout not. in c. cum
9 ad ſedem, de reſti. ſpo. Quinto not. quod † inſtrumentum dicitur eſſe publicum, licet ſit inualidum, nam inſtrumētum ſecundum donationum non valebant, & tale inſtrumentū
10 appellatur publicum, & amplius probat iſte tex. quod † ſententia lata ex ſententijs nullis ipſo iure eſt valida, rō quia ſententia nititur per ſe ſuis viribus, non enim eſt acceſſoria ad ipſa inſtrumēta, ſed ſtat per ſe propter vigorem iudiciorum, vnde etiam ſi probationes de iure non cōcludant ſententia, tamen de iure concludit, & in hoc dicit Bald. iſtum text. eſſe valde not. Et iſte tex. facit ad q. ſtatuti dicētis, quod inſtrumentum debet mitti executioni nulla obſtante exceptione, quod non potuit excipi, quod inſtrumentum ſit nul-
11 lum, quia etiam inſtrumentum † nullum eſt inſtrumentum, vt hic patet de quo dic, vt per Bart. in l. j. ff. quod vi, aut clam. & per Cyn. & Bald. & alios, in l. ita pudor. C. de adult. & in c. licet de elect. & per But. in cap. ij. de offic. deleg. & per hoc, D. Abb. in c. item ſi quis, de reſtitu. ſpol. per Bald. in l. fi. C. de falſa cauſa adi. lega. & per Ioan. And. in ſpe. de ſententiis, §. ut autem in princ. & de execu. ſententiæ, §. fin. verſi. xvij.
12 Sexto not. quod † prior monaſterij poteſt eſſe teſtes in inſtrumento ſcripto ſuper donatione ipſi monaſterio facta, idem & fortius dicendum eſt in fratribus, ſeu clericis eccleſiæ, & ratio eſt, quia poſſunt viua voce teſtari ad commodum eccleſiæ, vt in c. inſuper, & in c. cum nuntius, ſupra de teſti. & in c. & ſi Chriſtus, in fi. de iure iur. de quo dic, vt plene dixi, in d. c. cum nuntius. Nam cā eccleſiæ non eſt ſingulorum, xij. q. 2. qui manumittitur, & c. liberti, & ij. q. vj. biduum, verſi. palam. Septimo not. quod ad probationem
13 † iuris proprij ſatis eſt inter eaſdē partes producere ſententiam, ſuper eodem iure prolatam, & tenetur iudex ſecundum eum iudicare, quia ex quo ab ea nō fuit appellatum fecit ius inter partes. Et ex hoc infert D. Abba. quod licet ſententia a priori ius non conſtituat, ſed declaret. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur, ff. ſi ſerui. vendic. & not. in c. forus, de verbo. ſign. tamen poſt lapſum decem dierum, facit ius inter partes litigantes, ratio eſt, quia ſiue bene, ſiue male fuerit iudicatum, ſtandum eſt ſententiæ propter auctoritatem rei iudic. vnde dato quod declaratio iudicis fuerit iniuſta, tamen conſtituit ius inter partes, quia præſumitur quod fuerit bene iudicatum. Octauo not. ibi, quod vult archipresbyter
14 duntaxat eccleſiam, & c. quod valet ſententia † alternatiua licet non contineat abſolutionem, vel condemnationem, tamen papa in fi. non approbat eam in ea parte, in qua eſt alternatiua, ſed in ea parte in qua diſponitur de fidelitate, & obedientia, & ſic reducit ſententiam alternatiuam ad ſimplicem, quod poteſt facere iudex appellationis, ut dicit hic Bal. quid dicit iſtum text. tenendum menti. ſed poteſt dici, quod ſententia non fuerit alternatiua ſimpliciter, ſed appoſitum fuit in ſententia, quod aut ſententia obedientiam repromitteret, vel eccleſiam dimitteret in pœna contumaciæ, quia iudex forte ex iuſta cauſa ſuſpicabatur dictum archipresbyterum non pariturum ſententię, & ſic intelligitur pronunciaſſe principaliter ſuper fidelitate, & obedientia, in pœnam autem adieciſſe ſententiæ, quod aut obedientiā repromitteret eccl. aut eccleſiā dimitteret. Nono not. & te-
15 ne menti, quod † poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatam, præſumitur quod fuerit rite, & recte lata, ita qđ non eſt amplius neceſſe producere acta, vel proceſſum ad probandam iuſtitiam ſententiæ, licet pars aduerſa dicit eū vndique iniuſtum, immo amplius probat iſte tex. quod etiā ſi ex deductis in iudicio appareat ſententiam eſſe fundatā ex probationibus inualidis, nihilominus præſumitur ſententia rite, & recte lata, & in hoc tene perpetuo mēti iſtum
a text.[a] & dicit D. Abb. quod hic eſt tex. pro dicto Innoc. in c. bonæ. de cler. & in c. cum in iure, de officio deleg in quibus dicit, quod præſumitur pro ſententia, quod ſit rite, & recte lata, quando ab ea non eſt appellatum infra decem dies, de quo plene dixi in capitulo quoniam, contra de proba. Decimo not. in fi. quod licet in libello ſint deducti plures arti-
16 culi valet ſententia † lata ſuper aliquibus de illis articulis. nam in libello deducti fuerunt plures articuli concernētes plenam ſubiectionem, vt patet in prin. huius capituli, & tamen in fi. fertur ſentētia ſuper duobus articulis, & de hoc infra dicam. Vltimo not. ibi, "qui pro tempore fuerit; ſecundum Bald. quod hæc verba comprehendunt præſentem archipresbyterum, & quemlibet futurum. In gl. prima idem dicit glo. in c. quoniam, in glo vlt. infra de priuile. & vide gl. primam, in c. conqueſtus, de for. compe. vbi glo. dicit, quod
ecclesia

ADDITIO.

a Idem tenet D. Abb. & D. Ale. in c. ſicut, in j. & ij. col.

eccleſia dicitur ſubiecta pleno iure, quando eccleſia ſupe-
rior habet in ea iuriſdictionem ſpiritualẽ, & temporalem,
& vide ibi D. Abb. Inno. autem hic dicit, quod omnia, quæ
ſunt numerata in tex. ſimul coniuncta ſatis indicant plenã
ſubiectionem non autem ſingula de per ſe, vt ſunt letaniæ,
& quędam alia, dicit tamen quod aliqua ex numeratis hic,
17 ſunt per ſe ſufficientia † inditia, vt inſtitutio in ſpiritualib.
& fidelitas in temporalibus, non autem ſic dicit in alijs, nã
licet Abbas ibi habeat aliqua epiſcopalia, eccleſia tamen
in alijs remanet ſub epiſcopo. refert poſtea alias dicere, ꝙ
18 eccleſia † tunc dæmum pertinet ad aliquem pleno iure, qñ
omnia epiſcopalia ibi habet. & dicit, quod non ſufficit, ꝙ
eṗs conferendo ſingula iura ſpecificet. ad hoc facit, vt ec-
cleſia ſit plene exempta, vbi dicat eximo, vel aliud æquipo-
lens verbum, licet facta exemptione poſſit excipere aliqua
de quibus, infra de priuil. c. cum & plãtare, & c. recepimus,
& cap. cum capella. ſed Hoſtie. ſe remittit ad cap. de mona-
chis, de præben. & ad cap. paſtoral. de dona. & ad capit. quo-
niam, de priuil. & ad cap. conſtitutis, de reli. domi. vbi etiam
Ioan. And. ſe remittit, & dicit ſe plene dixiſſe, in cap. cum ve
nerabilis, de cenſi. ſed D. Abb. iſtum articulum examinat,
& facit quatuor caſus. primus eſt, quando inferior epiſco-
po prætendit eccleſiam ſibi ſubiectam pleno iure, ex con-
ceſſione epiſcopi. Secundus caſus eſt, quando epiſcopus,
vel extraneus prætendit conceſſionem ſibi factam a metro
politano. Tertius caſus eſt, quando prætendit conceſſionẽ
a papa. Quartus caſus eſt, quando vendicat eccleſiam ſibi
pleno iure ſubiectam ex præſcriptione. In primo caſu, ſi
19 quando † epiſcopus concedit eccleſiam pleno iure, dicit
D. Abb. quod videtur conceſſiſſe omnia iura, quæ ipſe poſ-
ſideoat exceptis quibuſdam, quæ a ſe abdicare non poteſt,
20 vt in cap. paſtora. de dona. Quę † autem ſint hęc iura, quæ
epiſcopus a ſe abdicare non poteſt, not. gl. in d. c. paſtoral. &
in c. viſis, xvj. q. ij. plene per Ioan. And. in capit. cum venera-
bilis, de cenſi. nec per hanc generalem donationem vide-
tur data poteſtas eccleſiæ, cui eſt facta donatio, vt poſſit fru
ctus eccleſiæ donatæ in proprios vſus conuertere, vt notan-
tur, dicit Inno. in cap. paſtoralis, de priuileg. & dicit D. Ab-
ba. eſſe intelligendum, quod epiſcopus hanc cõceſſionem
faciat cum conſenſu capituli, & ex cauſa, vt in d. capi. paſto-
ralis, facit cle. ij. de re. eccl. non alie. nec iſte tex. probat, quod
epiſcopus poſſit eccleſiam in totum alteri concedere Inno.
ſecundum Ioan. potius probat oppoſitum, quia papa non
fuit motus ex illa donatione, ſed ex ſententia, & in hoc
21 plus poteſt † ſententia, quæ donatio epiſcopi, & ita allega-
uit iſtum text. Ioan. And. in d. cap. cum venerabilis, de cenſi.
dicens quod hic ex ſententia poteſt eccleſia pleno iure al-
teri eſſe ſubiecta, & non ſic ex donatione epiſcopi, quia pro
ſententia pręſumitur, quod ex aliqua iuſta cauſa fuerit lata,
vt hic in fi. ſed epiſcopus non poteſt a ſe abdicare in totum
onus epiſcopale. quia qua ratione poteſt reſpectu vnius ec-
cleſiæ, ſed eadem rõne poſſet reſpectu aliarum, qđ non eſt
admittendum, vt in l. legatus, ff. de officio præſid. & in c. niſi
cum pridem, de renun. cum ſimili. In ſecundo autem ca-
22 ſu ſi quando conceſſio † facta fuit per metropolitanum, di-
cit quod aut eſt facta conceſſio de eccleſia ſuę dięc. & idem
dicit, quod in epiſcopo, aut fecit conceſſionem de eccleſia
ſuo ſuffraganeo, & non valet conceſſio, vt in c. duo ſimul,
de officio ordin. & in cap. paſtoral. eod. tit. & hoc eſt verum
ſecundum glo. hic, in verbo ſub teſtimonio, niſi hoc feciſ-
ſet de conſenſu epiſcopi, ſed glo. fin. in cap. placuit, xvj. q. vj.
requirit conſenſum omnium epiſcoporũ prouincię ad hoc,
vt epiſcopus poſſit dare priuilegia in diœce. ſui ſuffraganei,
ſed D. Abb. dicit quod illa gloſ. procedit in facto graui con-
cernente ſtatui totius prouinciæ. facit, quod no. glo. xi. q. iij.
in fi. Summę, & quod no. Inno. in capit. iij. de inſti. In facto
autem concernente pręiudicium vnius epiſcopi tantũ ſuffi
cit illius conſenſus, dummodo interuenerant alię ſolemni
tates, vt conſenſus capituli, & conſimiles, quia tunc conſen
tiendo videtur eccleſiam de nouo concedere, arg. in capitu.
paſtoralis, de dona. & in l. Caius de pign. & idem dicit in pa-
triarcha. ar. c. duo ſimul, de officio ord. facit per locum a ſpe
ciali, cap. penult. de pe. & re. & cap. j. eo. tit. in ſexto. In tertio
23 autem caſu, ſcilicet quando conceſſio fit † a papa, dicit D.
Abb. quod in dubio idem dicendum eſt, ſed illud quod dici-
tur in conceſſione facta ab epiſcopo, hoc excepto, ex quo
papa conceſſit altari eccleſiam pleno iure, videtur conceſ-
ſum omne ius epiſcopale, & ſic epiſcopus nullã iuriſdictio
nem habebit, nam ſecundum Hoſt. in cap. quoniam, infra
de priuile. eccleſia dicitur pleno iure pertinere ad aliquem,
24 qñ † epiſcopus nullũ ius epiſcopale ibi exercet. facit, quod
no. in c. conſtitutus, de reli. do. & ſubdit D. Abb. quod non
credit, quod per hanc cõceſſionem eccleſia, cui eſt facta do
natio poſſit conuertere fructus eccleſię donatę in proprios
vſus, quia hæc cõceſſio veniat in pręiudicium eccleſię, quę
conceditur, debet ſtricte intelligi, ar. eorum quę no. Innoc.
in c. cum dilectus, de dona. & Ioan. And. in c. olim, de verb.
ſign. & ſubdit, quod habebit illam poteſtatem in tempora-
libus, quam habet epiſcopus in eccleſia ſuę diœc. ſcilicet ra
tionem exigendi de temporalibus, vt no. Inno in c. cum &
plantare, infra de priuileg. facit etiam no. Inn. in cap. cum ad
ſedem, de reſtitu. ſpol. & in cap. paſtoral. de priuile. ſed tu ui-
de glo. in cle. prima, in verbo ad menſam, de exceſ. prelat.
quę dicit, ꝙlicet eccleſia ſit ſubiecta pleno iure, ẽt ſi ſpectet
inſtitutio, & deſtitutio ad ſuperiorem eccleſiam, non tñ
poteſt conuertere eius fructus in vſus proprios, niſi eccleſia
25 ſit de menſa ſuperiore eccleſiæ, quia † aliud eſt eccleſiã eſſe
de menſa, aliud eſt, quod ſit ſubiecta pleno iure. & idẽ dicit
Inno. in capit. paſtoral. de priuileg. In quarto vero caſu, ſci
licet quando quis vendicat eccleſiam ſibi ſubiectam pleno
iure ex pręſcriptione. diſtinguit D. Abb. quod aut alter eſt in
26 poſſeſſione, puta epiſcopus, & tunc tantum † pręſcribitur,
quantum poſſidetur, nec extenditur pręſcriptio vltra arti-
culum poſſeſſionis, vt no. Inno. in c. ij. de capel. mo. & Bart.
in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de iti. actuque priua. facit c.
cum contingat, & quod ibi not gloſſ. de deci. & hoc caſu,
obedientia in ſpiritualibus, & fidelitas in temporalibus nõ
probant plenam ſubiectionem, ſed ſolum illa duo compe
tunt. Aut nemo erat in poſſeſſione examinandi iuriſdi-
ctionem, & tunc ſi exercet aliquem actum iuriſdictiona-
lem animo acquirendi aliquam iuriſdictionem illam ac-
quirit, & pręſtabit debito tempore, vt no. Inno. in d. cap. de
capel. mo. idem ſentit Bar. in d. §. ſi quis hoc interdicto, & in
l. 3. in fi. prin. ff. de acqui. poſſ. & ibi etiam per legiſtas. In du-
27 bio autem quando non conſtat † in cuius diœc. eccleſia ſit
ſita, & tunc dicit D. Abba. quod exercitium aliquorum
iuriũ eſt indicium plenæ ſubiectionis, vel hoc allegat text.
no. & ibi no. per Inno. & Ioan. And. in c conſtitutis, de re.
do. In glo. ibi vero ſub teſtimonio hęc glo. fuit ſupra decla-
rata, ſed aduerte ad vnum, quia dato quod archiepiſcopus
poſſit donare eccleſias pleno iure de conſenſu ſui ſuffraga-
nei, non tamen operabitur plus talis donatio, quam ſi ſo-
lus epiſcopus donaſſet, vnde illa quę non poteſt a ſe abdica
28 re † epiſcopus donando eccleſiam pleno iure, vel ipſam
eximendo non poterit etiam archiepiſcopus donando ab-
dicare a iuriſdictione epiſcopi. quia iſta donatio valet non
propter donationem archiepiſcopi, ſed propter cõſenſum
epiſcopi, quia conſentiendo videtur ipſe donare, vt ſupra
dixi, vnde perinde eſt, ac ſi ipſe epiſcopus donaſſet, & hoc
adde ad ea, quę ſupra dixi ſuper prima gloſſ. in ſecundo ca
ſu. In gloſſ. in verbo ſua voce dic, quod gloſ. male reſpon-
dit ad l. hac conſultiſſima, quia non eſt veriſimile, quod nõ
29 ſciuerit ſcribere cum ignorantia ſit turpis in epiſcopo, vt in
c. inter cętera, de offi. ordi. vnde dicas quod eſt ſpirituale in
teſtamento, quod teſtator tenetur ſcribere per ſe ipſum, ſi
ſic ſcribere, in alijs autẽ actibus regulariter quis poteſt ſcri
bere, vel ſubſcribere per alium, ita loquitur hic. In gloſſ. in
verbo donationis intellige gl. dum dicit, quod non interue
nit, ſeu quod non fuit ſeruata forma iuris, quod non con-
ſtabat iſtam donationem factã ex cauſa legitima, nec fue-
rit ſeruata debita ſolemnitas, quia non interfuerit conſen-
ſus capituli, vt in d. c. paſtoralis, de dona. & 12. q. 2. ſine exce-
ptione, alia uero priuilegia confirmatoria donationis non
valuerunt, tanquam fundata ſuper inſtrumento donatio-
nis, quod erat nullum. & dicit D. Abb. clarius dicẽdo, qnod
priuilegia ſummorum pontificum non concedebant ſim-
pliciter eccleſiam pleno iure, ſed referebant ſe ad primam
conceſſionem eã confirmando in forma communi, vtpu-
ta ſicut epiſcopus iuſte conceſſit, ita concedimus, & confir-
mamus, cum enim nõ ualeret prima conceſſio, ita nec pri-
uilegia ſuper illa fundata, quia parum operatur confir-
mãtio in forma communi de quo uide bon. gloſſ. & Doct.
in capitulo primo, de confir. vti. uel inuti. & quod dixi ſupra
eo. de cętero, & uide bo. tex. & quod ibi not. Inno. Ioan. An.
Bu. & D. Abb. in c. inter dilectos, de fide inſtrum. vbi dicunt,
quod ſi papa dicit eximimus eccleſias, quas ſub his voca-
bulis duximus exprimendas, quę pertinent ad monaſteriũ
veſtrũ, vel ſumpſerunt regulã beati Aug. de quo dic, vt ibi.
dicit aũt Inno. hic eſſe differentiam inter priuilegia confir-
matoria, & confirmationes, quia in priuilegijs confirmato
riis ponuntur multa vltra illa, quę ſunt confirmata, in con
firmationibus uero ponuntur ſolum illa, quę ſunt confir-
mata. Pone exemplum, momaſterium habens multa pri
uilegia a papa petit a ſucceſſore priuilegium confirmato-
riũ, & alias gratias, quas proceſſor non conceſſerat papa
in priuilegio confirmat gratias conceſſas per prædeceſſorẽ,
( & alias

& alias concedit quas præceſſor non conceſſerat, hoc eſt
30 priuilegium confirmatorium. Confirmatio † vero eſt, qñ
papa aliquam conceſſionem per inferiorem factam cõfir-
mat, vt habeat maius robur, nec aliud continetur quã con-
ceſſio, quæ confirmatur, iſta proprie dr̃ confirmatio ſm In-
no. ponit etiam Inn. aliam drĩam, quia in confirmationib.
non requiritur ſubſcriptio, ſed bene in priuilegijs, hoc vlti-
mum dicit D. Abb. procedere in conceſſione facta ab infe-
riore appellati, quia in conceſſione papæ non requirit̃ ali-
qua ſubſcriptio cum ipſe habeat plenitudinem poteſtatis.
dicit etiam ꝙ in priuilegio conceſſo ab inferiore requiritur
ſubſcriptio ſm ſubiectam materiam, de quo vide in c. non-
nulli, de re. eccl. non alie. In glo. in verſ. ad litigantes, de arti-
culo quem tangit glo. ſ. qñ ſententia faciat ius, quo ad alios
dic, vt per Inn. in c. cauſamq́; ĩ. qui fi. ſint leg. vbi dixi, & per
Bar. in l. ingenuum, ff. de teſta. Ho. & dicam in c. quamuis. ĩ.
eo. in gloſ. vlt. hæc gl. intelligit text. dum dicit, ꝙ veritas ge-
ſtorum præualet ſermonibus duobus modis. Primo, ꝙ res
fuit aliter narrata, quã fuit geſta, vnde dicit tex. ſm iſtum in
tellectum potius eſſe ſtandum veritati, q̃ ſermonibus. Se-
cundo modo intelligit, ꝙ appellantur ſermones, vel actio,
& priuilegia, quæ non valebant, & veritas geſtorum ſen-
tentia, quæ tranſiuit in rem iud. quæ debet præſumi recte &
rite lata, ex alia cã, quia poſtquam tranſiuit in rem iudi. hr̃
pro veritate, l. res iud. ff. de reg. iur. Inno. vero dicit, ꝙ hic ap-
pellat ſermones, iſta quæ allegabantur ꝯ ſententiam, quia
repñtatur ſermo, i. vanum, & iſte intellectus in effectu eſt
intellectus gl. Hoſt. vero dicit, ꝙ pars aduerſa dicebat litem
non fuiſſe conteſt. coram iudice, ſed geſta ꝯdicebãt quibus
magis eſt credendũ, C. de re iud. l. geſta, & ſubdit, ꝙ ſi produ
citur inſtrm ſententiæ ſuper facto antiquo præſumitur pro
litis conteſt. & pro proceſſu. arg. C. de ꝯhen. empt. l. j. & Inſti.
de fideiuſ. §. fi. & ĩ. eod. ſicut ſecus dicit ſi ſnĩa ſit recens, vel
obijciatur ꝯ proceſſum ante latam ſnĩam, quia tunc non
præſumitur pro ſnĩa, niſi quatenus conſtat ex proceſſu, vt
in c. qñ contra falſam, de prob. dr̃ autem quo ad hoc factũ
31 † antiquum qñ lapſum eſt biennium, poſt latam ſnĩam, de
quo remittit ad c. in præſentia, de renun. ſed D. Abb. remit-
tit ad c. qñ contra, de probat. vbi dixi, ſed vide D. Abb. in c.
ſicut, in prin. 2. col. Secundo & ex his verbis, ĩ. eo. vbi dicit,
ꝙ ſiue factum ſit antiquum, ſiue recens præſumendum eſt,
ꝙ omnia rite, & recte proceſſerint, & quo ad iuſtitiã, & quo
ad proceſſum, & aſſerenti ꝯrium incumbit onus probãdi,
& dicit hoc probari per illum tex. & hoc tenet Inno. in c. bo
næ, de elect. & in c. cum in iure, de offi. deleg. qui dicit, ꝙ ex
32 quo ſnĩa tranſiuit in rem iud. pro ipſa præſumendum † eſt,
quo ad omnia, & hanc opi. credo eſſe veram, quia nec iſtud
c. nec c. ſicut, ĩ. eo. nec c. in præſentia, de renunc. quæ dñt, ꝙ
præſumitur pro ſnĩa, quo ad omnia requirunt, ꝙ factũ ſit
antiquum ante ſnĩam, vero non præſumitur pro ſnĩa, niſi
quatenus conſtat ex proceſſu, vt d. c. qñ contra, de probat.
ſimiliter qñ ab ea fuit appellatum, vt in c. cum ad ſedem, de
33 reſti. ſpo. ratio eſt, quia † appellatio extinguit præſumptio-
nem, quã faciebat ſnĩa, vt in l. Herennius, §. Caia, ff. de euic.
ꝙ qualiter intelligatur, dicam. ĩ. eo. cauſam, & hoc not. Ex
gl. quæro, quia hoc in libello fuerunt expreſſi x. articuli, vt
patet in prin. huius decr. & ſententia, vt patet in fin. fuit lata
34 ſuper duobus articulis tñ, quęro, an valeat † ſnĩa lata ſuper
aliquibus articulis cõprehenſis in libello, & non ſuper om-
nibus. & iſte articulus hic examinatur, & in c. cum inter R.
Seniorem, de elec. & per Bar. & Doc. in l. j. C. ſi aduer. vin. vn
de diſtingue faciendo duos caſus principales. Primus eſt, qñ
libellus continet plura capitula diuerſa. Secũdus eſt, qñ con
tinet vnum capitulũ, vel plura connexa. In primo caſu, ſcili
cet qñ libellus continet plura diuerſa capitula, ſm omnes
Doct. valet ſententia lata ſuper aliquibus. l. etiam, §. 1. ff. de
mino. & in c. cum I. & A. iuncta glo. 3. & 4. ĩ. eo. & in c. cum
veniſſent, de inſtitu. ratio eſt, quia vñr eſſe tot ſententiæ,
quot ſunt articuli, vt dicit in c. 2. in verſi. eadem, s̃. de or. cog.
ad idem quod not. Spe. in tit. de act. & petit. §. ſequitur, verſi.
ſi quis petit, vbi dicit, ꝙ ſi quis in eodem libello petiit ſortẽ,
& pœnam, & iudex pronũciauit ſuper pœna tñ abſoluen-
do reũ a pœna, quod valet ſententia, quia ſors, & pœna vi
dentur eſſe diuerſa, & per conſequens diuerſæ petitiones
alleg. c. Raynut. de teſta. cum ſimili. Sed non tangit Spe. aper
35 te † an iudex qui abſoluit a pœna cẽſeatur abſoluiſſe a ſor
te, ideſt a petitione debiti prĩcipalis, ſed potius ſentit, quod
non, dum dicit, ꝙ ſunt diuerſæ petitiones, nam vbi de pluri
bus diuerſis diſſeꝯtatur, & prius liquet de vno, quã de alijs
poteſt iudex prius ſuper illo pronunciare, vt in cap. cum ve-
niſſent, de inſti. & idem obſeruatur in diuerſis exceptionib.
ſimul propoſitis, ſi enim per confeſſionem partis prius li-
quet de vna, quam de alia, iudex ut parcat laboribus, & ex-
pen. partium, debet ſuper illa illico pronunciare, & ſuper
illa procedere, vt eſt tex. in d. c. cum inter R. Seniorem, & in
hoc not. Innoc. & Doct. de elec. & hoc idem ſequitur hic
D. Abb. Sed pro maiori declaratione pone caſũ ecõuerſo,
36 quod iudex pronunciauerit ſuper principali, † an vr̃ pronũ
ciaſſe ſuper pœna. In hoc ego dicerem, ꝙ aut pronuntia-
uit abſoluendo reum a petitione debiti principalis, & tunc
vr̃ etiam tacite abſolutus a petitione pœnę, ex quo. n. actor
non poterat petere debitum principale per conſequens nõ
incidit in pœnam non ſoluendo illud, ꝙ ſoluere non tene-
batur, vt in l. lecta, verſ. ſed cum ſortis petitio, ff. ſi cert. peta.
Vnde ſententia abſoluens a petitione debiti principalis, vr̃
per conſequens abſoluiſſe a petitione pœnæ, quia ex quo
actor non probauit reum debuiſſe ſoluere per conſequens
non probauit reo, non ſoluendo in pœnam incidiſſe, &
per conſequens eadem ratione reus vr̃ a pœna abſolutus.
Aut iudex pronunciauit pro actore condemnando reũ ad
ſolutionem ſortis, & in hoc caſu non puto, ꝙ iudex videa-
tur abſoluiſſe vel condemnaſſe ad pœnam, ſed hoc cenſe-
tur prætermiſſum a iudice, tamen quia pęna acceſſoria eſt
37 ad ſortem poterit † iudex ſupplere condemnationem pœ-
næ eodem die, vt in l. Paulus, ff. eo. ſed maius dubium eſt in
condemnatione expenſarum, valet an iudex condemnan-
do in principali nulla facta mẽtione expenſarum videatur
in eis abſoluiſſe, vel condemnaſſe. Sed D. Abb. in c. ſignifica
uerunt de excep. in ſecunda col. videtur velle, quod cenſea-
tur reum abſoluiſſe in expenſis, ſed ego non credo hoc eſſe
verum, quia ſi cenſetur abſoluiſſe non poſſet corrigere ſen-
38 tentiam, quia † iudex bene vel male pronunciãdo in plus,
vel in minus, quam debeat non poteſt ſnĩam ſuam corri-
gere cum ſit functus officio ſuo, vt dicit text. in l. iudex
poſtquam, ff. eo. vnde l. Paulus, ff. eod. dicit quod licet iudex
ſententiam ſuam non poſſit corrigere, poteſt tamen adde-
re ea, quæ deſunt ſententiæ, circa acceſſoria reum in ipſis
abſoluendo, vel condemnãdo eodem die. Si ergo condem
natio expenſarum deeſt priori ſnĩæ, nec iudex condemnan
do, vel abſoluendo in expenſis, dr̃ corrigere ſententiam, ſed
ei addere. ſequitur ꝙ condemnatio, vel abſolutio expenſa-
rum intelligitur omiſſa, & ſic ſuccumbẽs non intelligitur,
nec abſolutus, nec condemnatus, & iſtam opi. tenet Bar. in
l. condemnato, C. de litib. & li. expen. vbi dicit, ꝙ iudex ſo-
lum intelligitur, ſolum in parte pronunciaſſe, hoc eſt ſuper
39 principali, & nõ ſuper expen. ſicut enim quando iudex † de
aliquo capitulo non cognouit poteſt ſuper alijs pronũcia-
re, & ſuper illo non facere pronũciationem, vt in l. licet, C.
de iud. ita qñ plene non cognouit, an reus ſit condemnan
dus, vel abſoluendus in expenſis, poteſt ſuper expenſis non
pronunciare, ſed ſuper principali tantum, & tene perpetuo
menti, ꝙ iudex omittẽdo condemnationẽ expenſarũ non
cenſetur condemnaſſe, vel abſoluiſſe. Et ex hoc infert, ꝙ ſi
40 expenſæ poſſunt peti † iure actionis, vt quia ſint promiſ-
ſæ in inſtro poterit ille, qui obtinuit in principali, poſtquã
ſnĩa tranſiuit in rem iud. petere expen. incipiẽdo iudicium
de nouo ſuper ipſis, & idem qñ ſtatutum diceret victum vi-
ctori debere condemnari in expenſis, quia ẽt tunc debentur
iure actionis, de quo vide Bar. & gl. in l. non ſolum, ff. de rei
ven. & in l. 3. §. ſi rem, ff. de l. 3. Et ex his habes, ꝙ vbi diuerſa
capitula ſunt deducta *in libello, vel in iudicio*, ꝙ valet ſnĩa
41 † ſuper altero, & ꝙ iudex ferendo ſnĩam ſuper vno non in-
telligitur renũciaſſe ſuper altero, ẽt ſi illud ſit acceſſoriũ
ad capitulũ ſuper quo eſt pronunciatũ, vt eſt cõdemnatio
pœnæ expenſarum, vel fructuũ, hoc tñ intelligitur, niſi a b-
ſolutio veniret neceſſario in ꝯñtiam, vt eſt qñ iudex abſol-
uit a principali, quia tunc ẽt vr̃ abſoluiſſe a petitione pœ-
42 næ fructuum, vel expenſarum, quia vbi non põt peti † prin
cipale etiam acceſſoriũ non põt peti, l. lecta, verſ. ſed cũ ſor
tis. ff. ſi cer. pet. & in l. 4. C. de poſiti, & in l. cẽtũ Capuæ, & in
l. fi. ff. de eo. ꝙ cer. loco. Secus econuerſo, ſ. ſi iudex abſoluiſ-
ſet ab acceſſorio, quia non intelligitur voluiſſe abſoluere
a principali, vt voluit Spe. & D. Abb. & s̃. recitaui, limitat tñ
D. Abb. inquantũ ſupra dixi, ꝙ ſnĩa lata ſuper vno articulo
tñ valet, qñ capitula ſunt diuerſa, nam hoc non habet lo-
43 cũ, qñ eſſet actũ † inter partes, vt iudex ſuper omnib. ſimul
pronuntiaret, tunc. n. non valeret ſnĩa, niſi ſimul ſuper oĩb.
pronuncietur, vt in l. quid tamen, ff. de arb. & in c. cum dile-
cta, de reſcriptis, & hoc tenet gloſ. 3. ĩ. eod. cum I. & A. In 2.
aũt caſu principali, s̃. qñ libellus continet vnũ capitulũ tñ,
puta in libello petita ſunt centũ iudex condemnat, in 50.
& de alijs 50. nihil dicit, & in hoc ſunt opi. Sed cõis opi. eſt,
44 ꝙ † ſnĩa ĩ hoc caſu nõ valet ſup parte, ſup qua eſt pnũciatũ
p tex. in l. in hoc iudicio. ff. fam. erc. & hoc ſenſit Inn. in d. c.
cum inter R. Seniorem, de elect. & hoc tenuit Iaco. de Are.
& Bar. & Bal. in d. l. j. C. ſi aduer. rem iudic. & But. & D. Abb.

hic,& idem dicunt vbi eſſent plura capitula connexa, puta
ago cōtra te, quod percusſiſti Titiū cum ſanguinis effuſio-
45 ne. Iudex pronuntiat † ſuper percuſſione non facta aliqua
pronuntiatione ſuper ſanguinis effuſione certe ſententia
non valet, quia capitulum de effuſione ſanguinis eſt conne
xū, cū qualificet ipſam percuſſionē, de quo vide Bar. in l. de-
nuntiaſſe, alias in l. qui vxori, §. quid tamen. ff. de adul. & in
l. Diuus, ff. de re iud. & dixi in c. licet cauſam, ſ. de probat. Iſta
aūt cōcluſio recipit quinq; limitationes. Prima eſt, qn̄ cer
ta ſumma peteret̄ ex diuerſis cauſis, puta peto centū ex cā
mutui, & ex cā venditionis tibi factæ, & iudex condemnat
in 50. ex cā mutui de alijs 50. nihil dicens, nā valet ſnīa in
50. q̄a ex diuerſitate cāæ vn̄r diuerſa capitula, ar. in c. Abba.
ſane, eo. tit. in 6. & in l. ſi mater, §. & an eadē, ff. de except. rei
iud. & hoc tenuerunt quidā quos recitat hic Io. And & eo-
rū opi. ſequit̄ D. Abb. Scd̄a limitatio eſt, qn̄ inſtantia eſt pro
46 parte perēpta † ita, ꝙ ſequeret̄ reſpectu illius partis, in qua
ego dicerem,quod etiam in termino executiuo. ſi pars ſim
36 pliciter recepit † ſine cõtradictione talem terminum pars
poteſt appellare,vſque ad decem dies,niſi aliter de conſen-
ſu appareat,pro hoc allego Bar.in l.ij.C.de relatis,vbi dicit,
ꝙ vbi iudex facit aliquid parte præſente, & non contradi-
cente pars intelligitur conſentire, niſi in ſententiis interlo-
cutorijs,vel diffinitiuis,quibus non videtur conſentire, niſi
taceat per decem dies, vel alium actum exprimat, ex quo
exprimatur conſenſus,vt in l. ab eo. C. quomodo & quan-
do iudex,& in l.ad ſolutionem,C. de re iudi. Vnde cum iſte
terminus in ipſa indictione purgationis fuerit aſſignatus,
non videtur acquieuiſſe termino, ſicut etiam non videtur
acquieuiſſe ſententiæ, vbi taceat per decem dies, & iſte pro-
prie eſt caſus in prin.huius c. vnde dic, quod prin. loquitur
quando pars recipit ſine cõtradictione indictionem purga-
tionis cum termino,quo caſu per taciturnitatem non intel
ligitur velle renunciare appellationi,niſi taceat per x. dies.
Secunda vero pars loquitur, quando iudex aſſignat termi-
num breuiorem ad executionem ſententiæ, quã ſit a iure
conceſſum,quo caſu ſi ſponte recipit intelligitur conſenti-
re. Sed ſi reciperet ſine contradictione nõ intelligitur con-
37 ſentire,quia talis abbreuiatio † termini eſt quædam interlo
cutoria, & per hoc habes iſtum tex. declaratum intelligen-
do,quod contineat duas ſententias,intelligendo autem, ꝙ
contineat vnam ſententiam tantũ ſub conditione latam,
dicit D.Abb. quod eſt difficile reſpondere ad hanc contra-
38 rietatem, quia verbum † ſponte de neceſſitate, tunc habet
qualificare totam ſententiam, vnde eo reſpectu, quo non
poteſt reus appellare,quo ad breuitatem termini,ita nec ad
onus ſubeundæ purgationis, & dicit eſſe dicendum, quod
papa in verſ. taliter ponderauit lapſũ decem dierum ad fa-
ciliorem excuſſionem volentis appellare, nec reſtringit ſe
ad caſum,quando terminus fuit ſponte receptus, ſed reſpe-
ctu ſimpliciter cuiuſque ſententiæ,vnde iſte,nec ante decem
dium potuiſſet appellare, quia videtur ex tunc ſententiam
approbaſſe,vt infi.c.dicitur,& dicit, quod hoc modo quæ-
libet ſolutio poteſt ſuſtentari,ſed tu dic,ꝙ D.Abb. loquitur
ꝙ iſtum text. qui præſupponit expreſſe, quod infra decem
dies potuiſſet appellare,vnde dic intelligendo, quod ponat
vnum caſum, quod non ſolum quærebatur, an poſſet ap-
pellare poſt decem dies ante lapſum termini, ſed etiã quæ-
rebatur, an iudex poſſet exequi ſententiam lapſo dicto ter-
mino,an vero debeat expectari quadrimeſtre tempus,& pa
pa reſpondet ad vtrunque, quia ex quo recipit dictum ter-
minum, ſine ꝯdictione, nec infra decem dies appellauit,
39 videtur illud ſponte recepiſſe, quia non appellando † vide-
tur ſententiæ conſenſiſſe,vnde lapſo dicto termino ſenten
tia debet mitti executioni, nec debet expectari quadrime-
ſtre tempus,& hoc modo intelligendo iſtum tex.litera cla-
re procedit ſine aliquo contrario. In gloſſ.in verbo arctari
aduerte ſecundum D.Abb.quia gloſſ. non ponderauit text.
quia tex.innuit, quod etiam ſi ſine cauſa iudex decurtaue-
rit terminum imputandum eſt ſponte illũ recipienti, alias
tex.fruſtra ponderaret,quod ſponte ſuſcepiſſet terminum,
40 quia vbi ſubeſt iuſta cauſa † non requiritur, quod pars ſpõ
te recipiat,quia iudicium redditur in inuitum, vt l.inter ſti-
pulantem,§.j.ff.de verb.obl.& hanc opin.tenet Hoſt. qui ta
men ad text. reſpondet, ꝙ aut ſponte recipit, & ſponte ſibi
præiudicat,aut contradicat,& ſibi non præiudicit, quia lex
ſupplet,ſed Innoc. requirit, ꝙ appellet alias non ſufficeret
contradictio ſecundum eum.Sed But.ſequitur opi. Hoſt. &
etiam D.Abb.qui dicit,quod contra opin.Inn.vr tex. in d.l.
4.§.ſi quis condemnatus,ff.de re iud.vbi dicit,ꝙ quando iu-
41 dex abbreuiatur † ſine cauſa lex ſupplet,ſi enim lex ſupplet
nullum ſubeſt grauamen, & ſic non eſt neceſſe appellare,
ſed ſatis eſt,ꝙ pars ſponte terminũ non recipiat. Diſtinguit
tamen, quòd aut condemnatus petijt terminum bre-
uiorem ad ſoluendum, quam ſit terminus iuris, & tunc
videtur receſſiſſe a termino iuris, & renunciaſſe appella-
tioni, tam interpoſitæ, quam interponendæ, de hoc eſt
text.no.iuncta gloſſ. in l. ſolutionem. C. eodem aut con-
tradixit, & non ſponte reperit, & tunc non videtur ap-
probare terminum,ar.huius literæ,quæ ponderat,quod ter
42 minum ſponte recipiat. An autem faciat ſibi † præiudiciũ
ſi nõ appellat infra decem dies Innocen. dubitauit in cap.
ad petitionem,de accu.ſed D.Abb.diſtinguit, quod aut iu-
dex ſine cauſa moderatur dilationem, quæ datur a iure ſi-
ne miniſterio iudicis,vt eſt tẽpus quadrimeſtre,quod datur
ad executionem ſententiæ, & tunc ſatis eſt partim contra-
dicere, ſeu non ſponte recipere dilationem abbreuiatam,
quia lex immediate ſupplet,vt d.l.4.§.ſi quis condemnatus.
ff.eo.& in hoc caſu loquitur iſte text. aut iudex moderatur
ſine cauſa dilationẽ iuris requirentem miniſterium iudicis,
& tunc neceſſarium eſt appellare, etiam ſi iudex terminũ
abbreuiauerit ſine cauſę cognitione, & hoc caſu loquitur,
c.1.de dila.& ſic etiam dicit D.Abb.debere intelligi Innoc.
in cap.ad petitionem, de accu. & dicit, quod hoc procedit
etiam ſi eſſet talis dilatio, in qua ius diceret non minorem
dilationem eſſe dandam,vt patet in caſu l.ad peremptoriũ,
ff.de iudi.& dicit quod etiam in illis loquitur Innocen. in d.
cap.ad petitionem,cum enim in talibus dilationibus requi
ratur miniſterium iudicis multum poteſt officiũ iudicis, &
43 pro ipſo iudici preſumitur † ex quo non eſt interpoſita ap-
pellatio, & ſubdit D.Abb. quod hæc diſtinctio eſt de mente
Bartol.in vtroque membro, in l. 2. in verſiculo item quę-
ro, quid ſi iudex, ff. eo. & dicit ſupradictam diſtinctionem
procedere, quando iudex ſine cauſę cognitione arctauit,
ſecus ſi cauſa cognita curtaſſet terminum, tunc enim opus
eſt appellare ſi male fuit arbitratus,etiam ſi terminus detur
a iure ſine miniſterio iudicis,ratio eſt, quia ſententia eſt cõ-
tra ius litigatoris,& dicit, quod hoc ſentit Innocen. in d.c.
ad petitionem facit,c.cum inter,in ſi ſupra eod.& quod no.
gloſſ.in ſimili,in cap.cupientes,in verſic. quod ſi per vigin-
ti,in verbo priuatus,de elect.in ſexto,facit etiam ad hoc iſte
tex.dum dicit, quod iſte quadrimeſtre poteſt arctari a iudi-
44 ce, ſedente in medio. Dicitur enim † iudex ſedere in me-
dio, quando ſedet pro tribunali, & adhibet cauſę cogni-
tionem,vt in l.a pręcedente,C.de dila. dicit etiam D. Abb.
limitandum iſtum text. & ſupradicta,nam licet iudex non
poſſit arctare tempus quadrimeſtre ſine cauſa, poteſt tamẽ
45 illud prorogare,quia † prorogatio eſt fauorabilior, & dicit
quod hoc tenet gl.in l.ſecunda,& in l.quarta,§. ſi quis con-
demnatus.ff.eo.Sed dicit D.Abb.hoc eſſe verum,quantum
ad hoc, vt factum iudicis valeat, niſi appelletur, ſed dicit
poſſe appellari, quia nõ debet iudex aliam partem ſine cau
ſa aggrauare,& allegat l.ſecunda,ff.eod.vbi text.videtur in-
nuere, quod iudex nõ debet hunc terminum prorogare ſi-
ne cauſa,idem probatur hic in fin. Erit ergo hic differentia
ſecundum D.Abb.quod vbi iudex ſine cauſę cognitione ar
ctat terminum quadrimeſtris lex ſupplet, vbi autem proro
46 gat ſine † cauſę cognitione valet prorogatio, & ſicut pars
hoc caſu habebit,& tempus iuris,& tempus additum periu
dicem,& de hoc eſt text.in d.§.ſi quis condemnatus,vbi ita
diſtinguit, ſed ego dubito an poſſit pars appellare, ex quo
enim lex vult,quod valeat prorogatio ſine cauſę cognitio-
ne debet intelligi, quod velit eam valere cum effectu, quia
47 † verba iuris indubio ſunt intelligenda cum effectu, vt in
cap.relatum,de cler.non reſi. & in l. quinta. §. hic verba.ff.
quod quiſque iur. & ſic quod non poſſit interponi appella
tio. Si enim poſſet appellari ille text.expreſſiſſet,argu.cap.
ad audientiam,de deci.& in l.vnica.§. ſi autem ad deficien-
tis,C.de cadu.toll.& poteſt eſſe ratio, quia eſt modici pręiu-
dicij aduerſario, quod prorogetur dilatio ipſius quadrime-
ſtris, & ideo ego ſequor opin.glo.in d.l.ſecunda, & in d.§.
ſi quis condemnatus, quę mihi magis placet, quam o-
pin.Do. Abb. ſed circa pręd<?>icta quęro de aliquibus, & pri-
48 mo,an quilibet † iudex poſſit prorogare hunc terminum?
& D.Abb.reſpondet,quod quilibet,tam ordinarius, quam
delegatus poteſt hunc terminum prorogare, dicit tamen,
quod in delegato requiritur, quod ſit deputatus ad execu-
tionem ſententię, vel quod habeat executionem ſẽtẽtię,
tunc enim poteſt terminum prorogare, quia cõcernit exe-
cutionẽm ſententię,allegat not.in l.ſecunda.ff.eodem, ſed
tu dic, quod eadem ratione poteſt hunc terminum cum
cauſę cognitione abbreuiare. Secunda eſt quęſtio, quis
49 habeat † probare in cauſa appellationis,quando eſt appel-
latum ab abbreuiatione termini,& Innoce.in d.capitu. ad
petitionem videt diſtinguere, quod aut eſt abbreuiatus ter
minus in dilationibus arbitrarijs, & tũc incumbit proba-
 tio

tio appellãtis cum iudex præſumatur iuſte fuiſſe arbitratus
arg. in c. ad audientiam, de præſcri. aut ſumus in dillationi-
bus, quæ dantur a iure, & tunc dicit Inno. quod etiam ſi di-
citur cum miniſterio iudicis appellationis, ſeu iudex quan-
do proceſſit ex officio tenetur probare ſe ex iuſta cauſa ab-
50 breuiaſſe terminum, quia † non debuit ſine iuſta cauſa re-
cedere a diſpoſitione iuris, ar. d. l. ad peremptorium cum l.
ſequē. ff. de iud. & hanc diſtinctionem ſequitur hic D. Abb.
51 Tertia eſt quæſtio, an † epiſcopus quadrimeſtre detur his,
qui a principio confitentur debitum, contra quos non fer-
tur ſententia, ſed fit præceptum de ſoluendo iuxta, no. per
glo. in c. dudum, ij. in verbo reſponſiones quę incipit, ſed po
ne quod reus, ſupra de elect. & glo. in l. ſi debitori. ff. de iudi.
ſentit quod not. dicit enim, quod tunc datur tempus de-
cem dierum ad ſoluendum, & idem dixit glo. in c. omnes
inſti. de act. ſed Bar. in d. l. ſi debitori, dicit quod de iure eſt
52 dandum quadrimeſtre, ſicut datur condemnatis † per ſen-
tentiam, & hoc probatur in l. certum, in fi. ff. de confeſſ. di-
cit tamen ꝙ ex conſuetudine dantur decem dies, & in hoc
caſu dantur glo. prædictæ, ceſſante autem conſuetudine de-
bent dari quatuor caſus, vt in d. l. certum, in fi. ff. de confeſſ.
53 ſed circa prædicta mouet D. Abb. vtilem quæſtionem † nū-
quid reus teneatur ſatiſdare de ſoluēdo infra quatuor men
ſes, ſeu decem dies, qui dantur de conſuetudine, & dicit ꝙ
ſic, & de hoc eſt tex. cum glo. in d. l. ſi debitori, ff. de iudic. &
ita etiam hoc Bartol. not. ratio eſt, quia hoc tempus datur
condemnatis miſerationis gratia, l. ſi cum militi, ff. de com
penſa. ergo interim debent ſatiſdare, vt in l. vniuerſa, C. de
præci. imper. ofter. vbi tex. dicit, quod quando princeps con-
54 cedit alicui reſcriptum ſuper † dilatione debiti nō aliter va
let reſcriptum, niſi impetrans caueat de ſoluendo in termi-
no, & per illum tex. dicit D. Abb. fuiſſe conſultum, quod ſi
datur alicui ſaluuſcōductus, vt non poſſet conueniri a cre-
ditoribus ſuis infra terminum debet intelligi, dummodo ſa-
tiſdet de ſoluendo poſt terminum, quod dicit eſſe valde no
tandum, & eſt ratio omnium prædictorum ſecundum ip-
ſum, quia debitor poſſet interim fugere, quod eſſet iniquū.
55 Et ex hoc dicit Bar. in d. l. ſi debitori, c. ſi debitor † non cauet
vel cedat bonis poteſt capi, & incarcerari, vt in l. j. C. qui bo.
ce. poſ. ſed D. Abb. hoc intelligit, quando debitor laborat
inopia, ita quod veriſimiliter timeatur de fuga, nā ſi habet
bona ſufficieutia pro debito, prius debent capi bona, quā
ꝑſona incarceretur, vt dicit glo. 3. in l. 3. §. tutoris, ff. de ſuſpe.
56 tu. quam ſequitur ibi Bar. & pro hoc facit, quia ſi in † execu
tione ſententiæ, prius diſcutiuntur mobilia, quam perue-
niatur ad immobilia, & prius immobilia, quā deſcenda-
tur, ad nomina debitorum, l. a Diuo Pio, §. in venditi. ff. eo.
multo magis debet hæc miſericordia adhiberi circa ꝑſonā,
vt prius diſcutiātur prædicta, quam perueniatur ad captu-
ram perſonæ, facit l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cogan. Compel-
latur ergo cauere captis pignoribus, ſi habeat pignora ſuffi-
cientia, ar. in l. 1. ff. de ven. in poſ. mit. & Inſti. de ſatiſda. tuto.
prope fi. dicit tamen quod dictum Bart. poteſt procedere ſe-
cundum varias conſuetudines locorum, & ſtatuta, quę pro
debito admittunt capturam indiſtincte debitore non ſatiſ-
dante, & dicit hæc ſingulariter not. In gloſ. vlt. hæc gloſ. in
57 effectu dicit, ꝙ † aut executor facit aliud, quā ſit ſibi man-
datum, & tunc executio eſt nulla, nec eſt neceſſe appellare:
Aut facit illud, quod mandatur excedendo modum, & tunc
valet executio, niſi appelletur. Sed Hoſt. dicit, quod etiam ſi
executor faciat aliud quā ſit mandatum eſt vtile appellare,
ne condemnatus de facto grauetur, nam a ſententia nulla
poteſt appellari, vt in tit. proxi. ſolicitudinem, & c. dilecto.
dicitur etiam, quod licet executor faciat id, quod mādatur,
mādatum tamen poſſet eſſe iniuſtum, vel nullum, vel ſub-
reptitium, vnde poſſet appellari. Proſequitur in gloſſ. quia
58 glo. ponit viij. † caſus in quib. executor poteſt modum exce
dere. Primus eſt qn̄ executor plus aggrauat illum q̄ quem
executio eſt facienda, quā mandatum ſit. Pone exemplū,
executor non ſeruat ordinem iuris executionis, de quo in l.
a Diuo Pio. ff. eo. qui eſt, quod primo fiat executio in mo-
bilibus, ſecundo in immobilibus, tertio in nominibus debi-
59 torum. nam † executio non ſeruato tali ordine non valet,
vt ſentit hic Ioan. And. & Doct. & expreſſe tenet Bar. in d. l.
a Diuo Pio, & D. Abb. hic, ratio eſt, quia d. l. a Diuo Pio, nō
ponit illum ordinem, vt ſubſtantialem, ſed vt fieret execu-
tio cum minori præiudicio rei, & ſic cum in hoc ordine ver
ſetur vtilitas partis, ſi ſenſit ex hoc ſe grauari debet appel-
lare, quod dicit D. Abb. eſſe bene not. Item dicit gl. in d. l. a
Diuo Pio, quod etiam in rebus mobilibus debet ſeruari
ordo, quia primo debet capi, quod minus nocet debitori,
idem dicit Bar. in rebus immobilibus, ne ſcilicet per mo-
dica quantitate vendātur magnæ res, & ſi contrafiat poteſt
appellari, quaſi excedatur modus, tamen tene menti vnum
text. not. in l. fin. in fin. ff. quod met. cau. vbi dicitur, ꝙ etiā ſi
a principio ſit proceſſum ad capturam perſonæ, & coacta
fuerit ſoluere, tamen non poteſt repetere, ſi illud quod ſol-
uit erat debitum, potuiſſet tamen appellare, añ ſolutionem
60 quia excedebatur modus cum iudicium † non incipiat ab
executione, vt in l. 1. C. de execu. rei iudic. Secundus modus
eſt in quo executor excedit modum, quando ſcilicet execu
tor vendicat ſibi partes ſuas, ſed tunc ſecundum glo. ſenten-
tia eſt nulla, vt in l. executorem, & in l. ſi vt proponis. C. de
exec. rei iud. de quo plene dixi ſupra eo. de cætero. Secundus
caſus eſt quando obijcitur excōicatio contra petentem ex-
cōicationem, nam tunc ſi executor non admittit exceptio-
nem excōicationis poteſt appellari, & idem eſt dicendum,
61 vbicunque oppon excep. legi. quam † executor tenetur ad-
mittere, tunc enim quia grauat partem in actu executionis
opus eſt appellare, alias factum executoris tranſiret in rem
iud. tanquam factum contra ius litigatoris, & non contra
ius conſtitutionis, ſicut opus eſt appellare a iudice qn̄ legiti-
mam exceptionem non admittit, vt in ca. interpoſitam, &
in c. ut debitus, infra de app. & Doct. hic examināt quas ex-
ceptiones executor tenentur admittere, ſed dixi in c. de cæte
ro, ſupra eod. Quartus caſus eſt quando poſt ſententiam fit
nouatio, ideſt qn̄ interuenit aliqua cautio, vel ꝓmiſſio ani-
mo nouandi obligationem, quæ deſcendit ex ſententia, tūc
enim quia ſublata eſt actio, quę oritur ex ſententia, ſenten-
tia non eſt mittenda executioni, ſed agendum eſt ex noua
obligatione ſeruato ordine iuris, vt in l. 3. § ſi ex conuentio-
62 ne, ff. eo. iſte tamen caſus non conuenit, quia † ex quo ſu-
blata eſt ſententia, non debet fieri executio, & ſic nō poteſt
dari executor ad exequendam ſententiam, & ſi poſtquam
eſſet dat[9] executor fieret nouatio, ſublata eſſet facultas exe
quendi, vnde ſi executor exequeretur executio eſſet nulla
ipſo iure, nō quia modum excederet, ſed quia careret iuriſ-
dictione exequendi cum ſententia, cuius debebat fieri exe
cutio ipſo iure ſit ſublata per nouationem. Quintus caſus
eſt, quando executor vult exequi ſententiam, añ quadrime
ſtre, tunc enim modum excedit cum exequatur ante tēpus,
vt in §. plus Inſti. de act. & c. 1. de plus peti. Ideo poteſt ab eo
appellari. Sextus caſus eſt, qn̄ male interpretatur ſententiā,
ff. de app. l. ab executione. Sed tu dic, ꝙ executor non poteſt
63 interpretari ſententiam, † ſed iudex qui eam tulit debet eā
interpretari, de quo vide Bar. in c. l. ab executione, ſed forte
gl. voluit intelligere, qn̄ iudex qui tulit ſententiam, vel ſupe-
rior in executione ſententiæ, vult eam interpretari a tali, ta
men interpretatione poteſt appellari, & vt dicit text. in d. l.
executione. Septimus caſus eſt, qn̄ contra ſententiam obij-
citur exceptio falſi, tunc enim ab executione pōt appellari
ſi ea non obſtante vult exequi ſententiam, & idem dicas in
omni exceptione, quæ impedit executionem ſententiæ, nā
ſi executor eam non admittit poteſt ab ea appellari, ut dicit
Bar. in d. l. ab executore facit quod dixi ſup. In 3. caſu, & Io.
An. hic remittit ad Spe. in tit. de execu. ſententiæ, §. fi. vbi po-
nit xvij. caſus in quibus impeditur executio ſententię remit
tit, etiam ad Spe in ti. de app. §. in quibus, verſ. 5. & verſ. ſeq.
Octauus caſus eſt, qn̄ obijcitur exceptio per quam redditur
iudicis retro nullū, ſed iſte caſus comprehenditur ſub his,
quę dixi in præcedēti, q̄a exceptio, quæ iudiciū reddit retro
nullū impedit executionem ſn̄iæ, & ideo ſi executor eā nō
admittit pōt ab eo appellari, & dicit Bar. ī l. ab executione,
64 C. quorū app. non reci. ꝙ oēs exceptiones quę † poſſunt op
poni poſt ſn̄iam de quibus in l. 1. C. de iure & fac. igno. & di
xi in c. exceptionem, ſ. de exceptio. poſſūt etiā opponi poſt
quatuor menſes, qui dantur ad executionem ſn̄iæ, ex quo
infertur, ꝙ ſi executor nō admittit exceptiones, q̄ pñt op-
poni poſt ſn̄iam poteſt ab eo appellari, quod tene menti,
ſed Inno. addit caſus in quibus executor nō excedit modū
in executione, ſed diminuit, vt in l. ſi ut proponis, C. de exe
cut. rei iud. Ad quod facit ſecundum Hoſt. c. prudentiam, in
fi. 1. rn̄. de off. del. in eadem glo. in fi. Ioā. And. reſpondet ad
contrarium allegatū, in glo. quod habet locum, qn̄ man-
datum eſt iudicatum in certo, qui tunc id, ꝙ exceditur eſt
nullum. exemplum mandaui tibi, ut rem emeres pro eo. &
tu emiſti pro maiori precio, illud aūt ꝙ ſupradictum eſt ha
bet locū qn̄ mandatum eſt limitatum in incerto, puta mā-
datū eſt executori, ut mittat in poſſ. bonorū valentiū cētū
vel mittat in ptate bonorum hæreditatis, vel quæ poſſide-
bat teſtator, nā de his pōt dubitari, vnde appellatum eſt, ſed
65 quærit D. Abb. ad quem † ſit appellatū, & diſtinguit coniun
gendo dicta Bar. in l. ab execut. ff. de app. & in l. a Diuo Pio,
§. ſententias, ff. eod. & diſcurere per caſus, vt clarius intelli-
gas. Primus caſus eſt quando quis vult appellare a iure pro-
nunciante ſententiam debet mitti executioni, & tunc eſt
appellan-

66 appellandum†ad ſuperiorem ipſius iudicis, vt in capitulo
dilecti.de appel.& in l.prima,C. vbi & apud quem. Secũ
dus caſus eſt,quando appellatur ab executione facti p nun
cium facta,& tunc dic,quod aut nuncius exequitur, prout
fuit ſibi mandatum, & appellandum eſt ad ſuperiorem ip-
67 ſius iudicis,quia ipſe grauat,† & non nũcius qui nude ſeq
tur factum ſibi iniunctum,is enim fecit, cuius nomine fit,
vt in c.nouit.de appella.& in c.cum veniſſent.de reſtitutio.
ſpo. Aut grauat ipſe nuncius, vt quia excedit modum in
exequendo, & tunc appellandum eſt ad iudicem qui com-
miſit executionem,quia ipſe ſuperior immediatus, poterit
tamen grauatus etiam ſine appellatione implorare officiũ
iudicis contra grauamen nuncii,argum.dicta l. a diuo Pio.
†.ſi ſuper rebus.& idem puto quo ad appellationem,quan-
do delegatus ad executionem faciendam, quia eſt eadem
ratio.& hoc ſentit D.Ab. in vltimo no. Tertius caſus eſt,
quando petitur executio ſententiæ coram iudice alterius
territorii,vel alterius tribunalis, poteſt enim peti executio
68 †ſententiæ coram alio iudice agendo actione iudicati,iux-
ta no.per Bart.in l.intra dies.& in l.a diuo Pio.ff. eodem. &
in hoc caſu clarum eſt, quod debet appellari ad ſuperiorẽ
ipſius iudicis exequentis, quia ipſe exequitur iure proprio,
& non tanquam delegatus.ad c. poſtulaſti. in fine. de foro
competen.& c. Romana.§.contrahentes.eodem titu. in vi.
vbi ſatis innuitur,quod iure proprio exequitur,& non tan-
quam delegatus.ad idem l.cum vnus §.is qui.de bon.aucto.
69 iudicum poſ. Quartus caſus eſt,quando iudex alterius tri
bunalis pręſtat auxilium iudicii exequẽti, & tunc aut eſt au
xilium facti,aut iuris,in primo caſu,ſcilicet quando pręſtat
auxilium facti appellandum eſt ad ſuperiorem iudicis exe-
quentis,quia ipſe grauat,& non ille qui præſtat auxilium fa
cti,puta in executione ſententiæ latę per epiſcopum iudex
ſecularis mittat familiam ſuam,vt præſtet auxilium ad exe
cutionem ipſius ſententiæ: modo ſi epiſcopus excedit mo-
dum in executione ſententiæ appellandum eſt ad ſuperio-
rem ipſius epiſcopi,puta ad archiepiſcopum,vel ad Papã.

In ſecundo autem caſu, ſcilicet quando præſtat auxilium
iuris: exemplum epiſcopus excommunicauit impedientes
executionem ſententiæ iudicis ſecularis præſtando ei bra-
chium eccleſiaſticum,iuxta no.in c.primo, de officio ordi.
& in c.licet ex ſuſcepto.de foro competen. & tunc ſecundũ
Bar.appellandum eſt ad ſuperiorem epiſcopi, quia excom
municatio eſt nulla quæ grauat,ſed D.Abb.dicit,quod po-
teſt etiam appellare ad ſuperiorem iudicis ſecularis,quia ip
ſe grauat implorando iniuſte auxilium, ſeu brachium ec
cleſiaſticum, & quicũque cauſam damni dat damnum de-
diſſe videtur,vt in fi.de iniur.cum ſimili. Secundo quęro
70 iuxta prædicta, an in †appellatione ab executione ſentẽtiæ
ſit cauſa exprimenda? D.Abb.dicit,quod ſic, quia regulari-
ter ab executione eſt interdicta appellatio,vt hic,& in aliis
iuribus ſuperius allega.ergo in materia prohibita debet ex-
primere cauſam ad iudicandam appellationem,pro hoc al
lego tex.no.in l.cum quis decedens.§.Titia.ff.de lega.iii.vbi
dicitur,quod quãdo aliquid eſt regulariter prohibitum, &
71 certo caſu permiſſum † allegans factum, factum in cauſa
permiſſa debet hoc probare, & iſtam theoricam per illum
tex.poſuit Ioan.And.in addi.Spec. in rubrica de rebus eccl.
non alien.pro hoc etiam facit, quia talis executio eſt quæ-
dam interlocutoria,vel habet vim interlocutoriæ á qua nõ
appellatur,niſi expreſſa cauſa grauaminis,vt in cap.vt debi
tus.& in c.dilecto.de appel. Et quod cauſa ſit exprimenda
in tali appellatione,tenet Specu.in titu. de execu.ſenten.in
§.nunc dicendum.ver.ſed nunquid.& Ioan.And. in titu.de
appel.§.in quibus.ver.quanto.& Bart.in l.ab executione.ff.
de appel.& But.hic,& D.Abb. Et aduerte,quia ſicut non
poteſt appellari regulariter ab executione,niſi modus exce
72 datur,†ita etiam non poteſt appellari a pronunciatione de
exequendo,licet gloſ. tenuerit contrarium in l.ab executo-
re.C.quorum app. non reci.ſed Cyn. ibi tenet contrarium,
& Barto.in dicta l.ab executione. & hoc ſequitur Specu. &
Ioan.And.vbi ſupra,& Butri. hic in vltima colum.qui plus
dicit, quod etiam ſi petatur executio per actionem in fa-
ctum,& iudex pronunciet ſententiam exequendam nõ po
teſt a tali pronunciatione appellari, niſi modus executio-
nis excedatur,& allegat Ioan.And.in addi.Spe.de exec.ſen
ten.§.breuiter.ver.ſed ſecundum.ad fi. Tertio quæro iux-
73 ta prædicta,an†,per appellationem interpoſitam ab execu-
tione ſuſpẽdatur iuriſdictio in totum? & Ioan.And.in Spe.
de ſenten.§.videndum.ver.ſed nunquid diſtinguit,quod aut
exprimitur in quo modus exceditur.& tunc executio ſuſpẽ
ditur ſolum quo ad illud,& non quo ad cętera. Aut nõ ex-
primitur,& ſuſpenditur in totum executio ratione dubita-
tionis,& hanc opi.ſequitur hic Butr.ſed D.Abb.dicit,quod
hæc opi.fuit originaliter Vberti,vt recitat Specu. vbi ſupra
videtur.in fine. ab vltimo dicto recedere dicens,quod cum
cauſa ſit exprimenda in appellatione quæſtio non habet
dubium,quaſi velit dicere, quod cum ſemper teneatur ex-
primere cauſam non cadit dubitatio,an appellatio concer
nat totam executionem,an partem, quia hoc facile poteſt
perpendi per expreſſionem cauſæ,& D.Ab. dicit,quod hoc
putat eſſe de iure verius:vnde dicit,quod non valet hæc ap-
74 pellatio†,quia appello,quia excedis modum in exequẽdo,
quia cauſa grauaminis debet exprimi noĩatim, & non in
genere,vt in clemen.appellanti.de appel. ſed ſi vis ſuſtinere
opin.Ioan.And quam ſequitur Bu.potes dicere,quod talis
pronunciatio habet vim diffinitiuæ,cum poſt ipſam non
expectetur alia pronunciatio,iuxta no.in ca.ſignificanti.de
officio deleg. no.gl.in Authen.habita.C.ne fil.pro pa.vnde
non eſſet exprimenda cauſa in tali appellatione, vt dixi in
rub.huius titu.& per D.Abb.in c.peruenit.de app.Sed quo-
niam talis appellatio regulariter eſt prohibita ius requirit,
quod appellans exprimat cauſam in appellatione, & hæc
cauſa eſt in iure expreſſa, ſcilicet quod iudex excedat mo-
75 dum in executione,vnde ſi† appellans exprimit in appella-
tione,quod excedit modum in exequendo, licet non dicat
in quo valet appellatio.fateor tamen,quod ſi executor nol
let admittere exceptionem,quæ impedit executionem ſen-
tentiæ deberet exprimi in appellatione,quod appellat,quia
non admiſit talem exceptionem,&c.& hoc tenet Bar.in di
cta l.ab executione.ff.de appel.nec obſtat clemen.appellã-
ti.quia loquitur,quando appellatur ab interlocutoriis non
habentibus vim diffinitiuæ, & hoc modo poteſt ſaluari
opin.Ioann.And.& Butriga. dicit.certe dominus Abb. eſſe
notandum ſingulariter, quod quando cauſa appellationis
concernit partem executionis non ſuſpenditur executio in
totum.in contrarium facit ſecundum eum illud, quod no.
in cap.ſuper eo.de appel.vbi no. quod ſi appellatur ab vno
articulo ſuſpenditur iuriſdictio iudicis, a quo in tota cauſa
ſed reſpondet,quod illud procedit in iudice,qui debet ceſſa
re in totum,cum in multis habeat arbitrari, & ſic appella-
tio ab vno articulo reddit eum ſuſpectum in tota cauſa, ſe-
cus in executore qa non repellitur p̃textu ſuſpicionis,cum
ſit nudus miniſter, vt in cap.nouit.de appellation. quod di
cit eſſe bene notan.dicit etiam D.Ab.quod quando appel-
latur ab executione,quod ſi res in qua debebat fieri execu-
tio eſt mobilis,debet ſequeſtrari,& ſi eſt immobilis fructus,
in quibus eſt fienda executio debent ſequeſtrari, de hoc eſt
tex.no.in l.ab executore.C.quorum ap.non reci. per quem
dicit ibi Bar.quod ſi aliquis capitur propter debitum & ab
76 ipſa captura appellauerit debitor†non debet ſtatim relaxa-
ri,ſed pendente appellatione debet retineri, ſicut dicitur de
re mobili,quæ debet poni ĩ ſequeſtrum, & hoc dicit D.Ab.
eſſe multum no.ſed hoc intelligas,quando debitor capitur
in executione ſententiæ, vel pro executione inſtrumenti li
quidi ſtante ſtatuto,quod inſtrumenta habeant executionẽ
paratam, ſicut ſententiæ iudicũ, tunc enim ſi appellatur a
captura,tanquam modus excedatur,procedit dictum Bart.
quod ſequitur D. Abb. ſecus ſi ante latam ſententiam non
exiſtente tali ſtatuto in loco, tunc enim non deberet debi-
tor retineri,immo deberet dimitti,quia non debet fieri exe
77 cutio† ante cãm deciſam per ſententiam, vt in l. prima.C,
de execu.rei iudi.& puto Barto.& dominum Ab. etiam ita
78 intellexiſſe. Vltimo quęro ſecundum Hoſtien. †an delega
tus cui commiſſa eſt cauſa decidẽda infra menſem, ſi infra
menſem excommunicauit contumacem poſſit poſt men-
ſem eum abſoluere, & concludit Hoſtien. quod non,quia
poſt menſem expirat eius iuriſdictio,vt in cap.de cauſis. de
officio delegati.dicit tamen Hoſtien.quod ſi ſententia lata
contra excommunicatum ipſo iure ſit nulla, poteſt impe
trari reſcriptum ſuper nullitate ſententię, & valebit impe-
tratio ſecundum eum, etiam non facta mentione de excõ-
municatione,per capi. ſignificauerunt. de except.ſed Ioan.
And.in hoc vltimo tenet contrarium per capi. primum.de
reſcrip.in vi.vbi patet,quod excommunicatus non admitti
tur ad impetrandum,niſi in cauſa excommunicationis, &
appellationis,dicunt tamen Ioan.Andr. Butri.& dominus
Abb.hic,in fine.quod ſi petatur executio ſententiæ contra
excommunicatum poterit excipere de nullitate ipſius ſen-
tentiæ,vt in capi.pia.de exceptionib.in vi.dicit etiam Ioan,
And.quod excommunicatus poteſt ſupplicare coram ordi
nario qui tulit ſententiam contra eum, vt ipſam reuocet,
79 quia ordinarius põt reuocare ſententiã ſuam† ſi eſt nulla,
vt dixi in capi.primo,ſupra eodem. ſed & But.dicit,quod ſi
lata eſt per delegatum poſſet ſupplicare coram delegatum,
vt illam ſententiam reuocet, quia delegatus non poteſt re-
uocare ſuam ſententiam etiam ſi eſt nulla, vt dicit Innoc.
in

in c.j. ſupra eo.& ibi dixi, ſed But. de hoc remittit ad c. qualiter, el primo. infra de accuſa. vbi plene habetur, an & quando delegatus poſſit reuocare ſuam ſententiã, & ibi pleniſſime per Ab. & hæc ſufficiant in iſto c.

*S V M M A R I V M.*

1 *Sententia poteſt probari per teſtes, licet non deponant de cauſis, quę ſolent mouere iudicem ad ſententiandum.*

2 *Debitum in annis, uel annum, quo pacto ſolui debeat.*

3 *Spoliatus poteſt agere poſſeſſorio, petendo ſe reduci ad eum ſtatum, in quo erat ante ſpoliationem.*

4 *Teſtes probare poſſunt etiam illud, ad cuius ſubſtantiam exigitur ſcriptura.*

5 *Veſtimenta ſententię quę dicantur, & quæ ſint.*

6 *Teſtes quid debeant deponere pro ſententia probanda.*

7 *Teſtes ſufficit quod de profeſſione deponant, quia præſumitur neceſſaria profeſſioni interueniſſe.*

8 *Sententia probata, licet acta non reperiantur tamen omnia rite proceſſiſſe præſumitur.*

9 *Verbum omnia, nihil excludit.*

10 *Iudex licet ſit vnus ribaldus, tamen præſumitur in ſententia omnia ſolennia ſeruaſſe, ſecundum Bal.*

11 *Præſumendum eſt pro ſtilo loci in quo habetur copia peritorum.*

12 *Sententia valet licet in ea non exprimatur cauſa, quæ iudicem ad ſententiandum mouit.*

13 *Cauſam in ſententia exprimere fatuum eſt, cum aliquando bona ſubticeri poſſit, & mala proferri.*

14 *Iudex non tenetur ſequi conſilium ſapientis, etiam ex forma ſtatuti, ſi conſilium non ſit iuridicum.*

15 *Iuriſconſultus an teneatur allegationes apponere in conſilio.*

16 *Dictum teſtis valet, licet non aſſignet cauſam dicti, nec ſuper ea fuerit interrogatus.*

17 *Examinator debet interrogare teſtem de cauſa dicti ſui.*

18 *Teſtimonium valet, quia licet teſtis cauſam ſcientiæ non dixerit nec interrogatus fuerit tamen tacite ſubintelligitur efficax.*

19 *Dictio taxatiua non excludit cauſam ſuam.*

20 *Teſtis tenetur reddere cauſam dicti ſui prout ipſe percepit, & non de cauſa quæ mouit alium ad ſic faciendum.*

21 *Iudex tenetur exprimere cauſam in ſententia, nihilominus ſi non exprimat non vitiatur.*

22 *Iudex appellationis exprimit cauſam propter conſeruationem honoris iudicis a quo.*

23 *Iudex ſententiando contra ius commune, cauſam exprimere tenetur.*

24 *Abſolutio victi ab expenſis, non poteſt fieri a iudice, niſi cauſa exprimatur.*

25 *Reus quando abſoluitur debet exprimi cauſa a iudice.*

26 *Iudex ferendo ſententiam contra emptorem debet cauſam exprimere.*

27 *Sententia remouens tutorem a tutela, debet cauſam remotionis exprimere.*

28 *Cauſæ expreſſio in ſententia requiritur non ad validitatem, ſed vt appareat, an reus ſit recte aſolutus.*

29 *Iudex tenetur cauſam exprimere vbi ex generalitate ſententiæ poſſunt oriri diuerſi effectus.*

30 *Actiones plures quando ex eodem facto oriri poſſunt, actor tenetur in libello actionem exprimere.*

31 *Sententia in illis caſibus, in quibus iudex tenetur exprimere cauſam, ſi deficiat redditur iniuſta.*

32 *Sententia Papę lata ex falſa cauſa non ſuſtinetur.*

33 *Sententia quæ lata eſt a Papa ex alia cauſa quam in actis probetur, pręſumitur ipſius motu lata.*

34 *Iudex appellationis debet ſententiam confirmare, ſi ex alia cauſa potuiſſet idem iudicare, iudex qui ſententiam tulit nullam.*

35 *Veriſimile in dubio pręſumi debet, vnde plus deliberauit ſuper cauſa expreſſa, quam ſuper tacita.*

36 *Solennitas an præſumatur eſſe obſeruantia in inſtrumentis, ſicut præſumitur obſeruata in ſententia.*

37 *Solemnitas intrinſeca dicitur quæ comprehenditur, vel comprehendi poteſt ex prolatione uerborum.*

38 *Verbum promitto poteſt intelligi multipliciter.*

39 *Solennitas extrinſeca quæ dicatur.*

40 *Verbum, venditio non comprehendit quod alicuius auctoritas interuenit.*

41 *Auctoritas prælati non præſumitur in contractu eccleſiæ, niſi probetur.*

42 *Solennitas extrinſeca non præſumitur, niſi de ea mentio fiat.*

43 *Solennitas extrinſeca quæ potuit interuenire tempore inſtrumenti pręſumitur interueniſſe.*

44 *Iuramentum teſtis per ſcripturam probatur ſi dicatur teſtis iuratus depoſuit.*

45 *Contractus venditionis cum eccleſia celebratus non præſumit tractatus præciſſe, niſi aliter probetur.*

46 *Solennitas quę non potuit interuenire tempore inſtrumenti, etiam quod in eo exprimatur, non pręſumitur.*

47 *Solemnitas extraiudicialis ſemper præſumitur interueniſſe inter partes, niſi contrarium probetur.*

48 *Teſtibus creditur de ſolemnitate exteinſeca, ſi reddunt ſufficientem cauſam ſcientię, ſecundum Ab.*

49 *Solennitas intrinſeca in dubio regulariter pręſumitur, vbi uide limitationes.*

50 *Solemnitas intrinſeca quę non eſt fauorabilis non pręſumitur.*

51 *Solemnitas intrinſeca non pręſumitur in dictis teſtium.*

52 *Iudex debet decernere an ex verbis reſultet ſtipulatio.*

53 *Verbum promiſit eſt verbum facti.*

54 *Dictum teſtis debet de neceſſitate concludere.*

55 *Sententia lata a ſuo iudice, facit pręſumere omnia legitime geſta fuiſſe.*

56 *Scriptura probat ſolemnitatem, quando ius mandat ſcripturam interuenire.*

57 *Pręſumptio ordinati aliquando eſt tanta, ut transferat onus probandi in excipientem.*

58 *Scriptura requiritur in ſententiã non ad probationem, ſed ad ſolemnitatem, ſecundum Ab.*

59 *Iudex an pręſumatur habuiſſe commiſſionem ex eo quod appellauit ſe delegatum.*

60 *Factum debet ſemper probari, tam in iudicialibus, quam extraiudicialibus.*

61 *Affirmans quid eſſe factum contra ius, vel aliquid ſolemnitati deficere debet probare.*

62 *Actus qui non probatur in cauſa a iure permiſſo celebratus, pręſumitur geſtus contra ius.*

63 *Solemnitas pręſumitur ſemper interueniſſe, niſi contrarium probetur.*

64 *Pręſumptio ſolemnitatum procedit ſolum ex pręſumptione, vnde tollitur per alias pręſumptiones.*

## CAP. XVI.

1 SIcut nobis. Sententia poteſt † probari per teſtes, licet non deponant de cauſis quæ ſolent mouere iudicem ad ſententiandum. hoc dicit. Communis diuiſio Secunda ibi, cum autem. In tex. ibi, quinque modiis frumenti. Ioan. Andr. dicit, quod modius accipitur pro menſura, & allegat 14 q. 4. quicunque & infra de donatio. per tuas. Item
2 ibi, per † annos ſingulos, Ioan. And. dicit, quod propter hæc verba ſolutio debebat fieri circa finem anni. ſecus dicit, ſi deberentur quinque modii annui, quia deberent ſolui, in prin. cuiuſque anni, iuxta illud annua, ſi debes tunc incipias caput anni. Anno ſi debes in fine tenebris anni, quo verſus ponit gloſſ. Inſti. de verbo. obliga §. at ſi ita ſtipuleris, vbi vide glo. de iſta materia, ſed Ioan. Andr. ſe remittit ad c. peruenit. ſupra de arbi. vbi tetigi, & plene per Barto. in l. qui is anno. ff. de verborum obl. Item ibi, reſtitutionem ſibi fieri poſtularet, Hoſtien. intelligit de reſtitutione ſubtractorum, vel retentorum, allegat de reſcrip. cum dilecta. & de elect. querelam. Item ibi, ſuper hoc conuentus fuerit, Ioan. An. dicit, quod debet intelligi, quod conuentus fuit ab eodem, & ex eadem cauſa, alias non obſtaret exceptio rei iudi. allegat c. pen. & ibi vide glo. magnam ad fi. & ibi dixi ſupra de excep. Item ibi, auctoritat epiſcopi Laudenſis. Hoſtien. intelligit, quod iſte epiſcopus erat diœceſanus, cuius iudex qui tulit ſententiam erat officialis, ſic infra de cogna. ſpi. c. fina. Item ibi, ſoluit ſupple in ſcriptis, ſed quia forte acta de perdita erãt probabatur ſententia per teſtes. No. primo, ex tex. ibi, reſtitutionem ſibi fieri poſtularet ſecundum D. Abb. quod quis
3 poteſt agere † poſſeſſorio ad dandam penſionem, ſeu procurationem petendo ſe reduci ad eum ſtatum, in quo erat ante ſpoliationem, & dicit D. Ab. hic eſſe tex. ſing. quod poſſit agi poſſeſſorio ad annuam penſionem pro mere iuribus perſonalibus, quia hic non dicitur, quod iſta penſio daretur reſpectu alicuius rei, facit, quod non glo. no. ii. q. ii. c. nullus. & c. cum inter. in fi. j. glo. ſupra de excep. & de hac materia dic, vt plene habetur in c. querelam. ſupra de elect. & per Legiſtas in l. ſicut annis. C. de pac. & in l. fi. ff. quorum bonorum. vbi per Bar. No. ſecundo, quod illud, quod ad ſui ſubſtantiam
4 † exigit ſcripturam poteſt probari per teſtes ſi ſcriptura eſt deperdita, & ſufficiunt duo teſtes, nam ad validitatem ſententiæ requiritur ſcriptura, vt in c. fi. de re iudi. in vi. & tamẽ poteſt probari per teſtes, vt hic, ad idem eſt tex. not. in l. teſtium. C. de teſti. vbi probatur, quod etiam vbi ſcriptura eſt de ſubſtantia probationis nihilominus poteſt actis probari per duos teſtes: dummodo probatur caſus proditionis, facit optime c. primo. cum ibi no. de priui. Tertio no. quod

ad

ad probandam ſententiam per teſtes non eſt neceſſe, quod
teſtes deponant de omnibus contentis in ſententia, ſed
ſatis eſt, quod deponant ſuper effectu, & ſuper ſubſtantiali-
bus ſententiæ: iſti enim depoſuerũt de iuriſdictione iudicis
qui tulit ſententiam, & defectum ſententiæ, vnde Goffre. &
Ioan. Andr. hic in verbo, nudę. dicunt ſatis eſſe, quod teſtes
dicant de commiſſione iudicis, & de ipſo iudice, & de cauſa
ſuper qua fuit litigatum, & de quo, & contra quem lata fuit
5 ſententia, †iſta enim ſunt neceſſaria veſtimenta ſententiæ,
& hæc probantur in tex. vbi dicitur, quod ſuper eadem cau
ſa fuerit conuentus, & quod fuit abſolutus a magiſtro H.
qui erat officialis, vel delegatus epiſcopi Lauden. ab
impetitione aduerſarii, vnde in tex. probatur, quod requiri-
6 tur, quod teſtes† deponant de iuriſdictione iudicis, qui tu-
lit ſententiam, vt patet ibi auctoritate Lauden. epiſcopi p
batur etiam, quod teſtes debent deponere in qua cauſa ſit
lata ſententia, vt patet ibi ſuper hoc conuentus iunctis ver
bis ab impetione ſubdiaconi memorati, probatur etiã ter-
tium, ſcilicet, quod ſententia debet continere, pro quo et
contra quem fuit lata ſententia, vt patet ibi ipſum abſoluit
ab impetione &c. vnde tamen eſt ſingulariter, no. ſecundũ
Do. Abb. quod teſtes non depoſuerunt, quod interuenerit
ſcriptura, vnde videtur eorum teſtimonium non valere, iu
xta no. per Bar. in l. ſicut iniquum. & in l. emancipatione.
C. de fide inſtrumen. ſed dicit D. Abb. poſſe dici, quod ĩ caſu
noſtro eſt præſumendum, quod interuenerit ſcriptura, ex
quo teſtes depoſuerũt de ſententia, quia illa eſt ſolennitas
intrinſeca ipſius ſententię, non enim poteſt eſſe ſententia
ſi non interuenit ſcriptura, vt in l. prima, C. de ſentẽ. ex per.
reci. & hoc ſentit hic Bu. facit, qnod no. Barto. in l. ſciendũ.
ff. de verborum obliga. & dicit Do. Abb. quod hoc optime
7 probatur in c. in præſentia. ſupra de proba. vbi patet, †quod
ſufficit vt teſtes deponant ſuper profeſſione, quia præſumũ
tur omnia neceſſaria ad profeſſionem interueniſſe, & dicit
D. Abb. quod hoc optime probat iſte tex. in fi. vbi dicitur, ꝙ
ex quo cõſtat ſententiam a iudice ſuo fuiſſe prolatam pro
pter auctotoritatem iudiciariam omnia præſumuntur legi
time proceſſiſſe. Quarto no. ex eiſdem verbis, quod vbi con
8 ſtat† de ſententia, licet non appereant acta, præſumendum
eſt, quod omnia rite, & recte proceſſerint, & aſſerenti con-
trarium incumbit onus probandi, & dicit Do. Abb. iſtum
tex. tenendum menti. quia hic non diſtinguitur inter factũ
recens, & antiquum, ſed in genere dicit, quod propter au-
ctoritatẽ iudiciariam omnia præſumuntur legitime pręceſ
9 ſiſſe. vnde dicit ponderduãm eſſe, verbũ, omnia, †quia ꝗ to
tum dicit nihil excludit xix. di. c. ſi Romanorũ. & in c. ſolitę.
a de ma. & obe.[a] vnde dicit hic Do. Abb. eſſe tex. contra opin.
Hoſtien. ſupra eodem. cum inter. qui voluit diſtinguere in-
ter factum recens, & antiquum, & quoniam ibi examina-
ui ea, quę dicit hic D. Abb. me vlterius non extendo, & di-
10 cit hic Bald. quod† omnia debent præſumi ſolenniter acta,
etiam ſi iudex ſit vnus ribaldus, mouetur, quia auctoritas
iudiciaria, & non perſona iudicis eſt illa quæ facit omnia
pręſumi ſoleniter acta, vt probat iſte tex. & ſimiles. Quin
to no. ibi, in pleriſque locis, in quibus copia peritorum, ha
11 betur idem moris exiſtat, &c. †quod præſumendum eſt pro
ſtilo loci in quo habetur copia peritorum, & iſte tex. ſecũ-
dum D. Abb. facit, quod licet dicta Doctorum non neciſſi
tant ad deciſſionem cauſæ, maximam tamen præſumptio-
nem faciunt pro iuſtitia ipſius cauſæ, facit c. primo. de deci.
& l. prima. C. de profeſ. qui in vrbe Conſtan. lib. xii. & l. pri-
ma. C. de legi. & quod no. glo. in c. primo. in verbo, de cęte-
ro. de poſtula. præla. in vi. Vltimo no. quod dato, quod nõ
12 †exprimatur cauſa, quæ mouet iudicem ad ſententiandũ
nihilominus valet ſententia, & expone tex. ibi omnia quæ
mouent iudicem non exprimantur &c. i. nulla expriman-
tur, & ita exponit Ioan. And. & neceſſarium eſt ita expone
re, vt ſaluetur deciſio decre. quę ſubſtinet iſtam ſententiam
quę fuit probata per teſtes in qua nulla cauſa erat expreſſa,
& quotidie allegatur iſte tex. per Legiſtas, & Canoniſtas, ꝙ
valet ſententia licet nulla cauſa, quę mouit iudicem ad ſen
tentiandum in ſententia ſit expreſſa, immo Spec. in titu. de
ſenten. prola. §. qualiter. ver. verum. ſi rationes. conſulit iudi-
ci, quod non exprimat cauſam in ſententia, & dicit, quod
13 eſt † fatuum exprimere cauſam in ſententia, quæ de facili
poſſet mala cauſa exprimi, & bona ſubticeri, & ſic non va-
leret ſententia, & idem ſequitur hic Ioan. Andr. & remittit
ad no. in cap. ex parte. de conceſſione pręben. & ad cap. tum
ex literis. verſic. nos igitur. de reſtitutio. in integrum. & dicit
Hoſtien.. & Ioan. And. & Docto. quod nedum hoc obtinet
in diffinitiua ſententia, ſed etiam interlocutoria. allegat c.
cum ſuper. de officio deleg. & ſic refert Hoſtien. per D. Cle-
mentem de conſi. Cardinalium. & quod dicitur hic de cau
ſa non exprimenda in ſententia, dicit Ioan. And. hoc idem
ſeruare iuris peritos in conſiliis ſuis, quia non allegant iura
quando petuntur conſilia ab eis per iudices cãrum, ſecus ſi
petantur per partes, ſed Butri. remittit ad Ioan. And. in Spe.
de ſenten. prola. §. qualiter. ver. cęterum. & de conſilio exhi-
bendo. §. primo. ver. & no. quod conſiliarii. ſed D. Abb. in fi.
ſui Commenti, dicit, quod non putat hoc fore iuſtum, quia
14 iudex †non tenetur ſequi conſilium ſapi. etiam ſi ex forma
ſtatuti teneatur requirere, niſi conſilium ſit iuridicum. alle-
gat plene no. per Bar. in l. prima, §. ſi plures. ff. de exercit. ſed
tu vide Bar. de hoc in l. prima. §. quæſitum. ff. de appel. & in
l. ſi cum venerit. ff. de re iudi. Tangitur etiam in c. ſi pro debi
litate. de officio delega. ideo vt iudex bene decernat, an con
ſilium ſit iuri conſonum, ſecundum eum videtur neceſſa-
rium exprimere iura & motiua. Tu autem pro declara-
15 tione† conſidera tres caſus. Primus eſt, quando pars requi-
rit conſilium a iuris perito, & in hoc Ioan. Andr. fatetur, ꝙ
requiruntur allegationes in iure, ad hoc vt conſilium ſit iu
ridicum. Secundus caſus eſt, qñ iudex tenetur ſequi cõſiliũ
ſap. electi de ꝯſenſu partiũ, ꝑut dictant ſtatuta in multis ciui
tatibus Italiæ, & tunc valet cõſiliũ, & iudex tenet̃ illud ſeq,
licet ĩ eo nõ ſit inſerta aliqua cã, nec aliqua allegatio iuris,
& hoc caſu ꝓcedit opi. Io. An. & ita ſeruatur de facto, quia
conſultores communiter non inſerunt in conſiliis allega-
tiones iuris, & iſta conſuetudo, viget in hac ciuitate Padua
na. Tertius caſus eſt, quando ex forma ſtatuti iudex ſolũ
tenetur requirere, non autem ſequi, & hoc caſui puto tu-
tum eſſe ſeruare conſilium, D. Abb. ſcilicet vt conſultor in
ſerat cauſas, & allegationes iuris quę ipſum mouent, ſi ta-
men hoc non fecerit, iudex ex hoc nõ dẽt reiicere tale con
ſilium, ſed attenta tali auctoritate, & fama conſultoris po-
teſt licite ſequi, maxime ſi putat ipſum recte conſuluiſſe ha
bito reſpectu ad proceſſum. In glo. ſecunda, no. iſtam glo.
& vide glo. in c. cum cauſam. in verbo, de cauſis. ſupra de te
ſti. & ibi dixi Butri. aũt hic dicit, quod teſtes deponebant de
cauſa ſententiæ, quia dicebant ſe vidiſſe, & audiuiſſe, quan-
do iudex tulit ſententiam, & in qua cauſa pronunciauit, itẽ
licet dicerent ſe neſcire, quę cauſa mouit iudicem, ad ſic p-
nunciandum. & ex hoc infert, quod licet teſtis teneatur di-
cere cãm. dicti ſui ſi interrogatur a iudice, non tamen ar
ctatur dicere cauſam mouentem ad illud dictum, vel fa-
ctum ſuper quo deponit, vt in c. ſuper hoc. de renunc. & in
quantum glo. dicit, †quod valet dictum teſtis non aſſignan
tis cauſam dicti ſui ſi non interrogatur a iudice, dicit, tamẽ
quod teſtis qui de cauſa non interrogatur, non dicitur dili-
genter examinatus, & per hoc dicit Bal. quod in commiſſio
ne examinationis teſtium inſeritur clauſula, ꝙ diligenter
examinet, ſi non interrogat de cauſis non dicitur ſeruaſſe
formam mandati, & per conſequens non valet dictum te-
ſtis, quia licet non incumbat teſti non interrogati dicere
17 cauſam, incumbit† tamen examinatori interrogare de cau
ſa, vt in cap. cum cauſam. de teſti. vnde quia non ſeruat for-
mam mandati nõ tenet excuſatio. Vlterius dicit Bal. quod
ſi teſtis dicit, ſcio, quod Titius nõ fuit percuſſus Seio, quod
dictum eius ſi non fuit interrogatus de cauſa ſcientiæ, quia
perinde eſt, ac ſi dixiſſet verum eſt, quod non fuit percuſſus
a Seio: mouet̃, quia vbi teſtis non interrogatur cauſa ſcien-
18 tiæ† tacite ſubintelligitur efficax cauſa ſcientiæ, vt valeat te
ſtimonium, & non pereat, quod dicit eſſe nota. digniſſimũ.
intelligitur ergo, quod ſciat Titium non fuiſſe percuſſum
ſcio eo modo quo ponit eadem ſcientia in teſte, quia vide-
rit Titium percuti ab alio, & non a Seio. ſed Bald. dixit con-
trarium in l. ſolam. C. de teſtib. vbi vide per Docto. dicit hic
etiam Bal. quod valet dictum teſtis ſi dixerit ſe tantum ſci-
19 re, quia dictio† taxatiua non excludit cauſam ſuam, ſed ex-
tenſionem. hoc eſt dicere, quod non excluditur ſcientia
dicti ſuper quo deponit, ſed excluditur ſcientia vltra recuſa
tionẽ, hoc eſt, ꝙ ſcit illud quod deponit & non vltra qđ no.
Quantum tamen ad propoſitum teſtes depoſuerant ſuper
his, quæ erant neceſſaria, vt patet in litera, quia deponebãt
de iuriſdictione iudicis, de ſententia, & de cauſa, in qua fue-
rat lata, licet neſcirent deponere de cauſiis, quæ mouerunt
iudicem ad ſententiandum, quia ad hoc non tenebantur.
20 † Teſtis enim tenetur reddere cauſam dicti ſui, prout ipſe
percipit, & non de cauſa quæ mouit alium ad ſic faciendũ.
dicit tamen D. Abb. quod ſi interrogaretur, quod debet re-
ſpondere quatenus ipſe percepit, ſed tu dic, quod ſi non re-
ſponderet ex hoc non vitiaretur dictum eius, quia nõ eſt
de ſubſtantia teſtimonii, vt dixi in c. cum cauſam. ſuper glo.
in

ADDITIO.

a ¶ Idem dicit dominus Alexan. ſupra eodem. c. cum inter. in iii. colum. in prin. ver. ii. no.

in verbo ,de cauſis.de teſti. In glo.in verbo, non expriman
tur.diuide glo.in tres partes, prout de tribus quærit. Secun
da ibi,& ſimiliter. Tertia ibi,ſed nunquid. In prima parte
glo.in effectu tenet iudicem debere exprimere cauſam in
21 ſententia † tamen ſi non exprimit valet ſententia ex hoc
non vitiatur.Fallit in cauſa appellationis in qua iudex tene
22 tur inferer e†cauſam propter conſeruandum honorem iu-
dicis a quo,ſed Ioan.Gloſſator.infra eodem, c.cum Bertol-
dus.vt dicit hic Ioan.And.tenet,quod regulariter in ſenten
tia non ſit cauſa exprimenda,fallit in ſex caſibus. Primus
eſt in cauſa appellationis per rationem glo. Secundus eſt,
quando reus abſoluitur propter ineptam petitionem,vt in
c.examinata.de iudi.Tertius eſt, vbi ſit abſolutio ab inſtan-
tiã iudicii ſecundum formam legis properandum,C.de iu-
di.nam debet in ſententia exprimi per quem ſtetit,quomi-
nus cauſa fuerir expedita ante inſtantiam peremptorii, vt
dicta l.properandum.§.illo.Quartus,quando iudex †ſenten
tiando recedit a iure communi,vt l.ſciendum.ff.de appella.
24 reci.vnde dicit Ioan.And. † quod ſi iudex abſoluit victum
ab expenſis debet cauſam exprimere, quia abſoluit, vt in
Auth.de iudicibus.§.quia.collatio.vi.ratio eſt, quia de iure
communi victns victori eſt condemnandus in expenſis, vt
in c.furem litibus.de dolo & contum.ideo ſi cauſa ſpecialis
excuſat a condemnatione expenſarum debet exprimere
25 cauſam in ſententia. Quintus caſus eſt,quando reus†abſol
uitur,quia non poſſidet,vt in c.pe.de excep.nam ſi reus ab-
ſolueretur ſimpliciter videretur in dubio abſolutus, quia
actor non probauit,& ſic ſi actor vellet iterum agere ex ea
dem cauſa obſtaret exceptio rei iudicatę.Vnde ne iſtud prę
dictum ſentiat iudex debet allegare cauſam, ſcilicet quod
abſoluit reum, quia non poſſidet ad hoc vt reo poſtea poſ
ſidente poſſit iterum conueniri,vt dicto c.pen.de exceptio.
Sextus caſus eſt in ſententia excommunicationis.vt in cap.
primo.de ſenten.excommu.in vi ſed Bald. addit duos alios
caſus.primus, quando cauſa eſt criminalis, vt in l.præſes.ff.
de pe.Secundus eſt,vbi cauſæ expreſſione ſententia eſſet in-
certa,vt in l.ſecunda.§.ignominia ff. de his qui notan.infa.
26 & per hoc dicit,quod ſi iudex fert † ſententiam contra em-
ptorem debet cauſam exprimere,ſcilicet an condemnet ip
ſam ad reſtitutionem rei, quia habet malam cauſam vel
propter contumaciam,quia in primo caſu,ſcilicet quando
fertur ſententia contra ipſum propter malam cauſam ha-
bet actionem de euictione contra venditorem,ſed quando
ſubcumbit propter contumaciam non habet actionem de
euictione ideo ea debet exprimi in ſententia, vt in l. hoc
iure.cum l.ſequen.ff.de euictio.facit.quod no. Bar.in l.exce
ptionem.ff.de fideius. vbi examinat hunc articulum,quan-
do,ſcilicet emptor ſuccumbens in cã habeat, vel non ha-
beat actionem de euictione,& habetur in c.fin.de emptio.
& vendi.& ſubdit Bal. quod etiam ſi emptor ſit contumax
ſi tamen cauſa eſt talis,quod etiam ſi nõ fuiſſet contumax
ſuccubiſſet non perdit regreſſum de euictione contra ven-
ditorem,allegat glo.quam dicit ſingul.in l.ſecunda,C.de cõ
trario iudi.tute.ſed D.Abb.dicit,quod licet in caſibus ſupra
dictis iudex debeat exprimere cauſam in ſententia quo ad
certos effectus qui poſſunt ex ipſa oriri tamen ſi non fuerit
cauſa expreſſa ſententia non vitiatur, & per hoc allegat l.
ſecunda.§.ignominiæ.iunctis his quæ dicit ibi Bar.ff. de his
qui notan.infam.nam tutor remotus ab officio tutelæ pro-
pter dolum efficitur infamis, ſed remotus propter culpam
27 non eſt infamis,& propter hoc iudex†debet exprimere cau
ſam remotionis tamen ſi non exprimit valet ſententia, &
præſumitur remotus propter culpam ,nõ propter dolum,
quia debet fieri interpretatio in mitiorem partem, vt in di-
cto §.ignomiæ.& in l.iii.& in l.hæ enim ff.de ſuſp.tuto.& di
ſcurrit D.Abb. per ſingulos caſus ſupra enumeratos, & in
primo,ſcilicet in cauſa appellationis,dicit nullibi caueri,ꝙ
iudex appellationis teneatur exprimere cauſam, ſed potius
innuitur contrarium,in l.eos.C.de app.& ii.q.vi.in fi.in qui
bus patet,quod ſufficit iudicem appellationis pronunciare
appellationem iuſtam, vel iniuſtam,dicit tamen, quod de
honeſtate ſolum,quando irritat primam ſententiam ex nõ
uis actis debet exprimere cauſam, vt ſic conſeruet honorẽ
primi iudicis,& ſic intelligit,c. cum Ioannes. de fide inſtru-
men.& c.Raynutius.& c.Raynaldus.infra de teſta.In ſecun
do,tertio,quarto caſu dicit,quod etiam ſi cauſa non expri-
mitur tenet ſententia abſolutoria, vt patet in illis iuribus.
28 Exigitur† enim cauſa non ad validitatem ſententiæ, ſed vt
appareat an reus ſit abſolutus ab inſtãtia iudicii,vel ſimpli
citer,& in perpetuum. Item vt appareat in caſu l.properan
dum.per quem ſtetit, vt non ſequeretur diffinitiua ſenten-
tiã propter expenſas,& alios fructus, ſed iſte ſolutiones D.
Abb.non ſatisfaciunt quarto caſui,ſcilicet quando ſuccum
bens in lite abſoluitur ab expenſis,ſed dic, quod requiritur
expreſſio cauſæ non ad vtilitatem ſententiæ, ſed ad hoc vt
iudex non teneatur ſatisfacere parti aduerſę quam læſit ab
ſoluendo victum ab expenſis.In quinto caſu dicit D. Abb.
quod debet exprimi cauſa,vt ſi reus de nouo incipiat poſſi
dere poſſit conueniri non obſtante exceptione rei iudi. nõ
autem vt ex omiſſione cauſæ ſententia efficiatur nulla. In
ſexto vero caſu,ſcilicet in executione,dicit Do.Abb. quod
cauſa debet exprimi de neceſſitate,non tamen ex omiſſio-
ne ſententia redditur nulla,ſed excommunicator punitur,
nec pro ſententia præſumitur, vnde debet ſine difficultate
relaxari,vt dicto ca.primo. & ſic iſte caſus habet ſpecialem
naturam ab aliis caſibus ſupra exceptis, & hoc ideo, quia
iura ſtrictẽ mandant cauſam exprimi,quia iudices erant fa'
ciles in excommunicatione fulminanda, & dicit D. Abb.
29 poſt Butr.quod †vbicunque diuerſæ cauſæ habentes diuer
ſos effectus poſſunt oriri ex generalitate ſententiæ iudex te
netur cauſam exprimere in ſententia, & adducit ſimile de
libello,nam quando ex eodem facto oriuntur plures actio
nes diuerſos effectus producentes tenetur exprimere actio
30 nem†in libello,vt glo.& Docto.in c.dilecti.de iudi. & in l.
edita.C.de edendo.vnde eodem modo propter has difficul
tates vitandas iura voluerunt in certis caſibus cauſas expri
mi in ſententia, & dicit eſſe dicendum, vbicunque ſubeſt
eadem ratio,arg.de confir.vtili vel inuti.cum dilecta. & in
l.illud.ff.ad legem Aquiliã. dicit tamen,quod ex omiſſione
cauſæ ſententia non redditur nulla, ſed debet fieri interpre
tatio in mitiorem partem, vt in l.ſi præſes. ff. de pœnis. ſed
aduerte ego intelligo,quod in illis caſibus in quibus iudex
31 †tenetur exprimere cauſam in ſententia,quod ſi non expri
mit ſententia reddatur iniuſta,& quod iſta ſit iuſta cauſa ap
pellandi & reuocandi ſententiam præſertim, vbi infertur
præiudicium,ſeu damnum ex omiſſione cauſæ,& hoc mo
do debent intelligi Doct.& no.illud quod dixi ſupra ſecun
dum Spe.& Ioan.And.quod quando expreſſa eſt mala cau
ſa ſententia redditur nulla, nam hoc eſt verum ſecundum
D.Abb.quando talis cauſa eſt contra ius commune, ſecus
ſi ſit contra ius litigatoris,niſi eſſet notorie falſa ſaltem per
relationem ad acta,vt plene dictum eſt in ca.primo, ſupra
eodem. Secundo limitat D.Abb.quando falſa cauſa expri
metur iũcta dictione præſertim,vel præcipue,ſeu maxime,
vel alia ſimili,vt puta ſi iudex ita pronuncianit.Pronuncio
teſtem valere præſertim,quia minor 14. annis poteſt teſta-
ri,tunc enim valet ſententia,vt dicit Ia.Butr. in l.ſecunda.§.
ignominia.ff.de his qui notan.infamia.ſed But. in c.tam ex
literis.de reſti.in integ.per illum tex.in ver.nos igitur. repro
32 bat opi.Ia.Butri.quia ibi non ſaluatur ſententia Papæ†lata
ex falſa cauſa propter dictionem pręcipue,quia ex quo ap-
paret iudicem decęptum fuiſſe in cauſa expreſſa potius de-
bet præſumi deceptus in cauſa tacita.ſed But.in c.in præſen
tia.de renunc. vbi latius examinauit hanc materiam,dicit,
quod aut ſententia talis non poteſt iuſtificari ex actis & ſen
tentia corruit. Aut poteſt iuſtificari ex alia cauſa, quę ex
33 actis colligitur, & tunc † ſententia valet, quia præſumitur
ipſum fuiſſe motum,etiam ex illa cauſa propter dictionem
præſertim,ſecus dicit Butr. ſi alleget falſam cauſam non op
ponendo dictionem præſertim,vel ſimilem,quia tunc non
ſufficit, quod ſententia poſſit iuſtificari ex actis, quia patet
iudicem fuiſſe ſolum motum ex falſa cauſa, ex quo illam
ſolam ſine dictione præſertim,vel ſimiliter in ſententia ex
preſſit, allegat,quod no.in c.ex parte.de conceſſio. præben.
dic tamen,quod index appellationis debet talem ſententiã
confirmare,ex quo in actis apparet cauſa quæ habet iuſtifi
care ſententiam,per hoc allego Bar in l.ſi is ad quem.in fi.
ff.de acquiren.hæredi.vbi dicit quod ſi iudex qui tulit ſentẽ
34 tiam nullam ex alia cauſa potuiſſet idem iudicare † iudex
appellationis debet ſeatentiam confirmare, vt in l. fina.ff.
quod cum eo.ſed D.Abb.ſequitur opi.Ia.But.ſcilicet,quod
ſententia non ſit nulla quando in ſententia eſt appoſita di-
ctio præſertim mouetur, quia propter dictionem præſer-
tim apparet iudicem fuiſſe motum ex alia cauſa, quam ex
preſſa,& allegat dictum Inno.in c.in præſentia.de renun.&
Ioan.And.in c.cum inter.ſupra eodem.qui dicunt, quod ſi
iudex in ſententia exprimit duas cauſas, vnam continentẽ
errorem iuris expreſſum, alia contra ius litigatoris ſenten
tia valet,vt in c. per tuas. qui fil.ſint legi. ſed ad hoc poteſt
de facili reſponderi,quia apparet in alia cauſa expreſſa iudi
cem,quo ad eam non erraſſe in iure, ſed quando non eſt
expreſſa, ſed includitur ex dictione implicatiua alia cauſa,
quam expreſſa, non apparet qualis ſit illa cauſa, & ponit
quo ad illam errare in iure,ſicut in cauſa expreſſa,& in du-
35 bio hoc†debet præſumi, quia eſt veriſimile,quod plus deli-
berauerit ſuper cauſa expreſſa, quam ſuper tacita, facit re-
gula

gula ſemel malus.in vi.& de præſumptio.ſcribam.Conatur
etiam Do.Abb.reſpondere ad c.tum ex literis. ſed vide quæ
ibi dixi,& D.Abb.incidenter allegat dictum Innocen. in c.
quoniam contra falſam.ſupra de proba.vbi dicit,quod ſi iu
dex dicit in ſententia, quia probatum fuit per A.& B.ideo
condemnamus &c.licet appareat exactis per eos nihil eſſe
probatum,nihilominus ſententia quæ tranſiuit in rem iu-
di.non debet retractari.& D.Abb. hic ſequitur hoc dictum
ad ſubſtinendam opi.Ia.Bur.& illud dictum etiam ſequitur
D.Abb.in dicto c.quoniam contra falſam. Sed Innocen.
tenet contrarium,ſcilicet quod ſententia ſit nulla, infra eo
dem,cum Bertoldus.& D.Abb.ſupra eodem. inter cæteras.
dicit illud quod dicit Innocen.in dicto c.cum Bertoldus. eſ-
ſe verius & communius,& hoc etiam eſt verius,vt dixi in d.
c.quoniam contra falſam. Et de iſto articulo vlterius me
non extendo,quia puto dixiſſe in dicto ca. tum ex literis.&
vide Ioan.de Imo.in dicto c.in pręſentia.ſupra de renun. In
36 ſecunda parte glo.gloſ.in hac parte quæritur, †an inſtrumē
tis p̄ſumitur ſolennitas interueniſſe,ſicut p̄ſumit̄ in ſn̄ia iudi
cis,& glo.primo dicit,quod ſic,ſed poſtea videtur dicere cō
trarium,& recedere a primo dicto.ſed Do. Abb.dicit,quod
glo.habuit bonum intellectum,& quod in primo dicto de-
bet intelligi de ſolennitate intrinſeca. In ſecundo de ſolen
nitate extrinſeca. & de iſta materia plene habetur per Bar.
in l.ſciendum.ff.de verborum oblig.& examinant hic Butr.
& D.Abb.& Bu.plenius,quam D.Abb. ſed pro nunc referā
quæ hic dicit D.Abb.quæ ſunt originaliter dicta Barto.in di
cta l.ſciendum.vnde duæ ſunt regulæ,vna erit, an præſuma
tur ſolennitas extrinſeca.Secunda erit,an præſumatur ſolē-
37 nitas intrinſeca. † ſolennitas autem intrinſeca dicitur quæ
comprehenditur,vel poteſt comprehēdi ex prolatione ver
borum:exemplum ſi inſtrumentum dicit, quod Titius fuit
ſtipulatus &c.nam ſtipulatio dicitur,quando præcedit inter
rogatio,& ſequitur reſponſio,nec aliter fit ſtipulatio, l.pri-
ma,ff.de verborum obli.& Inſti.de verbo. oblig. in princip.
exemplum, quando comprehendi poteſt ſolennitas, licet
de neceſſitate non comprehendatur inſtrumentum, dicit,
38 quod Titius promiſit &c.Verbum enim promitto † poteſt
intelligi de ſimplici promiſſione,item poteſt intelligi de ꝓ-
miſſione per ſtipulationem,vt dicit tex.no.in l.ſciendum.§.
dictum.ff.de ędi. edi. Vnde verbum,promiſit,prolatum in
inſtrumento, indubio debet intelligi de promiſſione facta
per ſtipulationem, ex quo verba ſunt apta comprehende-
re ſtipulationem,vt in l.prima.C.de contrahen.ſtipula.& in
§.ſi ſcriptim.Inſti.de inuti.ſtipu.& in dicta l.ſciendum. ff.de
39 verborum oligatio. Solennitas autem †extrinſeca dicitur,
quam nec verba comprehendunt, nec ſunt apta compre-
40 hendere:exemplum,verbum venditio†non comprehendit
quod alicuius auctoritas interuenerit in contractu. & ideo
ſi minor vendit non præſumitur,quod interuenerit auctori
tas tutoris,niſi probetur l.quicunque.ff.de publ.Ratio,quia
verbum,venditio, ex natura, ſeu ſignificatione verborum
non comprehendit auctoritatem tutoris interueniſſe, &
41 idem†ſi eccleſia contraxit non pręſumitur auctoritas præ-
lati,niſi probetur,xii.q.ſecunda.ſi qua de rebus. & in c.pri-
mo.de rebus eccle.non.alienan.in vi.non enim ex proprio
vel ex lato ſignificato includitur hæc ſolēnitas ſit contra
42 primā regulā, quod ſolennitas extrinſeca non præſumitur
ſi de ea non fit mentio in inſtrumento, ſed ſi de ea fit men
tio in inſtrumento,fac tres concluſiones. Prima eſt conclu-
43 ſio ſi ſolennitas †extrinſeca potuit interuenire tempore in-
ſtrumenti præſumitur interueniſſe,ex quo de ea fit mentio
in inſtrumento,vt in l.prima.cum ſua glo.C. de fide inſtru-
& iure haſtæ fiſci.lib.x. & ibi etiam per Bar.& in l.ſi forte.ff.
de caſtren.pecu.& per eundem in dicta l.ſciendum.no Inn.
in ca.quoniam contra falſam. de prob.Exemplum dicit in-
ſtrumētum, quod Titius iuratus ſic depoſuit &c.hæc enim
44 ſcriptura probat iuramentum†teſtis, quia potuit interueni
re tempore depoſitionis, & non pręſumitur præſentia par-
tis,niſi addatur parte præſente, de quo vide per Barto. in l.
Theopompus.ff.de do.præal.& plene dixi in dicto cap. quo
niam contra. Secunda concluſio, ſi ſolennitas extrinſeca
non potuit interuenire tempore confecti inſtrumenti non
præſumitur,vt in dicta l.prima,C.de fide inſtrumen. & iure
haſtæ fiſca.lib.x.& ibi per Bart. & in dicta l.ſciendum.& in
auth.ſi quis in aliquo. C.de edē.& in l.ſi forte.C.de caſt.pe.
Exemplum, ſi in contractu venditionis cum eccleſia cele-
45 brato dicitur præcedentibus tractatibus,&c.non enim†prę
ſumuntur præceſſiſſe,niſi aliter probentur,vt in c.primo.de
rebus ecc.non alie.lib.vi.Fallit,quando talia verba enuncia
tiua eſſent probata inter perſonas quæ poſſunt iuri ſuo re-
nunciare, quia tunc præſumerentur interueniſſe, vt eſt ca-
ſus in l.optimam C.de contrahen.& committen.ſtipula.&
no.Bar.in locis pręd ictis. Tertia concluſio extrinſeca,quæ
non potuit interuenire tempore inſtrumenti, etiam ſi ſit
46 enunciata in inſtrumento † non præſumitur quo ad alias
perſonas,vt dicta Authen.ſi quis in aliquo. ſed prædictæ cō
cluſiones multum faciunt contra doctrinam Innocen. in
47 c.innotuit.in fi.infra de eo qui fur.or.rece.vbi dicit,quod†ſo
lennitates extraiudiciales ſemper præſumuntur interueniſ-
ſe inter partes,& inter alios,niſi probetur contrarium,& ꝑ
hoc dicit,quod ſi opponitur contra electionem,quod non
fit factum ſcrutinium, vel collatio habita, vel communis
electio,quod opponenti ſuccumbit probatio, ſed intellige
Inno.de ſolennitate intrinſeca,& hoc patet per exemplum
ſupra poſitum.nam electio dicitur, quando omnia ſunt ri-
te celebrata, alias non debet dici electio proprie loquēdo,
argumen.l.nullo.C.de feriis. Quid autem ſi teſtes deponāt
48 †ſuper ſolennitate extrinſeca,D.Abb.dicit,quod eſt ſtandū
teſtimonio eorum ſi reddunt ſufficientem cauſam ſcientię,
vt patet hic in eo,quod teſtes depoſuerunt de iuriſdictione
iudicis,& ſententia abſolutoria,ad idem de rebus eccl.non
alie.in c.ad aures.& hoc modo intellige gl.dum dicit,quod
ſolennitas poteſt probari per teſtes. Et per hoc ſum expedi
tus de prima regula. Venio nunc ad ſecundam,ſcilicet ad
ſolennitatem intrinſecam,& regula eſt,quod ſolennitas ex
trinſeca†in dubio præſumitur,vt in §.ſi ſcriptum.Inſti.de in
uti.ſtipula.& Inſti.de fideiuſſ.in fi.& in l.ſciendum.ff.de ver-
borum ob.& in l.prima,C.de contrahen.& committen. ſti
pu. & hic habet locū tam in inſtru. publico quam priuato
iſta autem regula recipit quatuor limitationes. Prima eſt,
50 quando ſolennitas † intrinſeca non eſt fauorabilis.i. verba
eam non comprehendunt, nec ſunt apta comprehendere,
exemplum,precium eſt de ſubſtantia emptionis,nec poteſt
dici venditio,niſi interueniat precium,vt in l. prima. & in
l.pacta conuenta.ff. de contrahen.emptio.non tamen præ-
ſumitur precium,niſi de eo conſtet, vnde non ſufficeret ꝓ-
bare rem eſſe venditam, niſi etiam probetur pro quo pre-
cio res ſit vendita,vt in §.precium.ff.de emp.& venditio.&
iſtam limitationem ponunt hic Bu.& D. Abb. Secunda li
51 mitatio eſt in dictis teſtium † in quibus non præſumitur ſo-
lennitas intrinſeca,vt eſt tex.iuncta gl.in l.prima.C.de vſur.
& ratio eſt,quia teſtis habet deponere & reddere rationem
per ſenſum corporeum,vt probatur.iii.q.ix.teſtes.& in l.te-
ſtium.C.de teſti.nec debet deponere per verba iuris,ſed per
verba facta,vt no.Innocen.in c.cum cauſam. ſupra de teſti.
ſi ergo teſtis dicit, quod ſtipulatio interuenit, non valet di-
ctum ſuum,niſi reddat rationem per verba facti.puta,quod
præceſſit interrogatio, & ſecuta fuit reſponſio. nam decer-
nere,an ex verbis reſultet ſtipulatio pertinet † ad iudicem,
ideo in dictis teſtium nō poteſt pręſumi ſolennitas intrin-
ſeca.ſed in inſtrumento eſt alia ratio, quia illud conficitur
de conſenſu partium, vnde poteſt notarius ſcribere illud
quod eſt geſtum per quæcunque verba,& idem eſt in priua
to ſcribente ſe promiſiſſe,vel aliquid ſimile.Bu.autem dicit
hanc limitationem eſſe veram,quando teſtis deponit ex to
to per verba iuris, ſecus ſi verba poſſunt adaptari ad quid
facti,vt quia teſtis deponit talem iudicem ſic pronunciaſſe,
nam hoc caſu præſumitur etiam in teſte ſolēnitas intrinſe
ca,& de hoc dicit eſſe tex.notabilem hic,vbi teſtes depoſue
runt ſimpliciter iudicem,ſic ſententiaſſe,& intelligit,quod
in ſcriptis.ſed D.Abb.hoc dictum reprobat per l.primā.iun
cta glo.C.de vſur.vbi patet,quod ſi teſtis deponit per verbū
promiſit non intelligitur per ſtipulationem, & tamen pro-
53 miſit†eſt verbum facti.Item dictum †teſtis debet de neceſſi
54 tate concludere,vt in c.in præſentia.de proba.nec ſufficit ꝙ
dictum teſtis concludat præſumptiue, nec ſufficit iuris præ-
ſumptio,vt dicit Bar.in l.prima. ff. ſi certum petatur.dixi in
c.auditis.de pręſcri.ad iſtum tex.dicit, quod ex præſumptio
ne teſtis,ſed ex præſumptione iuris,quia ex quo conſtat ſen
55 tentiam †a ſuo iudice latā omnia præſumuntur legitime
geſta,vt dicitur in fi.cap.Et ex hoc infert notabilem limita-
tionem ad ea quę dicit Bart. in l.ſciendum.ff. de verborum
obli.dum dicit,quod in dictis teſtium non præſumitur ſolē-
nitas intrinſeca,nam illud procedit,niſi ſe referant ad dictū
ſeu factum iudicis in caſu in quo pro iudice præſumitur.fa-
cit optime l.prima.& quod ibi no.Bar.C. de præd.cur.lib.x.
vbi dicitur, quod contractus intelligitur conceptus abſque
dolo,& fraude,& abſque deceptione, vbi decretum iudicis
interuenit,& idem dicit Bar.in l.frater a fratre.in vlti.char.
ff.de condi indeb.& Bald. in l.iubemus circa medium.C.ad
Trebel. Tertia limitatio eſt, quando ius mandat formam
probari,vt in c.ſacro.de ſenten.excommu.& in c.in nomi-
ne domini.ſupra de teſti.& hanc limitationem poſuit Inn.
in c.innotuit de eo qui fur or.rec.cum quā tranſit hic Ioā.
And. in fi.& d.Abb. dicit ipſam eſſe notandam. Quarta li-
mitatio

mitatio eſt,quando ius mandat ſcripturam interuenire.vi-
56 detur enim hoc præcepiſſe,vt † per eum probetur ſolenni-
tas,vt in c.cordi.de appel.in vi.& in c.primo,de ſen.excom.
eodem lib.& hanc limitationem etiam poſuit Innoc.in d.
c.innotuit.& Ioan.And.hic in fi.& per hoc Innocen.in c.ſu-
per his.de accu.notanter dixit,quod ſi excipitur contra ali-
quem,quod non eſt ſubdiaconus ; & ideo non potuit eligi
in epiſcopum,quod ſibi incumbit onus ꝓbandi ſe eſſe ſub-
diaconum , quia iura mandant ſuper hoc literas confici.ii.
57 q.j.legum.niſi ſit tanta† præſumptio pro ordinato,ꝙ tranſ-
ferat onus probandi in excipientem , vt ſi multo tempore
in ſubdiaconatus ordine miniſtraſſet, & de hoc vltimo vi-
de Innocen.Hoſtien.& Ioan.And.in cap. illud.ſupra de prę
ſump. ſed hæc limitatio videtur eſſe contra iſtum tex.quia
iura mandant ſcripturam confici de ſententia,vt in c.fin.de
re iudi.in ſexto.& tamen pro hac ſolennitate præſumitur,
vt hic But. ſoluit,quod hoc eſt ſpeciale propter auctoritatē
iudiciariam,ſed D.Abb.alio modo ſoluit, ſcilicet quod ſcri
58 ptura requiritur in ſententia , non ad probationem,ſed ad
ſolennitatem,ſcilicet,vt magna maturitate proferatur , ex
quo infertur , quod aut ius mandat ſcripturam fieri ad finē
probationis,& tunc non præſumitur ſolennitas intrinſeca
niſi appareat ſcriptura. Aut ſcriptura requiritur ad ſolen-
nitatem,& tunc præſumitur ſolennitas,etiam ſi de ſcriptu-
ra non conſtat.mihi tamen magis placet opi.Butr.quia iſte
tex.ſummit hāc præſumptionem, ex auctoritate iudiciaria,
ergo ea ceſſante,ceſſat præſumptio ſolennitatis. Ex prædi-
59 ctis poteſt decidi quæſtio,an præſumatur, quod iudex † ha-
buit commiſſionem ſi aſſeruit ſe delegatum,& Innocen.in
dicto c.innotuit.quod ſi ſententia fuit lata præſentibus par
tibus,nec reclamantibus præſumitur iuriſdictio,ex quo ſen
tentia tranſiuit in rem iudi.idem dicit , ſi lis fuit conteſtata,
quia poſtmodum parti neganti incumbit onus probandi
iuriſdictionis defectum.ſed iſtud,an prę ſumatur iuriſdictio,
plene examinatur in c.cum in iure.de officio delega.vbi vi-
de,& ponit Innocen.in dicto c.innotuit.vnam regulam,ſci
licet quod ſemper in iudicialibus, & extraiudicialibus opor
60 tet† factum probari. Sed qui dicit factum † eſſe contra
61 ius, vel aliquid in ſolennitate deficere illud debet probare,
ff.de proba.l. ab ea parte.quia omnia licent,niſi probentꝑ-
hibita,xi.q.prima.aliud.& de ſpon.cum app. cum ſimili.&
cum hoc dicto Innocen.tranſit Ioan.And. hic in fine Com
menti. Sed tu aduerte , quia inquantum Innocen.dicit, ꝙ
qui dicit aliquid factum contra ius.in hoc bene dicit,& pro
batur in iuribus allegatis per eum. optime facit quod not.
Bar.in l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de operis noui nunc.
& quod dicit D.Abb.in c.in præſentia.de proba.& quod di
xi poſt eum in c.auditis.de præſcrip. in illo articulo,an pro
batio debeat de neceſſitate concludere.hoc tamen intelli-
gas, quando actus geſtus non eſt de genere prohibitorum,
quia tunc eſſet neceſſarium probare actum eſſe in caſu a
62 iure promiſſo celebratum ; † alias in dubio præſumeretur
actum eſſe geſtum contra ius, vt in l. cum quis decedens.§.
Titia.ff.de legatis iii.& ibi per Barto.& in l.qui teſtium.ff.de
proba.no.Ioan.And.in Spe.de rebus ecc.non alien.in rubr.
Inquantum autem Innocen.dicit,qui dicit aliquid in ſolen
nitate deficere debet,hoc probare , hoc poteſt intelligi du-
pliciter.primo,quod qui dicit ſolennitatem,quæ deficit eſſe
a iure requiſitam , debet hoc probare, & hoc modo intelli
gendo Innocen. bene dicit. Secundo modo poteſt intelli-
gi,quod qui dicit ſolennitatem in contractu deficere,debet
63 hoc probare,quaſi præſumatur ſolennitas† interueniſſe,ni-
ſi contrarium probetur , tunc Innocen.non bene diceret,
niſi intelligatur de ſolennitate intrinſeca , ſed intelligendo
ipſum de ſolennitate intrinſeca bene diceret. ſed tunc eius
dictum recipit quatuor limitationes,quas ſupra retuli. Et
de iſta materia,ſcilicet an præſumatur ſolennitas,latius ha
betur per Barto. & alios in dicta l.ſciendum.ff. de verborū
obliga.& per Innocen.& alios in ca. cum in iure.de officio
delega.& in c.quoniam contra.de probat. vbi dixi.In tertia
parte glo.hæc glo.bene dicit, plus dixit Innocen. in dicto c.
64 innotuit.& Ioan.And.hic,quod cum præſumptio †ſolenni
tatum procedat ſolum ex præſumptione, tollitur per alias
præſumptiones, & iudex de facili inquirit,de præſumption.
quia veriſimile.& hæc tene menti.

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententia confirmatur ſi nihil doceatur contra eam.*
2 *Tertius cuius intereſt poteſt etiam appellare a ſententia.*
3 *Libellus poteſt dirigi contra eum qui eſt ſubiectus , quando agitur de ſubiectione.*
4 *Appellare non poteſt ille cuius non intereſt.*
5 *Victoria illius qui inter plures appellantes ab eadem ſententia de iure ſuo docuit non prodeſt illi qui in cauſa ſuccubuit.*
6 *Vtilius aliquando eſt non appellare,quam appellare.*
7 *Appellans qui non fuit in iudicio debet obſeruare tempora appellationis,rationabili cauſa nixus.*
8 *Appellare non licet a ſententia inter alios lata regulariter.*
9 *Cauſa appellationis tertii iuſta eſt,ſi intereſſe vel præiudicium ex ſententia exprimet.*
10 *Practica appellandi a ſententia inter alios lata.*
11 *Præſumptio eſt pro ſententia vbi nihil rationale obiicitur.*
12 *Sententia lata contra ſubiectum non nocet domino.*
13 *Defenſio æque pertinet ad ſubditum,ſicut ad dominum.*
14 *Appellatio datur a ſententia contra alios lata,ſi tertio aliquale prętudicium facit.*
15 *Executio ſententiæ differtur,quando tertius appellans probat ſummarie de iure ſuo,& ſuo præiudicio.*
16 *Iudex indifferenter pronunciabit , vel ſententiam tertio appellanti non præiudicare,vel quo ad illum eſſe iniquam,& iniuſtam,nam quo ad illum retractat.*
17 *Reoꝗ appellante a ſententia & tertio ſimiliter,ſi reus ſuccumbat & tertius probet,ſententia pro tertio tantum retractabitur.*
18 *Sententia eſt retractanda quo ad ipſum tertium appellantem,quando uictus eam ratam habuit.*
19 *Reus in cauſa capitali poteſt vti iure tertii appellantis,& ſententiā retractantis.*
20 *Victoria tertii appellantis,tunc prodeſt tertio,quando reus principalis fuit contentus de appellatione ipſius tertii.*
21 *Præiudicium quod affert ſententia inter alios lata non eſt plenum , ſed qualequale,ſecundum gl.*
22 *Iudex non videtur potuiſſe inferre iniuriam ei quem non cognouit, & ſic tertio.*
23 *Iniuria largo modo dicitur quod iure non fit.*
24 *Amicus noſter non eſt,qui noſtra iniuſte retinet.*
25 *Appellatio facta per tertium dicitur iudicialis,vbi dicitur,& quæ iudicialis,& qui extraiudicialis actus ſit.*
26 *Appellatio omnis quæ interponitur poſt litis ingreſſum eſt iudicialis.*
27 *Sententia debet ante omnia executioni mandari.*
28 *Prętudicium plenum fit per ſententiam,quando quis ſciuit de ſententia & non appellauit.*
29 *Dominium ſępe defectu probationis amittitur .*
30 *Probandi onus incumbit non poſſidenti.*
31 *Dominus cenſetur penitus alia perſena a ſubiecto,quo ad præiudicium ſuum.*
32 *Sententia lata contra vnum non nocet alteri , niſi ad eum primo loco pertineat actio.*
33 *Sententia non debet excedere effectum ſuum , & tranſire ad alias perſonas.*
34 *Subiectus litigans non prętudicat domino , cum agat de mero intereſſe ſuo , & quo ad ius ſuum dominus cenſeatur prorſus extranea perſona .*
35 *Superior qui appellauit a ſententia lata contra ſubditos,an ſi deſeruerit, ſibi præiudicium irroget.*
36 *Dictio alioquin aduerſatur pręcedentibus.*
37 *Intellectus verus textus,& literæ affertur.*
38 *Deſerens appellationem habetur pro non appellante.*
39 *Præiudicium oritur ex præſentia,ſeu aſſiſtentia in iudicio.*
40 *Contumacia ſola non ſufficit ad priuandum iure ſuo.*
41 *Tertius an poſſit indiſtincte appellare a ſententia lata contra principalem.*
42 *Tertius qui noluit appellare,an poſſit proſequi appellationem interpoſitam per principalem.*
43 *Tertius comparens in iudicio quid facere poſſit per caſus,& concluſiones determinatur .*
44 *Actione & defenſione ſpectante ad tertium principaliter, poterit eum qui incepit litem , comparendo ante litem conteſtatam, remouere .*
45 *Tertius comparens poſt litem conteſtatam,ſi ignorauit litem eſſe motā remouetur a proſequtione litis .*
46 *Tertius non remouetur a proſequutione litis , quem æque principalem eſſe conſtat cum ipſo.*
47 *Inuiti & ignorantes per ſolutionem,& iudicium liberantur.*
48 *Tertius agens an poſſit poſt lapſas dilationes teſtes producere .*
49 *Sententia lata contra principalem , an noceat tertio , qui liti aſſiſtit .*
50 *Confeſſio principalis,an præiudicet tertio.*
51 *Tertius qui contra ſententiam comparet an libellum offerre,et litem cōteſtari teneatur,& quando.*
52 *Geſta alterius nomine per tertium non poſſunt ratificari.*
53 *Probatio plena requiritur ad effectum impediendi propriam executionem .*
54 *Iudex fatuus dicitur qui ſuper non petitis pronunciat .*

CAP.

## CAP. XVII.

1 CVm ſuper. Confirmatur †ſentētiaquo ad reum appellantem ſi nil
doceat contra eam differtur, tamen ipſius exe-
cutio ſi tertius doceat de ſuo intereſſe. hoc di-
cit ſecundum D.Ioan.Andr.vel ſic ſecundum Abb.eadem
ſententia poteſt appellare nedum reus victus,ſed etiam ter
2 tius†cuius intereſt, & poterit ſententia quo ad reum nihil
de iure ſuo docentem cōfirmari.Reſpectu vero tertii ratio-
nabiliter appellantis infirmari. hoc dicit. Diuiditur in tres
partes. In prima deciſe narrat factum. In ſecunda confir
mat ſententiam quo ad reſpectū principalem. In tertia cō-
mittit cauſam executionis fiendæ, vel non fiendæ, quo ad
tertium appellantem.Secunda ibi,cum ex parte.Tertia ibi,
mandamus. No.primo,ex tex.quod quando agitur de ſu
3 biectione†libellus poteſt dirigi contra eum, qui dicitur ſu-
biectus abſque eo,quod primo cōueniatur is qui ſubiectio-
nem,vel ſubiectionis poſſeſſionem prætendit, de quo ple-
ne dixi in c.auditis.de pręſcrip. Secundo no.ꝙ a ſententia
poteſt appellare,nedum ille contra quem eſt lata,ſed etiam
ille cuius intereſt,licet in iudicio non comparuerit, cōcor.
l.a ſententia.in princi.cum duobus §.ſeq.ff. de appel.proba
tur etiam a contrario ſenſu in ca. cum inter R.ſeniorem de
4 elect.& ii.q.vi.non ſolent.in quibus dicitur,†quod ille cuius
non intereſt non poteſt appellare,ergo a contrario ſenſu il
le cuius intereſt appellare poteſt. argumentum autem a cō
trario ſenſu regulariter eſt validiſſimum in iure, vt in l. pri-
ma,§.huius rei.ff.de officio eius cui manda.eſt iuriſ.& in c.
cum apoſtolica de his quę fiunt a pręla. Tertio no. quod
5 quando ab eadem ſententia plures appellant† victoria illi⁹
qui de iure ſuo docuit non prodeſt alteri, qui in cauſa ſuc-
cubuit.& ſic limita c. vna ſententia.infra titu.proximo.& l.
ſi quis ſeparatim.§.fin.ff.de appel.illa enim iura loquuntur
quando ex pluribus condemnatis, quibus eſt eadem cauſa
defenſionis,vnus appellat,alii vero nolunt appellare confi
ſi de appellatione interpoſita per conſocium,hic autem lo
quitur,quando vterque appellauit.vnde quilibet innititur
in ſua appellatione, non autem in appellatione conſocii,
vnde victoria vnius non prodeſt alteri, & ita loquitur hic.
6 Et ex hoc infertur,quod†aliquo reſpectu eſt vtilius non
appellare, & inniti in appellatione conſocii, quam ap-
pellare,quia in primo caſu victoria conſocii ſibi prodeſt,vt
in iuribus ſupra allega. In ſecundo caſu nō.vt hic.de hoc la
tius dicam infra. Quarto no.ibi, rationabiliter,quod ter-
7 tius qui non fuit in iudicio pro ſuo intereſſe appellans†de-
bet ſeruare tempora appellationis interponēdæ, hoc eſt ap
pellare infra decem dies a tempore latę ſententię,ſeu a tem
pore quo habuit notitiam ſententiam eſſe latam, quia an-
te non incipit currere tempus appellationis interponendę,
vt in l. ab eo.C.quomodo & quando iudex.& ii.q.vi. ab eo
& no.gl.in c.anteriorum.eadem quæſtione. dixi ſupra eod.
quod ad conſultationem.item requiritur,quod appellet ex
cauſa rationabili, vt probat verbum,rationabiliter.& ex
hoc infertur,quod quando tertius appellat a diffinitiua ſen
tentia lata contra alium non ſufficit dicere appello ab ini-
qua ſententia,immo cauſa eſt exprimenda, idem probatur
in l.a ſententia.ff.de appel.& ibi hoc tenet Bart. & ſequitur
etiam hic Do.Abb.qui dicit, quod poteſt eſſe,ratio,quia re
8 gulariter non licet†appellare a ſententia lata inter alios,vt
dicta l.a ſententia.cum ergo iſta appellatio ſit facta contra
iuris regulas, oportet, quod exprimatur cauſa eam iuſtifi-
cans ſicut dictum eſt in ſimili de appellatione ab executio-
ne ſententiæ,vt dixi in dicto c.quod ad conſultationem. ſu-
pra eodem. Qualis autem cum exprimi debeat,D. Abb.
non declarat,ſed tu dic,quod iuſta cauſa eſt,quæ in appella
9 tione†tertii exprimi debet ēt allegato intereſſe,& pręiudi-
cio ipſius tertii appellantis, hoc probatur in dicta l.a ſentē
tia.& hic,vt patet ibi per eas eccleſiam.Oueten.lęſam graui
ter conquerebatur,facit optime c.veniens. el ii.ſupra de te-
ſti.& hoc ſenſit Barto.in dicta l.a ſententia.in fi. vbi dicit,ꝙ
tertius ſimpliciter appellans non auditur,niſi in appellatio
ne exprimat aliquam cauſam propter quam appareat, ꝙ
10 ſua interſit, & dicit hoc probari. ibi erit ergo practica†ap-
pellandi appello a ſententia per vos contra talē lata, quia
mihi infert præiudicium & damnum,quia res ſuper qua ꝓ-
nunciaſti pertinet ad me ex tali cauſa. vnde cauſa quę de-
bet exprimi in appellatione iſtius tertii non concernit cau
ſam iniquitatis ſententiæ,ſed concernit cauſam declaratio-
nis intereſſe, & præiudicii ipſius appellantis, & hoc modo
declara ea,quæ dicit hic D.Abb. Quinto no.in verbo,ni-
11 hil rationabile,ſecundum Bal. quod quando contra†ſentē
tiam nihil rationabile obiicitur præſumitur pro ipſa ſentē
tia licet fuerit appellatum,de quo plene dixi ſupra eodem,
cauſam. Sexto no. quod ſententia lata contra ſubiectū
12 non nocet domino†qui prætendit habere ius ſubiectionis,
quantumcunque ſciuerit cauſam illam agi,& non contra-
xit,immo reputatur omnino alia perſona,ita quod habeat
locum illa regula,res inter alios acta.& dicit, quod D.Abb.
quod hoc apertiſſime probatur hic ſaltem quo ad ius pro-
prietatis. An autem inferat præiudicium tertio reſpectu
poſſeſſionis dicam infra ſuper glo.iii & no.bene iſtum text.
13 quia ex ipſo infertur,quod†defenſio ęque principaliter per
tineat ad ſubditum ſicut ad dominum, ſi enim defenſio
principaliter ad dominum pertineat text.no diceret,quod
res inter alios acta aliis non præiudicat, ſed diceret, quod
cum ad dominum principaliter pertineat actio, vel defen-
ſio, ſententia ſibi debet præiudicare ſi ſciuit cauſam agi ſi
non appellauit,& ſi appellauit, ſed appellationem nō fuit
proſequutus,quod ſententia ſibi eodemmodo debeat præ
iudicare, & pro hoc facit, quia ſic intereſt domini non per
dere ſubditos, ita intereſt ſubditorum nō mutare dominū,
vt in c.imperialem.§.præterea.de prohib.feu.alien.per Fed.
no.Innocen.in c.auditis. ſupra de præſcri. Vltimo no. ex
prædictis,quod licet ſententia regulariter contra alium nō
faciat præiudicium,tamen ſi facit aliquale præiudicium po
14 teſt†ab eo appellari.per tertium qui ſentit qualequale præ-
iudicium: nam ſententia facit contra tertium aliqualem
præſumptionem propter quam præſumptionem tollendā
poteſt tertius appellare,& hoc clarius probatur in l.a ſentē
tia.in princip.ff.de app. vbi hoc no.Bart. plus dixit Innocen.
in c.ii.de reſtitu.integrum. quod ratione iſtius qualis qualis
pręiudicii poteſt tertius petere reſtitutionem in integrum,
& hoc ſequitur etiam ibi Ioan.Andr.& Butri.in fi.iiii.colu.
& puto ibi dixiſſe. In gloſſ. ſecunda,diuide ipſam in tres
partes.In prima opponit.In ſecunda,& tertia quærit, & re-
ſpondet. Secunda ibi, & ita ſententia. Tertia ibi,ſed pone.
Pro expeditione primæ partis opponitur in eo,quod tex.di
cit,quod iſte epiſcopus Oueten.debet probare ſe rationabi
liter appellaſſe, cum enim agatur de modico præiudicio,
15 ſcilicet vt differatur † executio ſententiæ ſatis erat probare
ſummarie de iure ſuo.vt in c.veniens.ii. ſupra de teſti. & gl.
pro ſolutione huius contrarii, antequam reſpondeat incul
cat aliam quæſtionem, ſcilicet an probante iſto epiſcopo
Oueten.de iure ſuo debeat retractari ſententia lata contra
monaſteriū in fauorem epiſcopi Aurien.& ad vtrunque di
cit,quod quantum ad effectum differendi executionem ſa
tis eſt probare ſummarie de iure ſuo, ſed ad conſequendā
retractationē ſententiæ oportebit doceri plene de iure ſuo,
& quo ad primum, ſcilicet ꝙ per probationē ſummariam
differatur executio ad tempus,ſcilicet poſtmodum plenę di
ſcutiatur de iure iſtius tertii, vt probatur in dicto c.veniens.
vbi de hoc.ſed quatenus glo.ſentit,quo iſto epiſcopo Oue-
ten.probante plene de iure ſuo debeat caſſari ſententia in
fauorem epiſcopi Aurien.lata.Innocen. ponit duas practi-
cas pronunciandi.nam aut ſententia lata in prima cauſa in
fert plenum præiudicium tertio. Exemplum in caſibus,in
quibus primo loco ſpectat actio, & defenſio ad iſtum ter-
tium,de quibus infra c.pen. & tunc practica pronunciandi
erit,quia Mona.cellæ nouæ non pertinet ad Aurien. ſed ad
Oueten.epiſcopum,ideo epm Mon.abſoluimus ab impeti-
tione epiſcopi Aurien. & ſententia pro ipſo latam reuoca-
mus. Aut ſententia non facit pręiudicium,niſi quo ad ꝓ-
ſumptionem, vt puta in caſu iſtius capituli. & tunc iudex
appellationis ſolum pronunciabit ſententiam latam pro
epiſcopo Aurien. non pręiupicare epiſcopo Oueten. argu.
dictę l.a ſententia.in princip.ff.de appel.ſed Barto.dicit hoc
vltimum eſſe verum, niſi ille tertius ante ſententiam com-
paruiſſet,& rationem ſui intereſſe ingreſſus fuiſſet litem ꝓ-
ſequendo ipſam vna cum reo:tunc enim, quia ſententia
ſibi facit plenum præiudicium, vt hic not.Innocen.ſenten-
tia debet ferri per iudicem appellationis, etiam quo ad ip-
ſum tertium, & ſic debet reuocare ſententiam, tam reſpe-
ctu rei principalis,quam reſpectu tertii.ſed Do.Abb.in effe
ctu dicit, quod ſiue ſententia faciat plenum præiudicium
16 tertio,ſiue non,non eſt vis:an iudex†pronunciet ſententiā
non præiudicare iſti tertio: an vero dicat illam eſſe iniquā,
& iniuſtam quo ad iſtum tertium:nam ſatis illam retractat
quo ad tertium ſi pronunciat illam non debere ſibi præiu-
dicare,& ſic poteſt ſaluari, quod tacite ſenſit hæc glo. Et
iſtud vltimum,ſcilicet quod non ſit differentia,an iudex re-
uocet ſententiam,quo ad tertium: an vero pronunciet illā
ſibi non debere præiudicare,tenet Barto.in dicta l.a ſenten
tia.ff.de appellationibus. Nunquid autem ſententia lata
pro ipſo ipſo tertio proſit victo,Barto.in dicta l.a ſententia
diſtinguit,cuius diſtinctionem ſequitur hic D. Ab. Ex qua
diſtin

diſtinctione facias tres concluſiones. Prima ſit cõcluſio,
17 ſi vterque appellauit,& †reus principalis ſuccubuit in cauſa
appellationis,tertius autem probauit de iure ſuo, & ſic fa-
cit ſententiam retractari, & tunc ſententia ſolum proderit
illi tertio, & iudex appellationis quantum ad eum debet
ſententiam infirmare,quantũ vero ad reum ſententia con
firmabitur caſus eſt hic. Vnde iſtud Mon. non habebit am
plius vocem contradictionis quominus ſubiiciatur epiſco-
po Aurien. vt hic colligitur. poterit tamen indirecte ſe de-
ferre ex perſona epiſcopi Oueten. qui in cauſa obtinuit,ſe-
cundum ea,quæ dixi in c.ad audientiam. de præſcrip. Vbi
autem ius iſtius tertii foret omnino ſeparatum, tunc vict⁹
nullam vtilitatem directe,vel indirecte conſequeretur ex ꝑ
ſona tertii,qui pro ſe obtinuit in cauſa appellationis,vt hic
ſatis probatur,facit c.vna.infra de appell.& l.ſi quis ſepara-
tim.§.fin.ff.de appel. Secunda concluſio,ſi victus acquie-
uit ſententiæ,& cum ratam habuit,idem eſt dicendum, ꝙ
18 in cauſa ſuperiori, ſcilicet quod ſententia † ſit retractanda,
dum taxat quo ad ipſum tertium,& non quo ad reum, qui
acquieuit ſententiæ probatur per locum a ſpeciali, in l. nõ
tantum.ff.de appellat.nam ibi eſt ſpeciale in cauſa capitali,
vt reo approbante ſententiam tertius appellans non audia
tur in fauorem ipſius rei,regulariter ergo contra.ſed domi.
Ab.dicit,quod ibi nullum ponitur ſpeciale, ſed hoc ibi cõ-
tingit, quia intereſſe tertii non erat ſeparabile a iure con-
demnati:nam ibi appellat tertius ratione humanitatis, &
cuiuſdam cognationis,quam inter homines natura conſti-
tuit,l.vt vim. ff. de iuſtit.& iure.intereſt enim cuiuslibet,ne
alter iniuſte condemnetur,vt ibi,ideo differtur executio,&
prodeſt victoria ipſius tertii reo principali. & idem dicit D.
Abb.eſſe dicendum in omni iure indiuiſibili,ſed Do. Abb.
non bene reprehendit Barto.quia in alia cauſa,quã capita-
li dato,quod iuſſit indiuiſibile, non poteſt reus principalis
vti victoria tertii,niſi indirecte,vt ſupra dixi,& in ca.ad au-
19 dientiam.ſupra de præſcrip. †In cauſa autem capitali pote-
rit immediate,& directe ſe defendere ex victoria tertii,quia
tertius,qui appellauit interpoſuit appellationem ob fauo-
rem ipſius condemnati principaliter, non autem in fauo-
rem ſuum,ideo ipſe reus principalis poterit pro intereſſe ꝓ-
prio allegare ſententiam eſſe reuocatam. Tertia conclu-
ſio,ſi victus non acquieuit ſententiæ,nec appellauit,ſed fuit
contentus appellatione interpoſita per ipſum tertium tũc
20 victoria ipſius † tertii prodeſt victo, & ſententia eſt in totũ
reuocanda,arg.dicto c.vna.infra de app. & l. ſi quis ſepara-
tim §.ſi ff.de appe.hoc tamen intelligas,quando eſt eadem
cauſa defenſionis, & hoc probatur in dicto c. vna ſentẽtia.
ĩ.de appel.& in dicta l.ſi quis ſeparatim. & iſtam concluſio
nem tenet Bar.in l.a ſententia.ff.de appe. qui plus dicit hoc
procedere,etiam ſi ipſe appellans eſt in appellatione, & in
proſecutione ipſius appellationis proteſtaretur ſe appella-
re reſpectu præiudicii ſui tãtum, quia nihilominus effectus
victoriæ porrigeretur ad ipſum victum ex iure diſpoſitio-
ne,vt in l.ſi poſt mortem.in fi.ff. de contra tabu. quod dicit
D.Abb.eſſe multum no. In ſecunda parte glo.gloſſ.hæc in
effectu quęrit,quod pręiudicium faciat ſententia lata inter
21 alios,& gl.reſpondet, quod non facit † plenum præiudiciũ
ſed quale quale, propter quod quale quale præiudicium vi
tandum poteſt appellari,vt hic,& in l.a ſententia.ff.de app.
& quod plus eſt ipſa appellatio impedit executionem ſen-
tentiæ latæ,vt hic patet.& idem,ſcilicet quod poſſit appella
ri, dicendum eſt ſi ex ſententia infertur præiudicium reſpe
ctu præſumptionis,vt quia ſententia lata fuit contra vnum
ex hæredibus:alii enim poſſunt appellare, ne illa ſententia,
vel acta faciant aliquam præſumptionem contra ipſos,
quando ipſi agent pro ſuis portionibus, vt probatur in di-
cta l.a ſententia.§.iii.;vbi autem a ſententia lata contra ter-
tium nullum facit omnino pręiudicium,tunc alius non po
teſt appellare,vt in c.cum inter.ii.de electio.ſed contra hoc
opponitur,quia non videtur,quod tertius non poſſit appel
lare a ſententia lata contra reum principalem, quia iudex
eum non grauauit,cum nunquam fuerit in iudicio.Innoc.
ſoluit,quod ſententiando contra principalem intulit iniu-
riam ipſi tertio in iure ſuo, ſed Barto. in dicta l.a ſententia.
22 hoc reprobat,quia iudex non potuit † inferre iniuriam illi
quem non cognouit. Vnde ipſe dicit, quod iſte appellat ne
inferatur ſibi præiudicium ex ſententia; hic enim effectus
non poteſt ſequi, niſi cognoſcatur de iniquitate ſententiæ,
ſaltem quo ad ipſum tertium, vnde debet audiri per viam
appellationis,ſed tu dic,quod licet Barto.reprehendat Inn.
& D.Abb.cum tranſeat:tamen dictum Innocen.poteſt ſub
ſtineri. non enim Innocen.intelligit., quod iudex inferat
iniuriam ipſi tertio,ita quod ei competat actio iniuriarum.
23 nam†iniuria largo modo dicitur, illud quod non iure fit,
vt in l.ii.ff.ad legem Aquil.& Inſtit. ad legem Aquil.§.iniu-
riam. poteſt ergo tertius appellare a ſententia lata contra
principalem,quia iudex ſententiando contra ipſum intulit
iſto tertio iniuriam.i.iniuſtum damnum in iure ſuo, & iſta
fuit mens Innocen. & hoc intelligendo, non diſcrepat ab
opi.Bar.quam ſequitur D. Abb. & pro iſta opi.Innocen.fa-
cit communis ſtilus,qui ſeruatur in reſcriptis, quãdo enim
quis conqueritur Papæ,quod aliquis detineat aliquam rem
pertinentem ad ius ſuum, vel quod nolit ſibi ſoluere debi-
tum Papa in reſcripto conſueuit dicere,iniuriatur impetrã
ti,non enim per hæc verba intelligitur impetrans velle age
re actione iniuriarum, non enim dicitur iniuriari ex eo, ꝙ
iniuriam intulit proprie loquendo, ſed dicitur iniuriari ex
eo,quia iniuſte dicitur detinere rem,vel impetrantis,vel q̃a
iniuſte nõ vult ſoluere ſibi illud,quod debet.facit,quod no.
in ca.cum eccleſia Vultera.de electio. non enim eſt amicus
24 noſter†,qui noſtra iniuſte retinet,vt in ca. item cum quis.in
fi.de reſti.ſpol. Et ex prædictis infertur,quod cum iuſte ter-
25 tius admittatur per viam appellationis dicitur†eſſe appella
tio iudicialis,& non extraiudicialis,& hoc tenet hic Inno.
& Bar.in dicta l.a ſententia probatur ratione.nam appella
tio iudicatur iudicialis, vel extraiudicialis ratione actus a
quo interponitur. nam ſi actus a quo interponitur eſt iudi-
cialis,dicitur eſſe appellatio iudicialis, & ſi actus a quo eſt
extraiudicialis,dicitur eſſe appellatio extraiudicialis,hoc ꝓ
batur in c. cum ſit Romana.§ ſi vero.infra de appel.modo
ſententia diffinitiua,quę non poteſt feri,niſi præcedente ꝓ-
ceſſu legitime ordinato vt in c.quoniam contra falſam. ſ.
de probatio.& in c.quoniam frequenter.vt lit. non conteſ.
eſt de neceſſitate actus iudicialis. Appellet ergo iſte tertius
ab actu iudiciali: & per conſequens eſt appellatio iudicia-
lis. Et ex hoc infert Innocen. quod appellato contumace
poteſt procedi in cauſa appellationis ad diffinitiuam ſentẽ
tiam,vt in l.fi.§.illud.C.de temp.appel.& in c.per tuas.de ap
pel.ſecus ſi eſſet appellatum extraiudicium, quia neceſſa-
rium eſſet libellum porrigere,& litem conteſtari,quia talis
appellatio potius dicitur prouocatio ad cauſam, quam ap
pellatio,vt in c.cum ſit Romana.§ ſi vero.infra de appella.
& de hoc an ſit lis conteſtanda in cauſa appellationis, ple-
ne habetur in dicto c.per tuas.infra de app.Barto.autem in
dicta l.a ſententia.dicit,quod appellatio interpoſita per ter
tium quo ad quid habet vim appellantis ab interlocuto-
ria.ſ.reſpectu cauſæ, quam iſte tertius debet exprimere ĩ ap
pellatione,vt ſupra dixi in quarto notabili.ſed dic, quod li-
cet quo ad quid habeat vim appellantis ab interlocutoria
tanmen,etiam hoc reſpectu eſt appellatio iudicialis,vt pro
batur in dicto c.cum ſit Romana.in dicto §.ſi vero.infra de
26 appella.vbi dicitur,quod omnis†appellatio quæ interponi
tur poſt litis ingreſſum eſt iudicialis, & per hoc conclude
cum Innocen. quod eſt procedendum in iſta appellatione
interpoſita per tertium,ſicut in qualibet appellatione iudi-
ciali,dicit D.Abb.eſſe notandum. In ſecunda parte gloſ.
gl.ergo vult,quod d.l.is a quo habeat locum, quando duo
eodem tempore agunt cõtra vnum,& alter prius obtinuit
ſententiam,cum tunc enim ſententia mandatur executio-
ni in fauorem vincentis præſtita cautione ipſi reo de cõſer-
uando ipſum indemnem,ſi alter actor obtineret contra ip
ſum,& ſic glo.ſentit,quod iſte tex.habeat locum, & intelli-
gatur,quod iſte epiſcopus Oueten.non veniebat principali
ter contra Mon.ſed interponebat ſe ad impediendam exe-
cutionem ſententiæ, & ſic ceſſat hoc caſu diſpoſitio dicta
l.is a quo. Sed dubium eſt, quid ſi ante executionem fa-
ctam epiſcopus Oueten.moueret litem contra Mon. nun-
quid poſſet Mon.tempore excutionis petere hãc cautionẽ
de indemnitatę ab epiſcopo Oueten.D. Abb.dicit forte, ꝙ
non ſi epiſcopus Oueten.ſciuit cãm ſuam agi,& non con-
27 tradixit,nec appellauit, nam ſentẽtia † debet ante omnia
executioni mandari,& poſtea poterit iſte Oueten. agere cõ
tra Aurien.& ſic ſentit Do.Abb.quod ſi ignoraſſet cauſam
ſuam agi non eſſet fienda executio, niſi præſtita cautione
de indemnitate, ſed ego non video quo præſtatio cautio-
nis habeat locum in caſu noſtro: lex enim prædicta loqui-
tur,quando reus poſſidet rem.Vnde illo caſu ęquum eſt,ꝙ
primo euicens præſtet cautionem reo de ſeruando ipſum
indemnem contra reliquum,quia per executionem res de
ſinit eſſe penes ipſum reum, vndę ne conueniatur ab ad-
uerſario ad ipſam rem tradendam debet euincens præſtare
cautionem de qua in dicta l. is a quo. ſecus in caſu noſtro
ipſum enim Mon.quod conuenitur tanquam ſubiectũ eſt
ipſa res,vnde ſi Oueten.obtineret ſentẽtiam contra ipſum
Mon.deſineret eſſe epiſcopi Aurien. & ſic rem victam per-
deret abſque aliqua cautione, & iſtud Doct. non conſide-
rauerunt, ſed glo. voluit dicere per rationem illius l. ꝙ epi-
ſcopus

ſcopus Aurien. debuiſſet prȩſtare cautionem de præſtando
mon.indemne quo ad expenſas,& ſumptus litis, ſi eṕs Oue
ten.ipſum vexaret in iudicio, vnde d. l. is a quo.non poteſt
habere locum in caſu capi.non quo ad ipſam rem reſtituē
dam, quia ſi epiſcopus Oueten. vacaret omni mona.
deſineret eſſe ſubiectum eṕo Aurien. vnde quo ad hoc nō
poteſt præſtari aliqua cautio,ſed cautio poteſt habere locū
quo ad ſumptus,& expenſas lit.Bu.autem hic,& D.Proſdo
cimus dicunt,ꝙ prȩal.lex is a quo habet locum,quando ſer
uus incipit petere ante iudicium expeditum,ſecus ſi incipat
petere expedito iudicio,& lata ſententia in fauorem primi,
quia tunc illa l.non procedit,& hoc etiam ſenſit gl. in fine.
dum dicit,ꝙ hic non habet locum cautio, quia egit tātum,
ad hoc eṕus Aurien.quaſi dicat,quod illa procedit, quādo
lis eſt mota per duos contra poſſeſſorem, ſecus ſi vnus tan-
tum egit, & expedito iudicio, alius compareat dicens rem
eſſe ſuam,& petens executionem impediri,tunc enim non
habet locum præſtatio cautionis, ex quo aduerſarius non
exigit ante expeditum primum iudicium, & hoc modo li-
mita dictam l.is a quo.vide etiam aliam limitationem qua
ponit Inno. & Doc.maxime D.Abb.in c.veniens.ii.de teſti.
In glo in verbo,non noceat glo. iſta ſenſit contrarietatem
literæ,quia in primo caſu,ſ.quando appellatio eſt interpoſi
ta,& in ſecundo caſu. ſ. quando non eſt interpoſita, vel eſt
deſerta litera,dicit, quod executio fieri debet ſine præiudi-
cio eccleſiæ Oueten. & tamen tex.videtur velle facere diffe
rentiam inter vnum caſum, & reliquum.glo.huius timore
contrarii.dicit,quod in primo caſu,ſ. quando appellatio eſt
interpoſita non fit executio ſententiæ, ne præiudicetur ec-
cleſiæ Oueten.quo ad poſſeſſionem. In ſecundo vero caſu,
ſ.quando appellatio non fuit interpoſita, vel eſt deſerta fit
executio ſententiæ, ſed fit ſine præiudicio eccleſiæ Oueten.
ſ.quo ad proprietatem, nam quo ad poſſeſſionem, in qua
fit executio bene præiudicatur ei,& hoc modo ſoluitur cō-
trarietas tex.quia in primo caſu loquitur de præiudicio poſ
ſeſſionis. in ſecundo vero caſu de præiudicio proprietatis,
& ita etiam exponit iſtum Io.An. ſed D.Abb. hic multum
inſtat quale præiudicium infertur ſuperiori,ſi non appella
uit.& refert Inno.in c.ſuborta.ꝫ.e. vbi videtur ſentire,quod
28 ſi dominus ſciuit cauſam agi infertur ſibi†plenum præiudi
cium ſi non appellauit a ſententia,idem dicit in c.auditis.ſ̃.
de præſcri.vbi dicit, ꝙ ſententia lata contra vnum præiudi-
cat alteri,vbi ſciuit cauſam agi,& non defendit.allegat c.pe
nul.ꝫ.eo.& l.ſæpe.§.pe.ff.eo.ti ſed contrarium tenuit ipſe In
no.hic dicens, ꝙ fit præiudicium ſcienti ſolum quo ad poſ-
ſeſſionem, quia fieri debet executio pro illo,qui ſententiā
obtinuit,non autem præiudicatur domino quo ad proprie
tatem.& idem dicit in d.c.pe. & de hoc videtur caſus hic.&
hoc communiter tenent Doct.vt dicit D Abb.ſed D. Card.
dixit,quod hoc c.procedit quando ſuperior non eſt in poſ-
ſeſſionem,nam vbi alias ſe neſciuiſſet cauſam agi,vel ius ſi-
bi competere potuiſſet impedire executionem fiendam in
re vacante prætextu iuris ſui,vt no.in d.c.veniens.ii.ſ̃.de teſt.
& ꝑ Bar.in l.a diuo Pio.ff.de re iud. non poterit hoc facere,
ex quo fuit ſciens,& non aſſumſit defenſionem, nec appel-
lauit, ſed ſi ipſe ſuperior fuiſſet in poſſeſſione,non debet ea
priuari propter ſententiam latam contra ſubiectos,qa hoc
de directo eſt contra mentem iſtius cap.vbi dicitur, ꝙ ſentē
tia debet mandari executioni abſque præiudicio epiſcopi
Oueten.& ſubiicit rationem,quia geſta contra mon. nō de
bent præiudicare epiſcopo prætendenti ſubiectionem,licet
ſciuerit,& non appellauerit, quia res inter alios acta regula
riter non nocet,& iſte intellectus placet Do.Abb.mouetur
per iſtum tex.in duobus locis.primo in eo,quod dicit,quod
ſententia mandanda eſt executioni abſq; præiudicio eccle-
ſiæ Oueten.ſi enim poſſediſſet,& priuaretur ſua poſſeſſione
non fieret abſq; grauiſſimo prȩiudicio,cum magnum ſit cō
29 modum poſſeſſionis,quia ſæpe†ex defectu probationis do-
minii perditur ipſum dominium,vt in c.ſæpe.de reſtit.ſpol.
30 Onus enim†probandi incumbit nō poſſidenti.l.fi. C. de rei
ven.& in c.ex literis.de proba.& Inſti.de interdic.§.commo-
dum.intelligatur ergo iſte tex.de aliquali præiudicio, quod
generatur domino tacenti, quia fit executio in re vacante,
cum facilius ipſe obtinuiſſet ſi vincens non fuiſſet miſſus in
poſſeſſionem rei vacantis pro executione ſententiæ,vt no.
Inn.in d.ca.veniens.& dicit D.Abb.quod iſtum intellectum
tacite ſenſit Inn.in c.quamuis.in prin.ꝫ.eo. Secundo moue-
tur per rationem decidendi poſitam in fi.huius c.ſ.quod res
inter alios acta &c. & ſic iſta litera probat ſingulariter, ꝙ
31 dominus † cenſetur prorſus alia perſona a ſubiecto,quo
ad hoc,vt nullum ſibi fiat præiudicium ſaltem graue ex ge-
ſtis cum ſubiecto.Ex quo infertur,ꝙ c.quamuis.ꝫ.eo. & l.ſæ
pe.ff.e.habent locum in domino,& ſubiecto quo ad regulā

ibi poſitam,& non quo ad caſus ibi exceptos, & hoc ꝓbat
D.Ab.per rationem Inn.in d.c.auditis.de præſcri. vbi dixit,
ꝙ defenſio, qn̄ agitur de ſubiectione æqualiter pertinet ad
ſuperiorē,& ad ipſos ſubditos, ergo ex hoc ſequitur, quod
ſn̄ia lata contra vnum non debeat nocere alteri, & ſcienti,
& tacenti.& hoc probat per l.ſȩpe.& per d.c.quamuis.in q̲-
32 bus dr̄,ꝙ ſententia†lata contra vnum non nocet alteri.niſi
ad eum ptimo loco pertineat actio,vel defenſio, & permi-
ſerit ſequentem experiri cum poſſet illum a iudicio repelle
re,vt ibi dr̄.Modo ſi æqualiter ad dominum, & ſubditum
ſpectat defenſio,non potuiſſet dominus ſubditos remoue
re a iudicio:ergo ſequitur,ꝙ ſn̄ia lata contra ſubditos non
dēt prȩiudicare domino ſaltem,quo ad proprietatem,item
non eſt imputādum domino,ſeu ſuperiori,ſi permittit ſub
ditos litigare pro intereſſe eorum, quia ſic ſn̄ia habebit ef-
fectum contra ſubditos,vt non poſſint amplius contradice
33 re,ſed non contra ſuperiorem cum non debeat†ſn̄ia exce-
dere effectum ſuum,& tranſire ad alias perſonas, vt in c.q̃-
ſiuit.de his quæ fi.a ma.par.cap.& in l.ſancimus.C.de poen.
Sed contra prædicta vr̄ tex.in l. ſæpe. ver.nam & ſi libertus.
ff.e.vbi dr̄,ꝙ ſi libertus litigat de ſtatu ſuo, & reportat ſen-
tentiam contrariam præiudicat domino ſuper iure.patro-
natus,ſed ille tex.habet duos intellectus.Primo,ꝙ intelliga
tur,quando dominus interuenit in iudicio,& iſtum intelle
ctum ſequitur hic Inn.& Io. An. Secundus intellectus eſt,
vt intelligatur,quādo ſufficiat ſola ſc̄ia, & iſtum intellectū
ſequitur Roge.& Bar.in d.l.ſȩpe.ſed Inn.& Io.An.dicunt,ꝙ
Papa vr̄ reprobare in illum intellectum.ſed Bu.& D.Ab.ſe-
quuntur intellectum Bar.dicentes,ꝙ aut loquimur in liber
to litigante,& tunc fit præiudicium domino ſciēti, vt in d.
ver.nam & ſi libertus. Aut loquimur in ſubiecto litigante,
& tunc non fit p̄iudicium dn̄o licet ſcienti,niſi interuenerit
in iudicio,& obtulerit ſe defenſioni, & ita procedit iſte tex.
rō diuerſitatis eſt,quia libertus fuit conſecutus libertatem a
dn̄o,& ſic vr̄ habuiſſe licentiam a dn̄o experiendi ſuper do
minio:& per ꝯn̄s ſuper iure patronatus, ex licentia dn̄i ipſiꝰ
merito fit præiudicium domino ſcienti, ſicut eadem ratio
ne dicitur in creditore litigante ſuper dn̄io rei impignoran
te agendo hypothecaria fit enim præiudicium debitori
ſcienti,habuit enim creditor illam obligationem a debito-
re qui eſt dn̄s rei pignoratȩ,& ſic vr̄ ſibi dediſſe licentiam li
tigandi ſuꝑ dn̄io ipſius rei pignoratȩ,vt D.Bar.in d.l.ſȩpe.&
dicam ꝫ.e.q̃uis.In ſubiecto aūt ceſſat hæc rō,cum nihil ha-
beat facto dn̄i,ſeu ſuperioris, ſed ipſemet poſſidet, ſi ergo
34 litigat pro ſubiectione venit mere†ꝓ intereſſe,& facto ſuo,
ideo non dēt præiudicare dn̄o, qui quo ad ius ſuum cenſet̃
prorſus extranea perſona,vt aperte voluit iſte tex.ī fi. & ad
d.Inn. in c.ſuborta.ꝫ.e.reſpondet D.Ab.ꝙ ſi exceptus ex pri
uilegio litigat ſuper iure exceptionis cū ordinario loci ſciē-
te Papa,& tacēte,ꝙ ſn̄ia ꝯ exemptum lata p̄iudicat ipſi Pa-
pæ ad inſtar liberti litigantis ſuper ſtatu ſuo ſciente dn̄o, &
non ꝯdicente,& hoc tenet hic Bu.quia exemptus conſequi
tur aliquod cōmodum a papa vltra ſubiectionem rōne cu-
ius pōt dici hr̄e cām a papa hinc eſt, ꝙ qn̄ Papa iudicat ſuꝑ
exemptione expreſſe excipit ſuum præiudicium,vt patet in
c.cū tꝑe.de arb.cū ſim Prȩdicta ꝓcedunt,qn̄ ſuperior ſciuit
cām agi,& tacuit idē ſi minus rōnabr̄ appellauit. Sed q̄ro
35 iuxta p̄dicta,q̲d ſi ſuperior†debito ordine appellauit a ſn̄ia
lata ꝯ ſubditos, ſed poſtmodū appr̄onē deſeruit,nunq̲d ſibi
irrogat p̄iudiciū?hoc dependet eb intellectu literæ,in verbo
36 alioq̲n.dictio†.n.alioq̲n aduerſat̃ p̄cedētib.vbi dr̄,ꝙ ſi ſupe
rior appellauit,& nunciū miſit ad ꝓſequendā appr̄onē ī tp̄s
debitū impedit̃ executio ſn̄iæ alioq̲n fit executio,licet non
fit p̄iudiciū dn̄o quo ad ꝓprietatē.vn̄ dictio alioq̲n q̃ eſt ad
uerſatiua p̄cedētib.dēt exponi alioq̲n.i. ſi nō appellauit,vel
ſi appellauit, & nunciū nō miſerit ꝫ. tp̄s debitū executio fit
37 ſine p̄iudicio ꝓprietatis,& iſte † eſt verus intellectus lr̄æ q̃q̃
Inn.eā infraſchet,& iſtud tenet D.Ab.& eſt de mente Doc.
nā perinde eſt,ac ſi non appellaſſet,vn̄ fit executio ſine p̄iu
dicio ꝓprietatis.Et ex hoc infero ex lr̄a, ꝙ ſi ſuperior appel
lās,& deferēs appr̄onē nō patit̃ p̄iudiciū quo ad ꝓprietatē,
38 ergo eodē mō ſciēs,& nō appellās, q̲a†deſerēs appr̄onē hr̄
ꝓ non appellāte,hoc tn̄ limita,vt ſ̃.dixi, q̲a dēt intelligi de
executione faciēda in poſſeſ.vacāte, ſecus ſi ſuperior poſſi-
deret,q̲a tūc nō fieret executio,ēt quo ad poſſ.vt ſ̃. dixi ſm̄
D.Car.& D.Ab.Scđo limita,niſi dn̄s, ſeu ſuꝑior fuiſſet pn̄s,
39 †& liti aſtitiſſet,tūc.n.ſibi p̄iudicaret,vt in d.l.ſȩpe.ver.nā &
ſi libertus.ff.e.ſm̄ vnū intelle.& tenet ēt Cy.in l.j.ſeu ii.C.de
aduo.di.iu.vbi dr̄,ꝙ ſi agit̃ de p̄uaricatione aduocati ꝑte vo
cata,& pn̄te iudiciū agitatū cū aduocato p̄iudicat parti, ꝓ
quo vide bo.gl.ī c.dilectus.ii.in gl.iii.ꝫ. de ſimo.dicit D.Ab.
ſi fuiſſet vocatus,& nō comparuiſſet,ſed fuiſſet contumax,
40 quia tunc ſibi non p̄iudicaretur,quia ſola contumacia,niſi

eſt ſufficiens ad priuandum contumacem iure ſuo, vt in c.
quoniam frequenter in aliis, vt li. non conte. & licet But. vi
deatur velle, ꝙ præiudicetur ſuperiori, quãdo fuit vocatus,
vel aſſiſtit, D. Abb. intelligit Bu. ꝙ vellit intelligere, ꝙ vtrun
que interueniat, alias male diceret, quia ſola vocatio non
ſufficit, & ſi aliter intelligatur, Bu. male diceret; ſufficeret au
tem vocatio in caſibus, in quibus ſola ſcientia facit plenũ
prӕiudicium, hoc eſt, quando actio, vel defenſio principali-
ter pertinet ad ipſum tertium, vt in caſibus no. in l. ſæpe. ff. e.
41 & infra eo. quamuis. Sed quæro iuxta prædicta, † an indiſtin
ctè tertius poſſit appellare a ſententia lata contra pricipalẽ
Inn. hic, clarius Bar. in d. l. a ſententia. diſtinguit, ꝙ aut ſum⁹
in caſu, in quo principalis poteſt appellare, & clarius eſt, ꝙ
tertius poteſt appellare, aut principalis non poteſt appella-
re, verbi gratia, quia iſta eſt tertia ſententia, quæ eſt lata cõ-
tra ipſum principalem, vnde nõ licet ei tertio appellare, vt
ĩ. de ap. ſua. & in l. vnica. C. ne lic. tertio prou. & tunc, ꝙ aut
tertius ſciuit cãm agitari, & non poterit appellare: imputa-
ri enim ei debet, quia ſibi nõ prouidit, ar. in l. ſi præſentes.
C. de eui. & in l. ſæpe. ff. e. & ĩ. e. c. pe. aut ignorauit, & poterit
appellare, quia ſine cauſa ſua damnari non dẽt, hæc tamen
appellatio non hẽt reuelare reum, per iſtum tex. vbi patet.
ꝙ ſententia confirmatur quo ad monaſterium, quia nihil
docuit de iure ſuo, & iſtam diſtinctionem etiam ſequit̃ D.
Ab. & idem dicas, ſi alio modo ſententia tranſiſſet in rẽ iu.
quia excluderetur a facultate appellandi, puta ſi reus ĩ. de-
cem dies non appellaſſet, imputari enim dẽt ſuperiori, quia
ipſe non appellauit infra decem dies, ex quo ſciuit ſentẽtiã
latam, & probatur hic inquantum mandat inquiri de ap-
pellatione, ſed aduerte, quia licet nõ poſſit appellare nihilo
minus ſententia non præiudicabit ſibi ſaltem, quo ad pro-
prietatem, vt probatur hic: dr̃ enim hic, ꝙ ſi tertius non ap
pellauit ĩ. decem dies, vel appellauit, ſed appellatio fuit de-
ſerta mittitur ſententia executioni ſolum, quo ad poſſeſ. &
non quo ad proprietatẽ, non præiudicat ergo domino non
appellanti, niſi reſpectu poſſeſſionis, vbi poſſeſſio vacat, er
go eodem modo, quando ſententia lata contra principalẽ
fuit per ſuas ſententias confirmata, licet non poſſit tertius
confirmare, tamen ſnĩa nõ præiudicabit ſibi ſcienti, ex quo
ſumus extra caſus notos, in c. pe. ĩ. e. & in d. l. ſępe. Ex quo in
fertur, ꝙ licet non poſſit appellare, tamen poterit alio mo-
do agere, vel defendere. Tertio quæro, nunquid ſi tertius nõ
vult appellare, ſed pro ſuo intereſſe proſequi appellationẽ
42 interpoſitam per † principalem, an poſſit. Bar. in d. l. a ſnĩa. di
cit, ꝙ ſic. & hoc clare probatur in d. l. a ſnĩa. & hoc ſequitur
ẽt hic D. Ab. immo etiam ſi principalis tranſigeret nihilo-
minus iſte tertius, ex quo ad ius ſuum proſequi appellatio-
nem, vt eſt tex. in d. l. a ſnĩa. §. idem reſcripſit. cum §. ſeq. ff. de
ap. & hoc etiam no. Bar. in d. l. a ſnĩa. & ſequitur hic D. Ab.
Potuiſſet ergo iſte eps̃ Oueten. non appellare, & appellatio
nem interpoſitam per mona. proſequi, & ſuper illa de iure
ſuo docere, ſicut enim tertius põt pro ſuo intereſſe aſſiſtere
liti principali, & illam promouere, vt in l. ſi per luſorio. ff. de
ap. & in l. ſi ſuſpecta. ff. de inof. teſ. ita põt aſſiſtere cãæ appel
lationis, & illam promouere deſiſtente principali. Tertio q̃
43 ro, quid poſſit † facere tertius comparens pro ſuo intereſſe ꝑ
aliũ in lite, & contra alium attentata, & Inn. multa hic intri
cate ponit, ſed Bart. iſtam materiam clarius diſtinguit in l. ſi
perluſorio. §. j. ff. de ap. quem ſequitur hic D. Ab. vnde facias
tres caſus principales. Primus eſt, quando tertius vult com-
parere ad remouendum illum qui incępit cãm proſequi. Se
cundus caſus eſt, quando tertius comparet ad aſſiſtendum
liti. Tertius eſt, quando comparet poſt ſnĩam ad impedien-
dam executionem. In primo caſu præcedenti. ſ. quando cõ
paret ad remouendum illum, qui incepit litem fac quatuor
concluſiones. Prima eſt concluſio, ſi ad tertium principal̃r
44 pertinet actio † & defenſio, & in conſequentiam ad illum q
incepit litem, & tertius comparet ante litem conte. poterit
ipſum remouere a lite, exemplum in venditore, qui agit ſu
per dominio rei per ipſum vendita, nam hæc cã principal̃r
pertinet ad ipſum emptorem, qui eſt factus dominus ꝑ tra-
ditionem rei ſibi factam, licet per quandam conſequentiã
periculum emptoris reuertatur ad ipſum venditorem, qui
tenetur de euictione, vt in c. ſi. de em. & ven. vnde quia hoc
caſu defenſio principaliter pertinet ad ipſum emptorem, ſi
cõparęt ante li. conte. poteſt remouere venditorem a proſe
cutione cauſæ, & idem dicendum eſt in aliis caſibus, in qui
bus ad ipſum tertium principaliter pertinet actio, vel defen
ſio cauſæ, vt probatur in c. quamuis. ĩ. e. & in l. ſæpe. ff. eo. Se
45 cunda concluſio, ſi tertius † venit poſt li. cont. adhuc poteſt
ipſum remouere a proſecutione litis ſi ignorauit litem eſſe
motam, ſecus ſi ſciuit, quia tunc non poteſt eum remoue-
re, quia ſicut ſententia præiudicat ipſi ſcienti, vt in dictis iu
ribus, ita litis conte. Tertia concluſio, ſi cã principaliter nõ
46 ſpectat ad ipſum tertium, ſed † eque principaliter nõ põt re-
mouere illum, qui incępit a proſecutione litis, etiam ſi cõ-
pareat ante li. conte. hoc probatur in d. l. ſępe. & no. ĩ. e. quã
uis. Quarta concluſio, tertius comparens pro ſuo intereſſe
põt impedire illum qui incepit, ne ipſum defendat in prӕiu
dicium ipſius tertii, ſed non põt remouere ne defendat in
ꝑiudicium proprium ipſius defendentis, & ſi obtinebit pro
derit ipſi tertio, licet voluerit ipſum remouere a iudicio, qa
47 per ſolonem, vel iudicium, † & muti, & ignorantes liberan
tur. l. ſolonem, vel iudiciũ. ff. de ſo. & in l. ſoluendo. ff. de neg.
geſt. In ſecundo autem caſu principali. ſ. qñ tertius vult veni
re, vt aſſiſtat, & coadiuuet victoriã, & tunc abſq; dubio põt
pro ſuo intereſſe comparere, vt in d. l. ſi perluſorio. & pote
rit producere teſtes quos principalis non produxit, vt dicit
gl. in l. ſi ſuſpecta. ff. de inof. teſt. quam ſequitur Bart. in d. l. ſi
perluſorio. facit c. conſtitutus. de teſt. Sed dubium eſt, an poſ
48 ſit † teſtes ꝓducere poſt lapſas dilationes datas ad probãdũ
reo principali, vel poſt publicatas atteſtationes, & prout ꝓ-
cedat qõ, intellige qñ vult producere teſtes ſuꝑ antiquis ar-
ticulis, vel directo ꝯriis, in quibus articulis non admittitur
principaliter cãm agens, vt in c. fraternitatis. s̃. de teſti. Inno.
hic multum inſtat, & tandem vr̃ dicere, ꝙ nõ debent admit
ti, quia primum proceſſum proſequitur, non autem nouũ
incohat. ſed Barto. in d. l. ſi perluſorio. dicit, ꝙ acta geſta per
primum ita demum præiudicant ipſi tertio, ſed ſciuit cãm
agi, ſecus ſi ignorauit, ſicut dr̃ de ſnĩa, vt in d. l. ſæpe. & ĩ. eo.
q̃uis. vnde dicit, ꝙ aut iſte tertius veniẽs ſciuit dilationes da-
ri, & teſtes ſnĩari, & publicari, & tunc iſta acta ſibi præiudi-
cant, nec auditur volens producere teſtes. ſicut non auditur
ille primus qui litem inchoauit, aut ignorauit, & tunc audi
tur, & hoc probat Bart. hac ratione. nam ſi principalis de cã
tranſegiſſet, vel ipſi inſtantiæ expreſſe renunciaſſet, nihilo-
minus iſte tertius audiretur, vt in l. a ſnĩa. §. idem reſcripſit.
& §. ſeq. ff. de ap. vnde multo magis eſt audiendus, qñ princi
palis tacite eſt excluſus, de quo vide quod no. in c. conſtitu-
tus. s̃. de teſti. vbi eſt bo. tex. Sed quęrit Inn. circa prædicta, an
49 † ſnĩa lata ꝯ principalem noceat ipſi tertio, qui liti aſſiſtit, &
dicit, ꝙ ſic, ar. opt. in d. l. ſæpe. in ver. nam & ſi libertus. in ver
bo, me interueniente. ad idem d. l. ſi perluſorio. & d. l. a ſnĩa.
ff. de ap. facit, quod no. gl. in c dilectus. ii. & iii. gl. ĩ. de ſimo. &
Cy. in l. j. C. de aduo. diue. iu. vbi vr̃ tenere, ꝙ ſnĩa præiudicet
tertio, ſi fuit præſens, & interuenit in lite. Secundo quæro,
50 quid de confeſſione, † nunqd ſi principalis confitetur aliqd
ad præiudicium ipſius tertii, an confeſſio ſibi præiudicet ibi
dic, ꝙ non eadem rõne, qua non præiudicat tranſactio, vt ĩ
d. l. a ſnĩa. §. idem ſcripſit. & §. ſeq. ff. de ap. & hoc tenet Bar. ĩ
d. l. ſi perluſorio. §. j. ad. fi. ff. de ap. & ſequitur etiam D. Abb.
In tertio caſu principali. ſ. qñ iſte tertius comparet poſt ſnĩã
ad executionem impediendam, & in hoc concludit Barto.
ꝙ aut venit ĩ. tꝑa appellandi, & põt ſibi ꝓuidere ꝑ viam ap-
pl̃onis, vt hic, & s̃. plene dictum eſt. aut venit poſt lapſa tꝑa
appl̃onis, & tũc dẽt fieri executio ſaluo iure ꝓprietatis quo
ad tertiũ, & hoc ꝓcedit, qñ executio fit in re, ſuꝑ qua eſt la
ta ſnĩa, ſecus ſi fieret executio ſuꝑ re ſuꝑ qua non fuit lata
ſnĩa, tunc enim tertius impediret executionem ẽt ſi compa
reret, poſtq̃ ſnĩa tranſiſſet in rem iud. & circa hoc, dic vt ple
ne per Bar. in l. a diuo. §. ſi ſuper rebus. ff. e. & per D. Ab. in c.
veniens. ii. de teſti. vbi etiam vide an tertius comparens pro
ſuo intereſſe poſſit impedire excutionem ſnĩæ latæ in poſ-
51 ſeſſorio recuperandæ. Vltimo quæro, † an iſte tertius tenea-
tur libellum offerre, & litem conteſtari, Inn. dicit, quod aut
vult pro iure ſuo nouum iudicium incohare contra reum,
& tunc debet libellum porrigere, & litem conteſtari, & age
re omnia alia neceſſaria ad iudicium incohandum, & per-
ficiẽdum, & habebit, tunc locum diſpoſitio, l. is a quo. ff. de
rei vendi. aut proſequitur litem cęptam per alium, tunc nõ
eſt neceſſe de nouo litem conteſtari, vel libellum offerre
ſufficit enim conteſtatio facta reo principali, & hoc dicit
verum, ſiue velit proſequi inſtantiã cauſæ principalis, ſiue
cauſam appellationis, & per alium interpoſitam, idem vi-
detur dicere, ſi appellet a ſententia contra alium lata, quia
appellando videtur approbare, nam geſta per alium vſque
ad actum appellationis, l. iii. §. falſus. ff. rem ratam habe. Sed
poſtea in alia gloſſ. videtur ab hoc vltimo recedere dicens,
quod ex quo principaliter appellat requiritur libellus, &
hoc vltimum mihi magis placet, ſcilicet quod quando ip-
ſe appellat tenetur porigere libellum, ſi appellat ab inter-
locutoria lata contra principalem, & idem quando ap-
pellat a diffinitiua, nam tenetur porrigere libellum co-
ram iudice ad quem, ſcilicet petendo ſententiã contra ſe la
tam caſſari, ſeu retractari, ſicut tenetur principalis ſi appel-
laſſet, iuxta ea, quæ habentur in l. j. §. libelli. ff. de appe. vnde

debet

debet omnia obſeruare,quæ principalis teneretur obſerua
uare ſi appellaſſet,nam aliud eſt appellare, & aliud eſt pro-
ſequi appellationem per alium interpoſitam,ſicut eſt aliud
nouum iudiciũ incohare , & aliud proſequi iudicium per
alium incohatum.Hoſtien.autem dicit,quod ſibi non pla-
cet dictum Inno.inquantum dicit, ꝙ tertius appellando vi
detur ratificare geſta per principalem , quia cum nõ fuerũt
52 †geſta nomine iſtius tertii non poteſt ea ratificare, vt in ca.
cum quis.de ſen.excommu.in vi.& in regula ratum. eodem
lib.ideo dicit, quod ſi vult appellationem directo proſequi,
exigitur alia litis conteſta.vnde diſtingue poſt But.& D.Ab-
ba.quod aut tertius comparet ad finem impediendi execu-
tionem ſententiæ.Aut principaliter appellat, vel proſequi-
tur appellationem in primo caſu,Bu.dicit,quod non exigi-
tur litis conteſt.quia iudicium eſt ſummarium,ſed D.Abb.
dicit,quod requiritur aliqualis petitio,ar.c.veniens.ij. de te-
ſti.nõ tamen per modum libelli,quia ex quo agitur de mo
dico præiudicio,nec operatur ferri ſententia quę afferat per
petuum prȩiudicium,ſufficit iudicum ſummarium reſpe-
ctu ordinis,& reſpectu probationis,vt ſenſit hic glo.ii. not.
Doc.in c.j.de lib.ob.& Io.de Lig.in c.ſæpe.de ver.ſig.Et hoc
intelligit D.Abb. quando vult differre executionem donec
53 plene probauerit de iure ſuo,nam ad effectum† impediẽdi
per primam executionem requiritur plena probatio, iuxta
no.per Bar.in l.a diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.e.ratio eſt,quia
affert magnum præiudicium , reſpectu autem procedendi
ſufficit iudicium ſummarium, quia non eſt quæſtio princi-
palis,vt d.§.ſi ſuper rebus.vbi plene per Bar.& per D. Abba.
in c.veniens.ſupra de teſti.In ſecundo autem caſu,ſ.quando
tertius appellat,vel etiam proſequitur,& tunc Butr.dicit,ꝙ
requiritur aliqualis petitio,ſed D. Ab.dicit, ꝙ aut aſſiſtit liti
ne colludatur cum reo principali,& tunc non eſt neceſſe li
bellum,vel aliquam petitionem offerre,quia non exigit,vt
pro ſe pronuncietur,& hoc caſu procedit illud , quod dicit
Inn.dum dicit, ꝙ ſi proſequitur litẽ per alium incohatam,
non tenetur libellum offerre,nec litem conteſtari. Aut aſſi
ſtit pariter aſſumendo iudiciũ, & petit pro ſuo iure pronun
ciare,& tunc D.Abb.ſequitur opin. Hoſti.ſ.vt ſaltem detur
54 aliqualis petitio, † quia fatuus eſſet iudex,quia pronuncia-
ret ſuper non petitis,l.fi.C.de fideiuſ.lib. Et ex hoc infertur
quod vbi tertius aſiſtens liti non petit pro ſe pronunciari,
iudex ſolum debet ſcire ſententiam cõtra principalem,nõ
autem contra aſiſtentem liti,licet ſententia ſibi præiudicet,
ſed ego vlterius credo,quod vbi tertius appellat a ſententia
lata contra principalem, teneatur libellum porrigere ad li-
tis conteſta.ſicut tenetur principalis ſi appellaret , quia ter-
tius appellando non aſſiſtit liti appellationis,ſed principali
ter appellat,vnde dicẽdum eſt , quod tertius appellando nõ
aſſiſtit liti appellationis, ſed prĩcipaliter appellat:vnde dicẽ
dum eſt de eo,ſicut de quolibet appellante,& hęc ſufficiant.

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata parte abſente,ſed citata tenet,licet retractetur ſi abſens probet legitimum impedimentum.*
2 *Vniuerſitas temporalis in qua eſt ius patronatus , poteſt pignori tradi .*
3 *Bona omnia tam præſentia,quam futura obligari poſſunt.*
4 *Ius patronatus non trãſit cum vniuerſitate rerum in pignore datarum, ſed bene locatarum.*
5 *Præſentatio eſt fructus iuris patronatus.*
6 *Ius patronatus tranſit cum alienatione fundi.*
7 *Creditor debet computare fructus in ſortem.*
8 *Decima an tranſeat,vel aliud ius ſpirituale cum vniuerſitate.*
9 *Inſtitutione facta de beneficio,an transfertur corporalis poſſeſſio.*
10 *Iudex remittens cauſam ad ſuperiorem,poteſt cuilibet partiũ dare ſuas atteſtationes,& terminum peremptorium ſtatuere.*
11 *Legatus poteſt cauſam ſibi competentem delegare.*
12 *Ordinarius quilibet poteſt cauſam ad ſe pertinentem delegare.*
13 *Conſtare ex tenore ſententiæ dicitur,quod conſtat ex atteſtationibus,ad quas ſe refert ſententia.*
14 *Iudex erraſſe præſumitur , ſi dixit vnam partium non probaſſe,cum ex actis appareat contrarium.*
15 *Iudex circunuentus debet iterum de cauſa cognoſcere.*
16 *Poſſeſsio iuris patronatus non probatur per perceptionem alicuius iuris,quod conſueuit præſtari patronis.*
17 *Poſſeſsio canonicatus probatur per exercitiũ actus,qui non poteſt exerceri,niſi per canonicum.*
18 *Præſentatio quæ competit iure patronatus eſt ineſtimabilis.*
19 *Cauſa cum dicatur a iudice ſufficienter inſtructa,quando alterius partis deficiunt atteſtationes.*
20 *Adiudicatio ſuperioris habetur pro inſtitutione in eccleſia.*
21 *Delegari poſſunt alteri ea,quæ ſunt nudi miniſterii.*
22 *Ordinarius poteſt committere ea,quæ ſunt nudi miniſterii.*
23 *Præſentatus poteſt agere,vt inſtituatur.*
24 *Plus iuris confertur per prælatum,quam per patronum.*
25 *Plus eſt habere ius in re,quam ad rem.*
26 *Iniuriam nemini facit,qui iure ſuo vtitur.*
27 *Patronus poteſt accumulando plures, variare in plurium pręſentatione.*
28 *Ius quæſitum ex pręſentatione dicitur præſentatio ad inſtitutionem petendam.*
29 *Patronus an poſſit alium pręſentare , quando primo præſentatus cæpit agere cum ſuperiore,vt admittatur.*
30 *Iniuriam facit oedrnarius repellendo præſentatum.*
31 *Præſentatus a vero patrono habet actionem ad remouendum alium male inſtitutum,& a non patrono præſentatum.*
32 *Inſtitutio facta ab epiſcopo ſine conſenſu,& præſentatione patroni,veri nulla eſt.*
33 *Verbum irrita , inducit nullitatem ipſo iure, ſeu inducit canonem latæ ſententiæ.*
34 *Inſtitutio epiſcopi,quando valet ſine pręſentatione patroni .*
35 *Citatio debet continere verbum peremptorie , ſecundum Ioannem Andream.*
36 *Sententia facit ius inter partes.*
37 *Iudicatum non dicitur vbi quis iuſta cauſa detentus pręſens eſſe non potuit.*
38 *Iudex poteſt ſententiam quę mero iure valet reuocare per viam reſtitutionis in integrum.*
39 *Iudices qui poſsint reſtituere in integrum remittitur.*
40 *Delegatus legati an poſsit delegare.*
41 *Procurator poſt litem conteſtatam poteſt alium procuratorem conſtituere.*
42 *Delegans poteſt delegatum quandocunque reuocare.*
43 *Conteſtatio fortius agit in agentem,quam in patientem.*
44 *Proceſsus non valet ex defectu poteſtatis.*
45 *Correctio iurium eſt vitanda.*
46 *Receptio teſtium eſt articulus iuriſdictionalis.*
47 *Iudex quilibet poteſt dare ad articulum non iuriſdictionalem,tam cognitionem,quam examinationem.*
48 *Cognitor dicitur,cui committitur articulus iuriſdictionalis.*
49 *Executor eſt cui committitur articulus ſine iuriſdictione.*
50 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum eſt quaſi ordinarius.*
51 *Delegatus committens ſimpliciter vices ſuas videtur in totum commiſiſſe.*
52 *Delegatus principis ſolus ſubdelegare poteſt.*
53 *Subdelegatus delegati papæ non poteſt ſubdelegare.*
54 *Iuriſdictio legati eſt extraordinaria.*
55 *Iuriſdictio ordinaria ad eſſe ſuum requirit perpetuitatem.*
56 *Delegatus legati papæ,non habet maiorem poteſtatem ſubdelegãdo,quã delegatus cuiuscunque ordinarii.*
57 *Ordinarius delegans cauſam cum poteſtate delegandi , an poſsit alteri ſubdelegare.*
58 *Delegatus papæ an poſsit dare ſubdalegato poteſtatem ſubdelegandi.*
59 *Iudex delegatus a papa,vel ordinario, an poſsit committere notario receptionem teſtium.*
60 *Dictum teſtis ſcribere ſtatim,an ſit de ſubſtantia.*
61 *Subdelegare,an poſsit is cui commiſſa eſt teſtium receptio.*
62 *Tabellio electus ad ſcribendum non poteſt alteri committere.*
63 *Sententia non debet retractari , niſi impedimentum ſufficienter probetur .*
64 *Fauor maior debetur cauſæ matrimoniali,quam beneficiali.*
65 *Beneficia non poſſunt acquiri ſine canonica inſtitutione.*
66 *Iniquitas euidens facit ſententiam nullam ipſo iure.*
67 *Error manifeſtus,& clarus inducit nullitatem ſententiæ.*
68 *Sententia lata a iudice circunuento eſt retractanda.*
69 *Dolus partis ſufficiat in tacendo,vt ſententia retractent.*
70 *Sententia lata proceſſu non plene transmiſſo eſt nulla.*
71 *Dolus facile præſumitur vbi tacitum eſt de proceſſu.*
72 *Sententia nulla eſt,quando iudex non adhibuit plenam cauſæ cognitionem.*
73 *Sententia valet,licet ſuper proceſſu non integre traſmiſſo lata fuerit.*
74 *Iudex de qua re cognouit de ea debet iudicare.*
75 *Sententia remanet firma cauſa abſentiæ non probata, vel alia ſpecialitate cauſæ.*
76 *Sententia reuo canda eſt iniuſtitia eius probata ex tenore ſententię , & ex proceſſu.*
77 *Abſentia,vel impedimentum qualiter probetur,remittit.*
78 *Ius percipiendi penſionem non procedit a iure patrouatus .*
79 *Solutio penſionis non priuat patronum poſſeſsione.*
80 *Creditor tenetur reſtituere fructus omnes quos ex pignore percepit, vel ęſtimationem in ſortem computando.*
81 *Creditor peccat vtendo re pegnorata.*
82 *Delegatus papæ ſubdelegans recipit a ſubdelegato appellationem, quod in aliis non contingit , cum ad papam appellari poſsit relicto delegato.*

CAP. XVIII.

CVm Bertoldus. Si citatus ad ſentē-
tiam ex cauſa legi-
1 tima iudici ignota non comparuit, tenet ſentē
tia eo abſente lata, ſed retractatur eo proban-
te legitimam abſentiæ cauſam, ſed ſi impedimentum plene
non probatur ſententia non retractatur, niſi doceat de ei⁹
iniquitate hoc dicit. Diuiditur in duas partes. In prima po
nitur proceſſus narratio. In ſecunda partis reſtitutio, audito
ris datio, ipſius relatio, Papæ diffinitio eius motiuum conti
nens. Secunda ibi, licet. No. primo, quod vniuerſitas tem-
2 poralis† in qua eſt ius patronatus poteſt pignore tradi, nec
3 mirum, quia quis poteſt obligare† omnia bona ſua præſen-
tia, & futura, vt in l. fina. C. quæ res pigno. obliga. poſ. tamen
cum vniuerſitate data pignori non tranſit ius patronatus,
vt hic probatur, quia fertur ſententia pro præſentato per
debitorem, vnde quotidie iſte tex. allegatur, quod cum vni-
4 uerſitate rerum datarum in pignore, non tranſit †ius patro
natus, ſed bene tranſit cum vniuerſitate rerum locatarum,
vt in c. ex literis. infra de iure patrona. vbi patet, quod ſi quis
locat uillam in qua eſt, ſita eccleſia ratione cuius in condu
ctorem villæ tranſit ius preſentandi. Et ratio differentiæ,
quæ eſt inter locatorem, & pignoris conſtitutionem eſt, q̄a
creditor non lucratur fructus, vt in c. primo. de vſuris. cum ſi
mili. & no. hic glo. fin. percipit omnes fructus rei conductæ,
5 †vnde cum præſentatio ſit fructus iuris patronatus, ſicut ad
conductorem pertinēt cœteri fructus iuris patronatus, qui
cōſiſtit in præſentatione, niſi nominatim excipiatur, & hoc
modo procedit, ca. ex literis. de iure patrona. & multo ma-
gis ius patronatus tranſit cum vniuerſitate vendita, vt in l.
in modicis. iuncta glo. ff. de contrahenda emptione. & hoc
non ſolum habet locum, quando alienatur directum, ſed
etiam quando alienatur vtile dominiū, puta ſi feudatarius
cui ius patronatus competit ratione feudi alienat feudum
6 de conſenſu domini, quia cum alienatione feudi † tranſit
ius pattonatus, & de hoc eſt tex. in capit. cum ſeculum. infra
de iure patronat. Ex quo conclude, quod cum in omni
contractu per quem aliqua vniuerſitas alienatur, ſiue trāſ-
feratur d rectum, ſiue vtile dominium, ſiue ius percipiendi
fructus. Fallit in pignore, in quo non tranſit ius patronatus,
7 ratio eſt, quia † creditor debet cōputare fructus in ſortem,
vt in c. primo. de vſuris. Sed præſentatio quæ eſt fructus iuris
patronatus non poteſt computari in ſortem, quia eſt ineſti
mabilis, idcirco pignorata vniuerſitate non tranſit ius præ-
ſentandi, vt hic. & hoc tenet glo. fi. hic. Et de iſta materia, an
ſcilicet ius patronatus tranſeat cum vniuerſitate, & quid ſi
venditur fundus, vel alia res particularis, an alienata ipſa re
tranſit ius patronatus? vide per Innocen. & Docto. in capit.
ex literis. & cap. cum ſeculum. eodem titu. & per Ioan. And.
in cap. primo. de iure patrona. in vi. per Bald. in l. fi. in ix. q. C.
8 de edic. diui Adri. tol. Nunquid autem † decima, vel aliud
ius ſpirituale tranſeat cum vniuerſitate, ſicut tranſit ius pa-
trona. Innocen. dicit, quod no. in dicto cap. ex literis. & tene
menti dictum Barto. in l. quia perinde. ff. ad Trebe. vbi dicit,
quod ſicut apud hæredem facta reſtitutione remanent iura
ſepulchrorum, vt dicit tex. in l. quia perinde. Ita etiam rema
net ius patro. Ex quo habes caſum in quo cum vniuerſita
te non trāſit ius patro. & rō eſt, quia poſt reſtōnē hr̄ditatis
remanet hr̄s, & remanet actio directa ad quartam partē,
ſcilicet Trebellianicam, vnde ſicut remanent apud eum iu-
ra ſepulchrorum, ita debet remanere ius patro. & hoc tene
a menti.[a] Secundo not. quod per inſtitutionem factam de
9 beneficio non transfertur corporalis poſſeſſio, † nam iſte
tex. in principio dicit, quod poſtquam archidiaconus inſti-
tuit iſtum clericum fecit eum induci in corporalem poſſeſ
ſionem, ſi enim per inſtitutionem acquiſiuiſſet corporalē
poſſeſſionem non fuiſſet opus ipſum induci in corporalem
poſſeſſionem, & quod per inſtitutionem factam de benefi-
cio, vel de alia re non transferatur poſſeſſio, tenet glo. in c.
per tuas. de dona. & in cap. ex orc. de his quę fiunt a maiori
parte c. & in c. auctoritate. de inſti. vbi eſt bona glo. ſed gloſ.
in ca. ſecundo. de conſuetu. tenet contrarium, ſcilicet quod
per inſtitutionem transferatur poſſeſſio, & de hoc articulo
vide per Docto. in dicto c. ſecundo. de conſue. & in ca. tranſ-
miſſam. de elect. & in dicto c. auctoritate. de inſti. vbi etiam
per do. Abb. & communis concluſio eſt, quod ſi inſtitutio
fiat ante collationem non transfertur poſſeſſio, quia habet
vim collationis, ſed ſi fit poſt collationem, ſeu poſt transla-
tum ius in re in præſentia rei, ſeu beneficii nemine exiſten-
te in poſſeſſione illius rei, vel beneficii, tunc transfertur poſ
ſeſſio, vt in c. quod meo. ff. de acquiren. poſ. & hoc modo poſ
ſunt concordari glo. præal. de quo tamen dic, vt latius habe
tur in locis præal. Tertio not. ibi per partes remiſiſſent. ꝙ
10 iudex† remitens negocium, ſeu cauſam ad ſuperiorem po-
teſt cuilibet partium clare atteſtationes ſuas, concor. quod
no. in c. dudum. j. de electio. Item poteſt ſtatuere vtrique par
ti terminum peremptorium ad comparendum coram ſu-
periore ad quem fit remiſſio, vt in cap. fi. de accuſ. vbi, Inno-
cen. dicit, quod iudex cui committitur a ſuperiore aliquis
articulus cauſæ per eum inſtruendus, & ad ſuperiorem re-
mittendus, poteſt etiam ſi nihil fuit ſibi dictum per ſuperio-
rem præfigere terminum partibus infra quem compareāt
coram ſuperiore, ne cā remanear ſine termino, & hoc di
ctum D. Abb. dicit eſſe menti tenendum, & ita ſeruauit hic
iſte legatus, quia ſine alia citatione proceſſit ad ſententiam
in negocio ſibi remiſſo per delegatos. Quarto not. quod
11 † legatus poteſt delegare cauſam ſibi competentem iure le
gationis, concor. capit. fina. ſupra de officio delega. ratio eſt,
quia habet iuriſdictionem ordinariam, vt in cap. ſecundo.
12 de officio deleg. in vi. Quilibet autem† ordinarius poteſt
cauſam ad ſuam iuriſdictionem pertinentem delegare. l. vni
ca. qui pro ſua iuriſdicti. & in l. imperium. ff. de iuriſdictione
omnium iud. & in c. vt litigantes. de officio ordin. in vi. & in
c. ſi quis contra clericum. de foro competē. Quinto no. ibi
13 ex tenore ſententiæ, quod illud dicitur conſtare † ex tenore
ſententię, quod conſtat ex atteſtationibus, ad quas ſenten-
ria ſe refert, videtur ergo eſſe expreſſum in ſententia, quod
continet in atteſtationibus, ex quo iudex ad illas ſe retulit,
facit optime l. pen. C. de ſenten. quæ ſine certa quan. ptoſer.
& l. ait prætor. §. primo. eo. ti. de quo dixi ſupra eo. c. primo.
& c. inter cæteras. Sexto no. in ver. tum quia. quod ſi iudex
in ſententia dixit alterā partium in probatione defeciſſe, &
per atteſtationes conſtat ipſam ſufficienter probaſſe inten-
14 tionem ſuam, præſumitur iudicem† erraſſe, vel circunuen-
tum fuiſſe, non autem debet præſumi, quod teſtes vacillaue
rint, vel aliquis alius defectus, ex quo in actis non eſt expreſ
ſum, de quo plene dixi in ca. cauſam. ſupra eodem. Septi-
15 mo no. quod vbi iudex eſt circunuentus †debet de cauſa itē
rum cognoſcere. & Butr. hic colligit tres caſus, in quibus ſen
tentia retractatur abſque appellatione. Primus eſt, quando
lata contra abſentem ex iuſta cauſa, quantumcunque ſit
citatus, & alias ſententia ſit iuſta. Secundus caſus eſt, quan-
do apparet manifeſte error ſententiantis, qui in ſententiā
retulit ſe ad acta dicens non eſſe probatum cum per teſtes
appareret ſufficienter probatum, de quo tamen dixi in di-
cto cap. cauſam. Tertius caſus eſt, quando ſententia lata, eſt
dolo pręſentis contra abſentem proceſſu non plene inſtru
cto, & hoc tenet hic Innocen. de quo eſt bonus text. in l. ſic
prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. & ibi per Bart. Octauo no.
ibi, niſi pro quodam iure, quod illa eccleſia conſueuit exhi
bere patronis &c. quod per perceptionem alicuius iuris par
ticularis, quod conſueuit pręſtari patronis non probatur
16 poſſeſſio† iuris patronatus quo ad alia, & in hoc tene men-
ti iſtum tex. ſed contra iſtum tex. fortiter facit c. dilecto. in-
fra de præbend. vbi patet, quod per exercitium, qui non po-
17 teſt exerceri, niſi per canonicum probatur† poſſeſſio cano-
nicatus, ſed reſponde, quod ille tex. loquitur in actu non
competenti alteri, quam canonico. Perceptio autem pē-
ſionis, licet conſueuerit percipi a patrono, non tamen eſt
talis, quod nō poſſit ſolui alteri, q̄ patrono, quia eſt ſepara
ta a iure patronatus, licet conſueuerit ſolui patrono, vnde
poteſt haberi ſine præſentatione, & not. bene iſtum tex. ex
quo probatur, quod licet in conſtitutione pignoris actum
ſit, quod creditor percipiat penſionem, quæ debetur patro-
no ratione iuris patronatus, non tamen videtur actum, ꝙ
habeat ius præſentandi: ratio eſt, quia penſio poteſt compu
18 tari in ſortem, non autem pręſentatio †cum ſit inæſtimabi-
lis. Nunquid autem ſi quis ſteterit in poſſeſſione præſen-
tandi per tempus quadraginta anno. intelligatur ex hoc
præſcripſiſſe ius patron. vide Ioan. And. in regula, quod ali-
cui. in Mercuria. & Doctores in capitulo querelam. de ele-
ctionibus. Nono no. verſicu. tum etiam, quia cauſam. ꝙ
19 †iudex non dicitur mittere cauſam ſufficienter inſtructam,
ſi recipit tantum atteſtationes vnius partis, plus dicit Bald.
quod cauſa non dicitur ſufficienter inſtructa, ſiue ſufficien
ter remiſſa, niſi remittantur allegationes vtriuſque partis,
allegat l. iudicibus. C. de appellationibus. ſed tamen iſte tex.
nō loquitur, niſi de atteſtationibus vtriuſq; partis. vnde cre
do, ꝙ ſufficiat ipſū remittere ad hoc, vt cā dicat̄ ſufficiēter
inſtructa

---

ADDITIO.

a ¶ Idem dominus Abbas in capitulo & ſi quæſtiones. de rerum permuta-
tione.

inſtructa atteſtationes inſtrumenta, & alias probationes
vtriuſque partis:nam allegationes†iuris non ſunt de ſubſtã
tia ſaltem quo ad iudicem,vt dixi poſt Ioan.And.in c.ſicut.
ſupra eodem. Vltimo no.in fi.adiudicantes eccleſiam ſu-
21 pradictam,quod vbi ſuperior adiudicat†eccleſiam præſen-
tato intelligitur eum inſtituere, & ſic talis adiudicatio ha-
bet vim inſtitutionis, vnde non eſt neceſſarium,quod præ-
ſentatus amplius inſtituatur ab ordinario, quia per illam
adiudicationem intelligitur inſtitui: hoc tamen intelligo ꝓ
cedere,quando iudex,qui fert talem ſententiam, habet po-
teſtatem inſtituendi,ita loquitur iſte tex. ſecus ſi non habe-
ret poteſtatem inſtituendi,argum.c.ſuper eo.de offi.delega.
In glo.ii.Dom. Abb.dicit, eſſe aduertendum,quia archi-
diaconus iſte fecit duplicem inſtitutionem, vnam tali colla
toriam,aliam corporalem,ſ.quatenus fecit præſentatum in
poſſeſſionem induci. In prima,ſ.in inſtitutione tituli colla
toria procedit dictum glo.quia illa pertinet ad epiſcopum:
nec archidiaconus poteſt ilam facere pręter conſenſum epi
ſcopi,niſi hoc habeat ex conſuetudine,vt in iuribus allega-
tis in glo. Secunda vero. ſ.inſtitutio corporalis pertinet ad
archidiaconum iure proprio,vt in c.vt veſtrum.& in ca.ad
hæc.de offic.archid.ſed iſta non loquitur glo.& no.D.Abb.
iſtum tex.inquantum archidiaconus non poteſt per alium
21 facere inſtitutionem corporalem, †quod ea quæ ſunt nudi
miniſterii poſſunt aliis delegari.In contrarium facit c.fin. §.
vlt.de offic.deleg.vbi patet, quod delegatus ad nudum mi-
niſterium expediendum, non poteſt alteri committere. ſed
D.Abb.reſpondet,quod illud habet locum, quando nudũ
miniſterium fuit delegatum per Papam,tunc enim non po
teſt illud alteri delegare, vt in contrario. hic autem loqui-
tur,quando nudum miniſterium competit alteri iure ordi-
nario,pro hoc allego tex.in c.fi.de offi.ordina.vbi patet, ꝙ
22 ordinarius†poteſt committere ea quæ ſunt nudi miniſterii.
In glo.iii. no.iſtamglo. inquantum dicit, quod præſenta-
23 tus poteſt †agere, vt inſtituatur,ſicut electus poteſt petere,
vt ſua electio confirmetur,vt in c.quam ſit.& in ca.cupien-
tes.de elect.in vi.& cum iſta glo.concor.glo.in c.dilectus. in
glo.magna.ſupra de officio leg.glo.tamen ſpecifice non re-
ſpondet,ad c.paſtoralis.de iure patrona.allegat.per glo.pro
contrario.Et Doct.hic multum inſtant, & vario modo lo-
quuntur,& dicit D.Abb.quod etiam Innocen. in variis lo-
cis fuit ſibi contrarius,nam in cap.quod ſicut.de electio.di-
cit,quod inter præſentatum, & eccleſiam nullum vinculũ
contrahitur cum ex præſentatione nihil iuris ſibi acquirat
allegat dictũ cap.paſtoralis.& dicit D. Ab.hoc vltimum eſ
ſe ponderandum,ſcilicet dum dicit,quod nihil iuris ſibi ac-
quiritur,contrarium aperte dicit Innocen.in capit.dilectus.
de officio leg.ibi enim dicit, quod præſentatus acquirit ius
in re per inſtitutionem,ſeu collationem,probatur in capit.
penul.de præben.in vi. & in c.vltimo. de conceſſione præb.
eodem libro. Per præſentationem vero præſentatus acqui-
rit ius ad rem,ideſt ad beneficium petendum,& habet actio
nem perſonalem contra epiſcopum, ſcilicet ad compellen
dum eum,vt inſtituat.& idem dicit ibi glo.quæ in hoc con
cor.cum iſta,& illa glo.dicit,quod per collationem, ſeu in-
ſtitutionem habet plenum ius in re, ſed per præſentationẽ
habet ius,ſed non plenum,& ſi eſt præſentatus a perſona ec
cleſiaſtica non poteſt amplius variare, & ſi eſt præſentatus
a laico,adhuc conſequitur ius intantum, quod ſi patronus
non mutat voluntatem, poteſt petere ab epiſcopo,vt ſua
præſentatio confirmetur,& allegat iſtud cap.& concludit il
la glo.quod ſemper ius acquiritur pręſentatio per patronũ,
24 licet†conferatur plus iuris per prælatum, quam per patro-
num,quaſi velit dicere, quod per inſtitutionem prælati ac-
quiritu r ius in re, ſed per præſentationem patroni acquiri-
25 tur ius ad rem. † plus autem eſt habere ius in re,quam ad
rem.D.autem Abb.in iſta materia diſtinguit,ex cuius diſtin
ctione facias quatuor caſus. Primus eſt, quando patronus
pręſentauit duos ſimul,vel ſucceſſiue,antequam epiſcopus
ſperneret primum, & tunc neutri eſt acquiſitum ius petẽ-
di inſtitutionem, ſed eſt in electione epiſcopi, ſeu alterius
debentis inſtituere ex illis eligere quem vult,vt in cap.cum
autem.de iure patrona.vbi plene no.& hoc caſu primo præ
ſentatus non habet aliquam actionem contra epiſcopum
ad aliud beneficium, quia patrono licuit variare alium ac-
cumulando,non autem ex toto recedendo a prima præſen
tatione,vt plene no.Ioan.And.in regula in re communi. in
Mercur.libro ſexto.& ſic licuit epiſcopo vti auctoritate ſibi
a iure conceſſa ſine alterius iniuria, ſcilicet eligere vnum
26 ex pluribus præſentatis, † nemini enim iniuriam facit qui
vtitur iure ſuo,vt in cap.cum eccleſia Vulterana.de elect.&
xxiii.q.iii.qui peccat.dicit tamẽ D.Ab. quod ſi epiſcopus dif
ferret inſtituere aliquem ex eis, tunc patronus poteſt inſta-
re,quod epiſcopus compellatur,vt inſtituat alterum ex pręſentatis,argum.c.decernimus.& c.filiis.xvi. qõ. vi.& dicit ſe
credere,quod etiam pręſentati poſſunt implorare officium
ſuperioris in genere,vt vnum ex eis eligat,argumen.l. cum
quidam.ff.de leg.ii. Secundus caſus eſt, quando patronus
præſentauit vnum quem epiſcopus ſine cauſa legitima nol
uit inſtituere,& patronus poſtea accumulauit alium quem
epiſcopus inſtituit, & tunc valet inſtitutio cum fuerit præ-
27 ſentatus per patronum†cui licuit variare accumulando, vt
dicto c.cum autem. tamen quia epiſcopus ſine cauſa legiti-
ma recuſauit primum inſtituere,ita quod per eum incurrat
damnum tenetur illi prouidere,iuxta id quod legitur,& no
tatur in cap.paſtoralis.de iure patro.& in hoc habet ille pręſentatus actionem contra epiſcopum. Tertius caſus eſt,
quando patronus nullum alium præſentauit, ſed perſeue-
rat in prima præſentatione, & tunc ſumus in terminis no-
ſtri capituli, quo caſu dicendum eſt, quod præſentatus pōt
28 agere,vt epiſcopus cõpellatur eum inſtituere, † quia ius eſt
ſibi quæſitum ex præſentatione,vt hic,& in dicto c.dilect⁹.
de officio lega.Item poteſt agere contra intruſum in bene-
ficio,vt ĩde remoueatur,& ſua præſentatio admittatur. tex.
eſt hic.nam cum habeat ius ad inſtitutionem petendam, ꝑ
conſequens videtur habere ius ad omnia per quę perueni-
tur ad beneficium conſequendum,argumen.c. præteria. &
c.prudentiam.de officio dele. Nunquid autem poſtquam
præſentatus incepit agere coram ſuperiore, vt præſentatio
29 ſua admittatur,poſſit†patronus alium præſentare,& gloſſa
iſta ſentit,quod ſic,& idem dicit glo.in dicto ca. dilectus.de
officio leg.& circa hoc Innocen.multum inſtat.ſed Io.An.
ſe remittit ad nota.in c.cum autem.infra de iu.pa.nam ſi te
netur opi.quæ eſt communis. ſ. ꝙ patronus non habeat fa-
cultatem mutandi. i. reuocandi primam præſentationem,
ſed aliam accumulandi ceſſant omnes difficultates, quaſi
velit dicere,quod poteſt alium accumulare, non obſtante,
quod primo pręſentatus cęperit coram ſuperiore petere,vt
epiſcopus compellatur eum inſtituere,& videtur dicere Bu
tri.ꝙ ex hoc non tollitur primo ius agendi,vt inſtituatur,di
30 cit,ꝙ etiam poterit agere†pro iniuria contra ordinem, qui
eum repulit,ſed ego dubito, an poſſit agere, vt inſtituatur,
ex quo patronus alium præſentauit,vnde credo,ꝙ licet poſ
ſit agere pro iniuria contra epiſcopum, & facere eum cõ-
pelli ad conferendum aliud beneficium,prout dicit text.in
dicto ca.paſtoralis.non tam puto, quod poſſit petere,vt ſua
præſentatio admittatur,ſed in genere debebit agere, vt epi-
ſcopus compellatur admittere vnum ex præſentatis, vnde
videtur perinde,ac ſi a principio patronus plures pręſentaſ
ſet eo excepto,quo habet actionem contra epiſcopum, &
ex eo,quia recuſauit præſentationem de ſe factam admitte
re,vide tamen de hac no.per Docto.in dicto c.cum autem.
& in dicto c.paſtoralis.de iure patrona. Quartus caſus eſt,
quando præſentatio eſt facta de vno per eum, qui non eſt
patronus,nec in poſſeſſione præſentandi,& præſentatus in
ſtituitur ab epiſcopo præſentãte illum eſſe patronum poſt
modum vero alius præſentatur per patronum, qui eſt in
poſſeſſione iuris patronatus, & tunc valet hæc vltima præ-
ſentatio,etiam ſi ſit facta prima non caſſata,nec irrita nun
31 ciata,& pręſentato acquiritur ius,†ac ſi nulla alia præſenta
tio præceſſiſſet,& poteſt agere contra inſtitutum ab eo qui
non eſt verus patronus,& petere quod remoueatur, & pe-
tere vt ſua præſentatio admittatur,& vt ipſe inſtituatur, de
hoc eſt caſus notabilis hic.hoc tamen intelligas,quando ve
rus patronus eſt in poſſeſſione iuris patronatus,ſecus ſi nõ
eſſet in poſſeſſione,quia tunc eſſet inſtituendus ille qui eſt
præſentatus ab illo,qui tempore præſentationis erat in poſ
ſeſſione iuris patronatus,vt eſt tex.in c.conſultationibus.in
fra de iure patrona.quod tamen declara,vt in c. ii.de reſtit.
in integ.in vi. Et ex hoc tex.infertur,quod inſtitutio facta
32 †per epiſcopum ſine præſentatione veri patroni eſt ipſo iu
re nulla,& hoc probatur ſic:nam primus præſentatus ab il
lo,qui non erat patronus fuit inſtitutus per epiſcopum, &
poſtea verus patronus illa inſtitutione non caſſata alium
præſentauit,& Papa hic in fi.adiudicat eccleſiam pręſenta-
to per verum patronum, nec aliter caſſat inſtitutionem fa-
cta per archidiaconum de conſenſu epiſcopi, ſed ſolũ fun-
dat ſe in ratione, quia fuit præſentatus a vero patrono, &
propter hoc adiudicat eccleſiam epiſcopi, ſed ſi inſtitu-
tio facta per archidiaconum auctoritate epiſcopi val-
uiſſet mero iure non valuiſſet ſecunda pñtatio facta ea nõ
caſſata, vnde hic manifeſte probatur, ꝙ non valet inſtitu-
tio epiſcopi, niſi præſentatio fiat a vero patrono exiſtente
in poſſeſſione præſentandi.& pro hoc etiam videtur tex.in
c.decernimus.xvi.q.vii.vbi tex.dicit, ꝙ ordinatio eccleſię fa
cta per epiſcopum ſpreto patrono eſt irrita. verbum autem

33 † irrita. eſt participium præteriti temporis, quod inducit
nullitatem ipſo iure, ſeu inducit canonem latæ ſententiæ.
iuxta no.per glo.in c.ii.in verbo,innodetur.de hæreti.in vi.
& per glo.& Bar,in l.criminali.ff.de iuri.omnium iud.& per
eundem Bar.& D.Abb.in c.ſi diligenti.de foro comp. Et
ex hoc dicit D.Abb.quod c.illud.in fi.infra de iure patr. vbi
tex.dicit,quod inſtitutio facta per epiſcopum ſine præſenta-
tione patroni eſt irritãda, ſtat improprie;ſi enim irritanda,
dr̃ facta,ſicut de facto proceſſit.& D.Abb.quod Fede.de Se.
in tractatu permutationum,aperte ſenſit,quod talis inſtitu
tio ſit nulla,& de hoc etiam per Docto.in d,c.illud. hoc ta-
34 men intelligas regulariter,quia interdum valet †inſtitutio
facta per epiſcopum abſque præſentatione,vt patet in caſi-
bus in quibus patronus pro illa vice,vt in c.ii.in fi. de ſupp.
neg.præla.& in c.j.& ii.& in c,eam te.& in c.cum propter di
ſcordias.infra de iure patro. Quid autem ſi epiſcopus ſim
pliciter contulit,& patronus nullum infra ſex menſes præ-
ſentauit?D.Abb.ſe remittit ad c.illud.infra de iure patrona.
In glo.in verbo,terminum.Ioan.And.dicit, quod eſt neceſ-
35 ſarium,quod in citatione† exprimatur verbum peremptο-
rie.& in hoc ponderat text,quod dicit,quod fuit aſſignatus
terminus peremptorius, & per hoc dicit,quod non ſufficit
vnica citatio ad ſententiam audiendam,niſi ſit in ea expreſ
ſum peremptorium,& de hoc remittit ad c.de illicita. in fi.
magnæ glo.xxiiii.q.iii.& ad Spe.in ti.de citatione.§.viſo.ver,
alias autem.& ver.quid ſi lata.& ad ca.ad petitionem.infra
de accu.dicit tamen,quod hoc fallit in cauſis ſummariis,vt
in clem.ſæpe.ad fin.& ibi vide glo.in verbo,non perempto-
riæ.de ver.ſig.de hoc etiam plene habetur in ca. conſuluit.
de offi.dele.In glo.in verbo,tempus breue.Do,Abb.dicit,ꝙ
lex allegata in glo,loquitur in ſtipulatio iudicati. ſ. quando
quis promiſit ſub certa pœna comparere in iudicio certo
pic: nam ſi hoc non fecerit poterit moram purgare infra
paucos dies,dummodo ius actoris non ſit factum deterius,
ſed hic loquitur, quando ſententia lata quis petit illam re-
tractari allegando iuſtam cauſam abſentię,quo caſu nõ de-
36 bet audiri,niſi probet impedimentum,quia† ſententia facit
ius inter partes, vt ſupra eodem, cum inter. & de purgatio-
ne moræ,dic vt plene per Bart. in l.ſi inſulam.ff.de verborũ
obli. In glo.in verbo, iuſtam cauſam.glo, in effectu vult,
quod aut agitur de fauore matrimonii, & tunc probatur
impedimentum,ſeu iuſta cauſa abſentiæ per ſolum iuramẽ
tum,vt in contrario. Aut ceſſat ille fauor,& tunc neceſſe
eſt,quod probetur impedimentum,quo probato reuocabi
tur ſententia,vt hic.& in l.ſi finita.§.ſi forte.ff.de damno in
37 fecto.†non enim dicitur iudicatum,vbi quis iuſta cauſa de-
tentus præſens eſſe non potuit,l.quæſitum.ff.de re iudic. ſed
poſtea glo.videtur velle, quod ſententia talis valeat mero
iure,licet ſit reuocanda probato impedimento,& pro hoc
facit litera,circa fi.ibi,ſentẽtiã illam diximus irritandã, &c.
ſed D,Abb.dicit,quod aut iudex ſciebat citatum eſſe abſen
tem ex iuſta cauſa,& nihilominus tulit ſententiam,& tunc
ipſo iure eſt nulla,& ſic non videtur iudicatum,& ita intel
ligi d.l.quæſitum,& hoc eſſe abſentem ex iuſta cauſa,& tũc
ſententia mero iure valet,vt in c.querelam.de procura. ſed
debet reuocari probato impedimẽto, vt hic.Nec obſtat iſte
tex, in verſi.poſtmodum.ibi,prædictam ſententiam nullius
decernerent eſſe valoris,& hoc etiam ſenſit Hoſtien.in ver
bo,irritanda.ponderat enim literam,quod non dixit irritã,
ſed irritandam, & ſic ſentit, quod ſententia mero iure va-
luit.& de hoc plene dixi in d.c.querelam.de procur. In glo,
38 in verbo,nullius,no.ex glo,quod†iudex poteſt reuocare ꝓ-
priam ſententiam per viam reſtitutionis in integrum,ſi ſen
tentia mero iure tenet, ſed ſi eſt nulla ipſo iure poteſt eam
reuocare ſine aliqua reſtitutione,& hoc vltimum intellige
quando ille qui tulit talem ſententiam eſt ordinarius,ſecus
ſi eſſet delegatus,vt dixi poſt Innocen.in c.primo, ſupra eo.
39 Qui autem † iudices poſſint reſtituere in integrum,& an de
legatus poſſit,dic,vt in c.pen.ſupra de reſti.in inte.& in l.fin.
C.vbi & apud quem. In glo.in verbo, aliis committenti-
bus.hæc glo.reſpondet tribus modis ad iura dicentia, quod
40 ſolus delegatus principis poteſt delegare, & ſic videtur, † ꝙ
delegati iſtius legati non potuerint aliis ſubdelegare vices
ſuas.& prima ſol. eſt, quod lis fuerat conteſtata coram iſtis
delegatis,& ſic glo.vult,quod delegatus ab inferiore a prin
cipe poſt lit. conteſt.poſſit alteri ſubdelegare ad ſimilitudi-
41 nem procuratoris†qui põt li,conteſt. poteſt alium procura
torem conſtituere,vt in l.nullam.C.de procur.& in cap, pri
mo,§ licet autem.de procur.in vi.ſed iſta ſolutio communi
ter reprobatur per Doct. tam Legiſtas, quam Canoniſtas,
& glo.plene.in c.cum cauſam,infra de appel.& Ioan. And.
ibi reſpondet ad rationem præmiſſam, nam procurator, iõ
ſubſtituitur poſt li,conte.quia eſt factus dominus inſtantię,
vt d.tex.in dicto.§,licet.huic eſt,quod poſt lit. conteſtationẽ
non poteſt a domino ſine cauſa reuocari inuitus,vt in c,ii.
eodem tit,in vi.& in l.poſt litis.ff.eodem ti.quod ſecus eſt in
42 iudice delegato,†quia delegans poteſt eum, quandocunq;
reuocare.l.iudicium ſoluitur.ff de iudic. licet non ſit hone-
ſtum,vt reuocetur ſine cauſa, vt in c.cauſam quæ. inter ab-
batem,cum ibi no.ſupra de iudi.& ratio rationis eſt ſecun-
dum D.Ab. quia in conſtitutione procuratoris eſt,vt agẽs,
43 iudex vero vt patiens.fortius ergo†operatur conteſtatio in
agentem,quam in patientem,argumẽ. in c.ſacris.quod me-
tus cauſa. Item in conteſtatione, quaſi contrahitur inter
partes.l.iiii.§.idem ſcribit.ff.de pecu.iſte autem,quaſi cõtra-
ctus non ſit cum iudice,ſed coram eo.Item ratio, quia pro-
hibetur delegatus inferioris a principe ſubdelegare,eſt,quia
a lege non habet hanc poteſtatem,vt dicit glo.fi. vt in c. is
cui.de officio delega.lib.vi.ſed iſta ratio militat poſt lit.con
teſt.ſicut ante,ergo &c. Et hanc opi.etiam ſequitur Bart. in
in l.more maiorum.ff.de iuriſ.omnium iudi.& in l.a iudice,
C.de iudic.& Docto.ibi communiter ſequuntur. Secunda
ſolu.glo.eſt,quia non fuit exceptum,& ideo taliter de facto
fuit proceſſum per ſubdelegatos:& hæc ſolu.poteſt intelligi
duobus modis.Primo,quod valet commiſſio, niſi excipia-
tur,& tunc iſta ſolutio non eſſet vera, quia etiam ſi non ex
44 cipiatur non valet proceſſus† ex deffectu poteſtatis,vt in di-
cto c.cum cauſam.& in l.a iudice.C.de iudi. Et iſtam ſolut,
ſecundum iſtum intellectum reprobat etiam Bu.& D. Ab,

Secundo modo poteſt intelligi, quod proceſſus de iure
non valuit, ſed de facto tantum fuit toleratus, quia nõ fuit
oppoſitum,& iſte intellectus magis eſt de mente glo.ſecun
dum D.Abb.& iſtam tetigit clarius glo.in dicto c. cum cau
ſam.in glo.pe.infra de app.dum dicit,quod iſta decret. non
continet ius,ſed quia non fuit obiectum per patientiam to
leratum,ar.c.cum iam dudum.de præben.Tertia ſolu.eſt,ꝙ
hodie debemus ſtare prædictis iuribus, quæ dicunt, quod
nullus delegatus poteſt ſubdelegare vices ſuas, niſi ſit dele-
gatus principis,.& ſecundum hanc ſolutionem iſta decret.
45 hodie eſſet correcta,quod non eſt dicendum,quia†vitanda
eſt correctio iurium,vt in l.ſancimus.C.de teſta.& in l. præ-
cipimus.C.de appel.Vnde Innocẽ.(extra glo. quarto modo
ſoluit,dicens,quod iudex delegatus ab inferiore a principe
non poteſt ſubdelegare articulum iuriſdictionalem,ſed ar-
ticulum non iuriſdictionalem, ſic, & ita loquitur iſte text.
46 Receptio†autem teſtium eſt articulus iuriſdictionalis,quã-
do exceptiones, quæ opponuntur contra teſtes non ſunt
adhuc deciſæ,nec interrogatoria ſunt producta,nec iuriſdi
ctionem adhuc eſt delegatum teſtibus, vbi autem omnia
ſunt expedita,ita quod reſtat nuda depoſitio teſtium, tunc
eſt articulus nudus ſine iuriſdictione, & de hoc vide bona
glo.in clem.j.de offi.dele.iſte ergo tex.debet intelligi, quod
iſti delegati ſubdelegauerunt nudam examinationem te-
ſtium,& in hoc caſu debet intelligi hęc lec. Inno. quam ẽt
ſequitur hic Bu.& per hoc D.Abb.allegat optimum tex.in
c.ſuper quęſtionum.in prin.ſupra de offi.dele. vbi tex dicit,
47 ꝙ delegatus Papæ,vel quicunq; † iudex poteſt dare non tñ
cognitionem,quam executionem ad articulum nõ iuriſdi
ctionalem,et poſtea dum facit mentionem de articulo iu-
riſdictionali,dicit, ꝙ delegatus Papę põt ſubdelegare exor-
dium litis,vel finem cãæ,& ꝙ a tali eſt appellandum, tanq̃
a iudice.vnde dicit,D.Ab.Illum tex.ponderandum,quia dũ
loquitur de articulis non iuriſdõnalib.dicit,ꝙ delegatus Pa
pæ,vel quicunq; iudex põt ſubdelegare,ſed dũ loquit̃ de ar
ticulo iuriſdictionali,neq; repetit illud verbum,aľs quicun
que iudex.ad idem e.c.§.porro.vbi appellat̃ cognitor,qñ cõ
mittit̃ articulus iuriſdõnalis: vbi aũt committit̃ nudus arti-
culus appellat̃ executor,& non cognitor,& ꝑdicta hoc an-
no vidi de facto in ſiti,q̃a quidam delegatus datus in ciuita
te Venetiarum commiſit totalem receptionem teſtium in
iſta ciuitate cuidam, qui nõ habebat qualitates requiſitas
in delegato,ꝑ c.ſtatutum.de reſcri.in vi.& dubitabat, an ta
lis commiſſio valeret,q̃a in tex.in d.c.ſtatutum. in §.nullo.
verſi.nec alibi.dicit,ꝙ delegatus non põt ſubdelegare cãm
extra ciuitatẽ,vel dięc.in q̃b.fuit deputatus, & q̃dã dicebãt,
ꝙ ſic.allegantes glo.ibi in verbo,vices.q̃ dicit,ꝙ ille tex.dẽt
intelligi,niſi delegatus vellet cõmittere certũ arti.cãæ,quia
tunc poſſet ſm illã gl.allegabant ẽt Spe.in tit.de lega.§.fin.
ver.quid ſi certus articulus. ſed ego reſpondi,quod illa ſub-
delegatio fieri non potuit;& dicebam,quod præall. l.debet
intelligi ſecundum iura,quę allegat. iuxta no.per Bart. in l.
non ſolum.§.liberationis.ff.de lib.le.ſed gl.p̃al.mouet̃ ꝑ p̃al.
c.ſuꝑ qõnũ.§.j.de offi.dele.vbi tex.loquit̃ de mero arti.carẽ
te iuriſdictione,allegabam ẽt §.porro.eodem capit. iunctis
his quæ ibi dicit Ioan.An.& Doct.nam Ioan.And.ibi dicit,
48 ꝙ ille dicitur cognitor † cui cõmittit̃ articulus iuriſdõnalis.

Executor

Executor †vero cui cõmittere articulus ſine iuriſdictione, allegabam etiam gl.in d. c.ſtatutum.in princ. in verbo,cauſæ.dum dicit,ꝙ non poteſt committi articulus qui non caret iuriſdictio,ſed bene audiam alicuius articuli, vel mera executio poteſt committi ciuilibus clerico,& ſic illa glo.facit differentiam,an articulus contineat iuriſdictionem, vel ſit merus articulus, vel mera executio, quæ non habet in iuriſdictionem,& Archi.& Zen. ibi aſſignat rationem, qa talis potius dr̃ audire,ꝙ cognita,vt ĩ d.c.ſuper qõnum.§.porro.& ſic ſentiunt,ꝙ debeat committi nudus articulus carẽs iuriſdictione,quia qñ committitur nudus articulus ille cui fit commiſſio appellatur executor, vel auditor,& vbi articulus continet iuriſdictionem appellatur cognitor, vt dicit Io.An.in d.§.porro.& D.Do.Spe.in loco præa.reſpondebã, ꝙ in quantum Spe.loquitur de examinatione dẽt intelligi de nuda examinatione,inquãtum aũt dicit,ꝙ põt committi,vt coram tali fiat li.conte.male dicit, ꝙ loquitur ꝯ tex. in d.§. ſuper qõnum. §.j. vel dẽt intelligi, vt ſolum ille cui fit commiſſio ſit præſens ipſi li.conteſt. abſq; exercitio alicui' iuriſdictionis: verbi gratia, ꝙ partes porrigant petitionem, & rñſionem coram delegato: nam poſſet iudex de conſenſu partium hoc committere notario, vt dixi in c.quoniam ꝯ falſam.ſ.de prob. vnde iudex delegatus qui commiſit talẽ receptionem,poſtea pronunciauit teſtes non fuiſſe rite receptos,& ſic non potuiſſe ſubdelegare illum articulum extra diœce.& non habenti qualitates quæ requiruntur in delegatis,quas ponit tex.in d.c.ſtatutum.in prin. de reſcrip. in vi. Et ex prædictis infertur,ꝙ Bar. in l.more maiorum.ff. de iur.om.iudi.ſimpl'r dixit delegatum inferioris a principe poſſe ſubdelegare vnum articulum,ſic delegatus ad vniuerſitatem cãrum poteſt delegare vnam cãm,& dicit de hoc eſſe caſum in cle.j.de of.dele.ſed Bart.loquitur ꝯ tex.in c.cum cãm.ĵ.de ap.vbi tex.loquitur de articulo receptionis teſtiũ.
50 nec ſimilitudo Bar.eſt bona,quia delegatus† ad vniuerſitatem cãrum eſt,quaſi ordinarius,vt dicit glo.no.in d.c.cum cãm.in gl.pe.in fi.ſi vim,alias Pomponius ſi vni.ff.de re iud. quæ rõ ceſſat in delegato.vnde Bar. eſt reſtringendus ad articulum non iuriſdictionalem, prout dixit hic Inn. &.hãc concluſionem ſequitur Bald.in l.a iudice.C. de iud.& D.de Ro.deci.no.in rub.de teſti.deci.ccxliiii. de quo arti.vide plene per Pau.in cle.j.de of.deleg.& in Spe.de teſte.§.j. ver. ſed nunquid.ſed dicit D.Abb.ꝙ quam hæc dicta ſibi placeant: hæc tñ lec.Inn.non congruit literæ, quia iſti delegati ſubdelegauerunt vices ſuas,& ſic ſibi nihil reſeruauerunt,vt ſingulariter voluit Inn.in c.ſuper qõnum. de of.dele. vbi dicit,ꝙ
51 ſubdelegatus † committit alicui ſimpl'r vices ſuas vr̃ in totum commiſiſſe,pro quo D.Ab.alle.tex.in c.venerabili.iũcto prin.circa fi.de of.deleg. vnde ipſe ponit quintam lec.dicens,ꝙ iſte tex.loquitur ĩ delegatis legatis Papæ,ſicut enim legatus conſulis poteſt ſubdelegare,vt in l. legatus. ff. de of. proconſ.& lega. ſecundum vnum intellectum, & probatur aperte in l.cum prætor.§.j.ff.de iud.& per illam l.dixit Bald. in præa.l.a iudice,ꝙ delegatus legati Cardinalis poteſt aliũ ſubdelegare,quia in prouincia ſibi commiſſa eſt loco principis, & habet ibi ſupremã poteſtatẽ. vnde ſicut delegatus principis ſubdelegat,ita delegatus iſtius legati.Bal.tamẽ loquitur in delegato legati Cardinalis, & pro hoc facit gl. in c.ii.de of.le.in vi.quæ dicit, quod legatus Cardinalis equiparatur proconſuli:legatus vero non Cardinalis æquiparatur præſidi,& eſt glo.in verbo,proconſulum.tex tamen ibi loquitur indiſtincte in quolibet legato Papæ,quia ibi, quilibet legatus æquiparatur procõſuli, vel præſidi.& dicit D. Ab.quia non reperitur expreſſum,quod alius delegatus poſ-
52 ſit ſubdelegare, quam delegatus † principis, niſi delegatus ad vniuerſitatem cauſarum.nec obſtat l.legatus. ff. de offic. procon.& leg.& d.l.prætor.§.j.ff.de iudi,quia eſt ſpeciale in legato proconſulis,vt poſſit ſubdelegare, quia non eſt ſimpliciter delegatus,vt patet in præal. rub. de officio proconſ. & lega.vnde ipſe ſpecialiter a lege habet poteſtatem ſubdelegandi,vt d. l. cum prætor. §.j. Secus ergo dicendum eſt in aliis delegatis,in quibus non reperitur eis a lege hoc conceſſum. Præterea delegatus legati poſſet ſubdelegare iura hoc expreſſiſſent,ſicut expreſſerunt delegato principis,facit c.ad audientiam.de deci.& l.prima,§.ſi autem ad deficientis.C.de cad.tol.& induco tex.in c.ſtuduiſti.de of.delega.vbi patet, quod delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa habet tantam poteſtatem,quantam habet legatus in prouincia ſibi commiſſa : vnde non debet habere plus iuriſdictionis delegatus legati,quam ſubdelegatus delegati Papę.Subdelega-
53 tus†autem delegati Papæ non poteſt ſubdelegare,vt in d.c. cum cauſam.de ap. ergo nec delegatus legati.Item iuriſdi-
54 ctio legati†nõ eſt naturaliter ordinaria,ſed extraordinaria, & ſuper inducta,vt dixit gl.no.in cle.ii. in verbo, nolumus de of.ordi.vnde attenta natura,& conditione officii legationis potius:legatus etiam de latere eſt delegatus,quam ordinarius,nam ad eſſe iuriſdictionis ordinariæ eſt,quod ſit per-
55 petua,†iuxta no.per Io.An.& Doc. in c.de multa. de præb. & in c.j.de conſue.in vi.officium vero legationis,ſiue ſit legatus de latere,ſiue legatus miſſus non eſt perpetuum.Si vero eſt annexum dignitati quo caſu eſt perpetuum iuriſdictio ſuper addita primæ iuriſdictioni eſt ordinaria, & pro hoc quæro in d.clem.ii.de offi.or.loquens de officio lega.dicit,quod eſt poteſtas extraordinaria ſuper inducta,& reſtringenda.Et ex his concludo,quod non habet maiorem pote-
56 ſtatem in ſubdelegando delegatus †legati Papę,quam delegatus cuiuſcunque ordinarii,vel quam ſubdelegatus legati Papę, & per hoc eſt ſtandum regulæ, quæ dicit delegatum non poſſe ſubdelegare,niſi quatenus reperitur expreſſe exceptum ab ipſa regula,pro hoc facit,quod no.glo.nota. in rub.de regul.iur.in vi.quæ dicit, quod vbi conſtat de regula excipiens contra regulam debet probare iſtum caſum eſſe exceptum a regula alias ſuccumbit,& idem ſentit glo.pen. in clem.ſi.de reſcri,unde tene lec. Inno. vel ſecundam lect. gloſſ.ſ. quod hic non fuit diſcuſſum de validitate proceſſus iſtorum ſubdelegatorum, ſed ſolum de ſententia ipſius archiepiſcopi,& iſtum intellectum videtur approbare,D.Ab. dicens,quod ſi bene ponderetur litera non facit,pro,& cõtra,ſed ſimpliciter narrat factum. Sed iuxta prædicta quæ-
57 ro de quæſtione notabili.ſ.† an ſi ordinarius delegat cauſam cum poteſtate ſubdelgandi poſſit alteri ſubdelegari. & glo.in ca.is cui.de offi. delega. in vi.dicit,quod ſic,ſed Ioan. Andre.in nouella refert(quod multi tenuerunt contrarium. ſed Bar.in l.more maiorum.ff.de iuriſdi.omn.iud. tenet primam partem reddens rationem, quia non videtur ipſe ſubdelegare,ſed delegans l.vnus ex familia.§.ſi de Falcidia. ff.delega. ii.& l. non diſtinguemus.§.quæſitum.ff.de arbi.& hanc opi.tenet Pau.& Do.in d.c.is cui.& D.Ab.hic. Sed D.
58 Ab.dixit nõ eſſe tactum per Doc.an delegatus† Papæ poſſit dare ſubdelegato poteſtatem ſubdelegandi, & dicit,ꝙ gl. tenet,ꝙ no.in c.ſuper quæſtionum.§.porro.in verbo,trãsfert. de of.delega.ipſe vero diſtinguit,quod aut ſubdelegat vices ſuas,& non poteſt,quia cum per talem commiſſionem deſinat eſſe iudex non poteſt iſta ſubdelegatio cenſeri facta poſtea per ſubdelegatum, cum deficiat extremũ ad quod, vt in l.bonorum.ff.rem ra.hab. & quod no.Bar.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuca.nec priuilegium cum ſit perſonale poteſt alteri communicare,vt in regula priuilegium.ĩ vi. Aut commiſit reſeruata ſibi aliqua iuriſdictione,& tũc poterit ſubdelegare,quia ipſe videtur ſubdelegare dando ſpeciale mandatum ſubdelegandi,vt in c.j.de procu.in vi.& in l.vnum ex familia.§.ſi de Falcidia.ff.delega.ii.ſed Pau.in d.c. is cui.quem ſequitur D.Dom.tenet indiſtincte, quod ſubdelegatus non poſſit ſubdelegare etiam ſi habeat poteſtatem ſubdelegandi, quia poſſet in infinitum fieri ſubdelegatio, ad hoc quod no.gl.in c.cum cauſam.in gl. pe. de ap.ſed iſta ratio mihi non placet, quod idem dicendum eſt in delegato ordinarii, quia eodem modo tranſire poſſet in infinitũ, videlicet ſi delegatus ordinarii ſubdelegaret cum poteſtate ſubdelegandi, & ſimiliter ſubdelegati, & ſic deinceps, nec credo,quod ille cui eſt conceſſa poteſtas ſubdelegandi poſſit eam alteri concedere, quia videtur ſubdelegatus a delegante,& videtur ſibi ſola electio conceſſa,vt dicit Bart. vbi ſupra,& communiter Doct.ſed iſta electio eſt commiſſa ſolum ſubdelegato,vnde hanc poteſtatem nõ poterit in aliũ transferre,& ideo probabilior mihi vr̃ diſtinctio D.Ab. An
59 aũt†iudex delegatus a Papę, vel ab ordinario poſſit cõmittere notario receptionẽ teſtiũ.Inn.dicit, ꝙ ſic inquantũ ad ſcribendũ,non aũt quantũ ad examinandũ,ſed Hoſt.& alii Doc.vt dicit D.Ab.hoc reprehendunt, quia in caſu põt iudex committere notario examinationẽ teſtiũ, vt in l.iudices.& auth.apud eloquentiſſimũ.C.de fi.inſtr.& in Spec. de teſte.§.nunc tractandum.ver.ad offñ.de quo ſe remittit D. Ab.ad c.cum cauſam.de teſt.ſed ego plene dixi in c.quoniã contra falſam.ſupra de prob.& no.bene verba Inn. inquãtum dicit, ꝙ iudex poteſt committere notario ſcripturam dictorum teſtium poſt examinationẽ,quod nullus Doctor reprobat. Ex quo infertur, ꝙ poſtquam teſtes depoſuerunt verbaliter dictum ſuum,iudex poteſt recedere a bancho,& committere notario, quod ſcribat. Et ex hoc etiam in-
60 fertur, quod non eſt de ſubſtantia, †quod ſit neceſſarium, quod ſcribatur dictum teſtis immediate, quando deponit, quia ſi eſſet neceſſarium iudex immediate deberet facere ſcribi,nec poſſet alteri committere ſcripturam, de quo vide quæ dixi in dicto capitulo quoniam contra falſam. Ter-
61 tio,quæro circa iſtam gloſſam. an illud † cui eſt commiſſa receptio teſtium poſſit etiam ſubdelegare, & non inſtãdo

vera eſt concluſio, quod aut alicui delegatur mera exami-
natio teſtium, vel ſcriptura teſtium, & hoc iſte non poteſt
committere, quia videtur ei commiſſum nudum miniſte-
rium, vt in capit. fina. §. cæterum. de officio delega. not. glo.
62 in clemen. prima, de officio delega. vnde tabellio † electus
ad ſcribendum non poteſt alteri committere, & hanc opi-
nionem tenet etiam Hoſtien. & Ioan. Andre. & Butriga. &
dominus Abba. licet Innocen. ſentiat contrarium. Aut
fuit commiſſa receptio teſtium, & ſic articulus iuriſdictio-
nalis, & ſi talis eſt delegatus principis abſque dubio poterit
committere, vt in dicta clemen. prima, iuncta gloſſ. prima.
de officio delega. Sed ſi eſt delegatus inferioris, tunc ipſam
receptionem non poteſt committere, ſed nudam examina
tionem, vel ſcripturam ipſarum atteſtationum bene poteſt
committere, quia eſt nudus articulus. Hic enim, qui ſtudia
coluerunt virtutibus inuigilarunt, non ſunt authotis glo-
riæ comparandæ incumbuerunt, ſuos alienos, præſentes,
poſteros, erudierint: licet moribūda membra depoſuerint,
non tamen vt bruta, aut arbores perire potuerunt, ſed eam
vitam viuunt, ac viueret quo nulle obſcuritate obuiſci, aut
vetuſtate deleri poſſit, Gratianus. In gloſſ. in verbo, mi-
nus ſufficienter. pro expeditione iſtius glo. opponitur, nam
videtur, quod iſte ſacerdos non debuerit audiri, ex quo non
probauit ſufficienter iuſtam cauſam abſentiæ, vt in capitu.
querelam, de procuratoribus. & in capitu. ex literis. per lo-
cum a ſpeciali. de reſtitutione in integrum. ſolu. gloſſ. ponit
duas ſolutiones. Prima eſt, quod iſte ſacerdos fuit auditus,
ne opin. præiudicaret veritati, ſed iſta ſolutio eſt nimis ge-
neralis, quia eadem ratio eſt in qualibet talia cauſa, & ta-
men regulariter non fit retractatio ſententiæ, niſi ſufficien-
ter probetur iuſta cauſa abſentiæ, quia tamen ſententia in
rem iudicatam tranſiuerit, fecit ius inter partes, ſiue æqua
63 fuerit, ſiue iniqua: ideo non debet † retractari, niſi impedi-
mentum ſufficienter probetur, ad hoc ſupra eodem. cum
inter. & ff. de ſtatu hominum. l. ingenuum. vnde glo. tranſi-
uit ad ſecundam ſolutionem dicens, quod iſta minus ſuffi-
ciens probatio impedimenti iuuabatur, quia apparebat ex
pluribus cauſis iſtum legatum fuiſſe circūuentum. ſed D.
Abb. dicit, quod per hanc ſolutionem non habetur clare in
tellectus capituli: quia aut iſtę cāæ reddebant ſententiam
nullam, & tunc non oportebat probare cauſam abſentiæ,
ſed prętextu nullitatis debuiſſet audiri, quantumcunq; fuiſ
ſet contumax, vt in cap. licet. cum ibi notatis. de ſenten. ex-
communi. in vi. facit clemen. prima, de re iudicata. aut iſtę
cauſæ non reddebant ſententiam nullam, & tunc non de-
bebat ſententia retractari, ex quo tranſiuerat in rem iudic.
niſi plene probatum fuiſſet impedimentum, vt in capitulo
tum ex literis §. fina. de reſtitution in integrum. facit quod
no. Ioan. And. poſt Archid. & Ioan. Mona. in capitu. primo.
de dolo & contuma. in ſexto. vnde Innocen. hic ponit vii.
lect. ad iſtum tex. ſed ego recitabo illas quæ erunt notabilio
res. Et ex quibus limitatur regula quæ dicit, ſententiam nō
eſſe reuocandam, poſtquam traſiuit in rem iudicatā. & pri-
ma lectura eſt, quod ideo iſte presbyter fuit auditus contra
ſententiam diffinitiuam nulla appellatione ſuſpenſam, qa
agebatur de beneficio, nam hoc eſt ſpeciale, cum de benefi
ciis agitur, quia in ipſorum collatione ad eſſe debet omnis
puritas, & abeſſe omnis ſurreptio, ſupra eodem. cum olim.
de electionibus. cum dilecti. nec obſtat ſecundum eum ca-
pit. inter. ſupra eodem. & infra eodem. ſuborta. quia non lo
quuntur in beneficialibus. & Butri. dicit, quod hęc lect. po-
teſt ſaluari intelligendo, quod propter abſentiam minus le
gitime probatam poſſit retractari ſententia in cauſa bene-
ficiali, ſicut retractatur in cauſa matrimoniali, vt in c. ex li-
teris. de reſtitutioue in integrum. dominus Abb. dicit, quod
hęc lectu. ſatis poteſt ſaluari, ſed nimis reſtringit literam,
quia in retractatione ſententiæ fundat ſuper ſpecialitate in
cauſa beneficiali. Item dicit, quod ſubtilizando hæc lectu.
poſſit impugnari per iſtum text. quia ſi in cauſa beneficiali
beret indiſtincte retractari ſententia propter abſentiam mi
nus legitime probatam Papa retractaſſet iſtam ſententiam
a principio, antequam alias probationes ſuper iniuſtitia
ſententię, quod non fecit inuito probata abſentia minus
ſufficienter, Papa dedit auditorem ſuper probanda iniuſti-
tia, & ea probata, Papa tunc demum reuocauit ſentētiam,
vt clare probatur hic in ver. licet autem. & ſic D. Abb. licet
primo dixerit, ꝙ hæc le. poteſt ſaluari poſtea eam reprobat,
64 ſed tu eam ſalua, & dic, ꝙ maior fauor † debetur cauſę ma-
trimoniali, quam cauſæ beneficiali, quia in cauſa matrimo
niali ſufficit probare impedimentum per ſolum iuramen-
tum, vt in c. ex literis. de reſti. in inte. ſed tantus fauor non de
betur cauſæ beneficiali, vt dicit gl. hic, in verbo, iuſtam cau
ſam. quæ incipit, alioquin. hinc eſt, ꝙ ſnīa ī cauſa matrimo
niali non tranſit in rem iud. nec quo ad eum, pro quo eſt la
ta, nec quo ad eum ↄ quem eſt lata, vt in c. lator. & in c. con-
ſanguinei. ſ. e. cā vero beneficiali tranſit in rem iu. quo ad il
lum pro quo eſt lata, vt in c. cum dilecti. in fi. de elect. & eſt
bo. gl. in c. j. de conceſ. præb. ſimile in præſcriptione, q̄a poſ-
ſeſſor beneficii pōt præſcribere ↄ illum qui hēt ius in bene
ficio, vt per pſcriptionem perdat ius quod habebat, ſed tū
65 ipſe prescribens non acquirit beneficium, ꝛ quia beneficia
non pñt acquiri ſine canonica inſtitutione, vt in regu. j. lib.
vi. & de hoc vide gl. ſin. in c. contingit. in gl. fi. ver. ſed nunqd.
idem iuris eſt in ſpūa lib. cauſis. ſ. de do. & cont. vnde hoc ca-
ſu licet ſufficiat minus ſufficiens probatio: non tū ſufficiat
ſolū iurm, ſed debet alia pſumptio probari, vnde forte iſte
probauit ſe ī. breue tempus poſt ſnīam comparuiſſe corā
legato, & allegaſſe iuſtam cām abſentiæ, & q̄q̄ iſta proba-
tio minus ſufficiens, eſſet Papa reſtituit eum ad audientiā,
& quia probauit iniuſtitiam ſnię ex pluribus cauſis Papa re
uocauit ſnīam, & in hoc iſta cā hēt ſimilitudinē cum cau-
ſa matrimoniali, quia non reſcinditur ſnīa impedimento
probato minus legitime, ſed impedimentum allegans, reſti
tuitur ad audientiam, & ſi apparebit ſnīam eſſe iuſtam cō-
firmabitur, ſi autem apparebit eam eſſe iniuſtam caſſabitur,
& de hoc eſt caſus in c. ex literis. de reſti. in integ. vnde idem
quātum ad hoc ſeruatur in cauſa beneficiali, vt hic, & hoc
modo defenſatur hæc lec. Inno. ex qua habes notabilem li
mitationem ad c. cum dilecti in fi. de ele. & ad gl. in c. j. de cō
ceſ. præb. inquantum dicit, ꝙ ſnīa in cā beneficiali tranſit ī
rem iudi. quo ad eum ↄ quem eſt lata: nam licet tranſeat ſi
cām allegat iuſtum impedimentum, licet illud minus ſuffi-
cienter probet, auditur ↄ ſnīam, & ſi probabit ſnīam iniu-
ſtam reuocabit, vt hic. Secunda lec. Inn. eſt, vt habeat locū,
ꝙ hic dr̄, quia ex tenore ſnīæ comprehenditur audiens ini-
quitas ſnīæ, vt hic erat: nam reperiebatur cā falſa in ſnīa, in
eo, quod dicebatur per atteſtationes eſſe probatum, ꝙ præ-
fatus A. erat in poſſeſſione iuris patronatus, qñ præſentauit
dictum clericum ad præfatam eccleſiam. Item in eo, ꝙ di-
cebatur, ꝙ presbyter defecerat in probatione, alleg. c. a. ii. de
pur. vulg. ſed ↄ iſtum facit, quia ſi ex prædictis reſultaſſet eui
66 dens † iniquitas ſnīa fuiſſet nulla ipſo iure, vt in c. cum inter
cætera. ſ. e. & quod no. Bar. in l. j. C. de erro cal, & ſic non vr̄
fuiſſe opus retractare ſnīam cum eſſet nulla, ex quo error
deprehenditur ex ſententia cum eſſet nulla, ex quo error
deprehenditur ex tenore ſententiæ iunctis actis, ad quæ iu-
dex ex ſententia ſe retulit, ſed D. Abb. ſoluit, quod hic error
fuit probabilis, quia nullo iure prius erat cautum, quod
ius patronatus non tranſiret cum vniuerſitate, & maxime,
quia creditor recipiebat penſionem ſolitam exhiberi patro
no, argumen. opti in c. cum veniſſent. de reſtit. ſpolia. & in l.
quamuis. & quod ibi no. Bartol. ff. de acquirenda poſſeſſio.
67 vnde ſententia non erat nulla ipſo iure cum error † non eſ-
ſet manifeſtus, & de iure clarius. vt no. Innocen. in c. P. & G.
de officio deleg & in c. cum ſpeciali. de appel. & in ca. vno.
de poſtul. prælato. in fi. & dixi. in c. primo. ſupra eodem. Ex
hac lect. no. quod vbi allegatur iniquitas ex tenore ſenten-
tiæ habita relatione ad proceſſum, licet talis iniquitas non
reddat ſententiam nullam allegans impedimentum, & mi
nus plene probans debet audiri contra ſententiam, & pro-
bata iniquitate ex tenore ſententiæ, & proceſſu ſententia
eſt reuocanda, & hanc limitationem no. Tertia lect. eſt,
68 quod iudex † fuerit doloſe circumuentus ab aduerſario a
præfato clerico, & ideo hæc ſententia debuit retractari, vt
in l. ſi prætor. §. Marcellus. in fine. ff. de iudic. hæc lectu. eſt in
ſe vera debet tamen diſtingui, an ſit lata ſententia contra
abſentem dolo præſentis, puta ex falſis allegationibus factis
per præſentem, & tunc ſententia eſt ipſo iure nulla, vt dicto
§. Marcellus. Aut fuit lata contra præſentem, & tunc ſentē-
tia non eſt nulla ipſo iure, ſed eſt retractanda per reſtitutio
nem in integrum, vt in l. diuus. ff. e. & in c. cum venerabilis.
de excep. & hanc concluſionem firmat Bar. in d. §. Marcel-
lus. & Inn. hic, & in c. cum dilecta. de reſcri. & idem. ſequun-
tur hic Bu. & D. Ab. Bu. tamen dicit, ꝙ hoc procedit, qñ ad
uerſarius abſentis ſcienter allegauit falſum, ſecus ſi dolus
fuerit re ipſa, & non ex propoſito, quia tunc eſt opus reſtō-
ne, & dicit, ꝙ hoc vult gl. no. in d. § Marcellus. in verbo, ſciē
ter, & dicit hoc eſſe no. & ꝙ vidit plures ī hoc errare qui de-
duxerunt nullitatem ſnīæ, & non probauerunt allegatio-
nes falſam eſſe factam ſcienter, & q̄d dr̄ de aduerſario īdu-
cente iudicē p falſas allegationes ad pnunciandū ↄ abſen-
tē, idē dicendū eſt, ſi ſcienter tacuiſſet aliquā cām, q̄ ſi iudex
ſciuiſſet, non tuliſſet ſententiam contra pręſentem, & But.
dicit, ꝙ hoc tenet Innocen. in c. fin. infra de accu. & remittit
ſe ad c. ſi duobus. infra de ap. Et ex hoc habes tertiam limi-
tationē, ex qua patet, ꝙ ſnīa a qua non fuit appellatū pōt
reuocari,

reuocari, ſed D. Abb, dicit, ꝙ hæc lect. non congruit huic li
teræ, quia iudex non fuit hic circumuentus dolo partis præ-
ſentis, ſed ex ſui facilitate, vt patet ex text. In quo de dolo
partis nihil dr̄, nec obſtat ſecundum eum. Si dicatur, ꝙ pars
69 tacuit iura alterius partis, quia primo poteſt dubitari † vtrū
ſufficiat dolus partis in tacendo, de quo remittit ad no. per
Inno. in c. fi. de acu. & in c. ſi duobus, ĩ. de app. & in c. 2. de di
la. & præſuppoſito, ꝙ ſufficiat taciturnitas nõ apparet hic
de dolo præſentis, quia credit acta ſua ſufficere ad inſtru-
ctionem cauſæ, & imputãdum eſt alteri parti, quæ iura ſua
non produxit, vt in c. dudum, il 1. de elect. & ſi diceremus ɔ̄-
riū ſententia fuiſſet ipſo iure nulla, cuius ɔ̄rium innuit hic
tex. in fi. vbi ſententia irritatur tanquam mero iure valida,
ſed tu ſuſtine iſtam lec. quia Inn. intelligit, ꝙ quando dolus
nõ interuenit, ſi tamē iudex eſt motus ex falſa allegatione
contra abſentem, ſententia eſt retractãda, & hoc modo po
teſt ſubſtineri iſtam lec. Inn. quam no. Ex qua habes limita-
tionē ad regulam, quæ dicit ſñiam non reuocandam, poſt-
quam tranſiuit in rem iud. Quarta lect. Inno. eſt, ꝙ ſufficie-
bat ad caſſationem, ꝙ ordo iudiciarius hic non fuerit obſer
uatus, quia iudex non vidit probationes condemnati, vt in
l. prolatam. C. de ſenten. & per hoc dicit Inno. ꝙ quando re-
70 peritur ſententiam † eſſe latam proceſſu non plene tranſ-
miſſo ſententia eſt nulla, nam iſta eſt vna de cauſis hic alle
gatis, facit c. dudum, 2. de elect. & aſſignat Innoc. rationem
quia quando iudex non vidit probationes partis, vr̄ ſenten-
tia lata ſine cauſæ cognitione, & ſine ordine iudiciario al-
legat 2. q. 6. per totum, & l. prolatam. C. de ſentent. ſed Butr.
dicit hoc eſſe verum, quando eſſet lata ſentẽtia contra ab-
71 ſentem tacito de proceſſu dolo præſentis, quia † dolus faci-
le præſumitur, vbi cauſa fuit agitata cum eo, qui fuit præ-
ſens, quia ſemper dolo præſumitur tacere ꝓceſſum ceſſan-
te autem dolo, & data legitima abſentia, quanquam plene
de impedimento non poſſit doceri admittendus eſt de æq-
tate per viam reſtitutionis in integrum, D. etiam Abb. hic
dicit, ꝙ ſententia non fuit nulla ex eo, ꝙ iudex non viderit
atteſtationes iſtius presbyteri. Satis enim eſt, ꝙ viderit atte-
ſtationes partis comparentis, quæ crediderit ſufficere, & im
putandum eſt alteri parti iura ſua non producenti, ar. d. c.
dudum, de elect. poteſt enim iudex procedere ſi credit illas
ſufficere ad deciſionem cauſæ, l. properandum, C. de iud. &
in d. c. dudum. Et ex prædictis facias quatuor concluſiones.
Prima eſt, vbi fertur ſentẽtia per iudicem non inſtructum,
ita ꝙ apparet iudicem non adhibuiſſe plenam cauſę cogni
72 tionem † ſententia eſt nulla, & dicit Butr. ꝙ hoc eſt intelli-
gendum, quando hoc eſt notum ex breuitate tẽporis, alias
pręſumeretur pro ſententia allegat no. per Bar. in l. prolatã,
C. de ſenten. & per Doct. in cap. poſt electionem, de conceſ.
præben. & in c. tum ex literis, de reſti. in integr. vbi dixi. Se-
73 cunda condictio ſi iudici proceſſus non fuit † plene tranſ-
miſſus, ſi interuenit dolus partis præſentis non valet ſenten
tia lata contra abſentem, ſed ſi non interuenit dolus valet
ſententia, nec dicitur eſſe ſententia lata a iudice non inſtru
cto, quia ſatis eſt, ꝙ viderit proceſſum ſibi tranſmiſſum, &
imputandum eſt parti, quia hoc non allegauerit, & produ-
xerit partem proceſſus non tranſmiſſam, quæ faciebat pro
ſe, & notabis perpetuo iſtum text. ꝙ ſententia non reddi-
tur nulla, ex eo, quòd iudex non remiſerit ſuperiori totum
proceſſum, immo valet ſententia etiam ſi remiſerit atteſta
tiones vnius partis tantum, vt hic probatur, ꝙ tene menti.
Tertia condictio vbi pars allegat ſententiam eſſe reuocan-
dam propter proceſſum non plene tranſmiſſum, licet im-
pedimentum probetur, minus quam plene auditur pars ɔ̄
ſententiam, & ſi ex proceſſu poteſt apparere iniuſtitia ſen-
tentiæ eſt reuocanda, & has cõditiones tene menti. Quin-
ta lect. eſt, ꝙ iſte presbyter a prin. potuiſſet repelli, ſed quia
de facto fuit admiſſus, & apparuit ſententiam iniuſtam ſen
tentia fuit reuocanda, & eſt ratio, quia de qua recognouit
74 † iudex de ea debet iudicare l. de qua re, ff. de iudi. & in c. cū
ſuper, de cauſa poſſ. & propr. & iſtam lect. dicit D. Abb. eſſe
in ſe veram, & menti tenendam, & idem dicit Inn. in c. cū
dilecta, de reſcript. facit ꝙ ipſe not. in c. quia pleriq; de im-
mu. eccl. vbi dicit, ꝙ ſi is pro quo fuit lata ſententia confite
tur ipſam eſſe iniuſtam debet retractari, nam his caſib. ceſ-
ſat præſumptio iuſtitiæ, qua ſuſtinebatur ſententia ex tran-
ſitu in rem iudi. nã talis præſumptio tollitur, ex quo mani-
feſte conſtat de iniuſtitia ſententiæ, & dicit Butr. ꝙ idem te-
net Spec. in tit. de ſen. prola. §. quoniam, verſ. 7. ſed dicit, ꝙ
Inno. ſentit contrarium in cap. quoniam contra falſam, de
proba. & ſe remittit ad d. c. cum dilecta, de reſcr. ſed D. Abb.
dicit, ꝙ hæc lectu. non congruit literæ, quia & archiepiſco
pus, & papa corũ officio implorato per uiam reſtitutionis
in integrum dederunt auditores contra ſententiam in duas

alias lectu. Inno. ego prætermitto, quia ſunt modicæ vtili-
tatis, ſed D. Abb. ponit aliam lect. & facit tria membra. Pri-
75 mum eſt, qñ nullo modo probatur iuſta † cauſa abſentiæ,
& tunc nõ debet quis audiri contra ſententiam, ex quo trã-
ſiuit in rem iud. quantuncunq; velit probare iniuſtitiã ſen-
tentiæ, quia ſententia iam fecit ius inter partes, vt ſ̃. eo. cum
inter, & habetur pro veritate, ff. de reg. iur. res iudicata, niſi
vellet probare nullitatem ſententię, vel aliquem caſum ſpe
cialem, in quo ſententia venit retractanda per beneficium
reſtitutionis in integr. puta per dolum partis, vt ſ̃. dixi in 3.
lect. Inn. vel propter falſitatem teſtium, vel inſtrumentorū,
vt in c. licet cauſam, de proba. & in l. Diuus, ff. de rei udi. vel
fauore minoris ætatis, vel fauore eccleſiæ, vt in c. j. de re. in
integr. in 6. & in l. j. C. ſi aduer. rem iud. & idem in ſimilibus
caſibus ſpecialibus. Secūdum membrum eſt, quando pro-
batur iuſta cauſa abſentiæ ſufficienter, & tunc ſententia de-
bet illico retractari nõ expectato, quòd aliter probetur ip-
ſius iniuſtitia & poſtmodum procedatur in cauſa, ac ſi ſen-
tentia nunquam lata fuiſſet hoc probatur hic in verſ. poſt-
modum, & in l. quæſitum, cum no. ibi per Bar. ff. de re iudi.
& in l. ſi finita, §. ſi forte. ff. de dam. infect. & in c. querelam,
de procur. Tertium membrum eſt, quando probatur iuſta
cauſa abſentiæ minus ſufficienter, & tunc eligitur media
via, ne veritas ſupplantetur per opinionem, non enim de-
bet illico ſententia retractari, ſicut fit in caſu præcedenti,
nec debet ex toto delegari audientia, ſicut dictum eſt in pri
mo membro, ſed reſtituitur ſolum, vt audiatur contra ſen-
tentiam, & ſi non probauit aliquod contra illum remane-
bit ſententia in ſuo robore. Si vero probabitur iniuſtitia,
76 † maxime ex tenore ſententiæ, & ex proceſſu ſententia de-
bet reuocari, & dicit de hoc eſſe caſum ſingularem. Si text.
bene põderetur, nam in verſ. licet ex illa probatione abſen-
tiæ minus ſufficienter facta, papæ reſtituit illum presbyterū
duntaxat, vt audiretur contra ſententiam, non tamē retra-
ctauit ſententiam, & hoc fecit, ne opin. quæ erat pro ſenten
tia, ſ. ꝙ deberet præſumi iuſta præiudicaret veritati, licet ve-
ritas non fuerit plene probata, vnde ex ſubſequenti proba-
tione conualidatur, & roboratur præſumptio, quę erat pro
abſente ar. c. cum contumacia de hæreti. in 6. & in c. inſinua
tum, & ꝙ ibi no. gl. de ſi. Sed aduerte, quia iſtam lect. ſenſit
glo. licet non ita amplier. & credo, ꝙ gl. ſanius fuerit locu-
ta, dum dicit, ꝙ ex ſola probatione impedimẽti minus ſuffi
cienter facti non reuocatur ſentẽtia, ſed reuocatur quia ex
pluribus alijs cauſis apparebat iudicem fuiſſe circumuentū,
vnde quia non puto iſtam lect. D. Abb. procedere, niſi qñ
vltra impedimentum allegatur iudicem circumuentum, &
ita allegabat iſte presbyter, quia dicebat legatum non vidiſ
ſe ſuas atteſtationes, in quibus ſufficienter intentionem
ſuam probauerit, vnde nec preiudicaret opin. veritati, pa-
pę eum reſtituit, vt audiretur cõtra ſententiam, & hoc mo
do intellige iſtam lecturam, quam ponit D. Abb. alias pu-
to, ꝙ procederet, quia eſt ſpeciale in cauſa matrimonia-
li, fauorem matrimonij, vt probans impedimẽtum, minus
ſufficienter reſtitui debeat, vt audiatur contra ſententiam,
vt eſt tex. in c. ex literis, de reſti. in integr. vnde vt ibi proba-
tur per locum a ſpeciali, iſta reſtitutio non eſt concedenda
in alijs cauſis, vt ergo iſta lectura procedat reſtringe ipſam,
77 vt dixi. Qualiter autē probetur † abſentia, vel impedimen-
tum, vide in Spe. de appel. §. breuiter, verſ. quid ergo per Io.
An. & Doct. infra titu. proxi. ex ratione, & per eundem poſt
Io. mo. & Arch. in c. j. de do. & contu. in 6. & per Fede. de Se.
conſil. ſuo ix. per Bar. in l. 2. §. quod diximus, ff. ſi quis cau. di
cam in præall. §. ex ratione. Butr. autem hic enumerat xiiij.
caſus, in quibus ſententia a qua non eſt appellatum poteſt
reuocari, ſed ego plenius ſcripſi in c. fraternitatis, ſup glo. in
verſ. fornicatio. ĩ. de frig. & male. In gl. in ver. quodã iure dic
capiendo mẽtem gl. ꝙ aut loquimur in connexis, & proce-
dit contrarium, aut loquimur in ſeparatis, & tunc procedit
hoc c. perceptio enim penſionis, & poſſeſſio præſentandi
78 ſunt ſeparata, quia ex iure patronatus non competit † ius
percipiendi penſionē, ſed ille quandoque cõſtituitur extrin
ſecus ad petitionem patroni ex auctoritate epiſcopi, ut ĩ iu-
ribus allegatis in gloſ. & ſic non probat hoc eſſe, ꝙ ab hoc
contingit abeſſe. l. neque natales, C. de probat. & in l. non
hoc. C. vnde cogna. & in c. 2. de transla. prela. Sed D. Abb. di
cit, ꝙ fortiter facit in contrarium, ca. cum ueniſſet, de reſti.
ſpo. & l. quamuis cum ibi no, per Bar. ff. de acq. poſſ. vbi pa-
tet, ꝙ ſi de uoluntate domini aliquis percipit penſionem de
aliqua re ex tali perceptione penſionis transfertur poſſeſſio
in recipientem penſionem, de quo dic, ut plene per But. &
D. Abb. in d. c. cum veniſſet But. Soluit, ſed clarius D. Abb.
qui facit triplicem ſolutionem, ſed retractabo duas vlti-
mas, quę mihi magis placent. Prima eſt, ꝙ contrarium ha-
bet

bet locum,quando nemo eſt in poſſeſſione, ſed in caſu no
ſtro ipſe patronus remanſerat in poſſeſſione iuris patrona-
79 tus per rationem, quam tangit gl.fi.vnde ſoluens † penſio-
nem creditori non potuit priuare patronum ſua poſſeſſio-
ne,ſicut nec Inquilinus, vel colonus alteri ſoluendo poteſt
priuare poſſeſſorem poſſeſſione ſua, vt eſt caſus in d.l. quã-
uis,& ibi no.glo.& Bar. Secunda ſolu. eſt, & notabilior, ꝙ
omnis commoditas iuris patronatus, ęſtimabilis tranſit in
creditorem ratione acceſſorij, ſed fructus iuris patronat.
qui conſiſtit in præſentatione non tranſit, quia non eſt æſti
mabilis, nec poſſet cõputari in ſortem,nec etiam reſtitui,
& iſte eſt caſus huius capituli. In gl.vlt. hęc gl.opponit,& ſol
uit duobus modis,& in fi.opponit,& non ſoluit. Secunda
ibi arg. contra in prima parte gl.ſoluit duobus modis. Pri-
mo, ꝙ in contractu pignoris fuit exceptum ius patronatus,
non eſt bona, tum quia diuinat ad text. tum quia ſi ius pa-
tronatus fuiſſet exceptum non fuiſſet faciẽda quando quis
eſſet in poſſeſſione iuris patronatus. Secunda ſol. eſt, quia
iſte tex.procedit in contractu pignoratitio, in quo non trã-
80 ſit ius patronatus in creditorem,ratio eſt,quia creditor † te-
netur reſtituere omnem fructum, vel quaſi quem capit ex
pignore, & ſi fructum conſumpſit, tenetur æſtimationem
illius computare in ſortem,vt in c.ad noſtram, il j. ſupra de
iure iur.& in l.j.& ij.C.de pig.ac.modo ſi ius patronatus trã-
ſiret in creditorem non poſſet fructus ipſius reſtitui, nec in
ſortem computari,quia eſt inęſtimabilis cum deſcendat ex
iure ſpirituali,ſeu connexo ſpiritualibus,vt in c.quanto, de
iudi.ſi enim creditor poſſet præſentare,& præſentatus inſti
tui non deberet poſtmodum remoueri, vt in c.conſultatio
nibus,de iure pat.& in c.querelam,de elec. & ſic iſte fructus
iuris præſentandi non poſſet reſtitui,nec indebitum cõpen-
ſari, merito non debet hoc ius trãſire ad creditorem. Secus
in poſſeſſione debita,etiam occaſione iuris patronatus, qa
illa tranſit in creditorem cum poſſit reſtitui, & indebitum
compenſari, & ſic etiam ſi non fuit expreſſe actum,penſio
debita occaſione iuris patronatus debet trãſire in credito-
rem ratione prædicta.In gl.per te hęc glo.impertinenter op
ponit adeo, ꝙ But.dicit, ꝙ non habet intellectum. Sed glo.
in effectu voluit opponere, ꝙ non ſemper debemus ani-
maduertere, ꝙ fructus diminuant ſortem, nam quandoq;
fructus poſſunt eſſe inutiles apud creditorem, ſicut ſerui-
tus,quandoque eſt inutilis apud eum,cui conſtituitur,vt in
l.ei fundo.ff. de ſeruit. Sed reſponde, ꝙ creditor non debet
percipere fructus, niſi quos poteſt reſtituere, vel in ſortem
81 computare, † alias peccat creditor vtendo re ſibi pignora-
ta,vt in l.creditor,ff. de furt.l. vero ei fundo,loquitur in ha-
bente dominium rei pro qua conſtituitur ſeruitus, poteſt
enim conſentire, ꝙ cõſtituatur ſibi ſeruitus,licet non ſit vti
lis, ſicut quis poſſet emere rem ſibi vtilem, vnde illa l. lo-
quitur in caſu,valde diuerſo.Vltimo extra gl. oppo. ꝙ non
debuit appellari ad papã ab iſtis ſubdelegatis, ſed debuit
appellari ad proximum delegantem, vt in c. ſuper quæſtio-
num,§.porro,de offi. del. Doct. ſoluunt multipliciter. Sed
Io. And. & cõiter Doct. dicunt, ꝙ contrarium loquitur in
ſubdelegato delegati papæ,cũ clauſula,appellatione remo.
Sed D.Abb.dicit, ꝙ etiam ſi non ſit delegatus cum illa clau
ſula ſi ſubdelegat vices ſuas non in totum,eſt appellandum
ad ipſum non ad papam,& hoc voluit gloſſ.in d.cap. ſuper
quæſtionum, §. porro, in verſ. appellatione remota, quæ
ſupplet ad text. maxi. & dicit idem eſſe dicendũ,ſi in reſcri-
pto non ſit appoſita clauſula, appellatione remota, & D.
Abb.ad hoc allegat bon.tex.in c.ſi delegatus, in fi. de offic.
deleg.in 6.vbi tex.ſimpliciter dicit, ꝙ quando delegatus de
iuriſdictione aliquid ſibi reſeruat eſt appellandum a ſub-
delegato ad ipſum,& non ad papam, ad idem ego allego
bon. text.in c.ſi a ſubdelegato, eod. tit.& lib.tex.dicit, quod
ſi delegatus ſubdelegat non in totum,ſed vices ſuas ſi appel
lans negat delegantem habuiſſe iuriſdictionem ſubdelegã-
di, puta quia dicatur reſcriptum fuiſſe impetratum ab ex-
cõicato, vel quod papa poſt conceſſum reſcriptum re inte-
gra eſt mortuus; quia is caſibus negaĩ delegatum habuiſ-
ſe iuriſdictionem ſubdelegandi. eſt appellãdum ad papam,
ergo a contrario ſenſu,vbi non negatur delegatum habuiſ-
ſe iuriſdictionem eſt appellandum ad ipſum delegatum,
82 qui ſubdelegauit non in totum. † Eſt ergo ſpeciale in de-
legato papæ ſubdelegante non in totum vices ſuas, vt ad
eum ſit appellandum, & non ad papam, ſecus in dele-
gatis aliorum, quia ab ipſis poteſt appellari ad papã omiſ-
ſo delegant.e hoc probatur hic,& in c.cum veniſſent, ſupra
de eo,qui mit.in poſſ.vbi a delegatis legati fuit appellatum
ad papam,& Doct.ibi, & hic dicunt, quod a delegato alte-
rius, quã delegati papæ poteſt ad papam indiſtincte appel-
lari.& iſtam opi.firmat hic D.Abb.& ibi,idem dicit in c.di-
lecti,in fi.ꝟ.de appella.& in c.ſuper quæſtionum,§.porro,in
fi.de offi.del.Ex quo infertur,quod a delegato epiſcopi, vel
alterius ordinarij poteſt immediate omiſſo delegãte ad pa-
pã appellari,quod no. quia alias vidi dubitari. Et hæc ſuffi-
ciant,quamuis multa alia poſſent examinari.

*SVMMARIVM.*

1 *Papa ordinem ſeruat in ſententiis ferendis.*
2 *Papa appellatur Summus Pontifex, & dicitur ſummus reſpectu Epi-ſcoporum, qui Pontifices dicuntur.*
3 *Epiſcopi dicuntur Sanctiſsimi Chriſti Legati, & alia cognoſcenda.*
4 *Papa debet ſeruare iuris ordinem, & rigorem æquitatis.*
5 *Sententia Papæ, an valeat non obſeruato ordine iuris.*
6 *Papa non poteſt diſpenſare ſine cauſa.*
7 *Princeps non ligatur ſua lege.*
8 *Inferior a Papa non poteſt diſpenſare contra ordinem iudiciorum.*
9 *Legibus eſt iudicandum non exemplis.*
10 *Proceſſus papę præſumitur ſine macula, & ruga.*
11 *Sententia Principis quando eſt clauſa in corpore iuris tunc facit ius, ſiue interlocutoria, ſiue diffinitiua ſit.*
12 *Sententia lata abſente parte potius ob contumaciam, quam ob iuſtam cauſam lata videtur.*
13 *Sententia lata partibus præſentibus, ſine libello, & litis conteſtatione, a Papa an valeat.*

## CAP. XIX.

IN cauſis. Papa in ſententijs, quas pro-
1 fert † ordinem iuris ſeruat,
hoc dicit ſecundum Ioan.And. vel ſic ſecundũ
D.Abb.inferiores non debent iudicare ſecun-
dum ꝙ papa inter certas perſonas iudicauit, ſi
rite,& recte ſententiam tulit.Diuiditur in tres partes.In pri
ma ponit dictum.In ſecunda rationem. In tertia exceptio-
nem.Secunda ibi cum ſimilibus.Tertia ibi niſi forte. Not.
2 primo ibi Summi Pontificis † ꝙ papa appellatur Summus
Pontifex, & dicitur Summus reſpectu aliorum Pontificũ.
Epiſcopus autem appellaĩ poſt Pontifex.& ſummus ſacer-
dos,reſpectu ſacerdotum 21.diſt.cleros,verſ.Pontifex.& vi-
de pulchrum tex.in clе.1.ad fi.in verſ.epiſcopi enim de pœ-
3 nis .vbi tex.dicit, ꝙ epiſcopi † dicuntur Sanctiſſimi Chriſti
Legati,Spirituales patres,colũnæ eccleſiæ, fratres & coepi-
ſcopi Summi Pontificis. ſed hoc intelligas de epiſcopis bo-
nis non autem malis, nam ille qui vult præeſſe,& nõ pro-
deſſe non eſt dicendus epiſcopus 8.q.1.qui epiſcopatum ad
idem xl.diſt.vbi dicitur, ꝙ malus ſacerdos de ſacerdotio cri
4 men requirit non dignitatem. Not.2. ꝙ etiam papa † de-
bet ſubtiliter obſeruare iuris ordinẽ,& rigorem æqtatis, &
Hoſt.& Io.An.dicunt, quod tunc papa ſeruat rigorem æq-
tatis,quando contra iuſtitiam nemini parcit, & ius paupe-
rum defendit,& ſubdit Hoſt. ꝙ papa præcæteris debet abſti
nere ab iniurijs reſpectu Dei,vt in c.aliorum,9.q.3.& dicit,
ꝙ etiam hoc ipſum decet reſpectu hominum quamuis nõ
ſit aſtrictus legibus,l.digna vox,C.de legi.& in c.propoſuit.
5 de conceſ.præben.Nunquid autem teneat † ſententia papę
ſi non ſeruauit ordinem iuris, & diſtinguit, ꝙ aut eſt ordo
inductus mero iure poſitiuo, & illius defectus non habet
vitiare proceſſum, coram principe, ex quo non ligatur le-
gibus poſitiuis,vt ſupra dixi.vnde Inno.in c.1.de lit.conteſt.
dixit, ꝙ licentia papæ ſupplet defectum omnium ſolemni-
tatum,vt in l.omnium,C.de teſta.& in c.1.de transla.pręla.
& idem dicit Vinc.& Ioan.And.in c.1.de tranſa.vbi dixi, ꝙ
not.Hoſti.hic. Dicit enim, ꝙ conſuetudo curiæ habet, ꝙ
per narrationem facti,& verbalem petitionem, & contra-
dictionem, ſeu reſponſionem, coram papa & fratribus ha
bitam, maxime in cauſis electionum intelligitur lis con-
teſtari, etiam nullo libello oblato, & ſupra dictam condi-
tionem firmat Bal.in l.fi. C. de legi. Aut ordo iuris eſt fun
datus ſuper iure naturali, puta ꝙ feratur ſententia parte
vocata,& ſi iſte ordo prætermittitur non valet ſententia pa-
pæ,& hoc videtur probari,in d.l.fi.iuncta gloſſ.C. de legi.&
ibi hoc firmat Bal.ar.de cle.paſtor.de re iudi.& dicit D.Ab-
ba.hoc dictum notãdum ſe remittens ad c.cum olim,ſ. eo.
Sed vide eum in c.1.de cauſa poſſ.& propr.allegat hic Cyn.
in reſcrip.c.ſi contra ius,vel uti.pub.vbi videtur velle,quod
pro ſententia, & mandato principis ſemper ſit præſumen-
dum,facit quod not.glo.in c.non eſt,ꝟ.de voto,quæ dicit, ꝙ
in dubio eſt pręſumendum, ꝙ papa diſpenſauerit cum cau
ſa,licet ipſe peccat diſpenſando ſine cauſa, & ille cum quo
diſpenſauerit non ſit tutus in foro conſcientiæ. Tertio, no.
6 ibi cã neceſſitatis,vel vtilitatis, ꝙ papa † non poteſt diſpen-
ſare ſine cauſa,etiam ſi diſpenſet contra ius poſitiuum, &

iſtud notabile colligit hic Hoſti. ſed contrarium tenuit Inno.in c.cum ad monaſterium, de ſtatu monach. in verſic. Item no.ꝙ quidam dicunt,vbi dicit,ꝙ licet papa in his,quę ſunt contra votum tacitũ, vel expreſſum, vel contra euangelium, vel contra generalem ſtatum eccleſiæ non poſſit diſpenſare,niſi ex cauſa tamẽ in his,quæ ſunt contra ius poſitiuum tantum,ſicut patet in ſtatutis, quæ ſunt facta de ordinibus conferendis,infra certa tempora,de quibus,76. diſt. per totum,& de temp.ordi.ca.1.& 2.& per totum, vel quis teneat plura beneficia curata ſola voluntas papæ, etiã ſine cauſa ſufficit,& hoc probatur hoc modo, quia ſola voluntaria inſtitutio erat cauſa, quare aliquid prohibebat, vnde pari ratione ſola voluntas erit cauſa, quare prohibitio relaxatur,quia eius eſt deſtruere ius, qui illud condidit cum,
7 nec princeps ligetur ſua † lege.l. digna vox,C. de legibus & quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam,35. diſtin. ab exordio,& in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret, ver. quod & ſi in Spe.ff.de pactis,dicit tamen ꝙ papa bene facit, ſi ſeruat legem ſuam, & ſubdit vnum notabile dictum, dicens quod non eſt, ſic in aliis, quibus eſt conceſſum diſpenſare contra ius poſitiuum,quia non debẽt diſpenſare,niſi cum cauſæ cognitione,& ſi aliter diſpenſant,non valet diſpenſatio, vel eſt reuocanda,& ipſi peccant.51.diſt. qui in aliquo, & hoc vltimum dictum Inno.communiter tenet. Sed primũ dictum communiter reprobatur, quia etiam papa non poteſt diſpenſare ſine cauſa contra ius poſitiuum fundatum in publica vtilitate,ſic etiam illud quod prohibet plura beneficia curata, ſimul teneri, talis enim prohibitio eſt fundata in publica vtilitate, quia vnus non poteſt bene deſeruire duobus beneficijs curatis. Item quia pluralitas beneficiorum inducit materiam diſſolutionis, & euagationis, vt in c.quia in tantum,de præben.vnde papa contra talẽ conſtitutionem non poteſt ſine cauſa diſpenſare, vt dicit Ioan. An.poſt San.Tho.in c.de multa,de pręb.vbi Doc.communiter ſequuntur.Ioan.etiam Cal.& But.in cap.dudum,2.de elect.dicunt,ꝙ papa non poteſt diſpenſare, vt quis teneat plura beneficia curata ſine cauſa.plus, dicit ibi D. Abb. ꝙ non poteſt papa diſpenſare,quod quis habeat plura beneficia ſimplicia, quando ex uno, uel duobus poſſet commode ſuſtentari, & pro hoc facit auctoritas apoſtoli dicentis, qđ vnus non debet inebriari, ut cæteri eſuriãt, pro hoc vide bon.tex.in c.decimas,16.q.7.vbi text.dicit, quod non debet cuicunq; perſonæ aliquid exhiberi, vnde alii ſcrupuloſo corde moueantur,papa enim debet eſſe fidelis diſpenſator,& nõ dare tot beneficia vni,ex quibus ipſe habeat materiam diſſolutionis,& cæteri honeſti clerici patiantur indigentiam,melius eſt enim beneficia inter plures diuidere, q̃ omnia vni aſſignare,ar.d.c.decimas.16.q.7. Vltimo not.ſe-
8 cundum Bal. quod † inferior a papa non poteſt diſpenſare contra ordinem iudiciorum. & per hoc dicit, quod etiam legatus de latere non poteſt talem diſpenſationem facere, allegat glo.in cle.ſæpe, in princip.in verſicu. mandamus, de verborum ſign.ſed vide glo.pleniorem,in c. fin. in gloſ.magna,de hæret.lib.6.vidi tamen quendam legatum Cardinalem in ciuitate Venetiarum in hoc errare,quod committebat cauſas cum clauſula, quod delegatus procederet ſimpliciter,& de plano ſine ſtrepitu,& figura iudicii, & hoc ꝓcedebat ex imperitia ſuorum. Antequam veniam ad glo. oppono contra tex.de lege Nemo.C.de ſen.vbi patet,quod
9 †non eſt iudicandũ exemplis,ſed legibus. So.ſm Doc. contrarium loquitur in ſententia inferioris, ſecus in ſententia principis,vt hic,& in l.fi. C. de legi. & ratio ſpecialitatis eſt, ſecundum Hoſt.quia quicquid placet principi animo legis condendæ efficitur lex,vt Inſti.de iure natu.§. ſed & ꝙ prin-
10 cipi.& quia non eſt præſumendum, quod † proceſſus papæ habeat maculam,vel rugam,24.q.1. in ſede. & c. hæc eſt fides.omnia enim præſumi debent per eum plene examinata 35.qõ.9. apoſtolicæ. Sed pro ſententiis inferiorum iudicum non ſic præſumitur, quia non habent poteſtatem legis condendæ,vel interpretandæ,quo ad alios.ad hoc,quod not.glo.in c.1.de poſtu.præla. & per Inno. infra de appellat. cum ſpeciali. dicit tamen D. Abb. quod in facto dubio debet iudicari, ſicut per alios in illo loco iudicatũ eſt, ad hoc allegat bon.tex.iuncta glo.20.diſt.c.fi. vbi glo. ponit plures caſus,in quibus licitum eſt iudicare exemplis aliorum.facit. l.ſi de interpretatione, & l. odia, ff. de pę. & quod ibi not. Bart.& c.ſicut, ſ.eod. vbi præallegat ſtylum prudentum. In glo.dic latius ſecundum Ioan.And.& Doct.hic, & in l. fin. C.de legibus,vbi per Bar,Bal,& Cyn.in l.3.C.eod.titu.quod
11 aut loquimur in ſententia † principis.interlocutoria; aut diffinitiua.In primo caſu dic, quod aut eſt clauſa in corpore iuris,& tũc facit ius,ut in l.2.& 3.C. de legi. & hoc eſt verum,niſi talis interlocutoria feratur cauſa cognita, & partibus præſentibus,vt in præall.l.fi.C. de legi. & hoc tenet hic Hoſt.& Ioan.And.& But.& D.Abb. In ſecundo autem caſu principali, ſ. quando loquimur in ſententia diffinitiua principis,& in hac dic,quod ſi eſt in corpore iuris clauſula, abſque dubio facit ius ſi tenor cuius patitur,alias non.Sed ſi non eſt in corpore iuris clauſa, adhuc dicẽdum eſt,quod facit ius cõe, quo ad ad omnes, vt hic, & in l. fin. C. de leg. Sed iſtud limita ſecundum Doct.tribus modis. Primus eſt, quando ſententia eſt contra legem principis in corpore iuris clauſa, quia non præſumitur principem talem ſententiam tuliſſe ad legem tollendam, ſed ſolum ad ius litigatoris excludendum. Secunda limitatio eſt, quando princeps fert ſententiam,ſine cauſæ cognitione,vt in l fi. a contrario ſenſu,C.de legi.Tertia limitatio eſt, quando princeps tulit ſententiam parte abſente, quia etiam tunc non facit ius,vt in l.qui repudiãtis,ff.de inofficioſo teſtam. & dicit D. Abb.quod hoc procedit,& ſi abſens fuerit contumax, quia ad hoc,vt ſententia principis faciat ius requiritur præſentia partium,vt in d.l.fi.C. de leg. Nam quãdo ſententia fert cõ-
12 tra abſentem † potius videtur lata ob contumaciã, & in iniuriam ipſius contumaciæ, quam quod iudex habeat iuſtã cauſam.facit c.fi.de empt.& vend.& l.qui repudiantis, §. cũ contra iuncta glo.& Bart.de inoffi.teſta.vbi patet, quod requiritur præſentia partium ad hoc, vt ſententia aliis præiudicet,nec ſufficit in hoc contumacia,ut ibi not.glo. & Bar. & intellige iſtas limitationes, quando ſententia principis non eſt clauſa in corpore iuris, alias non procederent, Sed quærit D. Abb. quid ſi papa tulit ſententiam cauſa co-
13 gnita † præſentibus partibus non porrecto libello in ſcriptis,nec facta litis cõteſtatione,vel quid ſimile, an talis ſententia faciat ius,quo ad alios? & D.Abb.cõcludit, quod ſic, quia iſtę ſolẽnitates, quia ſunt de iure poſitiuo,non habent alterare iuſtitiam ſententiæ, quia ſæpe princeps de eis non curat.facit quod dixi poſt Hoſt.In ſecundo notabili mouetur D.Do.per d.l.fi.C.de legi.vbi tantum requiritur, ꝙ princeps cum cauſæ cognitione præſentibus partib. tulerit ſententiam.& ſic videtur requirere ad ſubſtantiam, duntaxat ſolemnitatem iuris gentium, alias enim ſolemnitates iuris poſitiui poteſt princeps ad votum omittere. ad iſtum text. reſpondet D.Abb.duobus modis.Primo,quod cautum eſt, quod princeps ſeruet ordinem iuris, vt ſic pro eius ſententia magis præſumatur,non tamen eſt de ſubſtantia. Secunda ſol.eſt,quod iſte tex.debet intelligi de ordine concernente inſtructionem cauſę.ſ. vt recipiantur probationes, & de cauſa cognoſcatur, & ſic concordabat cum dicta.l. fin. & hęc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia ſecunda tenet lata contra primam, ſi de prima non fuit exceptum, nec appellatum.*
2 *Monaſterium vnum poteſt prętendere in aliud ſubiectionem, vel electionem, vel eius eligendi.*
3 *Cauſa recuſationis iudicis debet eſſe legitima,& non friuola.*
4 *Cauſæ recuſationis legitimæ,quæ ſint remittit.*
5 *Exceptio recuſationis iudicis eſt dilatoria, & proponi debet ante litis conteſtationem regulariter.*
6 *Exceptioni qui dicantur renunciare.*
7 *Reuocatio literarum non valet, niſi fiat mentio de primis literis, & de proceſſu ſuper illis habito.*
8 *Proceſſus dicitur facta mentio,ſi principales articuli recuſantur,vt hic habetur,quod vide.*
9 *Sententia non eſt reuocanda prætextu probationis, vel alterius ſententiæ, de iure canonico.*
10 *Benedictionis munus a papa conceſſum,non eximit illum a iuriſdictione ordinarii.*
11 *Proteſtari eſt vtile, quando timetur alicui in poſterum praiudicium generari.*
12 *Promotus ad regimen monaſterii, an antequam ſit benedictus poſſit appellari Abbas.*
13 *Benedictio Abbatis eſt de ſolemnitate, non autem de ſubſtantia.*
14 *Abbatibus vſus Pontificalium conceditur ad decorem potius, quam ad ſignificationem.*
15 *Benedictio Abbatis,qualis ſit vide.*
16 *Reſcriptum ſecundo impetratum ſi eſt ſurreptitium, poteſt impetrari iudices primi ferre ſententiam,non obſtante, quod illi ſententiam tulerint.*
17 *Exceptio ſuſpicionis,an debeat proponi ante alias dilatorias.*
18 *Verbum defenſionibus,quid ſignificet.*
19 *Iudex poteſt regulari ſpatio xx.dierum, qui ab initio dantur Reo ad deliberandum poſt datum libellum.*
20 *Conſentire non videtur,qui facit actum de neceſſitate.*
21 *Exceptio omnis declinatoria per quam negatur eſſe iudicem incompetentem*

*tentem præcedit exceptionem ſuſpicionis.*
22 *Litigando coram iudice, quis videtur eum approbare.*
23 *Conſentire in iudicem non videtur qui inſtat, ut declinet.*
24 *Excipiens de excommunicatione actoris, videtur iudicem approbare.*
25 *Conteſtatio litis eſt terminus communis, ad excludendum dilatorias omnes.*
26 *Conſentire in iudicem non videtur, qui petit actionem ſibi edi, ideſt libelli copiam ſibi tradi.*
27 *Suſpicio ex coniecturis inducitur, & tollitur.*
28 *Inimicus præſumitur, qui non vult ſalutare.*
29 *Renunciare exceptioni recuſationis iudicis non videtur, qui ſe in iudicio defendit.*
30 *Reſcriptum impetratum contra priuilegium non ualet, non facta mentione de priuilegio.*
31 *Sententia contra ſententiam, an valeat.*
32 *Exceptio peremptoria non poteſt opponi poſt ſententiam latam, niſi ſit appellatum.*
33 *Sententia contra ſententiam, quando ualeat enumerantur plures caſus, ſcilicet ſex, & nu. 35.*
34 *Sententia lata contra res prius iudicatas non valet illis productis in iudicio.*
35 *Sententia ſecundam tollit prima, & caſus enumerantur.*
36 *Sententia ualida ſi tranſiuit in rem iudicatam, an tollatur per ſecundã.*
37 *Inſtantia extinguitur, ſeu finitur per ſententiam.*
38 *Iuramentum introductum eſt propter finem litium.*
39 *Sententia lata contra iuramentum ualet.*
40 *Sententia magis operatur ad finem litium, quam tranſactio, vel iuramentum.*
41 *Sententia contra notorium eſt nulla.*
42 *Sententia debet fieri ſuper dubio, non ſuper certo.*
43 *Iudex non tenetur ſpecifice pronunciare ſuper peremptoria, quia pronunciando ſuper principali illa etiam comprehendit.*
44 *Quæſtio iam deciſa amplius iudicari non debet.*
45 *Intellectus uerus huius text. ponitur.*
46 *Sententia excommunicationis poteſt opponi poſt lapſum termini, non obſtante malitia.*
47 *Malitia, ſeu dolus probatur per coniecturas.*
48 *Appellans manifeſtè friuole ab interlocutoria non auditur in diffinitiua ſententia.*

## CAP. XX.

1 INter monaſterium. Tenet ſecũda † ſen
tentia diffinitiua contra primam lata, ſi de pri
ma non fuit exceptum, nec appellatum, hoc di
cit ſecundum Ioan. And. Diuiditur in quatuor
partes. In prima, ponit thema deciſum. In ſecunda, ponit
cauſam deciſionis. In tertia, ſoluit quædam obſtaculum.
In quarta diffinit. Secunda ibi, cum conſtiterit. Tertia ibi,
non obſtante. Quarta ibi, factum priorum iudicum. Glo.
prima ponit caſum, ſed D. Abb. ponit clarius, & breuius,
Sed ego ſupplebo, vbi deficit, vñ caſum pone ſic. Mortuo
Abbate monaſterij Sancti Lanfredi, monachi delegerunt
quendam Abbatem de gremio ſui monaſterij, & cum pe
teret cõfirmationem electionis, monachi Sancti Antonij
oppoſuerũt ſe dicentes illam electionem debere caſſari ex
eo, quia non fuerant vocati ad illam electionem cum ha
berent ius in electione, vel forte dicebant, quod monaſte
rium illud erat eis ſubiectum, & quod ad eos pertinebat po
nere Abbatẽ in illo monaſterio. Epiſcopus autem propter
hanc exceptionem oppoſitam diſtulit electionem confir
mare, tandem monachi Sancti Lanfredi, impetrauerunt a
papa iudices delegatos in monachos Sancti Antonij, qui
proceſſerunt in cauſa, & receperunt probationes vtraque
parte præſente demum ante ſententiam monachi, mona
ſterij Sancti Antonij dicentes ſe habere illos iudices ſuſpe
ctos, impetrauerunt a papa ſecundos iudices, quibus inter
cætera mandauit, quod ſi cõſtiterit eis, quod monaſterium
Sancti Antonij habeat legitimam cauſam ſuſpicionis con
tra priores iudices, quod procederent in cauſa prædicta.
Deinde contra primos iudices fuit exceptum de iſtis ſecun
dis literis, & de renouatione poteſtatis ipſorum, ipſi non vi
dentes per ſecundas litteras priores non eſſe reuocatas pro
pter cauſas expreſſas inter proceſſerunt ad vlteriora, & tu
leruntſententiam in fauorem monaſterij Sancti Lanfredi,
quam dicti monachi petierunt per ſe aponi. cõfirmari, q̃
petitionem papa aduertens fore iuſtam cauſam duxit con
firmandam, non obſtantibus exceptionibus propoſitis
contra primos iudices ex triplici ratione, quia primo, cauſæ
recuſationis erant friuolæ. Secundo, præſuppoſito, ꝙ fuiſ
ſent legitimæ, debuiſſent proponi ante litem conteſt. vnde
ſubeundo iudicium, ideſt litis conteſtationem illis renũtia
uerunt. Tertia, quia litteræ erant ſubreptitiæ, quia non fe
cerant mẽtionem de proceſſu habito per priores litteras,
nec de priuilegio conceſſo monaſterio Sancti Lanfredi, ſ.
quod non valeat reſcriptum contra eos impetratum, niſi
fieret mentio in reſcripto de eorum ordine, iuxta c. cum or
dinem, de reſcrip. nam obſtabat ſentẽtia, quæ dicebatur la
ta pro monaſterio S. Antonij, quia non fuit oſtenſa prædi
ctis iudicibus, & ſi fuiſſet oſtenſa ea poſt habita, ideſt repro
bata contrarium pronunciaſſent, cum talis ſententia non
eſt valida, & poſito, quod fuiſſet valida, ita quod ſi fuiſſet
oſtenſa iudicibus ſecundum eam pronunciaſſent, imputan
dum eſt eis, quia ipſam non produxerũt, quia prætextu no
uorum inſtrumentorum lites non debent inſtaurari, vnde
papa ex his rationibus motus confirmat ſententiam prio
rum iudicum, qui pronunciauerunt in fauorẽ monaſterij
Sancti Lanfredi, & impedit electo per ipſos manus benedi
ctionis, ſaluo iure diœceſani. No. primo, quod vnum mo
2 naſterium † poteſt prætẽdere ſubiectionem, vel ius eligen
di actiue, vel paſſiue in alio monaſterio. concordat, ꝙ le
gitur, & not. in c. cum dilectus, de conſuetu. & in c. Abbate,
de verborum ſign. Secundo not. quod ad recuſandum iudi
cem delegatum non ſufficit proponere quamcunque cau
3 ſam recuſationis † ſed debet eſſe legitima, & non friuola.
4 Quæ autem dicatĩ legitima, † & ſufficiens cauſa recuſatio
nis, vide Ioan. And. in c. legitima de app. in 6. vbi etiam per
D. Abb. Do. & Spec. in titu. de legato. §. ſupereſt, & dicam
5 in c. cum ſpeciali, de appell. Tertio not. quod exceptio † re
cuſationis eſt dilatoria, & ante litem conteſt. eſt proponen
da, nec poteſt poſt litem conteſt. proponi, niſi talis exceptio
ſuperueniret ad notitiam poſt litem conteſt. vt dicit gl. in c.
exceptio. 3. q. 6. Idem ſi oritur poſt lit. conteſ. vt in c. inſinuan
te, de officio deleg. facit in ſimili. l. 2. C. de conſorti. eius lit.
Quarto not. quod qui omittit exceptionem, vel facit actũ
6 contrarium exceptioni videtur † illi renunciare, facit c. ſo
licitudinem, ſ. tit. proximo. Quinto no. quod ad reuocatio
a nem[a] primarum literarum † non ſufficit de illis facere mẽ
7 tionẽ in ſecundis, niſi etiam fiat mentio de proceſſu habito
per illas, & Arch. quotidie allegat iſtũ tex. Et idem lĩarum
eſt, quo ad hoc in cauſa incepta coram ordinario, ꝙ non
valet reſcriptum, niſi fiat mentio de proceſſu, coram eo agi
tato, ar. l. vbi cæptum, ff. de iudi. & hoc tenet glo. in c. vt de
bitus, in verſic. ſi dicat, ſ. de appell. & in cap. prudentiam, in
verſi. aliam, de officio deleg. Dicit tamen Hoſti. & Doct. ꝙ
non requiritur, ꝙ fiat mentio de toto proceſſu, propter ꝓ
8 lixitatem actorum, ſed ſatis eſt, ꝙ fiat mentio † de principa
libus articulis, vt in c. cum dilecta, de reſcriptis. Item de exce
ptionibus, vt in c. in materia, de procur. Item de ordinatio
nibus, vt ſ. eo. c. cum olim, & ſ. titu. proximo veniens, puta
ſi ſuperior ordinaſſet compoſitionem fieri inter partes, &
ad id faciendum deputaſſet aliquas perſonas, nam de tali
ordinatione eſt facienda mentio, vt d. c. cum olim. Item eſt
b facienda mentio de iudicibus,[b] & de litigãtibus, & de rebus
ſuper quibus litigatur, vt in c. 2. de do. & contu. & in ſum
ma dicunt Doc. Ita faciendam eſſe interpretationem, vt ra
tio quæ mouet delegantem, moueat & delegatum, vt in
c. ſuper literis, de reſcrip. hoc eſt dicere, quod ſi delegatus re
ſcriptum conceſſiſſet poſito, quod ſciuiſſet illud de quo nõ
fuit facta mentio, eodem modo delegatus in cauſa proce
c dat alias ſecus, & ſi delegatus remanet dubius[c] de intentio
ne delegantis, debet eum conſulere, vt in c. inter alia, de ſen
ten. excom. & in c. cum veniſſent, de iudi. & idem dicit D.
Abb. eſſe dicendum, quando cauſa eripitur de manibus
ordinarij, hodie tamen ex ſtylo curiæ ceſſant iſte difficulta
tes, quia communiter in reſcriptis apponĩ clauſula nõ ob
d ſtante proceſſu cuius tenorem pro expreſſo habentes, &c.[d]
9 Sexto no. quod etiam de iure canonico non eſt † reuocan
da ſententia, etiam in cauſa eccleſiæ, etiam prætextu alte
riu s

### ADDITIONES.

a ¶An ad reuocationem primarum literarum ſufficiat de illis facere mentionem in ſecundis tacito de proceſſu, uide Bal. conſi. 30. 3. uol. & utrũ reſcriptũ ex certa ſciẽtia operatur cõtra res iudic. Bal. conſ. 295. 3. col.

b ¶Idem tenet Ro. in nouis, prima charta, 4. col. in fi. & Fely. in c. ex eorũ, 3. col. in fi. de reſcriptis, & per ipſum Fely. in 5. col. quod gl. ſua reſtringitur in fi. j. col. uerſ. 4. reſtrictio.

c ¶Idem D. Abb. hic, in ult. col. uerſ. nunc extra glo.

d ¶Adde etiam, quod ubi ſumma non tranſit in rem iud. non uitiatur reſcriptũ ſi taceaĩ de circũuẽtus, & proceſſu, D. Ale. in c. tenor, 2. co. ſ. eo. ¶Adde quod ſufficit generalis mentio de omnibus ſubſtantialib. actis, uide Hoſt. in ſumma de reſcript. §. quæ poſſunt obijci. q. 6. uerſi. ſed & ſi plura, & c. de commodato, §. & in quacunque, q. 6. uerſi. ſic man. alleg. quod generalitas non tollit ſpecialitatem requirentia, quia princeps præſumit ſententiã Fely. in c. dilectus, 1. penul. col. uerſi. tene menti, de reſcriptis.

riūs ſententiæ,vel probationis nouiter repertæ, concordat
10 c.ſequens. Vltimo not.ꝙ licet papa impēdat † munus be-
nedictionis electo in Abbatem per hoc not. eximit eum a
iuriſdictione ordinarij reſpectu aliorum promouendorū,
quominus teneantur recipere munus benedictionis ab epi
ſcopo,& propter hoc papa hic in fi. fuit proteſtatus, quod
propter hoc non intēdebat derogare iuriſdictioni ordina-
rij. Dicunt tamen Docto. ꝙ etiam ſine proteſtatione non
fuiſſet irrogatum aliquod præiudicium ordinario.ar.in c. ꝑ
tuas,de maior.& obed.& in c.quia diligentia,de elect. vtile
11 tamen † eſt proteſtari,quia quando tenetur alicui in poſte-
rum poſſe præiudicium generari,vt in c.pontifices.7.q.j.&
in c.2.de ſup.neg.præla. Item dic,quod non obſtante, ꝙ ſit
benedictus a papa, & manebat ſubditus ordinario, ita ꝙ
poteſt corā ex eo concurri, & etiam ab eo deponi propter
delictum poſtea non commiſſum,vt in d.c.per tuas,de ma.
& obe.& ibi dixi,& hoc tenet glo.in c.1.de confir. util. vel
inuti.dixi etiam in c.de cætero, ad fi. ſupra eod. Antequam
veniam ad gloſſ. quæro de duobus, pro declaratione lite-
12 ræ, & primo † an promotus ad regimen monaſterij, poſt
cōfirmationem debeat vocari Abbas, antequam ſit bene-
dictus,& iſte tex.facit,ꝙ non inquantum dicit, quod papa
exhibdit munus benedictionis iſti electo in Abbatem,nam
vt patet in poſitione caſus, iſte electus fuerat confirmatus
per ſententiam iudicum delegatorum,& tamen tex. appel-
lat eum electum, quia nondum erat benedictus. ad idem
facit c.tua,de his,quæ fi.a præla. vbi patet, quod epiſcopus
ante conſecrationem appellatur electus, & de auct.& vſu
pal.in c.niſi,vbi patet, quod quis non appellatur Archiepi-
ſcopus ante receptionem pallij.Sed Hoſ.quo ad Abbatem
tenet hic contrarium,allegat.c.1.de ſup.neg.præla.& c. me-
minimus,de accu.in quibus apparet Abbas poſt confirma-
tionem antequam ſit benedictus. Ad idem cle. attēdentes,
§.ſtatuimus,de ſta. regula. vbi appellat̄ abbatiſſa cōfirmata
nondum benedicta. Et plus dicit D.Abb. quod ſi eſt con-
ſuetudo in monaſterio, ꝙ Abbas poſſit benedicere mona-
chos ſuos, & exercere alia pertinentia ad ſuum officiū an-
tequam ſit benedictum, quod talis conſuetudo valebit, &
potuit vigore talis conſuetudinis benedicere, & exercere
alia pertinentia ad officium ſuum, arg.optimum,in c.1.de
13 ſup.neg.præla.Vbi patet, ꝙ benedictio † Abbatis nō eſt de
ſubſtantia,& epiſcopo recuſante benedicere,poteſt Abbas
benedicere monachos ſuos,& allegat Ioan.de Lign.qui. in
d.clem. attendentes poſt Lau. dicit, quod cum hæc benedi-
ctio non ſit de ſubſtātiā, ſed de ſolemnitate poterit Abbas
aū benedictionē vti baculo paſtorali, ſi monaſterium ha-
bet priuilegium, quia eius Abbates poſſunt vti baculo pa
ſtorali,quod dicit D.Abb eſſe bene notan. Et idem dicit eſ
ſe dicendum eadem ratione in delatione anuli, & mitræ
& aliorum pontificalium, quia ipſorum vſus conceditur
14 † Abbatibus potius ad decorem ſuarum eccleſiarum, quæ
ad ſignificationem eorum,propter quæ in epiſcopo fuerūt
inſtituta,& hoc in c.apoſtolicę. de priuil.in 6. vbi ꝑ Io.An.
hinc eſt, ꝙ presbyteri Cardinales vtuntur epiſcopalibus in-
ſignis,ex priuilegio apoſtolico, & conferunt minores ordi-
nes,& ſolemniter benedicunt, & tamen nihil habent vltra
ordinem ſacerdotalem,vt not.Ioan.And. in c. ſuper gloſ.2.
15 de ſup.negli.præla. Qualis autem ſit benedictio † Abbatis,
an ſit ordinaria vel ſimplex,vide bo.glo.in cle.attendentes.
§.ſtatuimus,in verſ.benedici de iſta regula. & quod not.Io.
And.in c.1.& in c.cum contingat,& in cap.tuam,de æta.&
quali. Secundo quæro, quæ ſententia fuerit iſta, quæ non
fuit oſtenſa iudicibus.Ioan.An.ſuper prima gl.refert Goffr.
qui dicit, quod iſta ſententia fuerat lata a ſecundis iudi-
cibus per monachos Sancti Antonij, & præuenerunt pri-
mos iudices in ſententiando, & ex hoc intellectu vero qđ
16 ſecundum,ſi † reſcriptum ſecundo impetratum eſt manife
ſte ſubreptitium,poſſunt iudices impetrati in ſecūdo reſcri-
pto ferre ſententiam, etiam ſi iudices impetrati per ſecun-
dum reſcriptum ſubreptitium tulerunt ſententiam, facit
c.cum contingat,de reſcrip.quod not. Alij vero intelligunt
iſtum tex.quod loquitur de alia ſententia lata per alios, vel
per alium iudicem, antequam cauſa committatur per pa-
pā, quia ſententia dicebatur allegata non ſeruato ordine
iuris,ſed non eſt vis qualiter intelligatur. In glo.j.Ioā.And.
dicit,quod monachi Sancti Antonij dicebant,quod ad eos
pertinebat intereſſe in electione Abbatis, ſimul cum mo-
nachis Sancti Lanfredi,allegat de poſtu.præla.bonæ 2.& de
elect.,quod ſicut, & iſta intellexit Goff. iſtum tex.ſed Lau.
dicit, quod ipſi dicebant ſe debere ponere ibi Abbatem, &
monachorum illud eſſet ſibi ſubiectum.Ex quo effectu ha
bes tres intellectus.Primus eſt intellectus gl. videlicet,quod
iſti monachi S.Anton. allegant ad ſe pertinere electionem
paſſiuam,ſcilicet quod monachi Sancti Lanfredi teneban-
tur eligere Abbatem de monaſterio proprio, vt in ca.cum
dilectus,de conſue.& in c.Abbate,de verbor.ſig. Secundus
intellectus eſt,ꝙ prætendebant electionem actiuam, ſimul
cum monachis Sancti Lanfredi. Tertius intellectus eſt, ꝙ
dicebant ad ipſos tantum pertinere electionem actiuam,
quia dicebant, ꝙ ad monachos Sancti Antonij pertinebat
eligere Abbatem in monaſterio Sancti Lanfredi, cum eſ-
ſet ſibi ſubiectum. In ea.glo.ibi deinde monachi S.Anto-
nij ad alios iudices literas, impetrauerunt continentes, ꝙ
primi iudices erant eis certa ratione ſuſpecti. Petr.& Ioan.
And.dicunt, quod eis commiſſum fuerat, quod ſi inueni-
rent illas ſuſpiciones eſſe legitimas in cauſa procederent,
& ideo tex.ponderat, quod ſcdæ literæ erāt manifeſte ſub-
reptitiæ,quia cauſę ſuſpicionis erant friuolæ,ideo ex forma
mandati ſecundi iudices non poterat in cauſa procedere,
quia in eis continebatur,quod procederent,ſi reperirent ſu
ſpiciones legitimas, ſed non poterant reperire ipſas legiti-
mas cum eſſent friuolæ,& etiam quia ſubeundo iudicium
eis tacite renuntiauerunt. Ex quo fertur, ꝙ primi iudices
potuerunt in cauſa procedere, ideo papa confirmauit eo-
17 rum ſententiam. In gl.3.hæc glo. mouet quæſtionem, † an
exceptio ſuſpicionis debet proponi ante alias dilatorias, &
primo arguit pro,& contra.Primo refert duas opi.Secunda
ibi,ſuper hoc dicunt quidam pro expeditione primæ partis
opponitur.quod non ſit licitum apponere exceptionem re
cuſationis,vſque ad litem conteſt. prout videtur tex.innue-
re,nam exceptio ſuſpicionis, naturaliter præcedit omnes
exceptiones dilatorias, vt patet in c. quoniam contra clau-
ſulam,de proba.ex ordine verborum, quia ibi numeratur
exceptio recuſationis ante alias exceptiones dilatorias, vt
patet ibi, recuſationes, exceptiones &c. Item ſi reus oppo
neret exceptionem excommunicationis contra aduerſa-
rium, puta quod ſit excōicatus poſt literas impetratas, &
ſententia feratur pro ipſo, approbat pſonam iudicis, vnde
poſtea eā reprobare non poteſt,4.quæſtio.3.ſi quis teſtibus,
& 4.quæſt.8. cuius in agendo, qui enim alijs defenſionibus
eſt vſus non poteſt redire ad iſtam,& pro hoc gl. alleg. bo.
tex.ſ.l.ſed ſi ſuſcepit,ff.de iudi.vbi tex.dicit, quod ſi teſtis ſu-
ſcepit libellum ſuper fideicommiſſo, & alijs defenſionibus
vſus omiſerit exceptionem incompetentiæ iudicis redire,
quamuis adhuc non ſit lata ſententia, & pondera verba il-
lius tex.dum dicit, quod ſi poſt libellum actoris receptum,
fuerit vſus aliis defenſionibus non poteſt opponere exce-
ptionem incompetentiæ,quia innuit, quod etiam ſi lis nō
ſit conteſtata nō poſſit opponere exceptionem incompetē
18 tiæ.quia † verbū defenſionibus eſt verbum generale,& po-
teſt prætendere exceptiones dilatorias, & maxime quia ille
tex.non dicit,ſeu non requirit, ꝙ reus reſpondeat libello,
ſed ſolum ꝙ ſuſcipiat libellum, & vtatur alijs defenſionib.
nec verbum defenſionibus poteſt competere, ſeu include-
re reſponſionem ad libellum, quia per defenſiones,i. per
exceptiones non fit litis conteſtatio,vt in c.2. de lit. cont. in
verſ. vñ ille text. neceſſario eſt intelligēdus, ꝙ exceptio in-
competentiæ nō poſſit opponi, poſtquam reus illam exce-
ptionem oppoſuit, & ſi lis nondum ſit conteſtata, quam-
quam aliquid legiſtę, & minus bene, voluerint intelligere
illum tex.ꝙ loquitur quando lis erat conteſtata, & pro hoc
facit l.fin. C. de excep. quę dicit,ꝙ exceptiones fori ſunt,in
princ.opponendę, ergo ante omnes alias exceptionęs. alle-
19 gat etiam gl 3.q.3.offeratur,vbi † patet,ꝙ iudex debet recu
ſari ante xx.dies,qui dantur reo ad deliberandum poſt rece-
ptum libellum ab actore, & ſic adhuc non erat propoſita
aliqua exceptio coram iudice. Item ille text. procedit, niſi
ante expreſſe,vel tacite conſenſiſſet in iudicem, puta ſi an-
te xx.dies oppoſuiſſet aliquam exceptionem dilatoriam co
ram iudice,quia tunc non haberet dilationem, xx. dierum
ad recuſandum iudicem, quia per talem conſenſum taci-
tum,vel expreſſum ei renunciaſſet,& ſubdit glo.ꝙ quando
iudex qui debet recuſari eſt abſens pars debet proteſtari, ꝙ
vult eum recuſare,ut in l.cum ſpeciali,C.de iud.In contra-
rium glo.allegat, ꝙ reus dando fideiuſſorem de iudicio ſi-
ſti non videtur renunciare exceptioni recuſationis, vt in d.
c.offeratur. ſed reſpondet, quod iſta fideiuſſio præſtatur ex
20 veritate, vnde faciens actum ex neceſſitate † non videtur
conſentire ad hoc.l.fideiuſſor.§.ſi neceſſaria,ff. qui ſatiſda.
cogant.Inducit etiam glo.pro hac parte,ꝙ exceptio excōi-
cationis,vel de falſitate reſcripti debet præcedere exceptio-
nem ſuſpicionis, quia per eas negatur iuriſdictio, quia ne-
gans aliquem eſſe iudicem aſſerit eum funditus carere iu-
riſdictione. Ille vero qui dicit eum ſuſpectum fatetur tum
eſſet iudicem,& habere iuriſdictionem,ſed allegat eum ſu
ſpectum,& per conſequens ſuam iuriſdictionem eſſe elidi-
bilem

bilem, & in hoc gloſſ. bene dicit, quia omnis exceptio
21 † declinatoria per quam negatur eſſe iudicem competen-
tem præcedit exceptionem ſuſpicionis, vt dicit hic Ioã. An.
& infra dicam. Et ne glo. videatur ſibi contradicere, quia in
princ. dixit, ꝙ exceptio excõicationis debet opponi, poſt
exceptionem ſuſpicionis, hic autem videtur dicere contra-
rium, nam glo. in prin. loquitur quãdo fuit excõicatus poſt
impetrationem reſcripti, ſed hic loquitur quando erat ex-
cõmunicatus tempore impetrationis reſcripti, & ſic reſcri-
ptum erat nullum ipſo iure, vt in c. 1. de reſcriptis, in 6. vnde
in primo caſu excommunicatio nõ concernit defectum iu
riſdictionis in iudice. In ſecundo caſu ſic, & hoc modo in-
tellige glo. vt non videatur ſibi contradicere. In 2. parte, gl.
refert duas opi. Prima eſt Tan. dicentis, quod ſi habens ex-
ceptionem declinatoriam contra iudicem proponit aliam
ipſa omiſſa, ſiue obtinent, ſiue ſuccumbat, videtur renun-
22 ciare declinatoriæ, quia † litigando, coram eo videtur ip-
ſum approbaſſe, maxime ſi non fuit proteſtatus, quia non
intendebat exceptioni recuſationis renunciare pro hoc fa-
cit. 4. q. 3. ſi quis teſtibus, & 3. q. 3. cuius in agendo, & l. ſed ſi
ſuſceperit, ff. de iudi. & in c. inſinuante, de officio delega. Se-
cunda fuit opi. Io. diſtinguentis. An proponens aliam dila-
toriam obtineat, & tunc videtur approbaſſe perſonam iu-
dicis, an vero ſuccubat, & tunc poteſt tranſire ad exceptio-
23 nem opponẽdam recuſationis, quia non videtur † conſen-
ſiſſe in iudicem cum ſemper inſtet, vt declinet iudicium, ar.
l. contra maiores, C. de inofficioſo teſta. & in regula nullus
pluribus. in 6. vbi patet, quod reus poteſt opponere exce-
ptiones contrarias, & hoc ſenſit Ioã. in dicta auten. offera-
tur, dum dicit inter alias rationes, quod cum allegans iudi-
cem ſuſpectum ſententiam obtinuerit ab eo. ſuper alijs ex-
ceptionibus non poteſt eum allegare ſuſpectum, & ſic ſen-
tit, ꝙ ſi in alijs exceptionibus ſuccubuiſſet, poſſet eum ſu-
ſpectum allegare, glo. tamen licet dicat diſtinctionem eſſe
æquam, ſequitur opi. Tan. ſcilicet, ꝙ ſiue opponens aliam
exceptionem obtineat, ſiue ſuccumbat non auditur, quia
litigando ſuper alia exceptione videtur approbaſſe perſo-
nam iudicis. Similiter Bartholomæus Brixien. in d. auten.
24 offeratur. In addi. tenet opi. Tan. dicens, ꝙ ſi reus † oppoſuit
contra actorem, quod eſſet excõicatus, ex hoc videtur iudi-
cem approbaſſe, nec de cætero poterit ipſum recuſare, & di
cit, quod ita ſemel reſpondit Tan. in ſcholis, & in hoc arti-
culo poſſent referri multæ opin. Sed ero contentus recitare
duas. Prima erit Ioan. And. quem ſequitur Butr. Secunda
erit opin. Bar. & Inno. & D. Abb. qui in effectu ſequuntur
opin. glo. dicit ergo Ioan. And. ꝙ omnis exceptio per quam
negatur, quem eſſe iudicem, debet præcedere exceptionem
ſuſpicionis, nam ſi nõ eſt iudex, ad quid debet recuſari, ma-
xime cum recuſatio requirat longiorem tractum, ex eo, ꝙ
eligendi ſunt arbitri, qui habeant cognoſcere de cauſa ſu-
ſpicionis, vt in c. 2. requiris. §. 1. de appella. & in c. legitima,
eo. tit. lib. 5. & in c. ſuſpicionis, de officio dele. dicit tñ quod
vtile eſt hoc caſu proteſtari de ſuſpicione, ſed nõ credit eſſe
neceſſarium. In alijs vero exceptionibus dilatorijs, ꝑ quas
non negatur iuriſdictio, dicit ante factum tenendam eſſe
opin. Tan. ſcilicet vt præcedat recuſatio, & allegat, ꝙ not. in
Spe. de excep. §. viſo, verſ. porro, ſed poſt factum tenet opin.
contrariam, ſcilicet, ꝙ poſſit redire, nec eſt verum ſecundũ
eum, ꝙ proponendo aliam exceptionem videantur appro
bare perſonam iudicis, niſi quo ad illam exceptionem, quã
opponit, & But. in effectu hanc opi. videtur ſequi. mouetur
25 quia † conteſtatio eſt terminus cõis ad excludendum dila-
torias. Item ſicut prorogatio iuriſdictionis non fit irreuoca
biliter ante litem conteſt. Ita nec huic exceptioni inducitur
intimatio per actum Citeriorem litis conteſtatione, ſed In-
noc. hic, & Bar. in l. quidam conſulebat, ff. eod. & in l. ſi con-
uenerit, ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. fi. C. de excep. ſequũtur
opi. Tan. & ibi dicit Bar. ꝙ tam exceptio recuſationis, quam
quælibet alia dilatoria contra iudicẽ debet proponi ab ini-
tio, antequam ꝓponatur coram iudice aliquod, per quod
videatur eum in iudicem approbare, ſeu iudicium ſuſcipe-
re, allegat. l. fi. C. de except. & l. ſed ſi ſuſceperit, in princ. ff. de
iudi. quas ſupra induxi in præcedenti parte glo. allegat etiã
Bar. iſtum tex. cum glo. ſua, & per hoc dicit Bart. ꝙ ſi propo-
nent quamlibet aliam exceptionem, puta cõtra perſonam
actoris, vel contra libellum, quia proponendo talem exce-
ptionem, videtur velle, quod ſuper ea pronũcietur cum ſit
emergens, iuxta no. in c. 1. de ordi. cog. & in l. 1. C. de ordi. iu-
di. videtur iudicem approbaſſe, nec obſt. l. non videtur, ff. de
26 iudi. vbi dicitur, ꝙ † non videtur quis in iudicem conſenti-
re petendo actionem ſibi edi, ideſt copiam libelli ſibi dari,
& illud non petit a iudice, ſed aperte hanc opi. Sequitur hic
D. Car. & D. Abb. dicit, quod ſemper ſibi placuit, mouetur,
quia ſuſpicio non conſiſtit in animo, ideo ex coniecturis
27 † inducitur, & tollitur, allegat gloſſ. in c. cum Adrianus, 63.
diſt. quæ dicit, ꝙ ex eo, ꝙ aliquis aliquem ſalutat præſumi
tur ei conſentire, & ex eo, ꝙ quis non vult alium ſalutare
28 præſumitur † inimicus, vt in c. cum ſuper. de offic. deleg. vbi
bona glo. allegat etiam glo. in c. ſi illis. 23. q. 4. quæ dicit, ꝙ
per diſſimulationem intelligitur remitti iniuria, de quo vi-
de bon. tex. cum glo. Inſti. de iniur. in fi. alleg. etiam D. Abb.
c. inſinuante, in fi. de offi. deleg. vbi videtur quis conſentire
in iudicem, ſi poſt ſuperuenientem ſuſpicionem in eius ꝑſo
nam, coram eo litigat, ſed ille text. parum facit, quia loqui-
tur quando conſentit litigare ſuper cauſa ptincipali, quia
tunc videtur conſenſiſſe in tota cauſa, vnde ille tex. nõ pro-
bat, ꝙ ſi quis conſentiret litigare ſuper vna exceptione co-
ram iudice, ꝙ videatur in alijs ſeparatis exceptionibus, vel
quo ad cauſam principalem in iudicem conſenſiſſe, alleg.
etiam D. Abb. c. 1. de iudic. ille text. modicum facit, quia lo-
quitur quando reus promiſit litigare coram iudice, tunc
enim propter expreſſum cõſenſum tollitur dilatoria fori.
ad idem. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. vnde iura alle-
gata per Bar. ſunt meliora, & quanquam inter legiſtas ſint
opin. credo opin. Bar. communiter teneri per legiſt. de quo
in d. l. quidam conſulebat. ff. eo. & in l. ſi conuenerit, ff. de iu
riſd. omn. iud. & maxime credo iſtam opin. tenendam, quia
gl. Bernardi. vbique firmauit opin. Tan. ſcilicet hic, & in c.
quem ꝯ falſam. In verbo recuſationis, s̃. de probat. & in c.
exceptionem, s̃. de except. dicit tamen Abb. eſſe diſtinguen-
dum, ꝙ aut eſt exceptio per quam negatur iuriſdictio iudi-
cis, vt quia excipitur illum non eſſe iudicem, vel renuncia-
re exceptioni recuſationis, & in hoc ſequitur opi. Io. And.
Idem dicit Bal. hic, & in l. exceptionem, C. de probat. dixi in
c. exceptionem, ſupra de excep. Aut eſt exceptio alia dilato-
ria, quæ non concernit iuriſdictionem iudicis. Sed præſup-
ponit iudicem habere iuriſdictionem, & tunc aut ipſe exci-
pit, aut ſe defendit ſuper exceptione. In primo caſu, videtur
conſentire in iudicem, quia videtur petere, quod pronũtiet
ſuper exceptione. In ſecundo autem caſu non videtur re-
nũciare exceptioni recuſationis, quia ex quo non excepit.
29 Sed defendit † ſe ſuper exceptione, puta ſi actor opponat
ꝯ procuratorem rei ſe defendendo, tunc enim procurator
rei ſe defendendo contra exceptionem non videtur cõſen-
tire in iudicem, quia ſe defendit ex neceſſitate, & hoc tenet
hic Inn. & iſta ſit concluſio in iſto articulo, & vide Spec. in
tit. de recuſatione, l. ſi autem recuſatio, vbi conſulit opin.
Tan. eſſe tenendam, & idem conſulit Hoſ. in c. quoniam ꝯ.
de probat. & in ſumma de officio dele. §. ſed nec illud, verſ.
quendam. In glo. in verſ. de priuil. glo. hic videtur dicere,
ꝙ priuilegium, de quo fit mentio in tex. dicebat, ꝙ ius ele-
ctionis pertinebat ad monachos San. Lanfredi, & debebãt
eligere Abbatem de ſuo monaſterio. Sed Inno. dicit, ꝙ hoc
nihil facit ad rem. Hoſti. vero tenet contrarium dicens, ꝙ
30 non valet reſcriptum † impetratum contra priuilegiũ non
facta muntione de priuilegio, ⁊ ll. de priu. c. ex parte. de reſc.
conſtit. & c. cum ad ordinem, ad quod Ioan. And. ſe remit-
tit. Sed But. dicit, quod ſi priuilegium habet aliquam clau-
ſulã detrahentem impetrationi reſcrip. procedit dictũ Ho-
ſtien. alias non eſt neceſſe in reſcripto facere mentionem
de priuilegio concernẽte merita cauſæ, ſicut nec de perem-
ptoria exemptione, vt in c. 1. de lit. cont. in 6. & in c. ſuper li-
teris, de reſcript. vbi per Inno. & Doct. & hoc etiam ſequi-
tur hic D. Abb. In gl. in verſ. de proceſſu inquantum glo. di-
cit, quod eſt facienda mentio de exceptio. in reſcripto. But.
dicit ipſam intelligendam, quando exceptio reſpicit pro-
ceſſum. Secus ſi eſſet exceptio peremptoria, quæ reſpice-
ret merita cauſæ, quia tunc de ea non eſſet facieda mentio
in reſcripto, vt in d. cap. 1. de lit. conteſt. in 6. In gloſſ. in verſ.
non obſtante hæc gloſ. Satis inuolute loquitur, & in effe-
ctu ponit duos intellectus ad textum. Primus eſt, quod
intelligatur tex. quod prima ſententia erat valida, & quod
ſi fuiſſet oſtenſa iudicibus contrarium ſtatuiſſent eius, ꝙ
fecerunt, & ſecundum hunc intellectum literæ ibi, prohi-
bita debet ſeparari, & eſt ſenſus, quod habita poſt dicta ſen
tentia, ſi tunc debuiſſent pronũciare, pronunciaſſent con-
trarium illius, qđ fecerunt, ſi iſte intellectus non conuenit
litteræ, immo contradicit litteræ ſequentis, vt patet in ver.
alioquin, quia non aduerſaretur præcedentibus. Secundus
intellectus eſt, ꝙ verbum poſthabita, ſit totum vna dictio,
& ſit ſenſus, ꝙ ſi dicta ſententia fuſſet oſtenſa iudicibus ea
poſthabita poſtpoſita cõtra eam pronunciaſſent, quia ſen-
tentia non valebat. Alioquin, ideſt ſi non fuiſſet poſtpoſi-
ta, vel ſpreta, vt quia ſententia tenebat imputãdum eſt eis,
quod non produxerunt, quia per inſtrumenta de nouo re-
perta non retractatur ſententia, & iſte eſt vnus ſenſus huius
decre.

decre.quem tenet glo.1. in fi. vnde mens iſtius literæ eſt, ꝙ
ſententia, quæ dicebatur lata in fauorem monaſterij San-
cti Antonij non obſtabat, ꝙ ſi fuiſſet oſtenſa iudicibus cõ-
tra eam pronunciaſſent, quia erat inualida, & præſuppoſi-
to, ꝙ eſſet valida, & ꝙ ſi fuiſſet oſtenſa iudicibus contra eã
non pronunciaſſent adhuc illa ſententia non obſtabat, qa
prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum non debet
ſententia reuocari, & iſte eſt verus ſenſus iſtius literæ. In gl.
fi. iſta glo. fi. in effectu tractat duo. Primum eſt, an valeat
ſententia contra ſententiam. Secundum eſt, an exceptio
peremptoria omiſſa in cã principali poſſit opponi in cau-
ſa appellationis. Secunda pars glo.ibi, ſed videtur, & iſtas
partes gl. immiſcet, quia in ſecunda parte in fi.in verſ. & ꝙ
dicit ſententia cõtra res prius iudicatas &c.reaſſumũt ar.an
31 † ſententia contra ſententiam valeat. Ideo ego ordinabo
glo.quia recitabo caudam glo.cum prima parte, & ſecun-
dam partem de per ſe. Pro expeditione primæ partis op-
ponitur, & videtur, quod iſta ſententia contra res prius iu
dicatas non valeat, vt in l.j.C. qñ prouoca.non eſt neceſſe.
Item monaſterium potuit petere reſtitutionem in integrũ
contra ſententiam, vt in c.1.de reſti.in integ.ergo monachi
Sancti Antonij fuerunt reſtituendi ad producendum ſen-
tentiam, & gl.reſpondet ad vtrunq; ꝯ̃rium, & primo ad pri-
mum, quod ꝯ̃rium loquitur quando ſententia fuit produ-
cta, hic autem monachi Sancti Antonij non produxerunt
illam ſententiam, vnde eſt eis imputandum, quia prætextu
nouorum inſtrumentorum non retractatur ſententia, vt
32 hic, & in l.Imperatores.ff.eo.ſicut nec exceptio † perempto
ria poteſt opponi poſt ſententiam, niſi ſit appellatum, vt in
l. 2. C. ſentent. reſcind. non poſſ. vt in capitulo cum Ioan-
nes, de fid.inſtrum. Ad ſecundum contrarium gloſſ.reſpon-
det, ꝙ reſtitutio in integrum non fuit petita, ſed ſi fuiſſet pe
tita non debuiſſet monaſterium reſtitui ad producendum
ſententiam, quia ſentẽtia poteſt petere reſtitutionem in in-
tegrum iure minoris, vt in c.1.de reſtit.in integr. Sed Ioann.
And.dicit hoc eſſe verum, quando læditur eccleſia. Secus
ſi lædantur perſonæ tantum de quo ſe remittit ad cap. fi. de
reſti.in integrum, & ad gloſſ.in clem. vnic.eodem ti.dictum
33 gloſſ. enumerat alios quinque caſus, in quibus † valet ſen-
tentia contra ſententiam, & ſunt ſex iuncto illo, quem ſu-
pra recitaui, quem etiam tetigit glo.fin. Primus ergo eſt, qñ
ſententia non fuit producta in iudicio, nam ſiue ſcienter,
ſiue ignoranter eũ omiſerit non poteſt opponi de ſentẽtia,
niſi fuerit appellatum, vt dicit glo. in fi. Secundus caſus eſt,
qñ ſententia fuit oſtenſa iudicibus, & ipſi eam reprobaue-
runt tanquam nullam, allegat gloſſ.c.ſequens, & l.quod in
diem, §.1.ff.de compen. Tertius caſus eſt, quando negatum
fuit ſententiam eſſe latam, & iudex pronunciauit iudicatũ
non eſſe, nam per talem pronunciationem prima ſentẽtia
reſcinditur, niſi appelletur, & de hoc eſt text. in l.1. ff. quæ
ſententiæ ſine app.reſcin. Quartus caſus eſt, quando ſenten-
tia contra res prius iudicatas fertur in fauorem publicum,
ſeu in cauſa publica, vt in l. Imperatores, vbi patet, quod
ſententia lata contra rempub.retractatur per inſtumenta
de nouo reperta, & ſic propter inſtrumenta de nouo reper-
ta feratur ſententia ſecunda contra primam. Vnde dicit Io.
And.quod Ioan.hic no.quod in hoc caſu eccleſia nõ æqui-
paratur reipubli.licet Accu. cõtrarium notauerit in l.ſi ſub
ſpecie.C.eo.allegat Auth.de non alien.§.ſi minus, coll.ij. &
pro eo facit 23.q.4.quid ergo, & quia iura eccleſiarũ dñr pu
blica, ff.de iuſti.& iur.l.1.§.publicum, & in l.vltima, C.de ſa-
croſan.eccl.& 1.di.ius publicum. Sed Ioan. And. ſe remit-
tit ad illud, quod notauit poſt Goffr.ĩ.c.ſeq.ſuper ultima gl.
vel tenet, ꝙ eſt neceſſarium, ꝙ eccleſia petat reſtitutionem
in integrum, & hoc ſequitur Butr. hic, & D.Abb. qui dicit
hoc probari in c.ſuſcitata, de reſti.in integ. Quintus caſus in
caſu.l.admonendi, ff. de iure iuran. nam ſententia lata præ-
textu iuramenti neceſſarij retractatur per inſtrumenta de
nouo reperta, & ſic feretur ſententia ſecunda ꝯ̃ primam, de
quo plene dixi in c. fi. ſupra de iure iuran. Sextus caſus eſt,
quando vertitur periculum animę, & iſtam gl. no. Io.And.
dicens, ꝙ illud, quod dicitur ſententiam latam in cauſa ma
trimoniali poſſe retractari habet locum, vbicunq; vertitur
periculũ animę, & dicit, ꝙ idem not.Io.25. q.9. in ſumma,
& §.quia ergo, de quo dixi in c.lator, & in c.conſanguinei,
ſup. eo. ſed alios caſus poſtquam recitauero iſtam partem
glo.addam. Vnde capio glo. in fi. in verſ. & quod dicit, quæ
34 dicit, ꝙ illud quod ſupradictum eſt, ſ. quod † ſententia lata
contra res prius iudicatas non valet habet locum, quando
ſententia in iudicio allegatur, & oſtenditur, tunc enim ſi iu
dex non vult remittere ſententiam, dummodo ipſa ſenten-
tia valeat, & contra ipſam iudicet. Secũda ſententia eſt nul
la ipſo iure, nec eſt neceſſe ab ea appellare, & ſic loquitur
ſecundum glo.l.1.C.quando prouo.non eſt neceſſ. & 2.q.6.
§.diffinitiua, verſi.item ſententia data fuerit, ſed ſi ſententia
non fuerit producta, tunc ſiue ſcienter, ſiue ignorãter eam
producere omiſerit non poteſt poſtea de ea opponere, ex
quo non eſt appellatum. quia prætextu nouorũ inſtrumen-
torum non inſtaurantur lites finitæ, & ita loquitur hic ſm̃
glo. quia iſta ſententia non fuit oſtenſa domino papæ, ſed
tãtum allegata, nec etiam fuit oſtenſa primis iudicibus. Et
ex hoc habes mentem glo.quæ concludit, ꝙ exceptis caſi-
bus ſupradictis, ſi ſententia fuit producta in iudicio non va
let ſecunda ſententia lata contra primam, etiam ſi ſecunda
ſententia ſit lata præcedente inſtantia, & proceſſu alias le-
gitime ordinato, & hoc ſentit iſta glo. referendo ipſam ad
tex.prout ſe refert, nam iſti iudices tulerunt ſententiam prę
cedente proceſſu, & tamen glo.vult, quod ſi prima ſenten-
tia fuit valida, ꝙ ſecunda ſententia lata per iſtos iudices nõ
valuiſſet, vbi autem non fuiſſet producta, tunc vult, quod
valeat ſecunda, ſiue ſit omiſſa eius productio ſcienter, ſiue
ignoranter, ſed antequam veniam ad deciſionem articuli,
35 recito alios caſus extra gl.in quibus certum eſt, † ꝙ ſecun-
da ſententia contra primam valet, & primus eſt, quando
prima ſententia eſt ſuſpenſa, aliquo remedio ſuſpenſiuo,
puta remedio appellationis, ſupplicationis, vel reſtitutionis
in integrum, nam tunc proculdubio valet ſecunda ſenten-
tia contra primam, vt in d.c.cum Ioannes, de fi.inſtru.& in
c.Raynutius, & in c.Raynaldus, de teſta.& in c. in literis, de
reſti.in integrum, & in c.1.& 2.eod. tit.in 6. Secundus caſus
eſt, quando ſententia eſt nulla. Iſtum tamen caſum ponit
etiam gloſſ.allegat Butr.c.ij.de purg. vulgar.ſecundum vnã
lect.& l.fi. C.de ſen. quæ ſine cer. quan. profe. Tertius caſus
eſt, quando ſententia poteſt diuerſificari a prima ratione
temporis, vel alia cauſa, exemplum. In prima ſententia pro
nunciatum fuit me debere, vel rem meam eſſe. In ſecun-
da pronunciatur me non debere, vel rem tuam eſſe, nam
vtrunque potuit eſſe ſuo tempore, vnde vtraque ſententia
valet, & ſecunda tollit primam, quaſi cauſa primæ ceſſaue-
rit de teſti. cum tu. de fide inſtrum. imputari, de renun. poſt
translationem, verſ.certum cum ſimilibus, & iſtam limita-
tionem ponit hic Ioan.And.& Butr. Quartum caſum po-
nit Inno.& But.in c.cum contingat, ſupra de officio deleg.
valet ſi vtraque pars dedit libellum, puta actor in libello
petijt, vt iudex ipſum pronunciaret dominum, iudex vero
pronunciauit tantum ſuper libello actoris, ſ.ipſum eſſe do-
minum, vel econuerſo pronunciauit tantum ſuper libello
rei.ſ.reum eſſe dominum, modo dicit Inno.& Bu.vbi ſupra
quod ſi iudex pronunciat ſuper vno libello tantum valebit
ſecunda ſententia ſuper alio libello, ſed ipſemet Butr. in c.
ab excõicato, de reſcri. Iſtam limitationem reprobat, & me-
lius ibi dicit, quia non poteſt iudex pronunciare ſuper vno
libello, quin tacite pronunciet ſuper alio, ſi enim pronun
ciat rem eſſe meam, per conſequens pronunciat rem non
eſſe tuam, & per conſequens intelligitur eſſe pronunciatũ,
etiam ſuper tuo libello, vnde non valebit ſecunda ſenten-
tia contra primam, perinde ac ſi tantum vnus libellus eſ-
ſe porrectus inſpicitur enim magis, an ſup illo, quod dedu-
citur in iudicium ſit alio iudicio iudicatum, quã an ſuper
eo ſint porrecti plures libelli, nec iura aliud ponderant, niſi
illud ſuper quo eſt lata ſententia in vno iudicio non retra-
ctetur per aliam ſententiam, vt patet in l.1.C. quando pro-
uo.non eſt neceſſ.& in l.poſt ſententiam, C. de ſenten. His
limitationibus ſic præmiſſis, venio modo ad quæſtionem
36 videlicet, an ſi prima ſnĩa † eſt valida, & tranſiuit in rem
iudic.valeat ſecunda ſententia cõtra primam, ſi prima fuit
producta in iudicio, & Ioan.And.in effectu vult, ꝙ ſecun-
da ſententia non valeat, & plus dicit, quod etiamſi nõ fue-
rit producta in iudicio, dummodo pars ignoranter omiſe-
rit eam producere, etiam ſi iudex ignorauerit ſententiã eſ-
ſe latam, ꝙ non valet ſecunda ſententia, & in hoc vltimo
loquitur, cõtra iſtam gl.in fi.quia glo. vult, ꝙ ſiue ſcienter,
ſiue ignoranter pars omiſerit producere ſententiam, quod
valeat ſecũda ſententia, & hoc etiam probatur in text. Bar.
autem in l.1.C.quando prouo.non eſt neceſſ.& in l.nam &
poſtea, §.ſi damnetur, ff. de iure iurando, & in l. duobus, ff.
de exception. rei iudic.diſtinxit, ꝙ aũt ambæ ſententiæ fue-
rũt latæ ex eadem inſtãtia, & tunc ſecunda non valet. Aut
eſt lata ex diuerſis inſtantijs, & tunc ſecunda ſemper tenet,
allegat, l.duobus, & l.1.C.ſi plures ex vna ſententia fue.con
dem. mouetur ideo, quia ſecunda ſententia non valet,
quia reperitur lata ſine inſtantia, quia per ſententiam
37 † extinguitur, ſeu finitur inſtantia. l.grege, §. & poſt litem.
ff.de fideiuſ.& in l. cum apud Sempronium, ff.iudi.ſol.l. itẽ
quia iudex lata ſententia eſt functus offi. ſuo. l. iudex poſt-
quam, ff.de re iud. & hæ rationes militant ſolum, quando
ſententia

ſententia fertur ex eadem inſtãtia, ſecus ſi remoueatur in-
ſtantia. glo. tñ iuris ciuilis communiter dixerunt, quod id
iura ſtatuerunt, quia ſecunda ſententia contra primam nõ
valeat, vt ſit litium finis. iſtam rationem etiam ſequitur
Bald. in d. l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſ. Sed Bartol.
eam reprobat, quia eadem ratione non valeret ſententia ↄ̃
iuramentum lata, vel contra tranſactionem, quia etiam iu
ramentum eſt tranſactio ſub introducta, vt ſit litium finis,
38 vt in l. 1. ff. de iure iuran. vbi patet, † ꝙ iuramentum fuit in-
troductum, vt ſit litium finis ad idem de iure iur. & ſi Chri
ſtus. ſimiliter tranſactio, vt in l. fratres, C. de tranſa. & tamen
39 valet † ſententia cõtra iuramentum, vt in l. nam & poſtea,
§. ſi damnetur, ff. de iureiuran. ſimiliter contra tranſactio-
nem, vt in l. eleganter, §. ſi quis poſt. ff. de condi. indeb. ſed po
40 teſt reſponderi, ꝙ magis † operatur ſententia ad finiendas
lites, quam tranſactio, vel iuramentum, ꝙ fertur cũ maio-
ri cauſæ cognitione, & deliberatione quam iuramentum,
vel trãſactio, vt patet in l. 2. vel 3. C. de ſen. exci. repi. & in c.
fi. de re iudi. in 6. Butr. vero dicit, ꝙ Bar. nimis reſtringit tex.
illius l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſ. qui indiſtincte di-
cit, ꝙ non valet ſententia ſecunda contra primam. Item di-
cit, ꝙ Bar. videtur loqui contra rationem iſtius tex. qui ſolũ
ſe fundat in eo, ꝙ prima ſententia non fuit oſtenſa iudicib.
Item contra Bart. allegat l. 1. ff. quæ ſent. ſine app. reſcin. quæ
loquitur quando ſententiæ latæ ſunt in diuerſis inſtantijs,
& tamen excipit ibi ſolum oſtenſum, qñ dubitabatur an
prima ſententia fuerit lata. alias non, & per hoc dicit, ꝙ ſibi
non placet opin. Bar. nec ratio ſua, vnde ipſe aſſignat aliam
rationem, quia ſecunda ſententia non valet contra primã,
& ratio eſt ſecundum eum, quia ſententia quæ tranſiuit in
41 rem iudic. facit notoriam, ſed † ſententia lata contra noto-
rium eſt nulla, vt in c. inter cæteras, ſupra eod. & ibi dixi, &
in c. 1. ſ. eod. & hoc ſecundum But. ſentiunt Pet. & Cyn. in l.
1. C. de ſenten. vbi dicit Cyn. ꝙ cauſa eſt, quare ſecunda ſen
42 tentia non valeat cõtra primam, quia † ſententia debet fer
ri ſuper dubio, non aũt ſuper certo, & ex hac ratione con-
cludit ad quæſtionem noſtram, ꝙ indiſtincte, ſecunda ſen-
tentia contra primam non valet, etiam ſi ſit lata in diuerſa
inſtantia, quando primis iudicibus fuit oſtenſa, & non re-
uocato indubium de eius virib. vel de eius iuſtitia, iudices
ſtatim pronunciant contra illam, quia videtur lata contra
notorium, vbi autem non fuit oſtenſa iudicibus, tũc valet
ſecunda ſententia, quia iudicibus non conſtabat de noto-
rio. nec facit differentiam Butr. an pars dolo, vel non dolo
omiſerit oppoſitionem de prima ſententia, vel an ſcienter,
vel ignoranter, quia quocunque modo omiſerit ſententia
non reperitur lata contra notorium, de quo iudici conſtat,
& ſic in effectu But. tenet contra opin. Barr. & in parte con-
tra opin. Ioan. And. quia Ioan. And. requirit, ꝙ ſcienter, &
doloſe omittat producere primam ſententiam ad hoc, vt
ſecunda ſententia contra primam valeat, & ſic concordat
Butr. cum opin glo. quam ſequitur etiam Bal. in l. 1. C. quan
do prouoc. non eſt neceſſ. vbi dicit, ꝙ ratione moræ in pro-
ducendo primam ſententiam valet ſecunda contra primã,
& allegat iſtum tex. cum glo. & aſſignat rationem dicens,
ꝙ ratio eſt, quia quando ſententia non fuit producta tranſi
uit in rem Iudicatam extrinſecus, ſed non apparẽter, & ad-
dit Bal. alium caſum in quo valet ſecunda ſententia contra
primam, ſcilicet quando is, qui habuit ſententiam pro ſe
in culpa reperitur, quia iterum voluit agere, & ſuccubuit,
allegat l. duobus, ff. de except. rei iudi. Sed D. Abb. dicit, ꝙ il-
la lex non probat, & ꝙ illa fuit opinio, quorundã antiquo-
rum, & ꝙ contrarium ſentit Ioan. And. hic. Sed tu ſalua di
ctum Bal. & dic, ꝙ Ioann. And. non tenet contrarium, im-
mo concordat, nam Ioan. And. in ſua diſtinctione dicit, ꝙ
ſi fuit diſputatum de viribus primæ ſententiæ, ꝙ valet ſecũ-
da ſententia contra primam, & ita loquitur Bal. Bal. enim
loquitur quando egit, & actor fuit in culpa, quia aſſumpſit
diſputationem ſuper ſententia, vnde non valet ſecunda ſen
tentia contra primam, hoc etiam tenet Inno. ſupra eo. cum
Bertholdus, & de reſcri. cum dilecta. Dominus aũt Abb. ſe-
quitur opin. Bart. & mouetur, quia prima ſententia cauſat
43 exceptionem peremptoriam, vnde cum iudex † non tene-
tur ſpecifice pronunciare ſuper peremptoria, quia pronun-
ciando ſuper principali, ſatis videtur pronunciare ſuper pe-
remptoria, vt not. in c. 1. ſupra de ordin. cogni. & in l. 1. C. de
ordi. iudi. ferendo ſententiam contrariam, primæ iam pro-
ductæ videtur ſuper ea pronunciare illam reprobando, &
dicit eſſe caſum hic ſecundum intellectum, quem dixi eſſe
veriorem, allegat etiam c. ſequens vbi patet, ꝙ valet ſenten-
tia contra priuilegium, & ſimiliter valet ſententia ↄ̃ tranſa
ctionem, & iuramẽtum, vt ſupra dixi, & tamen talia faciũt
notorium, allegat no. per Inno. in c. ex inſinuatione, infra
de appella. vbi dicit, ꝙ acta iudicialia faciunt notorium, ſed
de hoc vltimo, an valeat ſententia contra priuilegium, vel
contra tranſactionem, vel contra iuramentum, vel cõtra
confeſſionem, dicam in c. ſequenti, vbi melius cadit, & qa
iſtud, c. ſatis eſt grauatum. Sed quo ad articulum principa-
lem ego ſequor opi. glo. quam But. ſequitur, & quam etiam
ſecutæ fuerunt gloſſ. iuris ciuilis, ſcilicet in d. l. 1. C. quando
prouoc. non eſt neceſſ. & in l. nam & poſtea, §. ſi damnetur.
ff. de iure iuran. & in pluribus alijs locis. Et moueor primo
per l. primam, ff. quæ ſententiæ ſine app. reſcin. per quã mo-
uetur Bu. Secundo, moueor per tex. in d. l. 1. C. quando pro-
uoc. non neceſ. vbi eſt tex. qui non poteſt cauillari, licet D.
Abb. & Bar. conentur ad illum tex. reſpondere, nã ſi ſecun-
da ſententia fuiſſet ibi lata, ſine inſtantia fuiſſet nulla non
ex eo reſpectu, quia eſſet lata contra primam, ſed ex defe-
ctu ordinis iudiciarij, vt in l. prolatam, C. de ſent. & in c. qñ
contra, de proba. ſed ille tex. ſolam cauſam nullitatis ponit,
quia ſententia erat lata contra primam, ergo tres ad idem
eſt bon. tex. in l. poſt ſententiam, C. de ſenten. & interl. omn.
44 iudi. vbi tex. prohibet iud iſtincte, ꝙ de quæſtione iam † deci
ſa amplius iudicetur, & quod ſecunda ſententia non ha-
beat auctoritatem rei iudicatæ, ad idem l. ſi vt proponis.
C. de executione rei iudi. vbi iudex in executione ſententiæ
ſi aſſumit cauſæ cognitionem, & pronunciat contra primã
ſententiam non valet pronunciatio. ad rationem D. Abb.
ego reſpondeo, ꝙ tunc iudex pronunciando ſuper princi-
pali, pronunciaſſe videtur ſuper peremptoria, quia ſuper ip
ſa peremptoria adhibita fuit cauſæ cognitio, ſed ſi de ipſa
non cognouiſſet, non intelligitur ſuper ea pronũciaſſe, ita
in propoſito ſi prima ſententia fuiſſet producta, & de eius
validitate fuiſſet diſputatum, vel cognitum, tunc pronun-
ciando ſuper principali intelligitur reprobaſſe primam ſen
tentiam, ſed But. & Doct. loquuntur quando de viribus ſen
tentiæ non fuit cognitum, qui omnes concludunt, vt ſupra
dixi, quod valeat ſecunda ſententia contra primam, quan-
do fuit cognitum de viribus primæ ſententiæ, & hoc tenet
Ioan. And. & But. hic ad iſtum tex. reſpondeo, ꝙ D. Abb. mi
nus bene conſiderauit iſtum tex. iudicio meo, nam text. di-
cit duo, vnum in directo ſenſu aliud a contrario ſenſu. in di
recto ſenſu dicit, ꝙ valuit ſecunda ſententia cõtra primam,
quia non fuit producta, cum ſententia non retractetur per
inſtrumenta de nouo reperta. a contrario ſenſu dicit, quod
etiam ſi illa ſententia fuiſſet oſtenſa, non habuiſſet profi-
cere, quia iudices contra eam ſtatuiſſent, id eſt pronunciaſ-
ſentare interogo qui dicit, ꝙ cõtrariũ ſtatuiſſent, niſi quia
45 ſententia erat inualida, & ita intellexit gl. iſtum tex. & † iſte
eſt verus eius ſenſus. ſi enim ſententia fuiſſet valida, etiam ſi
fuiſſet contra ius litigatoris, papa non diceret, ꝙ iudices ea
oſtenſa contrarium ſtatuiſſent, quia non debuiſſet contra-
rium ſtatuere, vt patet in c. cum inter. in fin. ſupra eod. vnde
iſte tex. probat, ꝙ ſi ſententia eſt oſtenſa iudicibus, & ſic ta-
lis, quod contra eam non debeant ſententiare, ſecunda ſen
tentia non valebit, & iſtam opi. non ſolum ſequitur Bal. in
d. l. 1. poſt glo. iuris ciuilis, & But. hic, ſed etiam ipſam ſequi-
tur Rapha. Ful. & Pau. de Caſt. in d. §. ſi damnetur, & Ia. But.
ibi, vbi dicit, ꝙ aut fuit oppoſita exceptio ſententiæ prius la
tæ, & iudex expreſſe eã reprobauit, & tunc non poterit op-
ponen ſamplius vti illa ſententia, vt in l. quod in diem, §. 1.
ff. de compen. Aut oppoſita exceptione, & facta fide de ſen
tentia iudex omiſit pronunciare ſuper exceptione, & tunc
non valet ſecunda ſententia, & ab iſta opi. non eſt receden-
dum, quia eam ſequuntur gl. vtriuſque iuris, & etiam Doct.
legiſtæ communiter ſequuntur iſtam opi. Et ideo facias iſtã
breuem concluſionem, ꝙ quando ſecunda ſententia eſt di
recte contraria perſonæ, aut apparet ſententiam fuiſſe ꝓ-
ductam, & de eius validitate fuiſſe diſputatũ, & tunc ualet
ſecunda ſententia contra primam, etiam ſi iudex pronun
ciat ſolum ſuper principali nullam faciendo mentionem
de prima ſententia, quia ſatis intelligitur ſuper ea pronun-
ciaſſe, ex quo pronunciat ſuper cauſa principali, vt in d. c. j.
de ordi. cog. & in d. l. j. C. de ordin. iudi. & hoc modo poſſet
procedere opin. Bart. & D. Abb. aut apparet ſolum primam
ſententiam fuiſſe productam, non tamen apparet fuiſſe op
poſitum de eius inualiditate, & tunc ſecunda ſententia nõ
valet, ſi tamen expreſſe eam reprobaret putarem, quia tũc
ſecunda ſententia valeat, quia ex quo eam expreſſe repro-
bauit præſumitur cognouiſſe de eius inualiditate, & ita eſt
præſumendum, ex quo ſecunda ſententia tranſiuit in rem
men cum adultero poteſt diſpenſare epiſcopus, vt dicto §.
de adulteriis.& pro hoc allegat l.prima. §. de qua .ff.de po-
ſtulan.ſecundum vnum intellectum,vbi habetur,quod in-
ferior abſoluit ab infamia,quæ acceſſorie veniebat ad ſentẽ
tiam contra quam conceſſit reſtitutionem in integrum.
37 †multa enim conceduntur acceſſorie, quæ non poſſunt cõ
cedi principaliter.l.prima.ff.de auctor. tuto. ſed tu aduerte,
quia dicto §.de adulteriis non loquitur in condemnato,vn
de poteſt intelligi,quod epiſcopus poteſt diſpenſare in adul
terio, & in minoribus criminibus ante latam ſententiam,
quia antequam reus ſit condemnatus non eſt infamis.lata
autem ſententia eſſet infamis.vnde tutius eſt tenere opi.In-
nocen.& Docto. quod quando lata eſt ſententia ſuper cri-
mine non poſſit epiſcopus reſtituere famæ, nec principali-
ter,nec in conſequentiam,& pro hac opin.facit iſte tex. qa
ſi potuiſſet inferior reſtituere famæ veriſimiliter ab eo fuiſ-
ſet petita reſtitutio famæ.nde papa verbo, volumus, quaſi
innuens, quod ad ipſum ſolum pertinet iſtam reſtitutionẽ
38 facere. De inferioribus autem † ab epiſcopo clarum eſt,
quod non poſſunt reſtituere famę,quia non poſſunt diſpẽ-
ſare,niſi in caſibus, in quibus reperitur eis ſpecialiter con-
ceſſum,vt dicit Innocen.in c.ſecundo.de eo qui fur.ord.re-
ce.ſed de hoc ſe remittit D. Abb. ad dictum §.de adulteriis.
vbi idem concludit.vide etiam Docto.in c.dilectus.de tem.
ordin.& ex his ſum expeditus de tertia quæſtione. Venio
39 ad quartam,ſcilicet, an † Imperator poſſit famæ reſtituere.
& ſine dubio dicendum eſt, quod ſic: ſi reſtituit laicum iu-
riſdictioni ſuæ ſuppoſitum,ſeu non ſuppoſitum iuriſdictio
ni eccleſiæ.& de hoc eſt tex.in l.prima.§.de qua.ff. de poſtu.
40 Sed dubium eſt,an† infamis reſtitutus per Imperatorem
poſſit promoueri ſine alia diſpenſatione ad clericatum? &
aliqui dicunt, quod Innocen. ſentit, quod non:dum dicit,
quod papa tantum,& non alius poteſt laicum reſtituere fa
mæ,quando eſt ſibi neceſſarius in clericatu.ſed poteſt intel
ligi,quod illa dictio tantum axcludat alios inferiores præla
tos,non autem Imperatorem.& iſtam opin. tenet D. Abb.
dummodo egerit pœnitentiam,quia recipit eſſe,quod non
fuit,vt in c.ferrum.l.diſtinctio.nam Imperator poteſt tolle-
re infamiam,quam intulit per ſuam legem, & perinde ſa-
nare,ac ſi nunquam fuiſſet infamis quo ad iuris effectus,vt
no.gl.in ſimili.in clemen.prima.in verbo,pro infectis.de im
mu.eccle.& dici t,quod dato,quod crimen eſſet notorium:
ita quod non poſſit haberi pro infecto poterit epiſcopus di
ſpenſare,ſicut diſpenſat in crimine notorio, quando ex eo
criminoſus non incurrit infamiam iuris,vt in c.fi.de temp.
ord.& ego puto iſtam concluſionem eſſe veram, dummo-
do Imperator ex iuſta cauſa diſpenſauerit, & ille cum quo
diſpenſauit egerit pœnitentiam de crimine, pro hoc facit,
quo no.x.diſtinctio.c.primo.quod dicit,quod infamis reſti-
tutus ab Imperatore debet admitti ad ſpiritualia. Venio
nunc ad quintam quæſtionem,ſcilicet,an† Reges,vel Prin-
ceps,vel aliis inferiores poſſint famæ reſtituere.& Innocen.
refert duas opi.Prima eſt,quod non poſſint diſpenſare. Se-
cunda eſt,quod poſſint.ſed Bu.dicit,quod prima opi.eſt ve-
ra in recognoſcentibus ſuperiorem. Secunda eſt vera in nõ
recognoſcẽtibus ſuperiorem: iſti enim poſſunt ponere ma
num ad ea quæ ſunt principi reſeruata,vt in c.per venerabi
lem.§.rationibus.qui fi.ſint legit.& per hoc dicit,quod ciui-
tates non recognoſcentes ſuperiorẽ poſſunt famæ teſtitue-
re,& hoc no.Bart. in l.hoſtes.ff.de capti.& in l.infamem.in
fi.ff.de pub.iudic.vbi idem quod ſupra tenet in Regibus,&
Principibus,& aliis ciuitatibus non recognoſcentibus ſupe
42 riorem:dicens, quod populus† liber habet tantam poteſta-
tem in ſe,quantam Imperator in vniuerſo, facit,quod ipſe
no.in l.prima.ff.de aqua plu.arcenda.& idem Innocen.in c.
cum P.tabellio.de fide inſtrumen.& Bald. in l. decernimus.
C.de ſacroſan.ec.& etiam hic. Dicit enim hic,quod Reges
poſſunt famæ reſtituere, quia in terra ſua Reges ſunt Impe-
ratores præſertim ſi non recognoſcunt ſuperiorem in ali-
quo actu ſuæ iuriſdictionis adminiſtrandę, vt in l.hoſtes. ff.
de captiuis. dicit tamen hoc intelligendum in condemna-
tis auctoritate regni, ſecus dicit in condemnatis auctorita-
te papæ,vel Imperatoris,quia tales non poſſet Rex famę re
ſtituere,allegat l.minor autem magiſtratus.ff.de mino. Ex
quo infertur,quod ſi aliquis eſſet condemnatus de crimine
ex quo ſequitur infamia per papam,vel eius legatum Impe
rator non poterit eum reſtituere famę, quia non poreſt re-
ſtituere aduerſus ſententiam maioris,vt dicta l.minor autẽ
magiſtrarus.facit optime c.paſtoralis.§. præterea.de officio
ordina.ſed D.Abb.quantum ad ſupradicta refert limitatio-
nem,quam ponit Barto.in l.prima. §. de qua. ff. de poſtula.
vbi dicit,quod ſi per ſtatutum alicuius ciuitatis, etiam reco
gnoſcentis ſuperiorem irrogatur infamia,quod poterit ciui
tas,vel eius ſuperior reſtituere famæ,quia nihil tam natura
le eſt,quod vnumque ſolui eo vinculo,quo ligatum eſt,vt
in l.nihil tam naturale.ff.de regulis iuris. Et ex hoc no.Do.
Abb. quod ciuitas non libera poteſt facere ſtatutum infa-
miæ irrogatiuum,& illam infamiam etiam tollere, facit l.
omnes populi.ff.de iuſt. & iure.plus dicit,quod etiam iſti re
cognoſcentes ſuperiorem poſſunt remanente ſubiectione
præſcribere iſta reſeruata principi, ſed requiritur tantum
tempus,de cuius initio non eſt memoria,vt in ca. ſuper qui
buſdam.de verborum ſigni.& per Barto. in l.ſi publicanus.
§.in vectigalibus.ff.de publi.ſed tu dic, quod dtiam requiri-
tur ſcientia,& patientia Imperatoris,ſeu ſuperioris, ad quẽ
hæc iuriſdictio pertinet,vt dixi poſt D.Ab.in capi. ſuper eo.
Et ex his patet, quod inferiores iudices non poſſunt famæ
reſtituere.ſed D. Abb.dicit hoc eſſe verum,niſi reſtituerent
in conſequentiam,puta ſi ex iuſta cauſa reſtituerent aduer-
44 ſus ſententiam. ſublata † enim ſententia per conſequens
ſublata eſt infamia,vt in l.prima.§.de qua.ff.de poſtulan.ſe-
cundum vnam lecturam.facit, quod no. glo.in ſimili.in ca.
clerici.de cleri.excommu.mini.Dum dicit, quod epiſcopus
licet non poſſit reſtituere depoſitum ex gratia tamen ſi eſt
depoſitus per falſos teſtes, vel per falſa inſtrumenta poteſt
eum reſtituere,& idem dicit glo. in c. ideo. ſecunda quæſti.
45 vi.quæ dicit,quod ſolus † papa poteſt depoſitum reſtituere,
nam debet intelligigi,niſi alleget ſe depoſitum per falſas al
legationes,vel falſos teſtes,vel falſa inſtrumenta, vt dicit gl.
in dicto cap.epiſcopus.& in dicto cap.clerici.& adde alium
caſum, in quo iudex poteſt diſpenſare ſuper infamia,nam
cum cauſæ cognitione ante latam ſententiam poteſt ſuper
infamia diſpenſare,quod declara,vt per Bar.in l. quid ergo.
§.pœna grauior.ff. de his qui not.infa.& per alins Doc.in l.
& ſi ſeuerior.C.e.ti.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia reuocata ob aliquod defectum iuriſdictionis iterum de principali requiri debet.*
1 *Geſta a iudice publice excommunicato ſunt ipſo iure nulla.*
3 *Tolerantia iudicis excommuuicati delegati facit, vt ſententia valeat.*
4 *Excommunicatio, an impediat arbitrum, vel arbitratorem.*
5 *Confirmatio actus ſpiritualis valeat.*
6 *Inhabilitas vnius ex pluribus iudicibus delegatis facit corruere, quicquid per omnes agitur.*
7 *Caſſata confirmatione electionis, remanet electio in ſuo ſtatu.*
8 *Confirmatio electionis inualidæ, an faciat eam inualidam.*
9 *Caßata ſententia corruit totus proceſſus.*
10 *Verbum interim ſignificat ſuſpenſionem alicuius articuli.*
11 *Nullitas ſententiæ prius cognoſcenda, licet ſit interpoſita appellatio.*
12 *Quod habet locum in excommunicatione an habeat locum in ſuſpenſione maiori.*
13 *Iuriſdictio non cadit in iudicem excommunicatum publice.*
14 *Electio facta admiſsis ſcienter excommunicatis ad eligendum non valet.*
15 *Geſta per iudicem inhabilem, an valeat.*
16 *Quaſi contrahi dicitur in iudicio.*
17 *Teſtamentum factum a publice excommunicato valet.*
18 *Excommunicatus an poſsit legare ad pias cauſas.*
19 *Actus interdicti excommunicatis, qui ſint.*
20 *Ignorantia eorum, quæ publice fiunt, non eſt probabilis.*
21 *Excommunicatus publice, & occulte non differunt in his, quæ non geruntur ratione pnblicc vtilitatis.*
12 *actus factus ratione priuati officii nomine alterius, ad commodum alterius valet.*
23 *Electio facta a ſuſpenſis non valet.*
24 *Ignorantia excommunicationis, ſi probalis ſit excuſat a damno.*
25 *Actus factus ratione publici officii a publice tolerato valet.*
26 *Presbyteri ſolum dicunt verba, & Deus confert gratiam propter dignitatem ordinis, licet ſint peccatores.*
27 *Actus receptus a ſciente illum eſſe excommunicatum, irritus efficitur, in pænam recipientis.*
28 *Obedientiam ſuperioris, quando quis propria auctoritate poſsint auertere*
29 *Prældt intruſi, & ſic non veri, an geſta valeant.*

## CAP. XXIIII.

1 AD probandum. Reuocata † ſenten
tia, vel propter de
fectum iuriſdictionis, vt quia vnus ex iudicibus
publice excommunicatus erat, vel propter iudi
ciarium ordinem non ſeruatum, iterum de principali de-
bet inquiri. hoc dicit. & de eodem facto loquitur c. cum di-
lecta. ſupra de reſcri. & Do. Abb. ponit ſic. Caſum, vacante
quodam monaſterio monialium duæ moniales fuerunt in
diſcordia, in abbatiſſas electæ, ſcilicet quædam R. Cuſtos, &
quædam G. monialis. Vtraque vero parte allegante ſuam
electionem prævalere Papa commiſit cauſam iudicibns de
legatis, quibus mandauit, vt examinatis vtriuſque electioni
bus confirmarēt illam, quæ de iure præualeret. Dicti autem
iudices confirmauerunt electionem factam de R. Cuſtode
per ſententiam diffinitiuam, a qua ſententia fuit appellatū
pro parte G. monialis coelectæ, vel per viam nullitatis cau-
ſa fuit deducta ad Romanam ſedem, allegatum quę fuit
pro parte G. monialis coelectæ. quod vnus ex iudicibus, qui
confirmauit electionem cuſtodis erat excommunicatus tē-
pore ſententiæ confirmatoriæ. Item fuit allegatum, quod
non ſeruauerat ordinem iuris in procedendo, vnde Papa
ad inſtantiam procuratoris G. monialis commiſit cauſam
iudicibus ſub forma de qua ſequitur. No primo, ibi 'publi-
2 ce excommunicatus, quod geſta † a iudice publice excom-
municato ſunt impſo iure nulla, ſecus ſi non eſſet publice
excommunicatus, quia tunc valeret ſententia, vt probatur
in contrario ſenſu ad hoc quotidie allegatur iſte tex. Et ex
hoc tex. infert. Do. Abb. quod tolerantia operatur etiam in
3 delegato, quia iſti erant delegati, & tamen † tolerantia iudi-
cis delegati excommunicati facit, vt ſentētia valeat, & hoc
probatur. iii. q. vii. §. tria. ver. verum. vbi dicitur, quod ſi ſeru⁹
valet ſententia. idem probatur in l. ſecunda. C. de ſenten. &
inter. omnium iud. & hæc faciunt contra Innocen. qui in c.
cum dilecta. de reſcrip. dixit, quod tolerantia nihil operatur
in delegato inhabilis. ſed loquitur contra iſtum tex. & con-
tra iura præalleg. & vide, quod no. in dicto cap. cum dilecta.
4 Quid autem in arbitro, vel arbitratorem, † an excommuni-
catio impediat, tangunt hic Docto. & Bald. in fi. Commen.
& per Ioan. And. in regula dolo facit. & dixi in c. Quintaual
5 lis. ſupra de iureiuran. Secundo no. quod etiam † confirma
tio actus ſpiritualis, vt eſt cōfirmatio electionis factę ab ex-
communicato tolerato valet. Et ex hoc infert D. Ab. quod
collatio facta ab excommunicato tolerato valet, & hoc te-
net Ioan. Cald. in quadam ſua diſputatione, quæ incipit, ex
communicatus quidam communi copinione, &c. idem di-
cit hic Bu. allegans ſimiliter diſputationem Ioan. Cald. & di
cit D. Abb. quod idem tenet Innocen. in c. ſi vere. de ſenten.
excommu. & in c. primo. de ſchiſma. Tertio no. quod data
6 inhabilitate † vnius ex pluribus iudicibus delegatis corruit,
quicquid per omnes agitur, & hoc ideo eſt exercitium iu-
riſdictionis competit eis pro parte non inſolidum, vt in ca.
cauſam matrimonii. & in c. vno delegatorum. de officio de
lega. de quo vide bo. glo. in c. prudentiam. in prin. de officio
delega. & hoc procepit ſecundum Hoſtien. Ioan. An. & Do
cto. etiam ſi eſſent dati cum clauſula, quod ſi non oēs, &c.
nam procedendo cum inhabili inficiunt iuriſdictionem,
de quo dic, vt plene habetur in c. cum ſuper. de officio dele.
7 Quarto no. quod † caſſata confirmatioue electionis, vel pro
pter defectum confirmantis, vel propter iudiciarium ordi-
nem non ſeruatum remanet electio in ſuo ſtatu, & hoc eſt
expreſſum in c. ſi confirmationem. de electio. in vi. Quid au
8 tem ſi fiat confirmatio † electionis, quæ non tenet, an con-
firmatio electionis inualidæ faciat eam validam, vide glo.
quæ dicit, quod non, in c. vnico. in verbo, irritum. de poſtu.
præla. in vi. & in c. quamſit. de elect. eodem lib. Vltimo ibi,
9 iterum recognoſcatis, quod caſſata ſententia † corruit totus
proceſſus, nam papa hic mādat iterum de electione cogno
ſci, ſed dic, quod aut vitium, vel nullitas concernit totum
proceſſum, puta, quia ſententia fuit lata a iudice incompe-
tenti, vt hic fuit, & tunc totus proceſſus vitiatur, aut non
concernit totum proceſſum, ſed ſententiam tantam, vt qa
proceſſus fuit rite agitatus, ſed ſententia fuit lata die feriata,
vel non in ſcriptis, vel parte non cita ta ad ſententiam au-
diendam, & tunc ſola ſententia vitiatur; reliquus autem ꝓ-
ceſſus remanet validus, idem ſi vitium concerneret ſenten-
tiam, & partem proceſſus tātum, quia tunc vitiaretur ſen-
tentia, & proceſſus in quo fuit commiſſus defectus, & non
reliquus proceſſus. de quo vide Barto. in l. ſi vt proponis. C.
quomodo, & quando iudex. & in l. ſi expreſſum. ff. de appel
la. & in l. conquerebatur. ff. de re iudi. de quo vide in c. in li-
teris. de officio delega. & in Specu. de ſen. prolatione. §. iuxta
proportionis. verſi. ſed ſi cauſa. vbi Spe. idem in effectu ſen-
tit. Sed quæro pro ītellectu literæ ibi, interim cognoſcatis,
10 quod illud verbum, † interim, ſignificat ſuſpenſionem alicu
ius articuli, vel rei. & Ioan. An. exponit tribus modis, & pri-
mo, quod cognoſcat de ſententia interim, ſcilicet penden-
te adminiſtratione illius, cui debet fieri adminiſtratio reſi-
gnatio ſubtractorum, prout habetur in c. dilecta. de reſcrip.
Secundo, vt exponatur interim. i. pendente appellatione,
quæ fuit interpoſita a ſententia præfatorum delegatorum.
Ex quo intellectu no. quod licet ſit appellatio interpoſita,
11 tamen ſi allegatur † nullitas ſententiæ prius cognoſcendum
eſt de nullitate, quam de appellatione, & ſic debet appella-
tio ſtare in pendenti, donec decidatur cauſa nullitatis, non
enim poteſt ſciri, an ſententia ſit reuocanda, tanquam ini-
qua, niſi prius cognoſcatur, an ſit valida, vel nulla, quia ſi
eſt nulla non debet reſcindi, tanquam iniqua, quia etiam ſi
eſſet iuſta propter nullitatem nō valeret ſententia, vel dic,
quod vbi allegatur nullitas propter defectum ordinis iudi-
ciarii non ſeruati, prius debet cognoſci de iſta nullitate, q̃
de iniquitate, quia de iſta poteſt facilius liquere, cum hæc
nullitas poſſit ex actis apponere, facit c. ſuborta. ſupra eod.
& ca. auditis. ſupra de pręſcrip. vbi papa mandat, quod prius
īſpiciātur priuilegia, quam cognoſcatur de articulo pręſcri
ptionis, per rationem prædictam, de qua tu dic, vt in c. dile-
cto. infra de appella. & per Bar. in l. ſi expreſſim. ff. de appel.
& in l. prima. C. quando prouo. non eſt neceſſ. Tertio expo
nitur, vt cognoſcatur interim de confirmatione electionis
prius quam cognoſcatur de exceptione excommunicatio-
nis, quæ opponebatur cōtra procuratorem domine G. quæ
erat colecta iſtius dominæ R. & dicit Ioan. Andr. quod hoc
fuit deciſum in princip. Et ex hoc intellectu not. quod vbi
nullitas poteſt expreſſe apparere prius de ipſa eſt cognoſcē
dum, quam de exceptione, quæ contra procuratorem op-
ponitur hoc regulariter, an omnia perſonæ ſint legitiman-
dæ, vt in l. ſi quæris. ff. de teſti. ſed hoc ideo eſt, quia iſta nulli-
tas facilius, apparere poterat. Quęrit autem, an illud, quod
12 † dicitur hic de excommunicatione habet locum in ſuſpen-
ſione maiore. & D. Abb. dicit, quod ſic allegat c. dilectus. de
conſue. & c. ſi celebrat. de cle. excommu. mini. In gl. prima.

iſtam glo.dec larabo in glo.pe.quia glo. ibi hoc repetit. In
glo.ſecunda.hæc glo.colligit.arg.quod literis epiſcopi credi
tur.ſed Innocen. colligit argumentum contrarium ex tex.
ſcilicet,quod literis epiſcopi non creditur,ad quid enim mā
daretur inquiri,ſi crederetur?Sed Ioan.And.dicit poſſe dici,
quod mandabatur inquiri non de excommunicatione de
qua conſtabat,ſed de publicatione, de qua non conſtabat.
ſed D.Abb.dicit poſſe dici,quod non conſtitit papæ de lite
ris allegatis,quia non fuerunt productæ coram papa , ideo
mandat inquiri, & iſte intellectus mihi placet , licet ponat
alium intellectum,ſcilicet,quod erant literæ teſtimoniales,
non autem promulgatoriæ,de quo ſe remittit ad cap. poſt
ceſſionem.de proba.In glo.iii.hæc exempla quæ ponit glo.
non conueniunt literæ excepto vltimo exemplo , ſcilicet,
quod non erat ſeruatus ordo iuris,nam ſecundum alia exē
pla electio eſſet nulla:vnde non conueniunt literæ quę mā
dat iterum de electione cognoſci:ſi enim cōſtitiſſet de nul-
litate electionis, vel propter indignitatem perſonæ electæ,
vel propter formam non ſeruatam , non debuiſſet iterum
cognoſci de electione,ſed debuiſſet caſſari, ſeu pronuncia-
ri nulla,& ideo nullum de exemplis gl.conuenit,niſi illud,
ſcilicet, quod dicebatur confirmationem non valere pro-
pter iudiciarium ordinem non ſeruatum : hoc enim exem-
plum conuenit literæ , in fi.inquantum mandat iterum de
electione cognoſci.Item aduerte,quia glo.quod in electio-
ne Abbatiſſæ debeat ſeruari forma.ca. quia propter. de ele.
nam hoc eſt correctum hodie,vt patet in ca. indemnitatib.
§.ut autem.de elect.in vi.In gl.pe. diuide ipſam in duas par-
tes,prout dupliciter opponit.ſecunda ibi,& eſt hic argumē
tum contra illa iura. In prima parte glo. hæc glo. in effe-
ctu vult,quod ſententia lata a iudice publice excommuni-
cato ſit ipſo iure nulla , & ſic, quod verbum caſſata, debet
exponi.i.caſſa,ſeu irrita nunciata,& idem tenet glo.in c. ſci
ſcitatus.de reſcri. & c.exceptionem. de exce. & idem voluit
hic Innocen.quia exponit tex.in verbo,infirmare.i.infirmā
13 nunciare.& ratio eſt,quia† iuriſdictio non cadit in iudicem
publice excommunicatum,vnde cum careat iuriſdictione
ſententia eſt nulla ipſo iure,& hoc probatur a cōtrario ſen
ſu in c.fi.de cle.excommu.min.& hoc, ſcilicet,quando ſen-
tentia ſit nulla communiter ſequuntur Docto. In ſecunda
parte gl.hic gl.reaſſumit argumentū,quem tetigit.In prima
glo.ſ.an communis opinio, faciat ſententiam , q̄ alias eſſet
nulla valere, & immiſcet alium articulum, ſ. quia non va-
leat ſententia aliorum delegatorum quare nō erant excō-
municati.& dicit,quod ſententia redditur nulla propter cō
nexitatem,quia plures delegati non habent iuriſdictionem
inſolidum,ſed pro parte,ideo ex defectu vnius vitiatur in to
tum:quicquid agunt omnes,facit c.vno delegatorum. de of
ficio delega.ſed glo.contra hoc opponit dicta l.prima.ff.qđ
fal.tu.aucto.& c.cum Vitonenſis.de elect.& non reſponet.
ſed D.Ab.reſpondet ,& primo ad illam l.j.dicens,quod plu
res tutores habent poteſtatem inſolidum , ideo ſi vnus eſt
falſus tutor non vitiatur præſtatio auctoritatis , quia quili-
bet ipſorum videtur iterponere auctoritatem meliori mo-
do quo poteſt.ideo verus tutor videtur interpoſuiſſe aucto
ritatem inſolidum, quia aliter præſtatio auctoritatis nō va
leret. & idem eſſet dicendum in pluribus iudicibus eſſe pu-
blice excommunicatis,vel aliter inhabilis, quia ex hoc nō
vitiaretur ſententia,ex quo alius potuiſſet ſolus iudicare cū
res ordinarii habeant iuriſdictionem,& eius exercitium in
ſolidum,vt no.glo.& Doc.in c.prudentiam. de officio dele.
Ad c.cum Vitonien.D.Abb.reſpondet, quod illi non erant
inhabiles quo ad ſe,ſed ſolum reſpectu ſociorum ad quorū
vtilitatem erant priuati poteſtate eligendi. & de hoc vide
glo.in dicto c.cum Vitonien.in verbo,admiſerant,quæ inci
pit,no.quod.& iſta eſt ratio,quare ibi valet electio:illi enim
qui erant habiles poterant eos habilitare,ideo admittendo
eos ad electionem faciendam videretur eos habilitaſſe , ſe-
cus eſt in excommunicatione, quia illi qui non ſunt excō-
municati non poſſunt excommunicatum habilitare , & ꝓ
14 pter hoc † electio facta admiſſis ſcienter excommunicatis
ad eligendum non valet,vt in c.illa.de elect.& ita eſt,quan-
do alter ex iudicibus delegatis eſt excommunicatus : nam
collega,ſeu collegæ non poſſunt eum habilitare ad ſenten-
tiam ferendam,ideo ſententia non valet.Item in fi. colligit
arg.quod vtile per inutile non vitiatur.dic,quod in caſu hu
ius capituli, ideo vtile per inutile vitiatur propter connexi-
tatem , quia vtile non poteſt ſeparari ab inutili,vbi autem
poſſet ſeparari,& diuidi vtile per inutile non vitiatur, vt in
regula vtile.lib.vi.Et de hac materia,ſcilicet,an , & quando
iudex ĩhabilis miſcetur cum habili valeat proceſſus, & ſen
tentia,dic vt plene habetur in c.cum ſuper. de officio dele.
Sed reſtat examinare,an geſta ab excommunicato,vel alio
15 †inhabili valeant quem articulum examinat.Calde.hic, &
Butri.& D.Abb.qui primo præmittit,quod ſunt quædam,q̄
etiam ſi fiant a publice excommunicato valent , & ponit
exemplum in contractibus,vel quaſi,nam contractus geſti
ab excommunicato valent,licet excommunicatus nō poſ-
ſit agere durāte excommunicatione,ſed abſolutionem po-
terit agere ex contractu celebrato tempore excommunica
tionis hoc tenent Doct.in c. veritatis. de dolo & contuma.
& in c.ſi vere.de ſen. excommu.& dicit D. Abb. quod hoc
aperte probatur in c.fœlicis.§.cum antē.& §.ſequen.de pœ.
in vi.quem tex.dicit D.Abb.eſſe menti tenendum.In quaſi
autem contractu geſto ab excommunicato D. Abb. dicit,
eſſe bo.tex.in c.pia.de excep.in vi.vbi patet, quod valet iudi
cium per excommunicatum antequam repellatur ab agen
16 do.In iudicio autē quaſi †contrahitur.l.iii.§.idem ſcribit,ff.
de pecul.& hoc tene Ioan.And.in dicto cap.pia.idem dicit
D.Abb.in teſtamento condito a publice examinato , nam
valet,& hoc tenuit diſputando Iaco.de Beluiſo.& Io.And.
in c.decernimus.de ſenten.excommuni.in vi. vbi in nouel-
la reuocat gl ſuam quæ ibi tenuit contrarium , & eandem
opi.ſcilicet,quod teſtamentum † factum a publice excom-
municato valeat,tenuit Bar.in l.ſiqueramus.ff.de teſtam.&
Bal.in l.prima.C.de ſacroſan. ecc.& Fe. Sen.de conſilio ſuo
lxxv.plene proſequitur,& iſtud probatur in c. excommuni
camus.§.credentes.infra de hæreti.& in auth. credentes. C.
eodem ti.vbi patet,quod eſt ſpeciale in hæretico , vt ſecuta
excommunicatione non poſſit teſtari, ſecus ergo in ſimpli
18 ce excōicato.Nunquid autem po ſſitpublice † excommu-
nicatus legare pro anima ſua,ita quod legata habeant pri
uilegia piæ cauſæ.& Bar.in d.l.j. C.de ſacroſa.ec.tenet,quod
non.ſed Bal.ibi tenuit contrarium,& hanc opi.ſequitur D.
Abb.facit quod no.glo. in c.tranſmiſſa.de deci.& xiiii.q.v.
in ſumma.& de hoc ſe remittit D.Abb.ad d.c.ii.de teſtamē.
& iſta opi.etiam mihi placet , quia negari non poteſt quin
ſit relictum pro anima: & per conſequens in pias cauſas,li-
cet relinquens ſit publice excommunicatus,ergo debet ha
bere priuilegium piæ cauſę, de quo in dicta l.prima. facit l
ſi quis Titio.ff.de lega. ſecundo. Quidam autem actus ſunt
19 †interdicti excommunicatis,vt eſt eligere,conferre ordines
vel beneficia,& ſimilia.& vide Ioan.And.in regula dolo fa
cit.in vi.vbi enumerat plures actus, quorum aliqui ſunt ꝑ-
miſſi,aliqui prohibiti publice excommunicatis,ſed tractan
dum eſt,niſi excommunicatus gerit aliquem actum ſibi ꝓ-
hibitum an actus valeat , & facias tres caſus principales in
man.Primus,quando non eſt opinio probabilis,quod quis
non ſit excommunicatus Secundus eſt, quando opinio eſt
probabilis ſed actus geſtus eſt officii priuati. Secundus ca-
ſus eſt,quando opinio eſt probabilis, & actus eſt geſtus ra-
tione publici officii. Venio ad primum, ſcilicet, quando
communis opinio non eſt probabilis:puta , quia ſententia
publice lata,& tunc talis opinio non iuuat,quia non eſt ꝓ-
20 babilis ignorantia†eorum quę publice fiunt,vt in c.primo.
de poſtu.præla.& xvi.diſtin.quod dicitis cum ſimilibus. ſed
But.dicit , quod hoc eſt verum , quando ſententia fuit lata
de proximo, ſecus ſi ita de longinquo, quod veriſimiliter
euanuit a memoria . Item dicit, quod ſi ſententia excom-
municationis eſſet lata,in loco remoto , ita quod non po-
tuiſſet tranſire in notitiam in eo loco , quo lara fuit : tunc
valet ſententia lata ab excommunicato,vel alius actus cele
bratus.& dicit D.Abb.hoc dictum eſſe no.& remittit ſe ad
c.ad noſtram.iii.de iureiuran.& allegat no.per Innocen.in
addi in c.inquiſitioni.de ſenten.excommu. Tu autem vide
ea quæ dixi in ca.teſtimonium.circa illum articulum, an ſi
notarius priuatur officio tabellionatus,& ĩ ali a ciuitate fa-
ciat inſtrumenta an valeant,& ibi adde hoc dictum. Ve-
nio ad ſecundum caſum, ſcilicet , quando communis opi-
nio eſt probabilis,& actus celebratus eſt ratione particula-
ris,ſeu priuati intereſſe,& in hoc caſu Ioan.Cal.dicit, quod
talis actus non valet:& ponit exemplum in excommunica
to impetrante reſcriptum,vel gratię, vel iuſtitiæ , vel in ex-
communicato eligente,non enim valet electio , vel impe-
tratio reſcripti,quamuis excommunicatio ſit oculta, & cō-
muni opinione reputetur non eſſe excommunicatus, hoc
tenet Ioan.And.& D. Dom.in ca.primo,de reſcrip.in vi.&
21 Innocen.in cap. cum dilectus.de conſue,vbi dicit,quod†in
his quæ non geruntur ratione publicę vtilitatis non eſt dif-
ferentia inter publice, & ocnlte excommunicatum,& per
hoc dicit , quod electio facta ab occulte ſuſpenſis, vel ab
oculte excommunicatis non valet , quia eligere inquantū
concernit ſingulos canonicos eſt officium priuatum , licet
ſit officium priuatum inquantum concernit totum capitu
lum,ſimul allegat D.Abb illud quod dicit Innocen.in ſimi
li de teſte.in c.nihil.in fi.de ele. vbi dicit, quod licet reddere
teſti-

teſtimonium ſit officium publicum, tamen teſtis non reddi
tur teſtimonium ratione publici officii, quod habeat, hoc
eſt dicere, quod licet teſtificari ſit officium publicum, tamē
ipſe teſtis non deponit teſtimonium, tanquam perſona pu
blica, ſed tanquam priuata, ſed tu aduerte, quia ſi D. Abb.
per hoc ſimile voluit ſentire, quod excommunicatio ocul-
ta vitiaret teſtimonium, in hoc non bene diceret, quia cō-
munis opinio, ita ſupplet defectum inhabilitatis in teſte ſi-
cut in alio gerente publicum officium, & de hoc eſt tex. in
l. prima. C. de teſta. & in §. ſed cum aliquis. Inſtit. de teſta. vn
de Bald. hic dicit, quod iſta diſtinctio, an ſit publice, vel non
publice toleratus, eſt facienda in iudice, & tabellione pro-
pter auctoritatem publici officii, & in teſte propter publi-
cam vtilitatem, & pro hoc facit, quia non poteſt negari,
quin ipſe actus teſtificandi ſit publicus, licet tanquam per-
ſona priuata deponat teſtimonium, non ſic in eligente, qa
tanquam perſona priuata eligit, & ipſe actus eligendi pro-
ut fit a ſingulari canonico, eſt actus priuatus, vnde hæc duo
nō ſunt omnino ſimilia. Sed circa iſtum ſecundum caſum
22 dubitatur, an † actus factus ratione priuati officii nomine al
terius ad commodum alterius valeat? & in hoc dic, quod ſi
is cuius noīe actus geſtus eſt ſciuit illū, qui geſſit excōicatū,
puta, quia ſciuit procuratorem, qui impetrauit reſcriptum
excommunicatum, & hoc caſu, ſecūdum omnes actus nō
valet, ſed ſi ignorabat ipſum eſſe excommunicatum, vel ip
ſe excommunicatus geſſit illum actum nomine alterius ſi
ne mandato, & in hoc caſu Io. Cal. dicit, quod ſi non agitur
de commodo, vel vtilitate ipſius excommunicati, ſed illius
cuius nomine actus eſt geſtus, qui in nulla culpa reperitur,
actus valet arg. c. ſi beneficia. de præben. in vi. & c. apoſtoli-
cæ. de cle. excommu. min. & hoc ſequitur hic. Butri. & idem
tenet Archi. poſt Hoſtien. in dicto c. primo. de reſcrip. in vi.
Idem ſequitur ibi D. Dom. ſed Ioan. Mona. & Ioan. Andr.
ibidem tenent contrarium, ſcilicet, quod actus nō teneat,
& idem tenet glo. ordi. ſecundum D. Abb. in c. poſt ceſſio-
nem. ſupra de probat. & dicit Ioan. And. quod quando ille
cuius nomine actus geritur fuit ignorans, debet agere ad in
tereſſe contra excommunicatum, qui non detexit defectū
ſuum. & iſta opin. plus placet D. Abb. quia ex quo non re-
cuſatur publica vtilitas, non debet fieri diſtinctio inter pu-
blice, & occulte excommunicatum, & allegat no. per Inn.
in c. conſideramus. de elect. facit ſecundum eum, quia ele-
23 ctio facta † a ſuſpenſis non valet, licet tractetur de commo
do electi, quia ignorauit vitium eligentium, & de commo-
do eccleſiæ, vt citius ſibi prouideatur de p̄lato, argumen. c.
ne pro defectu. de elect. ſatis eſt enim ſecundum eum, vt eli
gentes, ſeu actum explicantes ſint inhabiles, ad hoc vt act⁹
non valeat. idem tenet Ioan. And. & Bu. & D. Abb. in c. fin.
ſupra de procur. ſed Ioan. de Iſer. ibi dicit, quod dictum Io.
Andr. procedit, quando procurator ſciebat ſe eſſe excom-
municatum, ſed ſi probabiliter ignoraſſet ſe excommuni-
catum, vt quia ſententia eſſet lata contra abſentem, tunc
dicit valere reſcriptum, & ego iſtam opin. ſecutus fui ibi ſu-
per ſecunda parte primæ glo. pro qua allego bo. tex. in cap.
apoſtolicæ. de cle. excommun. min. vbi patet, quod quando
quis probabiliter ignorat ſe excommunicatum ignorantia
excuſat, & pro hoc ego dicerem, quod etiam ſi excommu-
nicatus gereret actum nomine proprio, quod actus valeat
ſi probabiliter ignorat ſe excommunicatum, quamquam
24 gerat actione priuati officii, quia talis † ignorantia habet
eum a damno excuſare, vt dicto c. apoſtolicæ. & optime fa
cit c. gratia. de reſcri. in vi. & ſic limitarem Docto. hic, & in
locis præal. dum dicunt, quod tolerantia non excuſat, quan
do actus geritur ratione priuati officii, quia licet non excu-
ſet tolerantia, excuſat tamen iuſta ignorantia, & vlterius
audeo dicere, quod licet excommunicatus ſciat ſe excom-
municatum, tamen ſi ille cuius nomine actus geritur igno-
rat probabiliter, & ipſe excommunicatus non eſt ſoluen-
do, quod tunc actus valeat, quia ceſſat ratio Ioan. An. dum
dicit, quod poteſt agere ad intereſſe, quia inanis eſt actio,
quam inopia debitoris excludit. l. nam is. ff. de dolo. & hoc
modo poteſt ſuſtinere opi. Ioan. Cal. optime facit quod no.
glo. infra ti. primo. ex ratione. & l. eleganter. §. pe. ff. de dolo.
Tertius caſus principalis eſt, quando actus qui geritur com
petit ratione publici officii, vel ratione publicæ vtilitatis, &
eſt communis opi. quod non ſit excommunicatus, & hoc
caſu dicit Ioan. Cal. quod valet actus, ſiue ſit actus tempora
lis, ſiue ſpiritualis, hoc probatur. iii. qō. vii. §. tria. ver. verum.
& in l. Barbarius. ff. de offic. præto. & in l. ſecunda. C. de ſen.
& in hoc c. a contrario ſenſu. nam hæc iura indiſtincte di-
25 cunt, quod † actus ratione publici officii a publice tolerato
valet. ſed hanc regulam limitat Ioan. Cald. duobus modis.
Prima limitatio eſt in ſententia excommunicationis, quæ
non tenet ſi eſt lata ab excommunicato quantumcunque
ſit oculta excommunicatio. & hoc tenet glo. xxiiii. qō. j. in
ſumma. no. in c. ii. ſupra de ordina. ab epiſcopo qui renunc.
epiſcopatui. & idem dicit Gaſ. Cald. forte eſſe dicendum in
abſolutione ab excommunicatione quæ fieret ab excom-
municato, quia eadem ratio debet eſſe in vtraque. de pœn.
diſt. prima. c. verbum. & iſtā opin. ſequitur Ioan. And. in ca.
pia. de excep. in vi, & eſt communis opi. vt dicit hic D. Abb.
Innocen. tamen in c. ſi vere. de ſenten. excommu. tenuit cō-
trarium, ſcilicet, quod ſententia excommunicationis lata
ab excommunicato tolerato valeat, quia dignitas non per
ſona hoc exercet. & D. Ab. hic licet non firmet pedes, dicit
opin. Innocen. eſſe valde æquam, & quod ſi quis vult eam
tenere poteſt dicere, quod ex quo iſti ſunt tolerati conferūt
26 executionem, † quia presbyteri ſolum dicant verba, & pro-
pter dignitatem ordinis Deus confert gratiam quantumcū
que illi ſint peccatores, vt patet j. q. j. prophetauit. & c. dedit.
& ca. multi. cum ſimilibus. & ad iura quæ innuunt contra-
rium dicit D. Abb. quod poteſt reſpondere, quod loquun-
tur in non toleratis. Bu. autem hic non reſidet cum opi. gl.
ſupradictæ, ſcilicet, quando ſententia excommunicationis
lata ab excommunicato oculto non valeat, & idem dicit
in c. ii. de ordi. ab epiſcopo qui renun. epiſcopa. & in c. ſciſci
tatus. ad fi. de reſcrip. ſed in c. cum dilectus. ad fi. de conſuet.
& in c. ſi vere. de ſenten. excommu. ſequitur opin. Innocen.
de quo plene per eum in c. conſultationibus, de iure patro.
& quamquam putem opin. Innocen. veriorem, tamen nec
in iudicando, nec in conſulendo recederem ab opin. illius
glo. ex quo communiter Docto. etiam ſequuntur. Secun-
da limitatio eſt, quando ille in cuius fauorem actus geritur
ſciret ipſum eſſe excommunicatum: tunc enim licet actus
27 propter communem opi. mero iure teneat, † iuſtum eſt, ꝙ
irritetur in odium voluntarie, ac ſcienter ſuſcipientis actū
a tali, vt puniatur in eo, in quo peccauit. j. q. j. ſi qui epiſcopi.
cum concor. & de cle. excommu. min. poſtulaſtis. cum ſimi
libus. & hoc ſequitur hic Bu. & Bald. idem dicit Ioan. And.
in cap. dilectus. ii. de præben. vbi dicit, quod non valet impe
tratio iudicis excommunicati licet oculti, ſi impetrans fuit
ſciens. & dicit D. Abb. quod hoc caſu ſcientia inficit actum
ipſo facto, quia impetrans iudicem impetrat pro priuato
intereſſe, nec impetrando exercet officium publicum, ſecus
ſi exerceret actus ratiōe publici officii, puta ſi iudex oculte
excommunicatus fert ſententia in fauorem illius qui ſcit
epiſcopum eſſe excommunicatum: nam hoc caſu valet
actus, licet veniat irritandus, & hoc caſu procedat opin Io.
Cal. & But. & pro hoc allegat Ioan. Cald. in prædicta diſpu
ta. vbi dicit, quod collatio beneficii facta per excommuni-
catum ocultum ei, qui ſciebat eum eſſe excommunicatū
tenet mero iure ratione publici officii conferentis, tamen
ille cui eſt facta collatio poterit priuari illo beneficio, vt pu
niatur in eo, in quo peccauit participauit enim cum perſo
na prohibita, & in actu prohibito, & hoc eſt magni effe-
ctus, quia ſi collatio mero iure tenet poteſt retinere benefi
cium cum bona conſcientia donec priuetur, ſecus ſi mero
iure non teneret iuxta no. per Innocen. in c. cum noſtris. de
conceſſio. præben. & in c. inter dilectos. de exceſ. præla. & D.
Abb. pro vltimo dicto Ioan. Cald. ſcilicet dum dicit, quod
peccat participans cum excommunicato oculto in actu ꝓ
hibito. allegat Innocen. c. primo. de ſcihſma. vbi notabiliter
dicit, quod quantumcunque excommunicatus toleretur,
dummodo probari poſſit, quod ſit excommunicatus, ſi vo
cat aliquem ad ordinem, vel ad aliqua ſacramenta poteſt
ei dici non recipiam hoc a te, quia es excommunicatus, vn
de tibi participandum non eſt, & ſi prælatus eum compel-
leret, hæc eſt legitima cauſa appellandi: ſecus dicit in aliis
defectibus, puta in irregularibus, infamibus, & ſimilibus,
quia contra eos ſubditos non poteſt excipere, quia ſufficit,
quod toleretur. viii. q. iiii. nonne. & aſſignat rationem diuer
ſitatis, quia excommunicato non poteſt communicari, ſed
bene aliis, idem tamen, quod in excommunicatis dicit in ſi
moniaco in ordine, & in notorio fornicatore, & hoc ea ra
28 tione, quia † ab eorum obedientia ſua auctoritate licet rece
dere. 32. di. §. verum. & dicit dominus Abb. hæc eſſe ſingula
rirer notanda. & remittit ad c. veſtra. de cohabitatione cle.
& mulierum, ſed tu vide quę dixi in c. cum non liceat. in pri
ma glo. ſupra de præſcrip. Et ex prædictis D. Abb. dicit eſſe
notandum, quod excommunicatus etiam ocultus eſt vitā-
dus, licet ſit proprius prælatus, de quo remittit ad cap. cum
non ab homine. in primo reſpon. de ſenten. excommun. &
tu vide c. ſi ſacerdos. & quod ibi dixi de officio ordin. & per
illud c. ego credo, quod ſi iudex citaſſet partem ad audien-
dam ſententiam, & plus ſi proceſſiſſet contra eam, vt quia
fuiſſet reus qui tenetur ſe defendere cum iudicium redda-
tur

tur in inuitum, vt in l.inter ſtipulantem.§.primo.ff. de verborum obli. quod tunc ſententia lata in eius fauorem valeat ſi non poterat probare eum excommunicatum, facit optime c.plerique.ii.qō. vii.& dictum Innocen.præal.dum vult, quod ſubditus teneatur recipere ordines a prælato excommunicato, ſi non poteſt probare excommunicationē, & hoc modo limitarem iſtam regulam limitationem Ioã. Cald. Quid autem ſi non † eſt verus prælatus, ſed intruſus an valeant geſta per eum, vide in c.nihil.de elec.& in c.literis. de reſtitu.ſpo.vbi etiam aliquid tangit, & per Barto.& alios ſcribentes in l.ſi vrbana.ff.de condi.indeb.& per dominum Abbatem in ca.grauis. de reſtitutione ſpoliatorum.& hæc ſufficiant.

## SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta aliis non nocet.*
2 *Probationes factæ contra vnum non præiudicant aliis.*
3 *Dicta teſtium inter alios recepta faciunt ſemiplenam probationem, ita quod iudex poteſt deferre iuramentum in ſupplementum.*
4 *Verba principaliter prolata plus probant, quam incidenter enunciata.*
5 *Sententia lata contra vnum conſtituit tertium in mala fide.*
6 *Sententia nunquid poſſit ipſi tertio.*
7 *Homicidium qui commiſit, an ſit puniendus ſi alter fuit pęna affectus cum propter vim tormentorum, vel propter falſos teſtes confeſſus fuit.*
8 *Sententia quando faciat tertio plenum præiudicium.*
9 *Sententia lata contra vnum, alteri prodeſt in cauſis connexis.*
10 *Sententia contra adulterum lata, adulter non præiudicat.*
11 *Inſtantia noua non eſt neceſſaria in notorio crimine.*
12 *Sententia lata ſuper iure iam translato, an alteri præiudicet cauſam habenti.*
13 *Sententia quæ nocet ordinanti, an ordinato noceat, & econuerſo.*
14 *Connexitas tanta non eſt inter pręſentantem, & pręſentatum, ſicut in eſt eligenter, & electum.*
15 *Connexitas quando detur reſpectu delicti eiuſdem.*
16 *Sententia condemnatoria, vel abſolutoria in delictis connexis nocet, & prodeſt quo ad præſumptionem.*
17 *Sententia pro veritate habetur.*
18 *Notarius non conuincitur de falſo, quia per ſententiam eius inſtrumentum eſt pronunciatum falſum.*
19 *Connexitas reſpectu eiuſdem principii, an alteri pręiudicet ſi pro altero ſententia lata, vel contra.*
20 *Sententia lata contra ſubditum, an ſuperiori præiudicet.*
21 *Sententia lata inter nobiles de iuriſdictione caſtri, non nocet vniuerſitati.*
22 *Sententia lata inter virum, & mulierem ſuper matrimonio, an noceat liberis.*
23 *Filii nati vel concepti ante ſententiam diuortii pro legitimis reputantur.*
24 *Matrimonii vſus exercetur etiam pendente lite ſuper ſtatu matrimoni libere, ex permiſſione eccleſiæ.*
25 *Querela inofficioſi agens, & ſuccumbens, legata ſibi in teſtamento relicta amittit fiſco ſuccedenti.*
26 *Sententia quando facit ius quo ad omnes.*
27 *Contradictor legitimus in iudicio dicitur, qui venit tanquam principalis.*
28 *Filius pronunciatus, facit ius quo ad omnes.*
29 *Sententia pronuncians quem vſurarium nō eſſe, non impedit quin alius ex alio contractu contra allegat.*
30 *Sententia declaratoria, quando faciat fidem quo ad omnes.*
31 *Sententia lata contra vnum obtinet quo ad omnes in aliquibus caſibus qui ex Bal.enumerantur.*
32 *Infamia aſſimilatur lepræ.*
33 *Deportatio eſt quædam mors.*
34 *Sententia excommunicationis priuat conſortio hominum.*
35 *Sententia declaratoria facit fidem quo ad omnes, quando agitur de intereſſe publico.*
36 *Sententia declaratoria, vel concernens ſtatum perſonæ, vt faciat fidem quo ad omnes quatuor requirit.*
37 *Deciſa incidenter non faciunt ius.*
38 *Indiuiduorum natura eſt, vt quis aliquando conſequatur per ſocium, quod per ſe conſequi non poſſet.*
39 *Fiſcus habens rem communem cum priuato ratione partis poteſt totã vendere.*
40 *Fiſcus donans, vel vendens rem ſtatim afficit emptorem vel donatariũ dominum.*
41 *Rei vendicatio requirit dominium ex parte agentis.*
42 *Verbum, experiri, ſumitur pro defendere, & agere.*
43 *Defendere aliquando accipitur pro agere.*
44 *Actio quando dicatur pertinere primo loco, & ſecundo loco.*
45 *Sententia lata quare præiudicat habenti principalem actionem, licet inter alios ſit acta.*
46 *Sententia lata contra debitorem, an præiudicet creditori.*
47 *Sententia lata contra creditorem, an præiudicet debitori.*
48 *Ignorans non videtur, nec conſentire, nec ſuo iuri velle præiudicare.*
49 *Maritus eſt dominus rei datæ in dotem.*
50 *Negocium eſſe inutiliter geſtum apparet ex eo, quia eſt agens victus.*
51 *Procurator in dubio præſumitur habere mandatum, ex quo dominus tacet, & non contradicit.*
52 *Sententia lata contra non dominum non nocet, licet fuerit auctor.*
53 *Auctorem, an ſufficiat ſciuiſſe litem motam, an requiratur, vt fiat denũciatio, vt ſententia lata ſibi præiudicet.*
54 *Sententia lata contra proprietarium, an præiudicet emphytheutę, vel vſufructuario.*
55 *Sententia lata contra vſufructuarium, an præiudicet domino.*
56 *Sententia lata contra vſufructuarium tantum contra naturalem poſſeſſionem, non autem contra ciuilem, quæ apud dominum eſt, proceſſit.*
57 *Sententia lata contra conductorem, an præiudicet locatori, & econuerſo.*
58 *Sententia lata contra iudicem, an præiudicet ei, pro quo lata fuit ſententia.*
59 *Sententia lata contra actorem, an præiudicat ei, qui habet cauſam ab eo.*
60 *Petitio reſtitutionis in integrum aduerſus actum, ex quo ad plures ius deſcendit, an ſi ſententia lata contra petitionem ſit aliis faciat præiudicium.*
61 *Proclama generale an ſufficiat pro particulari citatione.*
62 *Perſona certa debet citari, quando actio dirigitur contra certam perſonam.*
63 *Sententia ſemper præiudicat aſſiſtenti, vel citato cum de iure ſuo tractatur.*
64 *Actor pro cautela obſeruet ſemper facere citare tertium, vt etiam illi ſententia obſtet.*
65 *Taciturnitas quando noceat, vt quis dicatur pati alium agere, & ſic tacenti præiudicet.*
66 *Proteſtari non ſufficit in cauſa ingenuitatis ne fiat ſibi præiudicium, ſed debet aſſiſtere.*
67 *Cautela pro habente ius in re ſuper qua agitur eſt proteſtari, quod non intendit ſibi fieri præiudicium.*
68 *Sententia ſicut præiudicat ſcienti, & tacenti, an ſic etiam præiudicet confeſſio, tranſactio, iuramentum, & compromiſſum.*
69 *Confeſſio auctoris non præiudicat ſingulo ſucceſſori poſt ius translatum.*
70 *Contumacia non nocet tertio ſcienti litem eſſe motam.*
71 *Confeſſio cedentis, an pręiudicet ceſſionario.*
72 *Confeſſio patris, an pręiudicet filio quo ad legitimam, ſi confeſſio abſorbeat totum patrimonium.*
73 *Filius cenſetur quaſi creditor patris in legitima.*
74 *Alienatio patris titulo non lucratiuo, an præiudicet filio.*

## CAP. XXV.

QVamuis. Hæc decre.eſt famoſa, & habet
ſubtilem, & longam materiam
quam proſequar clarius quã potero, & Io. An.
non ſummat hanc decre.ſed eam diuidit, dicẽs,
quod ponit regulam, & duos caſus exceptos. & primus caſus exceptus ponitur in ver.ei tamen. Secundus vero in ver.
1 ac illi.ſed D.Abb.hic ſummat, res † inter alios acta aliis non
nocet, Fallit in eo, qui paſſus eſt illum litigare cui ſecundo
loco competebat actio, vel defenſio, vel a quo cauſam habuit. No.prima regulam, quod res inter alios acta, aliis nõ
præiudicat: & idem dicas in probationibus, quia probatio-
2 nes factæ † contra vnum non præiudicant aliis.& de hoc eſt
tex.in c.inter dilectos.ver.nec atteſtationes.ſupra de fide inſtrumen.no.Innocen.in c.cauſam quæ.de teſti.& Bart. in l. ſæpe.in fi.ff.eodem.& in l.ſi mater.in fi.vbi eſt bon.tex.ff.de excep.rei iudi.& idem in confeſſione, quia non pręiudicat confitenti, niſi reſpectu illius ad cuius inſtantiam ſeruit facta confeſſio, & eſt tex.no.in l.fin.ff.de interroga.actio.vide tamen quod no.Innocen.in ca. qualiter, & quando ii.infra de accu.& per D.Abb.in c.atſi clerici.de iudi.& in c.fi.de cõfeſ.Limita tamen iſtam regulam, quia debet intelligi, quando res inter alios acta, aliis non præiudicet, quo ad plenum præiudicium, ſed reſpectu ſemiplene probationis bene prodeſt, & nocet, vt eſt tex.& glo.& Barto.in l.ſi duo patroni.ff. de iureiuran.vbi tamen Bar.non dicit, quod ſententia quo ad tertium non faciat ſemiplenam probationem, ſed ſolũ dicit, quod inducit præſumptionem, quantam autem pręſumptionem inducat, ſe remittit ad l. admonendi. eodem ti.ff.vbi in xii.col.ver.quid ſi dictam teſtium.dicit, quod di-
3 cta teſtium inter alios recepta, & ſententia inter alios lata
faciunt

faciunt ſemiplenam probationem , ita quod iudex poteſt
deferre iuramentum in ſupplementum probationis, idem
tenuit Lappus allegatione ſua liii.vbi expreſſe dicit ſenten
tiam inter alios latam inducere ſemiplenam probationē,
ita vt iudex poſſit deferre iuramentum in ſupplementum
probationis.idem dicit hic But.in iii.colum.ver. item ſi pro
regula.ſed D. Abb.hic in prima colum dicit hoc eſſe relin-
quendum arbitrio iudicis, qui hoc arbitrabitur,ſecundum
quod ſentētia tangit ius abſentis hoc eſt dicere,quod ſi ſen
tentia ſpecialiter tangit,ſeu declarat ius iſtius abſentis indu
cet ſemiplenam probationem,ſecus ſi incidenter in ſenten
tia enuncietur aliquid tangens ius iſtius abſentis,quia tunc
non faciet ſemiplenam probationem : plus enim probant
4 verba†principaliter prolata,quam incidenter enunciata.l.
ex hac ſcriptura.ff.de dona.cum ſimilibus.& ſic puto,quod
Do.Abba.voluerit dicere,quod ſi ſententia tangat ius tertii
principaliter faciat ſemiplenam probationem,ſecus ſi ī cō
ſcientiam,ſeu incidenter.Dicit vlterius But.quod ſententia
5 lata†contra vnum conſtituit tacitum in mala fide.Allegat
Archi.in c.j.in verſi.habetur.de præſcrip.in vi.Exemplum ſi
ſcio,quod res quam poſſideo fuit alteri adiudicata per ſen-
tentiam,nam talis ſententia conſtituit me in mala fide, ni-
ſi ex aliqua cauſa probabili putaſſem ſententiam illam eſ-
ſe iuſtam. Dicit vlterius, quod ſententia lata contra vnum
inducit infamiam contra tertium, ita vt ei poſſit indici pur
gatio, vt in ca.dilectus.ii.iunctaglo.de ſimo.& in c.ſignifica
ſti.de adulte.& ibi etiam patet, quod confeſſio vnius nocet
tertio quo ad præſumptionem, licet non noceat quo ad ꝓ
bationem plenam,de quo vide bon.tex.cum glo.ii.qō.v.in
terrogatum. Præiudicat etiam ſententia tertio quo a d effe-
ctum transferendę poſſeſſionis,quia ſi non appellat a ſentē
tia lata contra principalem ſententia mittetur executioni,
& transferetur poſſeſſio in eum qui obtinuit ſententiam:il-
los ergo effectus operatur ſententia lata contra litigantem
6 quo ad tertium. Nunquid autem ſententia proſit † ipſi ter
tio,& dicendum eſt, quod prodeſt ſibi quo ad ſemiplenam
probationem, ſicut etiam nocet , & hoc etiam declarant
exempla quæ ſupra poſui, plene autem ſententia lata con-
tra vnum non prodeſt tertio,ſicut non nocet,& hoc proba
tur in l.res inter alios acta.C.quibus res iudi.non nocet.vbi
dicitur, quod res inter alios acta non prodeſt,neque nocet,
& hoc facit ad quęſtionem . Quidam fuit accuſatus, & vi
tormentorum confeſſus fuit ſe commiſiſſe homicidium,
vel fuit per falſos teſtes conuictus, propter quod fuit deca-
pitatus,poſtea repertum fuit,quod non ipſe,ſed Semproniꝰ
commiſerat illud homicidium,vnde quęrebatur,an poſſet
7 †Sempronius decapitari, ex quo alius ſuſtinuerat pęnam
illius delicti,& determinatum fuit, quod non obſtante, ꝙ
alius fuerit punitus, nihilominus deberet decapitari,quia
res inter alios acta,neque prodeſt,neque nocet, & hoc fir-
mat Bal.in l.res iudicata.C.quibus res iudi.non nocet.facit
quod no.Cyn.in l.prima.C.qui accuſa.non poſ.& hoc dicit
D.Abb.eſſe notandum.Secundo no. quod vbi actio,vel de
fenſio principaliter pertinet ad aliquem,ſi permittat ſequē
tem agere ſententia facit ſibi plenum præiudicium,& iſtud
declarabitur cum glo.Tertio no.quod vbi quis patitur illū
a quo habuit cauſam agere etiam ſi ad ipſum non perti-
8 neat principaliter actio vel defenſio†ſententia facit ſibi ple
num præiudicium,& hoc modo debet intelligi, vt iſte ſecū
dus caſus exceptus differat a primo caſu excepto. licet But.
dicat,quod in effectu hic non excipitur, niſi vnus caſus, &
quod primus caſus exceptus eſt,ratio ſecundi, quia non ad
auctorem,ſed ad ſucceſſorem,primo loco ſpectat actio,vel
defenſio.ſed D.Abb.hic in quarta colum.hoc reprehendit,
& bene dicit enim,quod ſi teneremus intellectum Butrig.
papa inepte excepiſſet duos caſus, & ponit exemplum,in-
quo actio,vel defenſio ſpectat primo loco ad actorem , &
nihilominus ſententia præiudicat ſucceſſori , ſeu habenti
ab eo cauſam:nam actio,& defenſio ſuper dominio rei pi-
gnoratę principaliter pertinet ad debitorem,& non ad cre
ditorem,& tamen ſententia lata contra debitorem præiudi
cat creditori ſcienti. ratio eſt , quia creditor habet cauſam
pignoris a debitore,& de hoc infra latius dicetur.In glo. vt
ſequar ordinem glo.prout actenus feci.licet D.Abb.eius or
dinem peruertat,prout fecit etiam in aliis pluribus locis gl.
diuido, nam ponit regulam quæ habetur in tex. & ſeptem
caſus exceptos deinde glo.examinat caſus,qui comprehen-
duntur in tex.& in l.ſępe.ff.eod. vnde ſecunda pars ponitur
in ver.item fallit in caſibus hic comprehenſis.In prima par
te glo. quo ad regulam poſitam in tex.dicit, vt dixi in pri-
mo notabili. Primus autem caſus exceptus per ipſam eſt,
9 quando cauſę †ſunt connexe,quo caſu ſententia lata con
tra vnum prodeſt alteri,vt in c.tantis.Daniel.81.diſtin.& iii.

q.vi.hac quippe.in quibus etiam glo. tangunt. & in hoc In
nocen.& Doct.multa dicunt.ſed D. Abb.diſtinguit.Ex qua
diſtinctione facias quinque caſus.Primus eſt, quādo agitur
ad pœnam,puta ſi ordinator,vel collator, vel eligens , vel
præſentans ſunt puniti ex eo,quia ordinauit, vel contulit,
vel elegit,vel præſentauit perſonam indignam,an talis ſen
tentia lata ſuper pœna præiudicet ipſi ordinario,vel cui eſt
facta collatio beneficii,vel electo,ſeu præſentato , & com-
muniter hic Docto.concludunt , quod non, quia reſpectu
pœnæ eſt inter eos connexitas,ſed ſolum reſpectu iuris trāſ
lati,& ad hoc facit,l.denunciaſſet.ff.de adulte.& ii.q.v.inter
rogatum.& de adul.ſignificaſti.vbi patet,quod ſententia la
10 ta contra†adulteram non præiudicat adultero,quod intel-
ligas,niſi quo ad qualem præſumptionem,vt dixi in primo
notabili. Data autem notorietate delicti, vt quia delictum
contra vtrunque eſſet notorium poteſt iudex ex officio pu
nire ſocium criminis,vt in c.tantis Daniel.81.di. & in dicto
c.hoc quippe.iii.q.vi. Dicit tamen D.Ab.quod debet incho
ari noua inſtantia contra ſocium, nec poſſet ſecundum
eum ſequi ſententia contra ſocium ſuper antiqua inſtātia,
niſi papa eam ferret.allegat no.per Ioan.Andr.in c.manda-
11 tum.de reſcrip.ſed ego non credo,quod noua†inſtantia ſit
neceſſaria in crimine notorio,ſed ſufficiat ſola ſententia ſe
cundum ea,quæ dixi in c.ad noſtram.iii.ſupra de iureiuran.
& in c.cum olim.ſupra eodem. Nec obſtat dictum Io. An.
in d.c. mandatum quia loquitur, quando quis petit benefi-
cium,& reus confitet ſe non habere ius in beneficio,actor
tamen nihil probat,quo caſu dicit Ioan. And.quod res de-
bet abſolui a petitione actoris,ar.c.olim.de reſcrip.demum
in alio iudicio debet priuari beneficio, quia delictum pro-
batur ex confeſſione ſua:non enim Io.And.debet intelligi,
quod requiratur noua inſtantia,vel nouus proceſſus , ſolū
enim aſſignabitur terminus infra quem alleget , quicquid
voluerit contra confeſſionem, vel enim corrigendo,vel in-
terpretando,iuxta ea,quæ habentur in c.Romana.§. ſinau-
tem.de appella.in vi.& in c.cum dilectus.de accuſ. vbi autē
eſſet notorium facti, & certum eſſet nullam defenſionem
competere aduerſario, reo poſſet ferre ſententiam abſque
aliqua citatione, ita quod non requiritur aliqua inſtantia,
ſeu proceſſus,ſed ſola ſententia, vt in d.c. cum olim.vt dixi
& in d.c.ad noſtram.ſupra de iureiuran.Secundus caſus eſt,
12 quando agitur † contra alterum ſuper iure iam tranſlato,
vel ſuper inhabilitate conferendi,vel ordinādi, ſeu inſtituē
di,vel præſentandi,puta ſi dicitur collatorem non habuiſſe
iuriſdictionem conferendi, vel ordinandi , ſeu inſtituendi,
vel præſentandi,puta ſi dicitur collatorem non habuiſſe iu
riſdictionem conferēdi,vel ordinandi, vel præſentandi,ſeu
inſtituēdi, vel,fuiſſe habilem ad illa exercenda,& tunc ſen
tentia lata contra ordinatorem, vel contra eligentem , vel
contra præſentantem præiudicat ipſi ordinato , ſeu electo
præſentato,ſeu inſtituto ſcienti,& patienti. ratio eſt,quia ſen
tentia fuit lata contra actorem ſuum in illo iure, quod ha-
bet ab eo.Ideo per connexitatem,& communitatem iuris,
& cauſæ videtur egiſſe cum voluntate alterius,vt probatur
hic in ſecundo caſu excepto, in tex.vbi probatur,quod ſen-
tentia lata contra eum,a quo quis habet cauſam ſibi pręiu
dicat,& idem dicendum eſt econuerſo: puta ſi ſententia ſit
lata contra ordinatum inſtitutum &c. præiudicat ipſi ordi-
natori,vel inſtituenti ſcienti cauſam agi,& patienti,& hoc
probatur in ſimili in l.ſæpe. ver.nam & ſi libertus.ff.eo.vbi
patet,quod ſententia lata contra libertum ſciente domino,
& patiente ſibi præiudicat in ſuo iure patronatus, quia ma
numittendo ſeruum videtur ſibi dediſſe poteſtatem litigā-
di ſuper ipſo iure patronatus,vt ibi no.Bar.& dixi ſupra eo
dem.cum ſuper.ita in propoſito ordinando,ſeu præſentan
do, vel eligendo alium videtur ſibi dediſſe poteſtatem liti-
gandi ſuper illo iure.& dicit D.Abb.quod hoc forte voluit
tex.in c.cum olim.de cauſa poſ. & proprie.vbi papa in fine
reſeruauit,dumtaxat ius litigandi ſuper proprietate. Sed tu
dic,quod ille tex.multum facit in contrarium, in fine. nam
quæſtio fuit agitata inter archidiaconum cui facta fuit col
latio per ipſum Vincentinum , & inter canonicos eccleſia
Vincentina , & ibi lata fuit ſententia in poſſeſſorio pro ar-
chidiacono,cui facta fuit collatio per epiſcopū, & ibi text.
reſeruat capitulo eccleſiæ Vicentinæ poteſtatem agendi
ſuper proprietate contra epiſcopum,& mouetur per ratio
nem regulę generalis,quia res inter alios acta aliis non prę
iudicat,& ſic vult inferre, quod proceſſus agitatus cum eo
cui facta fuit collatio non præiudicat collatori quo ad ꝓ-
prietatem,quaſi collator non videatur conceſſiſſe poteſta-
tem litigandi, niſi ſuper poſſeſſione iuris conferendi , quia
ab ea dependet validitas collationis, vnde ille text. videtur
multum reſtringere illud quod dicunt hic Docto. qui indi-
ſtincte

ſtincte dicunt, quod ſententia lata ſuper iure conferendi nocet illi qui habet cauſam,& econuerſo, ſi ſcit, & tacet, niſi dicas, quod ideo tex.reſeruat quæſtionnem proprietatis,quia epiſcopus ignorabat partes litigaſſe ſuper proprietate iuris conferendi,ſed credebat fuiſſe litigatum ſolum ſuper poſſeſſione iuris conferendi, ideo Papa vtitur illis verbis res inter alios acta. De intellectu tamen illius tex.dic,
13 vt ibi.& ex prædictis infertur,quod ſicut† lata ſententia cõtra ordinantem, quod non ſit epiſcopus, nec habitus pro epiſcopo,vel quod ſit ſimoniacus, vel hæreticus, vel ſchiſmaticus talis ſententia præiudicat ordinato ſcienti, & idem econuerſo.ſi eſſet lata contra ordinatum, quod non habeat executionem ordinis propter cauſas prædictas, ſententia præiudicabit ordinatori ſcienti. Si vero ſententia eſſet lata contra eligentem ſuper inhabilitate eligendi: puta,quia fuiſſet excommunicatus, vel ſuſpenſus rempore electionis talis ſententia præiudicaret electo ſcienti. Sed ſi eſſet lata ſuper defectu iuris eligendi, tam reſpectu proprietatis,quam poſſeſſionis ſententia præiudicaret electo,ſecus ſi ſententia eſſet lata tantum ſuper proprietate iuris eligẽdi, quia tunc non faceret præiudicium electo, quia poteſt valere electio propter poſſeſſionem iuris eligendi vt in capitulo conſultationibus.de iure patrona.& in capitulo quę relam.de electionibus.& hoc tenet hic poſt Innocentium, Butri. in fine quintæ columnæ. in ſexto caſu,qui etiam dicit,quod ſi eſſet lata ſententia contra eligentes ſuper nullitate electionis propter defectum formæ non ſeruatæ talis ſententia præiudicat ipſi electo ſcienti,ſecus ſi eſſet actum ad aliam pœnam,dicit tamen, quod ſi eſſet caſſata electio propter indignitatem perſonæ electæ,quod licet immediate ſententia non præiudicat ipſi electo tamen, quia opinio eligendi in nullo debet vacillare,præiudicat in aliis electionibus propter qualem qualem præſumptionem ſurgentẽ ex ſententia,vt in capitulo omnipotens.de accuſationibus. Item dicit, quod ſi feratur ſententia ſuper iure confirmationis,vt quia ſuperior noluerit confirmare electionem, talis ſententia non præiudicat eligentibus,& ſcientibus,quia electus non habet cauſam ab eligentibus ſuper iure confirmationis. Dicunt vlterius, quod ſententia lata contra præſentantem non præiudicat præſentato, maxime ſi præſentans eſt laicus,quia præſentatus non poteſt deducere in iudicium præſentãtem,& ſic actio, vel defenſio non pertinet ad eum,nec principaliter,nec ſecũdario,& dicit, quod hoc tenet glo.in dicto capitulo hoc quippe. tertia quæſtio.
14 ſexta.quæ dicit,quod quia non datur tanta† connexitas inter præſentantem,& pręſentatum, ſicut eligentem, & electum ſententia lata contra præſentantem non pręiudicat præſentato. & dicit Butri. quod hæc opinio forte eſt vera. Sed tu dic,quod gloſ. in dicto capitulo hoc quippe.ſe non firmat,quia poſtea dicit,quod ſententia nunquam præiudicat,niſi præſenti in iudicio,& ſic recedit a prima opi. Item inquantum dicit Butri. quod præſentatus a laico non poteſt proſequi ſuam præſentationem male dicit, quia loquitur contra tex.in capitulo cum Bertoldus. ſupra eodem. & contra glo.tertia.ibi,& contra gl. in capitulo cum dilectus. de officio deleg. & dixi in dicto capitulo cum Bertoldus. ſuper glo.præal.Item præſentatus habet cauſam a pręſentante: ergo ſententia lata contra præſentantem debet nocere præſentato, vt patet hic in ſecundo caſu excepto. vnde dominus Abb.hic dicit, quod ſententia lata contra præſentãtem nocet præſentato,& econuerſo,& hoc eſt verius. Ter
15 tius caſus eſt, quando † datur connexitas reſpectu eiuſdem delicti, vt quia delictum neceſſario requirat in eius perpetratione interuenire plures perſonas:exemplum in adulterio.& de hoc eſt caſus notabilis in l.denunciaſſe.§.quæritur. ff.de adulte.vbi clare probatur, quod ſi ſententia eſt condemnatoria non pręiudicat alteri,ſed ſi eſt abſolutoria bene prodeſt alteri,vt ibi dicatur. Sed Barto. ibi dicit,quod eſt ſpeciale in eo caſu,vt ſententia abſolutoria proſit ſocio criminis extra illum caſum,nec abſolutoria prodeſt, nec condemnatoria nocet, quod intelligas quantum ad plenum iudicium, ſed quantum ad præſumptionem prodeſt abſolutoria,& nocet condemnatoria,vt dixi in primo notabi-
16 li. Et ex hoc no.quod in delictis connexis ſententia† condemnatoria non nocet ſcienti, niſi quo ad præſumptionẽ, fallit in caſu in quo abſolutoria plene prodeſt: nam ſi adulter eſt abſolutus de adulterio, ſententia illa prodeſt mulieri, cum qua dicebatur commiſiſſe adulterium, ita quod amplius de adulterio accuſare non poterit: vnde ibi eſt caſus ſpecialis in quo ſententia abſolutoria in delicto connexo prodeſt illi, qui dicitur ſocius criminis. vide tamen gl.ſecunda, quęſtione quinta.c. interrogatum. quæ ſentit, quod non ſit ſpeciale in muliere,ſed quod etiam procedat in alio,ſed ex hoc infertur, quod ſi producens falſos teſtes eſt de falſo condemnatus de falſo illa ſententia non nocet teſtibus, niſi quo ad præſumptionem: & eodem modo ſi notarius eſt condemnatus,quod ſcripſit falſum inſtrumentum illa ſententia non nocet parti producenti illud inſtrumentum.& de hoc vide Bar.in l.Lucius.ff.de his qui notantur infamia.& in l.ſi vteris.C.de fide inſtrumentorum.& in dicta l.denunciaſſe.§.quæritur.ff.de adulteriis.idem not. Innocen.in capi.cauſam. qui filii ſint legitimi.& Archidia.in cap.hoc quippe.tertia quæſtione vii.facit optime quod no. glo.in cap.dilectus.ii.in glo.tertia.infra de ſimonia.& iſtam opi.ſequuntur etiam hic Butri.& dominus Abb. Dicit d.tamen Butri. quod pars contra quam eſt lata ſententia non poterit amplius allegare inſtrumentum quod eſt pronunciatum falſum,fore verum contra aliquem: ratio eſt, quia
17 ſententia facit ius,& habetur† pro veritate quo ad eum cõtra quem eſt lata,vt in l.res iudicata.ff.de reg.iuris.& ſupra eodem.cum inter.in fine.& vide Ioan.And.in Specu.de inſtrumen.edi.§.inſtrumentum.in fine quintæ columnæ. ver. ſed pone tabellio confecit inſtrumentum teſtamenti. vbi ponit quæſtionem de arbitrio aſſumpto ſuper hæreditate diuidenda inter cohæredes qui in ſententia ita pronunciauit. Pronunciamus,& declaramus hæreditatem diuidendam tali modo non obſtante tali inſtrumento, quod pronunciamus,& reputamus falſum. & Ioan. Andre ibi dicit,
18 quod per illam ſententiam † notarius non conuincitur de falſo, etiam ſi ſcripſiſſet inſtrumentum eſt pronunciatum falſum.& Butri.hic in vltima columna.dicit,quod licet Io. Andre. loquitur in ſententia lata ab arbitrio,tamen rationes ſuæ: concludunt etiam ſi ſententia ſit lata a iudice, & hanc opin.ſequitur,mouetur, quia delictum committitur æquæ principaliter per vtrũque,ſcilicet, & per partem quæ facit ſcribere inſtrumentum falſum, & per ipſum notarium, & quia notarius non dicitur aſſiſtere in lite dato, quod ſcribat inſtrumentum ſententia,quia officium eſt neceſſarium,& ſic non obſtat l.penultima.ff.de inofficioſo teſtamen. & quod dicitur ſupra eodem.cum ſuper.vbi notatum fuit, quod ſententia præiudicat aſſiſtenti in lite, nam notarius qui ſcribit ſententiam non dicitur aſſiſtere in lite, quia tenetur ſententiam ſcribere,maxime ſi principio conſenſit ſcribere proceſſum cauſæ.iuxta ca. quoniam contra. ſupra de probationibus. Quartus caſus eſt,quando datur
19 connexitas reſpectu eiuſdem principii:puta duo fratres nati ex eadem patre,& ex eadem matre contraxerunt matrimonium cum duabus ſororibus,ſimiliter natis ex eodem patre,& ex eadem matre,& deinde lata fuit ſententia contra alterum ex ipſis matrimoniis propter impedimentum conſanguinitatis nunquid ſñia præiudicabit alteri matrimonio, hoc eſt illi qui cõtraxit cum ſorore eiuſdem,& dicendum eſt, ꝙ non per regulam hic poſitam in princ.c.nã actio,& defenſio principaliter pertinet ad vtrunq; reſpectu matrimonii per ſe ꝗcti:nec vnum matrimonium hẽt cãm ab altero.& hoc tenet gl.fi.in fi.in c.dilecto.de pręb. & Spe. in ti.de ſen.prola.§.nunc de effectu.ver.ſed pone. & Bu. hic & D. Abb. qui dicit, ꝙ ratio efficax eſt,quia alter potuiſſet obtinuiſſet diſpenſationem,ad hoc de conſan.& affin.c.ꝗa circa. Item quia poſſet aliter reprobare teſtes qui depoſuerunt de impedimento matrimonii,vel forte fuit colluſum in prima cã,vel ſecundus eſt magis diligens,quam primus.

Quintus caſus eſt, qñ datur connexitas in eodem iure reſpectu ſuperioritatis,& ſubiectionis,hoc eſt dicere,an ſñia
20 †lata ꝯ ſubditum pręiudicet ſuperiori,vel ecõuerſo,& hoc caſu Bu.hic in xii.col.in iii.caſu principali dicit, ꝙ aut quæritur,an ſñia lata ꝯ libertum pręiudicet patrono, & dicendum, ꝙ ſic,vt in l.ſępe.ff.de re iud. Aut quæritur,an ſñia lata contra ſubditum præiudicet ſuperiori, vel econuerſo ſupra,& ibi hoc tenet Inno.ratio diuerſitatis eſt,quia libertus habet cauſam,ſ.libertatem a patrono,ſed ſubditus non habet aliquid a ſuo ſuperiore, quia ab eo nõ habet aliud, niſi quod eſt ſubiectus.idem tenuit dominus Abb. in dicto c.cum ſuper vbi plenius dixi.& hic D.Ab.allegat Bald. in l. ii.C.de libe.cau.vbi dicit, quod ſi eſt contentio inter duos
21 nobiles de iuriſdictione alicuius caſtri,quod ſententia† lata inter eos non pręiudicat hominibus caſtri, quia ſententia lata inter alios &c.nec ſufficit ſecũdum eum,quod vniuerſitas ſciuerit cauſam agi, quia cum non poſſit prohibere cauſam agi inter litigantes ei non nocet taciturnitas. vnde conſuluit, quod citetur vniuerſitas. Dicit tamen quod non putat expedire, quod detur libellus contra vniuerſitatem,quia venit acceſſorie, ſeu implicite, & pro primo dicto,ſcilicet, quod ſententia nõ nocet hominibus caſtri,optime facit tex.in c.fina.cum ibi no. de maioritate, & obedien.& in cap.expoſuit.de dilatio. & dixi poſt Innocen.

centium.in cap.auditis.de præſcriptioni.& in c.cum ſuper.
ſupra eodem. vbi hoc dictum adde. Sed circa prędicta
22 Butri.mouet vnum dubium, ſ. an ſententia † lata contra
virum, & mulierem ſuper matrimonio noceat filiis ſi non
fuerunt in iudicio.& Butri.diſtinguit,quod aut fuit lata fi-
liis ſcientibus, & eis pręiudicat,allegat l. prima. in fine. ff.
ad Carbon.& l.ait prætor.§.ſed ſi de conditione. ff. de iure-
iurando. Aut eis ignorantibus, & tunc non præiudicat.
Nec obſtat ſecundum eum,quod ſententia lata contra de-
functum præiudicet hæredi,quia filius non eſt hæres patris
ĩ filiatione,ſeu in legitimitate,ſed illam habet a natura,ſed
ipſemet Butri.in cap.cauſam.qui filii ſint legitimi. indiſtin-
cte tenet,quod talis ſententia non nocet filiis.& dominus
Abb.ampliat terminos huius quæſtionis,& dicit, quod aut
quæritur, an ſententia lata contra parentes ſuper defectu
matrimonii obſtat filiis ſuper legitimitate. Aut quæritur,
an ſententia lata ſuper conditione matris, puta ſi per ſen-
tentiam pronuncietur eſſe ſerua obſtat filiis,ſcilicet, vt te-
neantur ſequi conditionem matris,iuxta l. partum ancillę.
C.de rei vendicatione. In primo caſu,ſcilicet.quando fer
tur ſententia defectu matrimonii.dicit dominus Abb.deci-
di in capitulo cum inter. qui filii ſint legitimi.vbi patet,ꝙ
23 omnes filii † nedum nati,ſed etiam concepti ante ſententiã
diuortii ſunt habendi pro legitimis, & tanquam legitimi
ſuccedunt in hæreditate paterna,ſeu materna, vnde etiam
ſi eſſent concepti poſt litem conteſta.dummodo ante ſen-
tentiam reperiantur concepti reputantur pro legitimis.

In ſecundo autem caſu,ſcilicet,quando per ſententiam
mater declarata eſt eſſe ſerua dicendum eſt,quod ſi ſunt na
ti poſt litis conteſta.ſequuntur conditionem matris, & ſic
obſtat eis ſententia lata contra matrem,quia cenſentur eſ-
ſe pars viſcerum matris,ex quo erãt in vtero poſt litem cõ
teſtatam,ſed in natis ante litem conteſtatam,non obſtat ta
lis ſententia quantumcunque ſciuerit cauſam agi contra
matrem, ſed oportet eos vocari in iudicium ſuo nomine,
vt probatur in l.fina.C.de libera.cauſa.vbi probatur iſta di
ſtinctio. Et ex hoc patet, quod eſt differentia, an pro-
nuncietur ſuper defectu matrimonii,an vero ſuper ſeruitu
te matris,quia in primo caſu omnes concepti ante ſenten
tiam, etiam ſi ſint concepti poſt litis conteſtationem ſunt
legitimi. In ſecundo vero caſu nati poſt litem conteſta-
tam, ſequuntur conditionem matris: & ratio differentię
eſt, quia maior fauor debetur matrimonio, adeo, quod
etiam pendente lite ſuper ſtatu matrimonii libere exerce-
24 tur vſus matrimonii † ex permiſſione eccleſiæ,vt in cap. lau
dabilem.vt lite penden.ideo ſatis eſt, quod fuerunt conce-
pti tempore tolerantiæ, quod dicit dominus Abb.eſſe no-
tandum. Et ex his eſt expeditus primus caſus exceptus per
glo. ſ.an ratione connexitatis ſententia lata contra vnum
præiudicet alteri. Venio nunc ad ſecundum caſum exce
ptum.& glo.excipit querelam inofficioſi teſtamenti, vt in
l.Papinianus.§.meminiſſe.ff. de inofficio.teſtamen. vbi pa-
25 tet,quod ſi quis ſuccubuit in † querela inofficioſi teſtamen
ti perdit legatum ſibi factum in teſtamento, & applicatur
fiſco, & ſic ſententia prodeſt fiſco, licet non fuerit in iudi-
cio.& ratio eſt ſecundum D. Abb. quia ſententia declarat
ipſum eſſe indignum legato, merito fiſcus illud eidem au-
ferre,tanquam ab indigno: talis enim effectus neceſſario
reſultat ex illa ſentẽtia,ſecus ſi ſententia poſſet reſtringi ad
certum effectum.Et ex his ſum expeditus de ſecundo caſu.

Venio nunc ad tertium caſum in quo glo. ponit caſum
in ſententia lata in cauſa libertatis, nam ſi aliquis per ſen-
tentiam pronunciatur eſſe ingenuus,iſta ſententia facit ius
quo ad omnes.l.ingenuum.ff.de ſtatu hominum.& in hoc
26 caſu concludendo dic, † quod aut in iudicio nõ interuenit
legitimus contradictor,& tunc talis ſententia non facit ius
quo ad omnes,vt in l.cum non iuſto.ff.de colluſio.detegẽ.
& ibi glo. declarat,quis dicatur legitimus contradictor,nã
ille dicitur legitimus contradictor,cuius principaliter inter
eſt.Dicit autem Butri.in penultima columna.in quinto ca
27 ſu principali,quod ad hoc,vt dicatur † legitimus contradi-
ctor ſufficit,quod veniat tanquam principaliter eius inter
ſit,licet in veritate non interſit, allegat l. poſthumus.§.pri-
mo.ff.de inofficioſo teſtamen.quod no. Aut interuenit le
gitimus contradictor,puta dominus,vel patronus, & tunc
aut ſententia declarat ipſum eſſe ingenuum, aut declarat
ipſum non eſſe libertum, vel ſeruum agentis. In primo
caſu dicit Bar.in dicta l.ingenuum.quod ſententia facit ius
quo ad omnes, niſi detegatur colluſio, vt in l.ſecunda.C.
de colluſio.detegen. In ſecundo autem caſu,ſcilicet,quã
do iudex pronunciauit ipſum non eſſe libertum,vel ſeruũ
petentis,& tunc ſententia non facit ius, niſi quo ad eum
contra quem eſt lata, vt in l.diui fratres.§.primo.ff. de libe.
cauſa,vbi etiam vide bon.tex.prope fi.an quis poſſit petere
ſe pronunciari ingenuum non apparente contradictore,
de quo vide per Innocen.in c.cauſam.infra qui fi.ſint legi.
& diſtinctionem ſupradictam ponit Barto.in dicta l. inge-
nuum.ff.de ſtatu hominum,& D.Abb. licet Innocen. in d.
cap.cauſam.aliter diſtinguat de quo ibi dixi. Et ex his ſum
expeditus de tertio caſu excepto per glo. Venio ad quar
tum, ſcilicet in cauſa filiationis in qua ſententia facit ius
28 quo ad omnes, nam ſi aliquis pronunciatur filius † debet
haberi pro tali quo ad omnes,l.prima.in fine.& l.ſecunda,
& tertia.in princip.ff.de libe.agnoſcen ſed in hoc Buti.hic
in quarto caſu principali,& dominus Abb.diſtinguunt, ꝙ
aut ſententia eſt lata ſuper filiatione cum patre, & tunc
præiudicat,& facit fidem quo ad omnes agnatos,& cogna
tos trahentes ius agnationis, ſeu cognationis,ex illo com-
muni parente,& hoc caſu loquuntur leges allegatæ per gl.
ſed quo ad actus publicos facit fidem quo ad omnes: ſiue
enim talis ſententia lata cum legitimo contradictore, ex
quo lata fuit cum patre,cuius principaliter intereſt:aliis ve
ro qui non ſunt de cognatione non præiudicat talis ſentẽ-
tia quo ad eorum priuatum intereſſe,quia quo ad illos pa
ter non erat legitimus contradictor,quia illa qualitas decla
rata concernit certum genus perſonarum, ſcilicet illos de
illa cogatione,ideo dumtaxat ad illos debet reſtringi Aut
ſententia fuit lata inter pares i.inter conſanguineos,exem
plum petiit ſucceſſionem hæreditatis, tanquam frater, &
conſanguineus,& pro eo fuit lata ſententia, & tũc illa ſen-
tentia non facit fidem quo ad alios, quia reſpectu ipſorũ
actuum fuit de ſpeciali intereſſe,ideo ſententia non exten-
ditur ad alios effectus,ar.regulæ hic poſitæ in text. & in di-
cta l.ſæpe.ff.eodem.& hoc tenuit Iaco.de Are.& Cyn.in di
cta l.ingenuum.& Bal.in l.res inter alios.C.quibus res iudi.
non nocet.& Butr.& dominus Abb.hic,de quo etiam per
Innocen.in dicto c.cauſam.qui fi.ſint legi. vbi dixi. Et ex
infertur ad deciſionem alterius quęſtionis,ſcilicet an iſta di
ſtinctio procedat in cauſa legitimationis,& Innocen.in di-
cto c.cauſam.refert duas opi. Prima eſt, quod ſententia fa
cit fidem ſolum quo ad illos inter quos eſt pronunciatum,
vnde reſpectu vnius poteſt iudicari legitimus, & reſpectu
alterius cum quo poſtea agitur poteſt iudicari illegitimus,
& vtraque ſententia valet. Secunda eſt opin. quod talis
ſententia valeat quo ad omnes.ſed Bu.hic concordando di
cit,quod aut agitur reſpectu iuris publici, ita quod ſenten-
tia non eſt reſtricta ad certas perſonas, & tunc facit fidem
quo ad omnes.quia nõ poteſt eſſe quo ad vnum legitimus.
& hoc modo procedit ſecunda opin.Innoc. Aut agitur ad
priuatum intereſſe.& tunc dicit,quod procedit prima opi.
Innocen.& Primum dictum But. placet domino Abb. ſed
ſecundum dictum dicit eſſe intelligendum,quod ſententia
fuit lata cum alio,quam cum patre,ſecus ſi fuiſſet lata cum
patre,quia tunc faceret fidem quo ad omnes qui eſſent de
eadem cognatione,vt ſupra dictum eſt de filiatione, quia
eſt eadem ratio.& dicit dominus Ab.quod hoc voluit Bal.
in dicta l.res inter alios.C.qui.res iud.non no.& idem dicit
eadem ratione in ſententia lata ſuper patria poteſtate. Et
ſubdit,quod idem debet dici, quando ſententia fuit decla-
ratoria reſpectu rei, ut quia pronunciatum fuit inſtrumen
tum falſum:nam illa ſententia facit fidem quo ad omnes,
quia illa contra quem eſt lata ſententia declaratoria ſuper
falſitate inſtrumenti non poterit amplius allegare illud in
ſtrumentum eſſe verum, etiam ſi litiget cum alia perſona.
& hoc etiam tenet hic Butri.in decima columna. in ſecun
do caſu principali,de quo per Innocen. & Docto. in capit.
cauſam.infra qui fi.ſint legitimi.Bu.no. hic in vltima colũ.
allegat Lapp.allegatione ſua liii. vbi dicit, quod ſi quis per
29 † ſententiam eſt pronunciatus non eſſe vſurarius illa ſentẽ
tia prodeſt ſibi contra omnes volentes excipere contra ip
ſum repetentem vſuras,quod non poteſt eas repetere cum
ſit vſurarius,iuxta cap.fruſtra. infra de vſur. Dicit tamen,
quod talis ſententia non præiudicat volentibus agere ra-
tione intereſſe priuati, quia intereſſe priuatum non reſpi-
cit vniuerſaliter omnes, ſicut intereſſe publicum. Pone
exemplum,iſte talis declaratur non eſſe vſurarius agit con
tra aliquem ex contractu:nam non obſtante tali ſententia
poterit excepi, quod contractus ex quo agit eſt vſurarius,
ſeu in fraudem vſurarum celebratus. Item talis ſententia
non obſtabit repetenti ab eo vſuras, quia quando agitur,
vel excipitur ratione priuati intereſſe, ſententia lata con-
tra alium, licet ſit declaratoria reſtringitur ad perſonam
contra quam eſt lata, nec ad alias perſonas extenditur,vt
30 in regula poſita in tex. Et ex hoc not. quod † ſententia
declaratoria facit fidem quo ad omnes, quando agitur
de intereſſe publico,ſecus quando agitur de intereſſe priua
to.

to.Bal.autem in l.res inter alios acta.C.quibus res iud.non
31 nocet. ponit plures caſus, in quibus† ſententia lata con-
tra vnum obſtat quo ad omnes, & aliquos caſus vtilio-
res inutilibus dimiſſis referam, licet dominus Abbas re-
ferat omnes caſus quos ponit Bald. in loco præallega. Et
primus caſus eſt in ſententia, quæ irrogat infamiam, quia
32 eſt quaſi quædam†lepra, & ſequitur leproſum quocunque
vadat.l.ex ea.C.de poſtulã. & prima, q. prima.cito turpem.
facit cap.teſtimonium.ſupra de teſti.vbi patet, quod conui-
ctus de crimine in alio iudicio repellitur a teſtimonio, idẽ
probatur in cap.ſuper eo. a contrario ſenſu. eodem titulo.
& vtrobique dixi. Secundus eſt in ſententia deportatio-
33 nis, quia eſt quædam†mors.l.prima.in fine.ff.de contratab.
ſed tu dic, quod ratio eſt, quia ſententia afficit perſonam.

Tertius caſus eſt in ſententia exilii, ſiue banni, quia res
publica ſe non diuidit.l.amiſſione.§.qui deficiunt.ff.de cap.
dimi. Sed tu dic, quod etiam in iſto caſu ratio eſt, quia
iſta ſententia afficit perſonam: & per conſequens præiudi-
34 cat quo ad omnes. Quartus caſus eſt in†ſententia execu
tionis, quæ priuat conſortio hominum, ſicut fetidum cada
uer, vt in cap.tuæ.xi.quæſt.iii.& in cap.primo, de treuga, &
pace.& in cap.ad reprimendam.de officio ordina. in quib.
patet, quod excommunicatus in vno loco eſt vitandus.
idem dicendum eſt de interdicto, quia interdictus in vno
loco vbique eſt interdictus, vt in cap.ſi ſententia. de ſenten.
excommuni.in vi.ſed tu dic, quod etiam in hoc caſu ratio
eſt, quia ſententia excommunicationis, vel interdicti affi-
cit perſonam, & eam ponit extra eccleſiam, & priuat eam
ſacramentis eccleſiæ, & communione fidelium, ſed hoc vl
timum congruit ſolum excommunicato. Quintus caſus
eſt, quando actio eſt popularis, & ratio eſt, quia non poteſt
ferri ſententia, niſi ſemel.l.iii.ff.de præuarica.iuſtum caſum
etiam excipit hic Butri.de quo vide bona glo.in capi. cum
dilecti.in glo.penul.de electione. Sextus caſus eſt, quando
ſententia fertur ſuper ætate, l.de ætate.ff.de minori.Si enim
quis eſt declaratus eſſe certæ ætatis, illa ſententia faciet fidẽ
quo ad omnes, quod ille ſit illius ætatis.Ego tamen hoc in-
telligerem.licet Do.Abb.tranſeat cum Bald.prout dictum
fuit de alia ſententia declaratoria, ſcilicet quatenus agitur
de intereſſe publico: puta, vt admittatur ad honores, & ad
officia publica, tanquam habeat ætatem declaratam per
ſententiam, ſecus puto ſi ageretur de intereſſe priuato, qa
tunc illa ſententia non noceret aliis, vt ſuperius dixi, in ſen
tentia declaratoria. Septimus caſus eſt, quando tractatur
de conditione perſonæ: puta, ſi quis pronunciatur clericus,
vel laicus, vel iſtius originis, vel illius: nam iſta ſententia ꝓ-
babit quo ad omnes illum eſſe clericum, vel laicum, vel eſ
ſe illius originis, de qua fuit pronunciatus per ſententiam,
l.quotiens.C.de decur.lib.x. & cum hoc dicto Bald. tranſit
hic D.Abb. Sed ego dicerem, vt dixi in caſu præcedenti,
quod facit fidem quo ad omnes, quatenus agitur de inte-
reſſe publico, ſed nõ quatenus agitur de intereſſe priuato,
quia negari non poteſt iſtam ſententiam eſſe declaratoriã.
ſicut quando quis declaratur legitimus, vel ingenuus. niſi
forte talis ſententia eſſet lata cum legitimo contradictore
ſcientibus illis, de quorum præiudicio agitur, ſicut dixi, quã
do aliquis pronunciatur eſſe filius, vel legitimus, vel inge-
nuus.Sed circa prædicta Bal.in loco præallega. mouet quæ
ſtionem, niſi pronunciatur aliquem eſſe vaſallum, reſpectu
talis feudi dicatur eſſe quæſtio de ſtatu perſonæ, & dicit, ꝙ
non: quia iſte ſtatus a perſona poteſt remoueri, cum poteſt
deſinere eſſe vaſallus, & ſic nõ habet infallibilem cauſam.
Et idem dicit ſi feratur ſententia, quod quis haberet domi-
cilium in certo loco, quia etiam iſte ſtatus eſt mutabilis,
quia quis poteſt mutare domicilium. Dicit tamen, quod
ſi ſententia declaret aliquem eſſe aſcriptitium, vel cẽſitum
iſta ſententia faceret ius quo ad omnes, quia iſte eſt pro-
prie ſtatus perſonarum immutabilis.l.quemadmodum.C.
de agric.& cenſi. lib. xi. nam iſte ſtatus eſt differens ab alio
ſtatu, & habet quandam ſpeciem ſeruitutis, licet non ſint
ſerui.vt not.tex.Inſtitu. de iure perſonarum. poſt princip.

Sed iſtos ſeptem caſus potes reducere ad quatuor regu-
35 las.Prima ſit regula, vbi† ſententia eſt declaratoria facit fi-
dem quo ad omnes, quatenus agitur de intereſſe publico,
ſecus quando agitur de intereſſe priuato, niſi ſententia eſ-
ſet lata cum legitimo contradictore, puta cum eo, cuius
principaliter intereſſet, ſicut dicitur de ſententia lata cõtra
hæredem, quæ præiudicat legatariis, vt in l. Papinianus.§.
meminiſſe.ff.de inofficioſo teſtamen.ſecus ſi eſſet lata con
tra legatarium, quia non præiudicat hæredi, nec aliis legata
riis, vt in l.prima.ff.de excep.rei iudica.& ratio eſt, quia lega
tarius non eſt legitimus contradictor, quia eius principali-
ter non intereſt, ſed hæredis. Secunda regula eſt, vbi agi-
tur de ſtatu perſonæ: puta, quis ſit filius, vel legitimus, vel in
genuus, vel clericus, vel laicus, vel originarius talis ciuitatis
talis ſententia facit fidem quo ad omnes, quatenus agitur
de intereſſe publico, ſed non quatenus agitur de intereſſe
priuato, niſi talis ſententia fuerit lata cum legitimo contra
dictore. Tertia regula eſt, vbi ſententia afficit perſonam,
vt quia quis ſit excommunicatus, vel interdictus, vel con-
demnatus de crimine, vel poſitus in exilium, vel deporta-
tus, & in ſimilibus, vbi ſententia afficit ꝑſonam talis ſentẽ-
tia præiudicat quo ad omnes. Quarta regula, vbi cuilibet
de populo conceditur facultas agendi, & ſic actio eſt popu
laris ſententia lata contra vnum, vel pro vno facit fidem
quo ad omnes, niſi in duobus caſibus quos ponit gloſſ. in
cap.cum dilecti.ſupra de elect.facit cap.de his.de accuſatio
nib.cum ibi not.per glo.& Docto. Butr.autem hic dicit,
36 quod quatuor ſunt neceſſaria ad hoc, quod † ſententia de-
claratoria, vel cõcernens ſtatum perſonæ faciat fidem quo
ad omnes.Primo enim requiritur, quod ſit lata cum legiti
mo contradictore, ſecus ſi contradictor ſit non legitimus,
vt in l.prima.& in l.patronum. ff. ſi quis ingen.eſſe dicatur.

Secundo requiritur, quod ſit lata ſcientibus illis de quo-
rum priuato præiudicio agitur, ſecus ſi fuiſſent ignorantes,
quia tunc poſſent contradicere, & fortius ſi ſunt abſentes,
vt no.Innocen.in cap.cum ſuper.ſupra eodem.in ſua gloſ.
prima.in fi.ver.immo dicamus.& dicit Butri. hoc eſſe verũ
inquantum proſequitur intereſſe priuatum, ſecus ſi proſe-
quatur intereſſe publicum, quia tunc propter abſentiam,
vel ignorantiam ſententia non minus præiudicaret, alleg.
no.in dicto cap.de his.de accuſa.& l.ſi cui.§. idem crimini-
bus.de accuſatio. Tertio requiritur, quod non interuene
rit aliqua colluſio, vt in l.iii.ff.de præua.& in c.primo.infra
de colluſio.detegenda. Quarto requiritur, quod ſenten-
tia feratur declaratoria.i.quod declaret qualitatem adeſſe:
puta, quod quis ſit ingenuus, vel legitimus, vt in l.ingenuũ.
ff.de ſtatu hominum, ſecus ſi qualitas ſit aſtricta ad certam
perſonam: puta, quia ſit pronunciatum eum non eſſe liber
tum petentis, l.diui fratres.§.primo.ff.de libera.cauſa.& no.
Barto.in dicta l.ingenuum. Adde quintum neceſſarium,
quia requiritur, quod ſit lata contra præſentem, & cauſam
defendentem, ſecus ſi eſſet lata contra abſentem, quia vide
retur potius lata ex contumacia, quã quod habuiſſet malã
cauſam, & ideo aliis non nocet.l.qui repudiantis.§.cum cõ
tra.ff.de inoffic.teſtamen.hoc tamen intelligas. Niſi fuiſſet
contumax poſt cauſam liquidatam, tunc enim cenſeretur
ſuccubuiſſe propter malam cauſam, & non propter contu
maciam, & ſic ſententia noceret aliis, ac ſi ſemper fuiſſet
præſens, & cauſam defendiſſet, vt dicit Barto.in l. ſi ſupera-
tus.ff.de pignoribus.& idem ſentit in l.præſes.C.eodem titu
lo.& ſequitur hic dominus Abb.facit l.quamuis.C.de adul
teriis. Sexto requiritur, quod cauſa agatur principaliter
37 propter ſe, ſecus ſi incidenter, quia illa quæ†incidenter de-
ciduntur non faciunt ius.l.iudex.ff. de his, qui ſunt ſui, vel
alien.iur.& hæc duo vltra Butriga.ponit Bald. in l. res inter
alios acta.C.quibus res iudic.non no.& dominus Abb.hic.

Et ex his plene declaratus eſt quartus caſus exceptus per
glo. Venio nunc ad quintum caſum, ſcilicet, quando res
eſt indiuiſibilis.allegat glo.l.loci.§.ſi fundus.ff.ſi ſeruitus vẽ
dicetur. vbi patet, quod ſententia lata pro vno, vel contra
vnum ex dominis inſolidum nocet, & prodeſt alteri in re
indiuiſibili, puta in ſeruitute. allegat dominus Abb. quod
not. in ſimili in cauſa appellationis in capitu. vna. infra
de appellationibns. Sed But.hic ĩ ante penultima colum
na, ſeu parum ante in quarto caſu principali. dicit hoc eſſe
verum, quando libellus, & ſententia ſic formatur, quod
concluditur defectus iuris quo ad omnes: puta dicitur ſer-
uitus deberi communi fundo, & cum vno pronunciatur
ſeruitutem illi fundo nullatenus eſſe debitam: hoc enim
modo concluditur defectus iuris quo ad omnes. facit ſe-
cundum eum, l.fina.C.de duobus reis.Et ex hoc ſum expe-
ditus de quinto caſu. Venio nunc ad ſextum, ſcilicet
quando quis habet rem communem cum pupillo, vt ſer-
uitus debetur communi fundo: licet enim non vtatur ſer-
uitute non curret contra eum præſcriptio, ex perſona pu-
pilli, ſicut enim contra pupillum non currit præſcriptio,
vt in l. fina. C. in quibus cauſis in itegrũ reſtitutio non eſt
neceſ.& in l.ſicut. C. de præſcriptione triginta annorum.
ita nec curret contra maiorem habentem fundum com-
munem cum pupillo, & ſic res inter alios acta prodeſt al-
teri, quia priuilegium conceſſum pupillo extenditur ad
alium, ſed dominus Abbas dicit, quod dictum glo.proce-
dit ratione indiuiſibilitatis, vnde hic eſt idem caſus cum
præcedenti, & hoc modo loquitur, l.ſi communem.ff. quẽ
38 admodum ſer. amit. In indiuiduis enim quis†conſequitur

per ſocium,quod non poteſt conſequi per ſe, argumen.in
capitu.ſacris.de ſepulturis,& quod notatur xxiij. quæſt.iiij.
quam magnum.ſecus ſi præiudicium maioris eſſet ſepara-
bile a præiudicio minoris,allegat notata in capitulo, cum
ueniſſent,in fine,de inſtitutio.Sed tu uide notata per Ioan
nem And.in cap.uno.de iurepat.in 6.& quæ dixi in c.illud.
ſuper iij.gl.ſupra, de pręſcrip.in illo articulo.an priuatus ha
bēs rem communem cum eccleſia gaudeat in pręſcriptio-
ne priuilegio eccleſiæ. Septimus caſus exceptus per gloſſ.
eſt in habente rem communem cum fiſco. C.de commu-
39 nium rerum aliena.vbi habetur, quod ſi fiſcus† habet rem
communem cum priuato poteſt ratione partis vendere to-
tam rem,nec poteſt priuatus reuocare venditionem ratio-
ne partis quæ ad ipſum pertinebat, licet poſſit partem præ-
ced. petere a fiſco,& ſic nocet res inter alios acta, & hoc ꝓ-
cedit ex priuilegio ſpeciali conceſſo fiſco, & idem proba-
tur in l.prima. C. de vendi rerum priua.cum fiſco commu.
libro decimo. ſecus eſſet in priuato habente rem commu-
nem cum alio, quia licet poſſit vendere partem ſuam pro
indiuiſo,non tamē per hoc poteſt præiudicare ſocio in par-
te ſua,vt in l.prima. C.communi diuidundo. & per locum
a ſpeciali. dicit dominus Abb. eſſe ſingulariter notandum.
quod vbi fiſcus non habet cōmunionem in re priuati non
poteſt illam vendere.& dicit,quod ita ſingulariter not. glo.
in dicta l.prima,& ſecunda.C.de vendi.rerum priua. cum fi
ſco.co.Ex quo infert,quod lex bene a Zenone.C.de quadri.
præſcrip.vbi habetur,quod fiſcus,ſeu Imperator vendit,vel
donat rem priuati,quod ille cui eſt facta venditio,vel dona
40 tio ſtatim† efficitur dominus, ſed poteſt agere ad precium,
vſque ad quadriennium.de quo vide ſimilem.tex.Inſtit. de
vſuca.§.fina.nam illa iura loquuntur,quando fiſcus,ſeu im
perator credit rem eſſe ſuam ratione poſſeſſionis quam ha
habet. Secundus,ſi ſciret rem eſſe alienam,quia tunc non
deberet eam vendere,vel donare,ſeu aliter alienare, & di-
cit hoc eſſe notandum,quia multi errant in intellectu. d.l.
bene a Zenone. pro hoc facit, quia Imperator non poteſt
auferre dominium ſine magna cauſa.l.ſi fundus.ff.de euic.
& in l.item ſi verberatum.ff.ad l.Aqui.not.Bart.& Docto.
in l.fin.C.ſi contra ius,vel vti.publ.& Innocen.& Doct. in
c.quæ in eccleſiarum.de conſtitut. Et ex his ſum expeditus
de prima parte glo. In ſecunda parte glo. hic glo.dicit, ꝙ
regula quæ habetur in tex.ſcilicet, quod res inter alios iu-
dicata aliis non nocet,fallit in caſibus hic contentis,in qui
bus ſententia lata contra vnum, præiudicat alteri, & hoc
eſt quando actio, vel defenſio primo loco pertinet ad ali-
quem,& ipſe ſcienter patitur ſequentem experiri de re illa,
verbi gratia,debitor eſt paſſus creditorem experiri de pro-
prietate rei datæ in pingnus, & ſuccubuit, nā debitori ob-
ſtat exceptio rei iudicatæ, & idem econuerſo ſi creditor pa
tiatur debitorem experiri de proprietate rei ſibi pignora-
tę.Secundo, ponit exemplum in marito patiente ſocerum,
vel vxorem experiri de proprietate rei in dotem acceptæ.

Tertio, ponit exemplum in emptore patiente vendito-
rem experiri de proprietate rei venditæ a quo habuit cau-
ſam. Quartum eſt exemplum in emphyteuta patiente ꝓ-
prietarium experiri de proprietat e rei conceſſæ in emphy-
teuſim,& dicit quod hæc exempla probantur in l.ſępe.ff.e.
ex qua ſumpta eſt hæc Decr. Dicit tamen,quod ſecundum
Piſanam literam, hoc eſt dicere, quod ſecundum literam
quæ habetur in Pandectis,qui ſunt originales libri iuris ci-
uilis ſcripti ſub Iuſtiniano Imperatore,qui olim erāt Piſis,
nunc autem ſunt Florentiæ, habetur in d.l.ſæpe. ſi debitor
paſſus fuit creditorem experiri de proprietate pignoris &c.
& dicit,ꝙ ſi litera habet verbū debitor,nullum obſtat con
trarium,ſed ſi habet verbum creditor, tunc obſtat l.ſi ſupe
ratus,ff.de pign.& l.pręſes.C.eo.tit. Sed gl.reſpondet,quod
illæ leges debent intelligi quando debitor fuit ſuperatus
ignorante creditore,& ſic vult glo.ꝙ ſententia lata contra
creditorem ſciente debitore ipſi pręiudicet,& econuerſo.

Deinde glo.opponit contra ſupradicta inquantum dixit,
ꝙ ſententia lata contra creditorem nocet debitori, vel ꝙ
ſententia lata contra vxorem,vel ſocerum nocet marito,
vel ꝙ ſententia lata contra venditorem nocet emptori, nā
creditor non eſt dominus rei pignoratæ, ſed ipſe debitor,
qui pignorauit.Item vxor, vel ſocer nō ſunt domini rei do
talis,ſed maritus.l.doce ancillam.C.de rei vendi. Item ven-
ditor non eſt dominus rei venditæ,ſed emptor,in quē tran-
ſiuit dominium per traditionem,vt in §. per traditionem,
Inſtitu.de rerum diuiſ.& in l.traditionibus. C. de pactis.
Cum ergo tales non ſint domini,non poſſunt agere rei vē
41 dicatione,quia rei vendicatio requirit dominium,† ex par-
te agentis,& poſſeſſionem ex parte conuenti.l.in rem,ff.de
rei vendic.& in l.vnica.C.de alien.iudi.mut.cauſa fac.Si er-
go non poſſunt agere rei vendicatione,nō valet proceſſus,
& ſententia eſt nulla,ergo non debet præiudicare debitori,
vel marito, vel emptori.Gl.ſoluit hoc ꝯrium duobus mo-
42 dis, primo, quod hoc verbum † experiri,accipitur pro de-
fendere.concordat ſupra de iudi.capitu.primo.ſic econuer
ſo verbum,defendere, interdum accipitur pro agere, vt in
l.prima.C.de teſti.& in l.penult.de alien.iudi. mut. cauſa fa.
Sed iſta ſolutio contrą iſtum tex.quia iſte tex.dicit, quod ſi
ille ad quem principaliter pertinet actio, vel defenſio pati
tur ſequentem agere ſententia ſibi præiudicat, hoc etiam
eſt contra d.l.ſæpe.in verſicu. cur autem. vbi patet, ꝙ ſiue
patiatur ſequentem agere,ſiue conueniri ſententia ſibi pręe
iudicat.vnde gl.forte ſentiens hoc contrarium,putat ſecun
dam ſolutionem,ſcilicet, quod verbum experiri, ſtet pro-
prie,nec obſtat,quod non poſſit agere,quia ex quo illa,cu-
ius prīcipaliter intererat, prohibere potuit,quominus age-
rent,videtur iudicatum de voluntate ſua, dicit tamen glo.
poteſt indiſtincte ſtare proprie in perſonam debitoris,quia
debitor habet rei vendicatione. Creditor vero hypotheca
riam. & glo. voluit intelligere, quod creditor debet agere
hypothecaria,& ſi tunc reus contra quem agit,negat rem
fuiſſe debitoris,qui eam pignorauit, & ſimiliter iudex pro-
nunciauerit abſoluendo reum,quia res erat ſua, & non il-
lius qui eam pignorauit,talis ſententia nocet debitori ſciē-
ti,& hoc voluit dicere glo.dum dixit, quod creditor poteſt
agere hypothecaria,quaſi velit dicere, quod ſi agendo hy-
pothecaria aſſumpſit diſputationem ſuper dominio debi-
toris,& ſuccumbit ſententia noceat debitori ſcienti.

Et nota ex glo.quod verbum experiri, aliquando accipi
tur pro agere, aliquando pro defendere. ſed proprie lo-
quendo accipitur pro agere, quod nota pro interpretatio-
ne ſtatutorum,quia ſtatuta debent proprie & ſtricte intelli
gi,vt in capitulo,in noſtra, de iureiurando. & in l.iij.§.hæc
uerba. ff.de negociis geſtis. cum ſimilibus. Item nota ex
43 glo. quod † aliquando defendere accipitur pro agere, licet
improprie,de quo eſt etiam text.8.diſtinctione. cap.primo.
iuncta prima glo.In eadem glo.in fine,ibi arg.quod res iu-
dicata aliis noceat.glo.opponit de cap.ueniens,ſupra de te-
ſtibus.vbi patet,quod tertius poteſt comparere pro ſuo in-
tereſſe,ne iudicium inter alios agitatum ſibi noceat,quod
facit contra regulam poſitam in textu. Sed reſponde,
quod res inter alios iudicata aliis non nocet, quod ad ple-
num præiudicium.ſed bene quo ad præſumptionem, vt di
xi in primo notabili. vnde ne iſta præſumptio noceat, po
teſt tertius comparere pro ſuo intereſſe, vt dicto capitulo,
veniens,& etiam appellare a ſententia lata contra litigan
tem, vt in capitulo, cum ſuper,ſupra eodem,& in l.a ſen-
tentia. ff. de appellationibus. Et ex his habes gloſſam de-
claratam,quæ in hac ſecunda parte aliquantum eſt obſcu
ra. Vnde quæro pro declaratione quando dicatur ad ali-
44 quem primo loco pertinere † actio, vel defenſio, & quan
do dicatur ſecundo loco pertinere,& dominus Abbas poſt
Butrium dicit, quod ille, cuius eſt res, vel ius in iudicium
deductum,ſeu de eius præiudicio principaliter agitur, eſt il
le ad quem pertinet primo loco actio,vel defenſio. Ille ve
ro qui poteſt aliquod intereſſe, ſeu pręiudicium ſaltem fa
cti prætendere,dicitur ſecundo loco habere actionem, vel
defenſionem.& dicit dominus Abbas, quod inſtructio de
hoc poteſt colligi ex notatis in capitulo, cum deputati, de
iudiciis.& quod varia exempla poſſunt colligi ex dicta l.ſæ
pe. ff.eodem. Sed tu dic, quod quatuor exempla poſſunt
colligi, quæ iſta gloſſ. enumerat, vt ſupra dixi,& primum
fuit exemplum in debitore,& creditore,nam vbi contendi
tur cum tertio,vel dominio rei pignoratæ actio, vel defen
ſio primo loco pertinet ad debitorem, quia dominium
rei pignoratę ad eum ſpectat, & periculum principaliter
ad ipſum pertinet,quia illa re uicta tenetur creditori ad in-
tereſſe,uel poteſt compelli ſtatim ad ſoluendum debitum
niſi det aliud pignus,ut in l.creditor qui non idoneum, ff.
ſi certum petatur,& poteſt creditor agere contraria pigno
ratitia contra debitorem,ut uel det,uel ut ſoluat intereſſe,
l. tutor contrariam. ff.de pignoratitia actione,ad ipſam ue
ro creditorem ſpectat ſecundo loco actio, uel defenſio re
45 ſpectu hypothecariæ quem habet. Sed quæro, † quia in
hoc caſu, ſcilicet quando ad aliquam principaliter perti
net actio,uel defenſio,ſententia lata contra alium ſibi pręe
iudicat.& Bartolus in dicta l.ſæpe.dicit,quod ratio eſt, quia
cum diſputetur de re principaliter pertinente ad me, poſ-
ſum remouere litigantem a iudicio,ſeu in me iudicium aſ-
ſumere,uel præſtari,quod non intēdo ut litiget in mei præ
iudicium,unde ſi taceo, uideor conſentire, & ſic ille uide-
tur litigare cum uoluntate mea,& per hanc rationem Bar
tolus in dicta l.ſæpe. impugnant illud exemplum de debi-
tore

tore patiente creditorem agere, quia creditor poteſt agere
hypothecaria, etiam inuito debitore, vt in l. cum notiſſimi.
C.de preſcr.30.ann.ideo dicit, ꝙ hęc ratio vendicat ſibi lo-
cum in debitore patiente creditorem agere, ideo ipſe aſſi-
gnat aliam rationem, ſ. quod ex quo debitor pignorauit rē
ſuam creditori, videtur ei dediſſe poteſtatem agendi hypo-
thecaria in qua venit probandum dñium debitoris, ideo ip
ſi debitori ſcienti fit pręiudiciū, ſed Butri. hic nititur ſaluare
ſupradictā rõnem dicens, ꝙ licet creditor nõ poſſit impedi-
ri a debitore, quominus agat hypothecaria inquantum, tñ
aſſumit diſpenſationē ſuper dñio põt debitor in ſe aſſume-
re iudiciū proprietatis, & impedire creditorē de ipſo diſce-
ptare, ex quo paratus eſt aſſumere iudicium, nec habet
creditor de quo conqueratur, ex quo debitor vult eum de-
fendere fideliter poterit tamen creditor ſibi aſſiſtere, ne col
ludat, vt in l.ſi ſuſpecta.ff.de inoff.teſt.& hoc placet D.Abb.
& dicit, ꝙ hoc vult text.aperte, in d.l.ſæpe. Tamen pro de-
46 claratione quæro, an † ſnĩa lata contra debitorem præiudi
cet creditori, vel e conuerſo. In primo caſu.ſ. an ſnĩa lata ↄ̃
debitorem præiudicet, creditori facias duos caſus. Primus
eſt, qñ debitor fuit victus antequam rem pignori traderet,
& indiſtincte ſnĩa nocet creditori, quia nõ potuit debitor
plus iuris in alium transferre, quã ipſe haberet, vt in c. nuꝑ.
j.de dona.inter vir.& vxo.& do.præ.& in c.ꝙ autem. de iu-
re pat.& j.q.3.Daibertum facit optime, ꝙ not.Io.And.poſt
Dyn.in Spec.de teſte §.nunc tractemus in addi.magna, vbi
per iſtam rationem dicit, ꝙ confeſſio actoris ante jus tran-
ſlatum nocet ſingulari ſucceſſori. Secundus caſus eſt, qñ
ſententia fuit lata ↄ̃ debitorem, poſtquam rem pignorauit
creditori, & tunc ſententia lata ↄ̃ ipſum debitorem non ꝑ-
iudicat creditori, niſi quatuor concurrentibus. Primũ eſt,
ꝙ ſciuerit ſententiam eſſe latam, ſecus ſi ignoraſſet, vt in l.ſi
ſuperatus.ff.de pigno.ſecundum cõem intellectum. Secũ-
do requirit, ꝙ debitor fuerit ꝑſens, & cauſam defenderit, ſe-
cus ſi fuiſſet contumax, quia tunc ſnĩa non noceret, etiam
creditori ſcienti, vt in d. ti. ſuperatus ſecundum vnam lect.
facit l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoffic.teſta. & rõ eſt,
quia qñ debitor fuit contumax, præſumitur ſnĩa lata cõtra
ipſum ꝑꝑ contumaciam, non autem ꝑꝑ malam cauſam,
ꝙ intellige, niſi debitor fuiſſet pręſens, & comparuiſſet vſq;
ad liquidationem cauſæ, quia tunc præſumeretur ſnĩa lata
cõtra ipſum ꝑꝑ contumaciam, & non ꝑꝑ malam cauſam,
vt dicit Bar.in d.l.ſi ſuperatus facit ꝙ not.Inn.in ſimili, in c.
Raynal.in prin.de teſta.& hoc dicit D.Abb.eſſe notan.quia
facit ad multa, & de hoc etiam dixi.ſ. Vnde hoc caſu ſnĩa
lata contra debitorem contumacem, poſt liquidationem
cauſæ noceret creditori ſcienti. Tertio requiritur, ꝙ non
ſit facta colluſio per debitorem, quia tũc ſnĩa non noceret
etiam creditori ſcienti, vt in l.præſes, C.de pign. Quarto ſm
But.ꝙ in ſententia lata ↄ̃ debitorem aduerſarius ſit declara-
tus dñs, ſecus dicit ſi ſit lata ↄ̃ debitorem eo, quia non pro-
bauit ſe dñm, quia tunc non præiudicat creditori, ex quo
creditor habet titulum & poſſeſſionem, ff.de publ.l.ſi duo-
bus, ſecus ſi poſſideret ille qui obtinuit, quia tunc ſnĩa noce
ret creditori ſcienti. Vnde dic inquantum glo.dicit, ꝙ ſnĩa
lata ↄ̃ debitorem pręiudicat creditori, ꝙ hoc eſt verum iſtis
quatuor concurrentibus. In ſecundo autem caſu princi-
47 pali.ſ.quando ſententia † eſt lata ↄ̃ creditorem, an præiudi-
cet debitori facias duos caſus. Primus eſt, quãdo creditor
poſſidens pignus fuit conuentus a tertio agente contra ip-
ſum rei vendicatione, & tunc ſententia præiudicat debito-
ri ſcienti, ſi non interuenit colluſio, nec creditor fuit contu-
max, vt dixi in caſu præcedenti. Secundus caſus eſt, quando
creditor egit hypothecaria ↄ̃ tertium poſſidẽtem pignus, &
ſuccubuit, & in hoc caſu dic, ꝙ ſiue creditor ſuccumbat, ꝗa
non probat rem ſibi ipothecatam, vel quia non probet de-
bitorem eſſe dominum, & indiſtincte ſententia non no-
cet debitori, quia ad alium finem agitur, nam primo egit
creditor ad probandam rem ſibi eſſe hypothecatam, ſed
debitor egit ſuper dominio petens pronunciari rē eſſe ſuã,
vnde ex quo variatur finis agendi ſententia non obſtat, vt
in c. veniens.ij ſ. de teſti. Sed ſi reus conuentus a creditore
aſſumpſiſſet in ſe onus probandi dominium, & probaſſet
ſe dominum, tunc ſententia præiudicaret debitori ſcienti,
& hoc probatur in d.l.ſæpe, dum præſupponit, ꝙ agebatur
de proprietate pignoris, item prædicta procedunt quando
plene fuit cognitum de proprietate, ſeu de dominio rei pi-
gnoratæ, ſecus ſi non fuiſſet plene cognitum, quia tũc ſen-
tentia non præiudicaret debitori etiam ſcienti, vt in l.a Di-
uo Pio.§.ſed ſi ſuper rebus.ff.eo.& quod not.in l.2.C. de or-
di.iudi.& in l.pen.ff.de his qui ſunt ſui, vel alien. iuriſ. nam
dominium in hypothecariam venit incidẽter, ſed ſententia
lata in eo, quod venit incidenter ſuper modum cauſæ nõ
facit fidem in alio iudicio, niſi fuerit plene cognitum, vt in
iuribus præallegatis, de quo remittit D.Abb. ad c. cum ec-
cleſia, de cauſa poſſ.& propr. Dicit etiam Bar. ꝙ non ſuffi-
cit debitorem ſcire, ꝙ creditor agat ipothecaria, niſi etiam
faciat reum in ſe aſſumpſiſſe onus probandi dominium,
quia ſolum fit ei præiudicium ex eo, quia aduerſarius credi
toris ſumpſit in ſe onus probandi dominium, & non ex eo,
ꝙ egerit hypothecaria, ſecus dicit in creditore conuento,
quia tunc ſatis eſt, ꝙ debitor ſciat litem motam contra cre
ditorem, quia tertius qui agit ↄ̃ creditorem, agit rei vendica
tione, in qua diſputatur principalr̃ de dominio, & debitor
dando ei pignus, vr̃ ſibi permiſiſſe defenſionem. Et ea quæ
dixi in hoc ſecundo caſu ſequitur Bar.in d.l.ſæpe, & But. &
D.Abb.qui addit aliam limitationem ad ſupradicta, & ad
caſus, qui in hac decretali poſſunt comprehendi, quam po
nit Inn.in c.ſuborta.ſ.eo.vbi dicit, ꝙ non ſufficiet tertio ſci
re litem motam, nec facit etiam ſibi ius in illa, ſibi compe-
48 tere, quia ignorans † non vr̃ conſentire, nec ſuo iuri velle
præiudicare, l.mater decedens.ff.de inoffi.teſta. 38.diſt. pla-
cuit. Et ex prædictis declaratum eſt primum exemplum po
ſitum per gl.ſ. an ſententia lata contra debitorem præiudi-
cet creditori, vel e conuerſo. Venio nunc ad reliqua excu
ſanda, & capio ſecundum, & tertium exemplum, ꝗa ſunt
eiuſdem regulę, & rationis.ſ. an ſententia lata contra ven-
ditorem noceat emptori, vel e conuerſo: & an ſententia la-
ta contra vxorem, vel ſocerum noceat marito, vel e con-
uerſo. Sed abſq; dubio ſi venditor, vel vxor, vel ſocer cõ-
ueniuntur ſententia præiudicat emptori, vel marito ſcien-
ti, quia emptor habet cauſam a venditore, maritus vero
ab vxore, vel ſocero, & hoc probatur hic in ſecundo caſu,
excepto, vbi dicitur, quod ſententia lata contra eum a quo
quis habet cauſam ſibi præiudicat, ſed eſt maius dubium,
an ſi vxor, vel ſocer, vel venditor agant ſententia præiudi-
cet emptori, vel marito, & dubium facit, quia vt dixi in vl-
tima parte gl.adhoc vt quis poſſit agere rei vendicatione re
quiritur dominium ex parte agentis, & poſſeſſio ex parte
49 conuenti, † ſed maritus eſt dominus rei datę in dotem.l. de-
te ancilla.C.de rei vend. ſimiliter emptor poſt factam tradi
tionem eſt factus dominus rei ſibi venditę, ergo nec vendi-
tor, nec ſoror, vel vxor poſſunt agere rei vẽdicatione, quia
ſine actione nemo experitur.l. ſi pupilli.§. videamus, ff. de
nego.geſt.& in c.examinata, ſupra de iudi. Item ſi vxor, vel
venditor egit, & ſuccubuit, videtur ſuccubuiſſe, quia non
poteſt probare ſe dominum ergo ſententia non debet præ-
iudicare marito, ſeu emptori, qui habent dominiũ, & hanc
partem, videtur tenere glo.in d.l.ſæpe.Sed glo. hic in vltima
parte tenet contrarium, & melius, vt ſuperius dixi, & idem
tenet hic Innoc. nec obſtat contrarium, quia licet iſti non
poſſint agere de iure, tamen ſatis eſt, quod egerint de facto,
& quod non fuerunt reuocata per maritum, vel per em-
ptorem, nam hoc ipſo quod paſſi ſunt, videtur ex volun-
tate ipſorum iudicatum. Ideo ſententia lata cum auctore
ipſorum ipſis pręiudicat. Sed Bart.in d.l.ſępe diſtinguit, ex
cuius diſtinctione facias duos caſus principales. Primus eſt,
quando venditor, vel vxor, ſeu ſocer agunt nomine mariti,
vel emptoris, & tunc ſententia contra eos lata non pręiu-
dicat marito, vel emptori, ſiue ſciuerit, ſiue cognouerit, vt
in l.j.C.quibus res iud.non nocet, nam hoc caſu agens egit
de iure, quod meum eſt, non de eo, quod mecum habet, &
ſic ceſſat rõ poſita hic, & in d.l.ſępe, quia iſta iura loquun-
tur quando quis egit nomine proprio de iure, quod mecũ
habet, ſecus ſi ageret nomine alieno pro iure alterius, quia
tunc ille pro quo agit, non videtur conſentire, immo vide-
50 tur prohibere, ex quo † negocium inutiliter eſt geſtum, qđ
apparet ex eo, quia eſt victus, l.3.§. in hac.ff. iudic.ſolui. &
quod not.in l.j.C.mandati. Sed D. Abb. tenet contrarium,
& allegat Innocen.in c.ex parte decani, de reſcriptis, qui te-
net, quod ſi aliquis egit nomine alieno me ſciente, ſi non
prohibeo dicit Archid.in cap.qui ad agendum, de procur.
quod quis agendo inutiliter agat, quia ſi hoc eſſet iura non
admitterent conſanguineum pro conſanguineo, & dicit
quod non debet inſpici euentus, quia ſatis eſt, quod bene
incœpit.l.ſed an vltro.ff.de negoc. geſtis, ſed Butri. hic in 8.
colum.verſic.ex prędictis dicit, quod opinio. Bart. eſt vera,
quia non eſt certum, quia agere nomine meo ſit ad meam
vtilitatem, immo eſt dubium, quia dubius eſt euentus litis,
quia euentus demonſtrauit hoc non eſſe vtile, allegat not.
in cap.in Geneſi, de elect. & in regula qui tacet in ſexto, &
dicit quod hoc tenet Petr.& Cyn.in l.exigendi.C.de procu-
ratorib. nec talis agens ſit multum amicus, vel coniuncta
perſona. Tu autem dic, quod Cyn.hoc dicit in l.inuitus.C.
de procurato. In dubio autem dicit Butr.quod præſumitur
habere mandatum, ex quo dominus tacet, & non contra

dicit, & ſi intelligit Inn.in c.cum in iure. de officio delega. nam In nocen.in d.c.cum in iure.& in cap.ex parte decani. de reſcri.& in c.inter dilectos.de fi.inſtrumen.& in cap.licet cauſam.de prob.tenuit, quod ſi dominus ſcit, & tacet videatur dare mandatum, vnde dic pro declaratione, quod aut procurator allegat ſe habuiſſe mandatum,& ad hoc probãdum facit fidem, quod dominus ſciuit ipſum agere, & non contradixit,& hoc caſu præſumitur mandatum interueniſſe,& ſic poteſt procedere opi.Inn.quam tenuit Archi. in c. qui ad agendum.de procur.in vi.& Guido de Suza.vt refert Bal.in l.licet.in u.C.de procur. Aut procurator non allegat dominum ſibi dediſſe mandatum, niſi quod dicit, ꝙ ſciuit, & tacuit,& tunc non probatur mandatum.Bal. tamen ĩ d. l.licet.in fine.dicit,ꝙ aut eſt procurator ex parte rei.& tunc ſcientia, & taciturnitas non inducit tacitum mandatum, quia etiam inuitum poſſet defendere, vt in Auth.qua in ꝓuincia.C.vbi de crimine agi opo.& in l.ſolutionem.ff.de ſolu.Aut eſt procurator ex parte actoris, & tunc dicit, ꝙ opi. Inn.& Archi. eſt vera in omnibus perſonis quæ admittuntur ad agendum ſine mandato, quaſi velit dicere, ꝙ in aliis perſonis, quæ non poſſunt agere ſine mandato ſcientia, & taciturnitas domini non inducit mandatum, & in iſto articulo amplius me non extendo ſed remitto ad plene no. in c.ex parte decani.de reſcrip.vbi Ioan.de Iſer.dicit opi. Bart. communiter teneri.ſ.ꝙ ſcientia,& patientia domini non inducit tacitum mandatum.vide etiam D.Dom.in d.cap.qui ad agendum.de procu.in vi.vbi iſtum articulum ſatis plene examinat,& idem in effectu concludit.Venio nunc ad ſecũdum caſum principalem, quem ponit Bar.ſ. quando venditor, ſeu ſocer, vel vxor agunt nomine ſuo, & in hoc facias tres concluſiones. Prima eſt, quando ſententia lata contra
52 venditorem vel vxorem, vel ſocerum, quia non† eſt dominus,& tunc hæc ſententia non nocet emptori, vel marito, quia eſt verum dicere, quod illo tempore auctor non erat dominus, quia iam in alium dominium tranſtulerat, & ſic emptor, vel maritus agendo pro dominio ſuo non venit cõtra priorem ſententiam, immo approbat illam dicendo, ꝙ auctor non erat dominus, ſed ipſe. Secunda concluſio, ſi ꝓnunciatum fuit rem non eſſe auctoris adiecta eſt cauſa, ꝙ ille a quo auctor habuit illam rem prius ipſam alteri donauit, vel reus conuẽtus probauit illam rem eſſe ſuam, & ſententia preiudicat emptori, & viro ſcienti cauſam ſuper hoc agitari,& procedit hoc caſu opi.glo.& Inno. Tertia concluſio, ſi fertur ſententia contra auctorem ex eo, quia nihil ꝓbauit ſententia non præiudicat emptori, vel marito, vt ſupradixi in ſimili, quando ſententia fertur cõtra debitorem, quia non probat dominium, tunc talis ſententia nõ nocet creditori, vnde eadem ratione ſententia lata contra auctorem non preiudicat emptori, vel marito. Dicit autẽ Bar. in d.l.ſæpe.quod quemadmodum ſententia lata contra creditorem non nocet debitori, niſi ſciat reũ aſſumpſiſſe onus probandi dominium, ita etiã neceſſe eſt, ꝙ emptor, vel maritus ſciant reum aſſumpſiſſe onus probãdi dominium ad hoc, vt ſententia lata cõtra vxorem ſibi præiudicet, & hoc dicit eſſe verum in auctore agente, in auctore vero defendẽte dicit, ꝙ ſufficit emptorem, vel maritum ſimpliciter ſcire, ꝙ contra eum ſit datus libellus in rei vendicatione, quia aduerſarius, agendo rei vendicatione aſſerit ſe dominum, & dicit Bart. quod hoc caſu ſententia lata contra auctorem, poterit exequi contra emptorem, vel maritum poſſidentẽ, & dicit, ꝙ hoc tenet Inno.in c.propoſuit, de conceſ.præbẽ. hoc etiam ſequitur hic But.in viij.col. Dominus etiã Abb. ſequitur ſupradictam diſtinctionem Bar.excepto, quod nõ facit mentionem de hoc vltimo.Sed Bar.& D.Abb.omittũt caſum quando ſententia fertur contra maritum, vel contra emptorem, nunquid talis ſententia præiudicet auctori. Sed But.hic dicit, quod ſic, ſi ſciuit cauſam agi, dicit tamen quod eſt neceſſarium, quod denunciet auctori litem motam, ſi vult agere de euictione, vt in c.fi. infra de emp. & vẽ.

Sed tu aduerte, quia auctor non eſt dominus, nec ſibi poteſt inferri aliud præiudicium, niſi quia tenetur de euictione, vnde in hoc pendet dubitatio, qa ſi tenemus opi.ꝙ ſuffi
53 ciat †auctorẽ ſcire litem motam, etiam ſi ſibi non ſit facta denunciatio, quam opinionem tenuit Dyn.In regula, eum qui certus, de regul.iur.in vj.tunc ſententia præiudicabit auctori ſcienti, ſed ſi tenemus opinionem, quod requiratur denunciatio, etiam ſi ſciat litem motam, quam opinionem tenuit Bart.in l. denunciaſſe, §.quid ergo. ff. de adul.& in l. emptor.C.de euiction.& in l.prima.C.de pericu.& commodo rei vendi.& in l.non ſolum.§.morte.ff.de oper. noui nũ. quam opinionem etiam ſecutus fuit Ioan. And. & Specul. de emptio.& venditio.§.fin.in vlti. additio. vbi plene diſputat, tunc nõ ſufficeret auctorem ſcire litem motam, niſi ſit ſibi facta denunciatio per emptorem. Quæ autem opinio ſit verior, remitto ad c.fin.de emptio.& vendit. vbi per Doctor. Si tamen per pactum venditor remiſiſſet emptori denunciationem, quam poteſt remittere, vt in l.Herennius.in prin. ff. de euiction. tunc ſententia lata contra emptorem præiudicaret venditori quantum ad actionem de euictione,& ideo vltimus caſus dependet ex not.in d.c.fin. infra de emptio.& venditio.Et ex his ſum expeditus de primis tribus exemplis, quæ ponit glo.ſcilicet, an ſententia lata cõtra debitorem præiudicet creditori, vel econuerſo. Item an ſentẽtia lata contra venditorem præiudicet emptori, vel econuerſo. Item an ſententia lata contra ſocerum, vel vxorem præiudicet marito, vel econuerſo. Vnde reſtat examinare
54 quartum exemplũ glo.ſcilicet, † an ſententia lata contra proprietarium præiudicet emphyteutæ. Et D.Abbas ſuper hoc exemplo nihil dicit, nec mirum, quia contra ordinem glo.examinat materiam huius capituli. Innocen.autem & Ioan.And.& But.hic,& Bart.in d.l.ſæpe. examinant in proprietario,& & vſufructuario dicentes, idem eſſe dicendum in domino,& emphyteuta,& in domino feudi,& feudatario, vnde facias duos caſus. Primus eſt, an ſententia lata cõtra dominum præiudicet vſufructario, vel emphytheutæ, vel vaſallo. Secundus caſus e conuerſo, ſ. an ſententia lata contra vſufructuarium, vel vaſallum, vel emphytheutam præiudicet domino. In primo caſu dicit Bu. poſt Inn. quod ſi ſententia ſuper plena proprietate eſt lata contra dominum, quia non probauit dominium hæc ſententia nõ præiudicat vſufructuario, ex quo habet titulum,& poſſeſſionẽ. l.ſi ex duobus.ff.de publi.Sed ſi eſt lata aduerſario, quia probauit ſe dominum præiudicat vſufructuario, & idem dicas in emphytheuta,& vaſallo. Sed Bu.omittit caſum ſi fertur ſententia cõtra dominum ſuper nuda proprietate tantum, & hoc caſu credo, quod ſententia prædicet vſufructuario niſi quo ad hoc, quod tenebitur recognoſcere illum qui obtinuit ſuper nuda proprietate, in dominum, ar. in c.conſultationibus.de iure patro.& in c.querelam. de elect.Et idem dicerem quo ad vaſallum, & emphytheutam vbi actor ꝓnunciatur habere directum dominium tantum, nam ſentẽtia non præiudicabit vaſallo, vel emphytheutæ, niſi in hoc quia tenebitur recognoſcere auctorem indirectum dominum.Et ex his ſum expeditus de primo caſu, ſ. quando ſententia fertur contra dominum an præiudicet fructuario, vel emphytheutæ, vel vaſallo.In ſecundo autem caſu, ſ. qñ
55 †ſententia fertur contra vſufructuarium, vel emphytheutã vel vaſallum,& iſtum caſum Bar.diſtinguit in duos. Primus eſt, quando vſufructuarius,& ſimiles agunt. Secundus eſt, quando conueniuntur. In primo caſu dicit Bar.quod idem eſt dicendum in vſufructuario, vel ſimili agente, ſicut dictũ eſt, quando creditor agit, nam in illis caſibus ſententia lata contra creditorem nocet debitori in illis ſententia lata contra vſufructuarium, & ſimilem nocet domino.ſed Inn. & But.dicunt, quod ſi vſufructuarius ſuccumbit tantum ſuper iure vſufructus illa ſententia præiudicat domino quantum ad hoc, vt teneatur illum qui euicit vſufructum admittere in vſufructuarium, nec poterit ei denegare vſufructum, ex quo ſciuit litem agi,& tacuit, ſecus dicunt ſi ſuccumberet, quia ille qui fecit eum vſufructuarium nõ eſt dominus, & per conſequens non potuit ei dare vſumfructum, tunc enim talis ſententia præiudicat domino. alleg. in l.j.in fi.ff. de ope.no.nun.& l.fi.ff.de vſufruct. quemadmodum caue. idem eſt, quando ſententia fertur contra creditorem, quia aduerſarius probat ſe dominum, vt ſupra dixi. vnde Bart.in hoc vltimo concord.cum Innocen.in dicta l.ſæpe. & idem eſſet dicendum, vbi feudatarius, vel emphytheuta agit, qa ſi ſuccumbit ſolum in iure feudi, vel emphytheuſis ſententia non præiudicat domino, niſi quo ad hoc, quod tenetur recognoſcere vincentem in feudatarium, vel emphytheutam, vbi autem ſuccumberet ex eo, quia dominus non habuit poteſtatem conſtituendi eum feudatarium, vel emphytheutam, quia dominium rei non pertinet ad ipſum, ſed ad vincentem, tunc talis ſententia præiudicaret domino ſcienti. In ſecundo autem caſu, ſcilicet quando vſufructuarius conuenitur. dicit Barto. quod ſententia non præiudicat do
56 mino, quia videtur deducta in iudicium † ſola naturalis poſſeſſio, & non ciuilis, vſufructuarius tantum naturaliter poſſidet. l. naturaliter. ff. de acquirenda poſſeſſione. ideo ſententia lata contra eum non debet præiudicare ciuiliter poſſidẽti, ut l. Pomponius.§.ſi is qui præcario. & quod ibi no.in fi.gloſſ. ff. de acquirenda poſſeſſione. & dicit de hoc eſſe tex.in l.ſi pariter. ff. de liberali cauſa. libellus enim contra uſufructuarium proponitur, ad hoc, ut poſſeſſio, quam ille habet ab eo reuocet, & quantum ad hoc actor quidem petit ſe pronunciari dominum,& ideo ſententia

non

non prçiudicat domino ciuiliter poſſidenti.& idem dicit in emphytheuta,vel feudatario,vel ſimilibus perſonis conuentis.Et dicit Bu.quod Bart. videtur ſentire,quod etiam ſi actor diſceptaret de dominio,quod talis ſententia non præiudicaret domino, & dicit, quod hoc ſibi placet, quia ad aliud agitur,nam actor primo egit contra vſufructoarium, vel emphytheutam,vel feudatarium ratione naturalis poſſeſſionis quę erat apud eos,quia iſti tantum naturaliter poſſident,vnde ſi vult agere contra dominum reſpectu ciuilis poſſeſſionis,quæ eſt apud eum agit ad aliam rem,vnde ſententia non debet ſibi præiudicare, vt in l. conqueritur.ff.de excep.rei iud.& in c.veniens.ii.ſupra de teſti.Nunquid autē

57 ſententia† lata contra locatorem præiudicet conductori? & Bu.dicit,quod ſic.& dicit,quod hoc probatur hic,nec dicit, quomodo,ſed tu dic,quod probatur in ſecundo caſu excepto,vbi dicitur, ꝙ ſententia lata contra auctorem nocet illi,qui habet cauſam ab eo.Sed an ſententia lata contra cōductorem præiudicet locatori?& Bu.dicit,ꝙ non,& hoc tenet Bar.in l.officium.in fi.ff.de rei vend.& in l.iii.C.vbi in rē actio.& Innoc.in c.quoniam frequenter.§.quod ſi ſuper.in verbo,nominare.§.vt li.non conteſt.ratio eſt,quia non poteſt conductor, ſeu colonus reducere proprietatem in iudicio ad præiudicium domini,vt in l. j. C. ſi per vim,vel alio modo.Sed an ſententia præiudicet domino in poſſeſſione, Bar.in d.l.officium.& in d.l.ij.tenet,ꝙ non,ſed Bu. ſe remittit ad c.cum ſuper.§.eodem.vbi Inn.& Bu.tenent contrariū, ſed de hoc dic,vt in c.quoniam.§.quod ſi ſuper.§.vt lit. non

58 conte.Ex prædictis etiam infertur,an ſententia† lata contra iudicem præiudicet ei,pro quo lata fuit ſententia. & Inno hoc ponit hic in verbo,cauſam.ſed But. dicit,quod ſi iudex proceſſit ex officio, quia tunc ad eum ſpectat defendere ꝓceſſum,& ſententiam,vt dicit glo.in c. cum ſpeciali.quæ incipit,ſed qualiter.de ap.& Inn.hic, de quo eſt tex.in c.venerabilibus.poſt prin.ver.ſi excommunicatus.cum ſeq.de ſen. excommu.in vi.ſententia lata contra iudicem præiudicat illi qui cauſat ius ex ſententia iudicis:nam ſi iudex ex officio procedens remouit aliquem a beneficio eius illud alteri cōtulit ſi poſtea fertur ſententia cōtra iudicem,ꝙ male remouerit hęc ſententia præiudicabit illi cui fuit collatum beneficium,ad hoc de accu.ad petitionem.in fi.ſecus dicit,ſi iudex non proceſſit ex officio,quia tunc ad eum non ſpectat defendere ſuam ſentētiam,ſed pertinet ad partem, pro qua eſt lata ſententia.& de hoc eſt tex.in d.c. venerabilib.in ver. ſed ſi excommunicatus.in fi.de ſen.excom.in vi.& dicit, ꝙ hoc tenet Inno.in c.de cætero.de tranſa.& in c.in noſtra.de procu.ſed mihi non placet,quia eſt contra regulam hic poſitam, quia ſi ille ad quem pertinet actio, vel defenſio permittit alium agere ſibi præiudicat, ſed quando iudex tulit ſententiam inter litigantes,licet nō teneatur defendere ſuā ſententiam,poteſt tamen eam defendere ſi vult,vt no. in d. c.cum ſpeciali.vnde ſi pars pro qua eſt lata ſententia permittit iudicem defendere ſentētiam videtur conſentire,ex quo ad eam principaliter pertinet talis defenſio.Item pars cauſat ius ex ſententia, & ſic iudex eſt actor iuris,quod deſcendit ex ſententia, vnde ſententia lata contra eum debet præ-

59 iudicare ei,pro quo eſt lata:ſicut† ſententia lata cōtra actorem præiudicat ei,qui habet cauſam ab eo,vt dicitur hic in ſecundo caſu excepto.& pro hoc videtur tex.in c.hoc quippe.iii.q.vi.vbi ſi priuatus dignitate probat ſe iniuſte condēnatum præiudicat illi cui dignitas fuit collata,nec ibi diſtinguitur,an iudex proceſſerit ex officio,vel ad inſtantiam partis:hic tamen procedunt ſi diſputatur de nullitate ſentētię, ſecus ſi agatur ad pœnam contra iudicem,vt quia ſit punitus,quia male iudicauerit: talis enim ſententia non nocet parti,pro qua eſt lata ſententia, vt dixi in prima gloſ.in pri-

60 mo caſu excepto.Secundo infertur ex prædictis, an ſi †petitur reſtitutio in integrum aduerſus aliquem actum,ex quo ius deſcendit ad plures ſententia lata contra petentem reſtitutionem in integrum prçiudicet aliis. &Innocen. & poſt eum Butri. dicunt,quod non ex quo æque principaliter ius pertinet ad plures.& de hoc eſt tex.in d.l.ſæpe.ff.eo. vbi dicitur,quod ſententia lata contra vnum ex hæredibus non ꝓiudicat aliis hçredibus,quia hæreditas æque principaliter ꝑtinet ad cohæredes,ſicut ad heredem agentem, nec poſſint alii eum remouere a iudicio,vt dicit tex.in d.l. ſępe. hoc tamen intelligit Innocen. & Butri. niſi ſint vocati ſpecialiter per edictum,vt no.in c.fi.de maio.& obe.& de procurat. in noſtra.& dicunt, quod citatio per edictum præiudicat illis ad quorum notitiam tranſiuit,& non aliis,nec obſtat regula quæ hic habetur, ſcilicet, quod res inter alios acta aliis non præiudicat,quia cenſetur iudicatum,ex quo citati ſunt cum omnibus qui ſciuerunt, vel ſcire debuerunt cauſam agi,quia in talibus ſententiis non nominatur aliquis ſpecialiter,ſed fertur ſententia in genere,ſic reſtituimus te in integrum, vel præſtamus auctoritatem adoptioni &c. & idem dicunt in ſimilibus, & ſubdunt, quod iſte caſus differt ab aliis caſibus exceptis in tex.quia in illis ſufficit ſola ſcientia. In caſu autem ſupradicto, vel ſimili requiritur citatio ſaltē per edictum modo prædicto.ſed D. Ab. hic in fine Comm. diſtinguit poſt Bar.& Bal.in l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pig. & in auth.ſi omnes.C.ſi vt ab hære.ſe abſti. vnde facias tres caſus.Primus eſt,quando non agitur contra certam perſonam,puta iminet confectio inuentarii, vel petitur fundus vēdi qui poteſt forte eſſe obligatus aliis creditoribus,& hoc

61 caſu ſufficit †proclama generale,puta quicunque ſua putarit intereſſe debeat comparere infra certum terminum,tūc enim ſciens proclama,& non comparens facit ſibi præiudicium,vnde fundo vendito nō poteſt allegare,quod habeat in eo hypothecam, ſimiliter non poteſt aliquid opponere contra inuentarium.de hoc eſt tex. not. in l.ſi eo tempore. C.de remiſ.pign.ad idem infra qui ma.acc.poſ.c.fi. & quod ibi no.Inn.vbi patet,quod tempore matrimonii contrahēdi fiant generalia edicta, vt quicunque ſcit aliquod impedimētum matrimonii debeat prodire in publicum infra certum terminum, & illud opponere, & vt ibi dicitur nullus audiatur poſt terminum, niſi habuerit iuſtam ignorātiam. Secundus caſus eſt, quando quis implorat officium iudicis in aliquo actu, in quo aliquorum ſpecialiter intereſt. pone exemplum, minor petit reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam cōtractum quem cum pluribus celebreuit: nam omnium qui cum eo cōtraxerunt ſpecialiter intereſt, vel pone exemplum, minor petit reſtitutionem in integrū aduerſus aditionem hæreditatis,hoc ſpecialiter intereſt creditorum ipſius hæreditatis.ſ.an minor ſit reſtituendus, vel non,& hoc caſu ſi illi qui ſunt præſentes debent citari, vel ſi ſint abſentes a loco,vel neſcitur quorum interſit ſi, verbi gratia neſcitur qui,ſint creditores hæreditatis contra quē minor petit ſe reſtitui,tūc ſufficit proclama generale,vt cōpareat,qui ſua putarunt intereſſe.de hoc eſt tex.in d. authē. ſi omnes.C.ſi vt ab hære.ſe abſti.& ibi per Docto.no.etiam Docto.in c.fi.de ma.& obed.vbi dixi.Tertius caſus eſt,quādo actio dirigitur contra certam perſonam,puta aliquis cō-

62 uenitur actione reali,vel perſonali,& hoc caſu †illa perſona debet citari,vt in cap. cauſam.de dolo,& contuma.& ſi non vult comparere procedetur,prout traditur in c.contingit.& in c.prout.de dolo & contuma.Quod autem præiudicium fiat citato ſi non vult comparere.Innocen.& Bu.vt ſupra dixi.dicunt, quod præiudicat ei ac ſi contra ipſum eſſet lata ſententia,loquitur tamen, quando actio non dirigebatur contra abſentem.Sed Bu.hic in tertia colum. ver. & antequam deſcendam,ponit vnam regulam,quæ multum habet limitare iſtam decret. cum ſua materia. dicit enim eſſe ponendum pro regula,ꝙ vbicunq; ſuper iure meo iudica-

63 tur cum alio me aſſiſtente,vel me citato,ſemper† ſententia mihi præiudicat,& dicit,ꝙ hoc tenet glo.in c.dilectus.de ſimo.& Arch.in c.tantis Daniel.81.di.& Inno.in c.cum ſup. & in c.dudum.ii.de ele.& Cy.in l.ii.C.de aduo.diuer.iudi.& dicit,ꝙ hoc procedit,ſiue ſit citatio iuris,ſiue hominis,vt dicit Io.An.poſt Io.Mo.& Archi.in c.fi.vt li.pen.lib.vi.in verbo,admittendos.& dicit,ꝙ idem no.Bar. in l. filii familias. §.diui.ff.de le.j.vbi dicit poſt Inno.in c.in noſtra.de procura. ꝙ ſufficit citatio generalis per edictum quo ad illos in quorum notitiam tranſiuit,ſed tu dic,quod hoc etiam dicit hic Inno.vt ſupra retuli in hac quæſtione,& no.bene iſtud pro limitatione iſtius c.& l.ſæpe.ff.eo. nam hæc iura habent locum,quando tertius de cuius præiudicio agitur ſcit,& tacet vbi autem in lite aſtitiſſet,vel fuiſſet citatus,vel ſpecialiter, vel per edictum, dummodo citatio ad notitiam ſuam perueniſſet,ſiue fuit citatio iuris, ſiue hominis ſententia lata contra litigantem indiſtincte præiudicaret ipſi tertio, & ſic regula res inter alios iudicata &c. non habet locum vbi tertius in lite aſtitit, vel fuit citatus, hoc etiam modo limitat capitulū cum ſuper. ſupra eodem. & per hoc eſt bona

64 cautela , quod † actor ſemper faciat tertium citari, ad hoc vt lite diffinita contra principalem ſententia obſtet ipſi tertio, quod tene menti. Tertio quæro ad declarationem caſuum exceptorum , quando quis dicatur

65 pati alium agere, ad hoc vt ex † taciturnitate faciat ſibi præiudicium ? & Bartolus in dicta lege ſæpe. & Butrigarius hic in fine Commenti. dicunt, quod dicitur pati, quando ſcit cauſam agere, & tacet, ſed ſi ſuſciperet iudicium in ſe, vel in totum, vel pro iure ſuo non diceretur pati tertium pro ſe agere, lege ſi pariter. C. de liberali cauſa. idem dicunt ſi proteſtaretur, quod non intendit,quod præiudicium agitatum cum tali ſibi prçiudicet.l.ſi debitor.§.j. & in l.ſicut.§.non videtur.ff.quibus mo.pig.vel hypo. ſolu

ſed D.Abb.in hoc vult, diſtinguit quod aut cauſa ex ſui na
tura non eſt reſtringibilis ad certam perſonam, vt eſt cauſa
66 ingenuitatis,& tunc non ſufficit proteſtari,† vt non fiat ſi-
bi præiudicium, debet enim ſi timet colluſionem liti aſſi-
ſtere cum legitimo contradictore ad hoc.l.ſi ſuſpecta,ff de
inoffi.teſta.nam ſentētia hoc caſu facit ius, quo ad omnes
non ex tacita voluntate aliorum,ſed ex natura cauſæ, ideo
proteſtatio contra ius non proteſta.l.alimenta,C. de nego.
geſt.& in c.cum M.de conſti. & idem dicit D. Abb. vbicun-
que ſententia extenditur ad ali os ex natura cauſæ. Aut ſi-
mus in caſu,in quo ſententia extēditur ad alios ex præſum-
pta voluntate tacentis, prout eſt in caſibus exceptis per gl.
hic,& in d.l.ſæpe,& tunc ſufficit proteſtari,ꝙ non intendit,
ꝙ per alium fiat ſibi præiudicium, ceſſat enim in caſib. hic
exceptis ratio ſuperius allegata, & hoc caſu procedit opin.
Bar.& Butr.nam ipſi preciſe in hoc caſu loquuntur. Et ex
hoc not.bonam cautelam,quam debet ſeruare tertius, qñ
67 ſcit litem motam contra aliquam ſuper † re, in qua putat
ius habere nam debet proteſtari,ꝙ non intendit, ꝙ fuerat
ſibi per ipſum aliquod præiudicium, & iſtam praticam te-
ne menti. Quarto quæro qñ debet fieri prohibitio de qua
ſupradictum eſt,& Bar.in d.l.ſæpe,ad fin.dicit,ꝙ ſi emptor,
vel maritus vult remouere venditorem,vel vxorem, aliud
debet hoc facere ante litem conteſt.quia poſt lit.cont. non
poſſet a lite remouere, ex quo iam eſt celebratus quaſi ꝯ-
ctus pp quem eſt obligatus inſtantiæ,ar.ff.de leg.j.l.ſi pluri-
bus.Dicit tamen Bar.ꝙ ſi poſt litem conteſta.deuenit ad eñ
notitia de lite mota,ꝙ adhuc non præiudicetur,vt in l.ſi pa
riter in 2. reſpō. ff.de lib.cauſa facit l.2.C.de cōſor.eiuſdem
lit.cum ibi not.& dicit Bar.ꝙ poteſt prohibere expreſſe vel
tacite, puta dando libellum, vt d.l.ſi pariter, & in l.3.C.de
noua.& ſubdit Bar.quod etiam in primo caſu.ſ. vbi nō po-
teſt prohibere poterit liti aſſiſtere, ne colludat,vt in l.ſi ſu-
ſpecta,ff.de inoffi.teſta.& in Auth.nunc ſi hæres,C. de litig.
Et idem dicit hic But.in fin. commenti. Vltimo quæro an
68 †ſicut præiudicat ſententia ſcienti, & tacenti, ita etiam præ
iudicat confeſſio tranſactio.Iuramētem & compromiſſū?
& Inn.in c.auditis,ſ.de præſcr.dixit,ꝙ nō.& But.hic dicit,ꝙ
idem tenet Pau.in cle.1. de reſcr. qui dicil hoc eſſe verum,
quando confeſſio vel pactum fit poſt ius translatum, ſecus
ſi fieret ante ius translatum.Item dicit, quod licet confeſſio
69 † auctoris non præiudicet ſingulariter ſucceſſori, poſt ius
translatum, facit tamen quale quale præiudicium allegat
glo.65.diſt.ordinatos,& 2.q.5.interogatum,& 81. diſt.tantis
daniel.Idem tenet Ioan. And.in Addi.Spec.in tit. de confeſ.
§.nunc videndum,verſ.quod ſi confiteor, vbi dicit Vbertū
de Bobio.Idem tenuiſſe in l.ſi ſine,ff.de interro. act.per l.fi.
& per l.filius eod.tit.& dicit But.hoc tenendum, licet Cyn.
faciat differentiam inter voluntariam & cōtentioſam con
feſſionem,ſicut dicitur in confeſſione procuratoris, vel tu-
toris,vt in l.certum,§.ſed an ipſos,ff.de confeſſ. Sed Butr.di-
70 cit eſſe tenendum primum,quia ſicut† contumacia nō no
cet tertio ſcienti litem agitatam,vt in l.præſes,C. de pignor.
ita nec tales actus voluntarij, nam confeſſio etiam in foro
contentioſo facta eſt actus voluntarius, vnde non præiudi-
cat tertio. Et ſic concludit But.quod qualiſcunque ſit con
feſſio non præiudicat tertio ſcienti,& tacenti, ſicut etiā nō
præiudicat compromiſſum, & idem etiam ſequitur hic D.
Abb.De hoc etiam vide Ioan.And.in Spec. de teſte.§.nunc
tractemus,in addi.quæ incipit, & huic contrario ſtato. Et
71 ex his poteſt decidi, aut † confeſſio cedentis præiudicet ceſ-
ſionario,& Bar.in l.facta.§.hæres, ff. ad Trebel. dicit ꝙ aut
ceſſio fit periculo cedentis,vt in l. ſi mandante,ff. mandati,
& tunc confeſſio nocet ceſſionario,vt in l.ſi actor,ff.de pro
cur.Aut ceſſio fit ad commodum ceſſionarij, & tunc non
præiudicat,vt in l.ſi parte,§.j ff.quemad.ſerui.amit. dicit tñ
Bar.quod debet diſtingui,an litigans ſciat, vel ignoret con-
feſſionem cedentis, quaſi velit dicere, quod ſi ceſſionarius
ſciret confeſſionem cedentis,& modo contradiceret, tunc
præiudicaret ſibi dato, quod confeſſio ſit facta ad commo-
dum ceſſionarij.Sed mihi iſta diſtinctio non placet,quia ut
ſupra dixi ſententia præiudicet ſcienti,& tacenti,nō tamen
confeſſio, vnde Butr. hic, qui ſequitur hic ſupradictam di-
ſtinctionem dicens eā communiter teneri non refert iſtud
vltimum dictum,ſed quod debeat diſtingui inter ſcientiam
& ignorātiam,ſed potes forte hoc modo ſubſtinere. Barto.
& ipſum intelligere quando ceſſionarius litigat cōtra de-
bitorem ꝯ quem eſt ceſſa actio, & in ipſa lite,& dos confi
tetur ad præiudicium ceſſionarij,tunc enim ſi ceſſionarius
ſtetit, & tacet ſibi præiudicat, & hoc modo loquitur Iaco.
nam tunc ipſe cedens videtur eſſe quodammodo, quidam
teſtis, & ideo ſi ipſe ceſſionarius eius confeſſioni non con-
tradicat ſibi præiudicat, ſecus ſi nulla lite mota per ceſſio-
narium cedens confiteretur contra eum ipſo ſciente, & ta-
cente,tunc enim confeſſio non præiudicaret. ut ſupra dixi,
hoc tamen intelligas,ꝙ non præiudicat,niſi quo ad qualē-
qualem præſumptionem, vt ſupradixi. Item hoc procedit
qñ confeſſio fit poſt ius translatum, ſecus ſi fieret ante ius
translatum,hoc eſt añ factam ceſſionem, tunc enim cōfeſ-
ſio cedentis præiudicaret ceſſionario,ſicut confeſſio aucto-
ris præiudicat ſingulari ſucceſſori, vt dicit Io.An.in d.§. nūc
tractemus,in prædicta addi.& But.in c.ſignificauit, in fin.ſ.
72 de teſti. Et ex his infertur an confeſſio † patris præiudicet
filio,quo ad legitimam ſi confeſſio abſorbeat totum patri-
monium,& Cy.in l.j.C.de confeſſ.& Spe.in tit.de confeſſis,
§.nunc videndum,verſi.ſed nunquid dicunt,quod non, qa
73 in legitima † filius eſt quaſi creditor patris,l. quoniam prio
ribus,ff.de inoffic.teſta. Et hoc ſequitur Butri. hic in 3.col.
monetur, quia ex magna quātitate fraus præſumitur l.om-
nes.§.Lutius,ff.quæ in frau.credi. dicit tamen ponderādam
eſſe qualitatē pſonę, & veriſimilitudinē debiti,& dilectio-
nem, & tractatum filij, & alias circunſtantias ad fraudem
præſumendam, vel non præſumendam, & hoc placet D.
74 Abb.qui dicit idem eſſe dicendum in † alienatione, quam
faceret pater titulo non lucratiuo,& allegat bonam gloſſ.
in c.Raynutius, in verbo integraliter, infra de teſtamentis,
& Bart. in l.2.ff.ſi quis a parente fuerit manumiſſus,ſed me
vlterius non extendo,ſed de hoc dic, vt in d. c. Raynutius,
& per Cyn.& Bal.in l.1. C. ſi quid in fraudem patroni. Et
iſta ſufficiant.

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententia tenet pro reo, quando duo ordinarii iudices pronunciant contraria,niſi cauſa ſit fauorabilis.*

2 *Arbitri pronunciantes contraria,efficiunt vtramque ſententiā nullam.*

3 *Delegati iudices ſi ferant plures ſententias contrarias,donec a delegante altera fuerit confirmata,non incipit currere tempus appellationis.*

4 *Appellatio non datur a ſententia arbitri.*

5 *Reus eſt fauorabilior, quam actor.*

6 *Cauſa fauorabiles enumerantur quatuor inter quas eſt matrimonialis.*

7 *Doctoris vnius opinio præferenda eſt communi opinioni,niſi communis opinio habeat textum pro ſe.*

8 *Eccleſia uel*

*Caſtro exiſtente communi duobus,ſuperior debet prouidere,vt alternis annis habeant regimen, ſi aliter conuenire non poſſunt.*

9 *Sententiis exiſtentibus contrariæ latis a delegatis debet una ualidari a delegante, cum quilibet delegatus pro parte, & non inſolidum habeat iuriſdictionis exercitium.*

10 *Appellatione arbitrorum comprehenduntur arbitri,& arbitratores.*

11 *Poteſtatem non habent inſolidum, ſed pro parte arbitri, qui officium priuatum habent auctoritate,& utilitate a litigantibus.*

12 *Arbitratores electi, ut quilibet inſolidum poſſit procedere in cauſa,poterit quilibet compelli ſententiam dicere.*

13 *Rectores ſcholarium de iure debent eſſe Doctores.*

14 *Sententiæ diuerſæ qualiter ferri poſſint a pluribus iudicibus declaratur exemplis.*

15 *Vicarii epiſcopi habent iuriſdictionem ordinariam.*

16 *Epiſcopi in concilio prouinciali ſunt tanquam vniuerſitatis, & non ut ſinguli.*

17 *Cauſæ omnium de prouincia poſſunt tractari in concilio prouinciali.*

18 *Appellandum eſt ad Papam,vel principem, quando principis delegatus,& ordinarius ferunt contrarias ſententias.*

19 *Potentior trahit ad ſe minus potentem.*

20 *Ordinariis duobus exiſtentibus iudicibus,ſi unus deleget,& delegatus cum ordinario ſententias ferant contrarias, quæ ſententia valeat quæritur.*

21 *Contraria paris potentiæ mutuo ſe impediunt.*

22 *Caſus excepti a regula extenduntur ad ſimiles caſus.*

23 *Vniuerſitas ſi iudicat requiritur maior pars.*

24 *Capitulum ſi deputet quatuor ad iudicandum,ſi duo pro una parte, & duo pro alia iudicent, quæ ſententia ſit valitura quæritur.*

25 *Sententiæ contrariæ ſtabunt in pendenti ab ordinariis duobus latæ cum vter ſit actor,vel reus non recte conſtat.*

26 *Ordinarii duo ſi pronuncient ſententias contrarias illa præualet, quæ bene pronunciata fuit ex proceſſu.*

27 *Aſſeſſor poteſt remoueri ab ordinario,quia eſt inferior.*

28 *Epiſcopus licet ſit ſuperior ſuo Vicario a Vicario,tamen ad eum appellari non poteſt.*

29 *Ordinarius ferendo ſententiam contraria, nihil agit, & exemplum datur.*

30 *Conſultores aſſimilantur iudicibus delegatis.*

31 *Sententiæ an ſint in pendenti, vbi ſint contrariæ latæ a delegatis duobus ad uniuerſitatem cauſarum.*

32 *Delegati ad vniuerſitatem cauſarum cenſentur quaſi ordinarii.*

33 *Officiales foranei ab epiſcopo conſtituti habēt iuriſdictionem delegatam*

*ad uni-*

*ad uniuerſitatem cauſarum,& non ordinariam.*
34 *Delegatorum omnium eadem uidetur cã eſſe cum nihil propii habeant.*
35 *Arbitris qui eliguntur de neceſſitate in ſententiis diſcordantibus,recurritur ad Papam.*
36 *Arbitri non ſunt nec mere delegati,nec ordinarii.*
37 *Arbitri ferentes ſententias contrarias debent regulari,ut delegati non ut ordinarii.*
38 *Appellari poteſt ab arbitris a ſtatuto datis.*
39 *Teſtibus diſcordantibus in numero pari qualiter ſit procedendum.*
40 *Relatione commiſſa duobus, ſi referant contraria ſtandum eſt relationi dignioris.*

## CAP. XVI.

1 CVm duobus. Si duo † ordinarij ꝓnunciant contraria,
tenet ſententia pro reo,niſi cauſa ſit fauorabilis. Si vero ſunt delegati,delegans eſt adeũdus.
2 Si vero arbitri neutra ſententia valet. hoc dicit, & habet
tria dicta. Tertium ibi ſi vero. Tertium ibi, ꝙ ſi ex cõpromiſſo. In tex.ibi duobus iudicibus ſupple, vel pluribus diſcordantibus,tamen in numero pari, vt dicit glo. concor.l. inter pares.ff.eo.Ioan.And. Item ibi diuerſas ſententias, id eſt contrarias Ioan.And.Item ibi proferentibus nec cõuertentibus ſaltem in minimam ſummam. Vin. quaſi velit dicere,ꝙ ſi vnus iudex condemnaret in maiori ſumma,alius vero in minima ſumma, valeret ſententia in illa ſumma minima,vt in d.l.inter pares,in fin. & in c.1.de arbi.in 6.& ſic eſt intentio Vin.& Ioan.And. ꝙ iſte text.intelligatur qñ ſententiæ ſunt penitus cõtrariæ,vt quia vnus abſoluit, alius condemnat. Idem dicit glo.2.in l.duo iudices dati, ff. eod. Item ibi, ſententias a quibus non eſt appellatum Vincẽ.& Ioan.And. quaſi velit dicere, ꝙ ſi vtraque pars appellaſſet a ſententia quæ eſt lata contra ſe pateret arbitrio iudicis ad quem eſt appellatum, quæ ſententia valeat habebit enim vnam confirmare,& aliam infirmare iuxta ea, quæ dixi.in c.cum pro cauſa, §. eod. Sed tamen aduerte,quia quando
3 plures † delegati ferunt ſententias contrarias non incipit
currere tempus ad appellandum, niſi poſtquam delegans alteram cõfirmauerit,nam neutra ſententia ſtringit donec delegans aliam confirmauerit,& hoc tenet glo.in l.duo iudices dati,ff.eo. & ibi hoc etiam ſequitur Bart. In pluribus vero ordinarijs diſcordantibus ſtatim ſententia lata currit tempus ad appellandum, quia ſtatim vna ex ſententijs valet,vel pro reo,vel pro actore ſecundum diſtinctionem hic poſitam. In ſententijs vero contrarijs ab arbirris non eſt quærendum,quia neutra valet,& ſic fruſtra quæritur,de ap
4 pella. Item 2 † ſententia arbitri non appellatur.l.j.C.de ar
bit.quod qualiter intelligatur dixi in c. Quintauall.§. de iureiuran.& in c.2.de arbi.& hoc not. quia multum declarat iſtum tex.nec per Doct.declaratur. Not. primo ex text.ꝙ
5 † reus eſt fauorabilior, qui actor, & quod in dubijs fauen-
dum eſt potius reo,quæ actori concor.regula cum ſint, lib.
6 6.& c.ex literis,§. de proba. No. ſecundo quatuor † cauſas
fauorabiles inter quas computatur cauſa matrimonialis, hinc notabiliter dicit, dixit Hoſt.in c.2. de cogna. ſpi. quod
7 vbi agitur de matrimonio ſubſtinendo opinio vnius † Do-
ctoris præferenda eſt communi opinioni, niſi dommunis opin.habeat tex.pro ſe.& D.Abb.dicit, ꝙ hæc opi. ſibi placet,niſi alia opinio eſſet euidenter falſa,quia tunc etiã communis opi.eſt probanda,& idem dicit ſi communis opinio poteſt conuinci probabilibus rationibus, allegat Ioã.And. in c.1.de conſti. vbi dicit eſſe iudicandum ſecundum communem opi.niſi notorie maledicat vel probabiliter poſſint cõuinci,quod bonus iudex acutiſſimi ingenij exiſtimabit, vnde D. Abb. dicit idem eſſe dicendum in opinione vnius Doctoris ſubſtinenti matrimonium, nam ſi illa eſt manifeſte falſa,vel poteſt conuinci probabilibus rationibus, nõ debet iudicari ſecundum illam opin. & puto iſtud fuiſſe de mente Hoſt. pro qua ſecundũ D.Abb. facit iſte tex.inquantum dicit vult quod in fauorem matrimonij valeat ſententia pro actore contra regulas iuris. Tertio no. quod quando collegæ exiſtentes in eodem officio diſcordant in pari numero,quod valet ſententia pro reo ſi ſunt ordinarij, niſi actor ſtet pro cauſa fauorabili, & dicit D. Abb. quod hoc abſque dubio procedit in ſententia, in alijs vero actibus, D.Abb.allegat glo.notabilem,in c. licet xvi.q.3. quæ dicit,
8 quod ſi eccleſia † eſt ſubiecta duobus epiſcopis,vt quia po
ſita in limite duarum dioceſim, quod quilibet ex epiſcopis debet alternis annis ipſam viſitare, & eius curam hře ar. in l.quæſtiones,ff.de vſu.& dicit D.Abb.illam gl. eſſe tenendam menti. Ex quo infert,quod ſi duo domini alicuius caſtri vel ciuitatis proindiuiſo non poſſunt conuenire in illius gubernatione,quod ſuperior debet prouidere,vt alterni annis habeant regimen, & remittit ad no. per Bar. in l. Pomponius,alias incipit,ſi vni.ff.de re iudi. Quarto not. ꝙ ſi plures habentes poteſtatem delegatam ferant ſententias contrarias, quod validitas earum pendet a poteſtate delegantis,& dicit D.Abb.ſe credere, quod delegans poſſit alteram, vel nullam approbare ſecundum quid ſibi videbitur mouetur quia text. dicit, quod vtraque pendet ex arbitrio delegantis. Item quia nulla ex ipſis ſententijs reperitur lata ab habente poteſtatem cum exercitium iuriſdictionis cõpetat delegatis pro parte,& non inſolidum, vt in c.cauſam matrimonij,& in c.vno delegatorum,de officio deleg.not. glo. in c.prudentiam,eod.tit.vnde dicit,quod ſi allegans al-
9 teram ſentẽtiam approbat † illa aſſummit validitatem, &
vigorem ex auctoritate delegantis,& non delegati, qui eã tulit pro hoc facit ſecundum eum, quia quando delegati non poſſunt concordare in vnam ſententiam poſſunt remittere cauſam ſufficienter inſtructam ad delegantem, vt in c.pro hoc.de hæreti.in 6.ſed iſtud mihi non placet, quia videtur contra tex.in l.duo iudices dati,ff.eo.vbi dicitur, ꝙ ſi duo iudices delegati tulerint diuerſas ſententias vtraque ſententia eſt in pendente donationis competens iudex vnã earum confirmauerit, & ſic ille text. vult, quod ſuperior debeat alteram confirmare, etiam pro hoc facit, quia ex quo ſententiæ ſunt contrariæ, vt quia vna eſt abſolutoria, alia condemnatoria, neceſſarium eſt, quod alia ſit iuſta, alia vero iniuſta, vnde delegans debet confirmare illam, quæ eſt iuſta, nec obſtat iſte text. dum dicit, quod vtraque pendet ex arbitrio delegãtis,nam debet intelligi, quod dependet ab eius arbitrio, quam ſententiam confirmet, vel infirmet,non autem quod vtranque poſſit infirmare. Item verbum, arbitrium, importat arbitriũ boni viri,l.ſi ſic, & ibi per Bart.ff.de leg.1.& per eundem in extraua.ad reprim. in verſi. videbitur no.in c.1.de conſti.eſt ergo ſenſus iſtius c. quod vtraque ſententia dependet ab arbitrio ſuperioris, ſcilicet vt cauſa confirmet,quæ de iure eſt confirmanda,vnde ſi confirmat ſententiam, quæ non eſt confirmanda pars poteſt appellare, immo vt ſupradixi non currit tempus ad appellandum, niſi a die confirmationis, & ad prædicta bene facit glo.in c.ſuper his,in verſ.arbitrium de actu, quæ dicit in his, quæ relinquuntur arbitrio iudicis poteſt interponi appellatio. *Vltimo not. quod vbi plures arbitri ferunt* ſententias contrarias neutra ſententia valet, & ratio eſt ſecundum D.Abb. quia nõ receditur a perſonis arbitrorum, quia partes eligendo arbitros,videntur receſſiſſe a iudicio, nam quando partes compromittunt videntur eligere arbitros, vt bonos viros præcipuos non habito reſpectu ad aliquem iudicem, & iſta eſt ratio, quare ſententia arbitri nõ poteſt reduci ad arbitrium boni viri,de quo vide gl. & Bar. in l.3.§.1.ff.de arbi.de quo plene dixi in ca. Quintauallis,de iureiur.dicit tamen D. Abb. quod illud, quod dicitur hic a
10 pluribus arbitris habet locum, † & in pluribus arbitratori-
bus ferentibus lauda contraria, mouetur quia appellatione arbitrorum comprehenduntur arbitri, & arbitratores, vt in l.ſi ſocietatem,§.arbitrorum,ff.pro ſocio, vbi dicitur, quod ſunt duo genera arbitrorum,vnde cum iſte text. ſimpliciter loquatur de ſententia arbitrorum debet generaliter intelligi,tam de arbitro,quam arbitratore,quia non apparet ratio reſtringendi xix.diſt.ſi romanorum,& de maio. & obed.ſolite in fi.& dicit quod hoc in effectu ſenſit Bar.in l.j.§. ſi plures, ff.de exercitoria, vbi dicit, quod habentes
11 officium priuatum auctoritate, & vtilitate † a litigantibus
non habent poteſtatem inſolidum, ſed pro parte,allegat.l. Pedius,ff.de arbi.& dicit quod idem ſenſit Bald.in c.j.de inueſti.in maritum fac, vbi plus dicit,quod duobus arbitratoribus diſcordantibus non compelluntur eligere tertium, quia ſunt quædam perſonæ a quorum perſonis non receditur.l.ſi quis arbitratu.ff. de verbo, oblig. Sed de hoc vltimo an plures arbitri, vel arbitratores compellantur eligere tertium plene dixi in c.innotuit de arb.vbi allegaui illud dictum Bald.& D.Abb.hic. Sed ad principale dictum, ſcilicet quod idem dicendum ſit in arbitratoribus ferentib. ſententias contrarias expreſſe tenet hic Bald. dicit tamen hoc eſſe verum,niſi data ſit poteſtas inſolidum cuilibet ſuper lite decidenda. Pone exemplum ſunt electi plures arbitra-
12 tores † cum clauſula,quod quilibet inſolidum poſſit proce
dere in cauſa,quod ſit ſtandum laudo, etiam ſi vnus tãtum ex ipſis ferat laudum,tunc enim ſciens, tũc enim ſi omnes pronunciant,dicendum eſt, ſicut in ſententijs plurium ordinariorum,& idem putarem dicendum, quando ſub hac forma eſſet compromiſſum in pluribus arbitris, pro hoc vide bon.text.in l.non diſtinguemus,§.cum in plures, ff. de arbit.vbi dicitur, quod quando eſt factum compromiſſum

ſubſtan-

ſub tali clauſula , quilibet ex arbitris ſeparatim poteſt
compelli ſententiam dicere, ſed quando compromiſſum
non eſt factum cum tali clauſula , non poſſunt ſepara-
tim compelli ſententiam dicere, ſed omnes ſimul debent
ſententiam dicere ad idem l.item ſi vnus.§. fin.cum l.ſequ.
ff.de arbitr. & hoc tene menti . Sed antequam veniam ad
quæſtiones quæro de exemplis,& primo quæro,quomodo
13 poteſt † contingere, quod plures ordinarij ferant ſentẽtias
contrarias,& Ioan.And.& Doct. ponunt exempla in duo-
bus comitibus,vel in duobus conſulibus,vel in duobus do
ctoribus regentibus pro indiuiſo , & arbitror , quod Ioan.
And.dum loquitur de duob. doctoribus , loquatur de duo-
14 bus rectoribus ſcholarium , quia de iure † rectores ſchola-
rium debent eſſe doctores , licet de conſuetudine ſeruetur
contrarium,vt no.in l.ſi.ff.de iur.omn.iud. & in Auth.habi
ta.C.ne filius pro pa.modo pone,duo rectores ſcholarium
quorum vnus eſt citramontanus,alius vltramontanus, ha
bẽt iuriſdictionem ſuper tota vniuerſitate, tales enim ſunt
ordinarij , & vterque habet iuriſdictionem inſolidum, vn-
de ſi ferunt ſententias contrarias habet locum , quod di-
citur hic in pluribus ordinarijs ferentibus ſententias con-
trarias,in eccleſias vero Ioan. And. & Doct. ponunt exem-
15 plum in duobus Vicarijs † cuiuslibet epiſcopi , qui habent
iuriſdictionem ordinariam,vt not.Inno.in c.ſuam, de offi.
vica.& glo.in c.licet eo.tit.in ſexto,& in c.Romana, eo.lib.
de appell.& Bar.in l.1.ff.de officio conſul. Item poteſt poni
exemplum in duobus epiſcopis , qui ex ſpeciali diſpoſitio-
ne papæ poſſunt præfici eidem epiſcopatui,vt in c. non au-
tem,7.q.1. Item poteſt poni exemplum in duobus epiſco-
pis diuerſarum Diœceſum , quibus eadem eccleſia de iure
communi poteſt eſſe ſubiecta, vt quando eccleſia eſt limi-
tibus vtriuſque Diœceſis , vel ſpeciali priuilegio , vel pa-
cto appoſito in fundatione, vel præſcriptione,vterque epi-
ſcopus habet iuriſdictionem in ipſa,ad hoc facit, quod leg.
& not.in c.cum dilectus,de conſue. Item poteſt poni exem
plum in duobus coadiutorib. datis eidem epiſcopo, de cle.
ęgro.lib.6.cap.j. Idem dñt cum epiſcopi in concilio prouin
ciali pari numero diſcordant,ſed hoc vltimum exemplum
16 reprobat D. Abba. quia † epiſcopi in concilio prouinciali
ſunt,tanquam vniuerſitas & non vt ſinguli, ideo ſtandum
eſt maiori parti , niſi minor pars opponat aliquid ratio-
nabile in contrarium, & ad hoc allegat gl.notabilem, in c.
2.in glo.de arbi.in ſexto facit c.ſcitote,vj. q.3. & quod not.
Inno.in c.graue,de præben. & etiam de hoc eſt text. in cap.
2. iuncta glo.65.diſtinc. quæ glo.aperte ſentit,quod diſpoſi-
tio huius cap. non poteſt habere locum in vniuerſitate , ſi
ſinguli diſcordant pari numero,allegat etiam Inno.in cap.
irrefragabili,§.cæterum,de offic.ordi.& cap.cum non igno
res,de præben.vbi dicit , quod iuriſdictio ordinaria non eſt
in ſingulis,ſed apud ipſam vniuerſitatem ,nec obſtat ſecun-
dum D.Abb.ſi diceretur,quod epiſcopi in concilio prouin-
ciali ſunt vt ſinguli , quia hoc non eſt verum cum in Diœ-
ceſibus alienis , vel in ſubditis aliorum non habent iuriſdi-
ctionem,vt ſinguli,ſed tanquam pars concilij prouincialis
17 maxime quia in concilio prouinciali poſſunt tractari† cau
ſæ omnium de prouincia,etiam ſi ſint epiſcopi, vt in d.cap.
ſcitote,ſed vnus epiſcopus nõ eſt ſupra alium,ergo iudicãt,
vt vniuerſitas , quæ a iure communi recepit illam poteſta-
tem in communi facit quod no. in c.j.§.de iudi. & mihi pla
cet opin.D.Abb.licet But. hic tranſeat cum communi opi.
18 Doct. Secundo quæro, quod ſi ordinarius procedit † cum
delegato principis,& ferunt ſententias contrarias . Io.And.
dicit, quod eſt recurrendum ad papam , vt alteram ex ſen-
tentijs approbet , & ſic perinde habeſ , ac ſi plures delegati
pronunciaſſent,& ponit exemplum in ordinario, & inqui-
ſitore hæreſis ferentibus ſententias contrarias,& de hoc al-
legat bon.tex.in cap.pro hoc, de hæreti.in ſexto , vbi patet ,
ꝙ inquiſitor hæreticæ prauitatis , & epiſcopus ferunt ſen-
tentias cõtrarias appellandum eſt ad papam , & idem dicit
Bar.in l.duo iudices dati.ff.de re iudi.vbi dicit, quod ſi prin-
ceps adiungit delegatum ordinario, qui poſtea ferãt diuer-
ſas ſententias,quod recurrendum eſt ad principem , ſicut ſi
duo delegati tuliſſent ſententiam , & hoc ſequitur etiam
hic Bu. & Bal.& D.Abb.qui dicit hanc eſſe rationem, quia
eo ipſo,quod papa dat delegatum,& mandat ordinario, vt
abſque eo in certa cauſa non procedat, videtur ei adimere
poteſtatem,quam habebat, ut ſolus procedere poſſet,& vi
detur vtriq; dediſſe exercitium ſicut ſupradictum eſt in plu
ribus delegatis ad hoc præd.c. per hoc,de hæreti.in ſexto,&
quæ not. in c. ſi ſoli, de conceſſ.præb.eo.lib. & ſic ſententia
non reperitur lata ab habente poteſtatem inſolidum meri-
to hoc caſu debet recurri ad ſuperiorem , ſicut obſeruatur
in duobus delegatis. Sed Butr. in præd.l. duo iudices dati, ff.
eod.aſſignat meliorem rationem,dicit enim,quod ratio eſt
quia delegatus utitur iuriſdictione delegantis , l.j.§. pen.ff.
de officio eius,cui man. eſt iuriſ. vnde tanquam potentior
19 † trahit ad ſe iuriſdictionẽ ordinarij.l.ſi reus.ff.de duob.reis.
& in l.quicquid.§.cum in partes.ff.de acq.rer. do. facit opti-
me,c.ſi duo ex tribus delegatis,de arbit. in ſexto. Tertia qõ
20 eſt,quando alter ex duobus † ordinarijs delegauit alicui vi
ces ſuas, qui delegatus proceſſit cum collega , & in effectu
tulerunt ſententias contrarias. Et in hac quæſtione Ioann.
And.diſtinguit, quod ſi ordinarius tulit ſentẽtiam pro reo,
vel pro actore in cauſa fauorabili,quod præualet ſententia
ſua . Si autem tulit pro actore in cauſa non fauorabili de-
legatus vero collegæ pro reo,dicit Ioan. And. neutram ſen-
tentiam valere cum vtraque depẽdeat a pari poteſtate,nec
ſit caſus a iure determinatus , allegat l. commodiſſimę,ff.
de libe.& poſthum.& de reſcr. ſuſcepum, in ſexto , & dicit,
quod ſi hæc iura nõ emanaſſent diceremus omni caſu ſen-
tentiam in pari numero diſcordantium non valere,ſed iſtã
diſtinctionem Ioan. An.ſequitur But.hic,ſed D. Abb.in vl-
timo membro tenet contrarium,quia quemadmodum or-
dinarius , qui iuriſdictionem ſubdelegauit habet iuriſdi-
ctionem inſolidum,ita ipſius delegatus,vt in c.ſane, de of-
ficio del.& in l.j.§.penult.ff.de officio eius, cui man. eſt iur.
& in c.ſtuduiſti,de off. deleg. Et ex hoc dicit , Idem eſſe di-
cendũ in iſtis,ſicut in pluribus ordinariis,& dicit,quod non
videt aliquam bonam rationem diuerſitatis inter iſtum ca
ſum , & in duobus ordinariis pronunciantibus præſertim ,
quia hic non ponitur ius nouum cum ratio ſit antiqua , &
ſi opin.D.Abb.eſſet vera, ſequeretur quod ſi duo ordinarij
dediſſent duos delegatos,quod idem eſſet dicendum , ſicut
in duobus ordinarijs pronunciantibus, & pro hoc facit ꝗa
iſte tex.loquitur in duobus delegatis ab eodem . Sed aduer
te,quia ſi dicemus,quod ratio ſit,quod ualeat ſentẽtia plu-
rium ordinariorum , ex eo quia habent iuriſdictionem in-
ſolidum,& quod ſententia plurium delegatorũ ſtet in pen
denti , quia habent iuriſdictionis exercitium pro parte, &
non inſolidum, quam rationem videtur ſentire Bart.in l.ſi
vni.ff.eod.videtur opin.D.Abb.procedere ſed ſi dicimus,ꝙ
ſit ratio,quia ordinarius habet iuriſdictionem iure ſuo,de-
legatus vero iure alieno. Ideo ſententiæ diuerſæ plurium
ordinariorum valent, ſed plurium delegatorum ſtant in
pendenti,quam rationem aſſignauit Bar.in l.inter pares,ff.
eo.& Bal.hic erit vera opin. Ioan.And. Sed forte tunc poſ-
ſet dici,quod pẽdeat a poteſtate ordinarij delegãtis,ex quo
enim collega tulit ſentẽtiam pro actore ſi approbabit ſen-
tentiam ſui delegati valebit eius ſententia, ex quo pronun-
ciauit pro reo, ſed ſi eam reprobabit neutra valebit,& hoc
caſu poteſt procedere opin.Ioan.And. Tu tamen in hoc co
gita . Item inquantum dicit D.Abb. quod hic non ponitur
ius nouum,& quod ratio eſt antiqua,dic,quod illud, quod
dicitur in primo caſu,ſcilicet quod duobus ordinarijs feren
tibus ſententias contrarias valet ſententia illius qui pronũ-
ciauit pro reo, niſi alter pronunciauerit in cauſa fauorabi-
li erat deciſum ante iſtam decretalem per iura ciuilia,vt pa-
tet in l.inter pares,ff.eod.& in l. ſi pars iudicantium,ff.de in-
officioſo teſta.Item illud quod dicitur hic in ſecundo caſu,
ſcilicet, quod quando plures delegati ferunt ſententias cõ-
trarias,quod vtraque ſtat in pendenti, donec delegans alte-
ram approbauerit. Similiter erat deciſum per iura ciuilia ,
vt patet in l.duo iudices dati.ff.eo. Item quod dicitur in ter
tio caſu , ſcilicet in pluribus arbitris ferentibus contrarias
ſententias erat deciſum ante iſtam Decre.in l.diem profer-
re,§.ſi plures,ff.de arb.ſed non intelligas Ioann.Andr.quod
voluerit dicere,quod caſus qui hic determinantur non fue-
rint ante deciſi, & quod iſta Decr.contineat ius nouum,ꝗa
Ioann.And.noluit hoc dicere,ſed voluit dicere, quod ſi iſti
caſus non fuiſſent iure deciſi.In omnibus ſupradictis caſib.
dicendum fuiſſet neutram ſententiam valere , quia regula
21 iuris dicit,quod inuicem † contraria paris potentiæ mutuo
ſe impediunt,l.vbi repugnantia,ff.de reg.iuris , & quod no-
tantur in c. cum inter R. Seniorem , de elect. & in c.literas,
de præſumpt.& hoc modo intelligas Ioann.And. Quarto
quæro, an illud,quod dicitur hic,quod ſentẽtia lata in cau
ſis fauorabilibus pro actore valeat habeat locum in alijs
exemplis,quàm hic poſitis in text. & Vinc.& Doct. dicunt,
quod ſic,quia iſti quatuor caſus hic ponuntur cã exempli,
exempla autem non reſtringunt regulam , vt not. in c.1.ne
cler.vel mo.& in l.ita vulneratus, & in l.illud, ff. ad l.Aqu.
22 †Item caſus excepti a regula extendunſ ad ſimiles caſus,ꝓ
quo bene facit tex.in c.cum dilecta,de confir.uti. uel inuti.
& quod ibi dicam . Et ex hoc ſequitur, quod ſi alter ex or-
dinarijs fert ſententiam pro actore miſerabili perſona,pu-
ta vidua,vel pro pauperibus,vel pro eccleſia,quod talis ſen
tentia

tentia præualebit dato, ꝙ alter pronunciauit pro reo, vnde in illis caſibus in quibus Specu.in titu.de teſte,§.poſtquam, verſi.quid ſint dicit præualere probationes pro actore, qñ probationes ſunt hinc inde pares,de quo plene dixi in c. in noſtra, de teſti. in illis eiſdem caſib. valet ſententia ordinarij pro actore, quod no.pro declaratione iſtius tex. Et ex his habes expeditas quæſtiones, quas tangunt Doct. circa primum exemplum huius c. ſcilicet quando plures ordinarij ferunt ſententias contrarias. Et ex ipſis habes tres limitationes ad iſtum tex.Prima eſt,quia intelligitur quãdo plu
23 res ordinarij habẽt iuriſdictionem,vt ſinguli, † ſecus ſi tanquam vniuerſitas, quia tunc requiritur maior pars ipſius vniuerſitatis.Nec ſufficit, ꝙ ſint diſtinctiones in pari numero, vt in cap. eccleſia,il primo,de elect.& in c. 1.de his,quæ fi.a ma.parte c.tene tamen menti ea, quæ dixi in c.non poteſt,ſupra eo.vbi dixi, ꝙ quando requiritur ſententia, ſeu conſenſus capituli in aliquo actu poteſt deputare aliquos, qui loco capituli ferant ſententiã, vel præſtent conſenſum
24 Vnde circa hoc quæro † quid ſi deputat quatuor, qui vice capituli ferant ſententiam, & duo ferunt pro vno, & duo pro altero,quæ ſententia præualebit, dic ꝙ vtraq; ſtabit in pendẽti donec maior pars capituli alteram approbet, ſicut dicitur de pluribus delegatis contrarias ſententias ferentib. facit c.ſi compromiſſarius,de elect.in 6. Secunda limitatio eſt, quando ordinarius procedit cum delegato principis, quia tunc idem eſt dicendum ſicut in diuerſis ſententijs latis a pluribus delegatis. Tertia limitatio, quando ordinarius procedit cum delegato collegæ pro reo, quam tamen limitationem declara, vt ſupra dixi. Quarta limitatio vltra prædictas eſt,quando non conſtat quis ſit actor,& reus, puta eſt actum interdicto, vti poſſidetis, vel ſimili, in quo quilibet eſt actor,& reus ſecundum ea, quæ dixi in c.ex literis,ſupra de proba. vnus ex ordinarijs pronunciat pro vno,
25 alius pro alio vtraque † ſententia ſtabit in pendenti,donec ſuperior alteram approbet,hoc tenet gl.ſingularis,in l.duo iudices dati,quam Bar.ibi dicit non reperiri alibi. ff. eo. Idẽ dicit hic Bal.& in c.inter dilectos in fi.§.de fi.inſtr. Quinta
26 limitatio eſt, quando conſtat ex proceſſu † alterum ex iudicibus bene pronunciaſſe alterum vero male pronunciaſſe, præualet enim ſententia illius qui bene pronunciauit. iſtam limitationem poſuit hic Bal. allegat c.licet cauſam, ſupra de probat.ſed ego allego bo. tex. in l. ſi pars iudicentium,ff.de inofficioſo teſta. vbi dicit text.ꝙ duobus ordinarijs contrarias ſententias proferentibus, valet ſententia pro teſtamento, niſi appareat manifeſte iudicem qui pronunciauit pro teſtamento inique iudicaſſe. Et no. etiam hanc limitationem ad iſtum tex.quia debet intelligi, niſi conſtaret alterum ex iudicibus ordinariis inique pronunciaſſe, quia tunc præualeret ſẽtẽtia illius qui iuſte pronunciauit, etiam ſi pro actore non fauorabili pronunciaſſet. Sexta limitatio eſt,in ordinario,& aſſeſſore ferente ſententias contrarias,licet enim vterque habet ordinariam tamen, quia
27 † ordinarius poteſt remouere aſſeſſorem , vt in l. iudicium non ſoluitur.ff.de iudic. præualet ſententia ordinarii, tanꝗ maioris,& dignioris. & iſtam limitationem ponit hic Bal. Ex quo ſequitur,quod ſi epiſcopus, & vicarius reperiuntur tuliſſe contrarias ſententias,quod præualeat ſententia ordinarii.Ego tamen hoc intelligo,quando eodem tempore reperiuntur ferre contrarias ſententias,ſecus putarem ſi vicarius ante tuliſſet ſententiam diffinitiuam: tunc enim ſicut epiſcopus non poteſt eam reuocare,quia habet idem tribunal, vt in c.non putamus.de conſue.in vi.ita non poteſt ferre ſententiam contrariam: non enim ille qui habuit ſẽtẽtiam contra ſe poteſt adire epiſcopum per viam appellationis,vt in d.c.non putamus.nec per viam querelæ,quia ſolus Papa,vel legatus poteſt adiri per viam querelæ, vt in c.primo de officio lega.ſi tamen eſſet nulla ipſo iure poſſet epiſcopus ipſam reuocare,ſicut ipſe vicarius qui eam tulit, facit quod no.Bar.in l.ſi expreſſim.ff.de app.& in l.ſi vt proponis.C.quomodo & quando iudex.vbi dicit,quod ille qui tulit ſententiam nullam poteſt eam reuocare, & etiam eius
28 ſuperior.Epiſcopus autem eſt ſuperior † ſuo vicario licet ad eum non poſſit appellari,facit optime.c.ſi contra vnum.in fi.de officio delega.in vi. Septima, & vltima limitatio eſt,
29 quando vnus,& idem ordinarius tulit † ſententiam contrariam,quia non valet,hoc tenet Bar.in l.duo iudices dati.in fi.ff.eo.& ponit exemplum in iudice qui commiſit cauſam conſulendam duobus doctoribus qui tulerunt conſilia cõtraria,quia vnus conſuluit reum condemnandum alius abſoluendum,& iudex pronunciauit prout in dictis conſiliis continebatur:nam ſententia non valet,vt in c. imputari ſupra de fide inſtrumen.& in l.repugnantia.ff.de reg.iu. Dicit tamen Bart. quod iudex debuit antequam pronunciaret eligere alterum ex ipſis conſiliis,& ſecundum illud iudica
30 re.Et ex hoc arguit Bal.hic,quod † conſultores aſſimilantur iudicibus delegatis, quia ſi diſcordant, iudex qui commiſit cauſam conſulẽdam debet illud cõſilium eligere,quod magis ſibi placet,ſicut delegans eligit ſententiam delegatis quę magis ſibi placet, delegatis ferentibus ſententias contrarias.Et ex his ſum expeditus de his quæ reſpiciunt primum dictum,ſeu primam partem capi. Venio nunc ad ſecundum dictum,ſeu ad ſecundam partem,ſ.quando ſententiæ contrariæ ſunt latæ a duobus delegatis. Et circa hoc quæro quid ſi Papa dedit duos delegatos quorum alter ſubdelegauit vices ſuas,& ille cum collega procedit,& ferunt ſententias contrarias.& Ioan.And.dicit, quod iſta quæſtio nõ habet dubium quin ad papam pertineat, quam ſententiam approbet.allegat de officio delega.ſuper quæſtionum.§.pe.& c.ſi duo ex tribus.eo. ti.lib.vi.& cum opi.Ioan.An. tranſit Bu.& placet etiam domino Ab.quia habent poteſtatem pro parte non inſolidum cum ſemper repræſentent perſonam vnius,ſ.Papæ delegantis. Secundo quæro,quid ſi duo delegati ad vniuerſitatem cauſarum ferunt ſententias con
31 trarias,an vtraque ſententia ſtet † in pendenti?& Bar.in l.prima.§.ſi plures.ff.de exerci.& in l. ſi vni. alias Pomponius ſi vni.ff.eo.dicit idem etiam dicendum,quod in pluribus ordi
32 nariis,quia delegati † ad vniuerſitatem cauſarum cenſentur quaſi ordinarii,vt dicit glo.vt dicit gl.in dicta.l.Pomponius ſi vni.& in c.cum cauſam.infra de app.ſed Do.Abb. hic, & in c.cauſam matrimonii. ſupra de officio delega. reprobat iſtam opi.per tex.iuncta glo.in verbo ſeparatim. in c.vt officium.de hæret. in vi.vbi patet,quod eſt ſpeciale fauore fidei vt plures inquiſitores hæreticæ prauitatis deputati in aliqua ciuitate,vel caſtro poſſint ſeparatim procedere, & tamen tales dicuntur delegati ad vniuerſitatem cauſarum, vt dicit Ioan.Andr. in c.per hoc.de hereti.in vi.& probatur in c.ne aliqui.eodem ti.& lib.& idem ſentit hic.ſi ergo eſt ſpeciale in pluribus inquiſitoribus,vt poſſint ſeparatim procedere ergo regulr debent ſimul procedere, ſicut plures delegati ad certam cauſam,vt in c.cauſam matrimonii.de officio delega.Et ex hoc infert D.Abb.quod ſi epiſcopus conſtituit aliquos officiales ſimpliciter in aliqua parte diœceſis dans eis poteſtatem inſolidum non poſſunt procedere ſeparatim , & ſi proferunt ſententias contrarias vtraque ſtat in pendenti, donec epiſcopus alteram confirmet. nam illi
33 † officiales foranei habẽt iuriſdictionem delegatam ad vniuerſitatem cauſarum,& non ordinariam,vt no.glo. in cle.& ſi principalis.in verbo,foraneo.de reſcrip. & de delegato ad vniuerſitatem cauſarum.remittit D.Abb.ad Bald. in l.a iudice.C.de iudi.vbi Bal.dicit,quod ille dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum cui ſit commiſſio generalis cauſarum cum territorio,de quo dicam in c. cum cauſam. infra de appel.Sed quo ad principale dictum,ſcilicet, quod idem dicendum ſit in pluribus delegatis ad vniuerſitatem cauſarum,ſicut ĩ delegatis ad certam cauſam, ſcilicet quod vtroque caſu vtraque ſententia ſtet in pendenti donec delegans alteram approbauerit, facit ratio differentię,quam aſſignat Bar.inter plures delegatos,& ordinarios.l.inter pares. ff. eo. vbi dicit,quod ideo vltra ex ſententiis ſtatim valet,quando plures ordinarii ferunt ſententias contrarias, quia habent iuriſdictionem iure ſuo,vnde non reperitur delegãs ad quẽ ſit neceſſe recurrere.plures vero delegati habent iuriſdictionem nomine alieno,vt in l.prima.§.qui mandatam.ff.de officio eius cui man.eſt iuriſdictio.vbi tex.dicit, quod delega
34 tus † nihil proprium habet, ſed vtitur iuriſdictione delegantis ideo ſi plures delegati ferunt ſententias cõtrarias recurrendum eſt ad delegantem,cuius eſt iuriſdictio,quam delegati habent,ſed iſta ratio ita habet in delegatis ad vniuerſitatem cauſarum ſicut in pluribus delegatis ad vniuerſitatẽ cauſarum,ita habent iuriſdictionem nomine alieno, ſicut delegati ad vnam cauſam,vnde idem dicendum eſt in vtriſque.Et ex hoc expeditum eſt ſecundum dictum, ſeu ſecũda pars quam tamen intellige, quando non conſtat alterum inique pronunciaſſe,quia tunc ualeret ſolum ſententia illius qui iuſte pronunciauit,nec ſtaret in pendenti, ut in l.ſi pars iudicantium.ff.de inofficioſo teſtamen. & dixi in præcedenti parte in quinta limitatione. Venio nunc ad tertium dictum,ſeu ad tertiam, & ultimam partem, quæ loquitur,quando plures arbitri ferunt ſententias contrarias, ſed Ioan.And.dicit, quod iſte tex. debet intelligi in arbitris
35 compromiſſariis,ſecus dicit in arbitris † qui eliguntur de neceſſitate, quia tunc eis diſcordantibus recurrendum eſt ad Papam,vt in c.ab arbitris.de officio delega.in 6.& iſtud fuit originaliter dictum Innocen.in c.ſuſpicionis.de officio delegati.ubi dicit, quod ſi arbitri aſſumpti ſuper articulo ſuſpicionis, ut quia unus pronunciauit cauſam recuſationis eſſe

eſſe iuſtam alio pronunciante contrarium recurrendum
eſt ad Papam qui approbauit vnam ex ipſis ſententiis,ſicut
obſeruatur in duobus delegatis,vt hic. Sed Specu. in titulo
de recuſa.§.fina.verſicu.quid ſi arbitri.diuerſas ſententias.te
net indiſtincte,quod ſiue arbitri diſcordent in ſententia fer
renda, ſiue intam lata compelluntur eligere tertium, ſed
dominus Abb.hoc dictum reprobat propter iſtum tex.vbi
patet, quod tales arbitri nihil agunt. item cum ſint functi
per pronunciationem officio ſuo nõ poſſunt tertium elige
re, & per hoc dicit dominus Abb. quod tertius debet aſſu-
mi ante pronunciationem,quando non volunt conuenire
in vnam ſententiam,& nõ poteſt,& dicit, quod hoc innuit
tex.in c.ſuſpicionis.de officio delegati..vbi ſe remittit,& al
legat Ioan.And.in Specu.de recuſa.§.fina.ver. ſed nunquid
36 arbitri. † vbi dicit, quod tales ſunt,nec mere delegati,nec
mere ordinarii,quaſi ſentiat,quod ſit quędam ſpecies per ſe
mixta,non enim ſunt ordinarii,quia non habẽt iuriſdictio
nem,niſi in certo articulo,nec delegati, quia ſuperior eos
non elegit.ſed fuerunt aſſumpti de conſenſu partium,& iõ
idem Ioan.And.in Specu.de arbi.§.differt.verſicu. ſed nun-
quid. dicit, quod iſti arbitri non poſſunt committere vices
ſuas.ſicut nec alii arbitri compromiſſarii,quod poſſent ſi eſ
ſent ordinarii, vel delegati. Dicit tamen dominus Abb.ꝙ
poteſtas iſtorum magis accedet ad naturam iuriſdictionis
delegatæ,quam ordinariæ, argumen.dicto cap. ſuſpicionis.
& dicto capit.ab arbitris. quę ponuntur in titulo de officio
delegati.& non in titu. de officio ordina. valet enim argu.
a ſituatione rubricæ,vt no.glo.in c.tibi qui de. reſcriptis. in
vi.& in c.ſi ſuper gratia.de officio delega. eodem libro.& in
cap.bonæ.infra de confirma.vtili vel inutili. Et ex hoc con
37 cludit D.Abb.quod ſi ferunt ſententias† contrarias debent
regulari,vt delegati,non autem vt ordinarii, & idem eadẽ
ratione eſſe dicendum in arbitris qui eliguntur inter epiſco
pum,& clericum,iuxta materiam c. ſi clericus aduerſus cle-
ricum.xi.q.prima.vnde etiam eis facientibus diuerſas ſentẽ
tias in pari numero recurrendum ad Papam, ſicut dictum
in arbitris electis ad cognoſcendum de cauſa ſuſpicionis,ar
gumen.capitu.de arbitris.de officio delega.in ſexto.& ibi vi
de glo.fina,quæ vtroſque arbitros æquiparat,& dicit, quod
omnes arbitri qui eliguntur de neceſſitate cenſentur dele-
gati,vnde arbitri qui eliguntur ex forma ſtatuti : puta ſi ſta-
tutum dicat, quod conſanguinei teneantur compromitte-
re de litibus ſuis,tales arbitri habent vim iudicum delegato
38 rum magis quam arbitrorum,vnde ab eis poteſt †appella-
ri,vt dicit Barto.& Bald.in l.fina.C.de iudic. & plene dixi in
capitu.irrefragabili.§. cœterum.de officio ordina. In glo.fi.
Do.Abb. dicit, quod ratio fundamentalis dicendi eſt,quia
plures ordinarii habent iuriſdictionem inſolidum. Delega
ti vero ſaltem reſpectu exercitii nõ habent iuriſdictionem
inſolidum,ſed pro parte,vt dicit glo.in capit. prudentiam.
de officio delega. & iſtam rationem differentię etiam ſenſit
Bar.ĩ l.Pomponius ſi vni.ff.eodem. & in l.prima.§.ſi plures.
ff.de exercito.Sed melior eſt ratio, quia plures ordinarii ha
bent iuriſdictionem iure proprio,& non alieno, ideo non
expectatur confirmatio ſuperioris. Delegati vero habent
iuriſdictionem iure alieno non proprio, ideo in eis recur-
rendum eſt ad fontem iuriſdictionis, ideſt, ad delegantem,
& iſtam rationem aſſignat Barto.in l.inter pares.ff.eodem.
& Bald.hic.in arbitris vero ratio eſt, quia in compromiſſis
non receditur a perſona,vt l. Pędius.§. primo. & in l.com-
promiſſis.ff.de arbitris. Extra glo.quæro ſecundum Bald.
39 nunquid ſi†teſtęs diſcordant in numero pari debeamus di
cere,ſicut in pluribus ordinariis, vel ſicut in pluribus dele-
gatis?& in effectu dicit idem eſſe dicendum, ſicut in plurib.
ordinariis, quia probationibus exiſtentibus paribus debet
ferri ſententia in fauorem rei,niſi actor ſit perſona fauora-
bilis de quo plene dixi in capitulo in noſtra. ſupra de teſti.
vnde dicit Bald. quod teſtes aſſimilantur pluribus ordina-
riis,non autem pluribus delegatis, quod dicit eſſe nota.di-
40 gnum. Quærit etiam hic,quid ſi duobus eſt commiſſa†re
latio qui referunt contraria,& Bald.dicit,quod creditur di-
gniori,ſed ſi ſunt omnino pares,idem dicendum eſt, quod
in teſtibus, quia iſti referendarii, ſicut teſtes debent referre
veritatem,quam ex actis percipiunt,argumen. l. ne cauſas.
C.de ap.& dicit,quod qui nõ refert fideliter eſt falſarius,&
quod debet puniri.l.Cornelia.de falſis.ſicut teſtis deponens
falſum,& all.no.in l.ii.C.de ſpor.& iſta ſufficiant.

## *De iudicijs. Rubrica.*

*SVMMARIVM.*


1 *Rubrica de iudiciis, cur ſit potius concepta in numero plurali, quam ſingulari.& num.9*
2 *Iudicium quot modis accipiatur vide.*
3 *Iudicium quomodo diffiniatur.*
4 *Iudicium non dicitur ante litem conteſtatam.*
5 *Factum in iudicio dicitur,quando iudex ſedet iuris reddendi cauſa.*
6 *Confeſſus ante litem conteſtatam nullo dato libello habetur pro condemnato.*
7 *Sententia diffinitiua non fertur contra confeſſum ante litis conteſtationem.*
8 *Iudicium conſiſtit ex perſonis,& cauſis,ſecundnm Bal.*
9 *Iudiciorum multæ ſunt ſpecies.*
10 *Iudicium mixtum,an detur ſimul.ſ.criminale,& ciuile.*
11 *Negatiua vniuerſaliter negat.*
12 *Iudicium in ordinarium, & extraordinarium diuiditur, & quid ſint.*
13 *Proceſſus factus per inquiſitionem,an ordinarius ubi.*
14 *Pęna de iure canonico mitior eſt,quando proceditur per inquiſitionem, quam per accuſationem.*
15 *Verba in materia exorbitanti ſunt ſtricte intelligenda.*
16 *Iudiciorum iterum aliud eſt ſpirituale, & aliud temporale, & quid ſint.*
17 *Ius patronatus eſt ius ſpirituale.*
18 *Præſentatio patroni nullum ius acquirit præſentato ſecundum Abb.ſed eſt quoddam incohamentum ad ſpirituale obtinendum.*
19 *Rex Apulię poteſt conferre beneficia vacantia in regno ſuo.*
20 *Ius conferendi beneficia eſt mere ſpirituale.*
21 *Iudicium attentatum ſuper poſſeſſione,vel quaſi poſſeſſione rei ſpiritualis,an dicatur ſpirituale, & ſic tractetur coram iudice eccleſiaſtico,ſicut tractatur petitorium.*
22 *Iudicium dicatur criminale,an ciuile, quando pro delicto imponitur pęna pecuniaria.*
23 *Cauſa ciuilis,& criminalis quæ dicatur vide.*
24 *Actum principaliter conſiderandum eſt,non autem quod venit in conſequentiam.*
25 *Actio de priuatione beneficii non intendit ad vindictam, ſed concludit inhabilitatem ponendi beneficium tantum.*
16 *Statuta omnia ſunt leges extraordinariæ,& extrauagantes,inſpecto generali corpore iuris ciuilis.*


Hæc rubrica continuatur Ad præcedentes
hoc modo in ſuperiorib. titulis viſum eſt de pręparatoriis
iudiciorum. Nunc ad ipſa iudicia ueniendum eſt. Poteſt ẽt
aliter continuari, ſed qnoniam iſta continuatio commu-
niter tenetur per Docto.alias omitto. Sed quæro, quare di
1 xit † de iudiciis in plurali, non autem de iudicio in ſingu
lari : reſponde, quod in plurali auctor locutus eſt, quia
a multa ſunt iudicia,ut infra dicetur.[a] Secundo quęro, quo
2 modo accipiatur hoc nomen iudicium†hic,dic, quod hoc
nomen eſt ęquiuocũ,& hẽt multa ſignificata.de qb.ꝑ glo.
Inſt.qb'nõ eſt permiſ.fa.teſta.§. ꝑterea.in uerbo,iudicium.
& per glo.& Ioan.And.in regula in iudiciis.lib.6. & per ip-
ſum poſt Ioan.Mon.in rubrica huius tituli.in 6.& per Gof-
fre.& Hoſtien.in ſumma eorum.Sed quantum ad propoſi-
tum iudicium accipitur pro inſtantia cauſæ diſcutiendę, &
partibus eius.l.properandum.C.de iudi.& ĩ.de uerb. ſig.fo-
rus.& 4.q.4.ca. primo.& in multis capitulis eius quęſtionis.
3 Et † diffinitur hoc modo per aliquos Summiſtas iudicium
eſt actus trium perſonarum,uidelicet iudicis,actoris, & rei
in iudicio contendentium,quia D.Car.reprobat hanc diffi
nitionem mouetur, quia hic diffinitio nõ euacuat naturã
diffiniti,nec eſt conuertibilis cum ſuo diffinito: nam quan-
doque eſt iudicium ſine actore, ut quando iudex procedit
per inquiſitionem ex officio, ut infra de accuſa. qualiter &
quando.el ij.Quandoque ſine reo,ut quando maleficio ex
ante notorio iudex inquirit in genere ſecundum formam
quam notant Docto.in c.bonæ.de elect.D.Abb.dicit,quod
hic diffinitio poteſt ſaluari habendo regulam ad commu-
niter accidentia,ut probatur in pręalla.c.j.4.qõ.4. Item ſal
tim ficte ſęmper ſunt tres perſonę,quia fama habetur loco
accuſatoris,ut in c.qualiter & quando. ſed contra hanc dif
finitionem alio modo opponitur,nam uidetur contra tex.
in c.forus.infra de uer.ſig.ubi dicitur, quod origo,& mate
ria negocii appellatur cauſa a caſu, quędam proponitur
cauſa dicitur,dum diſcutitur iudicium uocatur cum finitur
iuſtitia nuncupatur,ex quo euidenter colligitur, quod pri-
ma diſcuſio cauſæ appellatur iudicium.Vnde poteſt diffini
ri,quod iudicium eſt cauſę diſcuſſio, quæ coram iudice fit.
Ex quo infert D.Abb.quod ante litis conteſtationem non
4 dicatur †iudicium.& hoc tenet glo.no.in l.iudicium ſolui
tnr.ff.de iud.facit l.amplius non peti. ff. rem ra. habe.& di-
cit

ADDITIO.

a ¶Idem dicitur infra in ſeq.col.in fi.

cit D.Abb.hoc procedere reſpectu ipſius cauſæ. Sed quan-
5 tum ad hoc, vt confeſſio vel aliquid aliud dicatur † factum
in iudicio ſatis eſt, ꝙ iudex ſedeat cauſa ius reddendi, licet
lis non ſit conteſta. allegat.l.voluit.ff.de interrog.act. Bart.
in l.ſi confeſſus.ff.de cuſt.reorum vbi dicit Bar. quia confeſ-
ſio valet, etiam ſi proceſſus ſit nullus, & idem dicit Inno.in
cap.qualiter, & quando, de acc.vnde Bar.in l.j.C.de confeſ.
6 dicit, ꝙ † confeſſus ante litem conteſ. nullo dato libello ha
betur pro condemnato, non tamen debet ferri ſententia
diffinitiua contra confitentem, ſed debet fieri præceptũ de
ſoluendo, vt in l.ſi debitori, ff.de iudi.& ibi per Barto.& per
eundem in l.j.C.de lit. conte. & quantum ad primũ effectũ
D. Abba. ſic diffinit iudicium eſt locus in quo iudex gratia
ius reddendi conſiſtit, ſed hic diffinitio non eſt bona, non
diffinit ipſum iudicem, ſed locum iudicij, locus enim iudi-
cij diſtat ab ipſo iudice. Item non dicitur iudicium vbi non
ſit lit.conteſt.vnde ſi reus confitetur ante lit.conteſt.non fer
7 tur ſententia † diffinitiua contra eum, ſed ſi confitetur poſt
litem conteſt.tunc requiritur ſententia diffinitiua, vt voluit
Bar.in locis ſupra alleg.& in l.j. C. de confeſ. vnde tene pri-
mam diffinitionem, poſſunt etiam aliæ diffinitiones poni.
Sed quoniam prima diffinitio cõmuniter tenetur ipſas præ
8 termitto, ſed Bal.in rub.huius tituli dicit, ꝙ iudicium † cõſi-
ſtit ex perſonis, & cauſis. Perſonæ ſunt tres, ſcilicet iudex
præſidens, actor agens, & reus defendens, & iſtud iudicium
eſt plenum, ſed interdũ eſt ſemiplenum, vt quia non eſt ibi,
niſi iudex & actor, vt quando nemo ſuſcipit controuerſiã,
vel onus defenſionis. Exemplum in Authẽ. ſi omnes.C. ſi
vt ſe ab hæreditate abſt.interdum ſolum eſt iudex, & reus,
& perſona ficta in medio eſt conſtituta, vt in fama quæ ha-
betur loco accuſatoris, vt in c.qualiter & quando, de accu.
Item dixit, ꝙ conſtat iudicium ex cauſis, quia ius & iudiciũ
eſt poſitum in cauſa, tanquam in lapide angulari, hinc eſt,
qđ dicitur, ꝙ ex facto, ideſt ex cauſa ius oritur, vt in l.ſi ex
plagis.§.ĩ Cliuo.ff.ad l.Aquil.ad idem.l.edicto, §.j.ff. de alie.
iud.mu.ca.fa. dum dicitur in ius requiratur, & cauſa, ideſt
cauſa apta ad ius.cauſa enim eſt ſubſtantialis, vt l.2.§. circa,
ff.de doli excep.Expeditus de continuatione rubricę, quæro
9 quare in plurali dicatur de iudicijs? dic ꝙ ideo, quia † multæ
ſunt ſpecies iudiciorum, aliud enim eſt criminale, vt qñ
de crimine in iudicio agitur criminaliter, aliud in mere ci-
uile, vt quando agitur ad rem temporalem, puta ſi petatur
domus, vel pecunia non ex cauſa criminis, ſed ex ꝯctu,
vel ex alia cauſa, quoddam vero dicitur iudiciũ mixtũ, vt
cum agitur de crimine ciuilr, vt in c.tuæ, de procu.& de ac-
cu.ſuper his, ſed mihi nõ placet, quod dicatur iudiciũ mix-
tum quando de crimine agitur ciuiliter, & videt̃ eſſe ꝯ tex.
in d.c.ſuper his, vbi dicitur, quod quando agitur de crimine
11 ciuiliter, quæſtio non eſt criminalis, ſed negatiua † vni-
uerſaliter negat, vt in c.ſolitę in fi.de maior. & obed.vnde ſi
diceretur cauſa mixta inter criminalem, & ciuilem ille tex.
non diceret, quod hæc ſolu. non eſt criminalis, nec obſtat
c.tuæ, quia nõ dicit, quod ſit cauſa mixta, ſed quod eſt qua-
ſi mixta, vnde teneo quod ſit dare iudicium criminale, vel
ciuile, non autem mixtum. Item eſt alia diuiſio iudicio-
12 rum, quia aliud eſt ordinarium † aliud eſt extraordinariũ, iu
diciũ ordinarium dicitur, qđ tractatur via ordinaria. Ex-
traordinarium dr̃ iudiciũ notorium, vel iudicium ſumma-
rium, de quo in cle.diſpendioſam, de iudi. & in cle. ſæpe. de
ver.ſi. vel dicitur extraordinarium, quia proceditur ꝑ viam
inquiſitionis, & de hoc ſtatim dicam, an proceſſus per inq-
ſitionem ſit ordinarius, vel extraordinarius, alio autem re-
ſpectu dicitur iudiciũ ordinarium, hic & aliud extraordi-
narium, hic eſt reſpectu perſonæ iudicantis. Nam iudiciũ
ordinarium dicitur quod fit coram ordinario. Extraordina
rium dicitur, quod fit coram delegato, vel arbitro, de hoc
vide glo.in c.quoniam, contra de proba.in verſi.ordinariũ,
& 2.quęſt.6.§.ꝙ de arbitris. Quantum autem ad illud, quod
13 ſupradixi. † An proceſſus factus per inquiſitionem, dicatur
ordinarius, vel extraordinarius, & in hoc Inno. fuit ſibi cõ.
trarius, vt in ca. cum oporteat, dixit ꝙ eſt iudicium extra-
ordinarium, ſed in c.dilecto, de ſen.excomm.in ſexto.dixit,
quod eſt ordinarium. Domin. Abb. dicit, quod diuerſo re-
ſpectu poteſt appellari iudiciũ ordinarium, & iudicium ex-
traordinarium, nam ex eo, ꝙ a iure hæc forma eſt introdu
cta, & in ea ſeruatur ordo iuris, licet non vſque quandoq;
poteſt dici iudicium ordinarium, ad hoc c.ſuper his, & cap.
qualiter & quando, de accu. facit c.1. eo. tit. in 6. & alio re-
ſpectu, quia poteſt procedi per inquiſitionem non compa-
rente accuſatore, de accuſ. accedens, & quod notatur in l.
14 2.§.ſi publico. ff. de adult. & quia tanta † pœna regulariter
non imponitur de iure canon. quando proceditur per in-
quiſitionem, ſicut quãdo proceditur per accuſationẽ, vt in
c.qualiter, & quando, el 2.in §.verum, infra de accu. poteſt
dici extraordinarium, vnde dicit, quod in materia exorbi-
tanti, & odioſa appellatione iudicii ordinarij non venit iu
dicium per inquiſitionem, quia non eſt ex toto ordinariũ,
15 vt patet ex prædictis, & in materiã exorbitanti verba, † ſunt
ſtricte accipienda in proprio ſuo ſignificato l. 3. §. hæc ver-
ba, ff.de nego.geſt.& in c.in noſtra, de iniurijs. Tertia ſpecies
16 † iudiciorum eſt, quia aliud eſt ſpirituale, aliud eſt tẽporale,
aliud eſt annexum ſpirituali: iudicium temporale, quod eſt
de re temporali, ſpirituale, quod de re ſpirituali, annexum
ſpirituali dicitur quando agitur de iure patronatus, vt infra
eo.quanto. Dicunt enim Doc. quod non eſt dare iudicium
17 annexum ſpirituali attenta origine. Nam † ius patronatus
ſecundum naturam ſuam originariã eſt ius ſpirituale, tan-
quam ex accidenti diſpenſatione eccleſia cadit in laicum,
ideo dicitur quid temporale habere de iure patr.c.nobis, &
c.quia, de acc. Sed hic non placet D.Abb.immo dicit, quod
poteſt eſſe iudiciũ mixtum reſpectu ſpiritualitatis, & tem-
poralitatis, qa participat de vtroq;, nec præciſe accedit ad
alterum, nec eſt bona ratio Doc.ſecundum eum, dum dñt,
quod antequam eccleſia diſpenſaret cum laico patrono, vt
poſſet conſequi ius patronatus, in eccleſiaſtico beneficio
erat ſpirituale, nam hoc ius patronatus nondum erat in
eſſe deductum. Item ſi conſideratur radicitus, nam ipſius
iure patronatus non poteſt dici qđ ſit, vel aliquando fuerit
18 mere ſpirituale, quia per † pręſentationem patroni nullum
ius acquiritur ꝑſentato, ſed eſt quoddam initium, & incho-
amẽtum ad ſpirituale obtinendum, vt probatur in c. quod
autem, & in c.paſtor.de iure patr.hinc eſt, quod vno pręſen-
tato poteſt patronus laicus alium præſentare, vt in c. cum
autem, eo.tit.& dicit, quod hoc etiam vr̃ ſentire Innocen.in
c.quod ſicut, de elect.vbi dicit, quod ideo electio non con-
ceditur laico in eccleſia, quia per electionem initiatur ma-
trimonium inter electum, & eccleſiam, vt in cap.fi.de tran-
ſla.præla.ſed præſentare non eſt ius mere ſpirituale, ſed an-
nexum ſpirituali, nec contrahitur aliquod vinculum inter
præſentatum, & eccleſiam cum nullum ius ſibi ex præſen-
a tatione acquiratur,[a] & ſic ſecũdum D.Abb.videtur ſentire,
ꝙ etiam habito reſpectu ad naturam nõ poteſt dici ius me
re ſpirituale, vnde fuit conceſſum laico, quia non fuit me-
re ſpirituale, ſi enim eſſet ius mere ſpirituale, non execraret̃
per conceſſionem factam laico, cum ipſum ius conferendi
quandoque ex priuilegio concedatur laico, 63.diſt.Adrian.
19 & quod not.gl.16.q.7.in ſumma. quæ dicit, ꝙ † rex apuliæ
poteſt conferre beneficia vacantia in regno ſuo, nec per
20 hoc deſinit eſſe mere ſpirituale ipſum ius † cõferẽdi, vt in d.
c.Adrianus, & quod not.Ioan.And.in c.2.de præben.in 6.&
pro tanto dicitur annexum ſpirituali, quia parat viam ad
obtinendam inſtitutionem, q̃ eſt ius mere ſpirituale, vt ĩ.
eo.quanto, ſed tu ſalua communem opin. & dic, ꝙ attenta
materia ſuper qua creatur ius patronatus originaliter eſt ſpi
rituale, ſed attenta diſpoſitione iuris, quod de gratia conceſ-
ſit, vt poſſit in laicos tranſire, eſt annexum ſpirituali, nec ob
ſtat illud, quod dicit de iure conferendi, quia ſi fieret ius cõ-
mune, quod ius conferendi poſſit per laicum acquiri eſſet
annexum ſpirituali, aliud eſt ergo, quod aliquid concedat̃
per diſpẽſationem, quia non mutatur eius natura, aliud eſt,
quod de iure communi poſſit tranſire in laicum, licet de
gratia, quia tunc immutat naturam ſuam, & deſinit eſſe ſpi
rituale, & efficitur quaſi ſpirituale, vt eſt in iure patronatus.
21 Vtrum aũt iudiciũ † attẽtatum ſuper poſſeſſione, vel quaſi
poſſeſſione rei ſpiritualis dicatur ſpirituale, vt ſic tractetur
coram iudice eccleſiaſtico, ſicut quando agitur petitorio,
dic vt in c fi.infra de iud.& in c.literas, de iur. calum. & per
D.Do.in c.cum C.laicus, de for. comp. in 6. Tertio quæro
de vtili q.ſ.vtrum quando imponitur pęna pecuniaria pro
22 delicto dicatur † iudicium criminale, vel ciuile? Butr. dicit,
quod licet glo. iur. ciuilis in hoc variauerit, tamen cõmu-
nis opi.eſt, quam tenet glo.& Bar.in l.3.ff.de ſepulc.vio, vbi
23 dicunt, quid dicatur cauſa † ciuilis, cuius finis, & commodũ
& intereſſe priuatum, cauſa vero criminalis, cuius finis
eſt intereſſe publicum, & vindicta publica cauſa mixta, quę
participat de vtroque, ex quo concludit, quod quando
pœna pecuniaria eſt applicanda fiſco, quod cauſa ſit crimi
nalis, quod etiam tenet Inno.in c.qualiter & quando, de ac
cu.el 2.pro quo bene facit l.3.ff.de præuar. quæ dicit, quod
vindicta publica, ita intenditur per pœnam pecuniariam,
ſicut per pœnam corporalem, ſed D.Abb.dicit, quod con-
tra prædicta fortiter facit c.per tuas, in fi.ĩ. de ſimon. vbi di-
cit,

ADDITIO.

a ¶Immo acquiritur ius ex pręſentatione, licet non tantum quantum ex electione, vt not.D.Abb.in c.poſt elect.in 2.col.de poſtu.præl.

cit, quod ſi agitur de crimine ad priuationem beneficij di-
citur agi ciuiliter, & tamen pœna non applicatur parti, &
ideo dicit, quod tunc proprie agitur criminaliter, quando
directa via cauſa deducitur in iudiciũ, vt puniatur acrius,
quam poteſt, & ſic vt imponatur pœna ordinaria, ſiue pœ-
na applicatur fiſco ſiue parti, quia debemus conſiderare il-
24 lud, quod † principaliter agitur non autem illud, quod ve-
nit in conſequentiam, l. 1. ff. de auct. tu. & quod not. in c. de
cætero. de homi. aut enim non deducitur ſic directa via, &
dicitur agi ciuiľr, quanquam pœna non venit applicanda
parti. & dicit hoc optime probari, in d. c. per tuas, & in c. ſu-
per his, & in c. qualiter & quando, verſi. verum, de accuſ. &
dicit, q̄d tũc dicitur agi ciuiliter, quaſi criminaliter, & remo
ta ſtricta ſeueritate, ſicut & verba debent intelligi ciuiliter
quando ceſſat amara interpretatio, vt in l. ſi cui. ff. de ſeruit.
ſed tu dic, quod hæc opin. D. Abb. non eſt vera, & ipſam re-
probaui, in d. c. per tuas, in addi. quę incipit, & per iſtum tex.
Abb. Sicu. & præalleg. c. per tuas non probat opi. eius, nam
quando agitur, vt quis priuetur beneficio non agitur ad pę
nam, ſed agitur, vt remoueatur propter defectum inhabili-
tatis, tanquam non idoneus ad adminiſtrandum benefi-
cium hoc probat ille tex. dum dicit, ſed ciuiľr, vt ab admini-
ſtratione remoueret̃, tanquam immeritus, & dãnoſus hoc
probatur, & in c. qualiter & quando, verſi. verum, de accu.
vbi dicitur quando proceditur per inquiſitionem, ſi exceſ-
ſus fuerit grauis, quamuis nõ degradetur ab ordine, tamen
ab adminiſtratione omnino eſt remouendus, q̄ eſt ſecun-
dum euangelicam ſnĩam, quæ præcipit a villicatione villi-
cũ amouere, qui non poteſt vilicationis ſuæ dignam red-
dere rationem, & hoc modo etiam intelligas c. ſuper his,
de accu. vnde But. ibi & Fed. de Se. conſil. 22. & Hoſt. & cõp.
in c. querelam, de elect. & Arch. 2. q. 2. c. ſi quis dicunt, quod
25 vbi † agitur ad priuationem beneficij, dicitur agi ciuiliter,
quia non intẽditur ad vindictam delicti, licet agitur, cõclu
di inhabilitas, tenẽdi beneficium, vt ab illo remoueatur
inhabilis, ſicut quando agitur, vt quis remoueatur ab eccle
ſia tanquam non habens titulũ validum ratione præceden
tis criminis, quod quando ſit, no. de elect. ꝙ ſicut, & c. dudũ.
el 2. Ex quo infertur quæ iura allegata per D. Abb. non ꝓ-
bant eius intentionem, quia non loquitur quando agitur
ad pœnam imponendam, ſed quando agitur ad priuatio-
nem beneficij propter defectum inhabilitatis, vnde But. in
d. c. ſuper his, dicit quod ſi ſtatutum diceret, quod ludens ad
azardum, vel tenens concubinam, etiam oculte priuetur
beneficio, quod tunc cauſa eſſet criminalis, quia intenditur
finis vindictæ publicæ, & hoc etiam ſequitur D. Abb. in d. c.
ſuper his, de quo latius dixi in præal. addi. quam videas hãc
communem opin. tenet etiam hic Bald. ſcilicet quod dicat̃
cauſa criminalis quando pœna applicatur fiſco, ita quod il
la condemnatio imburſatur fiſco, allegat not. in rubri. ff. de
popu. act. & in l. agraria. ff. de termino. moto. & ſubdit Bald.
quod pœnæ ſtatutorum non veniunt ex publicis iudicijs,
ſed ex priuatis, nec veniunt per condictionem ex lege crimi
nalem, ne in ſtatuto contineatur, quod quilibet poſſit ac-
26 cuſare, vel deferre, quia omnia † ſtatuta ſunt leges extraor-
dinariæ, & extrauagantes, inſpecto generali corpore iur.
ciuilis, not. bene hoc dictum Bald. ſcilicet ꝙ vbicunque ex
ſtatuto pro delicto imponitur pœna non dicitur illud eſſe
publicum crimen, nec publicum iudicium, niſi in ſtatuto di
catur, quod quilibet poſſit accuſare, vel deferre, tunc enim
erit publicum crimẽ, ſeu publicum iudicium, & ſi hoc eſ-
ſet verum eſſet magni effectus, quia vbi q̃s cõdemnatur ex
publico crimine incurrit infamiam, non aũt ſi condemna-
tur ex crimine priuato, niſi in certis caſib. & de hoc eſt bon.
tex. in l. infamen. ff. de pub. iud. de quo ſtatim dicam, ſecũdo
no. ex verbis Bal. ꝙ ſtatuta dñr leges extraordinariæ, vel ex-
trauagantes inſpecto generali corpore iur. ciuil. ſed quan-
tum ad primum. Bar. in l. 1. ff. de pub. iudi. dicit, ꝙ licet ſtatu-
tum dicat, ꝙ quilibet poſſit accuſare, non erit ꝑꝑ hoc iudi-
cium publicum, quantum ad effectum iudicij publici, vñ
dic, vt ibi per eum, an condemnatus pęna ſtatuti efficiatur
infamis, & an ſi ſtatutum imponit pœnam pro delicto ef-
ficiatur delictum publicum, quia ibi Bar. plene diſtinguit.
An autem q̃ñ imponitur pœna per ſtatutum talis pœna ſit
applicãda fiſco, uel parti. Bar. in l. agraria. ff. de termin. mot.
dicit, ꝙ aut ſtatutum inducit accuſationem, & pœna appli-
catur fiſco, l. mulctarum, C. de modo mulct. aut introducit
actionem, & tunc applicatur parti, l. 3. ff. de ſepul. uiola. aut
ſtatutum ſimpliciter loquitur, & tunc videtur inducere ac
cuſationem, vt l. 3. C. de ſepul. uio.

*S V M M A R I V M.*


1 *Paſciſcens de non declinando iudice, qui exceptione legitima repelli po terat, pęnitere non poteſt.*
2 *Vult. eſt nomen proprium, vt Deodatus, Deus dedit. &c.*
3 *Epiſcopus contumax, an poſſit priuari redditibus.*
4 *Aduerſarius poteſt dici, qui mecum in iudicio contendit.*
5 *Inimicitia oritur ex lite iudiciali.*
6 *Prælatus vt ſuſpectus poteſt recuſari, in cauſa Eccleſiæ.*
7 *Aduerſarius meus lite pendente, an in alia cauſa contra me poſſit repelli a teſtimonio ferendo.*
8 *Inimicus an præſumatur, qui non ſalutat, & e conuerſo ſalutatus non reſalutando.*
9 *Citatio, vt valeat debet fieri auctoritate iudicis, & ad inſtantiam partis.*
10 *Nuncius non poteſt citare, niſi committat iudex.*
11 *Citatio an præſumatur commiſſa nuncio in dubio.*
12 *Iudex poteſt, non ſolum interrogare partes circa ea, quæ concernunt merita cauſæ, ſed etiam ad ordinandum iudicium, & excludendum declinatorias fori.*
13 *Conſentiens ſemel in iudicem non poteſt amplius eum recuſare, niſi ſuperueniat noua cauſa.*
14 *Excommunicatus non liberatur ab excommunicatione, donec ſatisfecerit, deinde abſoluatur.*
15 *Differentia inter ſuſpenſum, & excommunicatum in liberatione.*
16 *Iudex poteſt mulctare contumacem etiam parte abſente.*
17 *Contumax eſt vere qui illicentiatus recedit.*
18 *Epiſcopus non poteſt priuari Epiſcopatu, ex una contumacia ẽt notoria.*
19 *Contumacia eſt digna excommunicatione, in qualibet perſona, etiam ſi Epiſcopus ſit.*
20 *Peccatum mortale non omne eſt dignum priuatione beneficii.*
21 *Renunciari non poteſt exceptionibus fori in cauſa criminali.*
22 *Interficiens bannitum ex forma ſtatuti, fuit accuſatus, quæritur an poſſit renunciare exceptioni, non opponere contra accuſatorem.*
23 *Homicidium ſine immundicia eſſe non poteſt.*
24 *Statutum quod bannitus poſſit impune occidi non valet.*
25 *Proceſſus an valeat ſi iudex non pronunciauerit ſuper exceptione declinatoria fori.*
26 *Proceſſus factus poſt exceptionem declinatoriam, quæ funditus tollit iuriſdictionem iudicis non valet, niſi pronunciatur de competentia.*
27 *Caſus pro caſu, aliquando ponitur.*
28 *Canſa, tam clericorum, quam Epiſc. tractabatur in concilio prouinciali.*
29 *Synodus ſiue*
*Collegium an poſſit recuſari propter ſuſpicionem.*
30 *Ius vniuerſitatis poteſt remanere in vno ubi alii redduntur inhabiles.*
31 *Iudex ordinarius, an poſſit recuſari aſſeſſore eius exiſtente ſuſpecto.*
32 *Aſſeſſor eligitur communiter propter imperitiam iudicis.*
33 *Iudex facilius recuſatur, quam teſtis a teſtimonio repellatur.*
34 *Verbum experiri varię ſumitur.*
35 *Patronus non poteſt conferre beneficium clerico.*
36 *Pactum ſuper declinanda iuriſdictione quando valeat.*
37 *Scholaris de iure communi tres iudices habet.*
38 *Conuentio de iuriſdictione proroganda in eo, qui non eſt iudex poteſt reuocari.*
39 *Iuriſdictio iudicis nunquid prorogari poſſit per actum citeriorem a litis conteſtatione tacitè, ſeu tacito conſenſu.*
40 *Prorogationis ſubſtantia requirit, vt fiat ad cãm, in qua nõ erat iudex.*
41 *Legatus de latere non poteſt deponere, vel transferre Epiſcopum nolentem ad alium Epiſcopatum.*
42 *Pęnitentia admittitur in pluribus cauſis, ſecundum glo.*
43 *Pactum quo ad obligandum partem parti valet ſecundum naturam ipſius pacti.*
44 *Actio de dolo non datur de iure canonico, vbi datur alia actio.*
45 *Pactum per quod quis conſentit in iudicem non ſuum, non ualet.*
46 *Factum ex permiſſione legis, non meretur pænam.*
47 *Intereſſe quod debetur reſpectu pęnitentiæ pacti de conſentiendo in iuriſdictionem, coram quo iudice peti debeat.*
48 *Iurans reſpondere coram iudice non ſuo, cuius iuriſdictionem poteſt prorogare, an ratione iuramenti poſſit compelli ad reſpondendum.*
49 *Iuramentum recipit intellectum ſecundum ſubiectam materiam.*
50 *Iuramentum fortius ſtringit, quam contractus.*
51 *Pacta in quibus reus, promittit ſoluere pecuniam debitam Paduæ, Florentiæ, Venetiis, & vbique locorum, an ratione deſtinatæ ſolutionis poſſit conueniri in quocunque loco.*
52 *Promittens ſoluere in pluribus locis copulatiuę, in quolibet loco nominato ratam ſoluere tenetur.*
53 *Alternatiuę natura eſt, vt ſufficiat alterum eſſe verum.*
54 *Promittens ſoluere vbique qualiter intelligatur.*
55 *Promittens ſoluere vbi creditori placuerit, vbi poſſit conueniri.*
56 *Excommunicatus qualiter abſoluatur, vbi diſtinguitur.*
57 *Verba, Nullus communicet cum tali, an importent excommunicationem, vbi diſtinguitur.*
58 *Præſumptio mitior eſt in foro iudiciali, quam in contentioſo.*
59 *Contumax poſt annum ſi perſeuerauerit in excommunicatione, poteſt priuari beneficio.*
60 *Excommunicatus pro crimine lapſo anno habetur pro confeſſo.*
61 *Monitio, an & quando requiratur in excommunicatione.*


CAP.

CAP. PRIMVM.

DE quo vult Deo. Pactum de non
declinãdo iudice, alias ſuo, qui exceptio
1 ne legitima repelli poterat, nec paciſcẽs
† pęnitere poteſt.h. d. ſecundum intelle-
ctum, qui cõiter tenetur diuiſio in tres
partes. In prima ponitur facti narratio.
In ſecunda iuris diſpoſitio. In tertia incidentis quæſtionis
deciſio. Secunda ibi placuit. Tertia ibi, nam adimi. In tex.
2 ibi de quo vult deo, dic ꝙ de, eſt præpoſitio † vult deo, eſt
nomen proprium, alibi interdum vocatur Deodatus, vt ꝭ.
de ſimon.c.3.in inſupraſcriptione, & Deus dedit eo.ti.c. tan
ta.Ioan.And.Item ibi, ac concilium.ſ. prouinciale, vbi cau
ſæ tractabantur de libe.obl.c.j. Pe. Item ibi vellet in audien-
tia erat apud epiſcopos Ioã.And.Item ibi promiſerat, idem
ſi non promiſiſſet Innoc. Item ibi diſceſſit, ſ. contumaciter
propter quod tenet excommunicatus a concilio epiſcopo-
rum Tanc.Item ibi placuit, ibi incipias cõſtructum placuit
concilio Affricano, de quo vult deo. Ioann. Andr.Item ibi
non adimi, hic ſubaudi quod aduerſarius petebat, illum pri
uari epiſcopatu, quaſi conuictum propter cõtumaciam, &
papa reſpondet huic petitioni.ſ. quod epiſcopatus non de-
bet ei adimi, tanquam conuicto propter ſolam contuma-
3 ciam. Nunquid † autem redditus poſſint ſibi ſubtrahi, dic
vt in c.paſtoral.in vlt.glo.ꝭ.de app. Item ibi exitum.i.donec
conſtat de cauſa iuris ordine ſeruato. Hoſt. & dixerunt Pet.
& Abb. quod iſte finis probat cauſam fuiſſe criminalem.
Not.1.ex text.ibi aduerſarius, quod qui mihi aduerſatur in
lite, mecum contendendo de iure, quod habere prætendit,
4 poteſt dici † aduerſarius. Ex quo infertur, ꝙ ex conuentio-
5 ne, ſiue ex lite iudiciali oritur † inimicitia, nec diſtinguitur,
an iſte aduerſarius habeat iuſtam cauſam, vel non, ſed con-
ſideratur, an lis habuerit mouere animũ alterius ad odiũ.
Ad hoc facit.c.meminimus.& c.repellãtur, de accu. de hoc
vide Inno.in c.cum I.& A.in gl.vlti.de re iudic.vbi tenet, ꝙ
etiam ille, qui præſtitit cauſam inimicitiæ, poteſt exceptio-
nem opponere contra inimicum, vnde dicit, quod ſi cano
nici ex culpa prælati conſpirent contra ipſum, & ſolum ꝑꝑ
bonum eccl. puta ne prælatus indebite alienet bona eccle-
ſiæ, nihilominus poſſunt repelli a teſtimonio, tanquam cõ-
ſpiratio ſit licita, & laudabilis, vnde dixit gl.in c.cum ſuper.
in glo.ſ.de offi.deleg. quod aduerſarium meum poſſunt re-
cuſare, ſi contra me datur iudex in alia cauſa, & hoc proce-
dit, nedum litigium ſit ſuper re propria, ſed etiam ſi ſit ſu.
per re eccleſ. & dicit D. Abb. hoc dictum eſſe notandũ pro
6 illa Spe.ſ.ꝙ † prælatus in cauſa eccleſ.poteſt recuſari, vt ſu-
ſpectus, vt notatur 2.q.7.ſi quis erga, & tenet Butr.in c.cum
veniſſent, ꝭ.eo.& idem tenet ibi D.Abb.& idem ſentit Cyn.
in l.vnica.C.ne quis in ſua cauſa.Si enim recuſo iudicem in
facto proprio, quia habet aliam litem cum eccleſia mea, &
ſic quodammodo lis mea iudicatur eſſe, fortius poſſum re-
cuſare ſi vult eſſe iudex in cauſa eccleſiæ meæ, & pro hoc
allegat D.Abb.c.inſinuante, de offic.delega.vbi innuitur, ꝙ
in cauſa eccleſiæ recuſant̄ dicti clerici, fortius ergo ipſe cle
ricus.dicit tamen, ꝙ ſi non recuſaretur, poſſet eſſe iudex, &
ſic intelligit, ſi quis erga.2.q.7.An autem ratione pendentis
7 iſtius litis † poſſit repelli a teſtimonio ferendo contra me in
alia cauſa.Ioann.And.in addi.Spec.in rubr.de teſti. in verſi.
eſt ſciendum, & verſicu.6. dicit quod non repellitur ex hoc
a teſtificando, quod aliquam cauſam cum eo habuerim.
Sed Ioan.Andr. loquitur de lite præterita, & non aperit q̄d
dicendum ſit, ſi habet cauſam de præſenti.Sed Butr. hic di-
cit, quod relinquitur arbitrio iudicis, vt ff. de teſti.l.3.§.j. ſed
D. Abb. dicit hoc ſibi non placere indiſtincte, nam ſi eſſet
contentio de omnibus bonis, vel de maiori parte oriretur
inimicitia capitalis inter tales argumentũ, in c. frequens, de
reſtitu.ſpol. immo quandoque ex ſpoliatione rei particula-
ris inducuntur inimicitiæ capitales, vt in c.accedens, ꝭ. vt li-
te non conteſt. vnde hoc caſu debet ex toto repelli, ad hoc
quod not.in c.cum oporteat, & in c.inquiſitionis, de accuſ.
& remittit ſe ad capit. præterea, de teſti. eo. ſed cum reſcri-
ptis.But.idem dicit expreſſe, licet D.Abb.aliter eum referat,
dicit enim quod ſi eſſet quæſtio de omnibus bonis, vel de
maiori parte bonorum, quod tunc ex toto repellentur a te
ſtimonio, allegat præall.c.frequens, & l. propter litem, ff. de
excu.tuto.& quæ dicatur inimicitia capitalis, dic vt dixi in
c.cum oporteat, in addi.quæ incipit in hoc artic.ꝭ. de accuſ.
8 † Vtrum autem ille, qui nõ ſalutat pręſumatur † inimicus?
glo.dixit, quod ſic, in c.cum Adrianus.63.diſt.ſed D.Abb. in
d.c.repellantur, de accuſ. hoc intelligit quando erat ſolitus
ſalutare, & idem dicit in c.ad hæc, ſi vna, de app. De eo au-
tem qui ſalutatus ab alio non vult reſpondere, D.Abb.in
præall.c.ad hæc, ſi vna dicit, quod præſumitur inimicus, ad
hoc facit, quod not.glo.in c.cum ſuper, de offic. deleg.quæ
dicit, quod ſi quis recuſat aliquem admittere ad oſculum,
vel dicit ſe nociuum ſi poterit, quod ex his præſumitur ini-
micus, & ex his poteſt, vt ſuſpectus recuſari, & hoc notabis.
Scd̃o not.ibi præciſe ad concilium introduci, quod impor-
tat, quod fecit citari aduerſarium, vt veniret ad concilium,
9 quod ad hoc, vt valeat † citatio, oportet quod fiat auctori-
tate iudicis, & ad inſtantiam partis, nã ſi fieret per iudicem
parte non petenda valeret citatio, vt dicit Bartol.in l.ad pe-
remptorium, ff.de iud.& in l.4.§.hoc autem iudicium, ff. de
damn.infect.non enim debet iudex officium ſuum interpo
nere ad vtilitatem priuatam, niſi petatur, vt not. Innoc.in c.
ad noſtram, el 2. de iureiuran. & per Bart. in locis præalleg.
10 Item non debet † nuncius citare, niſi ſibi cõmittatur per iu
dicem, vt probat iſte text. inquantum petijt actor reum in-
troduci ad concilium, vnde inimicus non poteſt citare, ab-
ſque ſpirituali cõmiſſione iudicis, hoc tenuit Bart. in l. neu-
trum.C.de exhi.reis, vbi etiam dicit, quod non valet comiſ-
ſio generalis, per q̃ quis conſtituitur nuncius ad faciendas
citationes, licet contrarium voluerit Inno.in c.quoniam ꝭ.
de probat.de quo ibi videbitur, dicit tamen Spec. in titu.de
excep.§.ſequitur, verſ.illud autem no. quod in dubio præſu
mitur, quod pars petierit a iudice citationem fieri ſi in actis
apparet deſcriptam citationis cõmiſſionem, et relationem,
quod non pręſumũtur ſolemniter acta, ar. eorum quæ hñr
per Hoſt.& Ioan. Andr.in c.j.de lit.conteſt.ſuper gl.1. in ſup
ple.ma.verſi.quid ſi inueniatur, & quod not. Bart. in Auth.
ſi quis in aliquo, C.de edendo, & in l.qui aliena, in princ.ff.
de acquiren.hæredi.Optime facit l.3.cum glo.ſua.C.de dot.
11 promiſſ. Sed an præſumatur iudicem † comiſiſſe nuncio,
quod citet, & hæc quæſtio differt a præcedenti, quia dictũ
eſt ſupra, quod præſumitur requiſitionem eſſe factam, aper
te ſi in actis apparet cõmiſſio iudicis, citatio, & relatio nun
cij. Iſta quæſtio eſt diuerſa, ſcilicet an præſumatur iudicem
cõmiſiſſe ſi reperitur citatio, & relatio deſcripta in act. Gul.
de Suza.tenuit, quod ſic, in l.ad perempt.ff.eo.ti. ſed Bartol.
ſenſit concilium in l.ſciendum ad fi.ff. de verbo. oblig. vbi
dicit eſſe dicendum de relatione nuncij, ſicut dicitur de teſt.
Nam non præſumitur ex depoſitione teſtium intrinſeca,
nec extrinſeca, niſi ſuper ipſa ſpecifice deponant, quaſi ſen-
tiat Bar. quod ſi nuncius in relatione dicet ſe citaſſe de con-
miſſione iudicis, ꝙ debet præſumi ex quo exprimit eam
in relatione ſua. Sed D.Abb.hic, in 27.col.dicit, quod po-
teſt diſtingui, aut agitur de magno præiudicio, & non præ-
ſumuntur commiſſio iudicis, aut de paruo, & tunc præſu-
mitur ſi alias eſt bonæ famæ, allegat no. per Innoc.de pere.
l.peregri.& in c.ad audientiam, de præſcrip. & in c.ea noſci-
tur de his, quæ fiunt a præla.& in c.cum dilectus. de conſue.
Sed tu dic, ꝙ hoc tenet Bar.in l.palatinos, C. de loca. prædij
fiſca.lib.6.vbi fortiter, quod de nuncio citante, nec oſtẽden-
te literas iudicis ſuper commiſſione citationis, & diſtinguit,
quod aut vult grauare aliquem, & tunc non creditur ſine li
teris, quia agitur de magno præiudicio, aut vult citare ver-
botenus, vt compareat coram iudice, & tunc dicit, quod ſi
eſt notus non requirũtur literę iudicis, ſed ſi eſt Ignotus,
vt quia tranſiuit ad aliam prouinciam, & tunc ei non cre-
ditur ſine literis iudicis, vnde eodem modo debemus diſtin
guere, an pręſumatur cõmiſſio, ſi reperiatur in actis relatio,
in qua nuncius dicit ſe citaſſe de cõmiſſione iudicis, & hoc
12 tene menti. Tertio no.iudicem † poſſe non ſolum interro
gare partes circa ea, quæ concernunt merita cauſæ, ſeu deci
ſionem principalis negocij, vt in c.cum Ioannes, de fide in-
ſtrum.& 30.q.5.iudicantem, ſed etiam ante lit.conteſtat. ad
ordinandum iudicium, vt excludatur materia proponendi
declinatorias fori, & dicit But.iſtam eſſe vtilem practicam,
vt ante omnia reus interrogetur, an velit reſpondere, corã
illo iudice, quia ſi reſpondet, quod ſicut non poteſt amplius
eam declinare, & ſic citeriori actu lit.conteſta. præcluditur
via opponendi declinatorias, & ex hoc limitatur. cap.inter
monaſterium, de re iudi. vbi dicitur quod declinatoria pōt
opponi, vſque ad litem conteſt.Nam illud procedit, niſi in-
terrogatus, an velit reſpondere, coram iudice reſpondeat,
quod ſic, quia tunc etiam ſi lis non ſit cont. præcluditur via
ad opponendas declinatorias, de quo per Bart.in l.quidam
conſulebat.ff.de reg.iur.& in l. ſi conuenerit.ff. de iuriſdict.
omn.iudic. vt infra de re iudic.c.inter monaſterium, & dicit
Bal.hic, quod interrogatio de qua hic non reperitur de iu-
re ciuili, hoc eſt, quod quis debeat interrogari, an cõſentiat
in iudicem, vel ne. & dicit quod habet locum hic interro-
gatio, tam in ciuili, quam in criminali cauſa, & hoc tene
menti, intellige tamen iſtum tex.inquantum dixi, quod ille

qui

13 qui conſenſit † in iudicem, non poteſt amplius eum recu-
ſare. nam hoc eſt verum, niſi ſuperueniat noua cauſa, vt
in c.inſinuante, ſ̃.de offi.del.& vide bonam glo l.3. quæſt.6.
exceptio quæ dicit, quod primo declinatoria poteſt opponi
poſt lit.conteſta. ſi de nouo cœpit competere, vel de nouo
peruenit ad noticiam. Quarto not.quod excommunicatus
14 † donec ſatisfecerit non liberatur ab excommunicatione,
etiam ſi ſatisfaciat; niſi interueniat abſolutio. Ex quo enim
ſemel eſt eiectus extra eccleſiam, debet cum ſolemnitate re
conciliari, & dicit Butr. quid hoc eſt opt.tex.pro his, quę no.
Inno.in c.cum bonæ, de æta.& quali.& in c.fi. de matrimo-
nio contracto contra. inter. eccleſiæ, de quo vide bonam
glo. in cle.j. in verſic.donec, de deci.quæ facit differentiam.
15 † inter ſuſpenſionem, & excõicationem, nam ſi quis eſt ſu-
ſpenſus, donec ſatisfecerit non requiritur abſolutio, ſed ſuf-
ficit, quod ſuperior declaret, ipſum ſatisfeciſſe, ſed ſi aliqs
eſt excommunicatus, donec ſatisfaciet non ſufficit declara-
tio, ſed requiritur abſolutio, & hoc modo intellige gl. in c.
præſenti, in verſ.quouſque, de offi.ordi.in ſexto, quia loqui-
tur de ſuſpenſo, quouſque ſatisfecerit, vnde poſt ſatiſda-
tionem non requiritur aliqua abſolutio, vt dicit illa gloſſ.
16 quæ in hoc caſu loquitur. Quinto not.quod † iudex poteſt
mulctare contumacem, etiam parte non præſente, plus di-
cit D. Abb. qđ parti nullo reſpectu competit actio ad mul-
ctam imponendam, ſed totum expeditur iudicis officio, cu
ius iuriſdictio, & auctoritas contemnitur, vt in l.2.ff. ſi quis
in ius voc.non iuerit, & in l.j. ſi quis ius di. non obtemper.
17 Sexto not. quod qui illicentiatus recedit eſt verus † contu-
max, & poteſt excommunicari ſine alia citatione, vt hic
not.colligit Bal.ex hoc tex.Idem colligit Butr. dicit enim ꝙ
contumax poteſt mulctari ex antiqua contumacia, abſque
noua citatione, vide Bar. in l. ex quacunque.ff. ſi quis in ius
voc.non iuerit, & in l.deſertorem, §.1.ff.de re.mili. Butr.au-
tem ſe remittit ad c.quoniam frequenter.§.porro.ĩ.vt li. nõ
conteſt.Not.ſeptimo ſecundum Bal. quod ex vna contuma
18 cia etiam vera, & veriſſima, & notoria non poteſt † epiſco-
pus priuari epiſcopatu & quotidie allegatur iſte text. quod
propter contumaciam, quis non poteſt priuari beneficio,
hoc tamen limita, pro vt not.Doct.in c.cum bonæ, ſupr. de
ætate & quali. Item limita quia debet intelligi de contuma-
cia, in non reſidendo in eccleſia, vel in beneficio, quia tunc
ſecundum Ioan. And. bene poſſet priuari propter talem cõ
tumaciam, vt in c.ex tuæ, de cleri. non reſi.& in c.quoniam
frequenter, §.porro, & ibi not.per gloſſ.& Doct.ĩ.vt lit.non
19 conteſt. Vltimo not.contumaciã † in non veniendo, vel ſi-
ne licentia ante tempus recedendo dignam eſſe excõicatio
ne, & ſic poteſt quis etiam ſi eſt epiſcopus excommunicari.
Si eſt contumax in non comparendo, ſed hic videtur eſſe ꝯ
tex.in c.nullus, & c. nemo, xj.q.3. vbi dicitur, quod quis de-
bet excommunicari pro magna cauſa, non autem pro le-
ui.D.Abb.reſpondet, quod illa debent intelligi, quando qs
excommunicatur per ſtatuta, vel generaliter fertur excom-
municatio, nam hoc non eſt fiendum pro re leui. Sed ſi ali
quis eſt contumax in non comparendo, tunc poteſt excom
municari, ẽt ſi cõtumacia ſurgat ex re leui, qa tanto maior
eſt contumacia, quanto magis ſurgit pro re leui, vnde vide
glo.ſing.96.diſt.duo.quæ dicit, quod quælibet contumacia
eſt digna excommunicatione, & quod tanto maior eſt con
tumacia, quanto ſurgit ex minori re. Et ex prædictis poteſt
20 inferri, quod non omne † peccatum mortale, eſt dignum
priuatione beneficij, etiam ſi propter peccatum quis excõ-
municetur, & detur aliqualis perſeuerantia in excommuni
catione, quæ habeat agrauare primum delictum ad hoc fa-
cit bon.tex.16.q.7.inuentum, vbi dicitur, quod quis non de
bet priuari beneficio, niſi propter grauem culpam, ad idem
46.diſt.ſatis peruerſum, & ĩ.de reſtit.ſpol. conquerente. vbi
dicitur, quod quis non eſt priuandus beneficio, niſi ex cau-
ſa rationabili. ſed contra iſtum tex.oppon.inquantum pro-
21 bat, quod etiam in cauſa criminali quis poſſit † renunciare
exceptionibus fori, nam quis non poteſt renunciare defen-
ſionibus, licet poſſit renunciare cauillationibus, & mendi-
catis ſuffragijs, vt not.in l. pactum, §. pactum inter tutor.ff.
de pact.ſol. ſecundum Bald. hic contrarium loquitur in de-
fenſionibus facti, quæ ſapiunt innocentiam, & ff.de quæ-
ſtionib.l.j. §. ſi quis vltro. hic autem loquitur de declina-
toria iuriſdictionis, quę non concernit defenſionẽ ad oſten
dẽdum innocentiam a crimine, ſed iuriſdictionem iudicis
tantum.ſ. an debeat eſſe iudex in cauſa, ſed circa hoc quæ-
rit Bal. pone quod ſecundum formam ſtatuti bannitus po-
teſt impune occidi, aliquis qui occidit bannitũ accuſatur,
22 quæritur † an poſſit renunciare exceptioni non opponendi
contra accuſatorem, occiſum fuiſſe bannitum? Bald. dicit,
quod hæc quæſtio poteſt conſiderari duobus modis, vno
modo quantum ad conſideratione̾ delicti, alio modo quo
ad conſiderationem pœnæ, vnde dicit, quod primo reſpe-
23 ctu exceptio banni non ſapit Innocentiam. † quia homici
dium ſine immunditia eſſe non poteſt, ideſt quis nõ poteſt
occidere alium, licet bannitum abſque peccato, & no. hoc
verbum, quia facit, quod non valet ſtatutum, quod banni-
24 tus poſſit † impune occidi, de quo in c. quæ in eccleſiarum,
ſupra de conſti.& Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti. & iure.
Quo ad ſecundum, ſcilicet quantum ad conſiderationem
pœnæ dicit Bal.quod ſapit effectum innocentiæ, ex quo ſta
tutum permittit, impune occidi bannitum l. ſi ſeruus.C. de
his qui ad eccl.confu.& l.1.§.quod autem, ff.de aleato.& in
l.opprimẽdorum, C.quando licet vnicu.ſine iudice vendi,
vnde concluditur, quod huic exceptioni non poteſt renun-
ciare, quia principaliter, & ſecundario introducta eſt fauo-
re publico. Vltimo quæro, vtrum ſit neceſſe, quod iudex
pronunciet ſuper exceptione declinatoria fori, & an valeat
25 † proceſſus non facta tali pronunciatione? Bal.hic in fi. cõ-
menti, dicit quod aut iuriſdictio eſt liquida, vel nihil fuit
obiectum contra iuriſdictionem, & tunc valet proceſſus ẽt
ſi non pronũciauerit ſe eſſe iudicem, aut oppoſita fuit exce-
ptio declinatoria iuriſdictionis, & de iuriſdictione eſt du-
bium, & tunc Bal.dicit, quod pronunciatio ſuper exceptio-
ne declinatoria eſt de ſubſtantia. Ex quo infertur, quod ſi de
clinetur iuriſdictio, nec iudex pronunciat ſe eſſe iudicem in
illa cauſa, quod proceſſus poſtea factus non valebit, ſed ꝯ
hoc facit, quia procedendo ad vlteriora, videtur tacite pro-
nunciare ſe eſſe iudicem, vt in l.a procedente, C. de dila. &
ibi per Bar. vnde opus eſt appellatione, vt ibi dicit Bartol.&
per But.& D.Abb.ĩ.de app.c.dilecto, in hoc aduerte, quia
aut exceptio declinatoria eſt talis, quæ ſi eſſet vera, iudex ni
hilominus ipſo iure haberet iuriſdictionem, & tũc proceſ-
ſus factus poſt exceptionem oppoſitam tenet, niſi appelle-
tur, vt no.Inno.in c.cæterum, ſupra de reſcr. vbi dicit, quod
nõ ſufficit opponere, quod reſcriptum ſit ſubreptitium, ni-
ſi appelletur a iudice procedente in cauſa principali, anteq̃
procedat ſuper exceptio. declinatoria, & hoc tenẽt ibi Do-
cto. aut exceptio declinatoria eſt talis, quę ſi eſſet vera iudex
non haberet iuriſdictionem in illa cauſa, & tunc procedit
illud, quod dicit Bal. quia niſi conſtet, quod ſit iudex, vel ꝙ
habeat iuriſdictionem in cauſa illa, proceſſus non valebit,
& hoc tenẽt Doct.in ſimili.in c.ſuper literas, ſupra de reſcr.
& in c.j.eo.tit.in ſexto, vbi dicunt quod ſi reſcrip.eſt nullum
ipſo iure, non valet proceſſus iudicis delegati, niſi pronun-
ciaſſet ſe competentem, puta ſi reſcriptum eſt impetratum
ab excommunicato, vel ſi eſt conceſſum reſcriptum ad be-
neficium in quibus ſurreptio vitiat ipſo iure reſcriptum, nã
non valet proceſſus, niſi pronunciet ſe eſſe iudicem compe
tentem, & hoc modo intelligas Bald. hic. Ex quo infertur
duplex concluſio. Prima eſt, quod vbi exceptio declinato-
ria negat funditus iudicem habere iuriſdictionem nõ valet
26 proceſſus † factus in cauſa poſt talem exceptionem, niſi ꝓ-
nunciet ſe iudicem competentem, & ſic pronunciatio tene
tur de ſubſtantia, niſi cõſtet ipſum habere iuriſdictionem.
Secunda concluſio, vbi exceptio declinatoria non exclu-
dit funditus iuriſdictionem, ſed eam habet elidere, valet
proceſſus ad vlteriora, non obſtante oppoſitione exceptio-
nis, & hoc caſu ſufficit tacita pronunciatio, niſi interpona-
tur appellatio, & hoc modo procedunt not. per Bart. in l.a
procedente, C. de dila.& quod not.Doct.in præall.c. dilect.
infra de app. & hunc articu. tene menti. Ex quo habes, an
& quando opponitur exceptio declinatoria, ſit de ſubſtan-
tia, quod pronuncietur ſuper iuriſdictione. In gl.j. pro expe
ditione iſtius glo.oppo.contra tex.inquantum dicit, quem
cum aduerſarius, & c. nam hic eſt falſa grãmatica, qa iſtud
relatiuũ, qui regitur ab iſto verbo, ꝓmiſerat, ex parte ante
vnde debuit eſſe caſus, vnde oppon.de c.ad audientiam, de
reſcript.& de l.Plautius.ff.de aur.& arg. leg.in quibus dicit,
quod nec in iure, nec in reſcr.debet eſſe mala grammatica.
ſoluit gloſſ.& dicit, quod hic ponitur, quem pro qui. & ſic
27 † caſus pro caſu ſimile.65.diſ.ordinationes, vbi ſunt hæc ver
ba, quia omnis ſanctificatio cõſtat in ſpiritu eſſe. ideſt om-
nem ſanctificationem, & ſupra de ſacra vnctione, verſic.2.
ibi, vnctionem, quam vos accepiſtis a Deo, manet in vobis,
ideſt vnctio, & Io. 14. ſermonem, quem audiuiſtis non eſt
meus. ideſt ſermo, & ex hoc no. quod vbi falſa latinitas po-
teſt ſaluari per figuram non uitiat, & idem dicendum eſt
in reſc.appoſtol.de quo in d.c. ad audientiam, & de iſtis fi-
guris vide bonam glo.in c.forus, de verbor.ſignific.in 5. par
te ablata, quæ incipit inde eſt figura. Extra glo.dic, quod ali
qui habent in text.q, & tunc ceſſat contrarietas. gloſſ.2. Ex
hac glo.habes duos intellectus ad text. Primo ibi, quod iu-
dex interrogauit ex ſuperabundanti, non autem ex neceſ-

ſitate

ſitate iuris ex quo no.quod iudex nō ſolum poteſt interro-
gare partes, quando ſubeſt neceſſitas, ſed ēt ex ſuperabun-
danti, ad hoc, vt præcludatur via exceptionibus facti argu.
in c.peruenit, de arbi. Secundus intellectus,quod fuit facta
interrogatio, vt præcluderetur via declinatorijs opponen.
argumentum,de excep.paſtoralis, & iſtum intellectum no.
quod vbi iudex interrogaret reum, an velit reſpondere co-
ram eo, & reus conſentiat, non poteſt amplius opponere
exceptionem declinatoriam iuriſdictionis, quod intellige
vt dixi in tex.ſcilicet niſi de nouo ſupueniat, niſi prius fuiſ-
ſet oculta, & de nouo perueniſſet ad noticiam, & vterque
intellectus eſt verus in ſe, ſed ſcd̄us eſt magis notabilis, &
communiter tenetur per Doct. Tertio not. ex gl. quod om-
nes cauſæ tractabātur in concilio prouinciali, & ſic non ſo-
28 lum † cauſæ clericorum, ſed etiam epiſcoporum ad idem,
infra de libel.obl.c.j.& 2.q.3.c.2.& per Inno.in c.graue, in-
fra de præben. Quarto no.ex gl.dum videtur recedere a ſe-
29 cundo intellectu,qui communiter tenetur,quod † ſynodus
ſiue collegium non poteſt recuſari propter ſuſpicionem.
Sed contrarium ſenſit gloſ.in c.in ſingulis, ſ. de ſtatu mon.
in verſ.& appellatione remota, quæ incipit inquiſitio iſta,
quæ dicit,quod vniuerſitas iudicum poteſt recuſari ex cau-
ſa,& hoc probatur in c.licet,ſ.de for.comp. vbi conſules iu
ſtitiæ poſſunt recuſari, vt ſuſpecti, & D. Abb.allegat bon.
text.in c.paſtoralis.§.Piſana quoque ciuitas, de re iu. vbi pa-
tet,quod etiam tota ciuitas poteſt recuſari, ex cauſa tamen
dicit hic Bal.in fi.comenti, quod ſi cauſa committitur conſi
lio alicuius magni collegij,puta Bononien.quod poteſt re-
cuſari collegium,tanquam ſuſpectum, ſicut quælibet ſingu
laris perſona,& dicit ita practicari, & eſſe caſum hic,ſecun-
dum intellectum,quem gloſſ.ſecundo poſuit, ſcilicet,quod
fuit facta interrogatio,ſcilicet,vt tolleret̃ facultas opponen
di exceptiones declinatorias,& ratio ſecundum eum, quia
collegium non eſt aliud, quam perſonæ quæ faciunt colle-
gium,vt not.in l. ſicut,ff. quod cuiuſq; vniuerſitatis plus di-
cit Vin. ſcilicet quod ſynodus, poteſt recuſari quando me-
tropolitanus,vel maiores,qui præſunt ſunt ſuſpecti, allegat
3.q.5.quia ſuſpecti,& de procu.c.fi.But.verbo hic dicit, ꝙ ſi
alij epiſcopi aſſiſtentes metropolitano in conſilio eſſent
ſimplices conſultores relinquendum eſſet arbitrio iudicis,
an ex hoc tota ſynodus poſſet recuſari, debet enim conſide
rari qualitas capit. an de facili moueātur ad dicta aliorum,
ſed dicit, quod qñ epiſcopi iſti ſunt coniudices, vt not.15.
q.7.epiſcopus,& in c.irrefragabili,de offi.ord.& 3.queſt.7.in
ſumma. ſine quorum conſenſu nō iudicat archiepiſcopus,
vt not.Inn.ſ.de præben. graue ergo poterit ex hoc archiepi-
ſcopus alias non ſuſpectus recuſari, recuſando totam ſyno-
dum,D.Abb.dicit, quod ſi remotis ſuſpectis remanet ſyno-
dus imperfecto numero, qui requiritur ſecundum qualita-
tem cauſæ propter ſuſpicionem quorundam non poterit
tota ſynodus recuſari, argumentum in c.fi.de procu.& in c.
dilecto.ſ.de teſti.& in republ.vtile. Aduerte Bu.melius locu
tus fuit quam D.Abb.ipſum recte intelligendo, nam Butr.
vult,ꝙ quando ſunt iudices iſti maiores, ita ꝙ tota ſynodus
poteſt recuſari,pōt etiam metropolitatus recuſari,recuſan-
do totam ſynodum,quaſi vellet dicere But.quod vbi maio-
res ſunt ſuſpecti,etiam ali efficiuntur ſuſpecti, quia præſu-
muntur,ꝙ de facili trahantur in opinionem aliorum maio
rum,& ideo tres ſunt caſus. Primus quando ſunt ſimplices
conſultores, & tunc recurrendum eſt ad qualitatem perſo-
næ ipſius metropolitani, ſcilicet an ſit veriſimile, quod ad-
hæreat ſententiæ illorum eorum conſultorum, vel non.Se-
cundus eſt caſus quādo ſunt omnes iudices, vel non poteſt
iudicare ſine aliorum conſenſu, & maior pars vniuerſitatis
eſt ſuſpecta, ita quod non remanet in numero perfecto, &
hoc caſu vult D.Abb.ꝙ ſynodus,& etiam ipſe archiepiſco-
pus poſſit recuſari. Ego in hoc caſu credo, quod ſi eſt veri-
ſimile alios non ſequi opinionem aliorum, ita quod tolli-
tur omnis præſumptio ſuſpicionis, quod ius totius ſynodus
30 vel collegij deuoluatur ad illos pauciores cum†ius vniuer
ſitatis poſſit remanere in vno,vbi alij redduntur inhabiles,
vt in capitu.gratum,de poſtu. præl.& in l.ſicut. ff. quod cu-
iuſque vniuerſitatis. Tertius caſus eſt, quando ſoli maio-
res ſunt ſuſpecti,& hoc caſu idem credo,quod in præceden
ti, quod tota ſynodus poſſit recuſari,quia veriſimile[a] eſt, ꝙ
illi maiores trahent alios in opinion. ſuam. Sed ſi iſta prę-
ſumptio ceſſaret, tunc non poſſet recuſari tota ſynodus,
ſed ſolum illi qui ſunt ſuſpecti, & ex his infertur, quod vbi
tota ſynodus poteſt recuſari, poteſt etiam metropolita-
nus, alias non ſuſpectus recuſari. Ex quo non poteſt iudi-
care abſque conſenſu ſynodus. An autem poſſit recuſari
31 iudex † ordinarius, ſi aſſeſſor, vel conſultor eſt ſuſpectus?
Butr.hic diſtinguit, quod aut conſtitutio arctat ad ſequen-
dum conſilium, & tunc debet inſpici qualitas perſonæ, vt
ſupra dictum eſt. Dominus Abb.indiſtincte tenet, quod po
32 teſt recuſari,vt ſuſpectus, quia † aſſeſſor communiter eligi-
tur propter imperitiam iudicis, & habet conſulere in his,
quæ ſunt iuris,ff. de offic.aſſ. per to. & in hoc parū operabi
tur conſtantia iudicis, maxime cum ipſe iudex ex facili cau
ſa poſſit recuſari,vt not.in cap. cum R. de officio delegat.&
in cap.accedens, infra vt lit. non conteſt. ad hoc etiam alle-
gat text.in cap. ſtatutum,§. aſſeſſore, de reſcriptis in ſexto.
Sed aduerte quia opinio Bartol. poteſt ſaluari. Aut enim
iudex eſt delegatus,& tūc aſſeſſor non debet eſſe ſuſpectus,
& ſi eſſet ſuſpectus alicui ex partibus poteſt recuſari,& hoc
modo loquitur.§.aſſeſſorem. Aut iudex eſt ordinarius de
quo loquitur Butri. & tunc recurrendum eſt ad qualitatem
perſonæ ipſius ordinarij,ſcilicet an ſit iuris peritus, & an ſit
veriſimile, quod moueatur propter conſilium aſſeſſoris,
vel conſultoris,vel an ſit veriſimile, quod non moueatur,
& ſecundum hoc iudicabitur ſuſpectus, vel non ſuſpectus,
& ratio dr̄ia eſt inter ordinarium, & delegatum, quia or-
dinarius ex libero arbitrio ſuo, poteſt ſibi aſſumere aſſeſſo-
rem etiam ſi non indigeat, quia ipſe ei ſoluit ſalarium, &
non partes in delegatus non procedit opinio Domini
Abb. quia delegatus non debet aſſumere aſſeſſorem, ni-
ſi indigeat, vel propter imperitiam, vel quia non poteſt
propter occupationem intercedere cauſæ, vt dicit ibi gloſſ.
in ver.indigeat, vnde vtroque caſu ſi aſſeſſor eſſet ſuſpectus
poſſet nocere parti,ideo debet eligi non ſuſpectus. In ordi
nario ceſſat illa ratio, quia etiam ſi eſt peritus, & poſſet in-
tercedere cauſæ, poteſt aſſeſſorem ſibi aſſumere, & ſimul
procedere cum aſſeſſore in expeditione cauſæ, vnde ſi non
eſt veriſimile, quod ipſe ordinarius moueatur per aſſeſſo-
rem,non debet poſſe recuſari, vt ſuſpectus, maxime quia
33 iudex non poteſt ex leui cauſa recuſari, licet † facilius recu-
ſatur, quam teſtis a teſtificando repellatur,vt not. in d.cap.
accedens,& in Specu.de lega.§.ſupereſt, verſi. item ſi ſit ini-
micus, vbi dicit, quod non ſufficit leuis amicitia ad recu-
ſandum iudicem,tanquam ſuſpectum, ſed requiritur quod
nimis diligat,& circa hoc vide Butri.in capitu.accedens,vbi
a etiam tenet idem Dominus Abb. Glo. quarta no.ex glo.[a]
34 quod verbum † experiri aliquando accipitur pro defende-
re, aliquando pro agere. Sed dic, quod regulariter acci-
pitur pro agere,vt in capitulo diſpendia.§. reus quoque, de
reſcriptis in ſexto, vbi actor dicitur proprie experiri. Expe-
ritur enim iura ſua prouocando reum ad iudicium. Gloſſ.
quinta pro eius expeditione opponitur de l.ſi cum venerit,
ff.de iur. omnium iudic. vbi dicitur, quod ſi quis promittit
reſpondere coram iudice non ſuo, non compellitur eius
conuentioni ſtare, & poteſt pœnitere priuſquam iudex a-
deatur, ad idem de iu. patro. laici.gloſſ.non ſoluit,ſed dicit
quod poteſt pœnitere in alterius præiudicium, & quod fuit
excommunicatus,quia contumaciter receſſit, & iſtud vlti-
mum videtur etiam ſenſiſſe Hoſti. qui dicit, quod etiam ſi
iſte epiſcopus potuiſſet pœnitere, non tamen pœnituiſſet
contumaciter recedere,quod eſt falſum,ſi enim potuiſſet pę
nitere non commiſiſſet contumaciam in recedendo. Non
enim vr̄ latitare,qui ſi eſſet præſens, non cogeretur reſpon-
dere,vt dixit tex.in l.non vr̄,ff.eo.ti. Item c.cum laici allega
tum in gl.non facit ad propoſitum,quia ibi loquitur quan-
do patronus contulit eccleſiam clerico,quam collegio ipſo
35 iure non valet † patronus cum clericus non habeat poteſta
tem conferendi,nec illius ſit capax,vt in capit.ſacroſancta,
& in capit.Maſſana,de elect. vnde poteſt alium præſentare,
ex quo collatio non valet, ſecus ſed prius præſentaſſet, q̄a
tunc non poſſet recedere a prima pręſentatione,licet poſſit
alium præſentare accumulando ſecundā præſentationem
pr̄itiæ, vt in c.cum autem,de iur.patr.& per Io. And.in reg.
in re communi,lib.6.vnde illud cap. cum laici non facit ad
propoſitum ſecundum Domin. Abb.& bene, ſed pro hoc
non ſoluitur contrarium,d.l.ſi cum venerit, vnde Goffred.
36 Phy. & Ioan.And.& communiter Doct.dicunt,quod † aut
ſit pactum de iuriſdictione nō declinanda, & tunc valet pa-
ctum. Ex quo.n. eſt iudex,licet poſſit eū recuſare potuiſſet
per ſuū conſenſum renunciare exceptioni,& ita loquit̃ hic
& probat̃ in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact. Aut inter-
uenit pactum de conſtituendo iudicem illum, qui non eſt
iudex ipſarū partiū, & tunc habet locum pœnitentia re in-
tegra, & ita loquitur,d.l.ſi cum venerit, & per hāc diſtinct.
ſoluit

ADDITIO.

a ¶De hoc verbo experiri eſt etiam gl.in c.paſtor.in 3.gloſ. de cau.poſſ. & prop.gl.q̄ dicit,ꝙ hic ponit̃ pro deffendere,ſed ī d.c.paſt.pon.ꝑ agere.

ſoluit contrarium,quia ibi loquitur de iuriſdictione danda
illi,qui nullo modo erat iudex rei hic interuenit conuerſus
de iuriſdictione illius non declinando,quia erat iudex ipſa-
rum partiũ, licet per aliquam exceptionem eius iuriſdictio
37 poſſit declinari exemplum in † ſcholari, qui de iure cõi ha-
bet tres iudices.ſ.rectorem epiſcopum,& prætorem, nã po-
teſt per pactum renunciare exceptioni declinatoriç, ſi corã
aliquo ex ipſis conueniatur, idem ſi iudex eſſet impetratus
ſuper lux per reſcriptum ſubreptitium. Nam cum ipſo iure
valeat reſcriptum,poteſt ille contra quem eſt facta impetra
tio renunciare exceptioni ſubreptionis, quia illam renun-
ciationem delegatus non acquirit iuriſdictionem, ſed tolli-
tur facultas elidendi, & declinandi ipſam iuriſdictionem,
Idem ſi iudex poſſet recuſari, vt ſuſpectus, nam per legiſtas
renunciationem tollitur hæc exceptio,& iſta concluſio tol
litur etiam per legiſtas.in l.ſi cum venerit.ff.de iur.om. iud.
& in l.ſi quis in conſcribendo,C. de pact. Et vtrobiq; Bart.
hoc tenet, & cõiter legiſtæ, & hoc eſt cõis lectura ad idem
c.ſi vt intelligatur de iuriſdictione illius, qui erat iudex non
declinando,& l. ſi cũ venerit loquitur de iuriſdictione trãſ-
ferenda in illum,qui nõ erat iudex partium, vel ſaltem rei.
Sed But.& D.Car.poſt Ioan. de Lign.poſuerunt aliam lect.
ad iſtum tex. ſcilicet ꝙ loquitur de iuriſdictione prorogan-
da, & tñ non fuit locus pœnitentiæ, etiam re integra,quia
conuentio facta fuit coram iudice, nec obſtat præall.l. ſi cũ
venerit, quia loquitur de conuentione facta in abſentia iu-
dicis,tamen Ioan.de Ligna videtur ſentire, ꝙ ſoluendo pœ
nam,vel intereſſe liberetur, Butr.autem dicit, ꝙ aut eſt fa-
ctum pactum coram iudice de prorogãda iuriſdictione in
futurum,& tunc dicit,ꝙ videtur, ꝙ poſſit pœnitere ſoluen-
do intereſſe, niſi dicatur eũ præciſe compelli, quia promiſ-
ſio eſt iudiciate, & facta iudici, vnde non fallat fidem duo-
bus, & maxime iudici præciſe ad hoc compellitur.ar.ff.de
procu.l.filiusfa.§.fi.cum l.ſcienti,& l.ſed, & d.c. defendere,
eo.ti.& quod no.gl.in cle.j.in ver.cogi.de proc.& quod not.
Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbo.oblig. vbi
vult,ꝙ quis poſſit compelli præciſe,ideo ꝙ poſſit pœnitere,
& moueor per præalleg.l.ſi cum venerit,quæ generaliter lo
38 quitur, ꝙ conuentio † de iuriſdictione prorogãda in eo,
qui non eſt iudex poteſt reuocari ex præſentia, priuſquam
iudex adeatur. Aliud autem eſt adire iudicem, aliud eſt fa-
cere pactum de prorogãda iuriſdictione in futurũ, ad hoc
facit l.fi.& quod ibi not.Bart.ff. de condi.ob cauſam,vbi dr̃,
ꝙ aliud eſt vendere, vel donare, & aliud eſt promittere de
vendendo,vel donando. Aut pactum ſonat ſubmiſſionem
de præſenti,vt quia interrogatus coram cõcilio, vel coram
iudice,an velit ibi reſpondere,dicit ꝙ ſic,nam tunc ex quo
principaliter ſe ſubmittit ſtatim prorogatur iuriſdictio, &
hoc eſt veriſſimum,& ſequitur etiam D. Abb. & probatur
in l.j.ff.eo.& in l.eſt receptum.ff.de iur.om.iud.in quibus di-
citur, ꝙ prorogatur iuriſdictio ex eo, ꝙ aliqui ſubmittunt
iuriſdictionem iudicis,& conſentiunt, ꝙ iudicet in illa cau-
ſa,& ſicut ex actis ſummiſſionis prorogatur iuriſdictio, idẽ
probatur in c.ſignificaſti.ĩ. de fo. cõpe. nam ibi ille clericus
tantum ſe ſubiecit iuriſdictioni alterius, ſi non ſolueret in
termino,& fuiſſet facta prorogatio ſi habuiſſet cõſenſus ſui
iudicis,vel ſi non fuiſſet clericus, & hoc habet locũ in pro-
rogatione expreſſa. Nunquid autem poſſit tacite proroga-
39 ri † iuriſdictio iudicis per actum citeriorem a lite cont. dic,
vt in c.inter monaſterium.ĩ.de re iudi. Item vtrum ſufficiat
tacitus cõſenſus ad prorogationem iuriſdictionis, dic ꝙ ſic
vt in l.j.ff.de iudi.& per Inno.in c.ad petitionem de accuſat.
Sed regulariter non inducitur prorogatio ex tacito conſen
ſu per actum citeriorem a litis conteſt.de quo dic, vt in d.c.
inter monaſterium,& per Bar.in locis præal. tñ iſta lex licet
ſit notabilis non conuenit lite ſecundum D.Abb. Nam aut
epiſcopus erat de prouincia Africana, aut non: in primo
caſu;aut agebatur ad aliam pęnam,quam depoſitionis,pu-
ta ad pœnam arbitrariam,vel ad pœnam a iure determina
tam citra tamen depoſitionem, quia tunc concilium erat
iudex.6.q.3. ſcitote, quinimo ſolus metropolitanus, xj.q.4.
quia cognouimus, & ĩ.de ſent.exc.ſacro.not.Ioan. Andr.in
c.vt litigantes,de off.or.in 6. vnde non fuit facta aliqua pro-
40 rogatio. Nam de ſubſtantia † prorogationis eſt, vt fiat ad
cauſam in qua non erat iudex,vt in l.j.ff.de iudi.& in c.P.&
G.de offi.del. Aut agebat ad depoſitionem, & conciliũ erat
iudex reſpectu cognoſcendi, ſed non reſpectu determinan-
di,ideſt deponẽdi. Solus papa eſt iudex, & ſicut non potuiſ-
ſet iſte epiſcopus expreſſe prorogare iuriſdictionem cõcilij
reſpectu depoſitionis fiendæ,& hoc eſt reſeruatum papę ad
41 eo,ꝙ etiam legatus † de latere non poteſt deponere, vel ẽt
transferre epm̃ nolentem ad alium epatum,vt in cap. quod
translationem,ſ̃.de offi.le.& in c.2.de transla. præla. & 3.q.
6.acceptatus,& c.quamuis. In ſecũdo vero caſu intelligen-
do, ꝙ ideo epiſcopus erat alterius prouinciæ, tunc iſtud pa-
ctum nullo modo valuiſſet, & ſi expreſſe voluiſſet proga-
re iuriſdictionem iſtius concilij, ꝙ non interuenit aſſenſus
ſuperioris. Nam quemadmodum non poteſt clericus pro-
rogare iuriſdictionem alterius iudicis,etiam eccleſiaſtici ab-
ſque conſenſu proprij epiſcopi, vt ĩ.tit.prox. ſignificaſti. Ita
etiam non poteſt epiſcopus prorogare iuriſdictionem alte-
rius archiepiſcopi abſq; licentia proprij archiepiſcopi, hoc
tenet Hoſt.& Ioan.And.in c.ad reprimendam, de offi. ord.
Præterea hic non poteſt colligi, ꝙ interuenerit conſenſus
proprii archiepiſcopi,immo potius innuitur oppoſitũ,quia
iſte archiepiſcopus fuit introductus ad concilium, vbi nulli
interſunt;niſi proprii iudices illius prouinciæ, vnde hæc lec.
non conuenit textui,licet in ſe ſit vera,& notabil. limitat.l.
ſi cum venerit.ff.de iur.om.iudi.vbi dicitur, ꝙ ſi fit pactum
de iuriſdictione prorogãda in illum,qui non eſt iudex par
tium,vel ſaltem rei,ꝙ habet locum pœnitentia re integra,
nam iõ tex. procedit quãdo pactum fit in præſentia iudicis,
ſecus ſi fieret in abſentia iudicis. Sed contra prædicta facit,
c.dilecti.ĩ.de for.compe.vbi tex.dicit,quod quis poteſt con-
ueniri in loco,vbi promiſerat reſpondere,vel ſoluere. Solu
tio intelligendo illum tex.in caſu,in quo loquitur, ſcilicet
vt teneatur reſpondere, coram delegato non obſtat, quia
ibi agitur de iuriſdictione non delegãda reſpectu priuile-
gij,& ſic ſimus in terminis huius capi.& ſic videtur intellige
re Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de compe.iu. adi.§.i. verſi.
quid ſi fiat pactum intelligendo vero, ꝙ etiam procedit in
ordinario illud,vel exponitur ibi pro, &. nam promiſit re
ſpondere,& ſoluere,nam tunc ratione deſtinatæ ſolutionis
videtur ibi contraxiſſe, & ſic poteſt ibi conueniri. habent
enim locum ſi pradicta,quãdo promiſit ſimpliciter reſpon
dere. Secus ſi eſt aliquid adiectum accumulans forum fo-
ro,vt quia promiſit ſoluere, vt ibi,& intellectus huius cap.
plenius ibi dicetur. Sed quantum ad materiam proroga-
tionis,reſpectu pacti de reſpondendo, coram non ſuo iudi-
ce aliquod valeat,& quando ſit locus pœnitentiæ,& an da-
ta pœnitentia in caſu, quo fieri poteſt, teneatur promiſſor
ad intereſſe,quia ſemper fit remiſſio ad iſtud c. & hoc diſtin
gue, aut loquimur in caſu, in quo ſit pactum in præſentia
iudicis,& tunc ex quo fit prorogatio,vt ſupradictum eſt,po
teſt iudex procedere contra reum, nec habet locum pœni-
tentia,aut pactum fuit factum in abſentia iudicis,& in hoc
ſunt tres opiniones. Prima fuit Vi[illegible]. quam hic refert Ioan.
And.qui ſimpliciter dicit paciſcentem poſſe pœnitere, vſq;
ad lit. conteſta. ſed quod tenetur ad intereſſe. Secunda eſt
opinio,quod hoc pactum non valet, nec quo ad agẽdum,
nec quo ad excipiendum, & quod promittens poteſt pœni
tere abſque aliqua pœna. hanc opinionem tenuit Petr. &
Cyn.in l.ſequi ex conſenſu.C.de epiſcop.aud.& Ioan. And.
in addi.Specu.de compe.iudi.adi.§.1. verſi. quid ſi promiſi,
mouetur pluribus rationibus. Prima quia iuriſdictio a ſolo
partium conſenſu non eſt prorogabilis. Secunda quia iu-
dex per hoc non poteſt aliquod intellige, prætendere. Ter-
tia,quia per hanc pœnitentiam redditur ius commune, &
ad iuriſdictionem proprii ordinarij, quæ eſt fauorabilis.
Quarta, quia lex de conuentione loquens hoc expreſſe p-
mittit,vt in præall,l.ſi cum venerit. Quinta quia in multis
† caſibus admittitur pœnitentia,qui not.per gloſſ. in regula 42
qui ſemel,de re iu.in 6.in quibus non eſt tanta ratio,vel ſal
tem non maior ratio,quam hic. Tertia principalis opi.eſt,
ꝙ valet pactum † quo ad obligandum partem parti, ſecun- 43
dum naturam ipſius pacti, & ſi eſt nudum pactum produ-
cit ſolum exceptionem,& ſi eſt veſtitum po eſt agere ad in-
tereſſe, vel ad pœnam ſi eſt appoſita.l. diem proferre,§. fin.
ff.de arbit.hanc opinionem tenuit Bartol.& Iacob. de Are.
in præalleg.l.ſi cum venerit, & ſequitur Gul. de Cunio. in l.
1.ff.eod& plus dicit,quod etiam ſi pactum nudum interceſ-
ſit,poteſt agi ad intereſſe ratione de dolo ar.in l. ſi cum mi-
hi.& in l. fin.ff. de dolo. hanc opinionem ſequitur Butri.&
D.Abb.qui etiam dicit,quod ſecundum ius canonicum po
terit agi ex nudo pacto ad intereſſe,vel ad pœnam, ſi eſt ap-
poſita,quia de iure canonico ex nudo pacto oritur actio,
vt in cap.1.de pact.non autem poterit agi actione de dolo,
ſecundum ius canonicum,quia † actio de dolo non datur, 44
vbi datur alia actio,vt in l,de dolo.C. de dolo, vnde actio-
ne de dolo debet agi ſecundum ius ciuile,non autem ſecun
dum ius canonic.& pro iſta opinio. D. Abb.allegat,l.2.§. ſi
quis a Principe,ff.ne quis in loc. publ.vbi tex.dixit,ꝙ ſi quis
impetrauit a Principe, vt poſſit ædificare in loco publico
non vr̃ conceſſum ei,vt cum alterius incommodo ædificiũ

faciat

faciat ad idem,c.ſuper eo.de offi.del. & dicit hoc procedere
etiam ſi indulgentia concederetur motu proprio, alleg.Io.
And.in c.ſi motu proprio,de præb.in 6.& Io. Cal.in c.man-
datum,de reſcr.& D.de Ro.deci.5.& not.ſuper glo.in cauſa
conſuluit,in verſ.niſi gratiam,de off.del.& per Bald. in cap.
vno.§.ad hæc,de pac.& iur.fir.coll.x. vbi dicit, ꝙ quando a
lege aliquod indulgetur, ꝙ tẽdere poteſt in alterius præiu-
dicium intelligitur ſaluo intereſſe partis aduerſæ, ſed profe
cto hic argumenta D.Abb.non multum ſtringunt, licet vi-
deantur perſuaſiua.Nam iura alleg. per eum loquuntur qñ
aliquod præiudiciũ conceditur, vel aliquod aliud cã miſeri
cordiæ,vel ex gratia,vnde credo veram eſſe opi. Pet. & Cy.
quam ſequitur Io.An.quia de ea vr̃ caſus in præall.l. ſi cum
venerit,nã ibi dr̃,ꝙ ſi facta fuit conuentio,vt adeatur alius,
quam proprius iudex, & prius quam adeatur mutata fuit
voluntas proculdubio, nemo compellitur huiuſmodi con-
uentioni ſtare,hic dicit præciſe tex. vnde vult ille tex.ꝙ non
45 valeat pactũ, per quod quis conſentit in iudicem non ſuũ,
& quod poteſt voluntatem mutare reintegra, ſi ius hoc cõ-
cedit,ergo non debet teneri ad intereſſe, quia qui facit ali-
quod lege permittente non meretur † pęnam, vt in l. Grac-
cus.C.de adult.& 23.q.4.qui peccat,Bar.autem voluit intel-
ligere illum tex. ꝙ erat facta conuentio ex pacto nudo, ꝙ
eſt diuinare,ꝙ tex.loquitur generaliter. Item conuentio eſt
nomen generale,quæ comprehendit pactũ nudum,& veſti
tum,l.conuentionum.ff.de pac. dixi in c.fi.s̃.de pac.vnde il-
le tex.debet intelligi generaliter,ſicut gñaliter loquitur, nã
ſi intellexiſſet de conuentione facta ex pacto nudo, hic ex-
preſſiſſet,l.vnica,§.ſin autem ad efficientem,C.de cadu.toll.
& in c.ad audientiam.j̃.de deci.vnde ego credo opin.quam
tenet Pet.& Cy.eſſe veriſſimam,ſed præſuppoſita opin.ꝯria
pro vera.ſ. ꝙ poſſit agi ad intereſſe dubitatur de duob. Pri-
47 mo nunquid ratione intereſſe poſſit † conueniri, coram il-
lo iudice,cõram quo promiſit rñdere.Ioan. de Lign. hic di-
cit,ꝙ non niſi promiſſio ſit facta coram iudice, ſed Guli.de
Cu.l.j.ff.eo.& Spe.co.ti.de com.iud.adi.§.j.verſ.quid ſint pa-
cta,& D.Abb.& But.hic tenẽt, ꝙ poſſit conueniri ad pęnã,
vel ad intereſſe,coram iudice,coram quo promiſerat rñde-
re,& alleg.l.exigere,ff.de iudi. vbi dos exigitur in loco viri,
vbi deſtinatus fuit effectus matrimonij,& l.j.iuncta glo.ff.ſi
quis in ius vocatus non ie.vbi cauetur,ꝙ ſi quis promiſit ali
quem ſiſtere in iudicio ſortitur forum, vbi promiſit ſiſtere,
quia ibi vr̃ cõtraxiſſe.ff.de act.& obli.& in l. omnium.ff.eo.
ſed iſte leges parum probant, quia loquuntur qñ quis fingi
tur contraxiſſe in loco ratione deſtinatæ ſolutionis, vel rõ-
ne deſtinati implementi ꝯctus, nos autem loquimur in pa-
cto de iuriſdictione proroganda, per ꝙ non prorogatur iu-
riſdictio allegata,etiam no.in c.fi.de reſcr.& in cle.j.eod. tit.
vbi cauetur,ꝙ iudex impetratus per reſcriptũ ſubreptitium
poſſit condemnare impetrantem in expen. ẽt ſi reſcriptum
ſit nullũ ipſo iure,licet non ſit iudex in principali, nam ꝑꝑ
vexationem, quam intulit aduerſario poteſt iudex impetra
tus condemnare impetrantem in expen. quia vexatio fuit
facta coram ipſo.Item per reſcriptũ, licet non valeat eſt fa-
ctus iudex in incidẽti,licet non ſit iudex in principali, vt in
d.cle.j.de reſcr.& in c.ſuper liter.de reſcr. ſed per talem con-
uentionem de iuriſdictione ꝓrogata, & ſi ſtipulatio inter-
uenerit nõ eſt prorogata iuriſdictio in aliquo, nec reſpectu
cauſæ principalis,nec reſpectu incidentis, vnde ego credo,
ꝙ debet poſſeſſor conueniri ad intereſſe coram ſuo iudice.
48 Secunda eſt queſtio,ꝙ ſi aliquod iurauit † rñdere coram iu
dice nõ ſuo,cuius iuriſdictionem poteſt prorogare,an rõne
iuramẽti poſſit compelli ad rñdendum, coram iudice in cã
principali,& vr̃ quod ſic, vt iur̃m aliquod operetur ad hoc
c.cum contingat,de iur.iu.& ff.del.2.l.cum pater.§.filius ma
49 trem,in ꝯrium facit, quia † iur̃m eripit intellectum ſecundũ
ſubiectam materiã,vt in l.fi.C.de nu.pecu.& ff. qui ſatiſ.co.
l.fi.But.dicit,ꝙ primum tutius eſt, ſecundum eſt verius,ꝙ ẽt
placet D.Abb.pro quo allegat dictum Inn. in c. per tuas,de
arbi.vbi dicit, quod ſi quis iurauit ſtare arbitrio alterius dẽt
intelligi ſecundum ſubiectam materiã.ſ.quod ſtabo,vel ſol-
uam pœnam,alleg.etiam no.per Io.An. in reſcripta ſcienti
in 6.ſed ego credo primam opi. veriorem.ſ.quod poſſit cõ-
pelli ad reſpondendũ,coram iudice, nam iur̃m obligat præ
ciſe ad factum hic tenuit gl.in l.ſi pecuniam.ff de condi.ob
cauſam,& eſt gl.parua in verſ.neceſſe, & hoc tenuit Ioã.de
Imo.& D.Abb.in c.veniens.j̃.de iur.iu.nec dictum Inno.eſt
verum,vt ibi dixi,quia ſi cõpromiſſum eſt iuratum dato,ꝙ
pœna ſit appoſita compellitur iurãs præciſe ſeruare laudũ,
nec liberatur a periurio ſoluendo pœnam,vt dixi in d.c.per
tuas,fateor tamen, ꝙ vbi in ꝯctu ſubintelligitur aliqua con
dictio, & in iuramento debet ſubintelligi, vt in d.l.fin.C.de
numer.pe.& in c.peruenit,el 2.& in c.tua,& c.quemadmo-
dum,de iur.iu.in quibus vide D.Abb.tamen fortius ſtringit
50 † iuriſdictio,quam ꝯctus,vt probatur in præallegato c.cum
contingat,& in c.licet mulieres,eo.ti.in 6. hinc eſt, ꝙ iur̃m
habet clauſulam, vt actio valeat omnimodo, quo melius
valere poſſit,vt in l.cum pater.§.filiũs mater. ff. de legat.2.&
per Bar.in l.ſi quis pro eo.in prin.ff.de fideiuſ. ſi ergo habet
clauſulam,vt actus valeat eo modo,quo valere poteſt, de-
bemus accipere ſignificationem,vt valeat quãtum ad hoc,
vt iurans poſſit compelli præciſe ad reſpondendũ cõiter iu-
dice cum de natura iur̃i ſit obligare præciſe ad factum, vt ĩ
d.l.ſi pecuniam.Ea his quæ dicta ſunt in ſupradictis quæſtio-
51 nibus poteſt inferri, an valeant † pacta, quæ quotidie appo-
nuntur intus,in quibus reus promittit ſoluere pecuniã debi
tam.Paduæ,Florentiæ,& Venetiæ,& vbiq; locorum, an ra-
tione deſtinatæ ſolutionis poſſit conueniri in quocunq; lo-
co. iſte articulus excutitur per Doct. hic per But.maxime,
& D.Abb.diſcurrere per caſus. Primus eſt,qñ quis punitur
ſoluere in certo loco ſpecificato, puta ſi reus promittit ſol-
uere Paduæ, & hoc caſu clarum eſt, ꝙ poteſt ibi conueniri
ratione contractus,vt in l. contraxiſſe.ff.de act.& obli.& in
c.dilecti.j̃.ti,prox.& in c.Romana.§.cõtrahentes,de fo.cõp.
in 6.& hoc ſi ibi conueniatur, alias nõ habet locum remiſ-
ſio,ad locum ꝯctus,vt in d.§.contrahentes,hæc tamen eſt li
mitandum per gl.in l.j.ff.ſi quis in ius voc. non ie.quæ dicit,
ꝙ licet eſt vero quando ſimpliciter promiſit ſoluere, ſecus
ſi vltra promiſſionem renũciaſſet foro ſuo, qui etiam ſi ibi
nõ inueniatur habet locum remiſſio,& remittitur ad locũ,
vbi deſtinauit ſolutionem,hoc enim voluit remittendo fo-
ro ſuo,& Bar.ibi ſequitur illam gl. quam dicit perpetuo no
tandam, idem firmar hic D.Abb. dicens illam gl. perpetuo
notandam a canoniſtis pro ſingulari limitatione illius §. ꝯ-
52 hentes. Secundus caſus eſt, qñ quis promiſit † ſoluere in
puribus locis ſpecifice,& copulatiuæ nominatis,vt quia di-
cit promitto ſoluere Paduæ, Venetiæ, Bonon.& Florẽtię,&
tũc ſoluere partem in quolibet iſtorum locorum, vnde nõ
poſſet in altero locorum conueniri ad totam ſummam,ſed
ſolum ad ratam quantitatis promiſſæ:puta ad quartam par
tem ſi quattuor loca ſunt expreſſa,de hoc eſt tex.not.in l.3.
§.ſi quis ita.ff.de eo,quod certo loco, ſed Bart.ibi dicit hoc
eſſe verũ,niſi poſtea ſubijciatur clauſula generalis, & vbiq;
locorum rem.Nam tunc illa copulatiua ponitur pro diſiũ-
cta, vt ĩ quolibet loco poſſit cõueniri ad totam ſummam,
quia aliter pronunciatio eſſet ligatoria, quia cum plurima
loca comprehendantur ſub iſta clauſula generali, & vbiq;
locorum diuidendo ſummam in tot loca obligatio reduce
retur ad nihilum,vnde vt euitetur abſurditas intelligitur eſ-
ſe actum,vt in uno loco tota quantitas ſoluatur, & hic fir-
mat Bar.ibi,& D.Pau.de Caſt.qui dicit,ꝙ eſſe tenendũ men
ti,quia notarij non ſemper aduertant ad iſta,& ſi exprime-
rentur quatuor,vel quinq; loca, non poſſet reus conueniri
ad totam ſummam in altero de illis locis, ſed ad quartam,
ſi quatuor loca ſunt expreſſa,& dicit, ꝙ hoc eſſet notandũ,
quia eſt magnæ importantiæ,hoc etiam ſequitur D. Abb.li
cet non ita ſpecifice declaret, hoc tamen intelligas qñ eſt
poſita copula inter loca expreſſa, ſecus ſi eſſet poſita dictio
alternatiua,puta promitto ſoluere Paduæ, aut Venetijs,aut
Bonon.aut Flor.nam tunc clarum eſt,ꝙ tota quantitas poſ-
53 ſet peti in altero de ipſis locis,ꝙ de natura alternatiuæ eſt,vt
ſufficiat alterum eſſe verum,vt in l.ſi is qui ducente,§.vtrũ.
ff.de reb.dub.& in c.inter cæter.de reſcri. & hoc tene menti
quia ſæpiſſime videbis de facto. Tertius caſus eſt, qñ promi
53 ſit † ſoluere vbicunq; creditor voluerit, & in hoc Bal. vr̃ ſi-
bi contrarius,nam in d.l.ſi conuenerit diſtinguit, ꝙ aut pro
mittit ſoluere vbicunq; voluerit creditor, & tunc iſta gene-
ralitas reſtringitur ad loca in quib. ante promiſſionem po-
terat conueniri, & ſic in locis in quibus ante forum ſortie-
batur,alias ſequeretur,quod ad loca remotiſſima poſſet eũ
trahere, & vbiq; oporteret eum habere ſaccum paratum,
quod eſt contra l.ratum,& l.quod dicimus,ff.de ſolu.loquit̃
tamen Bar.quãdo generalr̃ promiſit, idem dicit Gu.de Cu.
in l.ſi quis ad declinãdã,C.de epi.& cle. aut promiſit ſolue-
re vbiq; fuerit inuẽtus, & tũc in quocunq; loco ꝑſona fuerit
inuentus põt conueniri,ſed ipſe Bar.in l.Titiũ, & Męuiũ,§.
tutores.ff.de admi.tut.per illũ tex.ſentit,ꝙ põt conueniri,ꝙ
vbicunq; locorũ fuerit inuẽtus perſonaliter,ẽt in loco, vbi
alio reſpectu non ſortitur forũ, idem ſi ibi reperirent̃ bona
ꝓmittentis,quia poſſent peti,& pro hoc bene facit ille text.
a ꝯrio ſenſu,idem tenuit ibi Ia. de Are.vt refert Bar. & Spe.
in tit.de cõpe.iud.adi.verſ.ꝙ ſi fiat pactũ.hanc opi. ẽt ſequit̃
hic D.Abb.mouetur,quia iſta verba fuere apta ad amplian
dam facultatem conueniendi, ergo debent aliquid operari
argumentũ,in c.ſi papa. de priu.in 6.& in c.in his.j̃.de priu.
Idem tenet hic But.& D.Io.de Lig. hoc ẽt tenet, & hãc eſſe

atteſtatur cōem opi. ſed D. Abb. dicit hoc procedere qñ expreſſa eſt clauſula gñalis nullis locis expreſſis, ſi vero aliqua loca ſunt expreſſa ſecuta clauſula gñali, & vbiq; locorũ, ꝙ tunc poterit conueniri ad loca ſimilia, & hoc ēt tenet But. licet eũ non alleget, dicit. n. ꝙ ſi apponatur clauſula cũ dinumeratione locorũ, ſicut eſt de cōi ſtylo ciuitatis Bonon. puta promittit ſoluere Bono. Ferariæ, & vbiq; locorũ, nam tunc dicit, ꝙ non poſſet conueniri in aliquo loco remotiori ab expſſis, alleg. l. ſi quis, §. quæſitum. ff. ſi quis cautionib. & c. ſedes, de reſcrip. ſed ꝯrium ſenſit Bart. in l. j. in fi. ff. de eo, ꝙ cer. loco. & in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. vbi tenet, ꝙ ſi quis promiſit ſoluere Florentiæ, Peruſij, & vbiq; locorũ, ꝙ pōt conueniri, in quocunq; loco fuerit inuentus, quia ibi vr̃ ꝯxiſſe, & hæc opin. magis mihi placet, nam non debemus recedere a ſignific. verborũ. ſed iſta verba, & vbiq; locorũ ſignificant, ꝙ debeat ſoluere in quocunq; loco fuerit inuentus. ergo debet vbiq; poſſe conueniri, vbi eſt inuentus, licet ille locus ſit remotior ab expreſſis. verba. n. vniuerſalia, vl̃r debēt intelligi, & qui omne dicit, nihil excludit, vt in c. ſolite, in fi. de maio. & obe. 19. diſt. c. ſi Romanorũ. cũ ſi.

55 Quartus caſus qñ quis promittit † gñaliter ſoluere, vbi creditori placuerit, & in hoc Doct. diſtingunt, ꝙ aut promittit per verba denotantia liberam, & nudam voluntatem, puta ſi debitor promittit ſoluere vbicunq; creditor voluerit, & hoc caſu ſentit But. & clarius D. Abb. ꝙ pōt conueniri vbicunq; fuerit inuentus, vt dictum eſt in caſu præcedenti, aut promittit per verba ſonantia per arbitriũ boni viri, vt ſi dixit promitto tibi rñdere, & ſoluere vbicũq; tibi placet, vel vbicunq; viſum fuerit, vel per ſimilia verba quæ ſonant in arbitriũ boni viri, & tunc ſufficit, ꝙ cōueniat eum in loco, vbi bonus vir arbitraretur ſm naturalem æquitatem, etiã ſi ibi non poſſet eum conuenire de iure, vt in l. 1. & 2. ff. de teſta. mi. vnde bonus vir pōt arbitrari, vt eum conueniat in loco, vbi alias nō ſortitur forũ, & hoc eſt, ꝙ vult dicere Bu. nam de iure quis non poteſt conueniri, niſi vbi quis ſortit̃ forũ, vt in c. fi. ĩ. tit. prox. Operabitur ergo iſta cl'a, vt videat̃ deſtinaſſe ſolutionem ad locũ, vbi bonus vir arbitraret̃ ſolutionem debere fieri, & iſta eſt mens But. & ſequitur etiam D. Abb. Quintus caſus eſt, qñ quis promittit ſoluere vbicũq; fuerit petitũ, & tunc facienda eſt drĩa, an promittat rñdere, vbicunq; fuerit petitum, vel an promittat ſoluere vbicũq; creditor petierit. In primo caſu non pōt conueniri, niſi in loco, in quo ſortitur forum, quod pactũ de proroganda iuriſdictione non valet, & promiſſor poteſt pœnitere ante lit. cont. etiam qñ ſpecifice promiſit rñdere, coram certo iudice, vt præal. l. ſi conuenerit, fortius qñ generaliter promittit, & hic tenet Bar. ibi q dicit talia pacta appoſita in inſtr̃is parum releuant, & ſequitur D. Abb. hic. & idem tenet Spec. in præal. tit. de compe. iud. adi. §. j. verſ. quid ergo ſi dictũ fuerit. In ſecundo vero qñ promittit ſoluere vbicunq; creditor petierit, & tunc poteſt conueniri, vbicunq; fuerit inuentus, & hoc tenet Bar. in præal. § tutores, & ſentit Spe. in p̄al. §. ibi, verſ. quid ſi fiat pactum, & ſequitur hic D. Abb. & ſic habes expeditum iſtum articulum vtilem, & quotidianum, quem plene examinant But. hic. & in c. ſignificantib. de offi. del. in penul. & vlt. col. & in c. P. & G. eod. tit. in 16. col. & per legiſtam poſt Bar. in præalle. l. ſi conuenerit. & in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. In gl. in verbo donec gl. voluit opponere, ꝙ ſtatim iſte debuerit abſolui præſtita cautione de iudicio ſiſti, vnde huius timore ꝯrij glo. diſtinguit inter iura

56 antiqua, & noua, ſed dic ſm But. ꝙ aut quis † excōicatur ꝓ offenſa, & tunc ſi eſt manifeſta non abſoluit̃, nec olim, nec hodie antequam ſatisfaciat ſm antiqua tēpora, nec abſoluebatur ante excōicatum cauſæ, vt in d. c. ſi quis forte, & ibi gl. ſed hodie ſi petit ſe abſolui, debet incontinenti abſolui, immo etiam ſi non petat, ſi cōqueritur de iniuſta ſnĩa, non eſt audiendus, niſi petat abſolutionē, ſecus ſi diceret ipſam eſſe nullam, vt in c. per tuas, de ſent. excom. & in c. cum contingit, & in c. de prudentia. §. ſexta, de offi. dele. cum ibi not. Aut excōicatus eſt pro contumacia, & tunc non eſt abſoluendus antequam ſatisfaciat ibi, niſi ſatisfaciat de expen. Item niſi ſatisfaciat purgando contumaciã cauſam reaſſumendo, & ipſam proſequendo, & hoc modo dr̃ ſatisfacere, & hanc ſatisfactionem debet priuare, antequam abſoluat̃ ab excōicatione, vt in c. venerabilis. §. ſecus, de ſent. excom. in 6. & hoc caſu niſi immutatur de iure antiquo, & dicit Bu. ꝙ hic decretalis procedit ſm illum caſum, nam hic contumacia non erat manifeſta, vnde debet prius ſatisfacere, quã abſoluatur, & hoc modo loquitur iſte tex. Aut cōtumacia eſt dubia, & tunc olim non abſoluebatur, donec cauſa hr̃et exitum ſuum, & poterat excōicatus proſequi iudiciũ, tanq̃ reus. ar. d. c. ſi epiſcopus forte hodie ſi contendit nullitatem ſnĩæ. i. ſi allegat ſnĩam excōicationis nullam non tenet̃ petere abſolutionē, licet poſſit petere ad cautelam, vt d. c. per tuas, & c. cum contingat, & c. ſolet, de ſent. exc. in 6. ſed ſi allegat excōicationem iniuſtã olim non tenebitur petere abſolutionē, vt dixi. hodie vero tenetur petere, quia ex eo, ꝙ non petit abſolutionem in ingreſſu iudicij, vr̃ contemnere excōem, & ſic incurrit peccatũ, vnde non auditur, niſi petat ſe abſolui, vt in d. c. per tuas. hoc intelligas qñ cōuenit̃ reus, & eam pro qua eſt excōicatus, ſecus ſi conueniretur ex alia cã, quia tunc debent admitti ad deffenſionem, ēt ſi non petat ſe abſolui ab excōicatione, vt in c. cũ inter. & in c. ſignificauerunt, de excep. hæc omnia procedunt ſm But. niſi eſſet excōicatus, quia iacet in peccato, nã ſi ſemel abſolutus eſſet, & poſtea excōicaretur non debet abſolui ante finem iudicij. & in c. fi. ſ. de offic. ordi. Et de hoc vltimo dic, vt ibi, & ſubdit But. ſic debere intelligi dños de Ro. ĩ ſua cōcluſione.

57 69. Sed circa iſta quæro, an per iſta † verba de quib. in text. nullus cōicet, feratur ſnĩa excōicationis? Ioan. And. dicit, ꝙ vbi iudex hoc intendit, & talis eſt, qui pōt excōicari, important excōicationem, quia non refert, ꝙ de æquipollentibus fiat, alias dicit, ꝙ nō inducitur excōicatio, cũ talia verba cadant ēt in iudices, qui excōicare non pñt, de immu. eccleſ. c. vlt. in 6. & quia hęc verba ex ſua ſignificatione non excōicant, ex quo ſequitur, ꝙ talis celebrando non efficitur irregularis, nec peccat alijs cōicando, & ſic eſt mens Ioan. And. ꝙ per talia verba non inducatur excōicatio, niſi conſtet de mente, & proferens habeat poteſtatem excōicandi, idem tenet Ioã. de Lign. & dicit hoc procedere, ēt ſi addãtur verba donec ſatiſfactione præmiſſa fuerit abſolutus, quia ſi excōicationem inducerent æquipolleret illis verbis, excōico te, donec abſoluaris, & ſic vellet abſolutionē impendi, iã vinculo abſoluto ex modo ſnĩandi, ad hanc decre. rñdet, ꝙ interuenerunt verba apta diſpoſitiua importantia excōicationem, hoc vlt. dicit D. Abb. eſſe verũ, quia hic non referunt̃ verba ſnĩæ, nec in effectu vr̃ aliquis, ita ſupinus, & per alia verba excōicationem proferat, & maxime hodie per ca. j. de ſen. exc. in 6. tamen ſi ꝯ fieret, ꝙ eſſet tenendum, dic ſm But. & Abb. ꝙ aut proferens non habet poteſtatem excōicandi, & clarũ eſt, ꝙ hæc verba non pñt importare excōicationem. Ex quo proferens non pōt excōicare. Aut proferuntur ab habēte ptãtem, & tunc diſtingue, ꝙ aut dr̃ nullus cōicet tali, donec abſoluatur ſatisfactione p̄miſſa, aut ſimplr̃ dr̃ nullus cōicet tali. In primo caſu dñt, ꝙ ꝑꝑ verba hæc vltima inducitur excōicatio, nã præſupponunt vinculũ, q̃a ille qui non eſt excōicatus non pōt abſolui, vnde abſoluendo præſupponit excōem præcedere, l. decem de verbo. obl. & de diſpoſitio. in pub. ad diſſoluendũ, nec obſt. motiuum Ioan. And. ſ. ꝙ talia verba cadunt in nō hñtem ptãtem excōicandi, quia tunc ex deffectu ptãtis, verba debent reſtringi, & intelligi ſm limites ptãtis, de ſent. exc. a nobis. & in c. j. de iur. iu. in 6. Non obſt. dictum Ioan. de Ligna. ſ. ꝙ hæc verba continent repugnantiã, immo non continent. Eſt. n. ſenſus, ꝙ remanet excōicatus, donec poſtquam ſatisfecerit fuit abſolutus, & ſic non intendit excōicator, ꝙ abſolutio intendatur, iã ſoluto vinculo, quia per ſatisfactionem non tollit̃ vinculũ excōicationis, ſed per abſolutionem poſtea ſecurã, ſicut dicimus de illo qui rapit rem alienam, nam per abſolutionem non eſt abſolutus a peccato, ſed neceſſarium eſt, ꝙ pœniteat, & confiteatur de peccato, vt dicit gl. in cle. j. in verbo non eſſe peccatum de vſur. vnde gl. in cle. j. de decr. dicit, ꝙ ſi aliquis excōicatus, donec ſatisfecerit non tollitur vinculũ, ēt ſi conſtat de ſatisfactione, niſi interuenerit abſolutio. In ſecundo aũt caſu quãdo verba ſimplr̃ proferuntur, ſ. ꝙ nullus cōicet, & tunc ſi præmiſſa cauſę cognitione iudex foret in apparatu excōicandi, & tunc profertur excōicatio facit, ꝙ no. in ſimili, in c. tuæ. ĩ. de ſponſa. alias hæc verba non important excōicationem, & hoc caſu pōt procedere opi. Ioan. And. Ex quo. n. non eſt obſeruata debita forma eccleſ. de qua in c. j. de ſent. exc. in 6. nō eſt præſumendũ delictum me proferente, ar. in c. ad audientiã. ĩ. de præſcri. & in l. merito. ff. pro ſocio. & ad hoc alleg. Abb. notabile dictũ

58 Inn. in c. cũ tu. de teſti. vbi dicit, ꝙ in foro † iudiciali p̄ſumendũ eſt in mitiorem partem, ſed in foro contentioſo, in duriorem. ad hoc, ꝙ not gloſſ. in cap. j. ſup. de ſeru. in gl. fi. procius expeditione oppon. de c. quicunq;, & c. rurſus, xj. q. 3. in

59 quib. probatur, ꝙ poſt annum † contumax pōt priuari beneficio, ſi perſeuerauit in excōicationem per annũ. gl. fatet̃ ꝯrium, & intelligit, ꝙ annus non erat elapſus hic, & maxime quia lis non erat conteſtata Hoſt. & Ioann. And. dicunt gl. procedere, niſi eſſet notorium, nam tunc non debet expectari annus, ſed ſtatim debet priuari de accu. euidentiam, Idē dicunt, qñ agitur de fœdere matrimonij non expectat̃ elapſus anni, vt in c. quoniam, vt lit. non conteſtat. Item ſi reus eſſet ſuſpectus de dillapidatione interdicentur ei adminiſtratio,

miniſtratio, vt in c.venerabili, de offi.del.Goff. & Ioã.And. aduerte, aut agitur de priuatione ꝑꝑ abſentiam ſolum, vel ꝑꝑ non reſidentiam, & de hac dic, ut in c. qm̃ frequenter, §. ſi vero, vt lit.non cont. vbi aut agitur de directa priuatione ꝑꝑ crimen cõmiſſum, & de hoc dic, vt hr̃ per gl.3.q.9.ĩ ſumma. & per Doct.in c.veritatis, de do.& contu. vbi plene hr̃, aut agitur de priuatione agenda, ꝑꝑ perſeuerantiam in excõicatione, & iſte articulus tm̃ diſcutiendus eſt hic, & pẽdet ſuper intellectu præallegati, c.rurſus.& c.quicunque, & duo
9 di.dilecti.Conclude ergo, quod ad hoc, vt actor † poſſit obti
nere neceſſe eſt, quod ſibi competat actio, vel officium iu-
dicis loco actionis, de officio iu.c. ſecundo. ſed tamen ipſa
actio in libello non eſt neceſſario proponenda, vt dicto c.
dilecti. In glo.tertia.no.ex ea, quod conſilium hic accipi
tur pro conſenſu, de quo dic, vt dixi in ſecundo notabili.

In glo.pen.hic glo.intelligit iſtud cap.duobus modis.Pri
mo, quod loquitur de prorogatione iuriſdictionis, in qua
requiritur conſenſus vtriuſque, & proprii epiſcopi, vt infra
eodem.ſignificaſti. Secundo modo, quod intelligitur in
dilatione, ſcilicet, quod epiſcopus de conſenſu partium po
teſt cauſam delegare in ſequen.glo.ſed primus intellectus
magis congruit literæ. In glo.vltima aduerte, quia aut in-
telligas iſtum text. in prorogatione iuriſdictionis alterius
prȩlati de licentia epiſcopi, & tunc debet conſenſus vtriuſ-
que partis interuenire, alias enim non poſſet fieri proroga-
tio iuriſdictionis, ſupra de officio delega. P. & G. l.ſecunda.
de iudic. infra eodem.ſignificaſti. & ff.de iuriſdictione om-
nium iudi.l. ſi quis per errorem, aut loqueris in delegatio-
ne, & tunc iudex poteſt delegare cauſam, etiam non requi
ſito conſenſu partium, vt dicit hic Ioan.Andr. probatur in
c.ſuper quæſtionum.§.verum.de officio delega. & in capit.
iudex.de officio delega.in vi. & in capitulo vt litigantes.de
officio ordina.eodem libro.& poteſt recuſari, vnde conſi-
lium quod iudex in delegatione requirat conſenſum vtri-
uſque partis, ne poſſit recuſari, vt ibi dicitur: non poteſt ta-
men recuſari vt ſuſpectus. Ex eo, quia delegatio fuit facta
abſque conſenſu partium, ſed ita demum ſi delegatus ex
iuſta cauſa eſt ſuſpectus, vt probant iura præallega. & in-
quantum glo.loquitur de ſtylo curiæ: dic, quod aut altera
pars eſt abſens, & tunc datur iudex quem petit impetrans,
ſalua tamen eſt facultas recuſandi ipſum, ſi eſt ſuſpectus,
ſed ſi vterque eſt præſens, & tunc ſi concordant datur iu-
dex de communi conſenſu, ſi diſcordant quælibet pars eli
git vnum, & curia dat tertium. In eadem glo.in fine. ibi,
& hodie non tenet Hoſtien.& Docto.dicunt, quod immo
etiam tenet, ſed illud capi. loquitur in cauſa criminali, epi-
ſcopi, presbyteri, diaconi, vel ſubdiaconi, in qua cauſa cri-
minali reus eligit iudices, qui habent de cauſa cognoſcere.
xv.q.vii.ſi autem.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudex ſecularis condemnans clericum excommunicari debet.*
2 *Quiſque clericus in quocunque ordine conſtitutus fuerit gaudet priuilegio fori, vt non poſſit conueniri, niſi coram iudice eccleſiaſtico.*
3 *Iniuria facta clericis cenſetur facta eccleſiæ.*
4 *Clericus, vel monachus verberati, an poſſint remittere iniuriam.*
5 *Excommunicatus dicitur ab eccleſia ſequeſtratus, & ſeparatus.*
6 *Recuſans iudicem de iure canonico tenetur exprimere cauſam ſuſpicionis.*
7 *Ianitor proprie dicitur hoſtiarius.*
8 *Cognitio omnium cauſarum diœceſis pertinent ad epiſcopum.*
9 *Familiæ clericorum, an gaudeant priuilegio fori eccleſię.*
10 *Priuilegia ſcholarum, an extendantur ad eorum famulos.*
11 *Bidellus gaudet priuilegio ſcholarium, ſecundum Bal.*
12 *Filius clerici, an gaudet priuilegio fori, donec viuit.*
13 *Ruſtici clericorum, an gaudeant priuilegio fori eccleſiaſtici.*
14 *Vxor clerici, an gaudeat priuilegio fori.*
15 *Vxores ſequuntur forum mariti.*
16 *Mulieres gaudent honore maritorum.*
17 *Vxor clerici exiſtentis in ſacris, an gaudeat priuilegiis mariti.*
18 *Clericus an poſſit alere vxorem de fructibus ſui beneficii.*
19 *Priuilegium fori in clericis deſcendit ab ordine clericali.*
20 *Priuilegium fori eſt de iure diuino.*
21 *Priuilegium canonis non conceditur, niſi clericis, & perſonis eccleſiaſticis.*
22 *Vxor clerici in ſacris gaudet priuilegio fori clericalis eo viuente.*
23 *Pęnitentes publice, an conueniri poſſint coram ſeculari iudice.*
24 *Actor a iure habet electionem iudicis, nam reum in loco contractus, vel domicilii conuenire poteſt.*
25 *Eremitæ cuius iuriſdictionis ſint quæritur.*
26 *Eremitæ non habent certam regulam, & ſunt ſicut locuſtæ quæ non habent regem.*
27 *Eremitæ gaudent priuilegio eccleſiaſtico, ſecundum But. ex voto caſtitatis.*
28 *Sanctus Ioannes Baptiſta eremita fuit, & alii ſancti eremitę recenſentur.*
29 *Eremita, an poſſit eligi ad aliquam prȩlaturam regularem.*
30 *Rectores hoſpitalium, an gaudeant priuilegio fori eccleſię.*
31 *Fratres gaudentes, ſeu milites ſanctæ Marię, vel fratres tertii ordinis ſancti Franciſci, an gaudeant priuilegio fori eccleſiaſtici.*
32 *Religionis cuiuslibet ſubſtantialia ſunt abdicatio proprietatis, caſtitas & obedientia.*
33 *Fratres Ieſuati, an gaudeant priuilegio fori eccleſiaſtico.*
34 *Religionem nouam inuenire eſt prohibitum.*
35 *Vacantes deuote orationibus, & contemplationibus cenſentur perſona ecleſiaſticæ.*
36 *Societates batutorum, ſeu fruſtatorum cenſentur laicę.*
37 *Mulieres incluſę, an ſint religioſæ remittit.*
38 *Laicus iudicans clericum vel grauans non eſt ipſo iure excommunicatus.*
39 *Reus ſi inuito compellatur agere coram iudice laico, nam incurrit excommunicationem.*

## CAP. II.

1 NVllus. Iudex † ſecularis ſi clericum per ſe di
ſtinguit, vel condemnat excommu
nicari debet. hoc dicit. In prima ponitur prohi-
bitio. In ſecunda pœna additur. Secunda ibi, qđ
2 ſi. No.primo, ibi, nullum clericum, quod quiſque † cleri-
cus in quocunque ordine conſtitutus gaudent priuilegio
fori, vt non poſſit conueniri coram alio, quam coram iu-
dice eccleſiaſtico.ad idem ſupra de iudi.cum non ab homi
ne.vbi tex.dicit, quod clericus cuiuſque ordinis non poteſt
de crimine accuſari, niſi coram iudice eccleſiaſtico, nec ab
alio de crimine puniri. Secundo no.ibi cui iniuriam irro
3 gare dignoſcitur &c. quod iniuria † facta clericis cenſetur
facta eccleſię: ratio, quia clerici funguntur legatione Dei,
vide tex.no.ii.q.vii.accuſatio.in fine.vbi tex.dicit, quod iniu
ria clericorum pertinet ad Chri. cuius legatione fungūtur,
& vide quæ dixi ſupra titulo primo.cum veniſſent. Sed an
4 poſſit † clericus remittere iniuriam ſibi factam, maxime ſi
fuit verberatus, & quid de monacho.vide glo.ſi. in c. paro-
chianis.de ſenten.excommunica.& in ca.ſi diligenti.in pri-
5 ma glo.in ſi.infra eodem. Vltimo no.quod † excommu-
a nicatus [a] dicitur ab eccleſia ſequeſtratus. Ratio eſt, quia
eſt ab eccleſia ſeparatus.xxiiii.q.iii. certum. Ex quo infert
dominus Abb. quod excommunicatus eſt de crimine cō-
pellendus.allegat glo.ſi. xxi. diſtin. cleros.quę eſt ſuper ver-
bo, infideles.& xxv.di.perlectis.& primo reſponſo.de ſentē
tia excommuni.per locum a ſpeciali. Sed tu intellige hoc
eſſe verum, quando excommunicatus intrat eccleſias, quā
do celebrantur diuina, vel quando ingerit ſe communio-
ni

A D D I T I O.

a ¶Excommunicatus. Quod hic dicitur declaratum eſt, per id quod iudęi extra ſinagogam fiebant. Io.ix.& Mat.xv.& xvi.

ni aliorum in eccleſia, alias poteſt intrare eccleſiam cauſa
orandi tempore, quo non celebrantur diuina officia, dum-
modo non ſe ingerat, ibi communioni aliorum. Quid aũt
de alijs exiſtentibus in peccato, an liceat eis ingredi eccle-
ſiam. vide glo. in d.c. qui ſtudet, & 33. qõ. 4. vir cum propria?
in ver. intrare. In gl. j. no. glo. ſecundum D. Abb. quod ver-
bum iudices refertur ad ſeculares, & non ad eccleſiaſticos,
& dicit quod forte ratio eſt, quia eccleſiaſtici communiter
ſunt prælati, & denominantur a prælatura vel dignitate,
quam habẽt, vt archiepiſcopi: Epiſcopi & Abbates, & cap.
Sed in contrarium allegat, c. cum ſpeciali, de appella. vbi lo-
quitur de iudice ſimpliciter, & intelligitur de eccleſiaſtico,
& hoc probatur iuncta l. apertiſſimi. C. de iudi. & l. cum ſpe
cialis. eo. ti. nam in dictis legibus dicitur, quod ſufficit, quod
volens recuſare iudicem dicat ſe habere eum ſuſpectum,
nec tenetur exprimere cauſam ſuſpicionis, nec ipſam pro-
6 bare, de iure autem cano. contrarium eſt, quia recuſans † iu
dicem tenetur exprimere cauſam ſuſpicionis, & illam pro-
bare, vt d.c. cum ſpeciali, & tamen ibi tantum fit mentio de
iudice ſimpliciter, & tamen neceſſe eſt, vt intelligatur de iu
dice eccleſiaſtico. Ad idem c. ſi iudex laycus, de ſent. excõ.
eo. in ver. vbi ad verbum iudex additum eſt verbum laicus,
ne comprehenderetur eccleſiaſticum, ſed D. Abb. dicit hoc
debere intelligi ſecundum ſubiectam materiam, nam in di
ſpoſitionibus eccleſiaſticis, intelligitur de eccleſiaſtico, niſi
ſubiecta materia, aliud inducat in diſpoſitionibus ver. ſecu-
laribus intelligitur de iudice laico, ar. c. 2. de conſti. in 6. & c.
a nobis, de ſent. excom. Si vero materia eſt pariter propor-
tionabile vtriſque, & tunc aut promulgatur conſtitutio ab
habente poteſtatem ſuper vtriſque, & tunc cõſtitutio com-
prehendit omnes, vt in ca. canonum, de conſtit. & dicit D.
Abb. hæc circa no. propter ſtatuta facentia mentionem de
iudicibus ſimpliciter, hoc mihi videtur indubitatum, quod
vbi iura canonica faciunt mentionem de iudice, quod in-
telligatur de iudice eccleſiaſtico, & vbi iura ciuilia faciunt
mentionem de iudice, quod intelligatur de iudice laico, ni
ſi aliud ſuadeat materia ſubiecta, & inquãtum dicit Dom.
Abb. quod ſi materia eſt proportionabilis vterque, quod
comprehenduntur, tam iudices eccleſiaſtici, quam iudices
laici, ſi lex promulgatur ab habẽte poteſtatem ſuper vtriſ-
que potes ponere exemplum in iudicibus deputatis in ciui
tatibus, quæ ſunt de temporali dominio eccleſiaſtico. In ca
ſibus in quibus eccleſia habet iuriſdictionem in laicos, de
quibus. ĩ. eo. cum ſit. In Imperatore potes ponere exemplũ.
In conſtitutionibus feudalibus, nam ille conſtitutiones
feudales ligant prælatos, recognoſcentes pheuda ab Im-
peratore, & idem ſe recognoſcerent temporalia ab Impe-
ratore. nam & ĩ hoc caſu iudex, vel prælatus eccleſiaſticus
ſubeſt Imperatori, quo ad illa feuda, vel temporalia, quæ
ab ipſo recepit de quo in c. ſolitę, de maior. & obed. & eſt
bon. tex. cum glo. in c. Romana. §. debet, de app. in 6. In his
ergo caſibus ſi fiet mentio de iudice comprehendetur iu-
dex laicus, & etiam eccleſiaſticus reſpectu temporalium,
quæ ab Imperatore recepit, & hoc modo declara D. Abb.
In glo. 2. inquantum dixit de ſcholaribus habuit reſpectum
ad quaſdã eccleſias, maxime in alternatiua, vbi fuerĩt ſcho-
lares diſcentes, & ſeruientes eccleſ. ſimile in c. j. de cele. miſ.
vbi fit mentio de iſtis ſcholaribus, qui adiuuant ſacerdo-
tem eccleſiaſt. indicendis horis Canonicis. Vin. autem vide-
tur intelligere de ianitoribus eccleſiarum, qui ſunt ſub cu-
ſtodia ſeniorum, allegat xij. qõ. j. omnis ætas ſic tranſeunt
Doct. ſed D. Abb. dicit intelligi allegando iſtud cap. omnis
ætas de illis, qui ſunt deputati obſequio, vel officio eccleſię,
vt adueniente ætate promoueantur ad ordines, ſed aduerte,
7 quia † ianitor proprie dicitur Hoſtiarius, vt in c. cleros, in
fi. xvj. diſt. vbi hoc aperte dicitur, ſed tex. iſte noluit intellige-
re de Hoſtiario, quia talis eſt homo clericalis, qui compre-
henditur ſub illis verbis, clericum ullum, nam ſub illis ver-
bis comprehenduntur omnes in quocunque ordine conſti
tuti. ad idem ſupra tit. prox. cum non ab homine. vnde vt il-
lud verbum, minores, aliquid operetur debet intelligi de de-
putatis obſequio eccleſiæ, qui tamen non ſunt clerici. D.
Abb. dicit, quod Fede. de Sen. in ſuis conſi. intelligit iſtũ tex.
de deputatis, & abſtractis eccleſiæ ſeruitio. Secus ſecundum
eum ſi non eſſet ſic aſtrictus, quia licet incedat in habitu &
tonſura, & viuat inter clericos, & interſit celebrationi diui
norum non propterea gaudet priuilegio eccleſiaſtico reſpe
ctu fori pro hoc facit hæc glo. quæ requirit, quod tales ſunt
deputati ſeruitio eccleſiæ, allegat D. Abb. ca. per exemptio-
nem, de priuil. in 6. vbi patet, quod oblatus non acquirit pri
uilegium conceſſum eccleſiæ ad quam eſt oblatus, niſi ſit
perpetuo oblatus, ad idem tenet cum gloſſ. in cle. j. in fi. de
8 deci. & licet glo. xj. q. j. clericum. indiſtincte † dicat, quod fa
milia clericorum gaudet priuilegio fori eccleſiaſtici, de quo
infra dicam. in familia vero epiſcopi Docto. dicunt eſſe ſpe-
ciale, quod gaudeat priuilegio fori, allegant c. ſi. verſ. ſpecia-
libus, de offi. archi. & quamquam Doct. hoc communiter
teneant in puncto iuris non videtur verum, nec obſtat c. ſi.
de offi. archi. quia tex. ille loquitur de conſue. quæ taliter al
legabatur præſcripta, ille enim archidiach. Senonen. allega
bat conſuetudinem eſſe, quod omnes de ditione Senonẽ,
prius conuenirẽtur coram ipſo archidiacono, quam corã
officiali archiepiſcopi Senon. exceptis cauſis archiepiſcopi,
& hominum ſuorum, & familiæ ſuæ, vnde text. loquitur in
conſuetudine eccleſ. ſic præſcripta, quia de iure communi
9 cognitio † omnium cauſarum Diœc. pertinet ad epiſcopũ,
vt in c. cum conquerente, de off. or. vnde ille tex. loquitur de
conſuetudine taliter præſcripta non autem probat, ꝙ ho-
mines, & familia epiſcopi gaudeãt priuilegio fori clericalis,
ſiue priuilegio ipſius epiſcopi, quo ad forum ꝓ quo etiam
facit ratio, quia tale priuilegium non conceditur regulari-
ter, niſi clericis & perſonis eccleſiaſticis. Sed tales nõ ſunt
perſonæ eccleſiaſticæ, & hoc puto verum tenendo, quod fa
milia clerici non gaudeat priuilegio clerici, ſed tenendo, ꝙ
gaudeatq, auderet eodem modo familia epiſcopi, non eſſet
tamen aliqua ſpecialitas in familia epiſcopi, & pro hac opi.
ꝙ familiares clericorum gaudeant eius priuilegio eſt text.
in l. 2. C. de epiſco. & cleric. & ibi hoc tenent communiter
Doct. quod etiam ſequitur Bald. ibi dicens, quod homines
clericorum, & qui ſunt in miniſterio ipſorum gaudent pri-
uilegio ipſorum clericorum non principaliter propter ſe,
ſed propter fauorem dominorum ſuorum facit l. non alias.
10 §. j. ff. de iudi. & illum tex. inducit Iac. de Raue. in ar. ꝙ † pri-
uilegia data ſcholaribus per Authentic. habita, C. ne filius
pro pa. in declaratione fori, & in aliis ibi contẽtis extendũt
ad famulos ſcholarium, nõ quod famuli habeant aliquod
priuilegium per ſe, ſed quia priuilegium ſcholarium exten-
ditur ad ipſos, & hoc ſequitur Bal. & plus dicit Bald. in Au-
11 then. habita præal. in 6. col. quod famuli, † Bidelli, & ſcripto
res ſcholarium gaudent priuilegio ſcholarium, quia ſunt
appendices, vt in l. non alias. §. j. ff. de iudi. vnde ibi multum
faciunt contra notabiliter per Doc. & videtur magna diuer-
ſitas inter cano. & legiſtas, quia legiſtę vñr velle, quod om-
nes familiares gaudeant priuilegio, etiam ſi ſeruiant pro ſa-
lario, pro quo videtur tex. in d. l. 2. verſ. verum, de epiſcop. &
cler. vbi text. dicit, quod omnes ſeruientes clericis in matri-
monijs ſuis gaudent priuilegio ipſorum clericorum, & cõ-
muniter tales ſunt cõductori, & plus ibi dicit, ſcilicet quod
etiam filij clericorum nati ex vxore, antequam eſſet cleri-
cus gaudent priuilegio patris clerici. donec viuit ipſe pater
clericus, ſed eo mortuo finitur priuilegium, vt eſt text. cum
glo. in l. 2. in fi. C. de epiſco. & cler. & ipſam ſequitur Bart. &
Bald. & communiter Doct. tum Vgu. Lau. & Arch. xj. q. j. cle
ricum, & 12. q. 2. eccleſiarum, ſeruos dicunt. quod licet ſer-
ui ſint de iuriſdictione eccleſiæ, nec debeant conueniri, niſi
coram iudice eccleſiaſtico conductori, tamen ſeruientes cle
ricis non gaudent tali priuilegio, & cum iſta opi. tranſit ibi
Archi. & Ioan. de Fan. & But. & D. Abb. hic. Ego in hac ma-
teria ſic dicerem, aut loquimur quantum ad immunita-
tem exactionum, ſcilicet angariarum, & perangariarũ, ve-
ctigalium, collegiorum, & ſimilium, & tunc hãc immuni-
tatem ne dum habent clerici, ſed etiam familia res condu
cticię, & filij, & vxor, & clerici, & de iſtis loquitur, l. 2. C. de
epiſc. & cle. pro hoc quod not. Arch. & Ioan. And. & D. Do.
in c. licet de priui. vbi dicitur, quod priuilegium conceſſum
alicui, vt tempore interdicti audiat diuina extenditur ad fa
miliares & domeſticos, & Archi. & Ioan. And. & D. Do. in
telligunt illum tex. de famulis conductis pro certo ſalario.
Ad idem Auth. habita, C. ne filius pro patre, vbi priuilegiũ
conceſſum ſcholari extenditur ad eius nũcios, ſed non pla-
cet, quod priuilegium ſcholaris extendatur ad bidellos, &
ſcriptores, nam ideo priuilegium extenditur ad familiares,
quia poſſet cõtingere, quod priuilegium eſſet inutile ſcho
lari, niſi extendatur ad ipſos familiares ſcholaris, ſed nõ eſt
ſic in ſcriptore, & bidello, quia tales non dicuntur familia-
res ſcholarium, & priuilegium eſt ſatis vtile ſcholaribus, ẽt
ſi bidelli, vel ſcriptores non gaudeant, & iſtud ſenſit text. in
l. non alias, in fi. ff. de iudic. quem Bald. non ponderauit, ſed
pro hoc allego text. cum gloſ. magis apertum, in c. licet. §. j.
de priuil. in 6. vbi priuilegium conceſſum alicui extenditur
ad familiares, & domeſticos ſecũ habitantes, ne priuilegiũ
ſit inutile, ſed non extenditur ad alios, hoc etiam ſentiunt
Doct. ibi, & vide Ioann. And. in regula, cui licet in mer. ver.
veniamus.

ADDITIO.

a ¶Not. idem tenet D. Abb. in c. j. ij. col. de loca.

veniamus ad Titium, & D.Pet.de Anch.in re.acceſſorium,
in ſext. col.aut loquimur de priuilegio fori,& tunc familia
clerici non gaudet tali priuilegio,nec etiam ſerui , niſi ſint
proprij ipſius clerici, & hoc modo poſſet procedere opin.
Vgu.Lau. Archi.& Ioan. de Fan.xj.q.2. eccleſiarum ſeruos,
& xj. qõne 2.clericum,& ſi dicis , quæ ratio eſt differentiæ ,
quo ad priuilegium fori inter ſeruos condi ctitios , & inter
ſeruos proprios ipſius clerici? dic,ꝙ ratio differentiæ eſt, qa
quando eſt ſeruus proprius ipſius clerici, quicquid acquirit
ipſi clerico acquirit , ſicut ſeruus eſt ipſius clerici , vnde po-
tius dicitur conueniri ipſe clericus ad quem commodum ,
vel incommodum pertinet. l.j. §. in propria. ff. quando ap-
pellandum ſit,& 2.qõ.6. Biduum,verſ. in propria . Secus in
conducturo,quia non eſt ipſius clerici , niſi ei acquirit , ſed
12 domino ſuo : De filio † autem clerici , an gaudeat priuile-
gio fori, donec viuit clericus?glo.tenet,quod ſic.xj.q.j. cleri
cum.& videtur tex.cum glo.in l.2.C.de epiſc.& cle. licet nõ
loquitur ille tex.de priuilegio fori,ſed de priuilegio immu-
nitatis,quo ad exactiones publicas,& de iure videtur , ꝙ ſi
conuenitur de facto tangente ſolum filium : Ex quo nihil
poteſt pertinere ad clericum, quod ſit conueniendus , corã
iudice laico , quia iſtud priuilegium fori conceditur ſolum
clericis & perſonis eccleſiaſticis , & iſtud ſentiunt hic Doct.
licet ſpecifice de filio clerici non loquantur , & hoc credo
verum , licet glo.ſentiat contrarium,in d.c.clericum,xj.q.j.
13 quid autem † de ruſticis eccleſiæ,glo.in c.iudicatum,79.diſ.
tenet,quod generaliter conuenitur , coram ſeculari excipit
duos caſus . Primus,quãdo eccleſia habet priuilegium ab
Imperatore. Secundus,quando habet generalem admini-
niſtrationem , vt ratione adminiſtrationis conueniatur in
foro eccleſiaſtico,& pro hoc facit infra eo.ſi clericus . Ter-
tium caſum addit Spec.in tit.de compe.iudi.adi.verſ.27.ſcili
cet quando conuenitur ſuper re,quam tenet ab eccleſia fa-
cit prædictum,c.ſi clericus laicum,& quod ibi no.Innocen.
14. Subſequenter quæro quid de vxore † clerici . An gaudeat
priuilegio fori?glo.tenuit, quod ſit 30. q. 2. col.& in c.cleri-
cum.xj.q.j.& mouetur per l.2.in fi.C.de epiſc. & cler.vbi di-
citur,quod vxor clerici gaudet eius priuilegio,licet illa l. nõ
loquatur de priuilegio fori , pro quo etiam faciunt regulæ
15 generales dicentes , quod † vxor ſequitur forum mariti.l.
cum quædam puella.ff.de iur. omni.iud.& in l.exigere,ff.de
16 iudi.Item mulieres † gaudent honore maritorum,l.fi.C.de
incolis.& l.ferre.ff.de ſena.ſed Ioann. And. tenet contrariũ
in c.i.de cleric.coniu. in 6. & diſtinguit inter clericum con-
iugatum exiſtentem in matrimono, & illum qui vxore ꝑ-
mittente continentiam ordinatus eſt ad ſacros ordines.
Primo caſu,ſcilicet quando clericus eſt coniugatus, & tunc
ſi non incedit in habitu,& tonſura , cum ipſe non gaudeat
priuilegio clericali,nec vxor gaudet, ſed ſi incedit in habitu
& tonſura,quo caſu retinet priuilegium canonis,& priuile
gium fori, ſi conuenitur pro criminibus, vel exceſſibus cri-
minaliter , vel ciuiliter , an vxor clerici gaudeat priuilegio
fori,Ioann.And.vbi ſupra tenet,quod non.& dicit nunquã
fuiſſe receptũ,quod gaudeat, & dicit fore abſurdum , quod
vxor clerici conueniatur in ciuilibus coram iudice ſecula-
ri , & in criminalibus , coram eccleſiaſtico , nec obſtat ſe-
cundum cauſa,ſi dicatur idem contingere in perſonam cle
rici,quia hoc operatur caracter, quod perſonam clerici õn
egreditur , & hanc opin. Ioann.Andr. quantum ad clericũ
coniugatum ſequutus fuit Ioan.de Sancto Georgio, in d.c.
1.licet reprobat rationem Ioan. Andr. dicens quod priuile-
gium canonis non eſt conceſſum caracteri ordinis clerica-
lis,quia conuerſi non habentes ordinem , & moniales gau
dent illo priuilegio de ſenten.excomm.non dubium , & in
c.demonialibus , & c.parochianos,& de ſentent.excom.in
6.c.religioſo.ſecundo reſponſo . Sed meo iudicio Ioan. de
S.Geor.male rephendit rationem Ioan.Andr.licet idem di-
cat D.Abb.nam Ioan.And. non negat quin perſonæ eccle-
ſiaſticæ carentes ordine gaudeant priuilegio fori,& canonis
ſed dicit,quod priuilegium fori, & canonis competens cle-
rico deſcendit a caractere clericali cum ei competat ratio-
ne ordinis,ſed D.Abb.tenet, quod vxor clerici gaudeat pri-
uilegio clericali per ea,quæ ſupradicta ſunt, idem tenet Io.
de Imo. & D. Do. in d. c.j. Quo ad ſecundum, ſcilicet quo
17 † ad vxorem clerici exiſtentis in ſacris . Ioan. And.etiam te-
net,quod non gaudeat priuilegio clericalis fori, & cum Io.
And.in vtroque caſu tranſit,licet But,ſed Ioan.de S. Georg.
Ioan.de Imo.& D.Do.in c.j.& D.Abb.hic tenẽt, quod gau-
deat priuilegio fori clericalis, & dicit D. Abb. quod in om-
nibus gaudet priuilegio fori , ex perſona mariti per iura ſu-
pra allegata,quæ volunt quod priuilegium mariti extenda-
tur ad vxorem . Vnde extenſione iuris vxor clerici gaudet
priuilegio fori,quemadmodum ipſe maritus.pro hoc bon.
tex.in l.2.in fi.C.de epiſc.& cler. quæ loquitur de vxore cleri
ci per quem tex.mota fuit glo.in d.c.2. xj. q.j. ad dicendum,
quod vxor clerici gaudet priuilegio fori clericalis, vnde illa
glo. procedit in clerico exiſtente in ſacris , maxime ſi vouit
cõtinentiam, nam & harum cura non eſt negligenda imo
18 † clericus de fructibus beneficij ſui poteſt vxorem alere , ſi-
cut apoſtoli faciebant,vt in c.omnino,31. di. vbi bon.text.
cum glo.& in c. j.de coha.cleri.& mu.d.Authen. vbi ſupra
dicit,quod prædicta procedunt in priuilegio fori, ſed priui-
legio canonis non gaudet vxor clerici , quia illud fuit con-
ceſſum in fauorem perſonarum eccleſiarum, & totius or-
dinis clericalis,vnde non fit extenſio ad vxorem ,cum non
ſit perſona eccleſiaſtica, & quia non reperitur extenſio hu-
ius priuilegij, quo ad perſonas non eccleſiaſticas , & quan-
quam opin.contraria opi.Ioan.And.videatur eſſe commu
nis,tamẽ credo ipſam poſſe defendi probabiliter, & quem-
admodum dicit D. Do. quod priuilegium canonis non ex-
tendatur ad perſonas non eccleſiaſticas . Ita dicam de priui
legio fori,quod non ſit extendendum , niſi ad clericos & ꝑ-
ſonas eccleſiaſticas , quia a iure non reperitur facta exten-
ſio ad perſonas non eccleſiaſticas, nec obſtat l.2.C. de epiſ.
& cler.quia pro vt ſuperius ſæpe dictum eſt,loquitur in pri
uilegio immunitatis, quo ad publicas exactiones non autẽ
de priuilegio fori,pro hac opi.facit, quod dicit Inno.in c.2.
de maio.& obe.vbi dicit,quod clerici ſunt exempti a iuriſdi
ctione Imperatoris,quia ſunt res ſpirituales, & ex toto cor-
pus,& animã deputauerunt, & dederunt in Dei ſeruitium,
12.q.j. cui portio quæ ratio ceſſat in vxore clerici cum non
ſit perſona eccleſiaſtica in perſonas vero eccleſiaſticas ea-
dem ratio,quæ eſt in clericis., quia etiam in toto tranſtule-
runt animam & corpus in ſeruitium Dei, ad hoc optime.c.
duo.& cap. cui portio,12.q.j.& quanquam Doct. qui tenet
opi.contrariam moti fuerint, quia ex coniunctione matri-
monij iſtud priuilegium fori debet extendi ad vxorem, ſi-
19 cut cætera priuilegia.iſta ratio mihi non placet,quia † priui
legium fori in clerico deſcendit ab ordine clericali, ſed cha
racter ordinis clericalis eſt impreſſus animæ ipſius clerici ,
& omnino diuiſus a coniunctione matrimonij carnalis,cu
ius mulier non poteſt conſequi participationem aliquam,
cum ordinis clericalis ſit omnino incapax,vt in c.noua, de
pę. & re.a quo ordine deſcendit priuilegium fori clericalis,
& per hæc tolluntur rõnes Doct. quia loquũtur in aliis, in
quibus fit tranſitus de viro in vxorẽ,ſeu communicatio,ſed
clericus nullo modo poteſt communicare vxori caracte-
rem clericalem , non obſtat illud , quod dictum eſt de pro-
feſſo non clerico,vel de moniali,vel de eo , qui eſt infra an-
num probationis , quia his non cõceditur priuilegium ra-
tione ordinis,ſed ratione religionis pro hoc,14.q.4.ibi mo-
nachum,aut clericum,ſed nos loquimur de priuilegio con
ceſſo clerico ratione ordinis clericalis,an cõmunicet vxo-
ri.non obſtat.l.2.C.de epiſc. & cler. vbi priuilegium immu-
nitatis extenditur ad vxorem clerici,quia loquitur de priui
legio immunitatis , quo ad publicas exactiones,illud enim
deſcendit ex conſtitutionibus ſic ex iure poſitiuo , ꝙ Impe
rator noluit communicare vxoribus , & filijs clericorum ,
20 ſed nos loquimur de † priuilegio fori, quod eſt de iure diui
no,vt eſt tex.cum glo.96.diſt. ſi Imperator, & per Inn. in c.
2.de maio.& obed. vbi dixi hæc opi. diſputando probabili-
ter poteſt teneri,opin.tamen communis,vt ſupra dixi videt̃
in contrarium , ex prædictis facit tres concluſiones. Prima,
21 priuilegium † canonis non conceditur,niſi clericis , & per-
ſonis eccleſiaſticis , & in caſibus in quib. reperitur expreſ-
ſum,quod perſona non eccleſiaſtica gaudeat priuilegio fo-
ri quemadmodum dictum eſt in ſeruis, & ruſticis eccl.& in
familia epiſcopi,tamen tales, & ſimiles non gaudent priui-
legio canonis,ex quo non ſunt clerici , nec perſonæ eccleſ.
& iſtam concluſionem tene mẽti pro declaratione ſcriben
tium hic,quam concluſionem tenet D. Do.in c.j. de cleric.
coniu.in 6.& D.Car.in cle.literas,in 12.q.de præben. Secun
da concluſio vxor clerici actualiter coniugati gaudet priui
legio fori mariti in caſibus in quibus ipſe maritus gaudet ,
& hoc ſecundum communem opin. ſed ſecundum cõmu-
nem Ioann. And.quam ſequitur Ioann.de S. Geor. & tran-
ſit hic But. non gaudet priuilegio fori clericalis in aliquo ,
22 & iſtam opi.puto veriorem . Tertia concluſio vxor † cleri-
ci in ſacris gaudet priuilegio fori clericalis, ſecundum com
munem opin.ſed ſecundum Ioann. Andr.cum quo tranſit
hic Butr.non gaudet.& hanc opin. puto veriorem, aduerte
tamen, quia tenendo,quod vxor clerici gaudeat priuilegio
fori clericalis ſolum gaudet viuẽte ipſo clerico nõ autem
eo mortuo, & idem eſt dicendum de alijs gaudentibus pri-
uilegio clericali ex perſona clerici,de quo vide glo. in l.ij.in
fi.C.de epiſc.& cler.quam ſequuntur Doct. Secundo quæ-
ro,

23 ro, quid de publice † pœnitentibus, an poſſint conueniri coram iudice ſeculari. Butr. tenet, quod non, quia gauderet priuilegio fori eccleſiaſtici, vt in c. aliud, xj. q. j. & hoc tenuit glo. 17. q. 4. quiſquis, in ver. eccleſiaſticis, licet non allegetur per Doct. ſed D. Abb. dicit, quod illud c. ſolum dicit, quod pœnitens poteſt conuenire alium in foro eccleſiaſtico, nõ autem ꝙ neceſſario ſint cõueniendi in foro eccleſiaſtico, & dicit, quod hoc expreſſe tenuit Inno. in c. ſignificantibus, de offi. deleg. vbi dicit, quod pœnitentes, & aliæ perſonæ miſerabiles ſunt ſub protectione eccleſiæ, vt ſuper iuribus ſuis poſſint adire eccleſiaſticum, ne ab alijs inquietetur, 86. diſt. per to. tamen ſi aliquis voluerit tales conuenire, coram ſeculari iudice non poſſunt excipere, quod debeant coram eccleſiaſtico conueniri, ſed ſi grauent a iudice ſeculari poſſunt habere recurſum ad eccleſiaſticum, quod eſt notan. ſecundum D. Abb. non enim interuenit aliquis actus qui eos exemerit a iuriſdictione Imperatoris, & dicit, quod alias de facili euacuaretur iuriſdictio Imperatoris, ſed aduerte, quia verba illius cap. aliud ſunt ambigua: dicit enim in fi. quod publice pœnitens melius expetit eccleſiaſticum, quam forẽſe iudicium, & glo. pen. dupliciter intelligit. Primo, quod loquatur, quando pœnitens eſt actor, nam poteſt conuenire reum coram eccleſiaſtico ſi conſenſerit ipſe reus. & hoc eſt contra opi. Innocen. qui vult, quod poſſit conuenire aduerſarium coram iudice eccleſiaſtico. Secundo modo intelligit, quando ipſe pœnitens eſt reus, quo caſu melius expetit eccleſiaſticum, quam forenſe iudicium, & iſte intellectus videtur innuere, quod ipſe pœnitens ſi conuenitur habeat electionem an conueniatur coram ſeculari, vel corã eccleſiaſtico, & idem dicit ibi glo. fi. propter hoc Bu. allegauit illud c. quod pœnitens gaudet priuilegio fori eccleſiaſtici. ſed Barto. Brixen. & Ioan. de Fan. in dicto capitulo aliud. primum intellectum, ſcilicet, quod loquatur, quando pœnitens eſt actor, quo caſu poteſt trahere reum laicum corã iudice eccleſiaſtico, ſed conſentit, ſed ſi non conſentit neceſſario eſt conueniendus coram iudice ſeculari, & dicunt, ꝙ illud capitulum loquitur de conſilio, & non de præcepto, quod patet ex eo, quod dicit melius mihi videtur, quod ſit verior intellectus Innocen. quem ſequitur. D Abb. quod loquatur in actore, vt ſic pœnitens habeat electionem corã quo iudice velit reum conuenire, & credo, quod etiam habeat, etiam reo inuito, quia ibi nihil dicetur, quod reus de-
24 beat conſentire, & iura communiter dant electionem† iudicis actori etiam reo contradicente, vt in c. dilecti. infra eodem. vbi patet, quod actor poteſt conuenire reum in loco cõtractus, & in loco domicilii, & ſic ei datur electio, & hoc tenet ibi glo. penul. idem probatur infra eodem. cum ſit. & eſt bo. tex. in l. non vtique. in princip. ff. de eo quod cer. loco. hoc tenet fallit in ſcholari, vt in authen. habita. C. ne filius pro patre. vnde tene opin. Innocen. & Do. Abb. ſcilicet quod pœnitens poſſit conuenire reum coram eccleſiaſtico iudice, vel ſeculari, ſed actor laicus poteſt eum conuenire
25 coram laico. Tertio quæro, quid de Eremitis, glo. in cap. nulla. 93. diſtinctio. & in c. qui vere. xvi. qõ. prima. dicit, quod ſubſunt epiſcopo in cuius territorio ſunt. idem tenet Innocen. in c. cum monaſterium de Pellicia. de electio. vbi dicit Eremitam eſſe perſonam eccleſiaſticam. & Archid. in c. primo de exceſſ. prælato. in vi. vbi dicit, quod Eremita eſt perſona religioſa. & idem ſequitur Butri. hic contrarium tenet Lauditius hic, & Ioan. de Ligna. in clementi. per literas. de præben. quia exquo ex vtero matris, ſiue proceſſerunt laici, item in eodem ſtatu cenſendi ſunt, ex quo non interuenit aliquis actus eos eripiens a iuriſdictione Imperatoris, qui actus eſt duplex, videlicet receptio ordinis, & conuerſio ad aliquam de religionibus approbatis, vt in c. fina. de reli. do. & de ſenten. excommu. nulli dubium. & in c. ſi quis ſuadente. xvii. q. 4. & hanc partem ſequitur dominus Abb. tanquã de iure veriorem, licet prima ſit æquior: mouetur, quia iſti
26 non† habent certam regulam, nec ſunt obligati ad ſtandũ, ſed ſola voluntate tenentur, & ſunt ſicut locuſtę, quæ non habent regem, vt dicit glo. in c. qui vere. xvi. qõ. prima. & dicit, quod abſurdum eſſet, quod ſola voluntate poſſent ſe eximere a iuriſdictione Imperatoris, & reddere quando volunt, pro hoc optime ſecundum ipſum. xii. qõ. prima. ſunt duo genera. Do. Card. in dicta clemen. per literas. in xii. qõ. dicit, quod aut tales ſunt deputati ad aliquem vſum perpetuum, vel pium auctoritate prælati habentis auctoritatem epiſcopalem, & tunc gaudent priuilegio eccleſiaſtico, ita ꝙ cẽſentur perſonæ eccleſiaſticæ. hoc allegat clemen. prima. de deci. & ca. per exemptionem. de priuile. in vi. dicit tamen quod nõ gaudebunt priuilegio cano. ſi quis ſuadente. quia habet locum in percutiente clericum, vel monachum, nec eſt extendendum in aliis, niſi quatenus inuenitur expreſſũ, ſicut exprimitur de conuerſis, de ſenten. excommu. non dubium, quia ſunt religioſi, vel de nouiciis in aliqua religione, qui interim cenſentur religioſi, de ſenten. excommu. in vi. religioſo. & dicit, quod extra caſus expreſſos in iure non habet locum dictũ cap. ſi quis ſuadente. aut a nemine facta eſt talis deputatio, ſicut contingit in aliquibus Eremitis, qui aliquando ad tempus accipiunt habitum, & viuunt de eleemoſinis, & tunc dicit, quod tales non gaudent priuilegio eccleſiaſtico, quia non ſunt incorporati eccleſiæ, quodam iure ſpeciali, & abſonum foret, quod cenſerentur perſonæ
a eccleſiaſticæ, [a] cum ſint meri laici, & recedat ad ſui libitum, & ad nullum eccleſiaſticum, vel pium officium auctoritate prælati, qui hoc poſſit ſint deputati, & dicit, quod hoc ca
27 ſu procedit opi. Laud. ſed Bu. ibi dicit, quod immo† gaudet priuilegio eccleſiaſtico, quia tenentur ex voto ad caſtitatẽ, de electio. cum monaſterium. pro quo facit glo. 27. qõ. 2. qa ecce quam bonum. in verbo, ſolitudinem. quæ licet referat duas opinionem reſidet cum ſecunda opi. ſ. quod Eremita ſit perſona religioſa, & talis religio habeat votum annexũ: dicit tamen, quod ſi ĩ propria domo vellet religioſam vitã ducere, talis religio non diſſolueret ſponſalia, extra de conuer. coniu. ex parte. & iſtud quod ſit perſona eccleſiaſtica, tenuit etiam Ioan. And. in dicto cap. cum monaſterium. ego hanc opi. ſequor, ſcilicet, quod Eremita ſit perſona eccleſiaſtica, & quod gaudeat priuilegio fori. moueor per tex. ii. q.
28 vii. Item cum† Ioannes Baptiſta. vbi dicitur, quod ſanctus Ioannes Baptiſta duxit vitam Eremiticam: ergo non eſt vita laicalis, ſed eccleſiaſtica. ad idem 27. qõ. ii. § ecce. vt dicit, quod ſanctus Macharius, & ſanctus Alexius poſt contracta ſponſalia de præſenti elegerunt vitam Eremiticam, vt Deo ſeruirent, & ſic relinquunt ſuas ſponſas. ergo ſequitur quod non eſt vita ſecularis, ſed eccleſiaſtica. ad idem xvi. q. prima. qui vere. vbi vita Eremitica laudatur. & ibi tenet ẽt Ioan. de Fan. poſt Archid. quod Eremita ſubſit epiſcopo & quod ſit perſona religioſa. idem probatur in cap. duo ſunt genera. vbi hoc tex. ponderat perſonas eccleſiaſticas eſſe, ne dum clericos, ſed etiam perſonas Deo deuotas, quæ ſunt deditę orationi, & contemplationi, quę ab omni ſtrepitu temporalium debent ceſſare, ſed Eremitę ſunt tales, ergo ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, & hoc puto verius. quicquid dicant Laudinus Ioan. de Ligna. D. Cardi. & D. Abb. Credo ta-
29 men, quod hodie† non poſſunt eligi ad aliquam prælaturã regularem cum nõ ſint aliquam religionem expreſſe profeſſus, vt in c. nullus. de ele. in vi. & hoc tenet Io. de Fan. in d. ca. qui vere. Item non credo, ꝙ vita eremitica ſoluat ſponſalia de pręſenti, quia ad votum ſolennizandum neceſſaria eſt ſuſceptio ſacri ordinis, vel profeſſio alicuius religionis de approbatis, vt in ca. primo. de voto. in vi. & modo habes
b iſtum articulum latius examinatum, ꝗ faciunt Doc. [b] Quar
30 to quæro, quid de rectoribus† hoſpitalium qui vtuntur coniugio, & habent proprium, licet alienando portet aliquod ſignum in veſte, puta Crucem, vel quid ſimile Laudi. & Io. de Ligna. in cle. quod literas. de præben. tenẽt quod gaudẽt priuilegio fori in bonis hoſpitalis, ſed in perſonis ipſorum, nec in bonis propriis non gaudent priuilegio eccleſiaſtico, quia non ſunt clerici, nec conuerſi. Hoſt. vero in ſumma de regu. §. j. ver. quid de ruſticis. videtur diſtinguere, quod aut illi ædificauerunt hoſpitalia propria auctoritate, & non gaudent aliquo priuilegio, quia videntur religioſę perſonæ, ſed Hoſti. videtur in fi. hoc reſtringere, quando promiſerunt in manibus epiſcopi caſti viuere, & vxore mortua aliam non inducere: ac etiam proprium renunciauerunt in manibus epiſcopi. & iſtud Ioan. de Imo. ſequitur in dicta clemen. per literas. & D. Ab. hic. quia videntur quaſi conuerſi, alias iſtis non interuenientibus tenendum eſt primum dictum, de bono etiam vide D. Card. in dicta clemen. in xii. q. Ex his infertur, quid de militibus ſanctæ Mariæ qui appellantur,
31 †fratres gaudentes, & quid de illis qui ſunt de tertio ordine
c ſancti Franciſci, [c] qui appellantur fratres de tertio ordine. Bar. in l. prima. in fi. Co. ff. de pœnis. & in l. ſemper. §. fi. ff. de iure immu. videtur tenere, quod gaudeant priuilegio eccleſiaſtico, & idem tenet hic But. & Ioan. de Ligna. in cle. cum ex eo. de ſenten. excommu. & dicit ibi Ioan. de Lign. ſe pro hac parte extenſius conſuluiſſe, contrarium tenuit ibi Lau. & eius

ADDITIONES.

a ¶An Eremita ſit perſona eccleſiaſtica? Adde Ang. in l. ſecunda, in fi. ff. de in ius voc. qui tenet, quod ſic. Vtrum autem canonici ſeculares gaudeant priuilegio canonis. c. ſi quis ſuadente. xvii. q. iiii. Rom. ti. de priuile. charta 132. iiii. colu. incipit, vtrum canonici, &c. vbi etiam ponit de Eremitis, But. conſilio 19. ver. vnde ex hoc.

b ¶Pro opi. D. Alex. facit cap. primo. in fi. de exceſ. præla. in vi.

c ¶Tertii ordinis S. Franci. gaudent priuilegio fori, vt tenet Fel. in trac. de iure pa. impreſſo poſt ti. vt lite non conte. iiii. col. in prin.

& eius dictum ſequuntur Doct. conſuluit Fede.de Sen.cõſi. 145. mouetur quia licet iſti habeant quendam modum viuendi a papa approbatum, non tamen ſunt veri religioſi, vt dicit glo.in cle.cum ex eo.de ſenten.excom.& in cle.2.de reli. domi. non enim profitentur tria ſubſtantialia regulæ, nec dimittũt vxores, nec ſunt clerici, de quo aliquod in Specu.de ſtatu monac. verſi. tertio, & hæc opin.videtur verior D.Abb.licet præcedens ſit tutior, & æquior. Cum enim tria
32 ſunt ſubſtantialia † cuiuslibet religionis, ſcilicet abdicatio proprietatis, Caſtitas, & Obedientia, vt infra de ſtat.mon. cum ad monaſterium. Iſti autem non ſeruant omnino caſtitatem cũ habeant vxores, nec paupertatem cum habeãt propriũ, nec omnino ſeruare pñt obedientiã, quia cũ habeant vxores non habẽt omnino poteſtatem ſui corporis de conſan.& affi.non debet, vnde cler.cum accedant ad ſtatum laicalem potius, quam ad eccleſiaſticum debent cenſeri laici cum mixtum debet attribui ſimplici, de quo magis participat, vt in l.quæritur.ff. de ſtatu. ho. & in c.hermaphrodit. 4.q.3. & optime facit tex.in cap. duo ſunt genera, 12. q.j. vbi dicitur duo eſſe genera chriſtianorum, vnũ deditum orationi, & contemplationi, quod ab omni ſtrepitu rerum temporalium ceſſare cõuenit, vt ſunt clerici, & Deo deuoti, ſcilicet conuerſi, ſed iſti non poſſunt dici clerici cũ non habeant ordines, nec plene conuerſi, ſicut requirit ille text.cum non ſint dediti contemplationi, & orationi, ſed inuoluũtur negociis ſecularibus magis, quam eccleſiaſticis, & idem conſuluit in quodam conſilio Calde. & vide D.Car.q plene hunc articulum examinat in cle. per literas, de præb.in xij.q.& in cle.cum ex eo, in 2.q.de ſent.excom.& ibi concludit, quod tales non gaudeant priuilegio clericali, contrarium tenet But.in c.vni.7.col.de ob. ad ra. Ex his
33 infertur, quid de Ieſuatis † an gaudeãt priuilegio eccleſiaſtico? But.dicit, quod ſic, allegat text. & gloſ.in c.indemnitatibus.§.penult.qui incipit ſupradicta, de elect.in 6.& xij. qõ. vlti.c.fi.& c.dilecta, iuncta glo. 2.& 3. de maior. & obedient. & dicit quod tales ſubſunt epiſcopo, cui & obedientiã promittunt, & ſeruant, quandiu ibi ſunt, & perpetuo ſe non aſtringant voto, ſi forte quis inter eos non vult remanere, volens proprium retinere, aut caſtitatem ſeruare nolens, maxime quia ambulant diſcalciati, & ſe affligunt multis diſciplinis, & dicit, quod licet regula eorum non ſit approbata, quia eorum vota non ſunt perpetua, tamen ſtatus viuendi eſt approbatus, allegat extrauagantem Ioannis 22. quæ incipit ratio recta, quæ tollit pœnas cle.j de relig do. etiam quo ad beguinas, dummodo honeſte viuant, & ſe non implicent prædicationibus, & diſputationibus, ſed D. Abb. tenet contrarium, quia non ſunt clerici, quia non recipiunt ordines. Item quia non profitentur tria ſubſtantialia, immo nullum ſubſtantiale promittunt, & ſi hodie aliquis exiret poſſet contrahere matrimonium, & habere proprium. Item quia nati ſunt laici, nec interuenit actus aliquis eos eximens a iuriſdictione Imperatoris, vt ordo vel plena conuerſio, vnde debent adhuc laici reputari, & dicit eos peccare mortaliter cum veniant contra prohibitionem, c.fin. de
34 reli.domi.& c.vnici, eo.tit. in 6. vbi diſtricte præcipitur, † ne quis nouam religionem inueniat, ſed ſi conuerti voluerit vnam de approbatis aſſumat, vnde ex tranſgreſſione non modicum peccatum incurrunt, vt in c.2. de maio. & obed. & x.q.prima, quod præcipitur, & quod not.in c. general. de elect.in 6. & cum tranſgrediendo peccent non debent ex tali tranſgreſſione conſequi priuilegium fori eccleſiaſtici cũ propter peccatum potius perdatur priuilegium xj.q. 3. priuilegium, & infra de do.poſt diuor.reſti.c.& ſi neceſſe, & ne cler.vel mon.c.2.allegat etiam 18.q.2.pernicioſam.& xij.q. vltima, c.fi. & extrauagan. Ioan.22. quæ incipit Sancta Romana, quæ profert ſententiam excommunicationis cõtra aſſumentes nouum religionis habitum, & conſtruentes ſibi loca nouæ congregationis, ſeu cauſa cõſtructa recipientes, & eadem ſentẽtia afficit prælatos, qui præter Sedis Apoſtolicæ auctoritatẽ talẽ viuendi ritũ concedunt, & remittit ſe ad ea, quæ dixit in opere conſiliorum ſuorum. conſi.6.& ſubdit, quod papa Marti.ſ. eis conceſſit vtriuſque ad Sedis Apoſtolicæ placitum poſſit licite in ſuo ſtatu permanere, ſed quicquid dicat D.Abb.Ego credo qđ Bu.verius dicat per iura, quæ allegat ad quæ.D.Abb.non aduertit, & inquantũ facit mentionem de priuilegio Martini arbitror, ꝙ etiam a princ. quando talis congregatio habuit exordium interuenerit conſenſus papæ, licet noluerint eorum religionem expreſſe approbari, ne quis inde nõ poſſit exire, melius enim eis viſum fuit, quod ad ſuam voluntatem exeant, qui non habent bonum propoſitum, quã quod ibi remaneant cum ſcandalo, & ruina eorum, & ita eſt præſumendum, maxime, quia eſt longiſſimum ipſius elapſum poſtquam talis cõgregatio cæpit exordiũ, vnde debet præſumi priuilegium Apoſtolicum ſic manendi, vt in c.ſuper quibuſdam, de ver ſig.& in l.hoc iure, §.ductus aquę.ff. de aqua. con.& ęſti. & maxime propter bonitatem iſtorum virorum, ad hoc c.niſi eſſent de præb.& in c.in materia, de procur. & in c.2. de reg. iur.Item ſi extrauagans quam allegat But. eſt vera, non eſt dubium, quod etiam ſi nullum habuiſſent priuilegium nõ peccarent ſic manendo, nam extrauagans quam alleg.But. permittit congregationes eorum qui honeſte viuunt, licet non ſit proprie honeſta religio, ex quo vota non ſunt perfecta. Extrauagans vero quæ imponit pœnam excommunicationis debet intelligi quando talis congregatio aſſumit nouam religionem, & profitetur tria ſubſtanlialia, abſque ꝙ interueniat auctoritas ſedis apoſ. & credo quod donec remanent in congregatione cenſeantur perſonæ eccleſiaſticę, & hoc op. probant iura allegata per Butr. nam in c.indemnitatibus.§.penult.de elect.in 6.dicitur, quod forma illius c.debet obſeruari in electionibus illarum monialium, quarum ſtatus non reprobatur a ſe.ap. nam ſi tales moniales, quarum ſtatus non eſt approbatus a ſe ap.non cenſerentur perſonæ eccleſiaſticæ profecto ad papa non pertineret aliquod ſtatuere circa actus ipſarum, niſi quatenus cõcerneret materiam peccati. Item non poſſent eligere, quia laicus talis iuris non eſt capax, vt ſtatim dicam.Item abbatiſſa canonicarum ſecularium, quę nunquam faciunt profeſſionem, nec renunciant propriis poſſunt conferre eccleſias & beneficia, & habere clericos ſuę iuriſd.ſubiectas, & eos poteſt ex conſuetudine ſuſpendere a beneficio, hoc probatur per tex.& glo.in c.dilecta, de maio.& obe. vbi vide glo.2.& 3.ſed laicus eſt incapax iure ſpeciali, vt in c.ſacroſancta. & in c.Maſſana, de cle.& in c.cauſam, de pręſcrip. ad pręmdicta
35 bene facit c.duo.12.q.1. vbi Deo deuoti † vacantes cõtemplationi, & orationi cenſentur perſonę eccleſiaſticę, vnde quandiu ſunt in tali ſtatu debet gaudere priuilegio eccleſiaſtico ad idem 17.q.4.quiſquis ibi clericis vel monachis, ſiue Deo deuotis omnibuſque perſonis eccleſiaſticis hic tex. optime probat, quod Deo deuoti vacãtes ſicut religioſi cõtemplationi, & orationi ſunt perſonę eccleſiaſticę, & per pręmdicta poſſunt decidi multę alię quęſtiones ſeculares, pu-
36 ta quod de iſtis ſocietatibus † batutorum, ſeu fruſtratorum, & dicẽdum eſt, quod ſunt laici, licet talis ſocietas ſit approbata. Quid autem de muliere incluſa? vide text. cum gloſſ. xj.q.j. de perſona, in ver. aſiſtendam. Quid autem de offerentibus ſe, & ſua dic, vt in c.priuilegia, infra de priui.& cle.j. de Dec.iuncta gl.fi.In glo.3.ſed Doct.ſoluunt hic pluraliter vltra glo.Primo quod loquitur hic de Pontifice, niſi de papa, quia papa poteſt committere cauſam laico contra clericũ, vt in c.mentionem, 6.q.5.& 12.q. 2. cum clerico, iam & ꝙ dictum eſt ſupra tit.proxi. c.2. Secundo modo intelligitur, quod referatur ar.a contrario ſenſu, quo ad minores eccleſię, & non ad clericos. Tertio quod laicus poteſt clericum condemnare in cauſa mere ciuili, ex declaratione epiſcopi, vt dicit glo.& Doct.in c.2.de iudi.In glo.4.no.ipſam, ſed plene dictum eſt ſupra de iudi.at ſi clerici in fi.gloſ.vide 3.q.xj. in ſumma.vbi vide glo. Extra glo.Doct.addũt alios caſus. Primus eſt in cauſa feudali de quo dic, vt ſupra de iudic.cęterum. Secundus quando clericus eſt incorrigibile de quo in c.cum non ab homine, ſupra de iudic. Tertius quando epiſcopus inuocat brachium ſeculare, de officio or. cap.1. Sunt etiam alii caſus non per Hoſ. in ſumma, de ſent.excõ. §.qs poſſit excommunicare, ſed §. ſub illo autem canone.
38 In glo.vlt.no.duo ex gl.primo, quod laicus iudicans † clericum non eſt ipſo iure excommunicatus, hoc probatur in c.2.de for.compe.in 6.vbi eſt tex. apertus plus dicit ibi Ioan. And.& D.Do.ſuper glo.in ver. compellunt, quod ſi laicus de facto grauat clericum captis pignoribus, vel per ſequeſtrationem bonorum, ipſius non eſt excommunicatus, niſi perſonam clerici faciat capi, & idem dicit, quod Ioann. ſtet ſuper iſta glo.nam dicit, quod laicus condemnans clericum non eſt excommunicatus, niſi fieret diſtrictio in perſonam ipſius clerici, & hoc ſequuntur Doct.& per hoc cõfunditur opi.D.Car.in c.perpendimus, in 12.q.vbi dixi, ꝙ iudex laicus puniẽs clericum priuatum priuilegium canonis, ſed remanentem priuilegium fori eſt excommunicatus nõ per c.ſi quis ſuadẽte 17.q.4. ſed quia violat priuilegium fori clericalis, nã hoc eſt verum, vt probatur hic iuncta iſta gl. vltima.& eſt tex.in d.c.2.eo. tit. in 6. hoc eſt verum quando iudex iudicat reum inuitum. Quid ſi compellitur actor deſiſtere a iudice eccleſiaſtico, & litem deducere ad forum ſecularem, vel deſiſtere dic, quod hoc caſu impediens, & pręſtans conſilium in auxilium, & fauorem ipſo iure incurrẽt excommunicationem, & hoc modo loquitur, c. penult. de immu.eccl.in 6. Ex quo no. quod illud c. non habet lo-

cum

39 cum quando † reus inuitus compellitur litigare coram iu-
dice laico,vt vult hæc glo.& probatur in capitu.2.eod. titu.
in 6. dummodo non diſtinguatur perſona clerici. Sed ha-
bet locum quando actor compellitur dimittere forum ec-
cleſiaſticum ad quem remittit, id eſt coram eo agit, vt co-
gatur adire iudicem ſecularem,vel ſi compellitur ab agen-
do deſiſtere in his terminis loquitur illud, c. & ſic debet re-
ſtringi illud c.quod no.quia hoc anno fuit de facto. Secũ-
do not.ex glo.quod verbum ſequeſtratus non importat ca
nonem late ſententiæ,ſed ferendæ per iudicem, ſed in con-
trarium eſt glo.in c.2.in verſ.innodetur,de hæreti.in 6. & in
regula imponis,quæ volũt, quod per iſta verba talis ſit ex-
cõmunicatus & ipſo facto incurrat excõmunicationem,
& D.Abb.dicit quod ille gl.communiter tenẽtur.ad iſtam
glo.reſpondet dicens, quod procedit quando patet per alia
iura,quod non eſt canon.latæ ſententiæ, nam excommuni
catio infertur ex diſtrictione perſonæ,de ſent. excõ. nuper.
non autem ex actu iudicandi,non autem intelliguntur ver
ba ſecundum ſubiectam materiam,& de illis, & de iſtis ver
bis dicetur.ĵ.eo.ſi diligenti, & hæc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Forum ſortitur quis ratione rei de qua agitur.*
2 *Primatis appellatione,quandoque intelligitur Archiepiſcopus.*
3 *Reus non ſolum poteſt conueniri ratione rei ſitæ, ſed etiam ratione do-
micilii.*
4 *Poteſtatem qui habet cognoſcendi,habet etiam poteſtatem eligendi.*
5 *Inferiores iudices non poſſunt inuitis partibus cauſam delegare extra
ſuam diœceſim.*
6 *Archiepiſcopus eſt iudex ſuffraganei ratione domicilii ſecundum rei.*
7 *Actor & reus eodem tempore quilibet eſt quando agitur finium regun
dorum, vel communi diuidundo.*
8 *Reus an conueniendus ſit,coram Archiepiſcopo, vel Epiſcopo alterius
loci,in quo res ſita eſſet Epiſcopo exiſtente reo.*
9 *Reus in tribus caſibus conueniri poteſt coram non ſuo iudice.ſ.ratione
poſſeſſionis,ratione contractus,& ratione delicti.*
10 *Reus vbi conueniendus ſit quæritur,ſi ſit ſpiritus,& in eius Diœceſi res
ſit poſita,ſeu ipſius Epiſcopi actoris.*
11 *Indiſtincte intelligi debet,quod indiſtincte profertur.*
12 *Iudicare quis debeat inter Epiſcopos litigantes de limitibus prouincia-
rum quæritur.*
13 *Iudex an ratione rei ſitæ contumaciam excommunicare poſsit,& ſe re
mittit.*

## CAP. III.

2 SAne. Ratione † rei de qua agitur ſortitur
quis forum, hoc dicit ſecundum Io
And.& communiter Doct.hoc firmant,vel ſic
magis ſpecifice ſecundum D. Abb. Epiſcopus
ratione rei ſitæ conuenitur coram epiſcopo in
cuius prouincia res ſita eſt. In tex.ibi cauſa,ſcilicet realis,vt
patet ibi locus &c. Ioan.And. Item ibi vertitur, ideſt verti
ſperatur Pet.& Abb. Item ibi verſarum,ſi enim eſſent eiuſ-
dem prouinciæ nulla eſſet dubitatio, quia archiepiſcopus
eſt iudex ſuæ prouinciæ epiſcoporum, vt in c. paſtoralis,in
prin.ſupra de offi.ord.& in c.venerabilibus,de ſent. excom.
in 6.& dictum fuit in d.c.paſtoralis.Item ibi iudices alii ha-
2 bent in tex. Not.primo,quod appellatione primati † quan
doq; intelligitur de archiepiſcopo,vt hic, tñ proprie loquẽ-
do. Primas idem eſt,quod Patriarca,vt in c.j.& ij.98.diſt.de
quo vide quæ dixi in c.duo,de offi.ord. Not. ſecundo, quia
ratione rei ſite, quis ſortitur forum, ideſt poteſt conueniri
3 corã iudice ĩ cuius territorio eſt † res de qua cõtrouerſia eſt;
ſed dic,quod etiam poteſt cõueniri coram iudice, in cuius
territorio hẽt domicilium,vt in l.penult.C. vbi in rem acti.
& infra eo.c. fi. ſic etiam ratione contractus poteſt contra-
hens conueniri,in loco vbi contraxit, & in loco domicilii,
vt infra eo.dilecti,& in d.c.fi. Vltimo not.quod habens po-
4 teſtatem † cognoſcendi habet poteſtatem delegãdi ad hoc,
de offi.ord.vt litigantes,in verſ.& in l. vnica. C. qui pro ſua
iuriſd. & procedit in ordinario, & in delegato a principe.
Quod autem in delegato inferioris a principe,dic vt per gl.
in c.is cui.de offi.del.in 6. Pro expeditione primæ gloſ. opp.
& videtur quod iſte primas non debuerit arctari ad dele-
gandum, quia per ſe poteſt cognoſcere. Ex quo res eſt ſi-
ta in ſua prouincia.l.fi.C.vbi in rem actio.& ĵ.eo.c.fi. huius
timore contrarij glo.intelligit tex. quando non poteſt, vel
quando non vult per ſe ipſum cognoſcere. Vinc. intelligit
quando primus erat remotus a partibus vltra duas dietas,
nam tunc dabit iudices propinquos, niſi impediatur ex iu-
ſta cauſa, puta quia ſubditi ſuffraganeorum nolunt recipe-
re de offi.ord.paſtoralis.& cum eo. tranſit Ioan. And. Sed
Butri.dicit hoc eſſe not. quia extendit iura loquentia de di-
ctis ad delegatum per inferiorem a papa, ſed D. Abb. dicit
ſe hoc dictum non putare verum, quia quando iudex vult
cognoſcere ratione rei ſitę in ſuo territorio, non habetur
reſpectus ad numerum dictarum, ſicut quando quis con-
uenitur ratione contractus, nam poteſt conueniri in loco
contractus quantuncunque diſtet a loco domicilij.ĵ. eo.di-
lecti,& ar.in l.contraxiſſe.ff. de act. & obli.Vnde dicit idem
eſſe ratione rei ſitę.& mouetur per text. in l.fi.C.vbi in rem
acti.quę loquitur indiſtincte,& dicit de hoc eſſe tex. expreſ-
ſum,in c.ex parte,iuncta glo.in ver.eadem ĵ.eo. & ibi vide-
bimus.& in c.dilecti.ĵ.eo.De iudice autem domicilij dicen-
dum eſt idem,vt non poſſit delegare cauſas extra ſuã Diœ-
cœſ.niſi interuenerit conſenſus partium, vt in c.litigantes,
de offic.ordi.in 6.& ſic conſtitutio de duabus dietis non po-
5 teſt ſibi vendicare locum in † inferioribus cum nõ poſſint
inuitis partibus cauſam delegare extra eorum Diœc. Sed
aduerte, quia aut loqueris in archiepiſcopo, & ipſe poteſt
delegare cauſam ad ſe pertinentem,vel deuolutam ad eius
cognitionem iure metropolitico in ſua ciuita.propria, vel
in ſua Diœc.vel in loco,vbi cauſa conſiſtit,& hoc poteſt fa
cere,etiam ſi partes trahantur vltra duas dietas. Extra ve-
ro.dicta loca nõ poteſt cõmittere, niſi partes conſentiant,
& niſi conſuetudo aliud diſponat de inferiori verbo. ordi-
nario,puta ſi cauſa agatur coram epiſcopo põt cognoſcere
vel delegare, alteri cognoſcendum in quocunque loco ſuæ
Diœc.non exempto,vt in c.cum epiſcopus, de offi. del.in 6.
Extra vero propriam Diœce. nec poſſet committere, niſi
interuenerit conſenſus partium,& iudicis loci,vbi cauſa eſt
commiſſa,vt in c.epiſcopum,9 q.2.& in c. nouit iuncta gl.
de offi.leg. & ordin.rei ſitæ poteſt trahere partem coram ſe
etiam ſi permultas dietas diſtet,& ſimiliter cauſam delega-
re,quia c.nonnulli,& c.ſtatutum,de reſcrip.in 6. non habet
locum in inferiore a papa,& adde quæ dicam.ĵ.eo. dilecti.
In glo.2.Goff.intelligit, quod ſit in electione actoris coram
quo iudice velit reum conuenire,an coram iudice rei ſitę,
an vero coram iudice domicilii, vnde ad text. ſupplet,vel
in cuius Diocec.reus habet domicilium,vt in l.fin.C. vbi in
rem act.& quicquid dicat hic Hoſt. iſta eſt communis opin.
quam tenet Innoc.in c.dilectus filius,infra de reſcr.& Spec.
& Ioan.And.in tit.de compe.iud.addi.§.fin.verſ.ratione rei,
& idem tenet Ioan.Cal.& But.& dicit But.iſtum text.debe-
re intelligi, quando idem erat iudex domicilij, & rei ſitæ.
6 Nam archiepiſcopus † eſt iudex ſuffraganei ratione domi-
cilij, quod contrahit epiſcopus in epiſcopatu prouinciæ ip-
ſius archiepiſcopi, & ideo intellectus mihi non placet, ꝗa
contradicit communi intellectum Doct. qui dicunt, ꝙ iſti
epiſcopi ratione rei ſitæ ſortiuntur forum. nam ſecundum
iſtum intellectum oportet intelligere, quod epiſcopus reus
erat de pronuncia archiepiſcopi delegãtis,ſed tex. hoc non
requiritur,ſed ſolum põderat, quod locus ſit in prouincia,
tamen D.Abb.idem ſentit,vt ſ̃.dicã,ſed male. Dicit etiam
7 But. quod ſi ageretur finium regundorum † vel communi
diuidundo,quo caſu quilibet eſt actor, & reus, & ſimul ea-
dem inſtantia ad iudicium prouocarent,& neuter vel vter-
que contenderet ſe poſſidere,cum reus non poſſit diſcerni,
non poterit haberi recurſus ad iudicem domicilij, ideo de-
bet haberi recurſus ad iudicẽ rei ſitæ, & dicit hoc caſu poſ-
ſe intelligi iſtam dec. & idem videtur ſentire D. Abb. licet
de But. non fecerit mentionem, ſed illud mihi nũ placet,
quia cum vterque ſit actor, & reus ſi aduerſarius volet ad-
uerſarium conuenire coram iudice domicilii non poterit
excipere,quia cum ſit actor,& reus non poterit allegare,ꝙ
iudex domicilii non ſit iudex ſuus quantum eſt reus.
Sed extra glo. quæro de aliquibus, & primo ꝙ ſi res eſſet
8 ſita in loco alterius epiſcopi † a litigantibus, an epiſcopus
reus poſſit conueniri coram epiſcopo rei ſitæ, an vero tan-
tum coram archiepiſcopo ſit conueniendus Butri. in quo-
dam ſuo notabili, videtur dicere, quod tantum coram ar-
chiepiſcopo colligit enim ex tex. quod ratione rei ſitæ quis
non ſubicitur inferioris gradus,& ſic epiſcopus non ſubici-
tur epiſcopo,ſed archiepiſcopo. Sed D.Abb.hoc reprobat,
quia epiſcopus in Diœc. alterius reputatur priuatus,l.3.ff.
de offi.præſi. vnde ſi ibi deliquit poteſt per epiſcopum in cu
ius Diœc.deliquit puniri, vt in c.j.de rap.& in c.2. de conſti.
in 6.& 3.q.6.in ſumma.& in c.2.ſed glo. illa ab aliquibus al
legatur in contrarium, ſed in veritate non facit in contra-
rium, quia gl. ponit regulam, quod quis eſt conueniendus
coram ſuo iudice, ideſt coram iudice domicilii, ſed excipit
8 tres caſus in † quibus quis conuenitur coram non ſuo iudi
ce. Primus ratione poſſeſſionis: Secundus ratione contra-
ctus; Tertius ratione delicti, in quibus caſibus poteſt quis
conueniri

conueniri coram iudice rei ſitæ, vel coram iudice loci contractus, vel coram iudice loci delicti, nam in iſtis tribus caſibus poteſt reus conueniri coram non ſuo iudice, quia iudex rei ſitæ, vel contractus, vel delicti non dicitur proprius iudex, licet reus ſortiatur ibi forum, nec reus dicitur ſubditus iudicis coram quo poteſt conueniri ratione contractus delicti, vel rei ſitæ, ſed dicitur ſubditus iudici domicilij, vt dicit gl. no. in cle. 1. in verſ. ſubditos, de for. compet. Secundo
10 quæro quod ſi res † eſt in Diœc. alterius litigantium. D. Ab. diſtinguit, quod aut eſt in Diœc. epiſcopi, qui eſt reus, & tūc dicit, quod ſine dubio conuenietur coram archiepiſcopo ptouinciæ, qui eſt iudex epiſcopi rei, & poterit cōueniri ad minus ratione metropolitica, ſ. de offi. or. paſtoralis, aut eſt in Diœc. epiſcopi actoris, & tunc dicit eſſe magis dubium, an poſſit trahere reum ad litigandum coram iudice metropolitano ratione rei poſitæ in prouincia ſua, & D. Abb. dicit, ꝙ non, ſicut enim archiepiſcopus regulariter non habet iuriſdictionem in perſonis exiſtentibus in Diœc. ſuffraganei. Ita nec in rebus, nec iſtud c. inducit aliquam ſpecialitatem in contrarium, vnde cum hoc caſu deficiat rei ſitæ, iudex, quia nō in propria cauſa debet eſſe, iudex recurritur ad iudicem domicilij ipſius rei. Et vt intelligas D. Abb. in iſto. Secundo caſu pone exemplū, quod epiſcopus vnius prouinciæ poſſidet aliquod in Diœc. epiſcopi alterius prouinciæ ſuper quo oritur inter ipſos controuerſia epiſcopus in cuius Diœc. alius epiſcopus poſſidet, vel eum conuenire coram archiepiſcopo ipſius actoris ratione rei ſitæ non poterit, quia locus rei ſitæ non facit archiepiſcopum in cuius prouincia ſita eſt res eſſe iudicem ſecūdum D. Abb. quia ex quo eſt epiſcopus reus non eſt de ſua prouincia, & res eſt ſita in Diœc. ſuffraganei, qui non poteſt eſſe iudex in cauſa propria recurrendum eſt ad iudicem domicilij ipſius rei, & ſic erit conueniendus coram proprio archiepiſcopo, nec actor poteſt conuenire epiſcopum reum ratione rei ſitæ in ſua Diœc. coram proprio archiepiſcopo ipſius, quia ſicut archiepiſcopus non eſt iudex ſubditorum ſuffraganei, niſi in certis caſibus, vt ſ. de offi. ord. paſtoralis, ita nec in rebus, & hoc etiam ſenſit But. dum dicit, quod iſte archiepiſcopus erat iudex domicilii, & rei ſitæ, ſed iſte text. multum facit in contrarium inquantum dicit, ꝙ ille primas det iudices in cuius prouincia eſt locus de quo contenditur. No. quia dicit in cuius prouincia, non in cuius Diœceſ. & ſic loquitur quando res ſita erat in diœc. ſuffraganei archiepiſcopi non autem in diœce. ipſius archiepiſcopi. Item hic non diſtinguitur, an epiſcopus prouinciȩ eſſet actor, vel reus, vnde de
11 bet indiſtincte intelligi, † ſicut indiſtincte loquitur 19. diſt. ſi romanorum, & ſupra de maiori. & obed. ſolitæ, & in l. de precio ff. de publi. nec obſtat, quod archiepiſcopus non eſt iudex ſubditorum ſuffraganei, & per conſequens nec de rebus exiſtentibus in prouincia ſuffraganei, nam ideo archiepiſcopus non eſt iudex immediatus, quia eſt iudex, & ne turbet Diœc ſuffraganei, quæ ratio ceſſat ſi epiſcopus non poteſt eſſe in re ſita in ſua Diœc. vt quia litigat contra. non ſubditum de re ſita in ſua Diœc. nam poterit agere coram proprio Archiepiſcopo, qui eſt iudex rei ſitæ per iſtum text. poterit etiam reum conuenire, coram archiepiſcopo ſi aduerſarius eius eſt epiſcopus, & ſic eſſet inferior epiſcopo coram epiſcopo domicilii, vnde ipſi actori debet relinqui electio. Et pro maiori euidētia figuro caſum clericus Vincētinus poſſidet aliquam rem in Diœc. Paduana. Clericus Paduanus vult agere contra eum, coram Epiſcopo Paduano, qui eſt iudex ipſius clerici actoris nonne poterit conuenire ratione rei ſitæ. & hoc ſentiunt Doct. vt ſupra dixi in princ. glo. dicunt enim, ꝙ etiam archiepiſcopus domicilii poſſet delegare cauſam, quos ſequuntur But. & D. Abb. & dicunt hanc opin. ſequi communiter Doct. ergo alius erat archiepiſcopus rei ſitæ, & alius erat archiepiſcopus domicilii, ſecundum intellectum Goff. & Doct. vnde Butrig. & D. Abb. meo iudicio ſibi contradicunt. Vltimo quæro, quid ſi du
12 bitatur de limitibus † prouinciarum? Hoſt. dicit, quod vterque audiet cauſam, vel cauſam committet, allegat de ſent. excom. cum illorum c. ſi vero clauſtrale, vel recurretur ad papam, de offi. deleg. ſane ne ſint iudices in propria cauſa, ex quo colligit Butr. quod iudex non cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio quando dubitatur de limitibus loci. Sed contra hoc videtur tex. cum glo. in c. cum perſonæ, de priuile. in 6. vbi ordinarius poteſt coguoſcere de exceptione ſubditi, ſcilicet an ſit exemptus vel non. vnde dicit quod poterunt eſſe iudices, nec dicuntur eſſe iudices in propria cauſa, ſed incidenter quilibet poteſt cognoſcere cum parte contradicente, an loca, vel an locus, vel res ſit ſita in ꝓuincia, vel in territorio ſuo, quia hæc ſententia non præiudicat reſpectu ꝓprietatis alteri prælato, qui non fuit in cauſa, de quo dic, vt per Inno. & Doct. in c. ſuper literis, de reſcrip. & per Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ie. & in l. præſcriptione. C. ſi con
13 tra ius, vel vtil publ. Item Vin. hic tractat, an iudex † ratione rei ſitæ poſſit excommunicare contumacem, & determinat, quod non. & But. facit quandam diſtinctionem, ſed dic, vt in c. Romana. §. contrahentes, de for. comp. in 6. & in cle. paſtor. de re iud. & plene videbimus, ĩ. eo. c. fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerico nolenti coram ſuo epiſcopo conueniri, iudex dabit delegatum, in partibus non ſuſpectum.*
2 *Actor debet ſequi forum rei, & reum conuenire coram eius iudice.*
3 *Cauſa naturalis eſt attendenda, quæ accidentalem vincit.*
4 *Teſtes recipiendi ad ęternam rei memoriam examinandi ſunt coram iudice ipſius, coram quo principaliter quæſtio uentilatur.*
5 *Iudex illi arbitratur ſuper tranſactioni, qui ſimilis mota fuiſſet indicaturus erat ſuper cauſa principali.*
6 *Iudex arbitrorum adeundus eſt, quando pars conquæritur directe de laudo.*
7 *Reductio ad arbitrium boni viri coram quo iudice ſit petenda.*
8 *Appellatione executoris comprehenditur delegatus.*
9 *Executor proprie quis dicatur.*
10 *Recuſatio iudicis ne in infinitum contingat, ſi delegatus fuerit recuſatus partes de communi concordia eligent.*
11 *Iudex poteſt recuſari, tam ab actore, quam a reo.*
12 *Practica recuſandi iudicem ſuſpectum.*
13 *Cautela ne iudex recuſari poteſt eſt, vt de partium conſenſu datur.*
14 *Ordinarius iudex remotus a cognitione cauſæ debet exequi ſententiam ſui delegati.*
15 *Executor non poteſt recuſari, vt ſuſpectus.*
16 *Iudicem eligere partes compelli poſſunt, non aūt ad compromittendum, propter recuſationem excludendam ſecundum But.*
17 *Arbitri non poſſunt cognoſcere de cauſa principali, electi ad cognitionem ſuſpicionis.*
18 *Iuriſdictio ordinaria eſt magis fauorabilis, quam delegata.*
19 *Tempora tria conſideranda ſunt in cauſa recuſationis.*
20 *Iudex eſſe deſinit, ſtatim cum pronunciatur ſuſpectus, ſi eſt iudex delegatus.*
21 *Ordinarius iudex poſt ſuſpicionem probatam, an poſſit cauſam delegare ſine conſenſu partium.*
22 *Appellatio an ſit facienda ad delegantem recuſatum, an vero ad eius ſuperiorem.*
23 *Executio ſuper eo ſuper quo lata eſt ſententia, poteſt fieri etiam parte non citata.*
24 *Delegatus Principis, vt ſuſpectus recuſatus poteſt exequi ſententiam arbitrorum, qui cognouerunt de cauſa principali.*
25 *Delegatus recuſatus delegauit cauſam, nunquid ipſum, an ad primum delegantem debeat appellari.*
26 *Epiſcopus poteſt prohibere ſuo officiali ne iudicet in aliqua cauſa.*
27 *Aequiparantur in multis recuſatio, & appellatio.*
28 *Delegatus Epiſcopi, an poſſit corā Vicario recuſari Epiſcopo abſente.*
29 *Archidiaconus abſente Epiſcopo poteſt ferre ſententiam in ſuffraganeis eius Diœceſis.*
30 *Excommunicatio eſt miſti Imperii.*
31 *Delegatus Principis poteſt præcipere ordinario, quod exequatur, & per ſe poteſt etiam exequi ſententiam ſuam.*
32 *Delegatus inferioris a Principe, an poſſit ſuam ſententiam exequi.*
33 *Delegatus Principis quatuor ſpecialia habet, quæ non habet ordinarius delegatus, quæ vide.*
34 *Delegatus ordinarii, an poſſit exequi ſuam ſententiam.*

## CAP. IIII.

SI quis contra. Hæc decretal. eſt difficilis, & hoc dicit ſecundum Ioan. And. coram ſuo ediſcopo con
1 ueniendus eſt † clericus quem ſi recuſabit, dabit iudex delegatum partibus non ſuſpectum, & communiter ita ſummant Doct. D. vero Abb. ſic ſummat. Epiſcopus ſi recuſatione contra eum propoſita ad arbitros venire non vult, poteſt etiam partium non requiſito conſenſu cauſam principalem alicui non ſuſpecto comittere, cuius ſententiam executioni mandabit. Alio etiam modo ſic ſummat, de quo non curo, quia infra hoc examinabitur, diuiditur in duas partes principales, quia in prima prouidet de reo. In ſecunda prouidet actori. Secunda ibi, aut ſi. Secunda pars ſubdiuiditur, prout dupliciter prouidet ipſi actori, nam primo prouidet circa delegationem. Secundo circa executionem. Secunda ſecundæ a quibus. Sed ſecūdum alium intellectum veriorem diuiditur in tres partes principales, quia in prima prouidet quādo iudex, vt ſuſpectus recuſatur a reo. Secunda quando delegatus in lo

co recu-

co recuſati recuſatur ab actore. Tertia prouidet circa exe
cutionem ſententiæ. Secunda ibi, aut ſi. Tertia ibi a quib.
In tex.ibi, ſi quis.ſ.clericus, vel laicus Pe. Item ibi complea-
tur,i.executioni mandetur. Pe.No.1.regulam vulgatam,ꝙ
2 actor † debet ſequi forum rei,& conuenire reum coram iu
dice ipſius rei ꝯ.ſ.eo.ſi clericus,& c.cum ſit generale.ſ.eo.&
l.2.C.vbi & apud quem,& hanc regulam limitat D.Abb.di
cens,ꝙ hæc regula habet locum,qñ de aliquo principaliter
contenditur,ſecus ſi agatur ſuper aliqua exceptione, vt qa
reus originarius antequã conueniatur vult agere ſuper ali-
qua exceptione,ꝙ aliqñ facere põt,vt not. in l.fi.facit c.j.de
iu.iu.hoc.n.caſu agendum eſt coram iudice, corã quo age-
retur ſi ipſe reus conueniretur,quia attendi debet origo, &
3 cauſa naturalis,& non illa quæ accidentaľr contingit. Cau-
ſa.n.naturalis vincit accidentalem.l.qui habebat.ff. de tute.
& ponit exemplũ in pluribus fideiuſſoribus, qui hñt benefi
cium diuiſionis.ſ.vt non conueniatur, quilibet inſolidum,
ſed vt fiat diuiſio inter omnes fideiuſſores, vt quilibet te-
neatur pro parte ſua,vt Inſti.de fideiuſ.§.ſi plures,& in l.in-
ter eos.ff.eod.ti. nam ſi vnus de fideiuſſoribus vult penitere
poteſt antequam conueniatur implorare officiũ iudicis,vt
fiat illa diuiſio, & ꝙ pro reliqua parte imponatur ſilẽtium
creditori,ad idem alle.tex.cum gl.& ibi per Bar.in l.Aureo-
lus.§.centum.ff.de lib.lega.vbi gl.& Bart.dicunt,ꝙ tutus ex-
ceptione põt agere antequam conueniatur implorãdo of-
ficium iudicis,& hoc dicit D.Abb.procedere qñ reus mole-
ſtatur de facto,vel timet veriſiľr moleſtari,arg.l. diffamari.
de ingenuis manumiſ.& cap. conquerente,de offi.or. iũcto
dicto Inn.ibi,& cap.vt nemo inuitus agere,vel accuſa.cog.
& de hac materia per Bar.in l. ſi finita,§. elegãter.ff.de dãn.
infect.& in l.4.§.nunc de effectu,de lib.leg.& dicit, quod ad
hoc adduci debent,no.per gl.in c.ſi autem,de reſcrip.& per
Inn.in c.dilecti.& in c.dudũ,el 2.de elec.vnde in his omnib.
caſibus,in quibus reus originarius agere põt, poterit recur-
rere ad iudicem ſuum,C.quo debuiſſet conueniri,ſi de prin
cipali cã actum fuiſſet,& dicit D.Abb.ꝙ idem ſenſit Fed.de
Se.ſuo conſi. 230. in examinatione teſtium ſuper exceptio-
4 ne,qñ recipiũtur ad æternã † rei memoriam, vt in terminis
c.ſignificauit,& in c.Albricus,de teſti.quia hæc examinatio
fieri ſm eum coram iudice ipſius, coram quo principalis,
qõ ventilaretur,l. ſi ſocietatem,§.arbitrorũ.ff.pro ſo.& hoc
tenet etiam Bar.in l.cum hi.§.tranſactionem. ff. de tranſac.
& But.in c.ſi clericus in fi.ſ.eo.hinc etiam ſm eum notãter
dicit Lau.& Abb. ꝙ ſi reus iurauit ſoluere vſuras creditori
extraneo.i. qui non eſt de Diœc. ſua poterit adire ſuum iu-
dicem,& ab eo petere abſolutionem a iuro, tum quia nõ
petit ab aduerſario,tnm quia originaliter eſt reus, alleg. &
not. per Bart.in l.ſi ſocietatem arbitrorum,ff.pro ſocio.vbi
Bar.dicit,ꝙ reus petens reductionem ad arbitrium boni vi-
ri, ꝯ ſñiam arbitratoris debeat peti coram iudice ipſius rei
rei petit hanc reductionem poteſt actorem trahere ad pro-
prium iudicem ipſius rei pro hoc bene facit.l.cum hi.§.trã-
6 ſactionem,ff.de tranſac. vbi dr̃ ꝙ ille iudex † debet arbitra-
ri ſuper tranſactione, qui erat futurus iudex ſuper cã princi
pali.Si lis mota fuiſſet ad idẽ facit c.expoſita de arbi.vbi pa-
pa cognouit de arbitramento lato a Duce Venetorum,qui
ſibi non ſuberat,partes tamen ſuberant, & iſtud dictũ Bart.
ſequitur But.in c.Quintaual.de iu.iu. niſi laudum eſſet iura
tum,& dubitaretur ſuper reductione pp iuſ̃m,nam tũc de-
bet adiri eodem eccleſiaſticus,vt in c.venerabilem, de elec.
Secundo limitat But. ſi laudum eſſet latũ in materia perti-
nente ad eccleſiam,ar.d.c.Quintauall.D.Abb.ibidem in pe
nul.char.in 2.col.dicit oẽs cõiter tenere, ꝙ ad iudicem arbi
tratorum non ſit recurrendum,quia iſta non eſt proprie ap
pellatio,& dicit,ꝙ hoc tenet collec.in c.cum dilecti.de arb.
& ꝙ idem ſentit Fede.de Sen.conſi.275. Sed vltra limitatio
nes quas facit But.D.Abb.vbi ſupra addit duas. Prima eſt,
qñ ex forma ſtatuti laudum hr̃et executionem paratã.tunc
enim cum pars cõqueratur directe de laudo debet adiri iu-
6 dex † ipſorum arbitratorum, ſicut obſeruatut in cã appľo-
nis,& hoc tenet Bar.in l.2.C.vbi & apud quẽ.addit D.Abb.
vbicunq; pro parte eccleſiæ petitur reductio ad arbitrium
boni viri, nam ex priuilegio ſpeciali poterit adire iudicem
eccleſiaſticum,ſi allegatur fraus vel minus legitimus ꝯctus,
vt notabiliter voluit Inn.in c.cum ſit generale.ſ. eo. qui di-
cit hoc procedere in omnib.cauſ.Tene opin.Bart.ſ.ꝙ redu-
7 ctio † ad arbitrium boni viri ſit petenda coram iudice rei,
etiam ſi ipſe reus petat reductionem, licet Ioã. de Imo. in d.
c.Quintaual.in 8.char.verſ.circa, quartum coram quo peti
debent reductiones.vbi tenet,ꝙ debet adiri iudex illius,qui
prouocatur ad iudicium,& dicit,ꝙ hic vr̃ tenere D. Petr.in
ſua diſputatione,quæ incipit cum.ſ.laicus,ſed tu tene opin.
Bar.cum limitatio.ſ. audi.prædict am autẽ regulam.ſ. ꝙ ex-
ceptio poteſt per reum proponi ẽt implorando directe of-
ficium iudicis,coram iudice ipſius rei,& limitat D. Abb.di-
cens ipſam procedere in exceptione proprie ſumpta, quæ
tantum competit ſtimulato, ſeu ſtimulando ſtimulo actio-
nis,ſecus in exceptione impropria, quæ opponitur ꝯ electũ
confirmandum, vel ꝯ electum confirmatũ conſecrandũ.
tunc enim exceptio competit ante qñ in iudicio agatur,vel
aliquod petatur a reo ꝯ quem non dirigitur ſtimulus actio-
nis, ſed ſatis eſt, ꝙ actio, ſit impotentia, vt deduci poſſit,
& apponatur hæc exceptio intẽtionis, quia licet electus nõ
petat confirmationem,vel conſecrationem habet, vel hr̃e
debet.Intentionem ipſam petendi,vt no.Inn.in c.cum dile-
cti.de elec.& de do.& contu.cum dilecti,& hoc exceptio in
multis habet vim,& naturam actionis,vt not. Inn.in d.c.cũ
dilecti.& in c.ſuper eod.tit. hæc.n.exceptio improprie dicta
non diſcutietur coram iudice rei.Idem excipientem,qa co-
ram ſuo iudice nõ eſt diſcutiẽda qõ principalis, ſed potius
coram iudice ipſius electi, quia iſta qõ eſt principalis de per
ſe,nec expectat aliud iudicium,ad hoc cap.fi.in verſ.& hæc
ſunt not. quia per ipſa habes limitatã hanc regulam vulga-
rem,ꝙ actor debet ſequi forum rei,& vide But. qui idem di
cit per omnia in c.ſi clericus in fi.comen.ſ.eo. Not.2.ꝙ ap-
8 pellatione † executoris comprehenditur delegatus, cõcor-
dat ſciſcitatus,de reſcr.Eſt.n.principaliter cognitor. Secũdo
executor inquantum exequitur ad finem ius reddendi vni-
cuiq; ꝙ ſuum eſt, vnde executor datus ad conferendum be
neficium eſt delegatus,vt in c.tibi qui. iuncta gl.2. de reſcri.
in 6.& in c.ſi ſuper gratia,iuncta gl.antepenul.de offic.dele.
eo.ver.ſicut dicimus,ꝙ ius eſt executio iuſtitiæ, vt dicit glo.
in l.iuſtitia.ff.de iuſti.& iure.& Inſti.eo.tit.§.iuris prudentia,
9 dicit tamen D.Abb.† ꝙ executor proprie ille qui habet exe
qui ſñiam ab alio iam latam, vt eſt text. in.l. executionem.
C.de exce.rei iud.facit c.paſtor.§.præterea.de offi. dele.& de
re iud.de cæt.24.q.2.& ſi non.& ſi non cognitio.vnde dicit,
ꝙ in ſtatutis vbi verba ſtricte intelliguntur,vt in c. in mate-
ria.de iniu.appľone executoris nõ venit delegatus,nec alius
iudex,vel qui habet aliquod eligere,vel declarare,alleg.no.
per Bar.in l.cum quidam.ff.de leg.2.vbi dicit, ꝙ conſtitutio
epiſcopi,qua cauetur, ꝙ exceptio teſtamẽti non executi.ſ.
annum ipſo anno deſſoluatur ad epm non defertur ad eũ,
qui habet eligere, vel declarare pauperes, quia iſte non eſt
proprie executor,ſicut nec iudex qui declarat,l.ſicut.§. ſi q̃-
ratur, ff.ſi ſeruitus vendicetur,& Bar.in d.l.cum quidam, di-
cit ꝙ executor dr̃ proprie ille,qui habet merum miniſteriũ
facti,alleg.d.l.executorem.C.de exce.rei iudi. Tertio not.ꝙ
iſte tex.habet duplicem intellectum. Primus,ꝙ ſi recuſatur
ordinarius a reo ipſe dat delegatum ſi ab actore dat̃ iudex,
qui compellat partes mutuo conſenſu iudicem eligere, cui
epiſcopus delegabat vices ſuas, ſed intellectus iſte nõ placet
D.Abb.ne inter actorem & reum notetur diuerſitas ꝯ regu
lam non licet actori in 6.& de mu.pe.c.1. Secundus intelle
ctus,ꝙ qñ iudex recuſatur a reo, eſt dandus delegatus. Sed
ſi iſte delegatus ſubrogatus in loco recuſati recuſat̃ ab acto
10 re,tũc ne in infinitũ † contingat recuſationem fieri compel
luntur partes mutuo conſenſu ſibi iudicem eligere, cui ipſe
ordinarius cauſam delegabit,& idem dicendũ eſt,ſi iſte dele
gatus recuſaretur a reo,vnde ſenſus litteræ eſt,ꝙ ſi iudice vt
ſuſpecto recuſato detur delegatus, qui iterum recuſatur ne
in infinitum contingat fieri recuſatio compelluntur partes
iudicem ſibi eligere, poſſet tamen a principio iudex ſi vel-
let deputare delegatum de cõi conſenſu partium, vt in c.ſu-
per qõnum.§.intentionis,verſ.cum autem,de offi.deleg. de
quo habes tex.in c.ad hoc,de app.Et ex prædictis infertur,ꝙ
11 † iudex poteſt recuſari,ne dum a reo. Sed ẽt ab actore ſubſi-
ſtente legitima cauſa,ſed intellige, ꝙ actor recuſat iudicem
adeundum non aditum, niſi ex noua cauſa ſuperueniente
vt in c.inſiuuante,de offi.del.de quo vide bo.gl.in c.ſtatutũ.
§.cum autem in verbo recuſet,de reſcript.in 6. & ponit Ho
12 ſtiẽ.practicam † debet.n. dicere actor ſm eum habeo cãm ꝯ
Petrum,& quia vos habeo ſuſpectum peto iudicem,vel ap
pello ad archiepiſcopum,& ſi itur ad arbitros citabitur ad-
uerſarius,vt interſit,quia contra eum iudex recuſatur.ar.de
app.cum ſpeciali,& 11.q.1.peruenit, ſed credo ꝙ nõ valeat
appellatio cum ſit facta ante reiectam exceptionem recuſa
tionis,vnde valebit, vt recuſatio tantum,& ſi iudex admit-
tere nollet,neceſſe eſſet interponere appellationem, qa pu
blica appellatio ante grauamen illatum non valuit, de ap.
dilecto.& circa hoc vide quæ dicam in c. accedẽs,el primo,
vt lit.non conteſt.vbi per Ioan.And.& Doct. Not. quarto
13 bonam practicam, & † cautelam ad excludẽdũ facultatem
recuſandi iudicem,vt detur iudex de cõi conſenſu partium.
non enim poſſunt partes recuſare iudicem in quem cõſen
ſerunt,niſi legitima cauſa ſuperueniente. vt in c. inſinuan-
te,de

te,de offi.del.& in c.ſuper qõnum,§.intentionis, verſi. cum autem,& ĵ.de re iudi.inter monaſterium, vnde D. Abb. intelligit, ꝙ procuratio iſtius tex.ſ. vt compellantur partes iudicem eligere ſic ad cautelam. non autem de neceſſitate, quia ſicut primo delegauit ſine conſenſu partium, ita ſcđo & vlterius potuit delegare reſeruata cum facultate recuſandi,ar.eorum,quæ no.in d.c.ſuper quæſtionum.Sed ego non credo,ꝙ dicat verum ꝑ c.ad hæc.ĵ.de app.qui text.ſicut iſte requirit,ꝙ iudex deleget cauſam de conſenſu partium.No.

14 quinto ordinarium † remotum a cognitione cauſæ debere exequi ſñiam ſui delegati,& ex hoc inferuntur duo. Primū. ꝙ delegatus inferior a principe nõ poteſt exequi ſuam ſententiam, ſed pro eius executione adiri debet iudex ordinarius,de quo latius dicetur.ĵ.cum gl.pen. Secūdo infertur,ꝙ quantuncunque ordinario ſit ſuſpectus non poteſt prætex-

15 tu ſuſpicionis repelli ab executionis actu,hinc eſt, ꝙ † executor non valet recuſari,vt ſuſpectus,vt in c.nouit, & cap. propoſuit,de appellatio.facit pro hoc not. dictum Inno.in c.ex parte,de verbor.ſign. vbi ſingulariter dicit iudicem vindicare poſſe propriam iniuria notore ſibi illatam cum hoc caſu potius ſit executor,quam iudex, & ideo non poteſt recuſari,vt ſuſpectus, pro hoc vide bo.tex.in c.j.de pe.in 6.qđ tamen limita ſm ea, quæ dixi in ca. cum veniſſent.ſ. de iudi.In gl.i. in fi.dicit,ꝙ c. cum ſpecial. dupliciter facit in contrarium,quia ibi dr̃,ꝙ propoſita recuſatione,coram iudice debent eligi arbitri, qui cognoſcant de cauſa recuſationis. Item quia ibi dicitur,ꝙ probata cauſa ſuſpicionis iudex debet committere cauſam de conſenſu recuſatoris,vel ipſam dimittere ad ſuperiorem;huius timore glo.iſta ſentit,quod iſta eſt correcta per illam,& idem ſentit gl.in c. peruenit xj. q.1.& iſtud idem tenuit D. Epiſcopus Vincentin. valentiſſimus canoni.per c.iudex, de offi.del.in 6. vbi patet ſm eum delegatum æquiparari ordinario,quo ad commiſſionem faciendam ante pronunciationem arbitrorum,& tamen nõ poteſt delegare cauſam ſine conſenſu recuſatoris,vt eſt tex. in d.c.iudex,ſed iſta opi.non eſt tenenda, quia correctio iurium euitanda,vnde Goffr.dicit,ꝙ iſtud c.habet locum, qñ propoſita cauſa recuſationis non refertur quæſtio, an ſit ſuſpectus,nam tunc ex quo non contendit iudex ſuper cauſa ſuſpicionis poteſt cauſam delegare, etiam non interuenientе conſenſu partium pro hoc bene facit cap.ad hoc,el 2.de ap.vbi dr̃,ꝙ ſi altera partium iudicem a quo fuit appellatū ſuſpectum poteſt inſiſtere,vt partes iudicem eligāt, cui cauſam committit,hoc tamen non procederet in delegato, qa ſi delegatus recuſatur non poteſt cauſam delegare poſt propoſitam recuſationem,niſi interueniat conſenſus recuſatoris,& hoc modo intelligere iſtud c.nam iſtud cap.loquitur qñ ꝓpoſita recuſatione coram ordinario, ordinarius cām delegauit c.vero cum ſpeciali ꝓcedit, qñ ordinarius voluit, ꝙ cognoſceretur,an eſſet ſuſpectus,vel ne, & hoc intellige in ordinario. Nam delegatus non poteſt cauſam delegare poſt propoſitam recuſationem, & hoc intellige qñ ordinarius execrans litem, ſeu cõtrouerſiam ſuper ſuſpicione cauſam delegauit, & hoc habet locum etiam ſi cauſa ſuſpicionis eſſet notoria,vt patet in iudice, qui ante fuit aduocatus in illa cauſa,nam poteſt cauſam delegari.l.prætor,ff.de iur. om.iud. & in iudicem a quo qui factus eſt iudex ad quem. nam poteſt cauſam delegare,vt dicit gl.1.in c.querelam, de elec.& in c.a collatione,de app.in 6.In vltima gl. ſed aduerte,quia vr̃ facere multum in contrarium,c. ad hæc prææalle. vbi tex.vr̃ dicere,ꝙ iudex recuſatus, vt ſuſpectus debet inſiſtere,vt partes eligant iudicem,ſed dic, ꝙ ille text. loquitur de conſilio, ſcilicet ne partes iterū recuſent delegatū,& ſic debent intelligi ne contradicat huic tex. qui in primo rñſo dicit,ꝙ poteſt cauſam delegare, nec requirit cõſenſum partium,nec eſt inconueniens ita intelligere, quia iſtud conſilium datur a iure iudici volenti cauſam delegare, vt in c.ſuper quæſtionum.§.intentionis,verſ.verum,de offic.delegat. Quidam vero intelligunt iſtum text. quod iudex recuſatus debeat compellere partes ad eligendum arbitros, & iſtum intellectum uidetur hic ſequi.D.Abb.dicens,ꝙ gl. iſta forte habuit hunc intellectum,ſed D.Abb.decipitur,& iſtum intellectum reprobat Ioan.And.ſuper tex.in.6.iudices.vbi dicit,ꝙ aliqui intelligunt iſtum tex. ꝙ iudex recuſatus debeat compellere partes,vt eligant iudices quibus committant vices ſuas deinde refert alios dicẽtes, ꝙ verbum iudices debet exponi,ideſt arbitros,ſed Ioan. And.dicit,ꝙ primus intellectus eſt verior ipſum etiam ſequitur Butri. aſſignans rationem,quia regulariter quis nõ compellitur ad compromit-

16 tendum, † ſed compellitur ad iudicem eligendum propter recuſationem excludendam,ſed aduerte quia Butri. voluit intelligere opi.iſtorum,de arbitris eligens ad cognoſcendū de cauſa principali. Sed credo, ꝙ iſti intellexerint de arbitris,qui cognoſcant de cauſa ſuſpicionis,quia de hac loquitur,c.cum ſpeciali,de app.& ita intellexit D.Abb.ſed male, quia iſte tex.loquitur de iudicibus,qui debet cognoſcere de cauſa principali, quorum ſententiam ordinarius debet exe

17 qui † arbitri autem electi ad cognoſcendum de cauſa ſuſpicionis non poſſunt cognoſcere de cauſa principali, vt probatur in d.c.cum ſpeciali,& in c.iudex,de offi.del.in 6.& ibi hoc tenet D.Do.& Doct.in c.ſuſpicionis,ſ.de offi.del.& D. Abb.in d.c.cum ſpeciali,vnde cum iſte tex. loquitur.de iud. qui debent cognoſcere de cauſa ſuſpicionis, & aduerte pro

18 intelligentia, quia tria tempora † conſideranda ſunt. Primum ante propoſitam recuſationem.Secundum poſt propoſitam recuſationem. Tertium poſtquam eſt pronunciatum iudicem eſſe ſuſpectum. In primo caſu.ſ.quando nõdum eſt propoſita recuſatio, iudex poteſt cauſam delegare ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, & ſi in totum vices ſuas cõmiſerit delegatio, non poteſt impugnari, ſecus ſi de iuriſdict.aliquid retinuiſſet & text. in capitu.iudex in princ.de offi.del.in 6.& in hoc non eſt facienda differentia inter ordinarium,& delegatum. In ſecundo caſu, ſcilicet quando eſt propoſita recuſatio, & tunc ſi iudex propoſita recuſatione omiſſa cognitione ſuꝑ ſuſpicione cauſam delegauit, valida eſt delegatio,vt hic,& in c.ad hæc,de app. & in l.prętor ff.de iu.iu.& in c.querelam,in prima glo.de elect.& in c. de collatione in vltima glo.de app.in 6. ſecus in delegato, qui non poteſt cauſam delegare poſt propoſitā recuſationem, vt eſt caſus in c.iudex,de offi.deleg.in 6.ratio differentiæ eſt,

19 quia † iuriſdictio ordinaria eſt magis fauorabilis, quā delegata,vt in c.P.& G.de offi.del.& in cle.2.de offic.ordi. iuncta glo.penult. ſed ſi iudex ordinario recuſatus aſſumpſiſſet diſputationem ſuper cauſa ſuſpicionis contendendo cum recuſatore ſe non eſſe ſuſpectum, tunc ſunt eligendi atbirri, qui cognoſcant de cauſa ſuſpicionis,vt in c.cum ſpeciali,de app.& in c.ſecundo requiris eo.ti.& probata ſuſpicionis nõ poterit cauſam delegare,niſi de conſenſu recuſatoris, vt in c.cum ſpeciali,& idem,& idem eſt in delegato, vt in d.c.iudex,de offi.del. in 6. & hoc habet locum etiam ſi eſſet probata cauſa ſuſpicionis, vt ibi dicitur. In tertio vero caſu.ſ. quando pronunciatum eſt iudicem eſſe ſuſpectum,ſi eſt delegatus non poteſt cauſam delegare etiam de conſenſu par

20 tium,quia per illam pronunciationem † definit eſſe iudex, vt dicit præall.c.iudex. in fi. in ordinario vero, ſecus eſt, qa per pronunciationem arbitrorum, quod ſit ſuſpectus non deſinit eſſe iudex,& iſtam differentiam inter ordinarium & delegatum facit gl.in c.ſecundo requiris.in glo.4. in fi.de appel. ſed ſupereſt dubium in quo multum ſe inuoluit domi.

21 Abb.ſcilicet † an ordinarius poſt probatam recuſationem, vel poſtquam ſuperea eſt pronunciatum,poſſit cauſam delegare, & an requiratur cõſenſus ambarum partium. & gl. in c.cum ſpeciali,in verſ.recuſatoris,de appel. dicit quod requiritur conſenſus vtriuſque partis in delegatione facienda D. vero Abb.hic tenet, ꝙ poſſit delegare abſque conſenſu vtriuſque partis,& inquantum illud c.cum ſpeciali dicit, ꝙ debet delegare cauſam de conſenſu recuſatoris dicit, quod illa verba ſtant conſultiue, & receptiue. Sed tu aduerte,aut tu quæris nunquid iudex recuſatus poſſit cauſam remittere ad ſuperiorem inuitis partibus, & ego dico, quod ſic,quia habet electionem, an remittat ad ſuperiorem, vel an cauſam deleget alteri,ſed in delegatione facienda requiritur cõſenſus partium, quod intellige quātum ad commiſſionem faciendam,non autem quantum ad perſonam, cui facienda eſt commiſſio,hoc ſenſit glo.in d.c.cum ſpeciali, & clarius ibi Ioan.And.quaſi ſi vellet dicere, quod conſenſus recuſatoris non eſt neceſſarius reſpectu perſonæ, cui facienda eſt commiſſio, ſed ſufficit, quod conſentiat commiſſioni fiendæ,vnde eſt ſenſus,quod iudex ordinarius recuſatus,habet electionem,an cauſam deleget vel remittat ad ſuperioſem,& ſi elegerit remittere cauſam poteſt hoc facere inuitis partibus,ſed ſi elegerit cauſam delegare non poterit delegare,niſi delegator conſenſerit,quod cauſam deleget, & licet D.Abb.ſic dicat eſſe communem opi.quod iudex recuſatus non poſſit cauſam delegare,niſi de conſenſu ambarū partium,ego tamen credo contrarium,quod ſufficiat ſolus conſenſus, ſolius recuſatoris,& ad hoc eſt tex.non deſtruẽdo ipſum,in d.c.cum ſpeciali,& in d.c.iudex,de offi.dele. in 6.vbi dicitur, quod iudex recuſatus poſt propoſitam recuſationem non poteſt cauſam delegare, niſi de conſenſu recuſatoris,& ibi glo.ſuper ver.recuſatoris dicit,quod nõ eſt neceſſarius conſenſus aduerſarij, quia iudex delegatus habet a lege, vt delegare poſſit, impeditur autem in hoc ex facto recuſantis volente ergo illo, hic poterit iudex etiam ſi aduerſarius contradicat.iſta ergo ratio, quam aſſignat illa gl. habet etiam locum in ordinario, & iſtam opin.tenuit D. Abb.

Abb.in d.c.cum ſpeciali intelligendo, ꝙ illa verba de con-
ſenſu recuſatoris importēt neceſſitatem,& iſtud tene, quia
eſt veriſſimū. Præmiſſa aūt de facienda remiſſione ad ſupe
riorem hñt locū in ordinario.non aūt in delegato,quia de-
legatus recuſatus non pōt remittere cām ad ſuperiorem,qa
hoc non reperit̄ conceſſum,ſed hoc tenet gl in d.c. ſcđo re
quiris,in 5.gl.in fi. de app.ſed antequā lata ſit ſnīa ſuper ſu-
ſpicione pōt cām delegare de conſenſu recuſatoris, & hoc
modo intellige ſm articulū,quem D.Abb multū intricat,
qui ēt ponit drīam ī modo recuſandi iudicē ſuſpectū, inter
ius canon.& ciuil.ſed non curo de iure ciuil.ſed relinquo le
giſtis,de quo in l.apertiſſimi,& in l.cū ſpeciali,& in Auth.ſi
vero ꝯñr,C.de iudi.In gl.2.diuide ipſam in tres partes. In 1.
opponit,& ſoluit.In 2.quærit de vna qōne,& ēt ſoluit.In 3.
iterū opponit,& non ſoluit. Secunda ibi,ſed ſi appelletur.
Tertia ibi,argm̄ ꝯ,pro expeditione primæ partis oppono ꝯ
tex.inquantū dicit, ꝙ debet deputari executor ab ep̄o recu-
ſato, nā executor daputatus poſt ſnīam ad ipſam exequen-
dā,vt in c.de cætero,ſ.de re iudi.& in l.executorē,C. de exe-
cu.rei iud.ante vero ſnīam datur iudex, gl. huius timore ꝯ-
rij exponit executor.i.delegatus, quia ordinarius recuſatus
debet cōmittere cām perſonæ neutri partis ſuſpectæ, & iſte
delegatus apparet executor, iō debet exponi verbū execu-
tor.i.delegatus,de quo dic,vt dixi,ſ.in ſecundo notabili. In
2.parte gl.hæc gl ponit duas opi.Prima eſt,ꝙ a delegato or-
dinarij recuſati a papa,ad papā.Scđa opi. ꝙ poſſit appellari
ad ep̄m recuſatū,non vt ipſe cognoſcat, ſed vt cām perſo-
næ non ſuſpectæ cōmittat.Sed gl.2.q.6.placuit in glo. vlt.te-
22 net,ꝙ ſit appellandū ad archiep̄m, † & nō ad delegantem,
qui ſuſpectus eſt,idem tenet gl.in c.ſi is cui, in gl.pen.in fi.
de offi.del.in 8.quæ dicit, ꝙ eſt appellan.ad archiep̄m, quia
per recuſationem ſublatū eſt mediū. Idem tenet hic Vin.&
Hoſt.& Spe.in tit.de app.§.nunc tractemus in fi. pen. col.&
idem ſenſerunt Tan.& Philip.qui dñt, ꝙ eſt appellandū ad
ſuperiorem, & non ad ep̄m, qui eā delegauit iſtā eandem
opi.firmat hic Io.An.alleg.in ar c.ſi is cui, & c. ſi a ſubdele-
gato,de offi.del.in 6.& dicit, ꝙ alias ſequeretur abſurdū, ſi
appellaretur ad delegantem,quia poſſet cōmittere cām de-
teriori, cuius ſuſpicio forte non poterit probari, & non li-
cebit. tertio appellare. Item ſi cōmittat cām duob. qui fe-
rant ꝯrias ſnīas,ipſe habebit alteram approbare,de re iud.c.
vlt.ſed ad hanc rationem pōt rñderi,nam delegatus nō ha-
bet alteram ex prædictis ſnījs approbare,ſed alteri comittat
approbationem.Vltramontani aūt diſtinguunt,dicentes ꝙ
aut recuſato ordinario pronunciat̄ ſuper ſuſpicione, & tūc
quia finita eſt iuriſdictio non poterit amplius ad eū appella
ri,ſed ad ſuperiorem,quia non facit gradū, aut non eſt pro-
nunciatum ſuper recuſatione, ſed ea propoſita ſtatim cām
delegauit,& tunc quia adhuc remanet iudex ſaltem poteſt
appellari ad eum,vt cām deleget,& licet Ioan.de Lign. hāc
diſtinctionem reprobet,tñ Butr.eam approbat, & aſſignat
rationem.dicit.n. ꝙ licet pronunciatio ſuper ſuſpicione iu-
riſdictionem ordinariā non extinguat illam tñ inutilē red
dit,quo ad illum articulū,vnde fit inutilis quo ad cognitio
nem,& quo ad factū delegādi, vñ inutilis non facit gradū,
ſed qñ non eſt facta pronunciatio, ſed propoſita recuſatio-
ne ſtatim cām delegauit nondū detecta eſt inutilitas iuriſdi
ctionis,& ꝯñr remanet adhuc iudex, vñ debet appellari ad
eum.forte.n.nunc volet diſcutere, an ſit ſuſpectus, quia.n.
diſcutere non curauit,ſed incontinenti actum delegationis
elegit, ideo pp hoc dubium.ſ. an ſit iudex competens, vel
an recuſatio ſit vera,debet adiri,nec obſtat,ꝙ delegando ta
cite videatur pronunciare ſe eſſe ſuſpectū, quia hoc eſt fal-
ſum. pōt.n. hoc velle comittere execrans litem ſuper hoc,
an ſit ſuſpectus & bene. no. verba.But.quia vr̄ inferre dum
dicit,ꝙ nondū eſt detecta inutilis iuriſdict. & ꝙ non debet
adiri pp dubiū,an ſit iudex competens, vel an recuſatio ſit
vera.nam ex his verbis ſentit,ꝙ ſi probata cā ſuſpicionis iu
dex delegaret cām, ꝙ ad eum non eſſet appellandū. & iſta
fuit opi.Ioan.Cald.qui diſtinxit, ꝙ aut propoſita recuſatio-
occupationem,& de facto,quia & hac allegatione iudex ec
cleſiaſticus põt cognoſcere de eo. & hoc modo dicit proce
dere opi.Goff.idem tenet Lap.ſua alleg.77.in qua dicit, ꝙ ſi
clericus de pecunia eccleſiæ emit prædium,& fecit ſcribi in
ſtrm in perſonam amici,vel conſanguinei, ſi allegatur hæc
22 fraus poterit eccleſia cognoſcere, quia tales † fraudantes ſic
eccleſiam ꝓñt dici malefactores eccleſiæ,vt in c.inquirenti,
de pecu.clerici. Item quia tales fraudantes ſic eccl. excõicã-
tur,vt in c.aplicos,& in c.quocunq; 12.q.2. ergo ſpectat iu-
riſdictio ad eccleſiam, quia excõicatio intelligiẽ pp caſum
eccl.ſubiectũ,30.diſt.ſi qua,& c.quocunq;,& tenet Ioã.An.
in regula ea,q̃ in mercu.& s̃.dixi,ſed dicit Lap.hoc eſſe ver-
bũ,qñ ex qualitate fraudis cõcludiẽ iuriſdictio eccl.hoc eſt,
qñ fraus aliqd circunfert ad ſubſtantiã eius, de quo agitur,
ſecus ſi non circunfert.nam dato ꝙ libellus porrectus in rei
vendicatione diceret aduerſarium dolo, vel fraude non re-
ſtituere non ſufficeret,niſi expreſſe allegetur iniuſta occupa
tio,vel detentio,& de iſta materia vide Lap.alleg. 61. & 67.
& 69.vbi diffuſe hoc tractat,& remittit ad conſilia diuerſo-

rum in quæſtione quæ fuit de facto.& cum ipſo reſtat Butr.
Sed D.Abb.hic,& in c.cum ſit.ĩ.eo.tenet ꝯrium,& dicit, ꝙ
qualitercunq; non allegatur fraus dummodo poſtea probe
23 tur hoc ſufficit,qñ eccleſia vendicat ſibi † iuriſdictionem,
qñ allegatur rem eſſe eccleſiæ,vnde dicit,ꝙ hoc cap. voluit
dare priuilegium eccleſiæ,vt cum agatur de reb. ſui, vel cle-
ridi,& dicit, ꝙ hoc vr̃ voluiſſe Inn. hic dum dicit ſi conſtat
rem eſſe eccleſiæ,licet laicus poſſideat tamen coram iudice
eccleſiaſtico agi debet,puta ſi agitur ex locato , vel ex lega-
to,& ſimilibus,& ſicut non ſolum habet locum hoc priui-
legium qñ agitur rei vendicatione , ſed etiam ſi agatur alia
actione perſonali occaſione rei eccleſiaſ. ſecus ſi ageretur
ſuper re non eccleſiaſt.quia tunc ſecularis cognoſceret , &
ſic dicit poſſe intelligi Inn. in c. cum ſit.ĩ. eod. qui vr̃ ſibi eſ-
ſe ꝯrius. Tu autem aduerte,nam aut allegatur occupatio,
vel mala detentio,vel iniuſtus titulus, & tunc planum eſt ,
quia iudex eccleſiaſticus cognoſcit,vt in c.apoſtolicos, & ĩ
c.quicunq;.12.q.2.& iſta ſit prima concluſio. Secunda con-
cluſio,ſi in libello non allegatur iniuſta detentio,vel aliqua
cauſa priuilegiata , tamen reus non negat rem eſſe eccleſi.
non allegando aliquam iuſtam cauſam poſſidendi , & hoc
caſu procedit iudicium coram iudice eccleſiaſtico , quia p̃-
ſumitur mala detentio,ex quo nullam iuſtam cauſam poſ-
ſidendi allegat,& iſte eſt caſus a ꝯrio ſenſu.hic,& tenet Bu.
24 & D.Abb. Tertia concluſio,ſi negat † reus ſe poſſidere, ex
quo in libello non allegatur cauſa priuilegiata conuenien
dus eſt reus coram iudice laico,& vr̃ de hoc eſſe text. hic,q
ſimpliciter dicit,ꝙ reo negante conueniendus eſt corã iudi
ce ſuo,nec dicit,ꝙ iudex eccleſiaſticus ſummariæ debeat co
gnoſcere,an res ſit eccleſiaſtica,& iſta vr̃ eſſe cõis opin.quã
tenent Doct.ſupraallegati , & ipſam vr̃ tenere Inn. & Hoſt.
& Ioan.And.in c.cum ſit,in verſ.ſacrilegij,ĩ.eo. vbi dicunt,
ꝙ ſi eccleſia agit contra laicum rei vendic. vel depoſiti,vel
conſimilibus in quibus eccleſia nullo ſpeciali iure iuuatur
de talibus debet cognoſcere iudex ſecularis, & iſtam opin.
referunt Arch.& Ioan.de Fan.in c.in canonibus.16.qõ.1.&
cum eo tranſeunt,vnde iſta opi.vr̃ cõior, nec ab ea eſt rece
dendum,quicquid dicat hic D. Abb. Quarta concluſio, ſi
laicus non negat,ſeu confitetur rem eſſe clerici, & eccleſiæ
ſi allegat iuſtam cauſam poſſidendi,puta quia tenet eam in
emphyteuſim,vel in feudum,vel quia illa res fuit ſibi loca
ta, in hoc Inno.fuit ſibi ꝯrius. nam hic dicit,quod ſi conſtat
rem eſſe eccleſiæ,quam laicus poſſidet, vel ſi agitur ex loca
to,vel ſimilib. actionib. coram iudice eccleſiaſtico eſt agen
dum.& iſtud ſequitur hic But.in pen.col.& D.Abb.ſed ꝯriũ
dicit Inn.in c.cum ſit.ĩ.eo.vbi dicit,ꝙ ſi eccleſia agit rei ven
dicatione,vel depoſiti,vel conſimilibus actionib.in quibus
eccleſia nullo iure ſpeciali iuuatur, ꝙ cognoſcere debet iu-
dex ſecularis. Item ibi dicit, ꝙ quocunq; modo agatur de
25 re eccleſiaſtica cognoſcere debet † iudex eccleſiaſticus, ſed
ſemper eſt neceſſarium , ꝙ in petitione faciat mentionem
de oppreſſione,vel fraude,vel minus legitimo ꝯctu , & ſup
illa cauſa fundet petitionem ſuam,& iſtud dictum ſequitur
ibi Hoſ.& Ioan.And.& cum eo.tranſeunt Arch. & Ioan.de
Fan.in c.in canonibus,16.q.1.& Ioan.de Lig.hic.& Lap.al-
legatione 67.vnde iſtud credo eſſe verius,& melius dicit In-
no.in d.c.cum ſit,quam faciat hic , & hoc tene , ſed quæro
poſt prædicta,& primo,nam ſupradictum eſt , ꝙ qñ agitur
exiſtentia qualitatis tribuentis iuriſdictioni, ꝙ debet præce-
26 dere ſummaria cognitio. Quæro † qualiter erit iſta ſum-
maria cognitio reſpondeo,ꝙ aut illud,ꝙ venit , ſeu propo-
nitur per modum iudicij declinatoris,tangit negociũ prin-
cipale. Ita ꝙ venit examinandum ante lit. conte.& poſt,&
tunc ſi venit probandũ ab eadem parte ſufficit ſummaria
cognitio ante lit.cont.vt voluit Inn.in c.ſuper literis , de re-
ſcrip.& Bar.in l.præſcriptione,C.ſi ꝯ ius,vel vtil.publ. & Bu.
hic D.Abb.qui allegat ad hoc c.veniens,el 2.de teſti. vbi pa-
tet,ꝙ non recipiuntur,ita ſtricte probationes , ſicut qñ po-
ſtea diſcutitur ad merita cauſæ,ſed poſt lit.cont. probabitur
plene. Pone exemplum, reus negat ſe ꝯxiſſe in loco , nam
ſufficiet ad fundandam iuriſdictionem ſummariæ probare
ibi ꝯctum eſſe celebratum,ſed poſt lit. conteſt. tenebitur ꝓ-
bare plenarie ad merita cauſæ, qñq; tamen,vt dicit Bar.vbi
ſupra ante lit.conteſt. incumbit probatio vni. & poſt litem
conteſt. alteri incumbit probatio,& tunc ante lit. conteſt.&
poteſt eſſe facienda plena examinatio. Exemplum ponit
Bar.ſ.quando opponitur ꝯ reſcriptum de ſurreptione,nam
ille qui opponit exceptionem mendacij , vel taciturnitatis,
vt ſupra de reſcriptis ſuper literis, debet illam exceptionem
probare,quia ipſe hoc dicit ad excludendum iudicium , vñ
cum mendacia ſint cauſa ſuæ intentionis ei incumbit onus
probandi,vt l.ei qui.ff.de prob.ſed poſt lit.conteſt. actor de-
bet probare veritatem,quia illa aſſertio eſt cauſa ſuæ inten
tionis,ergo ei incumbit onus probandi.l.qui accuſare.C.de
edendo,dicit tamen,ꝙ ante lit. conteſta . probabit plenarie
in caſu prædicto,quo ad ſubſtantiam probationis , ſed quo
ad modum procedendi iudicium erit ſummarium,quia nõ
requiritur lit.cont.ſicut nec ſuper alijs exceptionibus dilato
rijs,vt in c.prudentia.§.ſexta,& ibi per glo.de offi.del.Sed de
27 hoc.ſ.cui incumbat probatio † qñ opponitur ꝯ reſcriptum,
an impetranti,ꝙ narrata in reſcripto ſit vera . An vero ex-
cipienti,ꝙ narrata ſint falſa.vide Ioann.Andr. in c.1.de lit.
conteſt.in 6.Sed But.hic dicit,ꝙ Bar.in d.l.præſcriptione di-
cit,ꝙ qñ id probatur,ꝙ remanet ſub onere probandi , quo
ad merita , ſufficit quo ad dilatoriam probare per iur̃m , l.
Theſaurus.ff.ad exhiben.ſed But.hoc reprobat,quia in hoc
eſt aliquale præiudicium aduerſario, vnde non eſt ſtandum
iur̃o.& not.in d.l.Theſaurus.D.Abb.alleg. præallegatum.c.
veniens,de teſti.vbi idem grauatur onere probandi, ante li
tem cont.& præt.& tamen qñ lit. conte. fuit facta probatio
per teſtes,& inſtr̃a, & ſic non fuit ſufficiens iur̃m . graue.n.
eſſet dicere , ꝙ ſolum iur̃m partis ſubiiciat aduerſarium iu-
riſdictioni alterius iudicis a quo poterit ſaltem de facto gra
uari,dicit tamen D. Abb. ꝙ Bart.vbi ſupra non dicit,ꝙ ſte-
tur iur̃o.ſed quid ſi ſtat ſtatutum, ꝙ ſi fit iniuria ſcholari ſte
tur iur̃o ſuo ſuper extimatione iniuriæ , & forenſis accuſa-
tur de iniuria, qui comparens ad declinandum forum dicit
ſe nullam iniuriam intuliſſe,nunquid ad fundandam inten
tionem requiratur plena probatio,ꝙ iniuriam intulerit?de
hoc vide D.Do.poſt Ioan.And.in c.Romana.§. ꝯhentes,de
for.compe.in 6.in 3.col.vbi tenet, ꝙ quatenus agitur de iu-
28 riſdictione † fundanda ſufficit plena ꝓbatio . Sed quatenus
agitur de condemnatione fiẽda requiritur plena probatio
ipſius iniuriæ. Vltimo quæro de modo ſentẽtiandi † ſi qua-
litas tribuens iuriſdictionem reperitur falſa in hoc reperiũ-
tur tres opi.Prima eſt opi.quam ponit Inn.ĩ.eo.cum ſit,vbi
dicit reum eſſe abſoluendum diffinitiue ex cauſa deducta ,
dicit enim,ꝙ ſi clericus agens ꝯ laicum de oppreſſione, vel
fraude,vel minus legitimo ꝯctu ſuper cauſa illa fundet peti
tionem ſuam , & ſi pars aduerſa neget nihilominus proce-
ditur in cauſa principali. & ſi non probauerit fraudem , vel
illicitum contractum abſoluetur reus ex illa cauſa . Secun-
da fuit opi.Goff.quam recitat hic Ioan.Andr. ſcilicet, quod
debet procedi . Primo ſummatur ſuper qualitate fundante
iuriſdictionem,ſine præiudicio principalis quæſtionis , & ſi
conſtat de qualitate procedet,quo ad merita cauſæ , ſi vero
non conſtat remittet ad iudicem ſuum , & ſic non pronun-
ciabit diffinitiue. Tertiam opi.poſuit Vin.in c.conqueſtus.
ĩ.eo.q̃ recitat hic Ioan.And.dicit.n. ꝙ ſi laicus negat raptũ,
vel ſuaſum iudex eccleſ.cognoſcet, donec intelligat , ꝙ ſua
30 non ſit iuriſdictio,& tunc † condemnabit clericũ in expen
ſis,& remittet cãm ad iudicem ſuũ. Idem ſenſit Gul. de Su-
za.in Auth.qua in prouincia.C. vbi de crim. agi oport.vbi
dicit , ꝙ ſi deficiat qualitas allegata in ꝓceſſu proceſſus erit
nullus , tanq̃ ab incõpetenti iudice agitatus , & hoc recitat
Ioã.And.in add.Spe.in ti.de cõpe.iu. aduer. verſi.6.& differt
hoc dictũ Vin.a dicto Inn.qa Inn.vult, ꝙ procedatur ĩ prin
cipali,ſi non cõſtat de defectu qualitatis,vult ꝙ iudex remit
tat cãm ad iudicẽ ſuũ,circa hoc diſtingue ſm But. & D.Ab.
& diſcurre per caſus.Primus eſt, qñ iuriſdictio fundat̃ ſuper
vera eſſentia qualitatis,nã tunc procedit dictum Goff.ſ.ꝙ a
principio ſi negat̃ qualitas dẽt ſummarie procedi,& ſi con
ſtat de qualitate dẽt procedi ad merita cãæ,ſi vero non con
ſtat de qualitate dẽt actorẽ condemnare in expenſis,& cãm
remittere ad ſuũ iudicẽ,ad hoc facit,ꝙ not.gl.in c.j.de offic.
del.in 6.& dicit D. Abb. hoc procedere ẽt ſi iudex proceſſit
ad vlteriora ſaluis exceptionib. ꝯ iuriſd. vel qñ nõ oppoſita
exceptione procedit in cã, dũmodo partes non cõuenerint
animo prorogandi iuriſdict. nã tunc qñ conſtiterit qua-
31 litatẽ tribuentem iuriſd.non adeſſe cũ conſtet † eũ non eſſe
iudicẽ,tunc debet abſoluere reũ ab inſtantia iudicii,& con
demnare actorẽ in expenſis , quia reſpectu cõdemnationis
expenſarũ eſt iudex ad hoc tex.cũ gl.in cle.j.de reſcrip.& tit.
prox.c.fi.ſed ſi partes ſcienter litigaſſent aĩo prorogandi iu-
riſd.tunc ſnĩa erat diffinitiua. Ex quo per prorogationẽ eſt
factus iudex. Scd̃s caſus eſt,qñ iuriſdictio fundat̃ ſuꝑ dubio
qualitatis,vt qñ allegat̃ ſacrilegium,vel fraus, vel aliqua de
qualitatib. prædictis , vel conſimilib. & tunc ex quo in caſu
dubii defert̃ iuriſdõ iudex pronunciauit diffinitiue,et ſi cõ-
ſtiterit qualitatẽ non adeſſe, vt dicit Inn.in d.c.cũ ſit, facit
c.cũ ad ſedem,de reſt.ſpo.& hoc dictũ eſt Fed.de Se.ſuo cõſ.
253.vt dicit hic But.& iſtud ẽt ſequitur hic But.& D.Abb.ĩ
c.cũ ſit.ĩ.eo.Ex quo infertur,ꝙ dictũ Vin.non eſt verũ,nam
quando clericus allegat raptum,vel inuaſum, & laicus hoc
negat,etiam ſi conſtet de defectu qualitatis,iudex eccleſia-
ſticus pronunciabit diffinitiue abſoluendo , tamen reum.

Tertius

Tertius caſus eſt, quando defectus qualitatis non facit deffi
cere iuriſdictionem, ſed ipſam reddit exceptione elidibi-
lem, & tunc valet proceſſus, ſi non eſt oppoſitum ſecundũ
eum, allegat not. per Inn. in c. cum ſuper, de officio delegat.
Exemplum, quando qualitas reddit reſcriptum ad lites ſub
reptitium, nam tunc proceſſus valet ſi non opponitur exce
ptio, vt not. in c. cæterum, & in c. ad audientiam, de reſcrip.
& hæc ſufficiant. Et de hac materia tractat aliqna. But. vl-
tra ea, quæ examinaui, nam ponit qualitates, quæ tribuunt
iuriſdictionem iudici eccleſiaſtico, de quibus. j̃. eod. cum ſit,
vbi etiam hæc materia examinatur, & in c. Romana. §. con
trahentes, eod. tit. in 6. & in c. ſuper literis, de reſcri. & 16. q. j.
in canonibus, & per legiſtas in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non
ie. & in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vtili. public. & in
Authen. qua in prouincia, C. vbi de crimin. agi. oportet. &
per Lap. ſua alleg. 61. 66. & 67. & per D. Pet. de Anch. in regu
la ea, quæ, & hæc ſuffi.

*SVMMARIVM.*

1 *Feudi quæſtio debet per dominum terminari, vel eo negligente per eccleſiaſticum iudicem.*
2 *Laicus ſubiectus ratione feudi, non poteſt ſine conſenſu domini prorogare iuriſdictionem alterius iudicis in his quæ concernunt iuriſdictionem.*
3 *Dominus feudi poteſt præcipere vaſallo, ne coram alio iudice reſpondeat ſuper feudo.*
4 *Dominus feudi pręcipit vaſallo, ſicut epiſcopus clerico.*
5 *Epiſcopus poteſt prohibere clericum litigare coram iudice ſeculari, ſicut dominus feudi prohibet vaſallo cum alio, uel eccleſiaſtico iudice litigare.*
6 *Vaſallus uaſalli ſuperioris domini eſt uaſallus.*
7 *Vaſallus an alteri poſſit infeudare remittitur.*
8 *Feudum procedens ab eccleſia, in laicum ſi infeudatur alteri, cenſetur eſſe ſeculare.*
9 *Appellati ab epiſcopo ad regem poteſt ratione feudi.*
10 *Laicus patronus donando ius patronatus Eccleſiæ efficitur eccleſiaſticus.*
11 *Iuriſdictio generalis, quæ de conſuetudine ad omnes cauſas extenditur non cognoſcit de cauſis feudi.*
12 *Papa ex poteſtate abſoluta poteſt committere cauſam iudici ſuſpecto, & tollere parti legitimam recuſationem.*
13 *Verba, ex certa ſcientia in reſcripto Papæ, quid importent.*
14 *Præſentia Papæ ſupplet omnem ſolemnitatem in contractu uel ſententia requiſitam.*
15 *Suſpicio iudicis directa poſt ſententiam poteſt operari illius retractationem.*
16 *Affectionis par cauſa tollit ſuſpicionem.*
17 *Literæ conceſſæ ante negligentiam domini, dum inter laicum, & clericũ quæſtio feudalis eſſet, manent in ſuſpenſo, nec ſunt ipſo iure nulla.*

## CAP. VI.

1 EX tranſmiſſa. Quæſtio † feudi debet per dominum termi-
nari, qui ſi negligit eccleſiaſticus iudex ſuperior
hoc faciet, hoc dicit ſecundum Ioã. And. vel ſic
ſecundum lect. Glo. ſi qõ feudalis eſt inter cleri-
cum & laicũ cognoſcit dñs feudi, ſed eo negligente cogno-
ſcit delegatus papę, ẽt ante negligentiam datus, h. d. & pro-
cedit iſte intellectus habito reſpectu ad generalem conſue-
tudinem de qua hic per gl. & in c. præcedẽti, vel ſumma. ſic
ſecundum alium intellectũ. Quæſtio feudi debet termina-
ri per dñm feudi immediatum, h. d. & hæc lectura reincidit
cum prima, ſed eſt magis clara, & magis notabilis. Diuidi-
tur in duas partes. In prima ponitur partis cõquæſtio. In ſe-
cunda parte ponitur prouiſio. Secunda ibi per dñm. In text.
ibi ſubeas. ſ. tu, cui ſcribimus, iubens epiſcopo Trecẽſi, vt di
mittat per dñm feudi terminari hanc cauſam. Goffr. & Ioã.
2 And. No. 1. ꝙ laicus † ſubiectus ratione feudi non põt pro-
rogare iuriſdictionem alterius iudicis ſine conſenſu dñm
feudi in his quæ concernũt iuriſdictionem ipſius dñi in va-
ſallum, & hoc probat aperte iſte tex. nam dicit tex. ꝙ dñs de
campis dñs immediatus præcepit ſub debito fidelitatis, ne
de ſeculari feudo rñderent in iudicio eccleſiaſtico, & eſt rõ
quia vaſallus non eſt ſubiectus dño feudi, tñ ratione nudi
exercitij iuriſdictionis, ſed ẽt ratione fidelitatis & feudi, ſe-
cus in laico ſuper ſubiecto rõne nudi exercitij iuriſdictio
nis, de quo per Bar. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de oper. no. nun..
& in l. 2. ff. de iud. & in l. ſi qui ex conſenſu. C. de epi. aud. vbi
per Cy. & hoc tenet But. hic, & D. Abb. de quo s̃. tit. proxi. in
3 c. cæterum. Not. 2. dñm † feudi poſſe percipere vaſallo, ne
in ſpectantibus, & concernentibus feudum rñdeat coram
alio iudice. Ex quo inferunt Hoſt. & Ioan. And. quod ſicut
4 † epiſcopus poteſt præcipere clerico in virtute obedientiæ
ſicut dñs vaſallo ſub debito fidelitatis, quo ad ea q̃ ſpectant
ad feudum ſimile. j̃. eo. ex tenore. iuratur. n. fidelitas per va-
ſallum dño feudi, vt in c. veritatis, & in c. ego M. de iure iur.
& 22. q. 5. in §. de forma, vbi ponuntur ea, quę vaſallus iurat
obſeruare, de hoc etiam s̃. in c. cæterum, de iudi. vbi per D.
Ale. in 4. col. verſ. 2. quæro. Sed clericus non tenetur ſem-
per præſtare iuſm epiſcopo de obedientia ei præſtanda, vt
in c. legebatur. s̃. de maio. & obe. & j̃. de iur. iu. nullus poteſt.
5 tamen † epiſcopus prohibere clericum litigare coram iudi
ce ſeculari, quemadmodum prohibere poteſt dñs feudi va-
ſallo ne litiget coram alio iudice facit, c. ſi diligenti, & c. ſi-
gnificaſti. j̃. eo. de quo per Ioan. And. in c. ſi iudex laicus, de
ſent. excom. in 6. & per Inno. in c. vt famæ, de ſent. excõ. in 6.
eo. tit. Tertio not. ꝙ vbi quis ratione feudi habet dñm im-
mediatum, & dñm mediatũ tenetur primo rñdere dño im-
mediato, & illo negligente coram mediato ex quo limita-
tur c. cæterum. s̃. tit. j. Ibi. n. dicitur ꝙ negligente dño feudi de
uoluitur iuriſdictio ad ordinarium ad idem tex. not. in c. ir-
refragab. §. j. de offi. or. vbi dicitur, ꝙ ſi quis acquiritur iuriſ-
dictionem corrigẽdi crimina ſi eſt negligens deuoluitur ad
epiſcopum. nam hoc ꝓcedit, niſi ſit dare, ſeu reperire dñm
feudi immediatum, quia tunc per negligentiam dñi feudi
non deuoluitur iuriſdictio ad ordinarium, ſed ad ipſum do
minum feudi mediatum, vt eſt caſus hic ſecundum meum
intellectum, & ſic vaſallus infeudando alteri feudum acqui
rit ſibi vaſallum immediatũ, & ſuperiori dño acquirit me-
6 diatum. Ex quo infertur, ꝙ † vaſallus vaſalli ſuperioris dñi
7 eſt vaſallus. An autem † vaſallus poſſit alteri infeudare? dic
vt per glo. & Doct. in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. & in c.
1. de capitulis Corradi, & ꝙ not. gloſ. & Doct. in c. prohibe-
8 mus, de deci. Vlti. not. ꝙ † feudum originaliter ab eccleſia
procedens in laicum per infeudationem alteri factam cen-
ſetur ſeculare, & ſic trahit naturam potius ab immediato
dño, ex quo infertur, ꝙ potius inſpicienda eſt cauſa imme-
diata, quam mediata, quæ not. & hoc tene, quicquid dicat
hic D. Abb. quia vr̃ recedere ab hoc dicto, nam dicit, quod
verius debet appellari eccleſiaſticus quam ſecularis, quia
potius debet attendi cã originalis, quæ ſuperueniens, quia
cauſa naturalis vincit accidentalem, l. qui habebat, ff. de tu-
te. Item dicit, ꝙ ſi feudum conceditur epiſcopo a perſona
ſeculari non deſinit eſſe ſeculare, alleg. c. Romana. § debet,
de app. in 6. iuncta glo. ibi, vnde dicit idem debere dici e cõ-
uerſo, quando feudum primo proceſſit ab eccleſia, & ſecũ-
do deriuauit in alium laicum, ſed tu tene primum, ꝙ etiã
Doct. communiter tenẽt, nec procedunt agum D. Abb. ne-
gari enim non poteſt, quin ius feudi concernens vaſallum,
primum, & ſecundum non ſit ſeculare. ius enim quod trãſi
uit in laicum perdit naturam eccleſiaſt. iure, & efficitur ſe-
culare, ſicut quando res eccleſiaſtica alienatur in laicũ deſi
nit eſſe eccleſiaſtica, & efficitur ſecularis, ita ius vtilis dñij
tranſlatum in laicum efficitur laicale, vnde quãtum ad va-
ſallum primum, & ſecundum eſt feudum ſeculare, quia in
ipſo reſidet, tñ vtile dominium, ſiue ius, ꝙ per conceſſio-
nem feudi fuit ſegregatum ab eccleſia, ſed directum ius, ꝙ
remanſit penes eccleſiaſticam bene eſt eccleſiaſticum, & iõ
tex. non ſine miniſterio appellauit tale eſſe feudum ſecula-
re, quia ius tranſlatum in ipſum primum vaſallum imme-
diatum demm deriuatum in ſecundum vaſallum eſt ius ſe-
culare, licet ius retentum per eccleſiam ſit eccleſiaſticum,
nec eſt verũ, ꝙ ſicut ius feudi fuit conceſſum eccl. per domi
num ſecularem, quod remanet ſeculare, nec hoc dicit text.
nec glo. in c. Romana, §. debet, de app. in 6. nam ibi non di-
cit, quod remaneat feudum ſeculare, ſed dicitur, quod rõne
iſtius feudi debet recognoſcere dominum ſecularem in ſu-
periorem, vnde ratione feudi ab epiſcopo ad regem poteſt
9 † appellari, vt in d. §. debet iuncta gl. in c. ſolite, de maior. &
obe. ius tamen quod tranſiuit in eccleſiam eſt eccleſiaſticũ
hinc eſt, ꝙ ſi prælatus cõmittit culpam, propter quam lai-
cus perderet feudum non recurritur ad regem, ſeu ad ſecu-
larem, ſed delinquens priuatur in vita ſua tñ, & poſt mor-
tem transfertur ad ſucceſſorem, vt in c. j. §. fi. all. c. fi. de capi-
tulis Corradi, ſed ſi remaneret feudum ſeculare eccleſ. per-
deret illud feudum, nec reuertitur ad ſucceſſorem ad prædi
cta bene facit. c. vnicum, de iure pat. in 6. Nam ſi laicus pa-
10 tronus † donat eccleſiæ ius patronatus efficitur eccleſiaſti-
cus, & prælatus habet ſex menſes, & non poteſt variare in
præſentando, licet laicus in donatione hr̃et quatuor mẽſes
tñ, & poſſet variare, vñ ibi eſt tex. ꝙ ius laici tranſlatum in
eccleſiẽ efficitur eccleſiaſticũ, & per Inn. & Doct. in c. ſe. ita
e cõuerſo ius eccl. tranſlatũ legitime in laicũ efficiſ laicale.
ſi eccleſia concedit feudum, ſed ius directum, quod rema-

net penes eccleſiam ſit eccleſiaſticum, tamen ius vtile tran
ſlatum in laicum efficitur ſeculare, ideo tex. dicit, quod iſte
dominus de campis inhibuit, ne de ſeculari feudo reſpon-
derent coram iudice eccleſiaſtico, quia ius concernens ip-
ſum immeritum, & ſuus vaſallus erat ſecularis, licet ius re-
manens eccleſiæ eſſet eccleſiaſticum. In gloſſ. prima pro
expeditione huius gloſſ. opponitur de c. nouit. de iudi. & de
app. ſi duobus vbi dicitur, quod papa regulariter nõ cogno
ſcit de cauſis laicorum, & vide bo. gloſ. de pur. ca. nos inter.
huius timore contractu dicit gloſſ. quod licet iſti milites eſ-
ſent laici tamen erãt, qui erat actor erat clericus, vnde pa-
pa ex generali cobſuetudine, ſeu ex generali ſtylo curiæ de-
legauit cauſam ad petitionem clerici, & ſic ſentit glo. quod
iſte epiſcopus Trecen. erat delegatus. Sed Hoſtien. & Ioann.
And. dicunt, quod hoc non patet ex antiqua, vnde dicebat
Hoſt. quod Trecen. cognouerat, vt ordinarius generalis mi
litum, & ſecundum generalem conſuetudinem gallicorũ,
ſecundum quam in qualibet cauſa, coram iudice eccleſia-
ſtico laicus trahi poteſt. Sed milites exceperunt, ꝙ quæſtio
erat feudalis, quia tenebant illam poteſtatem in feudum a
dño de campis, licet eſſent alias homines eccleſiæ, & quia
exceptio non admittebatur fuit appellatum ad papã, & ad
inſtantiam militum papa commiſit huic, cui ſcribitur, & ſic
non dicit verum gl. inquantum ſentit, ꝙ cã fuerit cõmiſſa
ad petitionem. Sed ad petitionem militum fuit commiſſa,
dicit etiam Hoſti. ꝙ poteſt intelligi tex. quod non fuerit ap-
pellatum, ſed quia epiſcopus Trecen. forſan excõicauit iſtos
milites reſpondere nolentes coram eo. vnde de iniuſta exce
ptione fuerunt conqueſti papæ. nam de hoc iure facere po-
tuerunt, vt in c. cum contingat, de offi. del. habes ergo huc
vſque duplicem intellectum. Primus eſt, ꝙ iſte epiſcopus
Trecen. fuerit delegatus impetratus per R. clericum ꝯ iſtos
milites, quem intellectum glo. Hoſt. & Ioan. And. reprobãt.
Secundus intellectus ipſius Hoſt. & Ioan. And. quod iſti mi-
lites fuerunt conuenti per iſtum clericum, coram epiſcopo
Trecen. quia ſm generalem conſuetudinem Frãciæ, laicus
poteſt trahi coram iudice eccleſiaſtico, in qualibet cauſa,
quæ conſuetudo generalis non debet extẽdi ad cauſam feu
dalem, vnde quia fuit appellatũ per iſtos milites, vel etiam
ſine appellatione, quia fuerunt excõicati, quia nolebant cõ
parere conqueſti fuerunt papæ. & ad inſtantiam ipſorũ mi-
litum fuit datus iudex, ex quo habes notare, ꝙ habens gñа-
11 lem iuriſdictionem, ex conſuetudine † cognoſcendi de om
nibus cauſis non poteſt cognoſcere de cauſis feudalib. qa
cognitio de cauſa feudali, ſpecialiter pertinet ad dominũ
feudi, vnde talis conſuetudo cauſas feudales non compre-
hendit, quæ no. Sed quo ad iſtum cui papa ſcripſit, qui non
ſpecifice nominatur in text. & hoc dupliciter intelligitur.
Primus intellectus eſt, ꝙ papa huic cauſam delegauit, & ſic
delegatus fuit, & ita etiam intellexit glo. fi. & Hoſt. & Ioan.
And. vt ſupra retuli. Secundus intellectus, ꝙ iſtuc cui papa
ſcripſit erat dominus mediatus a quo dominus de campis,
qui infeudauerat iſtis militibus recognoſcebat poſſeſſionẽ
de qua in tex. in feudum, & ſicut iſte cui ſcribitur erat dñs
immediatus domini de campis, ſed mediatus iſtorum mili-
tum, quorum dominus de campis erat dñs immediatus,
modo ad dñm mediatum pertinet cognoſcere de cauſa feu
dali vaſalli ſui mediati, qñ dominus eſt negligens. Item ad
eum poteſt appellari a dño immediato, vt in cap. Roman.
§. debet, de app. in 6. & per Inn. in c. ſe. & in c. ſolitæ, de mai.
& obe. Sed qñ appellatum erat ad papa cognitio pertine-
bat ad papã, & non ad iſtum ordin. mediatum, & iſtam lec.
ſenſit Inno. Tertius intellectus, ꝙ papa ſcripſit huic non
delegando cauſam, ſed excitando officium eius, tanquam
dñi mediati, & iſte intellectus colligitur ex verbis Hoſti. &
Ioan. And. dum dicunt, ꝙ iſti milites non appellauerunt ad
papã, ſed conqueſti fuerunt de iniuſta excõicatione ſenſit
etiam But. in vltimo no. vbi colligit, ꝙ ad ſuperiorem dñm
feudi ſpectat ſolicitare, & compellere immediatum dñm,
vt vaſallis iuſtitiam miniſtret, & eo negligente ſupplet, &
apertiſſime ponit iſtum intellectum, in fi. comenti, & dicit,
eum fuiſſe Tancredi. D. Abb. dicit, ꝙ iſte intellectus eſt no-
tabil. & verus in ſe. ſed dicit, ꝙ non congruit litteræ, ſed tu
dic, ꝙ ſi in tex. eſt littera eccleſiæ tuæ iſte intellectus cõgruit
litteræ, nec obſtant rationes D. Abb. per ea, quæ dixi in vlti-
mo notabili. Sed ſecundum aliam litteram, quæ in quibuſ-
dam litteris habetur, vbi dicitur militum eccleſiæ Trecen-
ſis, quæ littera eſt melior ſecũdum Hoſt. reſultat alius intel-
lectus, ſcilicet ꝙ iſti erant milites eccleſiæ Trecenſis, alia ra-
tione q̃ reſpectu huius feudi, & ꝙ iſte cui ſcribebatur, erat
merus delegatus, nec erat dominus iſtorũ militum. & hoc
modo poteſt intelligi gl. 2. & iſte vltimus intellectus conue-
nit cum primo intellectu, immo pars intellectus hoc mo-
do debet intelligi, ex quo habes coniungendo iſtum intelle-
ctum cum primo tres intellectus in effectu. Sed aduerte, qđ
intelligendo iſtum tex. iuxta ſecundum intellectum, ſi ꝙ pa
pa delegauerant cauſam domino mediato feudi, opponit
Inn. ꝙ delegatio nõ debuerit ſibi fieri, quia erat ſuſpectus,
an fuerat delegatus inter iſtum R. & homines ſuos, vt in c.
accedens, vt lit. non cont. & in c. cauſamq;, de offi. deleg. vbi
habetur, ꝙ ſi quis impetrat dominum ſuum in iudicem de-
legatum poteſt recuſari vt ſuſpectus. Inn. ſoluit dicẽs, quod
licet papa commiſerit domino iſtorum militũ cauſam, ex
certa ſcientia, nihilominus poteſt recuſari, vt ſuſpectus, qa
non eſt veriſimile, ꝙ papa voluerit aufferre parti legitimã
excuſationem, niſi expreſſe dictum fuerit non obſtãte exce-
ptione recuſationis, vt in c. ex parte, el 2. de offi. del. Not. ex
12 hoc dicto Inn. duo. Primo ꝙ † papa ex poteſtate abſoluta
poteſt committere cauſam iudici ſuſpecto, & tollere parti
legitimam recuſationem, de quo dic, vt in c. inter. de excep.
Secundo not. ꝙ papa non videtur tollere facultatem recu-
ſandi iudicem, licet ex certa ſcientia tali iudici cauſam dele
gauerit, niſi addatur clauſula non obſtante exceptione re-
cuſationis, ſed gl. in d. c. cum inter. in ver. de certa ſcientia, di
cit, ꝙ ad tollendam exceptionem recuſationis ſufficit certa
ſcientia papę, & ſine aliqua clauſula non obſtante, ꝓ hoc
qđ not. gl. in c. ad hæc. ſ. de reſcr. quæ dicit, quod vbi in reſcri
13 pto ponitur verbum † ex certa ſcientia, ſi in illo actu requi-
ritur ſuprema poteſtas papa videtur facere actum ex illa po
teſtate, ſi in reſcripto inſcriptum eſt verbum ex certa ſcien-
tia, de quo vide omnino, quæ ſcripſi, in c. 1. ſuper glo. fi. ſ. de
tranſact. vbi declaro quæ importẽt illa verba, ex certa ſcien
tia: de quo vide omnino quæ ſcripſi in c. 1. ſuper gl. fi. ſupra
de tranſact. & ex ſuppræma poteſtate concedentis reis, & te-
ne menti vnum dictum Tanc. & Vinc. quod recitat Ioann.
And. in d. c. 1. ſuper glo. vltima præal. qui dicunt ſententiam
vel tranſactionẽ tacitam præſente papa eſſe omni ſolemni
tate munitam, & ſic ſententia lata, vel cõtractus celebratus
in præſentia papa non poteſt dici nullus ex deffectu ſolẽni-
14 tatis, quia † præſentia papę ſupplet deffectum cuiuslibet ſo
lemnitatis, ad hoc facit l. omnium. C. de teſta. hoc dictum ꝑ-
petuo tene menti. quod ẽt recitaui in d. c. 1. ſuper gl. præall.
& dic, ꝙ vbi iudex eſt ſuſpectus, etiam ſi poſt ſententiam de
15 tegatur † ſuſpicio, poteſt talis ſententia retractari, vt dicit gl.
præal. in d. c. cum inter. & idem tenet gl. 3. q. 5. quia ſuſpecti
in ver. canonicæ, quæ incipit factæ, ideo & hoc ſequitur D.
Abb. ſupra eo. ſi quis contra clericum. Sed de hoc dic, vt di-
cam in c. accedens, el primo ſuper prima gloſſ. ĩ. vt lit. non
cont. & ex his habes primam ſolutionem Inno. notabiliter
declaratam. Secundo ſoluit Inn. quod iſte, cui ſcribebatur
nõ poterat recuſari vt ſuſpectus, quia ad ipſum pertinebat
ordinarie cognoſcere de hac cauſa tanquam ad dominum
ſuperiorem a quo tenebarur feudum in deffectum dñi im-
mediati. But. dicit clarius, ꝙ omnes, tam actor, q̃ reus erant
16 pariter feudatarij, vnde par cauſa † affectionis tollit ſuſpitio
nem, l. non ſolum, §. de vno. ff. de ri. nup. & hoc not. glo. in c.
poſtremo. in prima gl. poſt medium. de app. In gl. vlt. inquã-
tum glo. colligit ex tex. quod ꝑꝑ negligentiam iudicis ſecu-
laris, quæ primo erat inefficax modo efficitur efficax, intel
lige ipſam glo. ſecundum intellectum qui habet, ꝙ iſte, cui
nunc ſcribitur erat delegatus, ſed But. ipſam reprobat, dicẽs
ꝙ dependet ab opi. damnata, de qua. ĩ. eo. licet, & c. ex teno-
re, nã vbi cauſa delegatur inter puros laicos iuriſdictio non
ſtat in ſuſpenſo. ſ. an laicus iudex ſit negligens, vel diligens,
ſi a principio eſt ipſo iure nulla, vt probatur in d. c. licet vbi,
ſed D. Abb. ſaluat gl. duob. mod. Primo, ꝙ capi. licet habeat
locum, qñ cauſa eſt omnino ſecularis, gl. autem iſta, & iſte
tex. intelligitur, qñ laici alias ſunt de iuriſdictione eccleſia-
ſtica, vt erat hic, quia iſti erant milites eccleſiæ, i. eccleſię ſub
iecti, vnde hoc caſu iuriſdictio delegata remanet in ſuſpen-
ſo, hoc intellige qñ cauſa eſt delegata dño mediato, ſicut n.
iuriſdictio ipſius ordinaria dependet a negligentia domini
immediati, ita etiam delegatio ei facta. & ex hoc habes vnã
limitationem ad d. c. licet. Secundo modo ſaluat hanc gl.
dicens quod iſte R. clericus ex generali ſtylo curiæ impetra
uit, litteras contra iſtos milites, qui erant laici, & ſi cauſa nõ
fuiſſet feudalis ſtatim valuiſſet delegatio per ea, quæ dicta
ſunt per glo. & Doct. ſupra eo. ſi clericus. Sed quoniam cau-
ſa erat feudalis literæ tales non præiudicabãt domino feu
di, vnde tales litteræ ſtant in pendenti, ex quo habes aliam
limitationem ad præalleg. c. licet, nam quando quæſtio feu-
17 dalis eſt inter clericum, & laicum † literæ conceſſæ ante ne
gligentiam domini non ſunt ipſo iure nullæ, ſed ſunt in ſu-
ſpenſo, vt effectum ſuum recipiant data negligentia domi-
ni, & non aliter. Ex quibus habes duas limitationes, ad d.
c. licet, quas tene menti, & hæc ſufficiant.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Cauſa feudalis ad dominum feudi ſpectat tantum.*
2 *Clericus poteſt eſſe vaſallus non ſolum eccleſiæ, ſed & laici.*
3 *Capitulum non ſuccedit ſede vacante in poteſtate iuriſdictionali feudi.*
4 *Cauſa de domino feudi, non debet diſcuti domino abſente ullo modo.*
5 *Verba, relinquo beneplacito tuo quid importent.*
6 *Capitulum non ſuccedit epiſcopo in collatione bonorum ſede vacante.*
7 *Capitulum ſuccedit epiſopo in omnibus quę competunt ei de iure communi ſede uacante, non in his, quæ ſunt iuris ſpecialis.*
8 *Diſpenſare nunquid poſſit capitulum, quando diſpenſatio pertinet ad epiſcopum, ſede uacante.*
9 *Epiſcopus non debet cognoſcere, quando dubitatnr de feudo ad quem ſpectet feudum, ne ſit iudex in cauſa propria.*
10 *Laicus an poſſit ſupplere negligentiam iudicis eccleſiaſtici.*
11 *Res de facili reuertuntur ad naturam ſuam.*
12 *Imperator pręcellit illos dumtaxat in temporalibus qui recipiunt ab eo temporalia.*
13 *Vaſallus an recognoſcendo imperatorem pręiudicet eccleſiæ, vel imperatori præiudicet recognoſcendo eccleſiam.*
14 *Dominium quandoq; an ex ſubtractione poſſeſſionis amittatur.*
15 *Dominus feudi habet iuriſdictionem ordinariam in uaſallos, cuiuſcunque ipſe fuerit conditionis.*
16 *Cognitio feudi quando remittenda eſt ad prælatum ſuum.*
17 *Iudex laicus nunquid poſſit cognoſcere de crimine obiecto, aduerſus clericum coram ſe in teſtem producto.*
18 *Teſtes aures iudicis offendentes debent puniri non obſtante quocunque priuilegio.*
19 *Clerici in cauſa ciuili non debent teſtificari coram laico abſque licentia epiſcopi, aliter erunt illegitime examinati.*
20 *Clerici perſona debet iudicari, ut res ſpiritualis.*
21 *Dominus feudi poteſt ſuam ſententiam executioni mandare, etiam contra uaſallos clericos.*
22 *Bona ſimpliciter conceſſa eccleſię cenſentur eſſe eccleſiaſtica, & ita per conſequens iuriſdictio.*
23 *Res aliena ſi conſecrata fuerit domino inuito, non tamen debet execrari ut reſtituatur, ſed tantum qui fecit conſecrare tenetur ad intereſſe.*
24 *Prælatus delinquens in omittendo adimplere conditionem, reſpectu rei traditę ſub conditione eccleſiæ pręiudicat.*
25 *Factum prælati præiudicat eccleſiæ non acquiſitis perdendis, ſed in acquirendis.*
26 *Pactum, uel conuentio, an ipſo iure transferat dominium.*
27 *Pactum an operetur ut liceat propria auctoritate rem apprehendere iuxta formam conuentionis.*

## CAP. VII.

1 VErum Dominus feudi, † ſiue eccleſiaſti-
cus, ſiue ſecularis cauſam ſecularē
cognoſcit. hoc dicit ſecundum Ioan. Andre. &
Docto. vel ſi eſecundum dominum Abb. Per
dominum feudi ſiue ſecularem, ſiue eccleſiaſticum quæ-
ſtio feudalis terminari debet etiam ſi vaſalli ſint clerici, &
ſi plures prætendatur domini non poteſt vnus cognoſcere,
maxime alio abſente ſi feudum ad eum pertineat. In pri-
ma ponitur factum. In ſecunda ſtatutum. Secunda ibi, ſta-
tuimus. Pone ſic caſum, vacante quadam eccleſia cathe
drali habente vaſallum quendam præpoſitum ab aliis va-
ſallis, fuit ei mota quæſtio de feudo, & iſti mouentes quæ-
ſtionem negabant eſſe dominam feudi: vnde petebant quę
ſtionem terminari per Imperatorem quem forte dicebant
eſſe dominum feudi. Præpoſitus vero dicebat, & illos eſſe
vaſallos eccleſiæ, & ſic deciſionem ſpectare ad eccleſiam,
vnde fuit reuocatum in dubium quis deberet eſſe iudex in
hac cauſa, & ſuper hoc aditus Papa qui determinat, quod
hæc quæſtio non poteſt tractari vacante eccleſia, ſed debet
expectari, quod eccleſia recipiat prælatum, quo cōſecrato
debet terminari per iudicem competentem, an eccleſia ſit
domina, & ſi apparebit ipſam eſſe dominam quæſtio feu-
di determinabitur per eam, & ſi apparebit, quod Impera-
tor ſit dominus cognoſcet Imperator. Secundo autem,
quare expectatur epiſcopus eſt, quia agebatur quæſtio tan-
gens eccleſiæ præiudicium. No. ptimo ſecundum vnum
2 intellectum, quod † clericus poteſt eſſe vaſallus, nedum ec-
cleſiæ, ſed etiam laici ratione feudi, & hoc probatur hic in
telligendo, quod iſte prępoſitus erat clericus, nam erat pręⸯ
poſitus cathedralis eccleſię, alii intelligunt, quod erat lai-
cus. ſed primum dictum communiter tenetur, & probatur
in ca. ſolitæ. de maioritate & obedien. & eſt tex. iuncta glo.
in c. Romana. §. debet. de appella. in vi. vbi dicit glo. quod ſi
epiſcopus habet iuriſdictionem temporalem feudi poteſt
ab eo appellari ad Imperatorem, vel ad alium temporalē,
a quo tenet feudum. & gl. xi. q. prima. in ſumma. dicit, quod
clericus ratione feudi poteſt conueniri coram laico, ad idē
tex. iuncta gloſſ. 18. diſtinctio. ſi epiſcopus Metropolitanus.
in verbo regia. No. ſecundo, † quod capitulum vacante
ſede non ſuccedit in poteſtate iuriſdictionali feudi, maxi-
me, quando cauſa iuriſdictionalis feudalis reuocatur in du
bium, an pertineat ad prælatum, vel ad alium. Tertio no
ta, quod in abſentia eius qui prætenditur dominus non de
4 bet diſcuti de dominio † feudi, & hoc probatur hic, nam
quæſtio agitabatur inter iſtum præpoſitum, & alios vaſal-
los, & tamen, quia eccleſia vacabat debet expectari creatio
noui epiſcopi, qui poſſit iuriſdictionem ſuam defendere,
nam ſubditus allegando ſe debere conueniri coram domi-
no, & non coram alio prætenſo domino per aduerſarium
videtur quodammodo nominare dominum in iudicio, iō
debet ille ſic nominatus citari. facit c. quoniam frequēter.
§. quod ſi ſuper. vt li. non conteſt. & in l. ij. C. vbi in rem act.
5 Vltimo no. quod hæc verba, relinquo † beneplacito tuo,
non important liberā voluntatem, ſed referuntur ad arbi-
trium boni viri, nā hęc cauſa relinquitur beneplacito Im-
peratoris ſi conſtiterit ipſum eſſe dominum feudi, & tamē
certum eſt, quod ſine cauſa non poteſt vaſallum priuare
pro libito voluntatis, vt in c. j. de feu. ſi culp. non amit. ſed de-
bet iudicare, vt bonus vir, ad hoc quod no. Bar. in l. extrau.
ad reprimendam. in verbo, videbitur. & in l. ſi ſic. ff. de le.
j. & eſt bo. tex. in l. thais. §. ſororem. ff. de fideicommi. lib. vbi
dicitur, quod verbum, placet, importat arbitrium boni vi-
ri, vbi adiungitur adverbium, bene, quia componitur ex
hoc verbo, bene, & ex verbo, placeo. & dicit D. Abb. hoc eſ
ſe no. quia hęc verba ſolent poni in arbitramentis, & in ſi-
milibus depoſitionibus. In glo. prima. hęc gl. aſſignat du-
plicem rationem, quia hæc quæſtio vacante ſede non pote
rit tractari. Prima eſt ratio, quia non erat qui de illa cogno
ſcere poſſet. Secunda, quia tempore vacationis eccleſię, nō
poteſt aliquid fieri in eius præiudicium. Ex prima ratione
notabili, & capitulum ſede vacante non cognoſcit de cau-
ſa feudali, nec obſtat c. cum olim. & c. is qui. de ma. & obe.
in quibus dicitur, ꝙ capitulum generaliter ſuccedit in iuriſ
dictione epiſcopi: nam non ſuccedit in cauſa feudali, & aſ
ſignantur duæ rationes. Prima eſt, quia ſi ad capitulum va-
cante ſede deuolueretur iuriſdictio cognoſcendi de cauſis
feudalibus haberet pro altero vaſallo ferre ſententiam cō-
tra alterum vaſallum, & ſic epiſcopus habet vaſallum,
quem forte nolet habere, & per hanc rationem Hoſt. dicit,
quod capitulum non ſuccedit in tali iuriſdictione, ſicut ēt
6 non † ſuccedit in collatione bonorum, vt in c. illa. ne ſede
vacan. & ex not. quod vbi futurus epiſcopus poteſt ſentire,
quale quale præiudicium non ſuccedit capitulum ſede va-
cante. & D. Abb. hic in ſecundo ſuo notabili. dicit hoc eſſe
no. Secundam rationem aſſignat Hoſtien. & Ioan. And.
dicentes, quod capitulum ſuccedit epiſcopo in omnibus,
7 quæ competunt † ipſi epiſcopo de iure communi, non autē
in his quę ſunt de iure ſpeciali, ſed conferre beneficia, vel
cognoſcere de feudis non eſt proprie epiſcopale, quia mul-
ti non epiſcopi faciunt iſta, & aliqui epiſcopi neutrum ho-
rum habent. & hoc dictum eſt no. ſecundum But. & D. Ab.
& communiter allegatur, quod limitat iura generaliter di-
centia capitulum ſuccedere in iuriſdictione epiſcopi ſede
vacante, nam illa iura procedunt in his, quæ competunt
epiſcopo de iure communi, non autem in competentibus
de iure ſpeciali, facit quod no. in c. cum in cunctis. de elect.
vbi dicit, quod in beneficiis, quorum collatio pertinet ad
epiſcopū iure accidentali, vt in deuolutis ad eum ex negli-
gentia, vel ex delicto inferiorum ad quos pertinebat colla-
tio non ſupplet capitulum negat epiſcopi, quia non eſt tan
ta communio inter epiſcopum, & capitulum in his quę
ſpectant epiſcopo de iure accidentali, ſicut in his quę
pertinent de iure communi. & hoc dictum ſequitur Ioan.
An. in c. quamquam. de ele. in vi. & Pau. in clemē. j. de deci.
vnus. Archi. in c. j. ne ſe. vac. in vi. dicit, quod capitulum non
ſuccedit in his quæ ſunt de gratia. Ex quo infertur, quod ca-
pitulum vacante ſedę non ſuccedit in poteſtate diſpenſan-
di, de quo per Fede. de Sen. conſilio ſuo 29. dicit tamen hic
Ioan. Andr. quod ſi cognitio feudi pertinet ad epiſcopum,
& capitulum ſimul ſede vacante ſuccederet capitulum, ar.
c. primo. ne ſede vacan in vi. Ex quo infertur D. Abb. quod
in his quæ competunt de iure ſpeciali ſuccedit capitulum,
quando illa pariter ſpectant ad epiſcopum, & capitulum,
& hoc dicit dominus Ab. eſſe no. quia per hoc extenditur
illud capitulum primum, ne ſe. va. in vi. ſcilicet, vt intelliga-

tur,quod non ponat caſum ſpecialem in collatione bono
rum, ſed idem ſic eſſe de aliis ſpectantibus pariter ad vtrun
que.quod dominus Abb.dicit ſemper notandum & hoc fa
8 cit ad quæſtionem. Nunquid capitulum poſſit† diſpenſa-
re ſe.vacante, quando diſpenſatio pertinebat ad epiſcopū,
& capitulum,de quo ſe remittit ad plene no. per ſe in cap.
atſi clerici.§.de adulteriis. de iudic. & generaliter in quibus
ſuccedit capitulum ſede vacante,dic,vt in capit. cum olim.
de maioritate & obedien.vbi plene per dominum Abb. &
in capit.ad abolendam.de hæreti.vbi ſcripſi poſt dominum
Abb.& per D.Domi.in cap.vnico.de maioritate & obediē
tia.in ſexto.& per prædicta dicit hic Butri. quod ſi concedi-
tur priuilegium epiſcopo , vt poſſit doctorare ſcholares in
iſta poteſtate doctrinandi non ſuccedit capitulum ſede va-
can. tenendo,quod nō competat de iure.communi, & hoc
forte dixit Bu.quia recordatus fuit de glo.in clemen.ſecun-
da.& glo.fi.de magiſtris.quæ dicit, quod vbi aliud non ap-
paret hæc poteſtas pertinet ad epiſcopum,& capitulum.Et
ex hoc dicit dominus Abb.quod hoc tenendo mortuo epi
ſcopo poteſtas deuolueretur ad capitulum, per capitulum
primum, ne ſede vacan.in ſexto .& idem putat dicendum,
quando hæc poteſtas pertinet ad epiſcopum de iure com-
muni,argumen.communi ij.de inſtitutio.in vi. Idem ſentit
Butr.dum dicit,quod capitulum non ſuccedit,inquantum
non competat epiſcopo de iure communi.:dicit tamen do
minus Abb.quod illa opi. Hoſtien.quam ſentit glo.præall.
non iure probatur.Sed contra prædicta facit fortiter ca.om
nes.& c.ſi quis deinceps.xvi.q.vii.& quod no.glo.no. in cap.
quamquam. de elect. quę dicit,quod de iure antiquo ex di-
ſpoſitione eccleſiæ poteſtas conferrendi eccleſias inferiores
& beneficia pertinebat ad epiſcopum ſolum, vnde melior
poteſt reddi ratio, quia capitulum non ſuccedat in collatio
ne bonorum,quia cum collatio ſit quædam donatio com
putatur inter fructus bonorum,vt dicit glo.no.in capi.cum
olim. de maioritate & obedien. & remittit ad no. per ſe in
cap.cum dilectus. de conſuetu. Sed ego credo, quod ratio
Ioan.And.ſit vera.nam quicquid eſſet de iure antiquo ſatis
eſt,quod de iure communi collatio bonorum nō pertinet
ad ſolum epiſcopum,vt no.in cap.primo.& in c.cum eccle
ſia Vulterana.de electio. ſi ergo epiſcopus ſolus poteſt con
ferre beneficia,ergo hæc poteſt ſibi competit de iure ſpecia
li,& ſic non debet ſuccedere capitulum vacante ſe. Ex ſecū
da ratione glo.no.quod licet capitulum ſuccedat in iuriſdi
ctione,epiſcopi tamen ſi vertitur aliqua quæſtio ſuper cer-
to iure pertinente ad iuriſdictionem epiſcopi capitulum
non ſuccedit in examinatione illius quęſtionis, ne ſuccum
bat in cauſa,& præiudicium generetur futuro epiſcopo,&
hoc ſequitur Bu.& dominus Abb.qui dicit hoc eſſe not. &
dicit etiam hoc eſſe intelligendum,quando non contendi-
tur de nudo exercitio iuriſdictionis,puta an talis deliquerit
vel contraxerit in diœce.vel non , de hoc enim poteſt capi
tulū cognoſcere ſummarie,vt videat , an ſua ſit iuriſdictio,
quia per hoc nullum præiudicium fit eccleſiæ,vt dicit Inno
cen.in c.ſuper literis. de reſcrip. ſecus autem ſi contendere-
tur ſuper proprietate,ſcilicet,an talis ſit ſubiectus,vel exem
ptus, vel an locus ſit de diœce. vel non: hæc enim quæſtio
non debet agitari ſe.vacante.argumen.hic.& in c.fi.ne ſede
vacan.In glo ſecunda.idem dicit Goffre.& Ioan.And. ſi ha
beret adminiſtrationem ante confirmationem,pone exem
plum in c.nihil.de elect.& Butr.hic dicit,quod non ſufficit
ſola confirmatio,niſi habeat poſſeſſionem prælaturæ,alle-
gat no.in c.olim.de reſtitutio.ſpo. & de reli.domi. cum ve-
nerabilis.& no.per ſe ſupra ti.proximo cœterum. In glo.
tertia.iunge iſtam glo.cum glo.ſe. vſque ad ver.& ſi epiſco-
pus eſſet negligens.pro cuius declarατione opponitur, & vi
9 detur , quod hęc cognitio non debet pertinere † ad epiſco-
pum, ex quo dubitat dominus , ad quem pertineret feudū,
quia non debet epiſcopus cognoſcere,nec eſſe iudex in cau
ſa propia. C.ne quis in ſua cauſa in rubro,& in nigro, & di
ctum fuit ſupra titu.proximo. Cęterum huius timore con-
trarii,glo.exponit de feudis.i.cognitio de feudis, quaſi dicat
cum conſtiterit feudum ſpectare ad epiſcopum , tunc co-
gnoſcit epiſcopus, nō autem cognſcet ad quem pertineat,
& hoc clarius dicit glo.dum dicit, quod iſte tex.loquiť ſub
conditione , ſcilicet ſi ad epiſcopum pertinuerit cognitio,
& glo.aliter non declarat. Sed Ioan.And.ſuper tex.in ver-
bo,cognoſcatur.dicit,quod in illa quęſtione,ſcilicet,an feu
dum ſit eccleſiæ , vel Imperatoris actor debet ſequi forum
rei,vel eligentur arbitri, & hoc ſequitur dominus Abb.ſed
Butr.hic dicit,quod iudex competens erit ſuperior,eccleſia
ſtici autem ſuperior ſecularis,& hoc ratione maioritatis.al
legat no.per Innocen.ſupra titu.primo.cęterum.in fine.ſed
potes concordare opi.hoc modo.Nam ſi eccleſia,& domi
minus temporalis contendunt de iuriſdictione feudi, & ap
paret quis eſt actor , & qui reus , & tunc actor debet ſequi
forum rei,aut non apparet,quia contendunt de iuriſdictio
ne,& neuter ipſorum vult eſſe actor , & tunc adeundus eſt
ſuperior eccleſiaſtici,& hoc modo procedit opin.Bu.& in-
quantum Ioan.And.dicit de eligendis arbitris compromiſ
ſariis,non autem de arbitris iuris , quia in ordinariis iudici-
bus contendentibus de iuriſdictione non eliguntur arbitri
iure, vt dicit Innocen.in c. paſtoralis.ſupra de reſcrip. & vi-
de quod ibi no.& vide Ioan.And.in cap.pia.de excep.in vi.
vbi notabiliter dicit , quod arbitrio iuris non inducuntur
niſi in caſibus in iure expreſſis,& ideo vbi iudices ordinarii
contendunt de iuriſdictione feudi, ſi non cōcordant de eli
gendo arbitros debet adiri iudex rei,qui eſt eius ordinarius
in aliis cauſis,vel adiri iudex rei ſitæ.ſupra eodem.ſane.& ſi
coram eo ꝯſtabit feudum pertinere ad eccleſiam remitten-
tur partes ad epiſcopum,vel ad Imperatorem, ſi de eius iu
re conſtabit,vt in ſimili no.Innocen.in præalleg.cap. cœte-
rum. In penultima glo. ibi,& ſi epiſcopus eſſet negligens.
hæc glo.ponit duas opi.Primam opin.tenet Tancre. Vinc.
& Hoſtien.nec obſtat ſecundum eos cap.qualiter. ſupra ti-
tu.proximo. quia ibi loquitur in his , quæ non concernunt
10 feudalia.nam ratione feudi† laicus poteſt ſupplere negligē-
tiam iudicis eccleſiaſtici,ad hoc facit cap.ſolitæ. de maiori.
& obedien.vbi dicitur,quod Imperator precellit illos , qui
ab eo recipūt temporalia. & per illum tex.dicit ibi,no.ꝙ in
iſtis feudalibus appellandum eſt ab epiſcopo ad Imperato-
rem,quia in iſtis cognoſcit,vt iudex ciuilis. ad idem eſt bo-
na gl.in cap.Romana.§.debet. de appellationibus. in ſexto.
Ioann.And.concor.opin.& dicit,quod prima opin.glo.eſt
vera de iure ſpeciali. Secunda de iure communi,& aliter
non declarat,ſed ego credo , quod voluerit dicere,quod in
feudalibus in quibus epiſcopus habet iuriſdictionem de iu
re ſpeciali dominus temporalis poteſt ſupplere eius negli-
gentiam,ſed in non feudalibus,in quibus iuriſdictio epiſco
pi fundatur de iure communi eccleſiaſticus ſuperius habet
ſupplere eius negligentiam.But.autem hic diſtinguit,quod
aut feudum eccleſiaſticum habuit originem a domino lai-
co,& tunc laicus ſuperior poteſt ſupplere negligentiā eius,
& ſic poteſt ītelligi iſte tex.ſcilicet,quod eccleſia recipit feu
dum ab Imperatore,quæ demum infeudauit iſtum prępoſi
tum.Aut feudum eſt eccleſiaſticum, quod eccleſia non ha
buit a laico,& tunc ſecularis non ſupplet negligentiam ec
cleſiaſtici ſed alius ſuperior eccleſiaſticus,niſi aliud habeat
conſuetudo.ſed dominus Abb .dicit , quod dummodo va-
ſalli ſint laici, poterit laicus ſuperior dominus ſupplere ne-
gligentiam eccleſiaſtici , nam laici de jure communi ſunt
ſubditi domino laico.Iuriſdictio autem eſt tributa eccleſię
vel cuicunque domino feudi inquantum ſit vigil.in admini
ſtrando iuſtitiam,& non aliter vt eſt tex.in præall.cap.cœte
rum.ergo ſi eccleſia eſt negligens remanēt vaſalli ſub iudi-
ce proprio,& naturali , nec per hoc dicitur iudex ſecularis
ſupplere negligentiam eccleſiaſtici , ſed potius vtitur iure
ſuo in laicos ſibi ſubiectos deficiente iuriſdictione apud do
11 minum. † Res enim de facili reuertitur ad naturam ſuam.
35.diſtin.ab exordio.vnde Innocen.in ca. ſolitæ.dicit,quod
in rebus feudalib. epiſcopus cognoſcit,vt ciuilis iudex,qua
ſi in illis non cenſeatur epiſcopus, quia illam iuriſdictionē
habet non priucipaliter a canonibus , ſed a legibus feudo-
rum generaliter tribnentibus domino feudi iuriſdictionē,
vt in c.Imperialem.de prohi.feu.alien.per Fede. Sed ego du
bito de iſto dicto D.Ab.quia videtur eſſe contra iſtum tex.
qui diſponit,quod feudum eccleſiaſticū pertinet ad cogni-
tionem eccleſiæ,ſi ergo cognitio eſt eccleſię dominus laic⁹
non habet ſupplere negligentiam iudicis eccleſiaſtici, & ꝑ
hoc bene facit dictum c.ſolitæ. §. quod autem ſequitur.vbi
12 dicitur , quod Imperator † in temporalibus præcellit illos,
dumtaxat qui recipiunt ab eo temporalia , & hoc videtur
probari in cap.Romana.§.debet.vbi dicitur,quod ſi epiſco
pus exarcet temporalem iuriſdictionem debet appelari ad
archiepiſcopum , niſi aliud ſit de conſuetudine , vel priui-
legio,vel alio iure ſpeciali,ſicut ergo non eſt appellandum
ab epiſcopo exercente iuriſdictionem temporalem ad
dominum ſecularem.Ita etiam dominus ſecularis non po-
teſt ſupplere negligentiam eius,& per hoc puto tutius eſſe
tenere dictum Bu.ſcilicet , quod quando feudum eſt eccle-
ſiaſticum,quod non habuit originem a laico,ꝙ tunc ſecu-
laris non poteſt ſupplere negligētiam eccleſiaſtici,ſed aliu
eccleſiaſticus ſuperior ſupplet , niſi aliud habeat conſuetu-
do,vel aliud competat de iure ſpeciali.nam dictum But. vi-
13 detur probari in d.§.debet. Sed dubitatur,quid † ſi vaſallus
recognoſcit Imperatorem in dominum, an præiudicet ec-
cleſiæ,& idem ecōuerſo, ſi recognoſcit eccleſiam in domi-
nam,

nam, an præiudicet Imperatori, Hoſ.hic diſtinguit.ex cuius
dictis tres facias concluſiones, prima eſt, ſi conſtat, ꝙ vaſal-
lus mala fide aliquem recognoſcat in dominum, non præ-
iudicat quo ad ꝓprietatem, nec reſpectu poſſeſſionis, alias
eſſet in facultate vaſalli ſubtrahere ſe domino quando vel-
let, cum quandoque ex ſubtractione poſſeſſionis perdatur
14 dominium † in effectu, vt in c.ſæpe, de reſti.ſpol. & in l.fi.C.
de rei vend. & in l.is qui.ff.eo. Secunda cõcluſio, ſi recogno
ſcit alium in dominum bona fide, tunc parat præiudicium
domino quo ad poſſeſſionem, non autem quo ad proprie-
tatem.l.j.§.Iulianus.ff.de lib.agno.& in l.etiam.ff.de proba.
& in l.quod Labeo.ff.ad Carbo.But. hoc intelligit quando
verus dominus ſit, & patitur, alias non noceret ipſi etiam
quo ad poſſeſſionem, vt not.Inn.in c.ij.de reſti. in integr.&
in c.olim.el iij.de reſt.ſpol.Sed ſi verus dominus ſcit & pati
tur, tunc poſſeſſor bonæfidei debet de fendo cognoſcere,
quia exercitium iuriſdictionis pertinet ad poſſeſſorem bo-
næfidei, de iurepatro.c.conſultationibus.de elec.querelam,
cum ſimi.Tertia concluſio, ſi dubitatur, an malitioſe vaſal
lus alium recognouerit, & tunc dicit Hoſt. prius eſſe conſi-
derandum, & inquirendum de fama loci, quę multum in
his conſideratur, ad hoc facit l.ſi quis a liberis. ff.de lib.agn.
& quod no.de ſer.non ord.eo libentius. dicit tamen Hoſti.
ꝙ in aliquibus regionibus ſtatur ſoli cõfeſſioni vaſalli quo
ad ſolam poſſeſſionem, quod eſt iniquum ſecundum eum,
& cum ipſo tranſeunt Io.An.& communiter Docto. extra
glo.ſciendum eſt, ꝙ Inno.hic tractat de iuriſdictione quam
habet dominus feudi, quam glo.Inno. diuido in tres partes
principales.nam primo tractat quam iuriſdictionẽ habeat
dominus feudi in cognoſcendo de cauſa feudali. Secundo
tractat de poteſtate feudi. Tertio, ad quem ſit appellãdum.
15 Circa primum dicit Inn.ꝙ dominus † feudi quantumcun-
que ſit vilis, ſiue ruſticus habet iuriſdictionem ordinariam
in vaſallis, in concernentibus ipſum feudum per l.imperia-
lem.de prohi.feu.alie.per Fed.in vſi.feu. & hoc dictum no.
Ex quo infertur, ꝙ ſi aliquis recipit in feudum rem ab ho-
mine priuato quantumcunque ſit vilis, vel ruſticus, nihilo
minus in concernentibus ipſum feudum habet iuriſdictio-
nem ordinariam, & idem dicit Inn.ſi comitatus, vel princi
patus, vel caſtellanea, vel alia huiuſmodi cõcedantur in feu
dum, & talem iuriſdictionem habet in vaſallos, & ſi ſint
clerici, & in eccleſias habent talem iuriſdictionem, ſi eccle
ſię receperunt a laico res in feudum, & poteſt dominus feu
di cauſas huiuſmodi ad ſe reuocare, etiam inuitis litiganti-
bus.ſubdit Inno. ꝙ etiam dominus feudi eſt iudex, quando
agitur ciuiliter ad amiſſionem feudi, nam poterit agi corã
domino, & coram paribus curiæ, & hoc declaratum fuit
in c.cęterum.ſ̃.tit.j.dicit tamen Innoc. ꝙ non poteſt agi cri
minaliter, vel ciuiliter pro crimine ad amiſſionem feudi.
16 Sed † remittenda eſt cognitio ad prælatum ſuũ, & ſi ſit con
demnatus de proditione, vel alio crimine per quod debet
perdere feudum, tunc dominus ſuus poterit pro ſuo velle
auferre feudum propter crimen, & ratio prędictorum eſt,
quia de crimine clericorum, nec directe, nec indirecte po-
teſt laicus cognoſcere, ſicut nec de quęſtione legitimitatis,
ſcilicet an quis ſit natus de legitimo matrimonio, vt in ca.
tuam.j̃.de ordi.co.& j̃.qui fil.ſint legi.c.lator.Subdit tamen
Inno.ꝙ ſi feudum eſt eccleſię, & non patrimoniale ipſius
clerici non aufertur feudum ab eccleſia perpetuo ne deli-
ctum pręlati noceat eccleſię, ſed tamen in vita pręlati au-
fertur feudum ab eccleſia, ſed eo mortuo reuertetur ad ec-
cleſiam, vt in c.fi.de capi.Corra.ſed But. dicit hoc eſſe verũ,
quando feudum pertinet ad menſam pręlati, ſecus ſi ad ca
pitulum, niſi totum capitulum delinqueret, vt in c.ij.iũcta
glo.iij.de ordi.cog.& in l.iubemus.C.de ſac.ſan.eccle.Idem
dicit do.Abb.ſi feudum partiter pertineret ad menſam prę
lati, epiſcopi, & capituli, vel quando feudum eſſet ſimplici-
ter conceſſum eccleſię, & non menſę pręlati tantum, quia
tunc cum pręiudicium epiſcopi non ſit ſeparabile a pręiu-
dicio eccleſię, delictum ipſius non nocebit eccleſię, allegat
no.in c.cum veniſſet.j̃.de inſtit. vbi vide gl.antepenultimã.
Sed mihi nõ placet illud quod dicit do. Abb.nam ſi feudũ
eſt conceſſum epiſcopo & capitulo, delictum epiſcopi ſibi
nocebit, inuita ſua tantum.quo ad partem feudi, quę ex di
uiſione ad ipſum pertinere debebat. Et circa hoc vide quę
dixi in c.veniens.de tranſact. Item ſi feudum eſt conceſſum
eccleſiæ, ſi tamen ſolus epiſcopus debebat eius fructus per-
cipere, tunc delictum ſuum nocebit ſibi in vita ſua, & idem
ſi fructus erant diuidendi inter ipſum, & clericos ſeruiẽtes
eccleſiæ quo ad illam partem, quę debebat ad ipſum perue
nire, & hoc modo intelligas illud c.fi.de cap.Corra.Incidẽ-
ter autem hic tangit Inn. nunquid ſi contra clericum ꝓdu
ctum in teſtem coram laico obiicitur crimen, † nunquid
laicus poſſit de hoc cognoſcere? & Inn.dicit, ꝙ ſic, quia pro
pter crimen proprie non obiicitur clerico vel contra cleri
cum, ſed magis contra laicum, qui eum produxit, quia ex
eius repulſione, ſcilicet, quia eius teſtimonio non creditur,
pęnam patietur ipſe laicus, non autem clericus.Sed contra
hoc facit l.nullum.C.de teſti.vbi plene probatur, ſcilicet ꝙ
18 ſi † teſtes in ferendo teſtimonio aures iudicis offenderint,
poſſunt per eum puniri, non obſtante quocunque priuile-
gio.nam ſecundum Hoſti.illa lex non diſtinguit clericos te
ſtificantes coram laico.glo.tamen in pręalleg.l.nullum. &
Cy.& Bal.tenent contrarium, ſcilicet ꝙ habeat locum etiã
in clericis, & idem videtur ſentire Fed.de Sen.ſuo conſil.88.
vbi dicit, ꝙ licet clericus non poſſit accuſari coram ſecula-
ri iudice, ſi tamen calumnioſe aliquem accuſat, coram eo
poteſt ex officio ſuo eum extraordinarie punire, ita tamen
ꝙ ſi executio talis pęnæ ſit facienda, in perſonam reſerue-
tur epiſcopo, in omnibus autem poterit facere ſecularis,
vel diſtinguendo fideiuſſores clerici, allegat præalleg.l.nul-
lum.& dicit, ꝙ hoc ſentit glo.& Arch.v.q.vj. presbyter. &
idem tenet D.Pet.de Ancha.in reg.ea quæ.in viij.charta.q.
22.ver.iuxta prædicta etiam quæritur.But. vero ſequitur di
ctum Hoſt.per c.j.de cler.coniu.in vj.vbi patet, ꝙ laicus nõ
poteſt cognoſcere de crimine clerici, etiam ſi agatur ciuili-
ter.alleg.etiam no.per Io.An.in c.j.de mut.pet. vbi dicit, ꝙ
de nullo crimine clerici poteſt cognoſcere laicus, nec dire-
cte, nec indirecte, ſiue agatur criminaliter, ſiue ciuiliter, do.
Abb.diſtinguit, ꝙ aut clericus teſtificatur coram laico ſine
licentia ſui epiſcopi, & tunc non poſſit iudex laicus de cri-
mine obiecto cognoſcere, quia non fuit legitime examina
19 tus.clerici † enim etiam in cauſa ciuili non debent teſtifica
ri coram laico abſque licentia epiſcopi.14.q.2.quanquam.
& xj.q.j.teſtimonium. Aut epiſcopus conſentit, ꝙ deponat
coram laico, & tunc dicit, ꝙ iudex laicus poteſt cognoſce-
re de crimine clerici, quia non cognoſcit vt puniat clericũ
nec ad illud agitur, ſed dicitur cauſa tantum agitari inter li
tigantes, pro hoc alle.l.furti.in fi.ff.de his qui no. infa. dicit
tamẽ ꝙ laicus nullo modo poterit punire clericum etiam
ſi vacillet coram eo, & de hoc eſt tex.in c.j.de cle. coniu.in
vj. vbi patet., ꝙ etiam ſi ciuiliter agatur de crimine clerici
ad pęnam pecuniariam, non poteſt laicus eſſe iudex. Ego
credo, ꝙ opi.Hoſt.& But.ſit verior, ſcilicet ꝙ laicus nõ poſ
ſit cognoſcere de exceptione oppoſita contra clericum, ſi-
20 ue contra eius teſtimonium, nam † perſona clerici eſt per-
ſona ſpiritualis, & idem iudicandum eſt de clerico, ſicut de
re ſpirituali, vt dicit tex.in c.ſi iudex laicus.in princ. de ſent.
excom.in vj. vnde ſi iudex laicus non poteſt cognoſcere de
re ſpirituali etiam incidenter, vt in c.tuam.de ord.cog.& in
c.lator.qui fil.ſint legit. ita etiam non debet cognoſcere de
exceptione concernente perſonam clerici, & hoc ſenſit gl.
in d.c.ſi iudex laicus.in prin.in ver.ſpirituali.quę dicit, quod
laicus non debet ſe intromittere, nec principaliter, nec inci
denter de clericis, & per hoc concludo, ꝙ ſi contra perſo-
nam clerici opponitur exceptio ad repellendum eum a te
ſtimonio, vel contra eius teſtimoniũ, ꝙ depoſuerit falſum,
ꝙ iudex ſecularis debeat hunc articulum remittere ad ec-
cleſiaſticum, & ſi renũciauerit exceptionem obſtare, repel
let eum a teſtimonio. Itẽ ſi pronunciabit eccleſiaſticus cle-
ricum non depoſuiſſe falſum teſtimonium non adhibebit
fidem eius dicto, alias admittet clericum, vel eius teſtimo-
nium, & iſta eſt concluſio in hoc articulo, quam tene men
ti, & nunc eſt de facto in quodam ſcholari, qui teſtificatur
coram prętore, qui vellet eum falſo punire, ipſe vero alle-
gat ſe clericum.& opin.Hoſtien.& Ioan.And.& Butr.ſequi
tur Raph.& Pau.de Caſtro.in dicta l.nullum.& Angelus in
l.ſi vacantia.C.de bon.vacantibus.qui dicta l.nullum.C.de
teſtib.eſſe correctum per ius canonicum, & per authen.ſta-
tuimus.C. de epiſcopis & clericis. Quo ad ſecundum, ſci-
licet, quantum ad poteſtatem exequendi.Innocen.dicit, ꝙ
21 cum dominus † feudi ſit iudex ordinarius poterit ſuam ſen-
tentiam mandare executioni, & hoc poterit dominus etiã
laicus, etiam contra vaſallos clericos, adeo, quod non inci-
dit in excommunicationem ſi eos reſiſtentes repellit, argu
men.in capitulo olim. de reſtitutione ſpoliatorum. Ioann.
Andre, dicit, quod hoc dictum Innocen.communiter non
approbatur, quod in perſonam clerici iuriſdictionem ha-
beat priuatus forte ruſticus, vt ſine pœna excommunica-
tionis poſſit manus iniicere contra canonem, ſi quis ſuadẽ
te.quamuis in cauſis feudalibus iuriſdictionem habet. But.
dicit, quod dictum Innocen. poteſt ſaluari intelligendo,
quod poſſit repellere non tangendo perſonam, ſed repel-
lendo terrore armorum, vel expellendo colonos tenentes,
pro ipſis clericis, quia per hoc non venit contra canonem,
ſi quis ſuadente. & ſic vult Butri. quod poſſit facere execu-
tionem

tionem realem non tangendo perſonam. dominus Abb.
dicit,quod intellectus in ſe eſt verus, ſcilicet, quod non fuit
de mente Innocen.Dominus Car. intelligit Innocen.quod
poſſit dominus feudi manus mittere defendendo ſuam iu-
riſdictionē,& hæc puto vera', quicquid dicat dominus Ab.
Ex quo enim ſententia lata per dominum feudi in cauſa
feudali tranſiuit in rem iudicatam, clericus curabat iuriſdi
ctionem ſuam non dimittendo, quod exequatur ſenten-
tiam,vnde poteſt licite ipſum expellere de poſſeſſione, dū
tamen non inferatur violentia perſonę clerici per quam
incurratur excommunicatio. Quo ad tertium, quantum
ad facultatem appellandi, dic,quod ſi habens comitatum,
vel baroniam,vel alia huiuſmodi in feudum ferat aliquam
ſententiam appellandum eſt ad dominum feudi etiam lai
co dato,quod vaſallus ſit clericus.& hoc probatur in capi-
tulo ſolitę.verſicu. quod autem. de maioritate & obedien.
& eſt tex.iuncta glo.in capitulo Romana.§.debet.de appel-
lationibus.in vi. Sed hoc eſt intelligendum, quando Baro
niæ,vel comitatus,vel ſimilia ſua conceſſa in feudum eccle
ſiis,ſecus ſi ſimpl'r ſint ꝯceſſa,quia tunc eccleſia in nullo te
netur donanti, & ſic non poterit interponi appellatio ad
illum qui donauit tales iuriſdōnes, idē no.Inn.in d.c.ſolitę.
22 Nam bona†ſimpliciter conceſſa eccleſię cenſentur eſſe ec
cleſiaſtica,& per conſequens etiam iuriſdictio conceſſa eſt
eccleſiaſtica, & ad hoc optime facit capit. primum.de iure
patrona.in ſexto. & quod dixi ſupra capi. proximo.in vlti-
mo notabili. Sed quæro,quid ſi dentur baroniæ, vel quæ-
cunque alia bona ſub conditione, vel ſub eo tenore, ꝙ ſi
eccleſia non ſubiret onera impoſita, quod liceat laico do-
natori ſua auctoritate recuperare.Innocen.hic inſtat,& cō
cludit, quod non, quia cum dominium iſtarum rerum ſit
quęſitum eccleſię factum eſt ſanctum ſanctorum domino,
& ideo non eſt permiſſum capi,niſi auctoritate iudicis ec-
cleſiaſtici,quia ſacrilegium in eis committitur.xii.qō.ſecun
da.nulli liceat.& in cap.ſequen.& in cap. proximo.ſecus di-
cit in rebus feudalibus, quia earum dominium non eſt fa-
ctum ſanctum ſanctorum domino,cum illud remaneat pe
nes dominum,licet fructus, & vtilitas ſit vaſalli,ad hoc fa-
cit xi.quæſt.prima. capi.ſecundo.& ſequen.& ſic videtur vel
le Innocen. quod fructus rei feudalis poſtquam recepti
ſunt,nihil in eis poſſit dominus cum iam ſint facti ſanctum
ſanctorū.domino Hoſtien.autem tenet contrarium. & Io.
And.per cap.cum dilectus.in fine.de dona.Butri. in hoc di-
ſtinguit diſcurre per caſus. Primus eſt,quando in traditio
ne rerum laicus reſeruat ſibi aliquod ius, quia trāsfert rem
aliquo vſu retento,& ſic vſus retentus eſt circa rem : exem-
plum,ſi laicus donans feudum,vel domum eccleſię retinet
ſibi habitationem in certa parte domus donatæ eccleſiæ
donec vixerit, & tunc poteſt pro illo iure vtendo iniicere
manum ad rem, vtendo illo iure ad ſuos limites,& ſic lo-
quitur capitulum cum dilectus. Secundus caſus, quando
onus eſt extrinſecum,& res transfertur in eccleſiam condi
ctione ſi tale ius ſeruetur, & tunc ſi talis condictio eſt tur-
pis,vt quia pro dote tradita eccleſiæ imponitur aliqua im-
poſitio muneris non liciti ipſi doti,de quo de cenſi. capitu.
primo.& tunc non licet pro tali manum ponere,quia reie
cta cōdictione turpi res pure eſt facta ſanctum ſanctorum
domino,ad hoc quod no.in dicto capitulo primo. de cenſ.
Tertius caſus eſt, quando conditio eſt honeſta, ſed res
eſt conſecrata,vt eſt eccleſia,vel cœmeterium,tunc ex quo
tradens patitur eam conſecrari conditio de manuū impo-
ſitione ad illam reiicitur, quia non poteſt ad humanos
vſus reuerti,vt in cap. ad hoc. de religioſis domibus. & 14.
quæſtione vltima.comperimus.vbi patet,quod ſi res aliena
23 †conſecretur domino inuito,vel ignorante non debet exe
crari, vt reſtituatur domino, licet ille qui facit eam conſe-
crari teneatur ad intereſſe,ad idem decimaſeptima,quęſtio
ne quarta.quæſti.& hoc tenet Butri. hic,& Ioannes Ligna.
& dominus Abbas. Quartus caſus eſt, quando res non
eſt conſecrata,& tunc ſi ante purificationem condictionis
res non eſt tradita, & non impletur conditio licitum eſt
manum apponere, quia remanet in dominio proprio. Si
vero res eſt tradita ſub conditione, vel ſub modo qui ad-
implendus poſt traditionem, vel acquiſitionem, quo caſu
res eſt effecta eccleſiæ. & tunc dicit Butri. quod ſi modus
non impletur negligentia prælati fit præiudicium eccleſiæ,
vt quia conditio, ſeu modus erat in faciendo, & prælatus
24 deliquit†in omittendo,nam præiudicat eccleſiæ,vt no.in re
gula delictum.de regulis iuris.libro ſexto. Pone exemplum
aliquis legauit,vel donauit rem eccleſiæ ſub hac condictio
ne,vel modo,vt qualibet ſeptimana deberent clerici eccle
ſię facere dici vnam miſſam pro anima eius,& ſingulis an
nis facere vniuerſarium, & quod ſi hoc negligerent ipſo iu
re res deberet reuerti ad ſuos hæredes. & propria au-
ctoritate recuperari. & circa hoc vide not. per Doctores in
capitulo verum. de conditione appoſita. & per ibi not.di
cit dominus Abbas, quod dictum Butr. procedit in acqui-
rendis eccleſiæ, quod eſt, quando onus eſt appoſitum im-
plendum ante rei traditionem.pone exemplum, aliquis do
nauit bona ſua eccleſiæ retento ſibi vſufructu,& dominio
cum hoc pacto, quod eccleſia deberet eum alere in vita
ſua hoc pacto, & quod ſi non præſtiterit alimenta, quod
donatio habeatur pro non facta,tunc enim factum præla-
ti pręiudicat eccleſiæ, ex quo ante impletam conditionem
res non eſt effecta eccleſiæ, ſecus ſi agitur de accuſatione
per feudum, vt quia res eſt donata eccleſiæ ſub modo quo
non ſeruato debet reuocari, tunc enim factum ſolius præ-
lati non præiudicat eccleſiæ, quia agitur de acquiſitis per-
dendis.pro hoc allegat dominus Abb.glo.decimaſexta quę
25 ſtione ſexta.in §.fina.quæ dicit,quod factum prælati † non
pręiudicat eccleſiæ in acquiſitis perdendis, licet præiudicet
in acquirendis.ad hoc no.in capitulo ſecundo. de donatio-
nibus & glo.in capitulo ſecundo.in tertia glo.de ordin.co-
gnitio.& Doctores in capitulo breui.de iureiuran.& dicit,
quod hoc ſentit Bu. in capitulo verum. de condictione ap-
poſita.vbi vide quod dixi.Sed an tunc valeat pactum de ap
ponendo manum propria auctoritate ad rem,ex quo tran
ſlatum eſt dominium hoc dependet ab eo, an defectus mo
di reſoluit ipſo iure, an non, & veritas eſt,quod non reſol-
uit ipſo iure,licet poſſit agi ad reſoluendum,vide Bu.& do-
minum Abbas in dicto capitulo verum. & quod no. Bart.
in l.prima.ff.de donationibus.vbi dicit ſpeciale in pacto le-
gis commiſſoriæ,& adiectionis in diem, vt ipſo iure tranſ-
feratur dominium:ergo in aliis,ſecus quicquid ſenſerit Cy.
in l.prima.C.de pactis.& ſic reſeruatio iniectionis manuū,
ſeu apprehenſionis propria auctoritate non videtur poſſi-
bilis,ex quo dominium remanet pœnes eccleſiam, agatur
ergo prius ad reſoluendum,& poſtea conſequatur rem, &
hoc ſentiunt domini de Rota ccxxvi. deciſione.not. bene
verba Bu.& domini Abb. & dominorum de Rota, qui vo-
lunt,quod pactum,†vel conuentio non eſt potens ad tranſ
ferendum dominium ipſo iure, & quod eſt ſpeciale in pa-
cto legis commiſſoriæ,& addictionis in diem, vt per illa pa
cta transferatur dominium ipſo iure, & per hoc ſequitur,
quod Pau.de Caſtro,qui dicit in l.ſi cum venerit.ff.de pign.
actione.quod pactum de retrouendendo operatur retranſ
lationem dominii vtilis non eſt verum, ſed hoc ad præſens
non diſcutio volens relinquere hoc legiſtis. ſed quantum
ad principale,quod ſuppoſito, quod non transferatur do-
27 minum,an ſaltem pactum †operetur, vt liceat propria au-
ctoritate rem apprehendere iuxta formam conuentionis.
& Barto.in l.terra.C.de pignoribus.dicit,quod ratione talis
pacti licita eſt apprehenſio rei,niſi res effecta ſit ſacra,tunc
enim non licet manum apponere, ad hoc facit bonus tex.
in l.fina.ff.vt in poſſeſſion lega.vbi idem tenet Bart. ad præ
dicta etiam facit l.ſi quis curialis.C.de epiſcopis & clericis.
& hoc ſequitur Bu.& dominus Abb.& Ioannes de Ligna.
nam conuentio legitima excuſat a ſacrilegio, l. quacun-
que.ff.de acqua pluuia arcenda.ſed hanc opin. dupliciter li
mitat dominus Abbas. Primo, vt ante apprehenſionem
præcedat declaratio iudicis,ſcilicet,quod modus,vel condi
tio non fuerit ſeruata, alias poſſit inferri pręiudicium ec-
cleſię prætextu modi,vel condictionis non ſeruatæ, qui for
te fuerunt obſeruati,ad hoc allegat tex.in capitulo. cum ſe
cundum.de hæreti.in ſexto.pro hoc bene facit clementina
præſenti.iuncta glo.in verbo,conſtiterit. de cenſi. Secun-
do limitat, quando inuenit reſiſtentes de facto, nam tunc
non operatur pactum, vt poſſit propria auctoritate appre-
hendere,vt dicit Barto.in dicta l.ſecunda. C.de pignoribus.
præſtat enim tale pactum materiam veniendi ad arma, vn
de non eſt licitum,lege conuenire.ff.de pactis dota. & l. nō
eſt ſingularis.ff.de regulis iu.& hæc ſufficiant. ſequitur cap.
cum ſit generale.

*SVMMARIVM.*

1 *Malefactores eccleſiarum in vtroque foro conueniri poſſunt.*
2 *Cauſæ tres deferentes cauſam ſuper re eccleſiaſtica ad iudicem eccleſia ſticum,vt contra laicum.*
3 *Sacrilegii crimen non eſt merę eccleſiaſticum, nam per ſecularem iudi cem etiam puniri poteſt.*
4 *Actor poteſt eligere iudicem coram quo velit agere quoties reus plures iudices habuerit.*
5 *Delictum in re eccleſiaſtica contractum ſubiicit delinquentem iuriſdi ctioni eccleſiæ.*
6 *Laicus delinquens in eccleſia an a iudice eccleſiaſtico poſſit puniri.*

7 *Sacrilegus*

7 *Sacrilegus largo modo dicitur qui violat rem ſacram.*
8 *Diſpoſitio contra malefactores eccleſiæ hic poſita, trahitur etiam ad loca pia, & hoſpitalia.*
9 *Rectores eccleſiarum habent poteſtatem proſequendi iura, & actiones competentes eccleſiæ.*
10 *Clericus an teneatur, vel cenſetur agere nomine eccleſiæ in dubio.*
11 *Iniuria facta clerico dicitur facto Deo, vel Chriſto, cuius legatione fungitur.*
12 *Sacrilegium committit bona clerici qui inuadit.*
13 *Malefactores qui dicantur, & ſic raptores, & inuaſores rerum eccleſiaſticarum, & reliqua vide.*
14 *Agens pro rebus eccleſiæ contra laicum ex canone reintegranda, poteſt conuenire coram iudice eccleſiaſtico.*
15 *Reductio ad arbitrium boni viri ſuper re eccleſiaſtica, an agi debeat coram iudice eccleſiaſtico contra laicum.*
16 *Iudex eccleſiaſticus defendit omnes oppreſſos ex iure generali, non ex ſpeciali priuilegio.*

## CAP. VIII.

1 CVm ſit generale. Malefactores eccleſiarũ† in vtro-
que foro conueniri poſſunt. hoc dicit ſecun-
dum Ioan. And. Diuiditur in duas partes. In
prima ponit regulam. In ſecunda caſum exce
ptum, & triplicem ipſius cauſam. Secunda ibi, verum.
No. primo regulam, quod actor ſequitur forum rei, id-
eſt debet conuenire reum coram iudice ipſius rei, ſed limi-
ta hanc regulam, vt dixi in capitulo ſi quis contra clericũ.
ſupra eodem. in primo notabili. Nota ſecundo tres
2 †cauſas deferẽtes cauſam ſuper re eccleſiaſtica ad iudicem
eccleſiaſticum, etiam contra laicum. Prima eſt negligentia
iudicis ſecularis ſuper re eccleſiaſtica immediatæ ſupplen-
da per iudicem eccleſiaſticum, & ſic non eſt neceſſe adire
ſuperiorem iudicem laicum, de quo infra eodem. licet. di-
cit tamen, quod iſta ratio eſt cauſatiua, non finalis, quia ẽt
ſi iudex laicus non eſſet negligens eccleſiaſticus iudex po-
teſt cognoſcere de ſacrilegio. Secunda eſt fauor eccleſiæ iſta
eſt etiam cauſatiua nõ finalis, niſi dicas, quod iſta ſit ratio,
quia iudex eccleſiaſticus poſſit cognoſcere de ſacrilegio.
Tertia ratio, ſiue cauſa eſt qualitas criminis. ſ. ipſum ſacrile
gium, de quo eccleſiaſticus poteſt cognoſcere. No. tertio,
3 quod †crimen ſacrilegii nõ eſt mere eccleſiaſticum, ſi enim
eſſet mere eccleſiaſticum de eo non poſſet cognoſcere iu-
dex ſecularis, vt in c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. de hęre.
in vi. Eſt enim crimen mixtum, quoniam de eo cognoſcit
tam iudex ſecularis, quam eccleſiaſticus, pro hoc eſt bon.
tex. in c. fi. §. per hoc. de pœnis. in vi. vbi patet, quod punitus
de ſacrilegio per iudicem eccleſiaſticum poteſt puniri per
ſecularem in eo, quod excepit, pro hoc facit l. placet. C. de
epi. & cle. & generaliter an punitus, vel abſolutus per iudi-
cem eccleſiaſticum, vel ſecularem, vel econuerſo, dic vt per
D. Lo. in præal. c. fi. ſuper gl. in verbo, audiuimus. & quod di
xi in c. j. ſupra de of. ord. No. quarto, quod vbi reus habet
4 plures iudices eſt electio in actore † coram quo velit eum
conuenire, & hoc probat iſte tex. in fin. ibi ſub quo malue-
rint iudices conuenire. & dicit hic Ioan. And. quod intereſt
eccleſiæ, quod habeat electionem iudicis, quia plerunq; ple
nius. & expeditus conſequitur iuſtitiam per ſecularem, quã
per eccleſiaſticum. hoc etiam tenuit gl. in c. dilecti. in gl. pe.
ĩ. eod. quę per iſtum tex. dicit, quod electio pertinet ad acto
rem & Bu. de hoc remittit ad plene no. per Ioan. An. in c. j.
in verbo, priuilegio. de priui. in vi. vbi refert diſputationem
5 Ia. de Bel. No. quinto, quod † propter delictum in rem ec-
cleſiaſticam delinquens ſubiicitur iuriſdictioni eccleſię. Ex
quo infert Bu. ad quęſtionem, an delinquens contra ciuem
extra territorium ſubiiciatur iuriſdictioni iudicis ipſius ter-
ritorii, de quo remittit ad Inn ĩ. eo. poſtulaſti. & ad Arch. xi.
q. j. nullus. & 81. di. quidam clerici. & eſt bo. tex. cum glo. 32.
6 di. eos. & ex hoc infertur, quod laicus delinquens† in eccle-
ſia poteſt puniri a iudice eccleſiaſtico, hoc tenuit Cyn. in l.
præſenti. C. de his qui ad eccl. confu. ſed Bart. contrarium te
net, & dicit, quod per ſolum iudicem laicum poteſt puniri,
per l. ſi quis in hoc genus. C. de epi. & cleri. & per c. fi. de im-
mu. ecc. in vi. & hoc ſequitur hic D. Ab. in vlt. char. in 2. col.
quia eccleſia non habet territorium, niſi reſpectu clerico-
rum, ideo non debet ſe impedire de delictis laicorum, etiã
in eccleſia commiſſorum. nec obſtat ſecundum eum auth.
item nulla communitas. C. de epi. & cle. quia glo. ibi loqui-
tur, quando laicus delinquit in eccleſiam illam collectan-
do, vel eius bona rapiendo, tunc enim punitur ratione ſa-
crilegii, vt ibi dicitur. Ego credo, quod vtrique ſit iudex, nã
non poteſt negari quin delinquens in eccleſia committat
7 †ſacrilegium ſaltem largo modo, quia violat rem ſacram,
vt in d. l. ſi quis in hoc genus. & 17. q. 4. quiſquis. cum ſi. vnde
coram vtroq; dẽt poſſe conueniri, non ob. c. fi. de imm. ec. li
cet. n. eccleſia tales non defendit quin per laicum in eccle-
ſia capi poſſint, quia ꝑꝑ delictum in eccleſia perdũt priuile
gium immunitatis, nõ tñ negatur quin eccleſiaſticus poſſit
talem punire, ex quo crimen eſt in eccleſia cõmiſſum. No.
8 ſexto, ꝙ non ſolùm hẽt locum diſpoſitio† huius ca. qñ quis
delinquit ꝯ eccleſiam, ſed ẽt qñ deliquit ꝯ aliquem venera-
bilem locum, puta, hoſpitale ſunt. n. loca pia ſub protectio
ne, & iuriſdõne eccleſiæ, vt in c. adhęc. & ĩ c. de xenodochis.
de re. do. & in cle. quia contingit. e. ti. vnde Hoſ. ĩ. c. conque-
ſtus. tenet, ꝙ hoſpitalia, vel leproſalia, & alia loca venerabi
lia gaudent priuilegio huius cap. ſ. vt delinquentes poſſint
conueniri coram iudice eccleſiaſtico, vnde Io. An. in c. ii. de
inte. peti. gaudent priuilegio eccleſiæ. ſed vide tex. no. in l.
cõia priuilegia. C. de epi. & cle. vbi gñaliter dicit, ꝙ res hoſpi
talium, & res eccleſiarum gaudẽt eo. priuilegio, & illũ tex.
9 multũ no. ibi Bar. Vlti. no. ꝙ† rectores eccleſiarũ hñt ptãtẽ
proſequẽdi iura, & actiones ſpectantes eccleſiæ, & iſtud no.
colligit hic Hoſ. concor. c. cum deputati. ſ. de iud. & c. literę.
ĩ. de dila. cum ſi. ſed dic, ꝙ ẽt ẽps poteſt agere pro eccleſia in
feriori, vt in c. cũ dilectus. ad fi. no. ĩ. de ſuc. ab inte. ſi tñ con
curreret ẽps cũ rectore eccleſiæ inferioris dẽt ꝓferri ipſe re-
ctor, de quo vide gl. & Bar. in l. ſi ſancimus. C. de ſacroſa. ec
10 & per D. Ab. ĩ d. c. cum deputati. Sed an† clericus, vel ꝓlatus
teneatur agere noĩe eccleſiæ, & an in dubio cenſeatur noĩe
eccleſiæ. vide Bu & D. Ab. in c. literæ. ĩ. de dila. Sed aduerte,
quia in tex nihil dicitur, qñ rapiuntur bona clerici, ſed ſo-
lũ qñ rapiũtur bona eccleſiæ, ſed tene, ꝙ idem ſit, qñ rapiũt
bona clericorũ, q̃a bona clericorũ ſunt ſub ꝓtectione eccle
ſię, & dñr eſſe eccleſię quo ad tuitionẽ, & ꝓtectionẽ, & q̃a
ſunt obligata eccleſiæ ꝓ mala adminiſtratione, vt dicit gl. ĩ
11 c. ex literis. ĩ. de pig. & 17. q. j. ſi ꝗ̃r. Item iniuria† facta clerico
dr̃ facta Deo, vel Chriſto cuius legatione fungit̃. 2. q. 7. accu
ſatio. in fi. Item dr̃ facta eccleſiæ, vt ſ. e. c. 2. & de hoc eſt tex.
in d. c. ſi ꝗ̃r. & in c. eccleſiarũ. ſeruos. 12. qõ. 2. & in c. ſi quis de
potẽtib. 24. q. 3. & in c. q̃ſqs. 17. q. 4. hoc tenet hic Egi. & Inn.
ſ. c. cęterũ. & Bu. hic, & D. Ab. non ob. iſte tex. qui ponderat
iniuriam eccleſiæ, quia ſpolians clericũ, vel occupans eius
bona delinquit in eccleſiã. & ex hoc infert D. Ab. ꝙ hoc c.
non eſt noui iuris promulgatoriũ, cum ante hoc eſſet ꝓui-
ſum, vt in iurib. ꝓal. & 12. q. 2. nulli. & c. quicunq; militũ. cũ
ſi. vnde iſte tex. non dicit ĩtroducimus, ſed dicit introductũ,
& ſic loquitur in præteritũ. Dicit tñ D. Abb poſſe dici, ꝙ ſi
inuadunt bona clerici, tñ perſonæ non infert̃ violentia, ꝙ
licet ex hoc concludatur iuriſdõ iudicis eccleſiaſtici, non tñ
concluditur ſacrilegiũ, & hoc tenuit Vg. & Arch. in d. c. ſi ꝗ̃r.
12 16. q. j. ſed tu dic, ꝙ imo committitur ſacrilegiũ† inuadẽdo
bona clerici, & ſi violentia non inferatur perſonæ, vt pro
bat in c. q̃ſqs. 17. q. 4. Sed rñde, ꝙ committitur ſacrilegiũ ſe-
cundum largam, ſed non prout ſtricte accipitur ſacrilegiũ,
ad hoc tex. cum gl. ea. q. ſacrilegium. & hoc mõ procedit, ꝙ
dicit Vg. & Arch. & Io. de Fan. in d. c. ſi ꝗ̃r. & D. Ab. hic. Secun
13 do q̃ro, qui dicantur† malefactores. & glo. vlt. hic in prin. ex
ponit malefactores. i. raptores, & inuaſores rerum eccleſia-
ſticarum, nam iſti qui ſic eripiunt bona eccleſiarum, tanq̃
ſacrilegi iudicantur, plus dicit hic Inn. ꝙ daro, ꝙ ſit dubiũ,
puta, quia negatur rapina, nihilominus cognoſcit eccleſia
ſticus iudex. 16. q. j. in canonib. & 24. q. 4. ſi quis de potentib.
rõ eſt, quia ſola dubietas qualitatis tribuit iuriſdõnem, vt
dixi. ſ. e. ſi clericus. Secundo dicit, ꝙ nõ ſolum de rapina, ſed
ẽt de qualib. oppreſſione, nõ ſolũ clericorum oĩum paupe
rum cognoſcit eccleſiaſticus, vt in c. ſi quis de potentib. Ter
tio dicit, ꝙ ſi allegat̃ fraudem eſſe adhibitã in ꝯtu eccleſię,
vel dr̃ ꝯtus eſſe nullus ẽt ſine fraude cognoſcit eccleſiaſti-
cus iudex, vt in c. apoſtolicus. 12. q. 2. vbi eſt bo. tex. Quarto
dicit, ꝙ quocũq; modo agatur de re eccleſiaſtica ſemper co
gnoſcit eccleſia. 12. q. 2. quicunq; militum. ſed oportet, ꝙ ſp
in petitione faciat mentionem de oppreſſione, vel de frau-
de, vel minus legitimo ꝯtu, & ꝙ ſuper illa cã fundet ſuam
petitionem, & hoc declaraui ſ. e. ſi clericus. vbi hanc opi. ſe
cutus fui. Quinto dicit, ꝙ ſi eccleſia non probauerit fraudẽ,
vel ꝯtum illicitum abſoluetur reus ex illa cã, ſed iterũ po-
terit agere ex ſola cã. ff. de except. rei iudi. l. & an eandem. §.
actiones. de quo dixi ſ. eo. ſi clericus. Sexto dicit, ꝙ ſi velit ꝓ
ponere aliquid in libello, ꝙ non pertineat ad fraudem, vel
oppreſſionẽ, vel per ꝙ ꝯtus ſit minus licitus, puta, quia nõ
fuit præſentiali quorum clericorum nõ audietur, niſi corã
ordinario ipſius rei ſed Bu. ſ. e. ſi clericus. in 9. ſeu x. col. ver.
quarta qualitas. & dicit D. Ab. hic in 3. ſeu 4. col. dicunt hoc
dictum Inn. eſſe intelligendum, qñ ex non præſentia aliquo
rum canonicorum venit irritandus, non autem ex ipſo iu
re

re nullus, alias Inn. eſſet ſibi contrarius. ſed Bu. vbi ſ. dicit, ꝙ
quando contractus allegatur ipſo iure nullus eccleſiaſticus
cognoſcit, quando res non negatur eſſe eccleſię, vel quãdo
conſtat ipſam eſſe eccleſiæ per ea, quæ dicta ſunt, ſ. e. ſi cle
ricus. ſed quando contractus eſt, alias licet veniat reſcinden
dus, quia habet iuſtam cauſam reſcindendi debet conueni
ri coram ſuo iudice laico. Septimo dicit Inn. ꝙ quidã dicũt
& male, ꝙ etiam ſi dicatur contractus tenere, ſi tamen peti
tur reſtõ in integ. coram iudice eccleſiaſtico, etiam contra
laicum agi poteſt, & hoc ſequitur But. in d. c. ſi clericus. in x.
col. ver. quarta qualitas. vbi plus dicit, ꝙ ſufficit ſola dubita
tio reſtõnis. idem tenet D. Abb. hic, & alle. c. ad noſtram. de
reb. ec. non alie. dicit tamen, ꝙ Fe. de Se. ſuo conſ. 274. ſentit
oppoſitum per l. ii. C. vbi & apud quem. alle. etiam Spe. in ti.
de reſt. in inte. in 2. par. §. videndum. ver. & tractauit. ſed Spe.
loquitur generaliter ponendo regulam, ꝙ in reſti. in integ.
actor debet ſequi forum rei, non autem habuit reſpectum
ad fauorem eccleſię. & pro opi. Inn. facit gl. no. in c. cum di
14 lectus. in gl. pe. in fi. ſ. ꝙ me. cau. quæ dicit, ꝙ agens† pro reb.
eccleſię contra laicum conditione ex canone reintegranda
poteſt, ipſum conuenire corã eccleſiaſtico iudice, nam iſte
canon inducit ſpeciale priuilegium eccleſiæ. & idem dicit
Io. Cal. in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpo. D. Ab. alleg. aliam ra
tionem. ſ. quia ĩ petitione rſti. in inte. allegatᷣ dolus, ſeu dece
ptio, vel ex propoſito, vel re ipſa, & iſta ęquiparantur, vt in
l. ſi quis cum aliter. ff. de ver. ob. ſicut ergo fundatur iuriſdi-
ctio eccleſię, quando allegatur dolus, & deceptio ex propo
ſito, ita quando interueniunt re ipſa, & ex hoc infertur ad
15 qõnem: quid ſi petitur reductio† ad arbitrium boni viri ſu
per re eccleſiaſtica, an debeat agi coram iudice laico cõtra
laicum. Fe. de Se. conſi. 75. tenet ꝙ cum agatur remedio cõ-
muni cauſa debet agitari coram iudice laico. ſed Bu. ſ. eo. ſi
clericus. in 9. col. dicit hoc eſſe verum, niſi allegetur dolus,
vel fraus arbitratoris verus, vel præſumptus. ſed D. Ab. ſic di
cit, quod idem eſt, ſi allegatur dolus re ipſa, vt magna lęſio.
& alle. tex. op. in c. expoſita. ſ. de arbi. ad quod ſe remittit, &
ad c. Quintauallis. ĩ. de iureiu. & adde quę dixi ſ. c. ſi quis cõ
tra clericum. in j. no. ad fi. Vlti. dicit Inn. ꝙ ſi eccleſia agit rei
vendicatione, vel depoſiti, vel conſimilib. in quibus nullo
ſpeciali iure iuuatur eccleſia, de talibus enim iudex ſecula
ris bene cognoſcit. & idẽ dicit Hoſt. cum quo tranſit Io. An.
contrarium dicit Inn. ſ. c. ſi clericus. ſed Hoſt. ibi eius opi. re
probat, & cum Hoſt. ibi tranſit Io. An. vnde videtur, ꝙ Ioã.
An. iſtam opi. ſentiat. ſ. ꝙ vbi eccleſia nullo ſpeciali iure iu
uatur debet laicum conuenire coram iudice laico, de quo
dic, vt ibi dixi. & no. bene iſtam gl. Inn. quia eſt no. ad multa.
& ex ipſa habes intellectum huius capi. vt non extenditur
ad rapinam tantum, ſed generaliter vbicunq; concurrit ali
qua de qualitatibus prędictis, vt ſi allegatur fraus, vel dici-
tur contractus nullus, vel eccleſia ſpeciali iure iuuatur, vt
in reſti. in integ nam concurrente aliqua de prædictis quali
tatibus poteſt dici ſacrilegium largo modo, ideo eccleſia
vendicat ſibi iuriſdictionem concernente tamẽ fauore ec
cleſiæ, vt in tex. qui fundat ſe ſuper fauore eccleſiarum, &
ſic prouidet vltra cauſam violentię, nam in caſu violen-
tiæ, vel rapinæ eccleſia non habet ſpeciale priuilegium,
16 nam generali iure eccleſiaſticus iudex† defendit omnes op
preſſos. 24. q. 3. ſi quis de potentib. facit quod no. Ioã. de Lig.
ſ. eo. ſi clericus. & Lap. alleg. 37. & dicit D. Ab. hoc eſſe mul
tum no. Quid autem ſi clericus, vel eccleſia eſſet ꝯ laicum.

F I N I S.

# Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd.

*Omnes ſunt Quaterniones.*